



R. P. D. IOAN. ANGELI
BOSSII,
EX
CLERICIS REGVLARIBVS BARNABITIS;
CONGREGATIONIS S. PAVLI;

MORALIA VARIA,
AD VSVM VTRIVSQVE FORI QVATVORDECIM TITVLIS COMPREHENSA.

CVM TRIPLICI INDICE, VNO MATERIARVM PRÆCIPVARVM: ALTERO PARAGRAPHORVM; AC PRÆCIPVARVM difficultatum cuiusque Paragraphi; Tertio rerum omnium notabilium.

TOMVS TERTIVS.



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD, in via Mercatoria, sub signo Temporis.

M. DC. LI.
Cum Approbatione, & Permissu Superiorum.



ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO D.
DOM. LVDOVICO
HENRICO DE GONDRIN,
ARCHIEPISCOPO SENONENSI,
GALLIARVM, ET GERMANIÆ
PRIMATI.



VOD olim fecit cæleſtium myſteriorum interpres Dionyſius, pretioſo ſuæ ſapientiæ volumine, tamquam honorario monumento munerans ſanctiſſimum Epheſiorum Epiſcopum, & Apoſtolicum virum Timotheum: Quod facundus Caſſianus erga beatos Antiſtites, Caſtorem, Leontium, & Honoratum, ſuâ longis tractibus collecta Cænobitarum inſtituta humiliter deferens: Quod alij innumeri [ne longius exempla proferam] ſcriptores præſtitere, fructus lucubrationum ſuarum corticibus deſcriptos, pro Reipublicæ Chriſtianæ eruditione, Principibus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ nuncupantes: Hoc ipſum ego inter ſcribentes poſtremus ſubſequi, ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISSIME, de conſilio ſociorum meorum, qui intra ſepta tuæ Diœceſis, tuis velut in caſtris tibi militant, ſum auſus: Et auſus ſum Opuſculum iſtud, quod ex variis morum Tractatibus pertinaci opera meſſui, & tamquam manipularem frugem ſtudiorum compoſui, Tibi præclaro, & ſapientiſſimo Archiepiſcopo ſacrum porrigere; ſi tamen tanti apud Celſitudinem tuam futurum ſit pretij, vt nimis ab ea impar non cenſeatur, & oculis, placitoque ſuo poſſit eſſe placitum. Iſtud ego dum exequor, quid exequor, niſi quod conditioni meæ conſonum eſt, quod gradui tuo eſt debitum? Siquidem inter Pontificia iura non venit vltimo loco adnumeranda auctoritas recenſendi, ad examen vocandi, excutiendi, ſententias ferendi in ea ſcripta, quæ Chriſtianæ plebis vſui exhibentur. De veſtra poteſtate eſt, data publicæ lectioni volumina, aut Catholicorum Doctorum albo inſerere, aut de albo eradere: Dogmata, ſi ſana sũt, amplecti, ſi quo veneno corrupta, repudiare. Veſtro iudicio ſtat, probata non ſecus ac pinguia paſcua in esũ populis tradere, vt inde reficiantur: peſtifera eripere è manibus, & ab ore, ne inficiantur. Quin etiã Prçſulibus Eccleſiaſtici ordinis incumbit, vt cũ Sacerdotibus, Coadiutoribuſve ſuis libros pro magiſtris tradũt,

vnde illi adminicula pro ſuis miniſteriis poſſint expiſcari, eius doctrinæ, & magiſterij auctores deligant, qui purioris, & ſanctioris diſciplinæ leges conſcripſere: Cæteris poſtpoſitis, aut anathemati, ac igni traditis, ſi qua parte religioni, aut morum integritati aduerſentur. Vt quondam e xemplo ritè docuit Romanos Numa Pompilius ſagax Deorum cultor, cum libros pietatem oppugnantes, aut adulterantes, publico foro, publico foco conſumpſit. Quod item apud nos ſanctiſſimè ſtatuit Sacroſancta, & œcumenica Synodus Tridentina, Epiſcoporum vigilantiæ, & curæ committens, vt cautè, & ſolerter aduertant, ne qua damnoſa Opera in publicum prodeant, ſub limam ſingula reuocent, ſana à morbidis diſcernant, libros fraudulentis zizaniis commaculatos, vitio viam facientes, impietati, atque ſuperſtitionibus fauentes, orthodoxam fidem, Euangelicum verbum, Catholicam ſanctitatem deprauantes, aut aliis quibuſuis modis noxios, pro ſuo ipſorum arbitrio reijciant, expurgent, inhibeant, comburant, deleant. Subjaceantque Catholici omnes ita ſeuerè huic Præſulum cenſuræ, vt præter animi reatum, pœnis etiam inflictis ſint obnoxij.

Ergo quod ſuperius recenſiti, quod alij ſcriptores ſuos codices, quod ego libellum hunc Epiſcoporum nominibus litamus, Celſitudinem gradus veſtri, ſinceritatem doctrinæ, auctoritatem magiſterij, ſapientiæ prærogatiuam colimus omnes, non animo, & reuerentia tantum, ſed colimus verbo, colimus ſcripto, colimus honorario pignore. Quo vtique honoris loco velim ſpeciatim ponas, quod obſeruantiæ ergo, Amplitudini tuæ mea modo defert tenuitas.

Nolim tamen putes, Maxime Præſul, ita hoc à me concipi, vt deſpectis peculiaribus rationibus tuis, ſolus dumtaxat apud nos te reddat commendabilem quem aptè, & luculenter geris Pontificis characterem. Neutiquam in mentem tuam, quæſo irrepat hæc ſuſpicio. Non eſt ea mihi mens, neque ſenſus. Spectabilem te plurimum facit oculis meis Pontificalis altitudo, ſed commendant quamplurimum ingenitæ tibi animi dotes, & à te ipſo conquiſitus cumulus virtutum, quo tantumdem lucis, ac pretij rependis Pontificio characteri, quantum ille ſplendoris, ac ponderis dotibus, atque virtutibus impendit tuis. Quantulum etenim eſſet, & quam inane in eum apicem ſuſtolli, vnde in omnium oculis, & admiratione ſis, ni tua te merita ſubleuarint, ſubleuatum dignè ſuffulciant, & priuatis potius, quam alienis radiis collucentem, non oſtentent ſolùm, ſed oculis ſpectantium in admirationem motis, animos quoque in æmulam vitæ imitationem prouocent, immo rapiant? Natiuum ingenij acumen, ſenſus celeritas, mens benè culta, ſtudium ſanctitatis, vis eloquentiæ, ſcientiarum acceſſio, decor humanitatis gratiſſimæ, vltronea ad omnes beneficentia, prudentia iam ſenior, ſapientia ſingularis, prona in Deum pietas, amor religioſæ vitæ, zelus Chriſtianæ diſciplinæ, Catholicæ fidei propugnatio, commiſſi gregis fida, & vigil cuſtodia, ſedula, atque accuratiſſima ſollicitudo, lata, atque paterna ad omnes charitas; & cætera ſummorum Epiſcoporum ornamenta, ſicut mitram capitis tui coronant, tecumque vt comites indiuiduæ, & opifices famulæ incedunt, tantis ita te bonis locupletem demonſtrant, vt aliunde, aut opes, vt auguſtior, aut lucem, vt fulgentior, aut dignitatem, vt venerabilior

lior appareas, mutuari, vel ascifcere non sit opus. Quare si te ego suspicio, si te veneror de sublimi titulo Archiepiscopatus, suspicio nihilominus potissimè, & veneror de virtutum propriis titulis. Et si hoc minusculum tributum throno Pontificio pendo, magis tamen nomini, & gloriæ tuæ persoluo.

Iste vsque adeò clarus thesaurus lucis tuæ, qua in excelso culmine elatus coruscas, etiam paternos splendores, quamuis alioquin aliquo modo tuos, mihi videtur respuere, ne vllo è loco emendicatis luminibus, sed totus luce luceas tua. Neque enim mihi licet extero ignota sunt tuæ prosapiæ origo, tui generis claritas, egregia illustrium progenitorum facta, insignia stemmata, robur inter arma, in pace consilia, in Republica officia, sacra in Ecclesiis munia, inter Proceres Galliæ eminentia, pro Regibus moderamina. Ex quibus sanè fontibus non mediocria in gloriam tuam profluunt augmenta fulgorum. Vnum dumtaxat nequeo silentio operire, ne mihi silentium eiusmodi labes sit animi super omnes ingrati. Quo etenim pacto, & non impunè silens sepeliam nomen illius magni Antistitis, de quo si taceam, Gallia vniuersa, immò Ecclesia tota fidelium personabit encomia, ipsique domorum nostrarum parietes silentem me redarguent, & testes magnarum virtutum illius laudes effabuntur? Illum inquam prædicabunt Illustrissimum, ac nunquam satis collaudatum Pontificem Auunculum, & Antecessorem tuum Octauium de Bellegarde, quem fuisse testabuntur Antistitum lucidissimum solem, Ecclesiasticæ Majestatis iubar, columen veritatis, Fidei defensorem, cælestium notionum Magistrum, sacræ Theologiæ lumen, Episcopalis diligentiæ specimen clarissimum. Cuius si viuendi genus inquiras, fuisset, dicent, exemplum sanctimoniæ omnibus imitabile, conspicuum verbi sinceritate, morum grauitate, conuersationis gratia, sæculi despectu, Cælestium contemplatione, iustitia præcellentem, largum beneficentia, & vt vno verbo dicam, omnium numerorum virum absolutissimum.

Vtque ab exteris ad ea, quæ nostra sunt, atque domestica me retraham, quibus, & quam validis vinculis Congregationem nostram sibi, tibique ille obstrinxit? Bina domicilia, seu Collegia, Montargiense, ac Stampense intra Senonensis Diæcesis fines tantis est obsequiis prosecutus, vt pro iis, reliquas sibi Congregationis domos deuinxerit. Nam profectò eorum alterum pro sua bonitate non solum optantibus indulsit, sed ipsemet, ipse sua sollicitudine procurauit, industria, & ope stabiliuit sua velut inquilinos, manuduxit in illud, auctoritate collocauit, patrocinio seruauit, priuilegiis, & donis adauxit. Alterius incolas, inter sibi amantissimos semper habuit, frequens hospitio honestauit, vultu, & sermone recreauit, quacumque ei licuit opera, laudatione, fauore, & auxilio, etiam insolitis diligentissimè iuuit. Quapropter non tam Actoris, Susceptoris, aut Protectoris, sed fidissimi Patroni, & Parentis optimi nomen apud nos perenniter geret. Idque præcipuè quod te nobis eiusdem animi dedit hæredem, quo sub Præside nil minus prosperè res, atque desideria nostra processura speramus, quam sub Auunculi tui patrocinio.

Nunquid non hac etiam de causa fœtus iste meus tibi ortus videtur: Nunquid non tibi sacrandus? An non officia in nos tua illum exposcunt, & faciunt suum? Tuus ergo sit Maxime Antistes, sicut est merito, sicut voti quoque mei sincera professione.

Epiſtola dedicatoria.

Vtinam qualis qualis eſt, magnitudini tuæ ſit acceptus: Magnitudini inquam tuæ, nam comitati, quæ ſe ſine vitio ſuper omnem modum, & leges decori extendit, non dubito fore acceptiſſimum.

Verumtamen præter hæc optarim magnopere grata tibi ſimul fore ſociorum meorum in te colendo ſtudia, in obtemperando alacritatem: Et quandoquidem ego à conſortio tuo tantis ſunt ſpatiis ſeiunctus, vtere officiis eorum, qui mihi pro fratribus apud te ſunt, quorum ego noui ſingularem in Amplitudinem tuam obſeruantiam, & obedientiam. Nemo eorum eſt, qui ſaluti tuæ vota non faciat; nemo qui ſummum Numen exorans pro tua fælicitate ad aram non immolet; nemo qui iuſſa tua non auſcultet; nemo denique, qui omnem vim, conſilium, operam, laborem pro tua voluntate exequenda non impendat lubentiſſimè. Tu quæſo quos dudum in gratiam, fidemque tuam benignus recepiſti, eadem ſemper gratia, & fide, & qua polles auctoritate foue. Datum Mediolani in Collegio Sanctorum Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ, Kal. Maij M D C LI.

ILLVSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ
Dominationis tuæ

Humillimus in Chriſto ſeruus
D. IOANNES ANGELVS BOSSIVS
Clericus Regularis, & Aſſiſtens
Congregationis ſancti Pauli.

FACVLTAS

APPROBATIO DOCTORVM.



Oc Opus R. P. Ioan. Angeli Bossij, *Moralia varia ad vsum vtriusque fori*, vidimus & legimus nos Doctores Facultatis Parisiensis, & dignum reperimus quod typis mandetur, & à Pastoribus, & omnibus conscientiarum Doctoribus frequenter perlustretur, vt mentes quietas reddere possint, & ne quemquam lateat censura nostras syngraphas nostras apposuimus. Actum Lugduni anno à Partu Virginco 1649. die Aprili, vltima.

F. M. MICARD, *Minor Conuentus S. Bonauentura.*

F. CLAVDIVS VALLENOT, *Conuentus S. Mariæ de Angelis secus Lugdunum Guardianus.*



Isa nobis RR. Patrum in Facultate Parisiensi sacræ Theologiæ Doctorum præfata authentica approbatione super doctrina R. P. Ioan. Angeli Bossij, *Moralia varia ad vsum vtriusque fori*, quæ censent prælo digna, nos quoque in eorum sententiam meritò eundum iudicauimus. Lugduni Kal. Maij 1649.

DE VILLE, *Prouicar. Gen.*

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.



Isa Doctorum approbatione non impedio ex parte Regis Christianissimi quominus Liber cui titulus est, R. P. Ioan. Angeli Bossij *Moralia varia ad vsum vtriusque fori, &c.* in lucem edatur, & prælo mandetur à Philippo Borde, Laurentio Arnaud, & Claudio Rigaud, Bibliopolis Lugdonensibus, cum prohibitionibus in simili casu requisitis, & consuetis. Datum Lugduni 1. Maij 1649.

LORIN.

PERMISSIO.



Iso Procuratoris Regij consensu hunc librum typis mandari supradictis Lugdunensibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat prohibemus. Lugduni die 4. Maij 1649.

SEVE.

FACVLTAS ADMODVM R. P. GENERALIS OPVS IMPRIMENDI.



Vm Opus, cui est titulus; *Moralia varia ad vsum vtriusque fori, Tomus Tertius*, à *R.P. D. Ioanne Angelo Bossio* Assistente nostro compositum duo, quibus id commisimus, Congregationis nostræ PP. Theologi recognouerint; & probauerint: facultatem facimus, vt typis mandetur; si & aliis, ad quos spectat, ita videbitur. Dat. Mediolani in Collegio nostro SS. Apostolorum Pauli, & Barnabæ, die 28. Iunij 1650.

D. IVVENALIS FALCONIVS; *Præpositus Generalis.*

ǂ 4



SERIES TITVLORVM
HVIVS TERTII TOMI.

CONTINENTVR

INDEX



INDEX MATERIARVM;

De quibus vel ex instituto in peculiaribus Titulis, vel latè, & exactè in Opere agitur iuxta ordinem Alphabeticum.

SYLLABVS



SYLLABVS

TITVLORVM, ET PARAGRAPHORVM, nec non præcipuarum difficultatum cuiuſque Paragraphi iuxta ſeriem Operis.

TITVLVS I.

De Teſtamento ad profana iuxta diſpoſitionem iuris Canonici in cap. Cum eſſes *de Teſtamentis.*

§. I. AN diſpoſitio iuris Canonici in d. cap. *cum eſſes*; quod io teſtamento ſufficiant duo teſtes cum interuentu parochi procedat ſolum in teſtamentis ad cauſas pias, an vero etiam ad cauſas profanas, & vniuerſaliter quoad omnia teſtamenta tam in foro iudiciali, quàm in foro conſcientiæ. num. 3. pag. 2.

§. II. An diſpoſitio eiuſdem cap. *cum eſſes* procedat non ſolum in terris Eccleſiæ quoad iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem ſubiectis, ſed etiam in foro ſeculari in terris imperij, & aliorum Principum. num 8. pag. 3.

§. III. An diſpoſitio eiuſdem cap. *cum eſſes* procedat in foro Eccleſiaſtico in terris Eccleſiæ quoad iuriſdictionem temporalem minimè ſubiectis: vbi an clerici extra terras Eccleſiæ validè teſtentur iuxta diſpoſitionem d. cap. *cum eſſes*: & an eadem diſpoſitio procedat in terris Eccleſiæ mediatè ſubiectis. n. 16. pag. 6.

§. IV. An vt iuxta diſpoſitionem iuris Canonici in d. cap. *cum eſſes*; valeat teſtamentum ad profana, omnino præter duos teſtes requiratur præſentia proprij Parochi, ita quòd proprio Parocho non adhibito ſeruanda ſit ſolemnitas iuris Ciuilis. num. 33. pag. 8.

§. V. Quales debeant eſſe illi duo teſtes, qui cum Parocho debent in teſtamento interuenire, vt valeat iuxta diſpoſitionem d. cap. *cum eſſes*, num. 51. pag. 11.

§. VI. Vt teſtamentum ad profana valeat de iure Canonico iuxta d. cap. *cum eſſes*, an oporteat illud eſſe ſubſcriptum à teſtatore, Parocho, & ab ipſis teſtibus. n. 55. p. 12.

§. VII. An teſtamentum ad profana factum coram Parocho proprio abſque teſtibus attenta diſpoſitione Canonica d. cap. *cum eſſes*, ſit validum, & ſeruandum, ſi aliàs, vel alio legitimo modo, putà per confeſſionem partis, vel aliam legitimam probationem de tali teſtamento facto conſtare poſſit. n. 60. pag. 13.

TITVLVS II.

De teſtamento ad profana minus ſolemni, ſcilicet facto non ſeruata forma & ſolemnitate iuris poſitiui ciuilis, aut municipalis quoad effectum, quem habet, tum in foro externo, tum in foro conſcientia.

§. I. An teſtamentum ad profana minus ſolemne quoad forum externum ſit omnino inutile ac ſi factum non fuiſſet. num. 1. pag. 15.

§. II. An teſtamentum, ſeu vltima voluntas ad profana carens debita ſolemnitate iuris Ciuilis, vel municipalis illud vel illum irritantis habeat vim, valeatque in foro conſcientiæ, an vero careat omni effectu etiam in foro conſcientiæ. n. 51. p. 28.

Subſtitutio pupillaris nulla & defectu ſolemnitatis iuris Ciuilis, an in foro conſcientiæ ſit obſeruanda. n. 139. p. 44.

An ſecreta, & ſimplex reuocatio prioris teſtamenti ſolemnis obliget in conſcientia ad reſtitutionem hæredem in eo teſtamento inſtitutum, ſi ei nota ſit talis reuocatio. num. 146. 46.

An hæres in minus ſolemni teſtamento inſtitutus poſſit retinere hæreditatem, & non ſoluere legata, vel illa dare hæredi ab inteſtato. n. 151. ibid.

In dubio de voluntate teſtatoris, & an fuerit fraus, vel iniuſtitia aliqua in teſtamento minus ſolemni, An hæres ab inteſtato tuta conſcientia poſſit petere bona relicta in eodem teſtamento minus ſolemni, & obtenta retinere; vel teneatur ad reſtitutionem pro ratione dubij, & ſimiliter an hæres ſcriptus, vel legatum poſſit capere, & retinere bona relicta in tali teſtamento, vel tenetur hæredi venienti ab inteſtato reſtituere pro quantitate dubij. num. 153. pag. 47.

Si lex vel ſtatutum decernat, vt teſtamentum ſine tali ſolemnitate factum nullam faciat fidem

TITVLVS III.

De contractibus , & actibus inter viuos carentibus solemnitate , seu forma in illis faciendis à iure Ciuili , & positiuo humano statuta illos sine tali forma factos decernente irritos , & nullos.

TITVLVS IV.

De obligatione conscientiali legis fundatæ in præsumptione.

TITVLVS V.

De onere, & ratione probandi locupletationem ex pecunia, aliáue re semel ad alium peruenta.

TITVLVS VI.

De alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

TITVLVS VII.

De choreis inter mares, & fœminas.

TITVLVS X.

De ieiunio ad S. Eucharistiæ sumptionem, & Missæ celebrationem requisito.

gna

TITVLVS XI.

De specifica distinctione peccatorum luxuriae contra naturam aduersus Caramuelem. p.460.

TITVLVS XII.

De malitia morali simplicis pollutioni, & fornicationi intrinseca.

TITVLVS XIII.

De restitutione hæredibus occisi facienda ab homicida spectato foro conscientiæ, & iudiciali. pag.496.

TITVLVS XIV.

De legatorum interpretatione in vniuersum. p.499



R. P. D.

IO. ANGELI BOSSII, MORALIA VARIA:

De Testamento ad profana iuxta dispositionem Iuris Canonici in Cap. Cum esses, de Testamentis.

TITVLVS DECIMVS-TERTIVS HVIVS TOMI PRIMVS.

SVMMARIVM TITVLI PRIMI.

Verba textus cap. Cùm esses de Testamentis,*quibus disponitur Testamentum conditum cum duobus testibus idoneis, & Parocho proprio esse validum, apposita pœna excommunicationis illud rescindentibus. num.1.*

Præfata excommunicatio est sententiæ ferendæ. num.2.

Eadem dispositio procedit etiam quoad Testamenta, & relicta ad profanas causas. num.4.

Ratio cur ius canonicum voluerit generaliter in testamento, & quacunque alia dispositione per vltimam voluntatem sufficere duos testes,cum præsentia proprij Parochi. ibid.

Ius Canonicum multum confidit de Parocho. ibidem.

Dispositio præfata cap.cùm esses, *procedit etiam in foro iudiciali tam ciuili, quam Ecclesiastico in terris Ecclesiæ subiectis quoad iurisdictionem temporalem num.5.*

Procedit tam in Testamento facto à sanis, quàm ab existentibus in extremo vitæ periculo. num.6.

Testamentum ad profana in terris Ecclesiæ factum ab infirmo existente in extremis coram duobus testibus & Parocho sustinetur, etiamsi postea conualuerit, & potuerit facere aliud testamentum cum septem testibus. n.7.

Dispositio præfata an procedat vbique terrarum, & etiam in terris Imperij, & Principum aliorum sæcularium etiam quoad forum externum ciuile. Affirmatiua. num.8.& 9. Negatiua. num.10. & seqq.

In plerisque locis Galliarum & Imperij testamenta ad profanas causas, facta coram duobus testibus, & proprio Parocho firma sunt in vtroque foro. num. 11.

Solemnitates testamentorum à iure ciuili inductæ non sunt iniquæ sed iustæ num.12.

Summi Pontificis potestas abrogandi leges Principum sæcularium se extendit solum ad iniquas, non ad iustas, nisi in terris Ecclesiæ quoad Iurisdictionem temporalem subiectis ibidem.

Regula illa iuris Diuini: In ore duorum, vel trium stat omne verbum *declaratur. num.13.& 14.*

Dispositio cap. cùm esses, *vt valeat etiam in foro iudiciali testamentum conditum cum duobus testibus & proprio Parocho, an procedat in foro canonico, seu Ecclesiastico in terris Iurisdictioni temporali Ecclesiæ non subiectis. num.16. & sequentibus. Vbi an standum dispositioni Iuris Canonici,quoad sustinendum testamentum,quoties in foro Ecclesiastico contenditur de hæreditate.*

Clerici testamentum ad causas profanas conditum iuxta d. cap.cùm esses *si fiat in terris quoad Iurisdictionem temporalem Ecclesiæ minimè subiectis, an valeat, & sustinendum sit in foro iudiciali tam sæculari, quam Ecclesiastico; an vero debeat esse factum iuxta solemnitatem legis ciuilis, vel municipalis loci, in quo fit. num.17.cum sequentibus.*

Dato, quod Clerici, vel laici testamentum factum iuxta dispositionem Cap.cùm esses, *sit validum in foro externo vbique tam in foro sæculari, quam Ecclesiastico, sustinendum est, & iuxta illud iudicandum. num.24.*

Testamentum à subditis Regni factum extra Regnum secundum consuetudinem loci, in quo fit, valet postea in Regno. num.25.

Testamento à forense factum iuxta leges loci, in quo illud fecit, an valeat, & ex eo etiam in Patria forensis ius reddi debeat. Negatiua. num.26. Affirmatiua. num.27. & sequentibus.

Donatio facta à forensi seruatis solemnitatibus loci, valet. num.27.

In forense attendi debet locus, vbi actus conficitur quoad solemnitates requisitas. num.28. & in Clericis. ibidem.

Statutum diminuens numerum testium adhibendorum in Testamento habet locum etiam in forenses ibi testantes. num.29.

Testamentum ciuis ruri conditum cum quinque testibus valet. num.30.

Testamentum conditum in Monasterio; seu alio loco exempto non seruatis solemnitatibus Ciuitatis, seu Oppidi, in quo reperitur locus exemptus, an valeat. num.31.

Teſtamentum iuxta diſpoſitionem dicti cap. cùm eſſes *cum conditum etiam à Clericis in terris ſolum mediatè ſubiectis, quoad iuriſdictionem temporalem an valeat. n. 32. vbi quid in Regno Neapolitano.*

Ad valorem teſtamenti iuxta diſpoſitionem dicti cap. cùm eſſes, *an ſufficiant tres teſtes abſque Parocho. num. 35. & 34.*

Parochi præſentia an poſſit ſuppleri per duos teſtes; ita vt quatuor teſtes de iure canonico in dicto cap. cùm eſſes *ſufficiant ad valorem Teſtamenti ad profana in terris Eccleſiæ. n. 35. cum pluribus ſequentibus. Et quid ſi loco Parochi proprij adhibeatur proprius Epiſcopus, aut eius Vicarius Generalis, vel Cardinalis. num. 36. & 48. & ſequentibus.*

An poſſit ſuppleri per Confeſſarium ipſius teſtatoris. n. 37. & 41.

An ſufficiat Sacerdos, cui loco Parochi ſit commiſſa generalis omnium Sacramentorum cura. n. 43.

Si duo fuerint Parochi, quilibet ſufficit. n. 44.

An ſufficiat Parochus nondum Sacerdos. n. 45.

Sufficit proprius Parochus etſi cum duobus teſtibus accedat teſtamento vti Notarius. n. 46.

Loco Parochi ſufficit Notarius Apoſtolicus. n. 47.

In correctoriis non fit extenſio ex paritate, aut maioritate rationis etiamſi ratio ſit expreſſa in lege, niſi verba trahi poſſint ſaltem ex lata, & impropria ſignificatione. n. 36. contrarium. n. 39.

Vbi ratio diſponit de lege, fit extenſio, ſecus ſi lex diſponat de ratione. n. 37.

Duorum teſtium idoneorum dictum eſt validius, & maioris fidei, quam dictum vnius teſtis cuiuſcunque ſit dignitatis, & authoritatis. n. 38.

Valet teſtamentum abſque ſolemni numero teſtium factum coram quocunque Magiſtratu, & Iudice in actis iudicij; & etiam factum coram Imperatore, vel Rege, aut Principe, & an tunc debeant eſſe præſentes ſaltem duo teſtes. num 50.

Teſtes adhibendi in teſtamento iuxta diſpoſitionem cap. cùm eſſes, de teſtam. *an debeant eſſe omni exceptione maiores, an vero ſufficiant fœminæ. n. 51. & 52.*

An debeant eſſe rogati. n. 53. & 54.

Teſtamentum ad profana iuxta diſpoſitionem dicti cap. cùm eſſes, *valet etiamſi non fuiſſet à Teſtatore vel teſtibus, aut Parocho, vel Notario Apoſtolico ſubſcriptum. n. 55.*

Limitatur ſi teſtator expreſſiſſet ſe velle teſtari in ſcriptis, & impeditus ob morbi grauitatem, aut mortem ſuperuenientem non potuerit ſubſcribere. ibidem.

In dubio præſumitur teſtator voluiſſe teſtari nuncupatiuè. num. 56.

Voluntas in dubio debet præſumi perfecta. n. 57.

Quid ſi teſtator ante ſubſcriptionem non habuiſſet teſtamentum pro perfecto, quia volebat adhuc plura addere, & vlterius diſponere, & morte præuentus non potuit. num 58.

In dubio an teſtator voluerit alia addere, vel detrahere teſtamentum cenſetur perfectum, & valet. n. 59.

Teſtamentum ad prophana iuxta ius Canonicum in dicto cap. cùm eſſes, *an, & qua ratione ſit redactum ad ius gentium n. 8. 12. cum duobus ſequentibus, & n. 58.*

Teſtamentum ad profana factum coram Parocho abſque teſtibus, an valeat, ſi alio quouis modo de eo conſtet, an verò duo teſtes requirantur ad ſubſtantiam, & non tantum ad probationem teſtamenti attenta diſpoſitione dicti cap. cùm eſſes. *n. 60. & 61.*

1. T huius tertij Tomi initium cum primæ partis fine continuetur, hanc propono materiam ſatis inter Doctores controuerſam, ob variam intelligentiam dicti capituli *cùm eſſes.* Vbi Alexander tertius interrogatus de conſuetudine Hoſtienſi, quæ nullum admittebat teſtamentum, niſi in eo adſcripti fuiſſent ſeptem teſtes, vel ſaltem quinque ſecundum legis ciuilis diſpoſitionem, Hoſtienſi Epiſcopo ſcribens ſic ait. *Cùm eſſes in noſtra præſentia conſtitutus propoſuiſti talem in tuo Epiſcopatu conſuetudinem obtinere, quod teſtamenta, quæ ſiunt in vltima voluntate penitus reſcinduntur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem, vel quinque teſtium fiant, ſecundum quod leges humanæ decernunt. Quia vero à diuina lege, & ſanctorum Patrum inſtitutis, & à generali Eccleſiæ conſuetudine id eſſe noſcitur alienum, cum ſcriptum ſit: In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum; præſcriptam conſuetudinem improbamus; & teſtamenta, quæ Parochiani coram Presbytero ſuo, & tribus, vel duobus aliis perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate firma decernimus permanere, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eiuſmodi audeat reſcindere teſtamenta.* Ita Alexander tertius decernens in teſtamento ad eius valorem ſufficere duos teſtes idoneos vnà cum Presbytero parochiali, & prohibens teſtamentum ſic conditum poſſe à iudicibus reiiei, & tanquam nullum haberi, vel reſcindi ſub pœna excommunicationis. † Quæ excommunicatio non eſt 2.
latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt notauit Gloſſa *in dicto cap. cùm eſſes, verbo ſub interminatione*, & poſt Gloſſam Couarruuias *de teſtamentis in d. cap. cùm eſſes num. 14. fine.* Eo quod verba illa ſub *interminatione anathematis* vel ſimpliciter ſub excommunicatione non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Vt poſt Tiraquellum *in l. ſi vnquam, verbo ſi reuertatur, num. 16. Cod. de reuoc. donatione & aliis*, Couarruuias *ibidem*, & ex modernis Farinacius *fragm. crim. p. 2. verbo lex, n. 69.* Suarez *de leg. lib. 5. cap. 6. num. 4.* Salas item *de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſp. 15. n. 41. & 47.* & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad dictum cap. cùm eſſes, n. 9.* Igitur circa præfatam diſpoſitionem plura apud Doctores controuertuntur hic explicanda: quare ſit

§. I.

An prædicta diſpoſitio iuris canonici in dicto cap. cùm eſſes, *quod in teſtamento ſufficiant duo teſtes idonei cum interuentu Parochi procedat ſolum in teſtamentis ad cauſas pias, an verò etiam ad cauſas profanas, & vniuerſaliter quoad omnia teſtamenta tam in foro iudiciali, quàm in foro conſcientiæ.*

GLoſſa in *dicto cap. cùm eſſes* verbo *improbatur* poſt 3.
medium, & nonnulli alij, quos refert Tiraquellus *de priuil. cauſa pia initio*, intellexerunt præfatam diſpoſitionem procedere ſolum in relictis ad cauſas pias, non autem generaliter quoad omnia teſtamenta etiam in terris Eccleſiæ ſubiectis, in quibus propterea quoad teſtamenta ad profana ſeruandam eſſe ſolemnitatem iuris ciuilis de ſeptem teſtibus adhibendis.

Sed communis & in praxi recepta ſententia Docto- 4.
rum eſt, procedere etiam in teſtamentis ad cauſas profanas, quoad loca, ſeu terras de iuriſdictione temporali Eccleſiæ, ita poſt plures alios Tiraquellus *vbi ſuprà.* Corneus *conſ. 68. n. 1. vol. 1. conſ. 77. n. 1. eodem volum. conſ. 31. n. 10. volum. 2. conſ. 168. n. 5. eodem volum. conſ. 261. n. 9. 50. & 31. vol. 4. & conſ. 297. n. 6. & 7.* Couarruuias *in dicto cap. cùm eſſes n. 12.* Clarus *§ teſtamentum quæſt. 57. n. 1.* Graſſus *de ſucceſſion. ff. eodem quæſt. 56. n. 3.* Guido Papa *quæſt. 543. n. 10.* Boëtius *deciſ. 93. & 228.* Ferdinandus Vaſquius *de ſucceſſion. creatione lib. 3. §. 2. n. 3. & §. 21. n. 27.* Maſcardus *de prob. concl. 1358. n. 27. & ſequentibus.* Mænochius *de præſumpt. lib. 1 quæſt. 80. n. 21.* Cænedo *ad decretales collect. 159. n. 1.* Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa 31. princ. n 39.* Marta *de ſucceſſ. p. 4. q. 1. art. 8. n. 28.* Farinacius *in repert. vlt. volunt. quæſt. 61. n. 8. & ſequentibus.* Rota *deciſ. 85. n. 9. poſt dictum repertorium.* Syluester *v. teſtamentum 1. n. 5. verſic. tertium.* Molina *de iuſtitia & iure tomo 1. diſp. 133. verſ. quidam dixerunt.* Sanchez *in conſiliis moralibus lib 4. cap. 1. dub. 14. num. 17.* Ioannes Valerus *de differentiis in vtrumque forum*

verbo

*verbo testamentum diff.*2. Vasquez *in opusculo de testamentis cap.*2.*n.*11. Paulus Layman *lib.*3.*tract.*5.*cap.*2.*n.*18. Faguodez *de iustit. & iure, lib.*6.*cap.* 2.*n.*29. Io. Lugo *de iustit. & iure tomo* 2.*disp.*24 *n.*20. & alij recentiores, quos referunt, & sequuntur Camillus Borellus *in summa decis. tom.*3.*tit.*20.*num.*206. Probatur manifestè hæc sententia; tum quia textus in *dicto cap. cùm esses*, loquitur generaliter: tum quia in testamentis, & relictis ad pias causas sufficiunt duo testes iuxta dispositionem *cap. relatum* 1. *de testament.* vbi idem Pontifex loquitur de relictis ad pia. Et latè explicaui in secundo tomo *tit.*12. hic autem præter duos testes ad valorem testamenti requirit interuentum, seu præsentiam proprij Parochi. Procedit ergo dispositio *dicti cap. cùm esses* in testamentis, codicillis, & donationibus tam ad non pia, quàm ad pia, vt valeant, & firma sint, ac seruari debeant in districtu temporalis iurisdictionis Ecclesiæ, vt præfati Doctores omnes, & alij communiter tradiderunt, & consuetudine vbique receptum est. Ratio autem, cur lex Pontificia, seu ius canonicum voluerit generaliter in testamento, & quacunque alia dispositione per vltimam voluntatem sufficere duos testes cum præsentia proprij Parochi, est summa fides, quæ pœnes Parochum est reposita *arg. cap. præcipimus* 12. *q.*2. propter quam multum pro præsentia lex canonica præsumit, & quod fraudes excludat iuxta *cap. nemo de simonia*, & *cap. super eo de postulatione.* Cùm enim Parocho sit commissa cura animarum, & sit ipsarum animarum iudex deputatus, multum de eo ius canonicum meritò confidit, etenim qui reputatur fidelis in maiori, scilicet in cura animarum, reputatur etiam fidelis in minori, scilicet in assistentia testamenti iuxta dictum Christi Domini *Matthæi* 16. & *Lucæ* 19.

5. Limitat tamen primò Alciatus in *cap. nouit col. penult. de iudiciis*, prædictam dispositionem intelligens procedere in foro conscientiæ, non verò in iudiciali. Sed Doctores citati, & alij communiter sentiunt procedere etiam in foro contentioso tam ciuili, quàm Ecclesiastico in terris Ecclesiæ subiectis quoad iurisdictionem temporalem, & in terminis: limitationem reprobat Couarruuias *dicto num.*12. dicens Alciatum fuisse deceptum, & post eum Valerus *vbi suprà.* Et ratio est quia textus loquitur generaliter, & ius canonicum in prouinciis Ecclesiæ seruandum est non solum in foro conscientiæ, sed & in foro iudiciali tum Ecclesiastico, tum sæculari, scilicet inter sæculares, vt in primo Tomo variorum moralium *tit.*1. *num.*539. notaui, & latè tradunt Doctores communiter, quos *ibidem* allegaui.

6. Limitant secundò aliqui dispositionem dicti *cap. cum esses*, vt valeat testamentum ad causas profanas facto cum Parocho, & duobus testibus procedere solum in testamentis factis à personis infirmis grauiter ægrotantibus, & in extremis vitæ terminis existentibus. ita Guido Papa *d.q.*43. Cænedo *d. collect.* 159. *num.*7. Augustinus Barbosa *d. Collectaneo add. cap. cum esses num.*8 & Borellus *d. tit.*20. *num.*211. & id Guido, & Cænedo inferunt ex illis verbis textus *in extrema fecerint voluntate*, hoc est voluntate laborante in extremo vitæ spiritu, interpretantur ipsi. Cùm enim, inquit Cœoedo, infirmus non possit ita facile semper tot conuocare testes, quot dispositio iuris ciuilis requirit, ius canonicum voluit, vt valeat, & seruetur eius testamentum factum cum duobus testibus, & Parocho, qui in vitæ periculo, & conflictu frequenter adest cum infirmo; & cuius præsentia cum concursu aliorum duorum testium sufficiens visa est, vt cesset omnis fraudis & falsitatis suspicio. Verum alij Doctores *supra* citati & alij communiter tenent, procedere etiam in testamentis, quæ fiunt à sanis de iurisdictione temporali Ecclesiæ, absolutè enim & generaliter asserunt de iure Canonico iuxta dictum textum in *d. cap. cum esses* ad valorem testamenti in terris Ecclesiæ quoad forum Ecclesiasticum, & sæculare sufficere duos testes idoneos cum proprio Curato. Et ita consuetudine, & communi praxi receptum est. Decretalis enim generaliter loquitur, seu intelligi debet, vt ostendit ratio, in qua se fundat, desumpta ex iure diuino, scilicet, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, procedit enim hæc ratio ex iure diuino, & gentium desumpta in omni testamenio tam in sanitate, quam in infirmitate condito. Præterquam quod illa verba textus *in vltima, & extrema necessitate fecerint*, non indicant necessariò testatorem debere esse in extremo vitæ periculo, cum testatur coram duobus tantum testibus, & proprio Parocho, vt testamentum de iure Canonico valeat, cum rectè intelligi possint, decretalem loqui de testamento, cum quo testator decesserit absque vlla alia voluntatis mutatione; tale enim testamentum cum contineat vltimam voluntatem testatoris, rectè dici potest factum in vltima, seu extrema voluntate.

7. Admisso autem intellectu, quem Guido Papa, & alij præcitati approbant, An si infirmus, qui testamentum cum duobus tantum testibus, & proprij Parochi interuentu condidit, conualescat, subsecuta conualescentia statim irritum fit; si potuit aliud testamentum cum debitis solemnitatibus iuris ciuilis facere, & noluit, sed in eadem voluntate decesserit. Guido Papa *d. quæst.*543. *num.*12. affirmat censeri irritum statim subsequuta conualescentia, vel saltem post annum à conualescentia. Primum probat per *l.*1. *Cod. de sacros. Ecclesiis ibi decedens &c.* Secundum probat argumento ducto à testamento militis minus solemni condito in castris, vel in conflictu, quod valet tantum intra annum à missione honesta, vel causaria, non vltra annum, vt latè explicaui in secundo tomo *horum moralium variorum tit.*11. *à numero* 81. *ad* 87. At negandum est irritum fieri, sed valere etiamsi testator conualuerit, & potuerit ad libitum facere aliud testamentum adhibendo septem testes, & ad id faciunt ea, quæ tradidi in secundo Tomo *titulo* 9. *num.*29. 30. *&* 165. & Doctores iisdem locis citati, & conuincit ratio *d. n.* 29. adducta, nempe quod quoad solemnitates adhibendas in testamento inspicitur tempus testamenti *l. ad tertium §. conditionem. ff. de testamentis.* & *l.*1. *Cod. eod. tit. §. sed cum aliquis instit. eod. tit.* Quomodo autem intelligenda sit *lex* 1. *Cod. de sacros. Ecclesiis ibi decedens* latè declaraui in secundo Tomo *tit.*12. *num.* 3. *&* 4. De Testamento autem militia est peculiaris & expressa iuris dispositio, quæ non est ad casus alios trahenda.

§. II.

An dispositio eiusdem cap. Cùm esses *procedat non solum in terris Ecclesiæ quoad iurisdictionem temporalem, & spiritualem subiectis, sed etiam in foro sæculari in terris Imperij, & aliorum Principum.*

8. MVltorum sententia fuit dispositionem dicti *cap. cùm esses*, vt testamentum conditum coram duobus testibus, & proprij Pastoris interuentu valeat, procedat & seruanda sit vbique non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro iudiciali sæculari, in terris etiam Imperij, & cuiusuis alterius Principis; eo quod per Decretalem *d. cap. cùm esses* correctum, seu abrogatum sit ius ciuile requirens solemnitatem septem testium ad testamenti valorem. Hanc opinionem tenuerunt Alanus, Vincentius, Goff. Hostiensis prout eos referunt Panormit. *in d. cap. cùm esses.* Tiraquellus loco *supra num* 4. allegato. Corneus *consil.*168. *& num.*3. Couarruuias *in d. cap. cùm esses num.*2. *fine*, tenuerunt idem Panormitanus & Antonius *in d. cap. cùm esses* & plures alij Iurisperiti à Tiraquello vbi supra relati, Mantica de Inuentario *pag.* 20. *num.* 10. à Farinacio *in repertorio vltim. volunt. q.*61. *num.*22. relatus. Syluester *verbo testamentum* 1. *num.*5. *vers. Tertium*, & nouissimè Comitolus *respons. mor. lib.*7. *num.*6. *& seqq.* Diana *pag.* 5. *tract.*3.

resolut. 119. & probabilem, ac posse defendi ait Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. cum esses num.* 2. & Alciatus *in l.* 1. *Cod. de sacros. Ecclesiis* scripsit id vbique seruari, prout illum refert loco citato Couarruuias. Fundatur hæc opinio in ratione, quam Alexander tertius *in d. cap. cùm esses* respondens Episcopo Hostiensi super propositione de vsu, seu consuetudine illius Episcopatus non admittendi testamenta, quæ septem, vel quinque testibus non essent subscripta, adducit ad talem consuetudinem improbandam, & ad decernendum sustinenda vti valida testamenta facta cum duobus testibus, & Parocho proprio: scilicet illam consuetudinem, & consequenter etiam dispositionem legum ciuilium de solemnitate septem, vel quinque testium in testamento adhibendorum, esse à diuina lege, & sanctorum Patrum institutis, & à generali consuetudine Ecclesiæ alienam, scilicet repugnantem, & contrariam legi diuinæ, cum ex ea cuiusque rei veritas duobus, vel tribus testibus committatur, siquidem in ea scriptum est, *in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum,* ergo iuxta sanctionem Alexandri tertij *in d. cap. cùm esses* contra dispositionem legum ciuilium, & quamcumque consuetudinem eidem dispositioni iuris ciuilis, quoad testamenta sustinenda & conseruanda etiam ad causas profanas in quocunque foro, & vbique attendendum est ius naturale diuinum, & seruanda dispositio eiusdem capitis *Cùm esses*, declaratius eiusdem diuini iuris. Si dicatur seruandam dispositionem *dicti cap. cùm esses* in ditione Ecclesiæ, contra vrget Comitolus dicens eam niti iure diuino, & naturali, & Patrum institutis, quibus obedire oportet cunctos Reges, & Principes; addit præterea causam condendi dictum canonem non fuisse eam, quod testamenta sine septem, aut quinque testium subscriptione irrita iudicarentur in ditione Ecclesiæ, sed quia contra diuinam legem, Patrum instituta, & Ecclesiæ generalem consuetudinem irrita pronunciarentur. Si etiam cum Glossa *in d. cap. cùm esses*, & nonnullis aliis infra allegandis dicatur, Papam non potuisse abrogare leges prædictas quantum ad eos, qui non sunt de iurisdictione temporali Ecclesiæ, cum non sint iniquæ, sed rationabiliter conditæ ad impediendas falsitates in testamentis, & codicillis interuentu tot testium. Idem Comitolus reprehendit hoc dictum tanquàm temeritate plenum, eo quod, inquit summus Pontifex. vbi videt Principum leges à diuina, & naturali lege abhorrentes esse, eas potest, & debet
9. etiam castigare, & sanctionibus suis corrigere. † Hanc eandem sententiam, quod dicta dispositio *cap. cùm esses* procedat etiam in terris Imperij, & aliorum Principum, quoad testamenta confecta ab ægrotis, & personis infirmis in extremo vitæ periculo constitutis, & quoad huiusmodi testamenta Alexandrum III. reprobasse, & correxisse consuetudinem, & leges ciuiles ampliorem numerum testium requirentes, vt iniustas, & peccati nutritiuas asseruit Guido Papa *d. q.* 541. *num.* 11. & Cænedo *d. collect.* 159. *num.* 7. Probat Cænedo, nam cum ægroti grauiter laborantes non facile possint vocare, & habere tot testes, quot leges ciuiles postulant, si vltima voluntas in extremo vitæ periculo explicata coram duobus testibus, & Parocho, cuius præsentiam ius Canonicum iudicauit sufficientem ad excludendam falsitatis suspicionem, à iure reiicitur, voluntati testatoris contrauenietur, & venientes ab intestato retinebunt bona contra dispositionem defuncti & cum peccato, cum peccatum mortale sit, non exequi voluntatem rationabilem defuncti iuxta Butrium, & Panormitanum *in d. cap. cùm esses.* Vnde D. Gregorius dixit vltimam voluntatem defuncti omnibus modis seruari debere *cap. vltima voluntas* 13. *q.* 2. id quod etiam confirmatur ex textu *in d. cap. cùm esses.* in quo summus Pontifex sub pœna excommunicationis prohibet, ne quis sub prætextu non seruatæ solemnitatis septem testium audeat rescindere testamenta confecta cum duobus, vel tribus testibus, & cum interuentu Parochi proprij, quæ pœna iuxta Doctores supponit peccatum mortale.

Verùm communis Doctorum affirmat dispositionem Canonicam *d. cap. cùm esses* in testamentis ad profana quoad forum iudiciale sæculare non procedere in terris Romani Imperij, & aliorum Principum, quæ non sunt subiectæ iurisdictioni temporali summi Pontificis, nec Alexandrum III. per eandem dispositionem abrogasse, seu correxisse leges ciuiles requirentes septem testes in testamentis, sed tantum decreuisse solemnitatem duorum testium, & proprij Parochi sufficere ad valorem testamenti etiam ad profana in terris dominio temporali Ecclesiæ subiectis, de quarum numero est Ciuitas Hostiensis, ita quod Decretalis non fuerit vniuersalis, sed limitata ad ditionem Romanæ Ecclesiæ. ita Glossa, Io. Andreas. Ioan. de Fan. Cal. Petrus de Perusio, Petrus de Ancharano Cardinalis Florentinus, Imola *in d. cap. cùm esses:* ex Iurisperitis supra *n.* 4. relatis Corneus locis *ibid.* allegatis, Tiraquellus *ibidem.* Couarruuias *in d. cap. cùm esses num.* 3. *&* 12. Boërius *d. decis.* 93. *num.* 2. Clarus *d. q.* 57. *num.* 2. Grassus *d. q.* 56. *n.* 3. Spino *d. glossa* 31. *num.* 37. *& tribus seqq.* Mænochius *q.* 80. *num.* 25. *& seq.* Mascardus *loco citato*, Borellus *d. tit.* 20. *num.* 213. Farinacius *d. quæst.* 61. *num.* 11. Marta *d. art.* 8. *num.* 29. ita etiam præter innumeros alios Iurisperitos antiquos, & iuniores à præcitatis relatos Stephanus Gratianus *discept. for. tom.* 2. *cap.* 223. *num.* 52. & ex Theologis Cano *lib.* 6. *de locis cap.* 8. *ad* 4. Dominicus Soto *lib.* 4. *de iustit. q.* 5. *art.* 3. *circa finem.* & ex allegatis supra *num.* 4. Ioannes Valerus *d. diff.* 2. *initio.* Molina *d. disp.* 133. *versiculo* Panormitanus *cap. cùm esses*; Vasquez loco supra *n.* 4. allegato. Azorius *p.* 3. *lib.* 6. *cap.* 9. *versic. Dicendum.* Salas loco infra *num.* 61. allegando. Sanchez *lib.* 4. *consil. mor. cap.* 1. *d. dubio* 14. *num.* 17. Ioannes Lugo *d. disp.* 24. *num.* 20. & hæc sententia consuetudine recepta est, & in praxi seruatur extra terras Romanæ Ecclesiæ, quod vtramque iurisdictionem subiectas, nisi aliter consuetudine, vel statuto loci inductum sit, vt valeant testamenta facta coram duobus testibus, & proprio Parocho iuxta formam *dicti cap. cùm esses.* † Sic in plerisque testamentis in 11.
locis Galliæ obseruari, præsertim Tholosæ *d. tit.* 2. *n.* 207. refert Camillus Borellus ex Gerardo Maynardo *in decis. Tholos.* 5. *num.* 1. 2. *lib.* 5. Matthia Colero *in decis. German.* 35. *num.* 3. *& aliis*, & scribit etiam Franciscus Zipæus *in enarratione iuris noui lib.* 2. *tit. de testamentis num.* 14. *&* 20. vbi etiam ait idem statutum esse in Brabantia. idem etiam in terris Imperij, & in pagis obseruari *eod. tit.* 20. *num.* 214. refert idem Borellus ex præfato Matthia Colero *d. decis.* 35. *num.* 4. 5. 6. *&* 7.

Hæc communis sententia, quod nullo modo censendum sit summum Pontificem Alexand. III. abrogasse, 12.
vel voluisse abrogare tanquam iniquum ius ciuile de ordinandis testamentis à tot Imperatoribus, & viris sapientissimis statutum, & comprobatum ad euitandas fraudes, & falsitates, probatur. Nam cum solemnitas septem testium in testamentis adhibendorum à iure ciuili inducta sit ob bonum publicum, scilicet, vt euitarentur in eis falsitas, & fraudes, quæ sæpissimè attenta hominum malitia, & cupiditate bonorum temporalium in testamentis committerentur, si duo testes sufficerent *l. fin. Cod. de fideicom. & l. iubemus Cod. de testamentis* leges ciuiles de adhibendo numero septem testium in testamentis ordinandis, non sunt iniquæ, & fomentea peccatorum, sed iustæ, & tendentes ad peccata euitanda. Quare etsi S. Pontifex potest has leges, & alias leges humanas, licet iustas annullare, & mutare in terris, quarum est dominus temporalis, non tamen potest abrogare, vel mutare in terris, quæ non sunt de suo, sed de aliorum Principum temporali dominio; Cum summi Pontificis potestas ad abrogandas leges Principum sæcularium solum se extendat ad eas, quæ iniquæ sunt, peccata fouent, ac cum fine supernaturali non consentiunt, vt constat ex iis, quæ tradidi in secundo

Tomo

Tomo tit. 12. *n.* 5. & tradunt *Cano, Sotus, Glossa, & alij Doctores* pro hac sententia relati. Et latius *Molina de iustit. tr. 2. disp.* 19. Quapropter etiam non est credendum summum Pontificem intendisse eas annullare, sed solùm voluisse non obseruari in Prouincijs Ecclesiæ; Quia enim fortè videbat ex solemnitate iuris ciuilis oriri lites multas, & non pauca incommoda; sufficienter verò occurri malis, quæ ex sola præsentia duorum testium in testamentis solent euenire, si vnà interueniret proprius Parochus; solam solemnitatem *d. cap. cum esses* statutam sufficere voluit in testamentis conditis in iurisdictione ipsius temporali, tanquam similiorem illi, quæ & iure diuino positiuo fuit in veteri lege statuta, ac statutis ac consuetudine Ecclesiæ regulariter fuit semper
13. in alijs causis seruata. † Neque dictis obstat lex illa diuina, seu ius naturale, *quod duo, vel tres testes.* Nam inde infertur quidem iniquum esse regulariter vnius dicto standum non esse, vniusue testimonio quemquam debere damnari iuxta textum in cap. *ab isto die* 35. *q.* 6. & textum in cap. *licet in vniuersis de testibus*: & illud vulgare, quod dictum vnius est dictum nullius, ac proinde quod vnitas testis quantumuis maximæ authoritatis regulariter plenè non probat; Infertur etiam quod regulariter, & inspecta naturali synceritate hominum, iuxta quam viuere deberent, duo, vel tres testes idonei sufficiunt ad probandam veritatem cuiusque rei, vel ad tollendam falsitatis, & fraudis præsumptionem: non tamen lege illa negatur, quin veritas multò magis probetur ore, seu dicto quatuor, quinque, sex & septem testium, & quod numerus testium augeri possit ex iusta causa, scilicet, si hoc legum conditoribus ad bonum publicum, regiménue Reipublicæ vtile visum fuerit, perpensa cuiusque negotij qualitate, & vbi fraudis, & malitiæ suspicio esse potest. Quod non solum in testamentis, codicillis, & donatione causa mortis, & in aliis casibus dispositum est à legum ciuilium conditoribus, sed etiam nonnullis casibus statutum est lege Pontificia in sacris canonibus, nam ad condemnandum Subdiaconum, Acolitum, Lectorem, Exorcistam, Ostiarium exiguntur saltem septem testes cap. *Præsul.* 2. *q.* 5. ad condemnandum Diaconum Cardinalem saltem viginti septem; ad condemnandū Presbiterum Cardinalē sexaginta quatuor, & ad Episcopum amouendū septuaginta duo *d. cap. Præsul*; quod fuit statutum ob summam Cardinalatus, & Episcopatus dignitatem, quæ omnia alioqui malè fuissent à S. Pontifice Syluestro statuta, si iure naturali, & diuino vetitum est in negotiis, & causis augere numerum duorum, vel trium testium; imò etiam ab eodem Alexandro tertio in *in d. cap. cùm esses*, malè sancitum esset, quod in testamentis adhiberentur duo testes, & etiam Parochus proprius; nam duo sufficerent vel si tres, non esset necessaria qualitas illa, quod ille tertius sit proprius Parochus. Igitur quoad probationem faciendam per testes, cum non reperiatur aliquo iure naturali, diuino, aut humano in genere præfinitus aliquis certus numerus testium, vltra quem non liceat addere; hoc positum erit in arbitrio legislatoris, vel iudicis, qui attentis varijs circunstantijs causarum, & eorum, qui adducuntur in testes, quandoque duos, vel tres, quando quinque, septem pluresue, aut pauciores testes in hoc, vel illo casu exigere poterit, vt de veritate censeatur constare, vel præsumatur, vt constat ex *d. cap. Præsul* 2. *q.* 5. & notat *Glossa in d. cap. licet vniuersis de testibus, & in l. vbi numerus ff. de testibus.* & ad id faciunt, quæ in Tomo primo *tit.* 1. *n.* 808. notaui ex Vasquio & aliis Doctoribus *ibidem* allegatis, volentibus probationes, quæ fiunt per testes, esse arbitrarias, vel saltem in illis iudicis arbitrio plurimum esse relinquendum.

14. Quod si contra hæc quis vrgeat, quod summus Pontifex Alexander *in d. cap. cum esses* damnat consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis, quæ septem, vel quinque testes in testamentis requirebat, velut alienam, seu pro ratione afferens, & dicens esse alienam à lege diuina, generali ecclesiæ consuetudine, & Sanctorum institutis, hoc dictum Pontificis non obstat, & imprimis Sanchez *d. n.* 17. respondet, quod id, quod Papa directè respondet ad quæsitum Episcopi Hostiensis, & decernit vt Papa, est, quod ad valorem testamenti in terris, quarum est dominus temporalis, sufficiant duo, vel tres testes cum proprio Parocho; quod vero subdit pro ratione, subdit vt doctor particularis, in quo errare potuit, & errauit. Sed cùm sint aliæ responsiones aptæ non est, cur errorem tanto Pontifici attribuamus. Itaque secundò respondet Spino *d. glossa* 31. *n.* 37. summum Pontificem dixisse esse alienam à lege diuina, scilicet iudiciali veteris testamenti, quæ in eo sensu hodie non obligat, vt diuina, sed vt positiua, quatenus est ab Ecclesia approbata, approbauit autem in testamentis ad profana solum in ditione temporali sua. Tertiò respondet Couarruuias *in d. cap. cùm esses d. n.* 3. non reprobare summum Pontificem illam consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis ex eo, quod sit contraria legi diuinæ, sed quod repugnet consuetudini generali Ecclesiæ, quæ conformando se illi legi diuinæ iuxta illam ita statuit, vt testamentum in sua ditione temporali validè confici valeat adhibitis duobus, vel tribus testibus, & simul proprio Parocho; quam consuetudinem propterea tenebatur sequi Ecclesia Hostiensis, cum sit de temporali ditione Ecclesiæ Romanæ. Denique respondet Menochius *d. q.* 80. *n.* 23. *&* 24. & post eum Lugo *loco supra citato* dispositionem iuris ciuilis, & illam consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis de adhibendis septem testibus in testamentis ab Alexandro tertio dictam esse alienam à lege diuina, non quia illi sit positiuè contraria, sed quia ab illa est remota, & quodammodo vltra illam, scilicet, est aliena negatiuè, quia scilicet exigit plusquam ius diuinum, & naturale exigit, iuxta quod ad veritatem probandam duo vel tres testes sufficiunt inspecta (vt Sotus, Menochius, & alij notant) naturali hominum sinceritate; quam sinceritatem cum ad fraudem, & malitiam versam viderent Imperatores, & legum conditores iure potuerunt augere numerum testium, & statuere testamento adhibendos esse quinque, vel septem, sicut ob eandem rationem vitandæ fraudis idem Pontifex Alexander in terris Ecclesiæ voluit vltra duos, vel tres adhibere proprium Parochum in testamento ad profana, cuius præsentia de iure diuino non exigitur, & sicut etiam Tridentium eandem Parochi proprij præsentiam voluit esse necessariam ad valorem matrimonij ad vitandam fraudem, licet de iure diuino non exigeretur.

Ex dictis manet sufficienter satisfactum fundamentis Comitoli, & aliorum Doctorum primæ sententiæ. 15.

Ad ea autem, quæ adducit Cænedo respondetur primo textum *in dicto cap. cùm esses* loqui generaliter, & etiam de testamentis conditis à sanis, & insuper quia voluntates vltimæ defunctorum adimplendæ sunt, ideo Imperatores, & legislatores statuisse solemnitatem septem testium, vel quinque ad impediendas fraudes, per quas contra voluntatem Testatorum eorum bona contingeret deuenire ad personas extraneas, & ab ipsis non electas; & ideo leges ciuiles præscribentes dictam solemnitatem non esse iniquas, & contrarias iuri naturali; an vero si constet de voluntate testatoris, quod bona sua debeant esse hæredis instituti in testamento minus solemni præsertim conditi in graui infirmitate, in qua non potuerint haberi nisi duo, vel tres testes, tale testamentum pariat naturalem obligationem, & in foro conscientiæ sit seruandum, vel etiam in foro iudiciali, non obstante, quod solemnitates iuris ciuilis in vniuersum sint iustæ, explicabitur titulo sequenti.

§. III.

An dispositio eiusdem cap. Cùm esses, *procedat in foro Ecclesiastico in terris Ecclesiæ, quoad iurisdictionem temporalem minimè subiectis. Vbi an Clerici extra terras Ecclesiæ validè testentur iuxta dispositionem dicti cap.* Cùm esses, *& an eadem dispositio procedat in terris Ecclesiæ mediatè subiectis.*

SEd nunquid in foro Ecclesiastico in terris dominio temporali Ecclesiæ minimè subiectis, habebit locum dispositio *dicti cap. cùm esses.* vt in illo foro iudicandum sit pro valore testamenti conditi cum solemnitate dicti capitis, scilicet, coram duobus tantum testibus, & cum interuentu proprij Parochi; an verò de valore testamenti iudicandum erit iuxta dispositionem iuris ciuilis, vel statuti ciuitatis, seu loci?

16. Et plures ex iurisperitis supra num. 10. allegatis aiunt in terris Imperij, & alijs non subiectis Ecclesiæ, quoad dominium temporale in foro sæculari quoad solemnitatem testamentorum standum esse dispositioni iuris ciuilis, vel statuti, aut consuetudinis Ciuitatis, loci, vel Prouinciæ. in foro verò Canonico, seu Ecclesiastico standum esse dispositioni *dicti cap. cùm esses.* ita Corneus *Consil.* 168. *num.* 3. *vol.* 2. *& cons.* 157. *num.* 2. *Clarus d. q.* 57. *num.* 3. *Marta d. art.* 8. *num.* 29. *&* 30. *& Farinacius d. quæst.* 61. *num.* 13. idem dixit *Capycius decis.* 201. & plures alij, quos idem *Capycius, Corneus, & Marta* referunt, & alij, quos refert *Panormitanus in cap. quod Clericis num.* 9. *& num.* 14. *& pluribus sequentibus vsque ad* 21. *de foro competenti.* Et hanc opinionem Clarus ait esse communem Doctorum in practica receptam. Quare iuxta Doctores huius sententiæ, si agatur de testamento condito à laico, & duo Clerici inter se contendant in foro Ecclesiastico circa valorem testamenti, iudicandum erit de valore iuxta dispositionem *d. cap. cùm esses*; item si laicus contra Clericum institutum à testatore Clerico agat in foro Ecclesiastico, iudicandum erit de valore testamenti iuxta eandem dispositionem iuris Canonici in *d. cap. cùm esses.* Si vero laicus agat in foro sæculari contra laicum institutum à testatore nedum laico, sed etiam clerico iudicandum erit iuxta dispositionem iuris ciuilis, vel municipalis, ita vt testamentum Clerici non sit iudicandum validum, nisi in eo interuenerit solemnitas iuris ciuilis, vel municipalis: Et ita in Regno Neapolis fuisse decisum, quod testamentum clerici factum à Notario Apostolico sine iudice, in quo fuerat institutus hæres laicus, non erat validum, testatur Capycius *d. decis.* 201. *fine*, & post eum Marta *dicti num.* 30. idque ad instantiam nonnullorum agnatorum clerici testatoris, qui nihil eis reliquerat, & agebant in foro sæculari petitione hæreditatis tanquam ab intestato.

17. Ante resolutionem examinandum prius puto, an clerici testamentum minus solemne, & factum iuxta dispositionem *dicti cap. cùm esses*, etiamsi fiat in terris Ecclesiæ minimè subiectis quoad iurisdictionem temporalem à clericis ibi habitantibus, & commorantibus valeat, an vero vt valeat debeant clerici in suis testamentis ad profana adhibere solemnitatem iuris ciuilis, vel municipalis loci, in quo commorantur, & testantur. Et aliqui absolutè aiunt testamentum Clerici sine solemnitate iuris ciuilis, cum sola solemnitate iuris gentium valere ad similitudinem testamenti militis in expeditione, aut loco hostili existentis. ita nonnulli, quos allegat Vasquius *de successionum creat. lib.* 3. §. 22. *num.* 37. & sequitur *Bellettus disquis. clericalium p.* 1. *tit. de exemp. cleric. à statu sæcular.* §. 4. *num.* 18. Verùm Clericos non gaudere priuilegio testandi iure militari tradidi in secundo Tomo horum moralium *tit.* 11. *num.* 72. & tenent Doctores ibidem citati, & alij, quos citat, & sequitur Vasquius *d. num.* 37. Vt enim annotaui *d. tit.* 11. *num.* 71. & ait loco citato Vasquius, militibus solemnitas testandi remittitur non solum propter occupationem armorum, sed etiam ab nimiam eorum imperitiam *l.* 1. *ff. de milit. testam & in princip. institut. eodem*, quam imperitiam clericos profiteri nefas, & indecorum esset, vt idem Vasquius inquit. 18. † Alij dicunt, quod si clericus instituat alium Clericum, ita vt de testamento, & eius valore sit agitanda quæstio in foro Ecclesiastico, testamentum Clerici factum iuxta dispositionem *dicti cap. cùm esses* esse iudicandum validum; Si vero instituat laicum, ita vt controuersia de testamento sit dirimenda in foro sæculari, tunc non valere testamentum clerici, nisi sit factum cum solemnitate iuris ciuilis, vel statuti. ita *Antonius Butrius*, & *Ioannes Andreas* allegati ad id à Panormitano *in dicto cap. quod Clericis num.* 16. *Capycius d. decis.* 201. & idem videntur tenere alij Doctores *num.* 16. *relati.* Nituntur hi Doctores ea ratione, quod Clericus sic testando, vt eius testamentum, quoad executionem subiiciatur foro sæculari, vel Ecclesiastico, videtur tacitè consensisse etiam, vt subiiciatur legibus eiusdem fori. 19. † Alij existimant testamentum clerici etiam ad profana siue instituat laicum, siue clericum factum cum duobus, vel tribus testibus, & interuentu Parochi iuxta dictum *cap. cùm esses* non seruata solemnitate legum ciuilium, vel statuti valere, & vt validum iudicandum in vtroque foro sæculari, & Ecclesiastico, eo quod leges, & statutum Potestatis laicæ non videntur ligare Clericos. ita sentire Imolam dicit *Capycius d. decisione* 201. idem sentire videtur *Panormitanus in d. cap. quod Clericis n.* 21. *& seqq. de foro competenti.* 20. † Demum alij aiunt clericos habitantes in locis, quoad iurisdictionem temporalem Ecclesiæ minimè subditis non posse testari validè ad profana (etiamsi instituant Clericum) iuxta dispositionem *d. cap. cum esses*, sed vt valeat eorum testamentum debere in eo adhibere solemnitatem requisitam à iure ciuili Principum, vel Reipublicæ in cuius districtu commorantur, & testantur. Ita *Bartholus in l. cunctos populos* 1. *n.* 14. *Cod. de summa Trinit. Ioannes Andreas in d. cap. cùm esses de testamentis*, ibidem *Ancharanus*, *& Petrus de Perusio*, *Molina de iustitia tom.* 1. *in dicta disputatione* 33. *versic. dubitant Doctores*, *Negreiros in introductione ad vltimas voluntates lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 1. *&* 2. *Ioannes Lugo de iustitia tom.* 2. *dicta disp.* 24. *num.* 20. *versic. alij verò*, & esse opinionem hanc communi consuetudine roboratam testatur *Ioannes Andreas loco citato.* & fundamentum huius sententiæ est, quia Clerici tenentur se conformare alijs legibus Reipublicæ, cuius sunt, quoad contractus, pretij taxationem, & alia, quæ ad regimen politicum illius Reipublicæ spectant, cum non contineant peccatum, nec sint contra libertatem Ecclesiasticam, vt latè tradit Molina *d. tom* 1. *disput.* 31. & communiter Doctores, præsertim agentes de legibus, quos allegat & sequitur *Salas de legibus tract.* 14. *disp.* 14. *sect.* 8. *num.* 94 *& seqq. & num.* 102. *versic. tertia exceptio.* ita etiam tenentur se conformare legibus testamentorum Reipublicæ, seu loci, vbi sunt, & testantur, cum & hæ spectent ad politicum Reipublicæ regimen, nec sint contra libertatem Ecclesiasticam, aut peccatum contineant vt supra *num.* 12. probatum est, & quod leges ciuiles irritantes siue contractus, siue testamenta, & legata, nisi tali solemnitate, & modo fiant, obseruandas esse à Clericis, ita vt factum ab eis alio modo omninò irritum sit, tradit in terminis etiam *Vasquez* 1. 2. *disp.* 167. *cap.* 4. *num.* 30. & tenet etiam vti probabilius, & verius Salas *d. sectione* 8. *num.* 99. *iuncto numero* 104. *versic. de legibus*, *& versic. tenendo.* Quamuis etiam probabile putet testamenta Clericorum ad profana in terris Principum sæcularium condita, non seruata solemnitate iuris ciuilis esse quidem nulla, si hæreditatem, vel legata deferant sæcularibus, quia, inquit, per leges sæculares sunt incapaces, secus si alijs clericis deferant, nam

nam tuoc dicit esse valida. Idem Stephanus Gratianus
tom.1. discept. for. cap.124. num.16. idem sentit, dum di-
cit Clericos etiam teneri seruare solemnitatem actus
requisitam à statuto, dum actum celebrant in loco sta-
tuentium, etiam si sint ibi forenses. Vnde vt aduertit
Molina, Clerici siue instituant laicum, siue clericum te-
nentur instituere ascendentes, vel descendentes aut
agnatos in portionibus debitis iuxta leges ciuiles, vel
21. talis Reipublicæ. † Aduertit etiam idem Molina vbi
supra, quod esto, quod Clerici ex natura rei in testa-
mentis se possent conformare quoad solemnitatem di-
spositioni iuris Canonici, videndum tamen erit in vno-
quoque loco, an id consuetudine sit legitimè abroga-
tum. Hine

22. Ad propositam dubitationem respondendum primo
etsi laicus testando ad profana instituat Cl[illegible], seu
Clericos debet seruare solemnitatem iuris ciuilis, vel
suæ legis, seu loci, in quo habitat, & testatur, & aliter
faciens, & conformans se dispositioni iuris Canonici
discordanti à sua lege, testamentum non sustinetur, &
ita nec in foro externo seculari, neque in foro Eccle-
siastico est seruandum, sed in vtroque foro iudicandum
iuxta leges ciuiles, vel leges loci, vbi testator moraba-
tur, & testamentum condidit. ita *Panormitanus in d. cap.
quod clericis de foro competenti num.29. Molina, & Lugo
locis citatis*, & idem puto sentire *Couarruuiam, Grassum,
Tiraquellum, Spino, Boerium & Borellum locis supra n.10.
allegatis*, dum absolutè, & sine distinctione aiunt dis-
positionem *dicti cap. cùm esses* procedere solum in terris
Ecclesiæ quoad dominium temporale subiectis, non au-
tem in terris Imperij, & aliorum Principum. Et ita
etiam seruatur in praxi. Ratio est, quia testamentum
factum non seruatis solemnitatibus legis ciuilis, vel Rei-
publicæ, seu loci, in quo testatur existit, non valet sal-
tem quoad forum externum, ergo in vtroque foro tam
Ecclesiastico, quam ciuili non debet ex eo ius reddi, vt
Panormitanus in dicto cap. quod Clericis num. 27. Confir-
matur, quia alioqui si ex eo posset ius reddi in foro
Ecclesiastico, non verò in foro sæculari, sequeretur
absurdum, scilicet quod idem actus esset validus, & in-
ualidus, & obligaret, ac non obligaret, quod nullo mo-
do videtur posse dici.

23. Respondendum secundo si Clericus in suo testamen-
to non solum instituat laicum, sed etiam instituat Cle-
ricum non conformans se quoad solemnitates disposi-
tioni iuris ciuilis, vel Reipublicæ, siue loci, in quo ele-
git, & testatur, neque in foro sæculari, neque in foro
Ecclesistico ex eo ius reddi potest, seu iudicari debet in
fauorem instituti. ita expresse *Molina, & Lugo citatis
locis*, & colligitur manifestè ex *Panormitano d. num.29.
& 30.* & conuincit ratio adducta, scilicet, quia tale
testamentum non valet saltem in foro externo, ob non
seruatam debitam solemnitatem, ergo in neutro foro
debet ex eo iudicari, sed tam in foro Ecclesiastico, quam
sæculari iudicandum est iuxta leges ciuiles, vel legem,
aut consuetudinem legitimam loci.

24. Respondendum tertiò, quotiescunque testamentum
ad profana tam laici, quàm Clerici (& siue institutus,
seu legatarius sit laicus, siue Clericus) conditum iuxta
dictum Capitulum *Cum esses*, est validum, vel quia Cle-
rici non tenentur in suis testamentis seruare solemnita-
tem à iure ciuili, vel à lege municipali Principum sæ-
cularium, sed possint se conformare dispositioni Iuris
canonici, vel quia testator laicus, vel Clericus fecerit
testamentum in terris Ecclesiæ, vel alibi, vbi solemni-
tas *dicti cap. cum esses* seruaretur, dum ibi moraretur,
si contingat extra ditionem temporalem Ecclesiæ agi-
tari in foro externo controuersiam circa valorem testa-
menti, in vtroque foro scilicet Ecclesiastico, & sæcu-
lari eodem modo esse iudicandum, & ex eo ius esse
reddendum, cum sit testamentum validum, nec debeat
in vno foro haberi vt obligatorium, in altero verò non,
vt supra adducta probant, & tradunt Molina, & Lugo,
& manifestè colligitur ex Panormitano locis citatis.
† Et probatur illa doctrina, quod testamenta à subditis 25.
regni facta extra regnum secundum consuetudinem
loci, in quo fiunt, valent postea in regno, quam doctri-
nam tradunt Bartholus, & Negreitos *locis supra n. 20.
relatis*.

Et licèt Bellettus *disquis. Cleric. p.1. tit. de exempt. cle- 26.
ricor. à statu sæculi §.5. n.3.* dicat, quod si de consuetudine
alicuius loci testamentum coram tribus testibus factum
valet, & alienigena ibi coram tribus testibus testamen-
tum condit, si non transtulit domicilium ad illum lo-
cum, testamentum non valere, per illud argumentum,
quod non videtur in loco fuisse, qui ad tempus ibi erat,
cap. nam & ego de verbor. sig. & aliis iuribus vulgaribus
ab eodem allegatis; & quia, inquit, illa loci consue-
tudo non ligat nisi incolas. *l. pupillo ff. de curat. dat. ab
his.* & Speculator *in tit. de instrum. edit. §. compendiosè
num.16.* vbi (subdit Bellettus) Ioannes Andreas addit
ex Iacobo de Aren. quod testari secundum consuetudi-
nem Venetorum licet solis Venetis, & non Venetias
eunti bus. † Nihilominus asserendum si alienigena, 27.
seu forensis existens in terris Ecclesiæ, vel in alio loco
Principis, seu Reipublicæ alterius, vbi ex speciali sta-
tuto seruetur in testamentis condendis dispositio *d. cap.
cum esses*, vel sufficiant tres, aut quatuor testes tantum,
vbi non ad longum tempus moraturus testamentum
condat iuxta dispositionem *d. cap. cum esses*, vel adhibi-
tis solemnitatibus iuxta statutum loci, vbi testatur, te-
stamentum valere, & consequenter etiam ex eo ius red-
di debere vbique in vtroque foro sæculari scilicet, &
Ecclesiastico; colligitur apertè ex *d. l.1. Cod. de emanci-
pationibus.* & ita prorsus tenent *Bartholus, & Negreitos
locis supra num.20. relatis.* ita *Stephanus Gratianus tom.1.
discept. for. cap.124. num. 15.* vbi loquens de donatione
facta à forense seruata solemnitate requisita per statu-
tum, vbi celebratur, probat esse validam, † Eo quod 28.
in forense attendi debeat locus, vbi actus conficitur,
quoad solemnitates requisitas ex Bartholo *in l.1. Cod. de
sacros. Eccles. Gozadino Consil. 49. num. 14. & Verallo
decis. 285. p.1.* & constabit ex mox dicendis. Et ampliat
idem Gratianus ad Clericos, quod & in ipsorum acti-
bus attendendus sit locus, vbi celebrantur, quoad so-
lemnitates. ita etiam sentit idem *Bellettus citato titulo § 4.
num 37.* vbi expresse dicit, quod si testator sit forensis,
vt testamentum valeat, attendi debere locum conditi
testamenti circa solemnitatem etiam in actibus foren-
sium, licet addat secus esse, si testator forensis condat
testamentum in Monasterio exempto, in quo non ligat
statutum, de quo infra. Confirmatur hæc assertio,
primò ex sententia communi, quod aduenæ, seu foren-
ses, & peregrini per alienum territorium transeuntes
quoad solemnitates contractuum, & actuum, quos ibi
celebrant, debent se conformare legibus territorij vt
*Bartholus, Gozadinus, Verallus, Gratianus locis citatis, &
Doctores communiter*, vt tradidi in meo tractatu de tri-
plici iubilei priuilegio *sect.4. casu 18. num.52.* vbi & iura
allego. † Confirmatur secundò, quia statutum, vel 29.
consuetudo diminuens numerum testium adhibendo-
rum in testamento non procedit solum quoad subdi-
tos loci, sed etiam ligat forenses, vt contra nonnullos
in secundo Tomo *tit.9. num.159.* ex receptiori sententia
tenui. † Confirmatur tertiò ex doctrina magis com- 30.
muni, quam tradidi in secundo Tomo *tit.9. n.9. & 107.*
scilicet Ciuem etiamsi non continuò, vel pro maiori
parte anni rure, seu in villa habitet, si reperiatur ibi, &
ægrotet, ac testamentum faciat ad profana solum cum
quinque testibus, validum esse testamentum, & seruan-
dum, idque ob eam rationem, quod priuilegium rusti-
cis concessum testandi cum quinque testibus respiciat
potius locum, quam personas, vt tradunt Doctores
d. num.107. relati.

An vero si forensis non seruatis solemnitatibus statuti 31.
Ciuitatis, seu oppidi, vbi reperitur, condat testamentum

vel contrahat in Monasterio, seu loco exempto à iurisdictione statuentium, valeat testamentum, aut contractus. Affirmant *Rolandus consil. 53. lib. 3. Natta consil. 643. per totum. Aymon Crauetta consil. 918. num. 6. Bellettus allegato tit.* § 4. *num.* 37. & nonnulli alij, quos idem Bellettua *ibidem*, & *Stephanus Gratianus d. cap.* 124. *num.* 28. allegant. Probant, quia in Monasterio tamquam loco exempto à iurisdictione statuentium, statutum non ligat ibi testantem. At contrarium, & quod etiam in loco exempto à forense sicut à subdito, & indigena sit in testamentis, & contractibus seruanda solemnitas statuti territorij, in quo situs est locus exemptus, tenent *Cagnolus in l. si librarius* 93. *num.* 68. *ff. de reg. iur. Surdus decis.* 129. *num.* 18. quos refert, & sequitur *Stephanus Gratianus d. cap.* 124. *num.* 27. 29. & 30. ob eam rationem, quod semper esset locus fraudibus, si contrarium seruaretur. Quæ ratio quoad subditos statuentium mihi videtur habere magnam vim, ac proinde ipsos, etiamsi testentur, & contrahant in loco exempto, teneri seruare solemnitatea statuti tenet etiam *Natta d. consil.* 643. *num.* 1. *fine*. Quo verò ad forenses non apparet notabile periculum fraudis; & ideo prior sententia etiam mihi videtur probabilis.

32. Quæret quis an dispositio *d. cap. cum esses*, vt valeat testamentum factum cum duobus testibus, & interuentu Parochi proprij procedat, in terris mediatè Ecclesiæ subiectis quoad iurisdictionem temporalem, vt olim erant *Ferraria*, & *Vrbinum*, & hodie sunt regnum *Neapolitanum*, *Ducatus Parmensis*, *Castrensis*, & aliæ terræ, quas habent in feudum multi Domini Romandiolæ, & alij. Affirmant *Corneus consil.* 261. *num.* 31. *fine vol.* 4. & *Farinacius in repert. vltim. vol. d. q.* 61. *n.* 14. *ex Vinio pag.* 251. *à tergo. Verbo testes septem.* & eam *Corneus* affert rationem, quod terra, cuius Ecclesia est Domina temporalis, non desinit esse de terris Ecclesiæ, licet eadem Ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionem specialem illius terræ, vt constat ex *Clement. Pastoralis §. nos quoque.* sed Capycius *d. decis.* 201. & *Marta loco supra num.* 16. *allegato* testantur in foro sæculari regni Neapolis in praxi, non admitti tanquam validum testamentum ibidem factum ad profana solum iuxta solemnitatem *d. cap. cum esses.* & etiamsi sit factum à Clerico, qui laicum instituerit. Quare videndum est, quid in præfatis terris mediatè Ecclesiæ subiectis in praxi seruetur. seu introductum legitimè sit per consuetudinem, vel per aliquod statutum; statutum enim, & consuetudo augens, vel diminuens numerum testium adhibendorum in testamento potest induci à ciuitate recognoscente superiorem, vt in secundo Tomo *tit.* 9. *num.* 158. notaui.

§. IV.

An vt iuxta dispositionem iuris in d. cap. Cùm esses *valeat testamentum ad profana, omninò præter duos, aut tres testes requiratur præsentia proprij Parochi, ita quod Parocho non adhibito seruanda sit solemnitas iuris Ciuilis.*

PRo resolutione clara, & perfecta explicanda sunt sequentia dubia.

33. Primum an sufficiant duo, vel tres testes absque parocho: Et affirmarunt *Antonius de Butrio in d. cap. cum esses & alij*, quos tacitis nominibus referunt *Corneus consil.* 261. *n.* 30. *vol.* 4. & *Clarus §. testamentum quæst.* 57. *num.* 4. & hanc opinionem communem dixit *Roldus consil.* 404. *lib.* 4. pro vt ex *Ioanne Dilecto de arte testandi tit.* 2. *caut.* 2. *num.* 4 refert *Clarus d. num.* 4. & hanc eandem sententiam videtur tenere *Vasquius de success. creatione* §. 21. *num.* 2. *fine & num.* 3. *initio.* Fundatur hæc opinio in ratione illa textus *in d. cap. cum esses* à S. Pontifice ad improbandam consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis adductam, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, quæ ratio desumpta est ex iure diuino naturali, & gentium, secundum quod in quolibet testamento, sicut & in quolibet actu duo, vel tres idonei testes sufficiunt; & est generalis, seu generaliter, & indistinctè *in d. textu* adducta, ac proindè ex ea concluditur, vel apparere videtur semper valere testamentum etiam ad profana, quoties in eo interuenerint solemnitas iuris naturalis, seu gentium; scilicet præsentes fuerint duo, vel tres testes, etiamsi inter eos non adsit Parochus: & licet summus Pontifex mentionem faciat de Parocho proprio iuxta Doctores huius opinionis, respondetur summum Pontificem fuisse loquutum secundum consuetudinem, & accidentiam facti, quia de facto contigerat, quod Parochialis Presbiter interuenerat, non autem quod sit necessarium de iure, vt patet ex dicta ratione textus generali, quæ declarat dictum *l. quod dictum ff. de pac. & l. adigere § quamuis ff. de iure patr.* & consequenter ampliat dispositionem, vt debeant semper sufficere ad valorem testamenti duo, vel tres testes. † Communis tamen sententia, & in 34.
praxi recepta tenet præter duos, vel tres testes requiri præsentiam proprij Parochi, vel illam debere suppleri per æquipollens. Ita *Imola in d. cap. cum esses num.* 13. *Corneus d. consil.* 261. *num.* 31. & *aliis locis supra num.* 4. *relatis Clarus d. q.* 57. *eodem n.* 4. Doctores omnes relati supra *citato num* 4. & sequentibus numeris allegandi, & *Marcus Antonius Genuensis in practicabilibus Eccles. q* 660. *num.* 1. & Clarus dicit quod stultus esset, qui ab hac sententia in iudicando in foro exteriori recederet, & ratio est; quia eam clarè videtur probare textus *d. cap. cum esses*, cum ibi dicatur ea testamenta ad profana debere sustineri, quæ Parochiani coram Presbitero suo Parocho, & tribus, vel duabus aliis personis idoneis fecerint. Verba enim illa *Parochiani coram Presbitero suo* indicant apertè summum Pontificem voluisse in testamento ad profana præter duos, vel tres alios testes debere ex necessitate interuenire Parochi præsentiam; Et confirmarut, tum quia summus Pontifex fecit mentionem de Parocho non in narratione facti, sed in responsione, nec Parochi proprij mentionem fecisset, nisi fuisset ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine in terris suis requisitus, & idem Pontifex voluisset omnino requiri, nisi saltem per æquipollena illius præsentia suppleatur. tum quia *in cap. relatum sequenti*, quia in testamento ad pias causas sufficiebant duo, vel tres testes, & volebat sufficere nullam Parochi mentionem fecit. Ratio autem illa, quia *in ore duorum, vel trium*, &c. non est adducta à S. Pontifice ad probandam totam dispositionem illius textus, sed ad ostendendum rigorem iuris ciuilis requirentis septem, vel quinque testes, non esse conformem iuri naturali, cum vltra illud requirat tot testes, & ad demonstrandam sufficientiam duorum, vel trium aliorum testium adiuncta proprij Parochi præsentia, quæ multum valet ad excludendam præsumptionem fraudis, & falsitatis. Vide Imolam, qui latius respondet fundamentis prioris opinionis.

Dubium secundum, vtrum defectus personæ Parochi 35.
possit suppleri per duos testes super additos, ita vt quatuor testes de iure Canonico, & attenta dispositione *d. cap. cum esses* sufficiant ad testamenti ad profana in terris Ecclesiæ Romanæ subiectis temporaliter, & pro eo iudicandum sit in vtroque foro sæculari, & Ecclesiastico in eisdem terris.

Negant asserentes omninò debere interuenire Presbyterum Parochialem proprium, & si non interuenerit manere immutatum ius ciuile requirens septem, vel quinque testes in vltimis voluntatibus *Corneus consil.* 68. per totum *volum.* 1. & *consil.* 77. *num.* 1. & *seqq. eodem volumine. Imola in d. cap. cum esses*, & *in l. nemo potest ff. de legatis* 1. *Ioan. Cald. Petrus de Perusio*, *Petrus Ancharanus in d. cap. cum esses*, & plures alij ex antiquis Doctoribus, quos referunt *Corneus d. consil.* 77. *num.* 1. *Boërius q.* 93. *num.* 4. & *quæst.* 228. *num.* 11. *post medium*, & *Vasquius*

quius *de successionum creatione lib.3.§.21.n.1.versic.contrariam tamen sententiam*, & hanc esse communem senteotiam testatur Corneus *d.consil.77.* & ita sentire videtur etiam Guido Papa *dicta quæst.543.n.1.* Fundamentum huius senteotiæ est, quod licet iuris ciuilis solemnitas relaxata sit per dictam dispositionem in eo *cap.cum esses*, tamen non debet intelligi relaxata nisi quoad disposita
36. in eodem capite, & decisione Summi Pontificis. † Nam io correctoriis de casu ad casum non fit extensio neque ex paritate, imo neque ex maioritate rationis, etiamsi ratio ipsa esset expressa in lege, vt tenent Glossa. & Doctores *in Clem.auditor. de rescript.& in auth. quas actiones, Cod. de sacros. Eccl.* & alij, quos *dicto consil.77. num.2.* allegat Corneus, id declarans, nisi quando verba trahi possunt ex lata, seo impropria significatione, nam tunc, loquit, extenditur ex mente, scilicet comprehensiuè, nempè quod ratio operatur, quod mens cooditoris censeatur esse, vt verba latè intelligaotur, & ex lata significatione comprehendantur sub verbis casus, de qoo agitur, qoo casu non extenditur lex correctoria vltra quam loquitur, nec ad casum verbis non comprehensum. Cùm ergo regulariter etiam ex ratione in lege expressa non fiat extensio in correctoriis; & dispositio *d.cap.cum esses* sit correctoria iuris ciuilis, non extenditur ad casum, vbi io testamento facto tantum cum minori numero testium, quam ius ciuile requirit, non interuenit proprius Parochus, siquidem talis casus non potest comprehendi in verbis dictæ dispositionis ex quaois lata significatione. Cum imò casus, vbi interuenit Parochus, & vbi non interuenit, sint separati, & contradictorij, & frustra facta esset mentio de Parocho, & nihil operaretur contra *c.si Papa de priuil.in 6.& l.si quando de leg.1.* Præterquam quòd impar est ratio proprij Parochi, & aliarum personarum, quia ius canonicum non habet de aliis eam fiduciam, quam habet de Parocho proprio, cui commissa est totaliter cura animæ testatoris, vt supra *n.4.* explicatum est. Quare, inquit Corneus *d.consil.68.* licet plus fidei soleant habere duo testes, quàm Presbyter Parochialis, tamen iura hoc casu non adhibeot eam fidem duobus testibus cùm requirant completum numerum septem testium, & sic volunt non sufficere quatuor, vel quinque, vel sex testes. Nec minoris auctoritatis (subdit Corneus) & fidei esset Episcopus, qui habet generalem curam animarum totius diœcesis, aut Cardinalis, cui soli quandoque creditur *cap.nobilissimus d.97.* & tamen hoc casu lex iuxta *d.cap.cum esses* creditur Presbytero Parochiali cum duobus testibus, & non Cardinali, vel Episcopo. Et aliàs (addit idem Corneus) credit iurislator literis Episcopi, vel Cardinalis eorum sigillo sigillatis *cap.post possessionem de probat.* & notant Doctores *in cap.quod super his de fide instrum.* & tameo noo crederetur depositiooi alicuios eorum etiam cum iuramento, vt *cap.licet ex quadam de testibus & d.cap.quod super his & cap.quod à vobis eod tit.* & Notarius conficienti instrumentum creditur, cum alio teste quandoque oon creditur: lex ergo adhibet fidem secundum varias circumstantias vni magis, quàm alteri prout legislatori diuersis respectibus visum fuerit, ac propterea ratio paris, aut maioris fidei in proposita dubitatione non vrget; nam lex canonica in *d.cap.cum esses* specialiter magis confidit de Presbytero Parochiali, quàm de duobus testibus, vnde etiam est impar ratio, ob quam in correctoriis impeditur extensio, licet etiam oon ad-
37. mittatur ob rationis paritatem iuxta supra tradita. † Et maximè quia noo est descripta dicta ratio fidei maioris in *d.cap.cum esses*, nam ratio illa oon erat concludens de se ad decisionem. Et licet quando ratio dispooit de lege tunc iuxta Baldum *in cap.1 §.decedenti, qui feud.dare poss.* attendatur ratio, noo lex (quod tamen Baldi dictum Corneus ait posse limitari procedere in noo correctoriis, si ageretur de extensione) vbi tamen lex disponit de ratione, attenditur lex, seu dictum legis, non autem ratio secundum eundem Baldum ibidem, in *d.* autem *cap. cum esses*, lex dispooit de ratione, non autem ratio de lege, nam qood ea fiducia habeatur de proprio Parocho propter commissam animarum curam, non erat ratio disposita, nec erat sui natura tendens efficaciter ad dictam dispositionem; & consequenter dicta decretalis videtur potios disponere de ratiooe, quàm ratio de ipsa decretali.

Contrariam sententiam, & præsentiam Presbyteri 38.
Parochialis posse suppleri per alios duos testes, ita quod de iure caoonico iuxta dispositionem in *d.cap.cum esses* valeat testamentum ad profana, si fiat coram quatuor testibus affirmarunt Speculator *in tit.de fide instrum.edit. §.compendiosè versic. item per ius canonicum*, Decius *consil.284.num.6.* Antonius Botrius *in d.cap.cum esses* & preter plures alios ex antiquioribus iurisperitis allegatos à Couarruuia, Claro, & Mascardo locis mox citandis, iidem Couarruuias *in d.cap.cum esses n.13.* Clarus *d.quæst.57.n.3.* Mascardus *d.concl.1358.n.28.* Cænedo *ad Decretales d.collect.159.n.2.* Vasquius *de success.creat.d.§.21.n.1.in fine.* Farioacius *in repert.vlt.vol.d.quæst.61.n.8.* Genuensis *in practicab. Eccl. d.quæst.660.n.2.* Marta *de successionibus p.4.quæst.1.art.8.n.33.* Borellos *in sum.decis.p.5.tit.20.n.210.* Augustinus Barbosa *collect.ad d.cap.cum esses n.7.* Franciscus Zipæus *in enarratione analistica iuris noui lib.3.tit.de testamentis n.14.* Molina *de iustitia tom.1. dicta disp.133. versic.quocirca, fine.* Layman loco supra *num.4.* allegato, & etiam Corneus sibi cootrarius *consil.261. num.31. vol.4.* Et hanc sententiam dicit communem Decius, & magis communem Clarus *locis citatis.* Nititur hæc sententia eo fundamento, quod dictum duorom testium est validius, maioremque habet fidem, quàm dictum vnius testis cuiuscunque sit dignitatis, & authoritatis *cap.licet ex quadam. Cap.cum nobis. Cap.licet vniuersis de testibus*, ac proiode si sufficioot duo testes cum Parocho *d.cap.cum esses*, multò magis sufficient quatuor testes, seu duo testes possuot gerere vicem ipsius Parochi iuxta
eandem decretalem. † Coofirmatur, quia etiam in 39.
correctoriis fieri extensionem ex maioritate rationis scribit Clarus *d.§.testamentum quæst.52.num.5.* fine dicens multos attestari esse commuoem opinioosm; & Clarum sequitur Marta *de successionibus p.4.quæst.7.art.4.num.11.* Ex his duabus seoteotiis licet prior videatur de rigore verior, posterior tameo hodie verè est magis communis, quam proiode iudex fori externi in terris Ecclesiæ in vtroque foro seculari, & Ecclesiastico tutò sequi poterit: imò Clarus *d.quæst.57.num.4.* dicit, quod ipse tam io consuleodo, quàm io iudicando ab ea oon auderet recedere.

Dubium tertium, an defectus proprij Parochi possit suppleri per sacerdotem Confessarium ipsius testatoris, ita vt si coram testatoris Confessario, qui eius audiuit confessionem, seu confessiones, & duobus, vel tribus aliis testibus fiat testamentum ad profana valeat io terris Ecclesiæ iuxta dispositionem *dicti cap.cum esses.*

Affirmaot Corneus *d.consil.261.num.31.vol.4.* lo- 40.
quens de Confessario testatoris, qui eius confessionem paulò ante factionem testamenti audierat. Probat, quia eadem ratio coofidentiæ, quam ius canonicum habet de Presbitero Parochiali, quia ei commissa est anima testatoris, habet locum etiam lo Confessore; ex eo enim quod Confessarius aodioit eius peccata, & præbuit Sacramentum absolutionis, curam animæ illius suscipit vice Dei, & censetur ei commissa cura animæ ipsius testatoris pœoitentis *Cap.si Sacerdos de Officio ord.* ergo dicta ratio confidentiæ, quæ viget io Presbytero Parochiali, non cessat, sed subest in tali Confessario; ergo idem ius *arg.l.à Titio ff.de verb.oblig. & l.illud, ff.ad l.Aquiliam.* Imo in tali Coofessario videtur magis subesse præfata ratio coofidentiæ; quia Presbyter Parochialis oon semper assumit curam animæ testatoris, nec eius animam iudicat, vel ex defectu sui, vel ex defectu testatoris; & tamen textus in *d.cap.cum esses*, generaliter loquitur; cùm ergo maior ratio videtur esse

io

in Confessario, cui in specie est commissa cura animæ ipsius testatoris, & eam actu assumpsit, & locum Dei actualiter tenuit illum iudicando, quàm in Presbytero Parochiali, qui, licet fuerit ei commissa cura animæ, & habeat locum Dei actualiter subire, illam tamen curam actu non suscepit, nec locum Dei subiit, nec animam ipsius testatoris iudicauit; idem ius de Confessario intelligi debet, vt dictum est.

41. Contrarium, & præsentiam Parochi non posse suppleri per præsentiam alterius Clerici, seu Sacerdotis etiam ipsius testatoris Confessarij, & etiam à Parocho specialiter deputati, tenent communiter Doctores. ita Corneus sibi contrarius locis supra n. 35. relatis, Ioannes Dilect. *de arte testandi tit. 2. cautela* 2. Spino *in speculo testam.* Glossa 31. *num. 39. fine.* Couarruuias, Cænedo, Molina, Franciscus Ziphæus *locis supra* allegatis, Petrus Magdaleous *de numero testium p. 2. cap. 8. num. 5.* Renatus Choppin *de sacra polit. lib. 3. tit. 1. num. 15.* Borellus *d. tit. 20. num. 208.* Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap. cum esses num. 6.* Doctores relati supra *num. 35.* alij relati à Boërio *decis. 228. num. 11.* & idem videntur omninò sentire alij Doctores *num. 38. allegati.* Ratio est, quia Sacerdos, qui nec est Parochus, etsi à Parocho deputatus sit ad audiendam testatoris confessionem, illumque absoluendum, & etiam ad administranda et alia Sacramenta ex vna parte de sui natura non habet maiorem fidem, quam vnius testis. & ex altera parte non videtur in eo eadem ratio dispositionis factæ in eodem *cap. cum esses*: etenim eadem fiducia, seu fides excludens præsumptionem falsitatis, & fraudis verè non videtur subesse in eo, cui in vno actu, vel aliquibus tantum committitur cura animæ testatoris, quæ in eo, cui generalis cura animæ ipsius testatoris, & aliorum de
42. Parochia commissa est. † Et alioquin si iuxta mentem legislatoris in *d. cap. cum esses* sufficeret quilibet Confessarius testatoris cum duobus, vel tribus aliis testibus, diminutus fuisset faciendo mentionem solius Parochi proprij. Probat Corneus aliis rationibus supra *num. 36. & 37.* adductis.

43. Declaratur tamen hæc sententia, vt cum duobus, vel tribus aliis testibus sufficiat sacerdos, non Parochus proprius, si tali sacerdoti loco Parochi fuisset commissa generalis omnium sacramentorum cura. ita Corneus *cons. 18. num. 12. & 13.* Boërius *d. decis. 228. num. 11.* Ioannes Dilectus *d. cautela 2. num. 2. versic. animaduertendum,* Cænedo *d. collect. 159* & Borellus *d. tit. 20. n. 209.* is enim Sacerdos æquiparatur Parocho, & potest dici Presbyter suus, & testator potest dici eius Parochianus, & eo ipso, quod est illi commissa generalis cura animarum, censetur animarum ipsarum iudex constitutus, & subest eadem ratio confidentiæ, & ita videntur omninò verificati verba *d. cap. cum esses.* vt rectè Corneus *vbi suprà* id etiam latiùs comprobans.

44. Aduertendum, quod si duo, vel plures Sacerdotes sint Parochi; quilibet eorum cum duobus testibus sufficiet ad valorem testamenti ad profana in terris Ecclesiæ conditi à testatore Parochiano, vt latè Corneus *consil. 168. num. 4. & 5. vol. 2.* quia cum cura animarum, ob quam ius Canonicum confidit de proprio Parocho, ad quemlibet eorum pertineat in solidum, & vnusquisque eorum sit Presbiter Parochialis verificantur mens, & verba *dicti cap. cum esses.* quia vno ex illis adhibito in testamento cum duobus, vel tribus testibus verè testamentum factum est coram Presbytero Parochiali, & duabus aliis personis.

45. An verò si proprius Parochus nondum esset ordine Presbyteratus initiatus, quia nondum sit elapsus annus à collatione Parochiæ ad Presbyteratum suscipiendum valeat testamentum ad profana coram eo, & duobus aliis testibus à proprio Parochiano factum. De hac difficultate nullam mentionem faciunt omnes præallegati Doctores, neque alij, quos viderim. Et pro negatiua facit, quia textus in *d. cap. cum esses* loquitur de Presbytero Parochiali. Sed affirmandum sine hæsitatione puto, quia Parochus non Sacerdos verè est Parochus, & propriè dicitur habere curam animarum actu. *Cap. licet canon. Cap. cum ex eo. Cap. commissa de elect. in 6.* quibus iuribus deciditur, eum, cui Parochialis Ecclesia collata est, teneri intra annum ordines sacros, & Presbyteratum sumere, quod idem habetur in Trid. *cap. 8. sess. 22. de reform.* interim tamen dicitur, & est proprius, & verus Parochus; & potest in sua Parochia exercere ea omnia, quæ non dependent à potestate ordinis, vt constat ex allegatis iuribus, & *arg. textus in cap. suffraganeis, & cap. ea transmissa de electionibus*, ergo non est verisimile summum Pontificem Alexandrum III. *in d. cap. cum esses* voluisse illum excludere ab actu authorizandi testamentum, si cum eo alij testes interuenerint; cum hic actus non requirat Sacerdotium, aut ordinem sacrum; & eo ipso, quod illi commissa est actu cura animarum, militat illa ratio confidentiæ, quam ius Canonicum de Presbytero Parochiali habet, & propter quam voluit, vt illius præsentia cum duobus, vel tribus aliis testibus testamentum ad profana in terris Ecclesiæ sustineatur. Confirmatur quia alioqui Parochiani talis parochi infra illum annum, antequam promoueretur ad Sacerdotium, essent deterioris conditionis, quàm alij, & volentes testari ad profana, tenerentur seruare solemnitatem iuris ciuilis, vel saltem adhibere quatuor testes, vel quærere Notarium Apostolicum. Summus igitur Pontifex *in d. textu* ita locutus est, seu mentionem fecit de Presbytero Parochiali, non quia voluerit de necessitate Parochum esse Sacerdotem debere; sed quia frequentius, & communiter ita accidit, vt Parochi Sacerdotes esse soleant; atque ita vsui loquendi, non necessitati qualitatis id tribuendum est, & propter vsum nonnunquam à propria significatione receditur *l. labeo ff. de supell. legata. & cap. ex literis de spons.* & Nauarrus *lib. 4. cons. 9. num. 3. de clandest. desponsat. in 2. edit.* sicut ergo Concilium Trident. *cap. 1. sess. 24. de reform.* requirens præsentiam Parochi præter alios duos testes ad valorem matrimonij, non exclusit Parochum non Sacerdotem, vt tradunt communiter Doctores, quos in tractatu meo *de contractu matrimonij cap. 4. num. 102.* refero, & sequor. ita nec ius Canonicum *in d. cap. cum esses*, volens presbyterum Parochialem cum duobus, aut tribus aliis testibus sufficere ad valorem testamenti ad profana, verisimile est voluisse excludere Parochum non Sacerdotem; cum verè sit Parochus, & actu habeat curam animarum.

Aduertendum etiam, quod si proprius Parochus 46.
testatoris accedat testamento vti Notarius, & cum duobus testibus præsens sit, valebit testamentum ad profana iuxta dispositionem *d. cap. cum esses.* vt post Parisium *consil. 50. vers. 3.* Couarruuias *in d. cap. cum esses num. 13.* Mascardus *d. concl. 1338. num. 29.* & Augustinus Barbosa *Collect. ad d. cap. cum esses num. 6.* textus enim ibi requirit solam præsentiam Parochi, quam præbet assistens tanquam Notarius. † Imò testamentum ad profana 47.
factum in terris Ecclesiæ coram duobus testibus, & Notario Apostolico, licet non Parocho, valet, sicut factum coram presbytero Parochiali proprio, vt constat ex Capycio, & Marta locis supra *num. 16.* allegatis. & tradit etiam Fagundez *de iustitia lib. 6. cap. 5. num. 29.* qui loquitur absolutè de Notario Apostolico.

An vero censeatur satisfactum dispositioni *dicti cap.* 48.
cum esses si proprius Episcopus testatoris assistat factioni testamenti ad profana cum duobus aliis, vel tribus testibus. Negat Corneus *d. cons. 68. volum. 1.* fundatur in eo, quod decretalis loquitur de Presbytero Parochiali, de quo lex canonica habet specialem confidentiam propter immediatam curam animæ testatoris, vt latè ex eodem Corneo explicatum est supra *n. 36 & 37.* Verùm licet præter Corneum *loco citato* non legerim auctorem de hac difficultate tractantem; affirmandum puto; nam cum Episcopus habeat generalem curam animarum,

rum, & personatum totius diœcesis suæ, & etiam ipsorum Presbyterorum Parochialium; si ius canonicum babet confidentiam de Parocho in actu factioni testamenti ob curam animæ testatoris sibi commissæ, & propterea vult esse validum testamentum factum coram eo & duobus, vel tribus aliis testibus; multò magis habebit talem confidentiam de proprio Episcopu, cui & anima ipsius testatoris, & Presbyteri Parochialis & aliorum omnium de diœcesi cura commissa est propter quam generalem curam etiam Episcopus solet dici Parochus totius diœcesis, erit ergo comprehensus in dicta decterali sub oomine Presbyteri Parochialis; præsertim admittendo quod à maioritate rationis fiat extensio etiam io correctoriis vt supra *n.* 39. Etsi Tridentinum *cap.* 1. *sess.* 24. *de reform.* voluit præsentiam proprij Episcopi esse sufficientem ad aothorizandum matrimonium, non minus quàm præsentiam proprij Parochi immediati. quia Episcopus ex vi sui muneris babet generalem curam spiritualem totius diœcesis, & de eo non minus confidendum, quàm de proprio Parocho in eo actu contractus matrimooij: ita credendum est Summum Pontificem Alexandrum III. ob eandem rationem generalis curæ animarum totius diœcesis sibi commissæ voluisse Episcopi præsentiam non minus, quàm præsentiam Parochi proprij immediati sufficere ad reddendum validum testamentum ad profana aliis duobus, vel tribus testibus interuenientibus, licet de eo non fecerit mentionem, ob eam fuisse causam, quia homines vt plurimum differunt testamenta ad tempus grauis infirmitatis, & morti proximum, in quo promptiores sunt ad assistendum infirmo Parochi immediati, & Episcopi de rarò vocaotur, vel sponte ioteruenuiunt.

49. Imò si testamentum fiat coram Episcopo, vel eius Vicario generali adhibitis duobus, vel tribus aliis testibus valere affirmant Bonifacius de Vitalis *in Clem. sæpè. §. si tamen, num.* 15. *ff. de verb. sign.* Boërius *d. decis.* 228. *num.* 3. addentes ita de consuetudine teneri in Regoo Nauarræ, propter quæ verba Stephanus Gratianus *discept. for. tom.* 2. *cap.* 312. *n.* 13. intelligit eos loqui tantum supposita con-

50. suetudine loci. † Et quidem si fieret testamentum coram Episcopo, vel eius Vicario generali tanquam Iudicibus duobus testibus præsentibus validum foret. Nam vniuersaliter valet testamentum absque solemni nomero testium à iure communi ciuili requisito factum coram quocunque Magistratu, & Iudice in actis iudicij, id est, si in actis redigatur. *l. sancimus, C. de donationibus, & l. omnium, C. de testamentis*, ibi Iason *num.* 15. Alex. *num.* 4. & alij Iurisperiti communiter, quos referunt, & approbant Boërius *d. decis.* 228. *num.* 3. Vasquius *de successionum creat.* §. 24. *num* 7. Grassus §. *testamentum q.* 54. *num.* 18. & Gratianus *d. cap.* 312. *num.* 20. Quemadmodum etiam valere testamentum sine solemni nomero testium factum coram Imperatore, vel Rege, aut Principe constat ex *d. l. omnium*, & tradont post alios communiter Boërius *d. decis.* 228. *num.* 3. Vasquius *d.* §. 24. *num.* 6. Clarus §. *testamentum, quæst.* 56. *num* 7. & Grassus *d quæst.* 54. *num.* 17. licet non concordent, an in dictis duobus casibus doo saltem testes debeant ioteruenire, seu in tali testamento describi. per quos apparere possit, & debeat de dicto testamento coram Principe, vel iudice facto, & Bartolus, Baldus, Alexander *in d. l. omnium*, Clarus *d. num.* 7. Gratianus *d. cap.* 312. *num.* 22. *&* 24. & alij Iurisperiti à Gratiano *d. num.* 24. & à Grasso *d. quæst.* 54. *num.* 19. relati affirmant, & hanc esse opinionem magis communem testatur Grassus. At Iason, Paulus de Castro, Fulgos. *in d. l. omnium*, & Vasquius *d. num* 8. tenent contrarium, & nullos oportere esse testes descriptos; dummodo per confessionem partis, vel alio legitimo modo de rei veritate possit apparere; eo quòd non referat, quid vno, an altero probationis genere appareat, & in probationibus nihil referat, quid ex æquipollentibus fiat; vt per Alexand. *in l.* 1. *ff. de liber. & posth.* per textum *ibi*, & per alia iura ab eodem Vasquio allegata. Verùm non oportet hîc immorari in maiori discussione, com hæc rarò contingant in practica.

§. V.

Quales debeant esse illi duo, vel tres testes, qui cum Presbytero Parochiali interuenire debent in testamento ad profana, vt valeat iuxta dispositionem d. cap. Cùm esses.

ET dubitatur primò an debeant esse omni exceptione maiores, seu masculi, ita vt fœminæ non sufficiaot.

51. Multorum seotentia est, debere esse omoi exceptione maiores, seu masculos, & fœminas non esse idoneas, ita Couarruuias *in d. cap. cum esses, num.* 13. Mascardos *d. concl.* 1358. *num.* 31. Clarus *d. quæst.* 57. *num.* 3. Cænedo *d. collect.* 159. *num.* 5. Farinacius *in repert. vltim. vol. q.* 61. *num.* 1. Marta *de success. p.* 4. *q.* 1. *d. art.* 8. *n.* 34. & plures alij, quos *tom.* 2. *moralium variorum, tit.* 9. *num.* 85. (vbi quæstionem hanc examinaui) allego, vbi etiam posui huius sententiæ fuodamenta, quæ breuiter restricta sunt. Primò, quia ius canonicum *in d. cap. cùm esses*, in testamento ad profana relaxat numerum testium à iure ciuili requisitum, nihil tamen dispouit circa testium qualitatem, ergo seruanda qualitas requisita à iure ciuili, & sic debent esse masculi; secundò, quia textus ille exigit testes idoneos. Tertiò, quia Summus Pootifex ibi ooo exigit solam solemnitatem iuris gentium, sed simol præsentiam Parochi.

52. Contrariam sententiam, & nòo oportere dictos testes esse omni exceptione maiores, aut masculos, sed posse esse fœminas, tradūt Molina *tom.* 1. *de iust. d. disp.* 133. *vers. verum verò*, & Doctores magis communiter, quos latè allegaui *in dicto secundo tomo moralium variorum præfato, tit* 9. *num.* 83. vbi & id latè probo, & summariè probatio consistit in hoc, quod textus ille in testamento ad profana licet exigat præsentiam Parochi de iure diuino, & naturali, ac gentium non necessaria; quoad testes tamen cum Parocho adhibendos exigit solum eos, & tales, qui, & quales sufficiunt de iure diuino, & naturali, ac gentiom, & quorom testimoniis stari solet in aliis causis, & actibus in Ecclesia, vt ostendit illa generalis ratio adducta in textu, cum scriptum sit, *In ore duorum, vel trium stet omne verbum*, ex qua ratione Doctores communiter à me *d. n.* 83. allegati concludunt quod per dispositionem dicti textus solemnitas testium in testamento etiam ad profana io terris Ecclesiæ facto adhibenda, est redacta ad solemnitatem ioris gentium. Stando autem in solo iure diuino, ac gentium in testamento non exiguntur testes omni exceptione maiores, & masculi; sed sunt idonei testes etiam fœminæ; vt latè *d. tit.* 9. ploribus præsertim *d. n* 83. explicaui: Vbi etiam satisfit fundamentis prioris sententiæ, & ad ibi tradita recurrat Lector plura desiderans.

Dubitatur secundò, an illi doo, vel tres testes vnà cum Presbytero Parochiali adhibendi debeant esse rogati, an verò sufficiant, etiamsi non rogati, nec ad id specialiter admoniti. vt velint interesse, & audire vltimam voluntatem; & fortuitò, vel casu præsentes, dummodo benè voluntatem testatoris percipiant.

53. Et debere esse rogatos iuxta *d. cap. cùm esses* vt valeat testamentum, asserunt Ioaones Andreas *in d. cap. cùm esses*, Alexander *consil.* 70. *num.* 21. *lib.* 5. Palacios Rubios *in repetit. cap. per vestras*, §. 54. quos referunt partim Spino *in speculo testam. d. glossa* 31. *num.* 30. & Stephanus Gratianus *discept. for. tom.* 1. *cap* 93. *num.* 1. *& seqq.* & idem tenent *ibidem* iidem Spino, & Gratianus addentes cum dicto Palacio, quod tam in foro Ecclesiastico, quàm ciuili testes debent esse rogati; idem tenet Augustinos Barbosa *collectaneo ad d. cap. cùm esses, num.* 7. idem oportet seotiant tum Doctores sentientes etiam io testamento ad pias causas oportere testes esse rogatos, quos allegaui

tomo

tomo secundo moralium tit. 13. num. 11. initio; tum Doctores asserentes per textum *in d. cap. cum esses* remissam esse solemnitatem iuris ciuilis, quoad numerum testium solum, non vero quoad eorum qualitates, & cætera in testibus testamentariis requisita ab eodem iure ciuili. Hanc eandem opinionem teneri communiter à Doctoribus *in d. cap. cum esses* aiunt Spino, & Gratianus vbi supra; & Gratianus dicit hanc eandem tenuisse, & seruasse etiam Rotam in Perusina honorũ 7. Februarij 1581. coram Giptio, cum ea tamen restrictione, vt non procedat, quando ex circunstantiis facti facile præsumi posset, quod tales testes interuenerint in huiusmodi testamento non transeuntes, & fortuito. Fundatur hæc sententia primo, quia textus *in d. cap. cum esses*, habet, quod sint idonei testes, & intelligitur de idoneitate considerata à iure, nam cum ista solemnitas non reperiatur correcta à canone, illi standum *cap. 1. de nou. oper. nuncup. & l. præcipimus C. de appell.* ius autem ciuile in testamentis ob timorem, & suspicionem falsitatis, & fraudis, quæ maior subest in testamentis, quàm in aliis actibus, exigit rogitum testium, per quem tollitur omnis suspicio *arg. l. Pamphilo liberto §. propositum ff. de l. 1.* Secundò *in l. Diuus 25. ff. de militari testam.* Vbi etiam in testamento militis requiritur testium rogitus; & ibi ponitur alia ratio, cur in eo testamento, & aliis vniuersaliter testium rogitus requiratur, scilicet, vt appareat verba proferri à testatore animo deliberato, non perfunctoriè, vel iocosè, aut blandiendo; huiusmodi enim deliberatio satis ostenditur per conuocationem testium factam à testatore ad audiendam suam vltimam voluntatem, vt latè explico in secundo Tomo *tit. 10. num. 179. & tit. 11. num. 7.*

54. Contrarium, & vt valeat testamentum iuxta *d. cap. cum esses*, non esse necesse, vt testes sint rogati, sed sufficere quod præsentes fuerint, & testatoris voluntatem, seu dispositionem explicatam coram Presbitero Parochiali probè intellexerint, tenent Panormitanus *in d. cap. cum esses.* & Fagundez *de iustitia lib. 6. cap. 2. num. 38.* & ita sentire videtur Syluester *v. testamentum 1. num. 5 versic. tertium, fine.* & ita oportet sentiant tum Doctores relati supra *num. 8.* tenentes per dispositionem *d. cap. cum esses*, derogatum esse dispositioni iuris Ciuilis. tum Doctores relati supra *num. 52.* & in secundo Tomo *tit. 9. num. 82.* asserentes de iure Canonico iuxta dispositionem *d. cap. cum esses* fœminam esse idoneam testem in testamento ad profana, eo quod textus ibi solemnitatem testium redegerit ad ius diuinum, & gentium. Hinc hæc sententia, quam veriorem puto, probatur, quia textus ille *in d. cap. cum esses* exigit tantum testes, de quibus sermo est iure diuino, & qui sunt idonei de iure gentium, *vt dicto num. 52.* & *illo numero 83.* probatum est, & suadet illa ratio generalis, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum; de iure autem gentium non est in testamentis, sicut nec in aliis actibus necessarius testium rogitus, qui solum de solemnitate ciuili requiritur. Quoad primum fundamentum prioris sententiæ respondetur ibi testes idoneos accipi eos, qui sunt idonei iure diuino, & gentium, vt latè explicaui *dicto num. 83.* Ad secundum respondeo testamentum militis non exigere testium rogitum, vt latiùs ostendi in secundo Tomo *tit. 10.* allegato *numero* 279. & *tit. 11. allegato numero 7.* quibus etiam locis explicatur intellectus versus *d. l. Diuus*, & deliberatio, ac voluntas verè disponendi colligitur, seu præsumitur non solum ex testium conuocatione, seu rogitu, sed etiam ex aliis pluribus signis, & coniecturis, quas explico *dicto tit. 10. num. 280.*

§. VI.

Vt testamentum ad profana valeat de iure Canonico iuxta dictum cap. Cùm esses, *an oporteat illud esse subscriptum à testatore Presbytero Parochiali, aut Notario Apostolico, & ab ipsis testibus.*

Respondetur nulla opus esse subscriptione, nisi fortè testator solum in scriptis testari voluisset, & non aliter, seu nullo modo nuncupatiuè. Probatur, quia licèt in verbis narratiuis *dicti textus* fiat mentio de subscriptione septem, vel quinque testium, quæ iuxta consuetudinem Ecclesiæ Hostiensis, ibi reprobatam à summo Pontifice requirebantur; tamen in ipsa responsione summi Pontificis, & dispositione nil dicitur de subscriptione facienda, vel à testatore, vel à Parocho, vel duobus, aut tribus testibus, sed solum, & absolutè dicit summus Pontifex, quod firma sint, & habeantur testamenta facta coram Presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus aliis testibus idoneis. Quare si testator coram Parocho, & duobus testibus explicauit perfectè suam vltimam voluntatem sine scriptura vlla, quia fortè non erat commoditas chartæ, & atramenti, vel quia mors imminens non permittebat tempus scribendi, vel ob aliam causam omissa sit scriptura, valebit testamentum, & erit seruandum, si per Presbyterum Parochialem, & testes probetur: & eo casu optimum erit statim secuta morte testatoris, authoritate iudicis testes examinari, & testamentum in publicam, & authenticam formam redigi. Hinc etiam testamentum factum coram duobus, vel tribus testibus, & proprio testatoris Parocho, vel notario Apostolico manu testatoris, vel Parochi, aut Notarij Apostolici scripto ipso testatore dictante, & mandante, quod postea lectum fuit ipsis testibus, licèt non fuerit subscriptum, neque à testatore, vel ab alio loco ipsius, quia fortè morte præuentus fuit, vel impeditus ob morbi grauitatem neque à Parocho, neque à testibus; vel si fuit subscriptum à Parocho, & testibus non fuit ab ipso testatore subscriptum, valebit iuxta *dictum cap. cum esses.* vt testamentum nuncupatiuum ob allatam rationem, nisi testator expressisset se velle testari in scriptis solum, & non aliter. 55. In hoc igitur sufficit, vt testes deponant defunctum testatorem voluisse facere testamentum nuncupatiuum, & pro perfecto, & absoluto illud habuisse. ita etiam Fagundez *lib. 6. de iustitia d. cap. 2. num. 36.* ad id etiam allegans Vallascum *tom. 1. consult. 74. num. 14 §. nec nocere.* † In dubio autem præsumendum est voluisse testari nuncupatiuè, & vt potuit, licet ab initio voluerit, & cœperit testari in scriptis, vt latè probaui in secundo Tomo moralium *tit. 10. num. 157. 197. & 198.* 56.

Item in dubio voluntas vltima debet haberi, & præsumi pro perfecta, vt ostendi *d. tit. 10. num. 144.* 57.

Quod si præfatus testator ante subscriptionem non habuisset testamentum pro perfecto, & absoluto, quia antequam illud subscriberet, volebat adhuc plura alia disponere, & morte sublatus non potuit, & constet de voluntate vlterius disponendi, tunc tale testamentum ad profana non ob defectum solemnitatis de iure Canonico *in d. cap. cum esses*, sed ex defectu voluntatis non valere tradunt Vallascus *vbi supra* & Fagundez *d. cap. 2. num. 37.* per Textum *in l. si quis testamentum ff. de testamentis.* Sed an iudicandum sit necne valere in iam dispositis, pendet ab alia quæstione supra facta, an summus Pontifex *in d. cap. cum esses*, etiam testamentum ad profana redegerit omninò ad ius gentium, abrogatis omninò solemnitatibus de iure ciuili requisitis; Nam si non abrogauit, sed tantum pro terris Ecclesiæ, quoad dominium temporale subiectis minuit numerum testium, & tantum quoad ipsos testes voluerit sufficere solemnitatem iuris gentium, in cæteris relinquendo ius ciuile

ciuile incorrectum, tale testamentum, quod testator non habuit pro perfecto, & absoluto antequam illud subscriberet, quia erat alia additurus, & dispositurus nullo modo valet, nec in iam dispositis, vt per textum in *d. l. si quis* tradunt communiter Iurisperiti, quos allegaui in *d. tit. 10. num* 179. vbi *cum sequentibus* latè ago de huiusmodi testamento imperfecto. Si verò summus Pontifex voluit per dispositionem factam in *d. cap. cum esses* reducere omninò testamentum ad solemnitates iuris. gentium non solum quoad testes, sed quoad omnia; dicendum erit tale testamentum valere quoad perfectè disposita, per ea, quæ latè tradidi *d. tit.* 10. *num.*186. *ad* 193. loquens de simili testamento inter liberos militis, & ad pias causas. Cùm autem supra conclusum sit summum Pontificem non derogasse legibus ciuilibus, sed tantùm pro districtu Ecclesiastico vltra Parochum requisisse minorem numerum testium, & solos illos testes, quos ius diuinum, & gentium requirit, nec appareat circa *ea*, quæ iuxta ius ciuile inducunt præsumptionem defectus voluntatis in testatore aliquid immutasse, existimo verum dictum Vallaschi, & tale testamentum ad profana non valere, neque in iam
59. dispositis. † Aduerto tamen quod in dubio, an testator voluisset alia disponere, addere, vel detrahere, testamentum valet, & censetur perfectum, vt latè probaui *d. tit.* 10. *n.* 159.

§. VII.

An testamentum ad profana factum coram proprio Parocho absque testibus attenta dispositione Canonica d.cap.cùm esses, *sit validum, & seruandum, si aliàs, vel alio legitimo modo, puta per confessionem partis, vel aliam legitimam probationem de tali testamento facto constare possit.*

60. Videtur negandum, cum in *dicto textu* vltra præsentiam Presbyteri Parochialis exigantur duo, vel tres testes, qui videntur exigi quoad substantiam, & valorem, non quoad probationem tantum, quo pacto exiguntur in *sequenti cap. relatum* in testamento ad pias causas, & correctio iuris ciuilis requirentis testes ad substantiam testamenti, & non solùm ad probationem est vitanda, vbi aliter ex noua lege expresè, vel implicitè non colligitur. Et ita omninò sentit Couarruuias in *d. cap. cum esses num.8. prope finem*, vbi expresè vult iuxta *d. cap. cùm esses*, duos, vel tres testes, & Parochum requiri ad solemnitatem essentialem testamenti, & Couarruuiam sequitur Salas *de legibus disp.16. sect.12. n.52. fine.*

61. Nihilominus affirmant Vasquius de successionum creatione *lib.3. § 24. num.19.* & Marcus Antonius Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis allegata *q. 660. num.3.* qui nituntur eo fundamento, quod testamentum etiam ad profana iuxta dispositionem iuris Canonici in *d. cap. cum esses*, non desiderat interuentum duorum testium, nec rogitum eorum pro forma substantiali; sed tantum pro probatione, & consequenter si alio quouis modo legitimo probetur, valebit sine testium interuentu & sine eorum rogitu, quia quæcunque ad probationem tantum desiderantur, possunt impleri per æquipollens, vt per Glossam communiter receptam in *l. hac consultissima in verbo iudicia Cod. qui testamentum facere possunt*, & Corneum *consil.* 158. *vol.* 3. & alios Doctores, quos ego allego in secundo tomo moralium *tit.10. num.8.* Qua de causa, *ibidem* probaui testamentum inter liberos conditum sine testibus valere, & esse seruandum, si aliunde legitimè probetur vltima patris voluntas inter liberos, scilicet, quia in testamento inter liberos etiam nuncupatiuo, & sine patris scriptura testes non sunt necessarij ad validitatem, sed solum ad probationem. Et idem eodem secundo Tomo *tit.11. num.7.* probaui de testamento militis, valere sine testibus, quia in eo requiruntur solum ad probationem, vnde sufficit, si alio legitimo modo probetur. idem etiam eodem secundo Tomo *tit. 12. num. 7.* ostendi de testamento ad pias causas, scilicet esse validum, & seruandum, si factum sit sine testibus, & aliàs de eo legitimè constet; quia duo testes in eo iuxta *d. cap. relatum 1. de testamentis* requisiti non exiguntur ad valorem, sed tantum ad probationem. Ego non inueni alios Doctores de hac quæstione in terminis tractantes præter Vasquium, & Genuensem, vnde si argumentum negatiuum valeret, dici posset præter Couarruuiam, & cæteros Doctores in præcedentibus allegatos stase pro negatiua, supposito tamen quod textus in *d. cap. cum esses*, requirat illos duos, vel tres testes non ad substantiam, & valorem testamenti ad profana in terris Ecclesiæ, sed tantum ad probationem, sicut solum ad probationem in testamento ad pias causas requirit textus in *d. cap. relatum*, quod immediatè sequitur *d. cap. cum esses* approbanda erit sententia affirmatiua Vasquij. Quod autem testes in *d. cap. cum esses*, requirantur solum ad probationem suadent tradita *supra num. 52. &* 54. scilicet, quod summus Pontifex in *d. cap. cum esses* exigit testes pro vt iure naturali, gentium, & diuino requiruntur, vt ostendit ratio illa generalis, ibidem adducta, *cum scriptum sit in ore duorum, vel trium stet omne verbum*, de iure autem naturali, & gentium testes in testamento non requiruntur ad essentiam, sed solum ad probationem. Cæterùm quoad praxim in hac re standum erit consuetudini cuiusque loci Ecclesiæ in temporalibus subditi.



TITVLVS DECIMVS-QVARTVS HVIVS TOMI SECVNDVS,

DE TESTAMENTO MINVS SOLEMNI, SCILICET FACTO non seruatâ formâ, seu solemnitate iuris positiui, legibusve ciuilibus præscriptæ, quoad effectum, quem habet tum in foro externo, tum in foro conscientiæ, si in eo adfuerint requisita à iure gentium, scilicet consensus, & voluntas testatoris, de qua constet saltem per duos testes, vel aliam probationem iuxta ius naturale, & gentium idoneam, & legitimam.



ADVERTENDVM hîc esse sermonem de testamento minùs solemni, non priuilegiato, scilicet ad profana, & non ad pias causas, & inter extraneos, non inter liberos; & extra tempus, & morbum pestiferum, & etiam non iure militari condito, nam de testamento minùs solemni tempore pestis, vel inter liberos, vel iure militari, vel ad pias causas facto, satis actum est in secundo Tomo *horum moralium variorum titulo* 9.10.11. & 12. *per totos*. Et minùs solemne intelligitur, si non adfuerint septem testes à iure ciuili requisiti, vel non fuerint masculi, vel non rogati, vel non factum vnico contextu, vel filij fuerint præteriti, vel exhæredati sine expressione causæ, vel defuerit solemnitas aliqua peculiaris in eo requisita per legem municipalem, vel per statutum Reipublicæ, seu Principis; adfuerint tamen essentialia iure gentium requisita.

SVMMARIVM §. I.

Obligatio duplex vna ciuilis, altera naturalis; & vtraque duplex; Ciuilis vna ciuilis tantùm, altera ciuilis, & naturalis num. 1.

Naturalis obligatio altera propria, altera impropria, & quem effectũ vtraque pariat in foro externo, & interno. n. 2.10.11.

Ex testamento, seu vltima voluntate carente solemnitatibus iuris ciuilis, & positiui nullã oriri naturalem obligationem, neque quoad hæreditatem, neque quoad legata, & fideicommissa asserit vna sententia n. 3. *ad* 11. *Contrarium, & oriri affirmat altera sententia, & probabilior. n.* 12. *ad* 46.

Posterior sententia limitatur ab aliquibus, vt non procedat quoad hæreditatem sed tantùm quoad legata num. 47. *Ab aliis tamen reiicitur talis limitatio. num.* 49.

Testamentum carens solemnitate iuris ciuilis qua ratione sit nullum. num 4. 34.

Fideicommissa facta absque solemnitate quinque testium qua ratione sint nulla. num. 6. & 37.

Intellectus ad l. si creditoris Cod. de fideicom. *n.* 5. & 38.

Intellectus ad l. si veritas. & *ad* l. ex testamento Cod. de fideicom. *num* 6. 35. & 36.

In contractibus obligatio naturalis oritur solum ex consensu contrahentium; in testamento, & vltimis voluntatibus oritur obligatio naturalis ex voluntate defuncti n. 7. & 40.

Testamenta, & legitime successiones an primò sint introducta à solo iure ciuili, an vero à iure gentium primæuo. n. 8. 9. 41. *Quoad solemnia sunt iuris ciuilis n* 45.

Dominiorum, & rerum seu possessionum distinctio, & diuisio est de iure naturali, seu gentium primæuo introducta à primordio mundi. num. 41.

Iniquitas qua ratione dederit causam diuisioni dominiorum, & possessionum inter homines. num. 42.

Post introductam rerum diuisionem ipso iure gentium primæuo ius ciuile induxit varios modos acquirendi rerum dominia ibid. & n. 43.

Augustinus dicens iure humano, & iure Imperatorum introductam, seu factam esse diuisionem bonorum inter homines, qua ratione intelligendus. n 43.

Quando, & per quos homines primò, & successiuè fuerit introducta rerum diuisio. n. 44.

Testamentum quoad institutionem hæredis, quatenus repræsentat personam defuncti, & in eius vicem succedit est iuris ciuilis Romanorum. n. 46.

Ex testamento minus solemni an oritur obligatio naturalis ex honestate, & debito morali tantum obligans, & in foro externo impediens repetitionem soluti. n. 10. & 11.

Intellectus ad l. etsi inutiliter Cod. de fideicom. & *ad* l. non dubium Cod. de testam. *n.* 12. *ad* 18.

Legatum, aut fideicommissum relictum in testamento minus solemni, seu per voluntatem minus solemnem solutum ab hærede sciente testamentum, seu vltimam voluntatem caruisse solemnitate iuris non potest amplius ab eodem hærede repeti. num. 12. & 13.

Reijcitur responsio, seu intellectus Vasquij ad dictam legem, etsi inutiliter. & *ad* d. leg. non dubium. *n.* 14.

Reijcitur intellectus Io. de Lugo ad easdem leges. *n.* 15.

Reiicitur intellectus Ioannis de Salas ad easdem leges & *ad* l. fin. §. vltimo Cod. de fideicom. *n.* 16. & 17.

Hodie an sit discrimen inter legata, & fideicommissa, an vero sint adæquata, vt nulla inter ea sit differentia, quoad sui effectum, & modum inducendi obligationem. ibidem.

Referuntur verba textus l. vltim. Cod. de fideicom. & §. vltimi *instituta de fideicommissariis libertatibus. n.* 18.

Intellectus varij ad dictos textus *n.* 19. *ad* 30.

Fideicommissa carentia solemnitatibus iuris positiui, & solum fidei hæredis commissa ab eodem hærede agnita; & opponente de defectu solemnitatis an sint in vtroque foro ciuili, & conscientia soluenda. n. 18. & *seqq.*

Ex d. §. vltimo instit. de fideicom. libert. *rectè colligitur ex testamento, seu volũtate minus solẽni oriri obligationem naturalẽ veram, & propriam obligantẽ in conscientia. n.* 31.

Intellectus ad l. militis §. veteranus ff. de militari test. *n.* 32.

Intellectus ad cap. indicante de testamentis. *num.* 33.

Ex hoc textu probatur iuxta ius Canonicum, & etiam ciuile ex nuda voluntate defuncti sine solemnitate iuris positiui declarata oriri obligationẽ naturalem veram & propriã. ib.

Quando testator ob impedimentum facti fecit testamentum sine solemnitate iuris positiui communis, vel particularis, ex tali testamẽto oritur obligatio naturalis, & ciuilis. n. 50.

Ponuntur plura exempla. ibidem.

Princeps non potest condere legem, vt testamenta. & vltima voluntates non valeant non adhibitis certis solemnitatibus, etiamsi ob impedimentum facti non potuerint adhiberi. ibid. vers. Hoc idem.

Etiamsi posset talem legem condere, non debet præsumi comprehendere velle casum, in quo ob impedimentum facti testator non potuit legem seruare. ibidem, vers. imo dato.

Testamentum manu propria testatoris scriptum absque testibus, cum impossibile fuit illos adhiberi, valet in vtroque foro. ibid. vers. Et idem.

Testamentum, in quo testator ob ignorantiam inuincibilem iuris omisit solemnitates iuris positiui valet in vtroque foro. ibid. vers. idem non.

§. I.

§. I.

An testamentum ad profana minùs solemne, quoad forum externum sit omnino inutile, careatque omni effectu ac si factum non fuisset, & qui illum fecit, omninò intestatus decessisset.

1. RESolutio huius difficultatis pendet ex solutione alterius difficultatis, scilicet, an ex testamento ad profana minus solemni oriatur aliqua obligatio saltem naturalis. Pro cuius resolutione, Notandum duplicem esse obligationem ciuilem, & duplicem obligationem naturalem. Vt colligitur ex *l. 1. ff. de nouat.* & Glossa 1. *in cap. fin. de solut.* Vna est obligatio ciuilis pura, scilicet tantum ciuilis, & est, quam ius ciuile, seu lex positiua producit, & concedit absque consensu hominis. Vt quando ex negligentia, & imperitia alicuius, vult lex, quod ille teneatur, vt *toto tit. ff. ad l. Aquiliam & instit. de oblig. quæ ex quasi delicto*; & in pœnalibus, quæ conscientiam non stringunt. Glossa *in cap. fraternitatis* 12. *q. 1.* Hostiensis *in summa tit. de pœnis*, & Panormit. *in cap. fin. num. 10. de præscript.* Et in his omnibus, in quibus quis potest conueniri in iudicio externo, cùm tamen non teneatur ad illud in foro animæ, seu conscientiæ, quorum nonnulla exempla ponunt Glossa *in l. 1. ff. de condit. indebiti*, & Iason *in l. cum quis num. 15. & seqq. Cod. de iuris, & facti ignorantia.* Altera est obligatio ciuilis mixta scilicet ciuilis, & naturalis simul; & est ea, quæ oritur ex contractibus, & actionibus à iure positiuo, seu ciuili approbatis, vt ex mutuo, venditione, locatione, societate, & similibus. Ex quo enim partes liberè consentiunt, & ius illos consensus approbat, inde oritur tum naturalis obligatio, scilicet ex consensu *l. 1. ff. de pactis*; tum ciuilis scilicet ex lege approbante, & fouente dictum consensum; & ita obligat in vtroque foro, & talis est obligatio, quæ oritur ex testamento iuris positiui solemnitatibus seruatis condito; Ex eo enim oritur naturalis obligatio ratione voluntatis testatoris, & ciuilis ratione solemnitatis adhibitæ, propter quam ius positiuum talem voluntatem approbat, & ad illam adimplendam, & exequendam tribuit actionem in foro externo, vtraque autem obligatio, nempè tam ciuilis tantum, quàm ciuilis, & naturalis in eo conuenit, vt tribuat actionem in iudicio externo, nempe vt quis possit conueniri, vel conuenire alium in foro externo.

2. † item obligatio naturalis (vt post S. Thomam 22. *q. 106. art. 4. 5. & 6.* & alios notarunt Couarruuias *in cap. cùm esses de testam. num. 9. versic. tertium.* Mænochius *de præsumpt. lib. 1. q. 80. num. 19.* Mantica *de coniecturis lib. 2. tit. 14. num. 16.* Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib. 1. compar. 19. num. 34.* Sanchez *de matrimonio lib. 1. disp. 7. num 15.* & Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum in præludiis num. 24.*) vna est vera, & propriè ex iure & lege naturæ, seu ex vinculo legis naturæ oriens, seu producta. Altera obligatio naturalis est, quæ solum ex honestate morali, & gratitudinis debito oritur; qualis est obligatio eius, qui recipit beneficium, ratione cuius tenetur ad antidora, & ad gratam remunerationem loco, & tempore conuenienti, vt S. Thomas *vbi supra.* Et hæ duæ obligationes naturales valdè differunt inter se; nam prior obligatio naturalis ex legis, seu iuris naturalis vinculo producta, seu oriens obligat in conscientia, & in re graui sub pœna peccati mortalis, vt tradunt S. Thomas, Couarruuias, Mantica, Sanchez, Valerus, *locis citatis.* Bartholus *in constit. ad reprimen. in verbo denunciationem*, Corneus *consil. 263. num. 11. volum. 1.* Fachineus *controuers. iur. lib. 4. cap. 5.* Doctores communiter *in cap. nouit de iudiciis*, alij quos refert Mænochius *d. quæst. 80. num. 18.* & alij Doctores omnes § *sequenti* allegandi, & est tritum. Et hoc procedit etiamsi ius ciuile non concedat actionem, vt patet in obligatione naturali proueniente ex pacto nudo, & in obligatione ad restituendum, qua tenetur emptor defraudans citra iusti pretij dimidium, qui tenetur naturaliter, licet non ciuiliter restituere, ita Couarruuias de pactis *p. 2. §. 4. num. 5.* & Sanchez *d. num. 16.* Etsi verò ob solam obligationem hanc naturalem denegetur actio ciuilis, ob eam tamen quis potest conueniri in foro Ecclesiastico per viam denunciationis Euangelicæ, seu iudicialis. vt Valerus *vbi supra*, & Doctores communiter. Præterea hæc obligatio naturalis licet non pariat actionem ciuilem, nec sufficiat, vt quis propter eam solam in iudicio externo conueniri possit, producit tamen in foro ciuili, & externo exceptionem, & parit effectum retentionis, vt tradunt post Fortun. *in l. 1. §. ius naturale illatione 30. ff. de instit.* Couarruuias, Mænochius & Mantica *locis citatis*, & Doctores communiter, & patet in pacto nudo, quod in foro ciuili parit exceptionem, vt *d. l. 1. & l. iuris gentium §. sed cum nulla ff. de pactis.* Posterior verò obligatio naturalis ex honestate, seu debito morali oriens, cùm non sit propriè obligatio, non obligat in conscientia, nec eius transgressio inducit peccatum nec veniale, vt tradunt Couarruuias *in d. cap. cum esses. num. 10. post principium*, & Sanchez *d. num. 16.* Quamuis obligare ad veniale probabilius putet Ioannes Valerus *vbi supra* cum Rebello *de obligat. iustit. 2. p. lib. 18. q. 4. num. 7. & q. 5. n. 7. fine.* Et cùm non obliget ad peccatum saltem mortale, ob eam non potest quis denunciari denunciatione Euangelica. item hæc obligatio naturalis ex sola honestate morali non producit effectum exceptionis, & retentionis in iudicio ciuili, tamen habet exclusionem repetitionis, seu impedit repetitionem iam dati iuxta Couarruuiam, Menochium locis *initio huius numeri* relatis, & Ioannem Valerum vbi supra *num. 25.* post Fortunium *loco citato.* Quamuis alij, quos tacitis nominibus refert, & sequitur Salas *de leg. dispu. 16. sect. 12. num. 53.* negent huiusmodi obligationem naturalem impropriam repetitionem in iudicio externo ciuili impedire; quia non videtur qua ratione possit impedire, nisi impediat ope exceptionis, & iure retentionis, qui effectus ex sola obligatione naturali vera, non ex sola honestate morali proueniunt: Imò Vasquius *quæst. illust. lib. 14. q. 10. num. 19.* vult esse vnicam obligationem naturalem, scilicet, quæ oritur ex consensu nostri, & est prima ex duabus enumeratis. Id ergo quod inter Doctores controuertitur est, an ex testamento ad profana minus solemni prior obligatio naturalis vera, & propria oriatur necne, attenta ipsa legum ciuilium dispositione.

Prima sententia.

Et prima sententia absolutè negat oriri talem obligationem naturalē, neque quoad hæreditatē, neque quoad fideicōmissa, & legata. ita Baldus *in l. cum quis n. 24. Cod. de iuris & facti ignorantia*, Cynus, & Fulgosius, quos sequitur Iason *in l. 1. n. 16. ff. de condit. indebiti*; idem Iason *in l. si creditoris n. 17. & in l. si veritas 19. Cod. de fideicom.* Corneus *consf. 137. n. 3. & 4.* Couar. *in d. cap. cùm esses n. 9.* Mænochius *d. q. 80. n. 19.* Vasquius *de successionum creat. §. 1. n. 23.* Marta *de success. p. 4. q. 1. art. 8. n. 12. & seqq.* Gomez *in l. 3.* Tauri *n. 123.* Ioann. Valerus *de diff. in vtrumque forum verbo lex. diff. octaua n. 6.* & plures alij Iurisperiti à Couarr. Vasquio & Marta relati; & alij, quos refert, & sequitur Io. Salas *de legib. disp. 16. sect. 12. n. 52.* & communem opinionem dicit Iason *in l. post diuisionē n. 5. Cod. de iuris & facti ignorantia.* 3.

Primò probatur hæc sententia, quia testamentum carens iuris positiui solemnitatibus est irritum, & nullum, iuxta leges ciuiles. *l. si vnus l. ex imperfecto l. hac consultissima in principio Cod. de testam. d. l. post diuisionem Cod. de iuris, & facti ignorantia l. ex imperfecto ff. de l. 3. §. fin. instit. quibus modis testam. infirm.* & aliis legibus, quæ passim ad id allegātur à Doctoribus, & eas cumulat Salas *d. n. 52.* & Gomez *d. n. 123.* ex actu autē iuxta leges irrito, & nullo non oritur nec ciuilis, nec naturalis obligatio vera, & propria *l. cū lex ff. de fideiussorib.* & Doctores, quos cumulant, & sequuntur Sanchez *allegata disp. 7. n. 16. &*

eod. lib. 1. *disp.* 20. *num.* 3. & Salas *d. sect.* 13. *num.* 50. & à me *lo tractatu de contractu matr. cap.* 1. *num.* 12. actua enim à principio nullus, nullum producit effectum per iura à me *ibidem* allegata, & Doctores *ibidem* relati. Confirmatur ex *d. l. hac consultissima §. ex imperfecto*, vbi decernitur relicta extraneis in testamento minus solemni inter liberos pro nihilo haberi, sed liberis accrescere; liberis enim accrescere non possent, nisi extraneis nullo iure neque ciuili, neque naturali deberentur, vt per Glossam communiter approbatam secundum Iasonem *ibi* alios allegantem *in l. si duo petitioni ff. de iureiur.* & esse communem Doctorum opinionem *in l. huiusmodi §. si Titio ff. de leg.* 1. *& in l. plano §. si coniunctim eod. tit.* testatur Vasquius *de success. progressu lib.* 2. *§.* 14. *n.* 19. vbi dicit se idem tradere vbi de materia iuris accrescendi differit.

5. Secundò probatur per textum *in l. si creditoris Cod. de fideicom.* cuius verba sunt: *si creditoris voluntas iure subnixa liberari te debito volenti doceri potest, etiam antequam solemniter sibi liberatio à successore praestetur, exceptionem sibi ex voluntate defuncti defendentem competere manifestum est.* Ex quibus verbis videtur rectè sumi argumentum à contrario sensu, ergo si debitum ab eo per hæredem legitimum petatur in iudicio, nulla competit exceptio debitori liberato ex voluntate creditoris, si ea voluntas iure subnixa non est, id est solemnis, & perfecta; seu si legatum est debitum in testamento minus solemni, & consequenter non oritur ex testamento minus solemni obligatio naturalis vera, & efficax, alioqui daretur exceptio iuxta tradita *num.* 2.

6. Tertiò probatur per textum *in l. si veritas Cod. de fideicom.* sic habentem; *Si veritas, vel solemnitas iuris deest, nec amplexus parentis voluntatem relicta dedisti, vel transmissionis causa stipulantibus promisisti, negotiumque integrum est ad solutionem vrgeri non potes.*

Quartò probatur per textum *in l.* 2. *ex testamento Cod. eod.* cuius verba sunt. *Ex testamento, quod iure non valet, nec legatum, nec fideicommissum quidem, si non ab intestato quoque succedentes rogati probentur, peti potest.*

Quintò, probatur speciatim quoad fideicommissa, ad quæ etiam ab intestato relicta in codicillis, vt subsistant, quinque saltem testes requiruntur *l. fin. Cod. de Codicillis. & l. fin. Cod. de fideicom.* ergo si careant prædicta solemnitate, omninò corruere debent, & consequenter ex eis nulla obligatio nec ciuilis, nec naturalis oriri potest iuxta ius ciuile.

7. Sextò probatur à Vasquio *d. num.* 21. *versic. mouetur:* quia obligatio naturalis (inquit) oriri ex consensu oriri potest *l. consensu l. sub specie, Cod. de postulando l. in contractibus in principio, & l. fin. Cod. de non numerata pecunia institut. de litterar. obligat. in princ.* sed hic cessat consensus, ergo nulla obligatio naturalis est. Quòd consensus cesset, ait Vasquius, patere, quia hæres, cum adit hæreditatem, videtur quasi contrahere, & ex illo quasi contractu obligatur *l. ex maleficiis §. hæres ff. de act. & oblig. §. hæres quoque instit. de obligat. ex quasi contract.* & cum nullus præsumatur velle iactare suum, *l. cum de indebito ff. de probat.* impossibile est, quod videatur, cum adit, hæres consensum præstitisse de relictis indebitis, & minus solemniter datis præstandis.

8. Septimò probatur à Corneo *d. consil.* 137. *num.* 5. quia legitimæ successionis ab intestato primo ex iure ciuili Romanorum sunt introductæ *can. ius Quiritium d.* 1. *l. obuenire ff. de verb. signif.* si ergo iuxta leges Romanorum, seu ius ciuile testamentum, & codicillus ob non seruatam formam iuris ciuilis, sunt actus nulli, & legitimi hæredes iure ciuili non obstricti relicto in testamento, vel codicillo, eodem iure ciuili inualidis, ergo nec iure naturæ, seu gentium tenentur seruare minus legitimam voluntatem, eum ipsi ab intestato succedant, & talis successio sit ciuilis, non autem iuris naturalis, aut gentium; ergo ex testamento minus solemni non potest oriri naturalis obligatio. † Ad idem tendit alia ratio Vasquij *dicto vers. Mouetur*, vbi ad probandum ex testamento nullo iure ciuile non oriri posse obligationem naturalem, scilicet, quod testamentum iuxta sententiam, quam ipse *eod. in §.* 1. *num.* 2. *& seqq.* tenet, inuentione, effectu, & approbatione est iuris positiui, quo iure remoto (inquit) defunctus post mortem suam de rebus suis disponere non posset, cum eo tempore earum rerum dominus futurus non esset *arg. l.* 1. *& l. quod sponsa Cod. de donat. ante nup.* & quæ latè tradit idem Vasquius *dict. num.* 2. *& seqq.* Vnde si ius positiuum (subdit Vasquius) remoueas (prout remouere videtis, quando eius formam negligis) remanebis in terminis iuris naturalis, quo inspecto testandi facultas non erat magis, quàm hodie est facultas disponendi de rebus alienis, quarum olim dominium habuimus, cum hodie, quando de eis disponere volumus, dominium non habeamus, nulla ergo obligatio naturalis ex testamento ob non seruatas leges iuris positiui nullo oriri potest. Pro hac eadem sententia faciunt argumenta, quæ §. *sequenti* adducentur pro sententia asserente testamentum minus solemne, & iuxta ius positiuum nullum esse etiam in foro conscientiæ, ita quod hæres ab intestato non teneatur hæreditatem, vel relicta dare hæredi, & legatariis in eo testamento scriptis. 9.

Hinc cùm iuxta hanc sententiam testamentum minus solemne non pariat obligationem naturalem veram & propriam ex vinculo legis naturalis, Couarruuias Menochius, & Valerus aiunt tale testamentum non producere in foro ciuili, seu externo effectum exceptionis, & retentionis. Asserunt tamen ex tali testamento oriri obligationem naturalem ex honestate morali, seu æquitati morali conuenientem, quæ in foro ciuili habet exclusionem repetitionis, si quid relictorum in dicto testamento minus solemni fuerit à legitimo hærede ab intestato solutum, seu datum hæredi scripto, vel legatariis; & quod tale testamentum minus solemne ratione prædictæ obligationis naturalis ex sola honestate morali prouenientis in foro ciuili impediat repetitionem; ad quod asserendum mouentur per textum *in l.* 2. *Cod. de fideicom. & in l. non dubium Cod. de testamentis*, & per nonnullos alios textus, qui in probatione sequentis sententiæ de verbo ad verbum referuntur. † At verò Salas *d. sect.* 12. *num.* 53. cum aliis à se citatis nominibus allegatis ait, se non videre, qua ratione eiusmodi naturalis obligatio ex sola honestate morali oriens repetitionem impediat, nisi ope exceptionis, & ipso iure retentionis, qui effectus cum ex sola honestate naturali prouenire non possint, vt iidem Couarruuias & Menochius, propterea negat Salas cum iisdem Doctoribus à se allegatis testamentum minus solemne producere talem exclusionem repetitionis, & ita nullum habere effectum in ordine ad iudicium externum; & ad textus præallegatos, & alios ex quibus Fortunius, Couarruuias & alij moti sunt ad asserendum testamentum minus solemne habere exclusionem repetitionis aliter respondet, & eius responsio *infra n.* 16. ponitur. 10. 11.

Secunda sententia.

Altera sententia magis communis asserit ex testamento ad profana minus solemni oriri obligationem naturalem veram, & propriam ex legis naturalis vinculo procedentem, quæ in foro iudiciali non solum impedit repetitionem, sed habet effectum exceptionis, & retentionis. ita Glossa *in l.* 1. *ff. de condit. indebiti.* Glossa *in l. cum quis, verbo obtinens, Cod. de iuris, & facti ignorantia.* ibidem Bartholus *& in d. l.* 1. *ff. de condit. indebiti.* Glossa *in l. si post diuisionem verbo obtinent Cod. de iuris & facti ignorantia*, ibidem Baldus *fine*, *& in l. vltimam Cod. ad l. falcid.* ibidem Angelus, Paulus de Castro, 12.

9. ſtro, & alij Doctores, Imola *in cap. vltim. de ſolut.* Clarus *§. teſtam. quæſt. 90. num. 1.* Graſſus *de ſucceſſ. lib. 1. § 1. num. 12.* Mantica *de coniecturis lib. 5. tit. 13. n. 5.* & latius *tit. 14. per totum.* Fachineus *lib. 4. d. cap. 5.* Corneus ſibi contrarius *conſil. 561. num. 4. fine, & num. 5. vol. 5.* Vaſquius item ſibi contrarius *de ſucceſſ. progreſſu lib. 4. §. 14. num. 150.* & hanc opinionem communem Iuriſperitorum dicunt Paulus de Castro, & Corneus *in d. l. 2. Cod. de fideicom.* Franciſcus Ripa *in l. nemo poteſt. num. 96. ff. de leg. 1.* ibidem Gutierez eam ſequens & pluribus comprobans à *num. 457. ad 459.* Iaſon. *in d. l. cum quis num. 13.* Alexander *in l. non dubium num. 2. Cod. de teſtam.* Capicius eam ſequens *deciſ. 79 num. 1. & 2.* Sarmiento *de reddit. Eccl. p. 1. cap. 2. num. 3.* Clarus, & Graſſus *vbi ſupra*; eandem tenent alij iuriſperiti alligati à Vaſquio *de ſucceſſ. creat. §. 1. num. 22.* Corneo *d. conſil. 265. num. 4.* Cæuallos *tom. contra comm. quæſt. 71. num. 11.* in hanc inclinant Clarus Graſſus *locis citatis*, & Salas *d. diſp. 16. ſect. 15. num. 49.* Hanc eandem ſententiam ex Theologis tenent Molina *de iuſtitia tom. 1. diſp. 81. verſic. quartò idem.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 19. dubitatione 3.* Fagundex *de iuſtitia lib. 6. cap. 7 num. 9. & 10.* Et pro hac eadem ſententia faciunt omnes Doctores §. *ſequenti* allegandi, tenentes vltimam voluntatem minus ſolemnem, ſi de ea conſtet, & ita ſecluſa omni fraude voluiſſe teſtatorem obligare in conſcientia, & transferre dominium in hæredem ſcriptum, & in legatarium, ita vt hæres ab inteſtato peccet, & teneatur reſtituere, ſi hæreditatem capiat, vel per Iudicis ſententiam obtinuerit.

10. Primò probatur hæc ſententia ex *l. etſi inutiliter 2. de fideicommiſſis*, vbi Antonius Imperator ita ait: *Etſi inutiliter* (ſcilicet ſine debita ſolemnitate, nempe in ſcriptura minùs ſolemni) *fideicommiſſum relictum ſit; tamen ſi heredes comperta voluntate defuncti, prædia ex cauſa fideicommiſſi ano ſuo præſtiterunt, fruſtra ab hæredibus eius de ea re quæſtio ſibi mouetur.* Quibus verbis decernit apertè non poſſe ab hærede repeti fideicommiſſum relictum à defuncto minus ſolemniter, ſeu in ſcriptura minus ſolemni, ſi ſciens voluntatem, cuius eſt hæres, illud præſtitit; & ſubdit, rationem dicens, *Cum non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactam eſſe videatur.* Item *l. non dubium Cod. teſtamentis*, decernitur, quod ſi hæres fideicommiſſa, aut legata in minus ſolemni teſtamento

11. relicta agnouit, ſcilicet, amplexus eſt talem teſtatoris voluntatem, & ſciens talem voluntatem non eſſe ſolemnem, ſoluit, repetere non poteſt, nec deſiſtere poteſt ab eis ſoluendis, ſi annua ſint, vel menſtrua. *Illud* (inquit textus) *adyciendum eſt, qui ex teſtamento, vel ab inteſtato hæres extiterit, etſi voluntas defuncti circa legata, ſeu fideicommiſſa, ſeu libertates legibus non ſit ſubnixa, tamen ſi ſponte agnouerit* (ſcilicet ſoluendo ſciens voluntatem ob defectum ſolemnitatis non valere, inquit Gloſſa *ibidem* verbo *agnouerit*) *implendi eam neceſſitatem habeant.* Idem à contrario ſenſu deducitur ex *l. ſi veritas Cod. de fideicommiſſis* relata ſuprà *num. 6.* idem reſpondit Iuriſconſultus in *l. in teſtamento ff. de fideicommiſſarijs libertatibus; ſcilicet pios filios debuiſſe manumittere eam, eique fideicommiſſa præſtare, cui pater in teſtamento, quod imperfectum erat, libertatem & fideicommiſſa dedit. In teſtamento* (inquit lex) *quidem, quod perfectum non erat alumnæ ſuæ libertatem, & fideicommiſſa dedit, omnia filij veluti ab inteſtato geſſiſſent* (ſcilicet eam manumiſiſſent, interpretatur Gloſſa *ibidem* verbo *geſſiſſent*) *quæſiuit Imperator, an vt ex cauſa fideicommiſſi manumiſſa fuiſſet; & interlocutus eſt, etiamſi nihil ab inteſtato pater petiiſſet, pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet, pronuntiauit, igitur eam rectè manumiſſam, & ideo fideicommiſſa etiam*

12. *ei præſtanda.* Cùm igitur iuxta ius ciuile in dictis legibus, præſertim tribus prioribus fideicommiſſum, vel legatum in minus ſolemni teſtamento, ſeu voluntate relictum ab hærede ſolutum non poſſit in iudicio ex-

terno repeti, fatendum eſt etiam iuxta ius ciuile ex minus ſolemni teſtamento, ſeu voluntate ad profana oriri obligationem naturalem veram & propriam ex legis naturalis vinculo productam, nam alioqui, ſi hæres non eſſet naturaliter obligatus ad implendam teſtatoris voluntatem ex minus ſolemni teſtamento, liceret ei ob eam cauſam ſolutum repetere. *l. quod indebitum l. naturaliter & l. ſeq. ff. de condictione indebiti & l. quod pupillus ff. eod.* vbi dicitur *quòd pupillus ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit, eius repetitio eſt*, quia nec natura debet. Fachineus *d. cap. 5.* Padilla *in l. cum quis num. 28. Cod. de iuris, & facti ignorantia*, & Salas *dict. diſp. 16. ſect. 12. num. 54. verſic. ad l. vt è.* Aduertendum autem, quod cum legatum, vel fideicommiſſum relictum in minus ſolemni teſtamento poſſit eſſe ſolutum ab hærede, vel ignorantia facti, ſcilicet, quia ignorabat teſtamentum eſſe minus ſolemne, vel per ignorantiam iuris, quia ſcilicet ignorabat ex teſtamento minus ſolemni non deberi, ſi per ignorantiam facti ſoluit, concederetur repetitio non obſtante poſſeſſione legatarij; ſi verò ſoluit per ignorantiam iuris, tunc iuxta dictas leges denegatur repetitio, ſeu legatarius ope exceptionis ſe poteſt tueri; & ita habetur expreſsè *l. fideicommiſſum Cod. de condit. indebiti. & l. cum quis Cod. de iuris, & facti ignorantia.* ibidem affirmant Gloſſa, & Bartholus, & Doctores communiter. vt teſtantur Couarruuias *in cap. Quamuis pactum p. 2. § 4 num. 8.* & Molina *dict. diſp. 81. verſic. Quartò idem.*

Huic argumento primò ſumpto ex dictis tribus legibus reſpondent primò Couarruuias & Mænochius *locis ſupra num. 3.* relatis, & dictis iuribus ſolùm probari ex teſtamento minus ſolemni oriri obligationem naturalem non ex legis naturæ vinculo prouenientem, & obligantem in conſcientia, ac producentem effectum exceptionis, & retentionis, ſed prouenientem ſolum ex ratione, & honeſtate naturali, & debito morali, quæ impedit repetitionem, pro vt in *dictis legibus* habetur. Sed contra eſt primò, quia non videtur, quomodo eiuſmodi obligatio naturalis impediat repetitionem niſi ope exceptionis, & iure retentionis, ergo cum iuxta dictas leges ex minus ſolemni teſtamento, ſeu voluntate oriatur iſte effectus excludendi repetitionem, fatendum eſt oriri obligationem naturalem veram, & propriam, id quod notauit etiam Fachineus loco infra allegando. Secundo contra eſt, quia Doctores communiter intelligunt in dictis iuribus decretum eſſe impediri repetitionem ob obligationem naturalem ſatisfaciendi voluntati defuncti, qui ſic voluit licet minus ſolemniter. Tertiò reſponſioni Couarruuiæ, & Mænochij aduerſatur ratio, quæ in *d. l. 2. quia non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactum eſſe videtur.* quâ ratione videtur apertè iudicari voluntatem potiùs defuncti attendendam, quàm ſolemnitatem illius, & ita defectum ſolemnitatis non impedire, quin ex tali voluntate oriatur obligatio naturalis, qua hæres, qui talem voluntatem cognoſcetur, obſtringitur; & ideò ſi relictum ſciens, & ſponte perſoluit, denegatur illi etiam in foro iudiciali repetitio, quia præſtando relictum ſatisfecit voluntati defuncti. 13.

Reſpondet ſecundo Vaſquius *d. §. 1. num. 25. verſic. & hanc partem*, quod poſtquàm hæres ſoluit relicta in minus ſolemni teſtamento, repetere non poſſit, vt in dictis legibus decernitur procedere quando ſciente ſoluit, quo caſu (inquit) tempore ſolutionis præſtitit conſenſum, quia tunc produxit obligationem naturalem quæ antea orta non fuerat, & conſequenter impeditur repetitio. At contra hanc reſponſionem eſt, primò, quia ratio illa adducta *in d. l. 2. Cod. de fideicom.* fundatur in ſcientia relicti, & in implemento voluntatis defuncti; ergo ibi ſupponitur ante expreſſum conſenſum hæredis ortam fuiſſe obligationem naturalem 14.

satisfaciendi voluntati defuncti licèt minus solemni. Secundò, quia licet sponte soluisset, si relictum ante solutionem non esset naturaliter debitum, non impediretur repetitio; vt constat ex *actā l. quod pupillus* & aliis iuribus ante *num.* 14. allegatis.

15. Respondet tertiò Ioannes Lugo *de iustitia tom.* 2. *disput.* 22. *sect.* 9. *num.* 258. præfatas leges non loqui vniuersaliter, sed in casu particulari, quando hæres agnouit, & fassus est legatum, vel fideicommissum, vel quoduis aliud à testatore, vel defuncto relictum fuisse, quo casu (inquit) volunt illæ leges obligationem esse soluendi ciuiliter, & naturaliter, seu in vtroque foro iudiciali, & conscientiæ, etiam deficiente solemnitate. Addit idem Lugo huius decisionis legalis rationem optimam esse potuisse; quia cum hæres repræsentet personam defuncti, quando hæres fatetur illam fuisse defuncti voluntatem manifestam, perinde habetur, ac si ipse defunctus id nunc declaret. Quare ne ipse sibi contrarius videatur, debet hæres eam, quam defuncti voluntatem esse fatetur, omninò adimplere, quia repræsentat personam defuncti, eiusque voluntatem vt propriam tueri debet, atque eo ipso, quod agnoscit, & confitetur voluntatem defunct. cessat necessitas aliorum testium ad probandum solemniter illam fuisse defuncti voluntatem; cum enim tota illa solemnitas inducta, & petita fuerit tum in fauorem defuncti propter periculum fingendi dispositionem, quæ non fuit; tum etiam in fauorem hæredis, vel scripti, vel ab intestato, ne fraudentur, vel grauentur falsis figmentis, quoties defunctus per hæredem repræsentatus agnoscit suam voluntatem; & hæres ipse de cuius interesse agitur, eam etiam agnoscit, cessat necessitas alterius solemnitatis, per illam agnitionem, & confessionem spontaneam solemnizari censetur voluntas testatoris, & incipit obligare. Quapropter (addit idem Lugo) hoc ipsum locum habebit, quando non hæres, sed legatarius etiam fatetur onus sibi à defuncto impositum aliquid alteri dandi, vel soluendi; nam legatarius etiam quoad illam partem repræsentat aliquo modo personam defuncti, & de eius solius interesse agitur in illo grauamine; quod si ipse agnoscat, cessat necessitas alterius solemnitatis ad eius probationem; quod tamen (subdit Lugo) intelligendum, dum hæc confessio non cedat in alterius præiudicium; tunc enim (ait) non haberet locum hæc ratio, sed posset præsumi fraudulenta confessio, & indigeret vlteriori probatione, vt voluntas testatoris pro certa reciperetur. Prædicta Ioannes Lugo; quæ latiùs habet Vasquius *de success. creat.* §. 22. *limit.* 8. *à num.* 10. *ad* 20. ex quo fortè sumpsit idem Lugo.

Contra quæ est primo textus *in d. l. si veritas Cod. de fideicom.* vbi manifestè habetur hæredem, etiamsi amplexus sit voluntatem minus solemnem testatoris, si negotium integrum est, scilicet, hæres relicta non dedit, vel promisit, non dari aduersus eundem hæredem actionem ciuilem, nec in foro iudiciali posse cogi ad solutionem: supposita autem responsione Ioannis Lugo hæres non solum impediretur repetere relicta, quæ sponte præstitit vt habetur *d. l.* 1. *Cod. de fideicommissis*, & aliis similibus *num.* 12. relatis. Sed etiamsi non præstiterit, confessus tamen fuerit legatum, aut fideicommissum, posset cogi in foro iudiciali ad soluendum. Manifestè ergo præfata responsio repugnat decisioni *d. l. si veritas*, & etiam communi intellectui Doctorum tam prioris, quam posterioris sententiæ, qui omnes negant hæredem ab intestato posse cogi in foro iudiciali ad soluenda relicta in minus solemni testamento, etiamsi illa, seu ita voluntatem testatoris fuisse confessus sit (excepto casu *l. fin. Cod. de fideicommissis*, & §. *vltim. institut. de fideicommissariis hereditatibus*) sed solùm si spontè, & sciens testamentum fuisse minus solemne soluerit, non posse relictum solutum amplius repetere, vt *in d. l.* 2. *Cod. de fideicommissis*, & in aliis allegatis deciditur. Secundò responsioni prædictæ Ioannis de Lugo obstant adducta *num.* 3. contra responsionem Vasquij. Tertiò, obstat, quia quod ex minus solemni testamento non oriatur ciuilis obligatio, nec concedatur actio in foro ciuili, seu iudiciali, & iuxta Doctores primæ sententiæ non oriatur etiam obligatio naturalis, non prouenit ex eo, quod deficiat sufficiens, & efficax probatiò voluntatis minus solemnis defuncti (de qua sæpe potest euidenter, & apertè constare, vt si hæres scriptos in testamento minus solemni audiuerit voluntatem testatoris vltimam in testamento minus solemni explicatam, vel propter temporis angustias & solitudinem plures testes non potuisset inuenire, vel explicasset omninò voluisse suam dispositionem valere, quamuis non fuerint adhibitæ iuris solemnitates, vel testes adhibiti, & legatarij carerent omni suspicione fraudis, & falsitatis) sed quia solemnitas, quam ius ciuile pro forma essentiali testamenti, seu dispositionis statuit, omissa est. Nam quando actus deficit in sua forma essentiali, & est nullus iuxta leges, non oritur obligatio ciuilis, imò nec naturalis iuxta Doctores *num.* 5. relatos; & ita etiam in foro iudiciali non datur actio contra hæredem legitimum ad soluenda relicta in tali testamento minus solemni iuxta ius ciuile nullo, vt pote carente sua forma essentiali, scilicet debita solemnitate iuris.

Demum ad *d. l.* 1. *Cod. de fideicom.* & *alias leges* præallegatas, & etiam ad *l. fin. Cod. de fideicommiss. sequenti argumento adducendas.* Respondet Ioannes Salas *vbi.* *disput.* 16. *num.* 51. & 54. ex huiusmodi iuribus non probari ex testamento minus solemni oriri obligationem naturalem, neque ex honestate morali, ratione cuius impediatur repetitio, vel iuxta *d. l. finalem. Cod. de fideicom.* hæres cogatur soluere fideicommissum, si priùs confessus fit voluntatem defuncti, & postea in iudicio neget velle soluere, opponendo voluntatem defuncti non fuisse solemnem. respondeo, inquam, ex doctrina Vasquij *de success. creatione lib.* 3. §. 23. *limitatione* 18. *num.* 16. & *seqq.* scilicet etiam hodie discrimen esse inter legata, & fideicommissa; vt legata non possint relinqui, nisi in testamento solemni, atque ita in illis legitimus testium numerus requiritur pro solemnitate substantiali *l. legatum* 36. *ff. de legatis l. ab exheredati substituto*, 136. *ff. de legat.* 1. §. *Præterea institut. de fideicommiss. hereditatibus*, ibi: *Cum alioqui legata nisi ex testamento non valeant.* *Et* §. 1. *institut. de legatis.* vbi legatum definitur, quod sit donatio à defuncto relicta ab hærede præstanda, cum enim hæres institui non possit codicillis, sed in testamentis *l. non codicillum Cod. de testam. l. si idem Cod de codicill.* & §. *codicillis, instit. eod.* sequitur, vt legatum in solo testamento relinqui possit, & ita Vulpianus *reg.* 24. definiuit legatum, vt sit *Donatio testamento relicta*, ac proinde manifestè patet legatum ab intestato relinqui non posse. At verò fideicommissa non solùm in testamento, sed etiam codicillis relinqui possunt §. *non tantum instit. de Codicill.* & ita in fideicommissis legitimus testium numerus est solùm de solemnitate probatoria; Vnde si per iuramentum, aut confessionem eius, à quo restitutio facienda est, aut alia forma de his constiterit, oritur obligatio ciuilis, & naturalis, & debentur in vtroque foro; legata vero non inducunt obligationem ciuilem, aut naturalem, nec debentur vllo modo nisi testamentum subsistat, & habeat solemnitatem iuris positiui, scilicet legitimum numerum testium, quæ solemnitas, cum sit in testamento substantialis, & non solum probatoria, vt in Codicillis; etiamsi per confessionem patris, per iuramentum, aut alia via constiterit de legatis in testamento minus solemni relictis non debentur neque ciuiliter, neque naturaliter iuxta leges *supra num.* 6. & 7. adductas. His suppositis Salas *d. n.* 54. ait in *l. in testamento* & aliis legibus *num.* 12. *argumento primo* adductis, & in *d. l. fin. Cod. de fideicom.* dici valere fideicommissa sine ea iuris solemnitate, quæ ad testa- 16.

mentorum

mentorum firmitatem desideratur, non quia ea imperfecto, & minus solemni testamento oriatur naturalia obligatio etiam quo ad legata tantum, sed quia fideicommissa, quæ extra testamentum relinquuntur (quæ enim relinquuntur in testamento, vt firma sint, & debeantur, aiunt Vasquius, & Salas post eum, sicut alia legata requirere solemnitatem testamenti, cum testamentum sit indiuiduum, & non possit partim valere, scilicet, quoad legata, & fideicommissa in eo relicta, partim non valere, scilicet quoad hæredis institutionem) vt firma sint, & debeantur ciuiliter, & naturaliter, satis est quinque testium testimonium, vel confessio hæredis scripti, vel legitimi, qui rogatus est à defuncto fideicommissa præstare fideicommissario.

17. Verum contra hanc responsionem militat apertissimè *dicta l. si veritas Cod. de testamentis.* & etiam *d. l. ex testamento Cod. eod.* Præterea minus verum est inter legata, & fideicommissa discrimen esse, sed imò hodie sunt adæquata, ita quod nulla remanserit differentia tam quoad sui effectum, vim, & potestatem, vt vires fideicommissi sint attributæ legatis, & è contra; quàm quoad modum inducendi *l. 1. & 2. Cod. comm. de legat. & l. 1. ff. de legatis.* & Doctores communiter, quos refert, & sequitur Grassus *de successionibus § legatum quæst. 1.* & idem tradunt Antonius Piechardus *in instit. lib. 2. tit. 21 §. Præterea 10. num 17. & §. & quia prima 11. num. 3.* & Mynsingerus *in d. §. Præterea* allegans rationem. Neque obstat, quòd Iustinianus locis institutionum *num. præcedenti* allegatis dicat legatum non nisi ex testamento valere, cùm tamen doceat valere fideicommissa ab intestato, qua de causa Angel. Fab. Balduinus & alij, vt notauit Mynsingerus, & Piechardus *d. num. 17.* dixerunt adhuc etiam post Iustinianum vigere differentias antiqui iuris Romani inter legata, & fideicommissa; nam respondet idem Piechardus *eodem num. 17.* quod licèt Iustinianus *d. § præterea instit. de fideicom. hæred.* vtatur verbis de præsenti; ius tamen antiquum refert, & quod ante sublatas differentias obseruabatur, ita enim in institutionibus operatur Iustinianus materias legatorum, & fideicommissorum tractat, quasi adhuc inter ea differentiæ durent, quod se facturum dicat in *§ sed in primus instit. de legatis;* idcóque hanc differentiam (inquit Piechardus *d. num. 17.*) *in d. §. Præterea*, notauit licèt ea iam constitutione sua in *d. l. 2. Cod. comm. de legat.* fuerit sublata. Tertiò huic responsioni Ioannis Salæ, & doctrinæ Vasquij manifeste obstat textus in *d. l. non dubium Cod. de testam.* decernens hæredem, si agnouit legata in minus solemni testamento relicta, & soluit, non posse repetere, & cogi illa implere si sunt menstrua, vel annua, ex quo textu Piechardus in *d. §. & quia prima 11. citato n. 13.* ait probari solemnitatem testium in legatis posse per agnitionem hæredis suppleri, & manifestè insinuari, nec in eis testes formam necessariam inducere, & certè concludit manifestè non esse veram doctrinam Vasquij, & Ioannis Salæ quod legata in minus solemni testamento relicta nullam inducant obligationem nec ciuilem, nec naturalem, nec vllo modo deberi, etiam si hæres ea agnouerit, & confessus fuerit; nam si nullam inducerent obligationem naturalem, non impediretur repetitio, vt supra probatum est, & textus dicit hæredem, si agnouit habere necessitatem implendi voluntatem defuncti relinquentis, licèt in minus solemni testamento explicatam. Obstant etiam huic responsioni Ioannis Salæ tradita supra *num. 14.* ad impugnandam responsionem Vasquij.

18. Secundò ad probandam hanc secundam sententiam, quòd ex testamento, seu voluntate minus solemni oriatur obligatio naturalis vera, & propria, à Molina, vbi *supra*, & ab alijs pluribus Doctoribus huius sententiæ adducitur *l. vltima de fideicommissis & §. vltimus institut. de fideicommissariis libertatibus.* qui paragraphus desumptus est ex *d. l. finali* & ita habet: *Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide hæredum pendent, & tam nomen, quàm substantiam acceperant: ideò D. Augustus ad necessitatem iuris ea retraxit nuper, & nos eundem Principem superare contendentes, constitutionem fecimus, per quam disposuimus, si testator fidei hæredis sui commisit; vt vel hæreditatem, vel speciale fideicommissum restituat; & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero* (qui in fidei commissis legitimus esse noscitur) *possit res manifestari, sed vel pauciores, quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit tunc siue Pater hæredis, siue alius quicunque sit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit, si hæres perfidia tentus adimplere fidem recusat; negando rem ita esse subsequutam; si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia iurauerit, necesse eum habere vel iusiurandum subire, quod nihil tale audierit, vel recusantem ad fideicommissi vel vniuersalis, vel specialis solutionem coarctari ne depereat vltima voluntas testatoris fidei hæredis commissa* (quod idem seruandum, quando alicuius legatarij, vel etiam fideicommissarij fuerit commissum aliquid soluere, vel restituere voluit) *eadem* (subdit immediate) *obseruari censuimus, etsi à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quod* (concludit his verbis totam dispositionem huius paragraphi) *si is, à quo relictum dicitur, postquam negauerit, confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omninò soluere cogendus est.* Hæc Iustinianus *d. §. & quia prima & d. l. fin.* circa cuius legalis dispositionis (cùm illi videatur repugnare textus in *d. l. veritas, & in l. ex testamento relati supra n. 6. & 7.*) intellectum varij fuerunt valde Doctores.

Et primò Marta *de success. p. 4 quæst. 1. d. art 8. n. 17.* volens contra opinionem Bartoli ex *dicta l. fin. Cod. de fideicom. hæred.* non probari, quod oriatur ex voluntate minus solemni obligatio naturalis, aut testator possit disponere in minus solemni voluntate, & ita solemnitas probatoria, sit de essentia testamenti, dicit, in prædicta duobus textibus testamentum fuisse ritè, & rectè factum, atque disponi, quod si hæres, cui delatum fuerit iuramentum, negauerit fideicommissum fuisse solemniter factum, tunc fideicommissarius debet illam solemnitatem probare per testes, & Glossa in *d. l. fin. in principio.* & cæteri (inquit Marta) dicunt per septem testes probandum esse. Quamobrem (concludit idem Marta) solemnitas probatoria est adeo vnita cum ipsa voluntate, vt substantia testamenti simul in esse producant, & illa deficiente nulla naturalis obligatio oriri possit ad effectum, vt legata debeantur. 19.

Sed huic intellectui aduersatur textus, ibi; *sed vel pauciores, quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit*, quibus verbis manifestè patet Imperatorem loqui de fideicommissis etiam in voluntate minus solemni relictis, vt etiam intellexerunt Doctores communiter, vt ex dicendis etiam constabit. Neque obstat dictum Glossæ, quæ loquitur solùm, quando legatarius, seu fideicommissarius, prætenderet voluntatem defuncti fuisse perfectam, & solemnem, nec confideret de iuramento hæredis, & alioqui haberet necessitatem probandi voluntatem fuisse solemnem; tunc enim dicit Glossa, quod legatarius per legitimum numerum testium debet probare iuxta tradita ab eadem Glossa *ibidem* verbo *ostenditur.* 20.

Secundò alij volunt dispositionem *d. l. fin. & d. §. finalis* non velle sustineri legata, & fideicommissa in vim vltimæ voluntatis, quæ non fuerit solemnis, sed solùm in vim contractus, scilicet, quod testator nomine fideicommissarij stipulatus fuerit, sibique ab hærede promitti voluerit ab eo restitutionem fideicommissi, & ipse hæres spoponderit, seu promiserit præstare, quo casu testator videtur pro fideicommissario contraxisse, & ideo hæres tanquàm ex contractu teneatur, licet non sit adhibita solemnitas, quæ exigitur in vltima voluntate. ita Bartolus *in l. nemo potest paulo post princip. ff. de legat. 1.* quem ibi sequuti sunt Ripa, Iason, Crotta, 21.

& alij, quos refert Vasquius *de successionum creat. lib.3.§.23. limit. 18.n.2.*

At hunc intellectum reprobant Mantica *d. tit 13.n.5. versic. subiunxit.* Gaspar Antonius Thesaurus *quaest. for. lib.2.quae.t.97.n 3.* & Picchardus *in d. §. vltim.n.10. instit. de fideicommissariis heredit.* apertè enim tali intellectui, & sententiæ obstant verba, *Et tenor d. §. vltimi.& dictae l.vltima Cod. de fideicom.* in quibus nulla mentio de contractu, & actibus viuentium, sed tantùm de vltima voluntate, & actibus demorientium, & ea eisdem constat illud fideicommissum ex testamento, vel Codicillis deberi Præterquàm quod non potest per testatorem legatario, vel fideicommissario ius aliquod virtute stipulationis acquiri *l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb.oblig.& l.continuus actus §.vltimo ff.eod.* vbi expressum est, testatorem vni ex hæredibus stipulari non posse, cùm sit necesse omnibus acquiri; & ideò multò minus legatario, & fideicommissario stipulari poterit; ita Barthulus *in d § vlt. & in l.cum qui decedens in princ. n. 4 versic.item ab illo n.4. ff.de legat.3.* Mantica & Picchardus vbi *supra.* An verò in testamento possit fieri contractus & donatio, quæ habeat vim contractus inter viuos, & non legati, nec infirmetur infirmato testamento. vide de hac difficultate Vasquium *d. limitatione 18.n.3.& 4.*

22. Tertiò alij aiunt *in d.l fin.& § vltimo*, deceroi hæredem fideicommissa à se relicta fuisse iurantem, vel iurare recusantem ad eorum solutionem, licet dicat testamentum minus solemne fuisse, debere compelli, ob eam causam, seu rationem, quia, cum ipsemet hæreditatem adiuerit, audiendus non est, si iudicium & voluntatem quam ipse, quo ad sui commodum approbauit, & legitimam duxit, minus legitimam, & perfectam postea dicat, vt sic onera solui non debere prætendat, contra *l. unicam § pro secundo in fin. Cod.de caduc toll.* ita sensisse Baldum *in d.§.vlt.in scholio,fine, instit de fideicommiss.hereditatibus*, & nescio quem alium refert Picchardus *in d.§.vltimo quia prima n.11.*

23. Sed idem Picchardus *n.11.* meritò reprobat hunc intellectum, tum quia hæreditas ex imperfecto testamento aditi non potest *l.si is ad quem 22. l.cum quidem 30.l.sed & de sua 14.in fin.l falsus 46.ff.de acquir.hered.* Imò nec bonorum possessio *l. 2. Cod.de bonor.possess.secund. tabul.* tum quia secundum prædictorum Doctorum sententiam decisio *d.l.fin. & d. §. vltimi*, locum non haberet in his, qui ab intestato in codicillis grauantur, cum nullum approbent testamentum, cum absque eo ea legis dispositione ad hæreditatem admittuntur; quod tamen apertè repugnat illis verbis textus *in d.§.vltimo neque ex quinque testium numero*, ex quibus constat ibi agi de illo casu, seu illa specie, quæ fideicommissa intestato venientibus codicillis iniuncta sunt.

24. Quartò alij dixerunt per *d.l.finalem, Cod.de fideicom.* correctam fuisse legem *si veritas, Cod de fideicom.* & sic hodie generaliter ex minus solemni testamento, seu voluntate deberi relicta, ita sensisse quosdam refert Glossa *in d.l.final.§.1.verbo subire*, sed etiam iste intellectus communiter à Doctoribus improbatur, nam alioqui ea voluntate, seu testamento minus solemni oriretur obligatio nedum naturalis, sed & ciuilis, per quam in foro iudiciali daretur semper actio contra hæredem recusantem soluere relicta in minus solemni testamento, & si de defuncti voluntate constaret per aliquam legitimam probationem, cogeretur illa soluere, & hunc intellectum in
25. specie reprobat Vasquius *d.limit.18 n.6.*

Quintò idem Vasquius *ibidem num 10.* iuxta tradita supra *num. 16.* docens etiam hodie esse discrimen inter legata, & fideicommissa, vt in legatis legitimus testium numerus pro solemnitate substantiali requiratur, in fideicommissis verò probatoria tantum, ac proinde si per confessionem, seu per iuramentum, aut alio modo de fideicommissis constiterit, illa deberi, dicit decisionem *d.l.fin.& §.vltimi*, procedere solum, & specialiter in fideicommissis, siue in solemni, seu minus solemni voluntate relictis, sed etiam iste intellectus reijcitur ex dictis supra *n 17.* tum quia illi aduersatur *d. l. si veritas.* Tum quia hodie legata, & fideicommissa omnia sunt adæquata, vt ostensum est *d.n.17.* Tum quia etiam huic intellectui, quoad id, quod dicit Vasquius de legatis obstat lex *non dubium, Cod.de testamentis*, vt *d.n.17.* declaratum est: ideo hunc intellectum reprobat Picchardus *in d.§.vlt.n.15.instit.de fideicommiss.heredit.* 26.

Propterea sanò idem Picchardus ibidem *n. 16* ait decisionem Imperatoris Iustiniani in *d.l.fin.& in d.§ vltimo* habere locum quando testator ritè, vel non ritè testamento facto extra testamentum fideicommissum reliquit, & hæres de eo soluendo eidem promisit, fidemue suam adstrinxit, licèt de hoc, neque ea scriptura, neque ex legitimo testium numero constaret; in hoc igitur casu tantum Iustinianus constituit, vt si fideicommissarius iusiurandum deferat hæredi, quem extra causam testamenti rogatum prætendit, & ille recuset iusiurandum subire, pro confesso habeatur, & maiori ratione, si iuret fideicommissa à se relicta; atque ita ad eorum præstationem cogatur, neque possit se ob non seruatam in relinquendo iuris solemnitatem defendere, hæc enim ei (inquit Picchardus) in hoc casu non prodest, quia fideicommissarius extra testamentum eum rogatum restituere asserit totius rei decisionem in ipsius iuramentum relinquens; quo delato; si ipse grauatum se dixerit, aut ob recusationem præsumptionem legis pro confessa habeatur, soluere compellitur, cum prædicto modo iam satis de voluntate morientis constiterit, quæ sola in fideicommissis facit. *l.penultima ff. de leg. 1.* & iniustum sit fidem ab hærede datam defuncto decipere *l.1.initio ff de constituta pecunia.* Ad hoc autem insinuandũ dicit Picchardus, Iustinianum adducere prima fideicommissorum cunabula à sola fide hæredum pependisse; Quod autem fuerit hæres extra testamentum rogatus ait idem Picchardus Iustinianum monstrare illis verbis *Neque scriptura*, &c. & in illis *Vel nemo penitus testis interuenerit*; & in illis, *Quod nihil tale a testatore audiuit*, ex quibus videtur apertè constare omne negotium inter hæredem, & defunctum absque aliqua testamenti, vel Codicillorum confectione celebratum fuisse. Addit præterea Picchardus in hoc casu ideo Iustinianum permisisse iusiurandi delationem, quia non aliter fideicommissarius ius suum prosequi poterat propter inopiam probationum; & quia aliter deperiret voluntas testatoris fidei hæredis commissa. Non permisit autem (inquit idem Picchardus) vt hæres iusiurandum actori referret iuxta *l. manifestè 38. ff. de iureiur.* quia de conscientia propria hæredis agebatur, quo casu relatio locum non habet. per textum *in l. Marcellus §. 1 ff. rerum amotarum* ibi: *cùm iniquum sit de alieno facto alium iurare.* vbi etiam notant scribentes, ita Picchardus; & idem quod Picchardus sentire omninò videtur Thesaurus *d. q. 97. num.6. & 7.* idque ob eas rationes: qui *num. 8.* pariter asserit iuramentum non posse referri actori.

At licèt verum sit, quando hæres extra testamentum 27.
promisit defuncto roganti ipsum, teneri ciuiliter, & naturaliter voluntatem defuncti licet minus solemnem adimplere, ex vi promissionis, tanquam ex contractu cum defuncto inito, vt ex dicendis § *sequenti n 97.* constabit, & in tali casu procedat dispositio *d. l. fin. & d. §. vltim.* tamen quod solum procedat in hoc casu, est intellectus nimis restrictus, Doctores enim communiter tam relati in præcedentibus, quàm allegandi in sequentibus intelligunt generaliter dictam decisionem vt procedat in quouis fideicommisso generali, vel speciali relicto siue in testamento siue in codicillis, siue alia forma præsentibus paucioribus testibus, quàm quinque, vel etiam nullo; & siue hæres rogatus restituere audierit tantum rogantem absque vlla promissione, vel etiamsi ipsemet non audierit, sed nouerit fideicommissum

commissum à se relictum, & ratio dictæ decisionis non fundatur in fide data, seu promissione ab hærede facta defuncto, sed in ipsa defuncti voluntate, scilicet, *ne depereat vltima voluntas testatoris fidei hæredis commissa*; hanc enim rationem suæ dispositionis subdit Iustinianus, quæ generalis est. Nec illud verbum *audiuit* de necessitate denotat negotium gestum extra causam testamenti, aut Codicilli ritè, vel minus ritè facti, nec etiam promissionem ab hærede factam de soluendo, cùm potuerit audire, & tacere nolens roganti molestiam inferre, & putans fideicommissum futurum irritum ob defectum debitæ solemnitatis.

28. Alij dicunt dictionem *d. l. & dicti §. vltimi* procedere quando testator voluit testari, seu relinquere sine solemnitate, putà nudis verbis absque scriptura, & absque numero testium à iure positiuo requisito, vt tunc valeat testamentum, vel relictum, eo quod fuerit talis voluntas defuncti decedendi cum minus perfecto elogio; secùs verò in casu, quo ipse defunctus voluisset testari, vel disponere solemniter, & ex aliquo accidenti non potuerit testamentum, seu dispositio solemniter, & ritè perfici: ita quod in hoc posteriori casu procedat lex *si veritas*, & lex *ex testamento supra num. 6. & 7.* relatæ & aliæ similes; iuxta igitur hunc intellectum, cum appareat testatorem noluisse adhibere solemnitates à iure requisitas, sed solùm fidem hæredis elegisse, & sequi voluisse, si hæres ipse iuramento sibi delato confessus fuerit relictum, & opponat de defectu solemnitatis, etiamsi antea confessionem non negauerit idem relictum, vult Iustinianus eum teneri ciuiliter, & naturaliter ad præstandum fideicommissum; & idem si recuset iuramentum, quia tunc videtur tacitè confiteri. ita Glossa in *d. l. fin. Cod. de fideicom. & in d. §. vltim. institut. de fideicommiss. hæredit.* & Glossa *in cap. indicante verbo, nudis verbis, de testamentis.* Hunc tamen intellectum reprobant Vasquius *d. limitat. 18. n. 7.* & Picchardus *in d. §. vltim. n. 5.* & alij ab iisdem relati, eo quòd appertè repugnet legi *nemo potest 58. ff. de leg 1.* vbi ita habetur: *Nemo potest in testamento suo cauere, ne leges in suo testamento locum habeant.* & ad idem facit *l. Codicillis q. 1. §. Lucius ff. de leg. 2.* vbi glossa deridet stultitiam testatoris volentis minus rite testari, & testamentum subsistere. Quamuis præfatum intellectum approbauerint Franc. Marc. Curt. & alij Doctores à Bartholo *in d. l. fin. n. 2.* relati, idem Bartholus *ibidem*, Ripa *in d. l. nemo potest n. 29. in fine.* vbi dicit esse communem intellectum. Alciatus ibidem *n. 26. versic. excipit tamen*, Mantica *d. tit. 13. n. 5. versic. Quin etiam*, Augustinus Barbosa *collect. in d. cap. indicante n. 2. de testamentis*, & alij à Vasquio relati. & ita etiam *d. l. fin. & d. §. vltim.* intellexerunt Molina *de instit. to. 1. d. disp. 81. versic. Hanc autem*; Lessius *d. cap. 19. eod. dub. 5. n. 17.* & Ioannes Lugo *d. disp. 22. n. 256.* dum aiunt Iustinianum in pandectis iuribus statuisse, quod si testator grauauit suum hæredem, illiusue fideicommisit, vt hæreditatem, vel speciale fideicommissum cuidam tertio restitueret, neque testium solemnitatem ad id necessariam adhibuisset, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero possit probari hanc fuisse defuncti voluntatem, eaque de causa hæres fideicommissum soluere nollet, nec manifestare fidei ipsius id à testatore defuncto commissum, possit fideicommissarius eidem hæredi offerre iuramentum, & si iuramento delato confessus fuerit, cogatur restituere; & si recusauerit iurare, habeatur pro confesso, & pariter fideicommissum præstare compellatur. Cur autem in hoc casu Iustinianus hæredem confitentem expresse, vel tacitè fideicommissum à se relictum, licèt minus solemniter voluerit non solum impediri repetere, si soluisset iuxta *d. l. si veritas.* & alias iura supra *n. 12.* relata. sed etiam compelli ad soluendum fideicommissum relictum minùs solemniter, eam Alciatus vbi supra affert rationem, scilicet, quod nulla suspicio falsitatis possit subesse in hoc casu, quia hæres iurat de eo, quod fidei suæ commissum est, ac proinde cessat omnis ratio, cur fideicommissum valere non debeat. Quare iuxta hunc intellectum fideicommissum siue vniuersale, siue speciale, seu legatum, ad quod restituendum grauatur hæres per voluntatem testatoris minus solemnem, quando apparet noluisse testari cum solemnitate, ciuiliter, & naturaliter, ac in vtroque foro sunt præstanda ab hærede, vt in terminis dicit Augustinus Barbosa, & facit textus *in d. cap. indicante de testamentis*; & idem volunt Molina & Lessius *ex d. l. fin & d. vltimo.* inferentes vniuersaliter ex vltima voluntate minus solemni oriri obligationem naturalem propter rationem, quam subdit Iustinianus, quæ ex ipsa defuncti voluntate desumpta est, scilicet ne depereat vltima testatoris voluntas. idem in fideicommissis appertè vult Ioannes Lugo *vbi supra*: sed quia iste intellectus videtur esse contra *d. l. nemo potest.* & etiam contra *d. l. si veritas.* quatenus iuxta eum intellectum ex testamento, seu voluntate minùs solemni non solùm impediretur repetitio soluti, sed etiam daretur actio ciuilis contra hæredem, qua compelleretur præstare fideicommissum, quod à se relictum confiteretur expressè, vel tacitè.

Propterea demum *d. l. finalis & d. §. vltimi intellectus* magis receptus, & probatus est, vt procedant, quando hæres conuentus à legatario, vel fideicommissario ex minus solemni testamento, aut voluntate defuncti perfidia tentus negauit à se tale legatum, vel fideicommissum fuisse relictum, & postea delato ei iuramento recurrit ad subtilitatem legis, & opponit legatum, seu fideicommissum fuisse relictum in voluntate minus solemni; hoc enim casu Iustinianus voluit hæredem ciuiliter, & naturaliter teneri, & etiam in foro iudiciali cogi debere ad soluendum legatum, vel fideicommissum verè relictum, quamuis in testamento seu voluntate minus solemni. ita nonnulli relati à Glossa in *d. l. fin verbo subire Cod. de fideicom.* ibidem communiter interpretes Bartholus, Cynus, Salic. Fulgosius, Corneus, idem Bartholus in *d. l. si veritas. Cod. eod.* Couarruuias *in cap. indicante n. 1. fine de testamentis*, Mantica *de coniect. lib. 2. d. tit. 13. num. 5 initio*, & ita seruari in practice testantur Fulgosius, Corneus, & Cynus vt refert Vasquius *d. limitat. 18. n. 8.* & licèt contra hunc intellectum objiciat Glossa *d. verbo subire* quod secundùm illum expediret hæredi mendacium dicere, & peierari, dum illi à legatario, vel fideicommissario iuramentum defertur, quod eadem Glossa absurdum reputat; hæc obiectio nullius est momenti, quia militat etiam aduersus alios intellectus, & contra decisionem ipsius Iustiniani, quæ non vult hæredem compelli in foro iudiciali soluere legatum, vel fideicommissum in minus solemni testamento, seu voluntate relictum; si ipse numquam fateatur, & iuramento ei delato neget talem fuisse voluntatem defuncti; igitur præfatus intellectus communis Doctorum insinuatur in vltimis verbis *d. §. vltimi institut. de fideicommiss. hæredit.* ibi: *Quod si ei à quo relictum dicitur, postquam negauit, confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omnino soluere cogendus est*, iunctis præcedentibus verbis, *si hæres perfidia tentus adimplere fidem recusat negando ita rem esse subsequutam.* Quare licèt iste intellectus non placeat Vasquio *d. num. 8* Picchardo *in d § vltim. num. 7* Thesauro *d. q. 97. num. 1. & 2.* & aliis ab iis Vasquio, & Picchardo relatis, mihi verior videtur. † Cur autem in tali casu 30.
voluerit Iustinianus hæredem, qui prius negauit relictum, postea iuramento ei delato confiteur opponens defectum solemnitatis à lege requisitæ, debere cogi ad soluendum relictum; Aliqui putant id decretum in pœnam præcedentis mendacij; cum etiam alibi plura in mendacij odium à iure sint inducta, vt *in §. at aduersus instit. de pœna temerè litigantium*, vbi duplicatum inducit in odium illius, qui prius negauit; & simile habetur

l.

l.fin.ff.de rei vindic.l.item si verberatum §. hac actio ff. d. l. Aquil.l.item veniunt 20 *§.cum prædiximus ff. de petit. hered.& §.fin.instit.de obligat.quæ ex quasi contract.* ita Glos. *in d.verbo subire in fine.* & Picehardus *d. n.* 7. attribuit Couarruuiæ, qui tamen id non exprimit, sicut nec Mantica & alij Doctores *numero præcedenti* allegati, etiam à Vasquio *d. num.* 8. referuntur tanquam tenentes intellectum diuersum ab intellectu dictæ Glossæ *in d. verbo subire, fine*, ab eodem Vasquio *dicta limitatione* 18. *n.*5.adducto. Vbi etiam reprobat dictam Glossæ rationem. ex eo quia in dictis iuribus *d. l. fin. & d. §. vltim.* nullum verbum fit de mendacio hæredis, cuius fideicommissum est relictum. Mihi videtur decisionem prædictam Iustiniani niti, non potissimum veritate voluntatis defuncti, quam proinde voluit impleri, quod ostendit ratio *ibidem* ab eodem Iustiniano adducta illis verbis: *Ne depereat vltima voluntas testatoris*, &c. Tum confessione ipsius hæredis expressa, vel tacita per recusationem iuramenti delati (per quam satis constat de eadem voluntate defuncti, vt non sit opus alia probatione per testes, vel scripturam ad illam demonstrandam, vt rectè probat Vasquius *d. num.* 5. non enim vult Iustinianus hæredem, qui negauit à se relictum, debere compelli soluere illud si delato iuramento perstiterit in negatione, sed si vel fassus fuerit delictum, sed opponat solemnitatis defectum, vel recusauerit iuramentum, quo casu habetur pro confesso.) Tum etiam mendacio eiusdem hæredis, de quo videtur saltem impliciè fieri mentio, in illis verbis: *Si hæres perfidiâ te vsus adimplere fidem recusat negando*, &c. Ratione enim etiam huius mendacij, seu perfidiæ hæredis non improbabiliter dici potest, voluisse Iustinianum eundem hæredem etiam negotio ad huc integro vrgeri in foro iudiciali ad solutionem fideicommissi, vel legati à se relicti in testamento, seu voluntate minus solemni; licet aliàs hæres ex voluntate defuncti minus solemni, quando negotium est integrum ad solutionem cogi non possit, sed tantùm, si defuncti voluntatem agnouerit, & relicta dederit, impediatur repetere vt *d. l. si veritas Cod. ae fideicommissis*, & *alijs iuribus num.* 12.relatis.

31. Sed quis ex prædictis intellectibus (exceptis primo, secundo, & sexto Picehardi, qui conformes non videntur textibus in *d. l. fin & §. vltimo*) sit verior, videtur ex dicta decisione Iustiniani in vtroque loco satis apertè colligi ex testamento, seu voluntate minus solemni oriri naturalem obligationem veram, & propriam, quando non apparet defunctum voluisse solùm solemniter testari, & ex aliquo accidenti non potuerit (quo casu ab hærede exigi posse de minus solemni voluntate ait Thesaurus *d. q.* 97. *n.* 7. *versic. Tunc autem*; & tota dispositio imperfecta, & minus solemnis esset nulla omnino ob defectum voluntatis) id probatur tum ex ratione illa, quam subdit Iustinianus, *ne depereat vltima voluntas testatoris*, &c. ergo supponit Iustinianus esse validam, & obligatoriam naturaliter: tum quia si voluntas defuncti minus solemnis esset inualida, & nulla non solum ciuiliter, sed etiam naturaliter, cum esset nullius momenti, ac si defunctus omninò testatus non esset, seu voluntatem suam explicuisset, non videtur, qua ratione Iustinianus iustè potuisset decernere hæredem, qui fassus esset talem voluntatem defuncti reipsa omnino nullam, cogi ad illam implendam. Et si attentè consideretur totus discursus Iustiniani (vt fecit Molina *vbi suprà*) apparebit ipsum supponere voluntatem defuncti explicatam minus solemniter, qua grauauit hæredem restituere hæreditatem, vel speciale fideicommissum, subsistere naturaliter, obligationemque parere naturalem,veram, & proptiam, propter quam voluit etiam in foro iudiciali cogi ad illam implendam, si illam confessus fuerit iuxta varios intellectus *suprà* positos. Nec dici potest in pœnam mendacij solius potuisse, ac voluisse Iustinianum hæredem debere cogi ad solutionem præfatam. Nam si defuncti voluntas minus solemnis iuxta Iustinianum, & te ipsa nullo modo subsisteret, caeterisque omni effectu, & etiam naturaliter esset nullius momenti, ac si defunctus nil disposuisset, hæres negando dictam voluntatem non posset dici, nec vere esset mendax, quia voluntas omninò nulla, non meretur nomen voluntatis; sed de hoc secundo argumento in *d.l.de fideicom.& d.§. vltimo instit.de fideicommiss. hæredit.* desumpto, satis superque.

32. Ad probandam hanc eandem secundam sententiam, quod iure ciuili inspecto ex testamento, sed voluntate minus solemni oriatur obligatio naturalis vera (& propria Molina *d.disp.*81.*versic. Quartò idem*: adducit textum in *l.militis §. veteranus ff. de militari testamento*, vbi dicit, sancitum esse, vt legatarius, qui sine vitio esset in possessione legati sibi relicti in minus solemni testamento, haberet exceptionem aduersus hæredem illud petentem, nec in foro iudiciali teneretur illud soluere, eo quod esset melior possidentis conditio; ex quo infertur ex illo testamento minus solemni oriri obligationem naturalem, quæ producit effectum exceptionis, & retentionis, vt suprà *num.*2.ostensum est; & post alios tradit Clarus §. *testamentum d. quæst.* 90. *num.* 5. sed ibi verè agitur, vt ex textu ipso constat, de testamento solemni, in quo legatum relictum fuerat a milite, qui postea sola nuda voluntate noluit testamentum valere, voluitque decedere intestatus; & quia legata nuda voluntate adimuntur, vt tradit Glossa in *d. §. veteranus verbo secundum ius commune*; non verò renocatur prius testamentum ritè factum, ideò Papinianus *ibidem* dicit hæredum institutiones, & substitutiones in eodem statu mansisse, legatarios verò petentes repelli ab hærede exceptione doli mali, eo quòd legata sint reuocata, quòd si petens sit in possessione legati relicti, eo atque adeo si hæres illud repetat, posse eum repellere quod hæres illud soluerit, illius causam esse potiorem, ope exceptionis; quo casu repellitur hæres vti indignus (vt notat Glossa *ibidem* verbo *petentis*) vt qui voluntatem defuncti testatoris in eodem testamento contentam, in quo ipse hæres est constitutus non sustinet sed reprobat. 33.

Ad eandem autem sententiam comprobandam rectius adduci posse videtur textus in *d. cap. indicante de testam.* vbi Gregorius III. respondet legatum, quamuis nudis verbis à testatore suis libertis relictum sit, deberi, vt per omnia defuncti voluntas impleatur. ex quo textu videtur probari legatum, aut fideicommissum nudis verbis relictum necessariò præstandum esse, & consequenter ex vltima voluntate minus solemni etiam ob defectum solemnitatis à iure canonico in *cap. cùm esses* de testamentis requisitæ in testamento ad profana oriri obligationem naturalem. Et quamuis dictum textum variè interpretentur ibidem scribentes, & primò vt intelligatur de legato, vel fideicommisso sine testamento, aut scriptura aliqua, interueniente tamen legitimo numero quinque testium ad Codicillum requisito, ita *ibid.* Abbas, Ancharanus, Imola, Barbatius, Zabarella & alij, quos refert, & sequitur Couarruuias *in d. cap. indicante n.* 1. sed iuxta hanc interpretationem nulla poterat esse dubitandi causa, cum tamen Summus Pontifex in *d. cap.* videatur rem controuersam definita, de qua Subdiaconus Siciliæ, & Gubernator Ecclesiæ illius dubitauit. Alij intelligunt nuda verba, scilicet, *à solemnitate iuris ciuilis*, non verò à solemnitate iuris canonici, de qua in *cap. cùm esses de testamentis.* ita Couarruuias *vbi suprà.* sed nuda verba in *d.c. indic.* cum absolutè sint ibi prolata, tam accipiuntur proptie respectu iuris canonici, quàm iuris ciuilis; & prætetea tempore Gregorij eorundum sacri canones iuris ciuilis solemnitates in testamento præsertim ad profana in suo foro repudiauerant, cùm multò post sancitum sit ab Alexandro III.

io

In *d. cap. cùm esses* quoad testamentum ad profana, & in *cap. relatum* 1. quoad testamenta ad pia idem Couarruuias *ibidem* ait, verba posse à Pontifice appellari nuda, scilicet ab illis superstitiosis legandi modis, quos antiquum ius ciuile probauerat, quorumque meminit *lib.* 1. *Cod. comm. de legat.* §. *sed olim institut. de legatis.* sed hoc est diuinare. Alij intelligunt prædictum textum procedere in legato, vel fideicommisso relicto absque scriptura testamenti, vel codicilli. nam cum vltima voluntas inspecta natura sua non patiatur vestimentum stipulationis, vel aliud, quo viuorum conuentiones vestiri solent; sequitur nuda verba esse in vltimis voluntatibus intelligenda, quæ sine scriptura proferuntur. ita in d. textum Imola, Butrius & Barbosa, quos Couarruuias ibidem *d.n.* 1. refert, & approbat, & alij, quos refert Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. indicante n.* 3. & eidem Barbosæ non omnino displicet: qui propterea addit rationem dubitandi fuisse, non quia defecerit sufficiens numerus testium, sed quia, cum defunctus, qui legata, de quibus in *d. textu*, reliquit, fecisset testamentum in scriptis, in quo de rebus suis omnibus disposuit, postea sine scriptura legauit ea, de quibus in *d. cap.* & videbatur postea nihil posse absque scriptura mutari *arg. cap.* 1 *de reg. iur & l. nihil tam naturale ff. eod.* propterea dubitatum fuit; sed quia post factum testamentum in scriptis, potest testator sine scriptura aliquid per codicillum nudis verbis factum addere, vel detrahere, vel immutare *l. vltim. Cod. de codicillis*, ideo iubet S. Pontifex legata præstari: sed etiam hæc erat leuis dubitandi causa. Propterea alius intellectus *d. cap. est* vt procedat in legatis, quæ verbis tantum absque scriptura, vel testibus ipsi hæredi defunctus mandauit, vt præstarentur, ita quod nuda verba ibi intelligantur, quæ omni solemnitate scripturæ, vel testium destituuntur, quæ legata nihilominus S. Pontifex in *d. cap.* iubet præstari, licèt fuerint sine legis solemnitate relicta. ita in *d. cap. indicante.* Imola *num.* 7. Zabarella *num.* 2. Anchaianus & Buttius *num* .4. quos ad id refert, & sequitur Barbosa *d num.* 3. post medium & indicauit *Glossa ibidem verbo nudis verbis* dum ait tale legatum nudis verbis factum valere etiam secundum leges, & allegat *d. l. fin. Cod. de fideicommissis.* & ita allegant Doctores, & Barbosa dicunt summum Pontificem iussisse solui legata nudis verbis, & absque legis solemnitate relicta, quia in vtroque foro debebantur iuxta decisionem Iustiniani in dictis iuribus, de quorum intelligentia supra satis actum est. Existimauit igitur summus Pontifex ex illa voluntate defuncti minus solemni ortam esse obligationem naturalem, quod maximè ostendunt vltima verba *d. capitis, in quibus voluntatem eius per omnia volumus adimpleri.* Cùm enim iam constaret de dicta voluntate minus solemni nudis verbis explicata, vel per confessionem hæredis, vel alio modo legitimo, voluit Pontifex illam adimpleri ab hærede certè, quia existimauit valere saltem naturaliter, naturalemque obligationem inducere; ac proindè etiam dici potest summum Pontificem voluisse hæredem compelli ad solutionem legati, quia agebatur de peccato vitando, quod hæres incurrebat recusando adimplere voluntatem defuncti sibi notam, & certam. Hæc quoad hanc secundam sententiam magis communem, & probabiliorem; qua terenta

Respondetur Argumentis primæ sententiæ.

34. Ad primum argumentum primæ sententiæ positum suprà *num.* 4. respondetur testamentum imperfectum, & carens iuris positiui solemnitate esse nullum, & haberi, ac si non fuisset conditum, nec extaret, quoad inducendam obligationem ciuilé, & tribuendam actionem in foro externo, & iudiciali, non quoad inducendā obligationem naturalem, & quod non omnino, & omnibus modis debeat censeri nullum, ac si non extaret, patet, quia si non extaret, solutum ab hærede ob eam causam repeti posset *l. elegantur ff. de condict. indebiti:* dum vero extat, licèt minus solemne, solutum ab hærede ob eam causam repeti non potest *d. l.* 2. *Cod. de fideicom. & alijs iuribus supra num.* 12. *relatis.*

Ad tertium positum *n.* 6. respondetur d. textu probari solum ex testamento minus solemni non oriri obligationem ciuilem tribuentem actionem ciuilem in foro externo, & ita ad solutionem hæredem ex eo testamento, seu ex voluntate minus solemni defuncti vrgeri non posse re integra; non excluditur verò ibi ortus naturalis obligationis, qua si relictum minus solemniter solutum sit, impeditur illius repetitio; sed imò ibidem indicatur solum ab hærede non posse repeti, qui est effectus obligationis naturalis, vt *num.* 2. & *supra* sæpe dictum est. 35.

Ad quartum positum *d. n.* 6. respondetur sicut ad duo præcedentia, scilicet, non debere ex obligatione ciuili, & ita quod proposita actione in iudicio fori externi hæres cogi possit ad soluendum tale legatum, vel fideicommissum relictum in testamento, quod iure non valet. 36.

Ad quintum positum *eodem num.* 6. respondetur vt ad primum, scilicet fideicommissa absque solemnitate quinque testium non subsistere, & esse nulla quoad inducendam obligationem ciuilem, & tribuendam fideicommissario actionem in foro iudiciali, non vero esse omninò nulla, vt ex eis non oriatur neque obligatio naturalis. Hanc enim oriri satis suprà probatum est. Imò iuxta *d. l. fin. Cod. de fideicommissis, & dictum* §. *vltimum institut. de fideicommissariis hæreditatibus*, legata, & fideicommissa in voluntate minus solemni fidei hæredis commissa debentur ciuiliter, & naturaliter, & in vtroque foro, si constet de veritate voluntatis defuncti iuxta tradita in præcedentibus. 37.

Ad secundum positum *num.* 5. desumptum ex *l. si creditoris Cod. de fideicom.* à contrario sensu Respondetur d. l. non obstare, quia procedit in casu, in quo hæredi non constaret de veritate voluntatis defuncti; quæ proinde aduersus eundem talem voluntatem perspectam non habentem non induceret obligationem naturalem illum in conscientia obligantem ad illius impletionem: voluntas enim testatoris, cum non solùm est minus solemnis; verùm etiam ignorata ab hærede, ita vt aliqua ratione dubitare possit, an ea fuerit defuncti voluntas nullo modo obligat: Ac proinde si exciperet debitor, sibi relictam esse liberationem à defuncto in casu dictæ legis aduersus hæredem creditorem petentem debitum, hæres ipse replicaret defuncti voluntatem iure subnixam non fuisse, nec debitori liceret replicare; at si de veritate voluntatis defuncti hæredi constaret, naturaliter teneretur, & debitor aduersus eundem hæredem debitum petentem rectè, & validè exciperet liberationem, si etiam iudici de voluntatis defuncti veritate constaret iuxta *d. l.* 2. *de fideicom.* & alia iura *n.* 12. allegata. 38.

Ad sextum positum *n.* 7. respondetur argumentum probare in contractibus non oriri obligationem nisi ex consensu contrahentium, in vltimis autem voluntatibus obligatio naturalis ex ipsamet voluntate defuncti, cum de eius voluntate constet, licèt illi defuerit solemnitas iuris positiui, quæ obligatio propterea velit, nolit, ligat hæredem, cui perspecta est eiusdem defuncti voluntas, & aduersus eundem producit etiam in foro iudiciali exclusionem repetitionis, si ipse hæres relictum in minus voluntate soluit, vt probatum est. 40.

Septimum argumentum positum *n.* 8. *&* 9. postularet explicationem illius difficultatis, an testamentum, & ius successionis sit de iure gentium primæuo, an verò de iure positiuo, & ciuili, de qua difficultate latè Vasquius *de successionum creatione* §. 1. *n.* 1. *& nonnullis sequentibus.* Marta *de successionibus p.* 4. *q.* 1. *art.* 1. *num.* 5. *& seqq.* 13. & alij, quos latè referunt

ijdem

ijdem Vasquius, & Marta. Sed omissa longiori disputatione,

41. Pro resolutione contra eundem Vasquium *n.* a *versic. itaque, versic. ergo cum*, & versic. *cum ergo*; asserentem primordio mundi omnia fuisse communia, nec rerum dominia, & possessiones fuisse distincta, & per aliquot tempus huiusmodi communitatem durasse, postea vero hominum consensu, vel legibus, aut consuetudine dominiorum, & possessionum diuisionem introductam, noto, dominiorum, & rerum distinctionem, & diuisionem esse de iure naturali, siue gentium primæuo introductam à primodio mundi; ita Albertus Bolognetus *de lege, iure, & æquitate cap.* 16. *n.* 9. Ioannes Medina de rebus restituendis *q.* 1. Molina *de iustitia to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 20. *conclusione secunda*, Marta *d. art.* 1. *n.* 5. *& seqq & de iurisd. p.* 2. *cap.* 1. & alios referens Augustinus Barbosa in decreta *to.* 4. *collect. ad cap. ius naturale n:* 17. *&* 18. *distinct.* 1. colligitur ex S. Thoma 1. *p. q.* 98. *art.* 1. *ad* 3. *&* 2. 2. *quæst.* 66 *art.* 2. vbi in fine tradit Caietanus, & magis in terminis docet 2. 2. *quæst.* 57. *art.* 3. *in corpore*, & habetur *l. ex hoc iure ff. de iustitia, & iure* vbi etiam Glossa *verbo dominia*. Nam etsi in statu innocentiæ expediens, ac decens fuisset, ac debuisset esse communis omnium (exceptis vxoribus, quæ quoad generationis actum cum lumine naturæ pugnat) possessio omnibus communis, vt inquit S. Thomas *in dicta responsione ad* 3. & post eum tradit, & latiùs explicat Molina *d. disp.* 20. *concl.* 1. eo quòd in illo statu naturæ integræ (ait S. Thomas) voluntates hominum sic fuissent ordinatæ, vt omni inordinata affectione ad temporalia carentes, quo absque omni periculo discordiæ communiter vsi fuissent (secundùm quod vnicuiquè eorum competeret) rebus, quæ eorum dominio subdebantur, cum etiam modo apud multos bonos viros obseruatur. Tamen post lapsum Adæ, etiam natura hominum corrupta status rerum postulauit, & condecens, ac necessarium fuit, inducere dominiorum distinctionem, & rerum diuisionem, quia in eo statu communis rerum possessione esset occasio discordiæ (vt ex Aristote tradit S. Thomas *in d. responsione ad* 3.) & ex eadem grauissima oriuntur mala, & incommoda (quæ latè explicant S. Thomas 2. 2. *q* 66. *d. art.* 2. Molina *d. concl.* 1. & Petrus Lugo, *Synag. iuris lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 11.) vt via hominum status conseruari posset; & ita lumine naturali, seu naturali ratione id dictante inter omnes gentes debuerunt distingui, & distincta sunt dominia, & rerum possessiones diuisæ, ac proindè huiusmodi distinctio, & diuisio ad ius gentium primæum (quod naturale vocant Iureconsulti, & tale appellat etiam S. Thomas *d. q.* 57. *art.* 3. *in corpore*, & *ad* 1. & cum humano genere dicitur incepisse) est referenda, & rectè dicitur esse de iure naturali, nam licèt ipsa actualis rerum diuisio de iure humano gentium, quæ in eam peculiari statuto conuenerunt, sit introducta, vt latè probat Molina *d. disp.* 20. *concl.* 2. Nihilominus quia post lapsum primorum parentum naturalis ratio dictat talem diuisionem esse faciendam (sicut in vniuersum ea, quæ sunt iuris gentium, naturalis ratio dictat, vt ait S. Thomas *d. q.* 57. *art.* 3. *in corpore*, & *ad* 3.) rectè dici potest esse de iure naturali, vt colligitur ex S. Thoma *ibidem*, & ait Molina *vbi*
42. *suprà*. † Quare dum Clemens I. *in cap. dilectissimus* 12. *q.* 1. dicit propter iniquitatem alium dixisse hoc esse suum, alium istud, & ita inter mortales factam esse diuisionem, scilicet propter iniquitaté; non debet intelligi, quod diuisio naturali æquitati, & rationi fuerit contraria, vt perperam *ibi* Glossa interpretatur, quam meritò improbat Sotus *lib.* 4. *de iustit. quæst.* 7. *art.* 2. *ad* 2. sed quod iniquitas causam dedit diuisioni, scilicet, occasione sumpta ex iniquitate peccati originalis, quo dissoluta est natura humana, & propter mala, quæ iustè timebantur, nisi res diuiderentur, introductam fuisse rerum diuisionem, ita ratione naturali dictante. Post verò introductam dominiorum distinctionem, & rerum diuisionem ipso iure gentium primæuo à iure ciuili inducti sunt varij modi acquirendi rerum domina, quos enumerat Glossa *d. verbo Dominia.* & *in l.* 1. *princ. ff. de acquir. possess.* Et si ipsum dominium semper est de iure gentium, vt notat additio ad Glossam *d. verbo Dominia.*
† Dum ergo D. Augustinus *cap. quo iure d.* 8. dicit iure 43.
humano, & iure Imperatorum introductam, seu factam esse diuisionem bonorum inter homines, potest primo intelligi de modis acquirendi dominia, & rerum possessiones à iure ciuili inductos, non quod velit negare diuisionem rerum secundum naturalem rationem ab initio mundi, & subsequenter inter omnes homines inductam esse & consequenter referendam esse ad ius gentium primæuum. ita ex Caietano Barbosa *d. collect. ad cap. ius naturale num.* 19. vel secundo ex Corneo relato à Barbosa *d. num.* 19. potest intelligi, quod appellauerit humanũ ius, illud ius gentiũ primæuũ, quod licèt naturale seu pars iuris naturalis sit, quia ea, quæ illius sunt naturalis ratio ex propinquo dictat, & quasi instituit (vt ait S. Thoma 1. *p. d. quæst.* 98. *citato art.* 3. *in corpore & ad* 3.) humanum tamen appellatur, quia solis hominibus proprium est, & non tam natura ipsa se sola, quam hominum iudicio ipsa naturali ratione dirigente, seu per consequentias (vt ait S. Thomas *d. art.* 3. *corp.*) à iure naturali deducitur, & ita rerum diuisio dicitur de iure humano gentium, quia etsi post naturam corruptam ius naturale, seu naturalis ratio dictabat eam esse necessariam, tamen ipsa naturalis ratio immediatè non instituit, sed hominum iudicio, & consensu, humanoue statuto, seu placito actu facta est, & introducta, vt Molina tradit *d. disp.* 20. *concl.* 2. *per totum.* quia proinde dicit eandem rerum diuisionem non de iure naturali, sed de iure humano gentium primæuo fuissa introductam, licet verè possit dici de iure naturali, ex eo, quod naturalis ratio
è propinquo dictabat faciendam. † Quando autem, 44.
& per quos homines fuerit introducta rerum diuisio in orbe explicat Molina *d. disp.* 20. *versic. quæret vsque ad* 3. *conclusionem.* & concludit, prima potestate paterna à primodijs mundi, & ante diluuium per primum parentem, & per Noë post diluuium. Secundo, ait, multiplicatis hominibus fieri potuisse rerum diuisio, electo per eos aliquo in Principem communem. authoritate cuius ad illud vsque tempus communia diuiderentur. Tertio, ait, potuisse fieri communi hominum consensu, eo pacto quo *Genes.* 13. orto iurgio inter Pastores Abraham, & Loth, Abraham optionem dedit Loth vt dexteram, vel sinistram sibi eligeret. His notatis:

Ad dictum septimum argumentum *suprà n.* 8. *&* 9. 45.
positum respondetur, quod sicut illo iure naturali, seu gentium primæuo dominia distincta erant, & rerum possessiones diuisæ, ita etiam legitimæ successiones, seu ius successionis, & testamenta eodem iure gentium primæuo fuerunt introducta, illorumque vsus antiquissimus nondum iure Quiritum, seu Romano, aut ciuili conditum. suposito enim quod à primordijs orbis ipso iure gentium dominia rerum fuerunt distincta, per consequens etiam poterant habere ius successionis, & ius disponendi de rebus suis post mortem, sicut & habebant liberam facultatem disponendi inter viuos. & ita successiones, hæreditates, & testamenta, quoad inuentionem, seu introductionem, & vsum esse de iure gentium, & tantùm quoad solemnia, seu formam esse aut iuris Romani, seu, ciuilis, aut alterius cuiuscunque iuris specialis, est (quidquid secus Christophorus Porrius *institut. de testam. in princ.* & Vasquius *d.* §. 1. *n.* 3. 4. *& seqq* senserint) communissima & recepta sententia legistarum, & Canonistarum. ita Ioannes Andreas *in cap. decernimus de sent. excom. in* 6. Butrius, & alij canonistæ in Rubricam de testamentis, Fulgosius &
Iason

Iason in *d.l. ex hoc iure ff. de iustitia & iure*, Alexander *in Rubr. ff. de acquir. hæred.* Viglius in §. *sed prædicta n. 49 instit. de testam.* Albertus Bolognetus *d. tract. de lege, iure, & æquitate num. 11.* (qui tractatus habetur *in tomo 1. tractatuum.*) Couarruuias *var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 7.* Mantica *de coniecturis lib. 1. tit. 13. num. 16.* Matta *d. art. 1. n. 5. & 7.* & innumeri alij, quos cumulat Vasquius *d. §. 1. n. 1.* & testandi morem antiquissimum omnibus populis Græcis, & aliis gentibus ex historiis antiquis ennotare ait Matta *d. num. 7.* & probat Connenus *lib. 9. iuris ciuilis cap. 1.* Quamuis Albertus Bolognetus *d. num. 11.* referat Tacitū testari apud Germanos testaméta in vsu non esse.

Aduertendum autem, quod testamentum, prout continet restitutionem hæreditatis, seu hæreditatem, prout hæreditas refert, & sustinet personam defuncti, seu est successio in vniuersum ius defuncti, quæ introducit repræsentationem eius, ita vt in eius vitia succedat hæres, & æs alienum ex suo soluere teneatur iuxta *l. hæreditas 63 ff. de reg. iur. l. cum hæres 11. de diuers. & tempor. præsc. & in Auth. de iureiurando à mor. præst.* est iuris ciuilis Romanorum, vt tradunt recte Vasquius *d. §. 1. n. 9.* Grassus *de success. §. hæreditas q. 1. num. 4.* Merenda *to. 3. controuer. iuris lib. 15. cap. 24. num. 17. & 18.* Id latè declarans, & alij, quos Vasquius, & Grassus referunt: igitur iure gentium introducta est hæreditas, non quatenus hæres repræsentat personā defuncti, sed solùm respectu vltimæ eius voluntatis, qua declarabat futurum successorē in sua bona post illius mortem; vide Merendā *vbi suprà.*

Limitatio secunda sententiæ.

Porrò præfata secunda sententia communis asserens ex testamento, seu vltima voluntate ad profana minus solemni oriri obligationem naturalem veram, & propriam à multis limitatur, vt non procedat io hæreditate, sed tantum in legatis, & fideicommissis, vt propterea, legata licet in testamento minus solemni relicta debeantur legatariis naturaliter, ac proinde, si legatarius possideat rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solemni poterit illam retinere ope exceptionis ita Bartholus in *l. non quis Cod. de iuris & facti ignorantia & in l. nemo potest nu. 18 ff. de leg. 1.* ibidem Alex. Imola & Iason (qui etiam in *prima lect. num. 70. & in 2. lect. num. 94.* hanc opinionem dicit communem) Capicius *d. decis. 79. num. 1. & 3.* Clarus §. *testamentum d. q. 90. n. 2. & 2.* Grassus *de success. §. 1. n. 13. & 14* & alij quos referunt Couarruuias *in cap. cum esses num. 5. de testam.* & Vasquius *de success. creatione d. §. 1. num. 2.* & eandem sententiam secundam limitatam in fideicommissis, & legatis per hæredem agnitis in minus solemni testamento, seu voluntate relictis tenet Ioan. Lugo *de iustit. d. disp. 22. num. 156. & 157. & 158.* asserens tam fideicommissa, quàm legata postea ab hærede cognita relicta in minus solemni testamento, seu voluntate deberi ciuiliter, & naturaliter, ac in vtroque foro. Hæc limitatio ab iisdem Doctoribus probatur, qui *l. 2. Cod. de fideicom.* & alia iura relata *supra num 12. & num. 18.* loquuntur in legatis, & fideicommissis tantum. Vnde non debet argui ad hæreditatem, & omnes vltimas voluntates minus solemnes ad profana, & quod ex *d. l. fin. Cod. de fideicom.* & *d. §. vltimo institut.* de fideicommissariis hæreditatibus non possit fieri extensio, seu argui ad omnes vltimas voluntates vrget Lugo, quia Iustinianus ibi *motiuū.* §. *vltim.* affert specialem rationem sui noui iuris ibidem statuti; scilicet; *quia fideicommissorum cunabula à fide hæredum pendent, & tam nomen, quam substantiam acceperunt.*

48. ✝ Præterea eadem limitatio ab iisdem Doctoribus confirmatur ex discrimine, quod inter hæreditatem, & legata intercedit; nam primò legata ex testamento nullo causa præteritionis debentur licet hæreditas non debeatur *Auth. ex causa Cod. de liber. præteritis.* Secundò legata facilius sustinentur, quàm institutio *l. ex parte ff. de adimen. legat.* Tertiò legata possunt relinqui solo nutu *l. nutu ff. de leg. 1.* secùs hæreditas. Quartò legata sustinentur pere dictum; *si quis amissa causa testamenti*, secùs hæredis institutio *l. si in testamento in princ. ff. si quis amissa causa testamenti:* Has differentias non probare posse præfatam differentiam, vt ex testamento minus solemni oriatur obligatio naturalis quoad legata, non quoad hæreditatem dicit Matta *de success. p. 4. q. 1. d. art. 8. num. 13. & 16.* Hinc enim *numero 16.* ait non obstare, quod legata debeantur in casu *d. Auth. ex causa*, quia ibi constabat de legitima voluntate; & testamentum erat nullum ob defectum prætéritionis, vel iniustæ exhæredationis, quæ quia respiciebant institutionem tantum, lex voluit præseruare voluntatem in illis, in quibus peccatum non fuit; & sufficit legata deberi, quæ etiam, subdit idem Matta contra communem non deberi ex testamento nullo, & à lege reprobato, sed deberi conditione ex hac lege *Numero* verò 13, dicit Matta, quòd aliæ rationes differentiæ inter legata, & hæreditatem præsupponunt constare de voluntate per sufficientem testium numerum, in quibus consistit essentia & substantia testamenti, & cum hoc præsupposito ait Matta fuisse facta dictas dispositiones, secus quando ob defectum sufficientis numeri testium testamentum non potest dici in esse productum, sed non videtur posse negari ex præfatis differentiis posse non improbabiliter inferri iuxta ius ciuile permitti ex testamento, seu voluntate minus solemni oriri obligationem naturalem potius quoad legata, quàm quoad hæreditatem.

49. Præfatam tamen limitationem non admittunt plures alij ex allegatis *n. 12* pro eadem secunda sententia, volétes quod ex minus solēni testaméto, seu voluntate oriatur obligatio naturalis non solùm respectu legatorū, & fideicommissorum, sed etiam respectu hæreditatis, vt & hæc debeatur naturaliter, licèt non ciuiliter, seu in foro iudiciali non concedatur actio ad illam obtinendam ex tali testamento, seu voluntate minus solemni, ita Iason *in d. l. nemo potest n. 73. versic. tu aduerte ff. de leg. 1.* ibidem Ripa *n. 102.* Mantica, Farinacius locis supra *n. 12.* relatis. Molina *d. disput. 81. versic. illud admonuerim.* Lessius, & Fagundez locis suprà *d. n. 12.* allegatis & alij §. *sequenti* allegandi, absolutè recentes voluntatem minùs solemnem obligare in foro conscientiæ, ita quod hæres ab intestato si cæperit hæreditatem defuncti, teneatur in foro animæ illam restituere hæredi scripto in testamento minus solemni, si nouerit talem esse testatoris voluntatem. Probant Molina, & Lessius, quia id suadet ratio, quæ affertur in *d. l. 2. & d. l. vltima Cod. de fideicommissis & d. §. vltimo institut. de fideicommissariis hæreditatibus.* Cur enim relictum in minus solemni testamento, seu voluntate ab hærede scripto solutum non possit repeti; & fideicommissum non solutum hæres cogi possit ad iurandum, etsi fateatur compellatur illud præstare, ratio affertur, quia per solutionem satisfactum est voluntati defuncti, & ad præstationem fideicommissi hæres compelli debet, ne vltima defuncti voluntas depereat. Quæ dicta ratio fundatur in veritate voluntatis defuncti quam naturalis æquitas, seu ratio suadet esse implendam: quæ ratio, cum sit generalis, habere debet locum non solum in legatis, & fideicommissis, sed etiam in hæreditate in testamento, seu voluntate minus solemni relicta; & ita iuxta prædicta iura dicendum ex testamento, & voluntate minus solemni oriri obligationem naturalem etiam respectu hæreditatis, præsertim cum eadem ratio sit de hæreditate, quæ de legatis, & fideicommissis: imò maior, cum hæreditas sit maioris momenti, quàm legatum, atque adeo magis contrarium sit voluntati vltimæ defuncti, magisque difficile hæredi in minus solemni testaméto possidenti hæreditatem, ex defuncti voluntate, vt eam non possit retinere, sicut legatum, sed debeat restituere hæredi ab intestato. Confirmatur quia *d. l. 2.* affertur talis ratio, *quod non ex sola scriptura, sed ex conscientia relicta fidei commissi defuncti voluntati satisfactū videtur.* Ex quibus verbis colligitur, non tam esse attendendam scripturæ solemnitatem, quàm veritatem, seu notitiam certam

volontatis defuncti, vt relictum debeatur, scilicet naturaliter, & solutum possit retineri ope exceptionis; ex quo inferri potest scripturæ solemnitatem continentem numerum testium à legibus requisitum solùm requiri ad probationem iudicialem, & vt oriatur obligatio ciuilis, detur ciuilis actio ad obtinendam ex tali scriptura hæreditatem. Item in discursu *d.l. fin. Cod. de fideicom.* ibi: *Cùm enim*, & ibi *lex etenim*, & ibi *Cùm autem is.* Iustinianus videtur verbis satis claris indicare solemnitatem vel testium, vel quamcunque aliam solùm exigi in vltimis voluntatibus, vt in foro iudiciali fidem faciant, seu oriatur obligatio ciuilis, & proposita actione in iudiciali foro hæreditas, vel relictum peti, & obtineri possit; non verò, vt tali solemnitate non adhibita non oriatur ex vltima voluntate defuncti naturalis obligatio, si de tali voluntate constet. Iason *vbi supra* probat hæreditatem ex testamento minus solemni, & nullo iuxta ius ciuile, aut aliud positiuum particulare deberi naturaliter, quia testamentum est de iure gentium; ac proindè sufficit illam vltimam voluntatem habere solemnitatem iuris gentium, scilicet sufficit illam per duos testes probare. & idem dicēdum esset, si alia forma de ea, puta, per scripturam defuncti constaret, vel hæres ab intestato sciret certò sine vlla fraude, & falsitate ita disposuisse, & voluisse disponere testatorem defunctum.

Hæc quoad has duas sententias, quæ latiùs volui explicare, quia præparant viam ad clariorem intelligentiam, & magis expeditam resolutionem dicendorum in *sequenti paragrapho.* Et licèt vtraque opinio sit probabilis propter authoritatem, & numerum Doctorum pro vtraque parte stantium, nihilominus posterior sententia mihi etiam videtur probabilior, & magis conformis iuribus *d. n.* 12. allegatis, & est etiam magis communis præsertim accepta cum supra posita limitatione.

50. Prædictis addo, & dico, quod si à testatore ob impedimentum facti, (puta ob temporis angustias, aut loci solitudinem, & testium penuriam, aut quia licèt testes in loco abundarent, tamen ipsi vocati noluissent interesse, vel violenter impediti fuissent accedere ad volentem testari) testamentum factum esset sine solemnitate iuris ciuilis communis, vel particularis alicuius Reipublicæ, cum solemnitate tamen iuris gentium nempe saltem coram duobus testibus idoneis, ex tali testamento minus solemni oritetur obligatio tum ciuilis, tum naturalis, & in vtroque foro seruanda esset testatoris defuncti voluntas tam quoad hæreditatem, quam quoad legata si constaret iudici legitimè de tali impedimento, & veritate illius voluntatis minus solemnis. Colligitur hoc dictum ex his, quæ tradidi *in* 2. *Tomo* horum moralium variorum *tit.* 9. *tum num.* 13. vbi ostenditur ex causa necessitatis recedi à regulis iuris; tum *n.* 14. vbi affertur doctrina Ancharani tradentis valere testamentum, si testator impeditus propter recessum testis non potuit illud duplicare: tum *n.* 15. & 160. vbi afferuntur Doctores asserentes solemnitatem, & formam non seruatam non vitiare, quando ille, qui debebat illam seruare, fuit impeditus impedimento facti: tum *num.* 20. vbi probatum est valere testamentum à detento in carcere tyranni cum minori numero testium quàm septem; tum *num.* 35. vbi probatum est valere testamentum Peregrini coram duobus testibus, quando propter inopiam testium plures haberi non possunt. Hoc idem oportet sentiat Vasquius, qui *de success. creatione lib.* 2. §. 13. *num.* 21. docet, quod in testamento facto, vbi est testium penuria regulariter sufficit solemnitas tantum iuris gentium, non aliter atque in actibus inter viuos; quod tradidi etiam *d. tit.* 9 *n.* 151. Hoc idem dictum probant rationes adductæ *d. tit.* 9 *n.* 16. 37. 38. 39. & 40. quæ ibidem videri possunt, & præsertim vrget ratio adducta *d. num.* 39. nempe quod auctoritas legis, & Principis est tanta, quantam esse vult populi voluntas, à quo Princeps eligitur, & potestatem accipit; at populus voluntate iusta nunquam creabit Principem, qui sit irritaturus testamenta firmata duorum, vel trium testium præsentia, vbi maior numerus haberi non possit à testatore; ergo Princeps non potest condere legem huius populi æquæ voluntati contrariam: Et sicut non potest ita etiam credendum est sua lege de maioris numeri testium solemnitate voluisse hunc casum comprehendere. Immò dato, quòd Princeps de plenitudine potestatis potuisset, & possit irrita reddere testamenta carentia tali solemnitate, etiamsi ob impedimentum facti non potuerit adhiberi; tamen probabiliter credi potest per epicheiam noluisse sua lege huiusmodi casum comprehendere; & ita rectè dicere possumus leges ciuiles de solemnitate septem testium in testamento adhibendorum admittere Epicheiam, vt in necessitate, & vbi non possunt inueniri, aut haberi tot testes, valeat testamentum factum cum duobus, vel tribus; sicut etiam Tridentinum *cap.* 1. *sess.* 24. *de reformatione*, ad valorem matrimonij exigens præsentiam Parochi, & duorum saltem testium admittere epicheiam, ita vt in vrgenti, & grauissima necessitate, in qua proprius Parochus haberi non possit, valeat matrimonium etiam absque testibus ex multorum opinione tradidi in meo tractatu *de matrimonij contractu cap.* 1. *num.* 60. & 61. Et idem ob prædictas rationes videtur dicendum de testamento manu propria testatoris scripto absque vllis testibus, cum impossibile fuisset illos adhiberi, si in ea scriptura constet de vltima voluntate testatoris, & quod eam voluerit testator esse suum testamentum, & vltimam dispositionem, & manus eiusdem testatoris fuerit recognita, valebit enim in vtroque foro tale testamentum licèt imperfectum, & minus solemne, & ita in foro etiam exteriori in pluribus regnis testatur Ioan. Valerus *de differentijs in vtrumque forum verbo lex differentia* 8. *n.* 17 *post medium.* Idem non improbabiliter dici potest in casu in quo testator in testamento non seruauit solemnitatem iuris ob iustam ignorantiam sui, vel Notarij; nam cum tunc ipse careat culpa, & paratus esset debitam iuris solemnitatem adhibere, si constet per errorem inuincibilem non adhibuisse, nec interuenisse vllam fraudem, aut falsitatem, ex Epicheia, seu benigna legum interpretatione videtur in foro interiori, & exteriori, sustinenda talis vltima voluntas, ne alioqui absque vlla sua culpa quis in huiusmodi casu priuetur iure testandi, & de rebus suis disponendi.

SVMMARIVM §. II.

Ante testamentum, seu vltima voluntas ad profana si solemnitatibus iuris positiui ciuilis destituatur, & absit omnis fraus, & iniustitia in foro conscientiæ valeat, & transferat dominium in hæredem, vel legatarium in tali vltima voluntate institutum, vel honoratum referuntur, quinque sententiæ.

Prima absolutè negat n. 51. *secunda absolutè affirmat n.* 64. *Tertia negat quoad hæreditatem, affirmat quoad legata & fideicommissa n.* 99. *Quarta ait testatores teneri in foro conscientiæ disponere seruatis legum solemnitatibus, valere tamen in foro conscientiæ, donec per iudicis sententiam reuocetur, vltimam voluntatem carentem solemnitatibus iuris, si ob impedimentum facti, vel inuincibilem iuris ignorantiam fuerint omissa, n.* 101.

Quarta sententia asserit, valere, & dominium transferre, non tamen irreuocabiliter, sed posse, & deberi ad instantiā hæredis venientis ab intestato, vel in solemni testamento instituto rescindi, & reuocari cū omni suo effectu, n. 105.

Auctor primò prædictas omnes opiniones iudicat probabiles, ad secundam probabiliorem, n. 127. *Secundò primam, & quintam sententiam quoad secundam partem non habere locum quoad legata, & fideicommissa relicta in voluntate minus solemni, n.* 122. & 128.

Responsio ad fundamenta secundæ, & quintæ sententiæ, n. 129. *ad* 136.

Solem

Si testator in articulo mortis existens dicat heredi absque testibus præsentibus, Da Petro post obitum meum mille ex bonis meis, *an hæres teneatur in conscientia dare, siue promiserit dare, siue tacuerit nihil respondens. n.142. & tribus sequentibus.*

Tacens quando consentire videatur. n.143. & 145.

Secreta, & simplex reuocatio prioris testamenti solemnis an obliget in conscientia ad restitutionem heredem in eo testamento institutum, si ei nota sit talis reuocatio. n.146.

Simplex testamenti reuocatio, an & quando non valeat, quoad forum exterius. ibidem.

Quando testator secretò reuocat legatum, vel donationem causa mortis, an teneatur legatarius, vel donatarius restituere. num.147.

Reuocatio legati, & donationis an fieri possit nuda voluntate contraria, vel sola pænitentia legantis, vel donantis, ibidem & duobus sequentibus.

Donatio causa mortis æquiparatur testamento non contractibus, quando non transit in donationem inter viuos; & ita quoad valorē, vel inualiditatem in foro conscientiæ ex defectu solēnitatis ratiocinandū sicut de testamēto. n.150.

Hæres in minus solemni testamento institutus an possit retinere hæreditatem, & non soluere legata, vel illa dare heredi ab intestato. n.151. & 152.

In dubio de voluntate testatoris, & an fuerit fraus, vel iniustitia aliqua an hæres ab intestato tuta conscientia possit petere bona relicta in testamento minus solemni, & obtenta retinere, vel teneatur ad restitutionem pro ratione dubij, & similiter an in tali dubio heres scriptus, vel legatarius possit capere, & retinere bona relicta in tali testamento, vel teneatur heredi veniente ab intestato restituere pro quantitate dubij. n.153. ad 157.

Quandonam debeat dici certò moraliter constare de voluntate testatoris, & nullam fraudem, aut iniustitiam interuenisse, vel adesse rationabilem causam dubitandi. n.158. 159. & 160.

Si testator disposuit minus solemniter ob metum, vim, vel dolum, aut fraudem dispositio nulla est ex defectu voluntatis. num.161.

Si lex, vel statutum decernat, vt testamentum sine tali solemnitate factum nullam faciat fidem in iudicio, & extra iudicium, an censeatur ipso facto etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate. n.162. & tribus sequentibus.

Dispensatio à summo Pontifice viua voce concessa, vel eius manu signata an ante literarum expeditionem quo ad forum conscientiæ valeat, & prosit. n.164.

§. II.

An testamentum, seu vltima voluntas ad profana carens debita solemnitate iuris ciuilis irritantis, seu annullantis testamentum aliter factum, seu voluntatem vltimam aliter explicatam in foro animæ, & conscientiæ habeat vim: Et valeat, debeatque obseruari, si constet de voluntate libera testantis, & nullam interuenisse fraudem, aut falsitatem. an verò ius ciuile ita annullet vltimam voluntatem non solemnem, & carentem forma iuris, vt impediat etiam vim, & validitatem, quam secluso iure positiuo haberet obligandi in foro conscientiæ ad sui obseruantiam.

VArij valdè circa resolutionem huius quæstionis sunt Doctores tam Iurisperiti, & Canonistæ, quam Theologi, & Summistæ, vnde pro maiori claritate distinctè referam omnes opiniones cum suis fundamentis.

Prima opinio.

51. Prima sentētia absolutè, & indistinctè asserit testamentum, seu vltimam volūtatem sine solemnitate iuris, licet certò de libera testantis voluntate constet sicut in foro externo, ita & in foro animæ nullā habere vim, neque obligare ad sui obseruantiam, sed se habere ac si nullo modo extaret. ita Couarruuias *in d.cap. cum esses n.6.7.8. & 10.* Anton. Padill. *in l.cum quis n.12. Cod.de iuris & facti ignorantia*, Gomez *ad l.3. Tauri n.123.* Ceuallos *com.contra com.q.71.n.9 & sequenti.* Spino *in speculo testam. Glossa 8. princ.n.69.* Grassus *§.testam.q.54.n.4.* Marta *de successionib. p.4.q.1.art.8.n.6.ad 17* Corneus *d.conf.137.n.3.& 4.vol.2.* Baldus, Paulus de Castro, Alexander, Baldus Nouellus, Rainerus, Ioannes Calderinus, & nonnulli alij Iurisperiti, quos referunt Couarruuias *n.8.* Ceuallos, Marta *vbi supra*, Mantica *de coniecturis lib.2. tit.14.n.8.* Cænedo *ad decretales collect.67.n.2.* & Sanchez *in conf.moral.lib.4.c.1. dub.14. n.4.* & esse communem Doctorum opinionem asserit Iason *in l. si post diuisionem Cod.de iuris & facti ignorantia.* Hanc eandem sententiam motus argumentis Couarruuiæ mox adducendis amplectitur Clarus *§. testamentum d. q.90. n.4.& 5.* & quoad hæreditatem putat esse certam hanc sententiam, quo verò ad legata ait si casus contingeret, facile posse sustineri; Quamuis, quia lex (inquit) fauet multo plus legatis sustinendis, quam institutioni hæredis, putet probabile legata per voluntatem minus solemnem relicta deberi in foro conscientiæ. Hanc eandem sententiam, quod testamentum ad profana non solemne nullum sit etiā in foro consciētiæ, & omni vi destitutum tenent Bartholomæus Salon *in 2.2.q.5. de dominio art.4.ante conclus.1.& eadem concl.1.* Petrus Arragon. *2.2.q.62.art.4.* Azorius *3.p.lib.6.cap.9.q.1.versic.Tota igitur. & q.2.* Vasquez *in opusc.de testam. cap.3.dub.1.n.4.* Salas de legibus *tract.14.disp.16.sect.12.n.52.* Bonacina *de contract.disp.3.q.1.p.3.n.5.& seq.* Diana *2.p.tract.8.resol.75.* Ioan Sancius *in selectis disp.43. n.52.* & in hanc inclinat magis Sà *verbo* hæreditas *num.32.* & *verbo* testamentum *n.3.versic. Et si quidam;* & probabilē putant Villallobos *2.p.tract.30. diff.8.n.4.* & Turllench. *in decal.lib.7.cap.17. dub.3.n.3.* Sanchez loco *infra* allegando, & nonnulli alij ex *infrà* allegandis. Hanc eandem sententiam tuetur Vasquius *de success.creat.§.1.n.23. & §.2.n.13.* cum pluribus sequentibus, quoties hæres legitimus, vel hæres scriptus non sit certus de voluntate testatoris, secus si esset certus, quia fortè interfuit, & audiuit, & cognouit non interuenisse metum, aut dolum, aut fraudem. Quod idem docet Grassus *de succes.§.1.n.16.*

Primò probatur hæc sententia, quia solemnitas iuris ciuilis septem testium in testamento adhibendorum non requiritur ad solam probationem, sed est substantialis, & essentialis, ita quod propterea testamentum illa destitutum est nullum iuxta leges, vt supra *n.4.* ostensum est, ergo neque in foro conscientiæ potest habere vllam vim obligandi ad sui obseruantiam; paria enim sunt non facere testamentum, vel inutiliter ac nulliter facere. *argument.tex.in l. quoties ff. qui satis dare cogant.* at si tale testamentum non fuisset factum, nulla in foro conscientiæ esset obligatio seruandi talem voluntatem minus solemnem. Quod autem solemnitas testamenti à iure ciuili requisita sit non solum probatoria, sed etiam essentialis, & substantialis, confirmat Marta *d.art.8.n.14.* contra Bartholum, quia quando lex vult solemnitatem probatoriam ad actum, & illum annullat aliter factum, tunc illa solemnitas est de essentia actus, quoniam sine illa solemnitate in esse non producitur; sed lex (inquit) requirit numerum septem testium in testamento conficiendo; & sine illis declarat testamentum nullum, & vltimam voluntatem esse inualidam vt expresè habetur iuribus suprà *dicto num.4.* allegatis. 52.

Secunda lex ciuilis, quæ testium solemnitatem induxit in testamento, est lex iusta, sancta & honesta, & iustam ob causam constituta, vt potè obuians mille fraudibus, vt in præcedenti titulo *num. 42.* probatum est, ergo obligat, & habet locum in foro conscientiæ: probatur consequentia; quia lex humana iusta obligat in conscientia iuxta S. Thomam 1. 2. *quæst. 96. art. 4.* Confirmatur 53.

eadem

eadem consequentia; quia lex iusta, quæ non fundatur in falsa præsumptione, obligat in vtroque foro, vt in primo Tomo horum moralium *tit.1. num.*1187. Doctoribus relatis ostensum est, sed lex ciuilis, quæ induxit solemnia testamentorum, & annullat aliter facta, licet ex occasione euitandæ fraudis, & falsitatis tanquàm ex causa impulsiua inducta sit, & constituta, non tamen fundatur in præsumptione, quod à parte rei interueniat fraus; & vltima, & finalis ratio, seu causa constituendi talem legem non fuit fraus, aut dolus, qui in singulis casibus interuenit, sed illorum periculum, quod communiter adesse poterat, & illi lex voluit prouidere in communi ob commune bonum, vt scilicet testandi actus in Republica frequentissimus tutius fieret, atque esset à fraudibus & falsitatibus immunis, cum finis legis præcipuus non sit prouidere casibus in particulari, sed in communi. Quare cum prædicta ratio periculi fraudem vitandi in communi, & ob bonum commune subsistat, seu non cesset, etsi in aliquo casu particulari nulla fraus, aut falsitas, vel dolus intercessetit, lex non
54. definit obligare in vtroque foro. † Non enim cessante tantum fine legis in particulari casu, subsistente fine, & causa legis principali, & in communi cessat lex obligare in illo particulari casu per textum in *Clem. ad nostram de heret.* & *cap. etsi Christus de iureiur.* & tradunt Fortunius *in tract. de vltimo fine illatione* 15. *&* 16. Couarruuias *in d. cap. cum esses num.* 9. Mænochius *de præsumpt. lib.*1. *quæst.*8. *num.*14. Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib.*1. *de compar.*19. *num.*35. alios Iurisperitos allegans, & ex Theologis Sotus *de iustit. lib.*4. *quæst.*5. *art.*3. *folio* 114. *pag.*1. *&* *folio* 115. *pag.*1. *initio.* Basilius Pontius *de matr. lib.*5. *cap.*3. *num.* 7. & Theologi communiter,
55. quos latè refert Diana *d. resolut.*71. † Præterea Couarruuias *d. num.*9. *versic. secunda ratio*, & Mænochius vbi suprà *num.* 16. aiunt quòd lex habens fundamentum à præsumptione tunc in foro conscientiæ locum non habet, quando lex illa præsumit propter defectum probationis legitimæ; cùm enim tunc in foro interiori datur certitudo legitima ipsius actus cessat legis ciuilis dispositio, & ita intelligitur textus in *cap.*15. *qui fidem de sponsal.* iuxta Couarruuiam *ibidem* & *de sponsal.* 1. *p. cap.* 4. §. 1. *num.*5. *&* 6. & Mænochium *d. num.*16. Secùs verò quando lex præsumit fraudem ex defectu solemnitatis; nam tunc etiamsi constet de veritate ipsa, nihilominus actus ille minus solemnis non debet obseruari etiam in foro conscientiæ; cum lex positiua habeat actum illum pro non confecto iuxta dicta *n.* 52. in præsenti autem lex ciuilis non præsumit fraudem ex defectu probationis, sed ex defectu solemnitatis. Hanc Couarruuiæ distinctionem impugnant Vasquez 1. 2. *disp.*163. *cap.*3. & Salas de legibus *disp.*10. *sect.*4. *n.*21. quia in quo illa duo differant non explicat Couarruuias, etsi in vtroque modo lex præsumeret fraudem in quolibet casu singulari nulla esset ratio differentiæ; sed in vtroque cessante fraude in quolibet casu particulari cessaret legis obligatio iuxta dicenda titulo sequenti *n.*2. *&* 273. Impugnat etiam Salas, quia (ait) legislator nunquam præsumit defectum probationis, cùm eo tempore, quo lex conditur, nihil sit probãdum. Vnde idem Salas dicit Couarruuiam impropriè loqui, & quod melius diceret; quando lex testamenta, vel pacta minus solemnia irritat non fundari in præsumptione, sed in iudicio euidenti, quod communiter in istis fraudes euenire solent, & ideo velle irritare, vt etiamsi probetur nullam fraudem interuenisse, adhuc irrita censeantur, & declarentur. Alia vero velit irrita censeri modò non probetur fraudem intercessisse, verum hoc satis expressit Couarruuias sua distinctione.

56. Tertiò Respublica, & Princeps laicus ob commune bonum remouendi fraudes possunt suis legibus testamentum minus solemne ita annullare, vt in vtroque foro iudiciali, & animæ nihil penitus valeat nullamque obligationem, siue ciuilem siue naturalem pariat; id quod vt certum supponendum esse ait Azorius *d. cap.* 9. *q.* 1. *versic. in hac quæstione*, & omni dubio carere dicit Layman *lib.*1. *tract.*4. *cap.*16. *num.*1. & latiùs tradit Molina *de iustit. tract.*2. *tract.*81. *versic. Possumus verò*, & asserit etiam Fagundez *de iustit. lib.*6. *cap.*7. *num.*22. At de facto Principes sæculares circa testamenta ita statuerunt, vt manifestè constat ex iuribus supra *num.*4. allegatis, in quibus absolutè, & sine vlla limitatione testamentum minus solemne prorsus nullum decernitur; ergo neque in foro interiori legum conditores voluerunt valere; cum clarioribus verbis non potuissent vltimam voluntatem minus solemnem declarare nullam omninò, & omni vi, tam in foro iudiciali, quàm in foro conscientiæ destitutum.

Quarto Iudex etiam cognita veritate voluntatis mi- 57.
nus solemnis in testamento minus solemni declaratæ iustè pronunciat talem voluntatem esse nullam, & rectè adiudicat hæreditatem legitimis hæredibus, auferendo etiam illam ab hærede scripto, in minus solemni testamento si forte illam possideat *l. si vnus l. ex imperfecto Cod. de testam. l. si post diuisionem Cod. de iuris & facti ignorantia*, & aliis iuribus supra *num.* 4. allegatis, & ita sentiunt Doctores communiter, ergo talis sententia obtinet etiam in foro animæ, & in conscientia seruari debet, ergo supponitur voluntatem vltimam minus solemnem esse eodem foro conscientiæ nullam, nullumque transferre dominium in hæredem, vel legatarium scriptum: Probatur hæc consequentia ex Vasquez, quia leges, & iudicium exterius non auferunt dominium ab eo, qui iure possidet, sed rem auferunt ab eo, qui dominium non habet, nisi sit defectus probationis, in casu autem nostro supponitur non esse defectum probationis, sed constare de voluntate minus solemni, ergo signum est minus solemne testamentum carere omni vi, nullamque parere obligationem etiam naturalem, neque dominium aliquod transferre. † Confirma- 58.
tur eadem consequentia, & tota hæc ratio; tum quia alioqui iudex cognita veritate non posset iustè hæreditatem adiudicare hæredi legitimo, sed potius teneretur eum per sententiam compellere ad restituendam illam, hæredi scripto; Cùm hæres legitimus, seu ab intestato non posset in conscientia illam retinere, si sciret veritatem voluntatis minus solemnis. Tum quia viderentur iniustæ, & iniquæ leges, quæ concedunt hæredi ab intestato, quod tuta conscientia retinere non potest; & per consequens debuissent corrigi, hoc autem dicere est absurdum ergo, &c. Tum etiam quia adiudicata hæredi legitimo hæreditate per iudicem hæres, aut legatarius in minus solemni testamento scriptus posset tuta conscientia illam saltem furtim, & occultè surripere vel alia via vti compensatione, quod admitti non potest sine periculo scandalorum, & perturbatione publicæ quietis.

Quintò probatur hæc sententia, & confirmantur dicta in præcedenti ratione; quia si voluntas minus solemnis obligaret in conscientia ad sui obseruantiã, ita vt hæres ab intestato teneretur illam seruare, & relinquere, vel tradere hæreditatem hæredi in minus solemni testamento scripto; hinc sequi posset, vt quis absque sua culpa, nullaque alia illata vi, sed ob solum tenorem legis euitare aliter peccatum mortale non posset, quam subeundo grauissimum damnum temporale; puta sit pupillus ab intestato hæres defuncti, qui alium extraneum instituit in testamento minus solemni; tunc tutor si hæreditatem in foro iudiciali non petat pro suo pupillo, ipse ob negligentiam condemnabitur vt satisfaciat pupillo pro his, quæ sine causa amisit; si autem petat, peccat, quia sciens, & prudens petit, quod non est pupilli, supposito quod ei constet de veritate voluntatis defuncti minus solemnis, & nullam interuenisse fraudem. Hoc autem nullo modo videtur concedendum.

Sextò ad omnem actum legitimum perficiendum duo 59.
requiruntur, voluntas scilicet, & potestas *cap. cum super de officio delegati l. testandi causa Cod. de testam.* sed hic voluntas quidem testatoris adest; verùm deest po-

testas, quia nemo regulariter potest facere testamentum validum absque iuris solemnitate; ergo etsi voluntas sit manifesta, hæres ab intestato nullo modo obligatur ex tali testamento, quia sola voluntas non sufficit.

61. Septimò iure Canonico testamentum ad profana non valet si fiat coram vno tantum teste, vel duobus testibus, sed cum duobus testibus debet interuenire proprius Parochus *cap. cum esses de testamentis*, & probatum est præcedenti titulo *num.* 34. aut ergo tunc in foro conscientiæ obligabit, aut non obligabit: si non obligabit, sequitur testamentum minus solemne in foro conscientiæ hæredem legitimum non obligare; si vero obligabit, sequitur absurdum, scilicet, ius Canonicum inducere peccatum, nempe quia testamentum illud non approbat, quod obligat in foro conscientiæ hæredem ab intestato; quod absurdum, vt euitetur dicendum esse videtur testamentum nullum in foro externo nullas habere vires ad obligandum etiam in foro conscientiæ.

62. Octauò hæres legitimus, & ab intestato, qui non credit duobus, vel tribus testibus, quibus lex ipsa ex rationabili causa fidem non habet, in foro conscientiæ etiam debet esse tutus, quia conscientia ex iure debet informari; neque peccat, qui se conformat cum dispositione legis ciuilis iustæ, aut Canonicæ.

Demum si leges ciuiles præscribentes solemnia seruanda in vltimis voluntatibus, vt valeant, in conscientia non obligarent, & in vtroque foro nullam redderent ipso facto talem voluntatem, sed huiusmodi voluntas esset seruanda in foro animæ, & transferret dominium in hæredem, vel legatarium scriptum, non videretur satisfactum fini dictarum legum, & sufficienter prouisum, & occursum fraudibus, & dolis, & incommodis contra bonum publicum, quæ Imperatores, & Principes legum conditores videbant prouenire, vel prouenire posse ex paruo numero duorum, vel trium testium, & valore testamenti sine legalibus solemnitatibus conditi; sæpe enim ex ignorantia, vel inopia litigantium huiusmodi testamenta minus solemnia ad iudicium fori externi non possunt deferri.

Corollaria ex præfata sententia.

63. Ex his Doctores huius primæ sententiæ inferunt primò agentem contra testamentum ex ea solum ratione, quod careat iuris ciuilis solemnitate non peccare nec venialiter, nec teneri ad restitutionem eius, quod ex dicta actione fuerit consequutus, etiamsi idem agens certò sciat illam fuisse voluntatem testatoris, & vniuersaliter hæredem ab intestato possidentem hæreditatem defuncti, licet illi constet de voluntate testatoris, non teneri in foro animæ restituere hæredibus, vel legatariis scriptis in testamento minus solemni ad profana hæreditatem vel legatum ita Couarruuias vbi supra *num.* 10. *initio*, Gomez *d. num.* 23. Bonacina, & Diana *locis citatis*. Secundò hæredem institutum in minùs solemni testamento, & etiam legatarium in tali testamento scriptum possidentes bona testatoris ex solo titulo illius minus solemnis voluntatis, licèt non dubitent de libera, & spontanea testatoris voluntate, teneri in eodem foro animæ illa restituere hæredi ab intestato, & nec etiam vti posse retentionis iure, atque exceptione proposita se aduersus eundem hæredem ab intestato, & legitimum defendere. Ita Couarruuias *d. num.* 10. *versic. secundo, tertio, quarto, quinto & sexto.* Gomez, Bonacina, & Diana *locis citatis.* Tertiò hæredem, & legatarium, qui hæreditatem relictam, vel rem legatam in minus solemni testamento, seu voluntate consequi non potest iustè, & absque peccato iniustitiæ non posse vti occulta compensatione, & rem relictam furto subtrahere. ita Couarruuias *d. num.* 10. *versic. septimo.* Bonacina *num.* 10. Diana *d. resolut.* 71. Vnde etiam etsi rem in minus solemni testamento, seu voluntate relictam possideat hæres, vel legatarius scriptus, licet certus de testantis voluntate iuxta hanc sententiam non potest absque peccato iniustitiæ se defendere per fraudem, & dolum, vt adducendo falsos testes, aut scripturas, quibus probet rem illam sibi deberi, vt in terminis Bonacina *num.* 11. & colligitur ex Couarruuia, & aliis. Quartò legatarium, cui in minus solemni testamento factum est legatum, non posse ab hærede ab intestato assequi rem legatam per denunciationem Euangelicam, quia cum iuxta hanc opinionem nil illi legatario debeatur, non est locus denunciationi Euangelicæ. ita Couarruuias *d. num.* 10. *versic. octauo.* Mænochius *de præsump. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 36. post Baldum *in l. cum quis Cod. de iuris & facti ignorantia.* Fundantur hæc corrollaria in eo, quod voluntas minus solemnis nullam habet vim omninò, & habetur pro infecta, & ac si non extaret, ac proinde nulla indè oritur obligatio in foro animæ, nullumque transfertur, vel transferri potest dominium hæreditatis, vel rei legatæ in hæredem, vel legatarium, cui per talem minus solemnem voluntatem relinquitur. Demum infert Bonacina *num.* 13. hæredem legitimum non teneri in foro conscientiæ adimplere voluntatem testatoris ad profana in fauorem extranei, quam ipse testator expressit in Cedula scripta, vel subscripta propria manu, quia, cum careat solemnitate à iure requisita in testamento in scriptis, nullam habet vim obligandi neque in foro animæ hæredem legitimum.

Secunda sententia.

Secunda sententia præcedenti ex diametro opposita 64.
asserit voluntatem minus solemnem ad profana, siue in testamento imperfecto quoad iuris ciuilis solemnitatem, siue in codicillis carentibus numero quinque testium, siue in scriptura, siue sine scriptura expressam, si de testantis voluntate libera, & seclusa omni fraude certò constet, esse validam in foro conscientiæ, & omninò obseruandam, & transferre à parte rei dominium in hæredem, vel legatarium scriptum, seu per talem voluntatem institutum, vel nominatum; leges verò ciuiles de solemnitatibus testamentorum, & vltimarum voluntatum reddere vltimas voluntates minus solemnes, nullas solum quoad forum exterius, ita quod illis non resistant, sed solum non assistant denegentque in foro exteriori actionem ad eum modum, quo denegant in pacto nudo. ita Panormitanus *in cap. plerique de immunit. Eccl. à num.* 42. ibidem Butrius, idem Panormit. *in cap. vltim. de in integrum restit.* Ancharanus *in regulam Possessor. q.* 1. *de reg. iuris.* Innocentius *in cap. quod sicut de elect.* Iason in *l. nemo potest num.* 75. *ff. de leg.* 1. ibidem Ripa *num.* 102. Tiraquellus *post leges connubiales glossa* 4. *num.* 22. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 2. *tit.* 14 *num.* 9. *& seqq.* Fachineus *controu. iur. lib.* 4. *cap.* 5. Antonius Merenda *controu. iuris tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 37. Corneus *consil.* 261. *num.* 4. *&* 5. Vasquius *de success. creat. lib* 1. §. 1. *num.* 24. § 2. *num.* 9. & pluribus sequentibus. *& de success. progressu* §. 30. *num.* 31. *&* 32. Grassus *de success.* § 1. *num.* 14. (qui aiunt primam opinionem admittendam in dubio, scilicet, cum hæres ab intestato est dubius de voluntate minus solemni; secus vero si certò, & indubitanter sciret voluntatem testatoris, & vera esse omnia contenta in testamento minus solemni, & effluxisse à vera, & intima voluntate testatoris) innumeri alij Iurisperiti, & Canonistæ, quos referunt Vasquius, Grassus *locis citatis*, Mantica *d. tit.* 14. *num.* 9. Mænochius *de præs. lib.* 1. *quæst.* 80. *num.* 13. Tiraquellus. *vbi suprà.* Michael Ferrus Manrique *resolut. p.* 2. *quæst.* 105. *num.* 5. *cum seqq.* & Sanchez *in consil. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *d. dub.* 14. *num.* 2. & est communis Iurisperitorum, & Canonistarum, vt aiunt Sanchez *d. num.* 2 *fine.* Couarruuias *in dict. cap. cum esses num.* 4. & alij præallegati. & verissimam dicit Vasquius *d* §. 1. *num.* 9. à qua in iudicando non esse recedendum dixit Ludouicus Zuni *in consil.*

consil. pro uxore num. 4. relatus à Grasso *d. num.* 14. Ex summistis, & Theologis hanc eandem sententiam tenent D. Antoninus 3. *p. tit.* 10. *cap.* 3. §. 14. Angelus *verbo testamentum* §. 5. & *verbo* Alienatio §. 14. Syluester, verbo Testamentum 1. *q.* 5. *not.* 4. & *verbo* Alienatio §. 13. & *verbo* restitutio 5. §. 8. Tabiena *verbo* Alienatio §. 15. Armilla *verbo* legatum §. 51. & *verbo* hæreditas *n.* 14. Angles *floribus* 2. *p. in materia de dominio* Adrianus *quod lib.* 6. *art.* 1. *concl.* 2. *coroll.* 2. Comitolus *lib.* 7. *q.* 1. *a n.* 5. Ioan. Medina *de restit. q.* 23. *fine*, Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 81. Basilius Pontius *de matr. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 13. Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 3. Lopez 2. *p. instruct. cap.* 14. Reginaldus *lib.* 25. *n.* 105. Filiucius *to.* 2. *tract.* 34. *cap.* 7. *n.* 150. Fagundez *de iustitia lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 6. & *seqq.* Sanctarellus *variar. resolut. p.* 1. *quæst.* 66. *per totam* Gordanus *Theol. moralis lib.* 4. *quæst.* 4. *n.* 5. Villallobos 2. *p. sum. tract.* 30. *diff.* 8. *n.* 5. Turllench *in decal. lib.* 7. *cap.* 17. *dub.* 3. *n.* 7. Diana *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 119. Sayrus *lib.* 3. *clau. cap* 7. *n.* 8. *versic. imò & n.* 9. & alij relati à Sanchez *d. dub.* 14. *n.* 2. & probabilem putat Stephanus Bauny *in sua Theol. moral. p.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 6. *concl. vltima.* Et in hanc sententiam potiùs inclinare videtur Cænedo ad decretales *collect.* 67. *n.* 2. *fine.* vbi post relatos Doctores tàm primam, quàm hanc secundam sententiam tenentes ita scribit; *Et quidem si rectè consideretur, impiè agere lex indicat eos, qui recusant adimplere voluntatem testatoris, licèt minus de iure validam, vt patet ex l. penultim §. illo. ibi etiam Doctores Cod. de necessariis, & seruis hæredibus instituendis. & è contra piè agere, qui illam adimplent l. in testamento ff. de fideicommiss. libert.* & tradit Petrus Magdalenos *de num. testium in testam. prima parte cap.* 3. *n.* 41. & 3. *p. cap.* 2. *ex num.* 25. & hanc eandem sententiam in donatione facta causa mortis tenet Baldus *auth. sed nouo iure Cod. si certum petatur* vbi dicit eam valere in foro conscientiæ, si constet verè factam esse, licèt desit solemnitas à iure in tali donatione requisita.

65. Primò probatur hæc sententia, quia etiam inspecto iure ciuili ex minus solemni testamento, seu voluntate oritur obligatio naturalis vera, & propria iuxta latè tradita supra *à num.* 12. *ad* 49. obligatio autem naturalis, vera, propria obligat in conscientia iuxta omnes Doctores, & in re graui sub mortali, vt ostensum est supra, *n.* 2. eo enim ipso quod leges ciuiles non impediunt oriri obligationem naturalem ex minus solemni testamento, signum est, quod non voluerunt ab eo auferre, vim & validitatem, quam habet de iure naturæ, iure autem naturæ testamentum conditum coram duobus, vel tribus testibus valet, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum: *cap. cum esses & cap. relatum* 1. *de testamentis.* imò cum iure naturali tota essentia, & substantia testamenti consistat in sola voluntate, & consensu testantis, & testes solum requirantur ad probationem, etiam nuda voluntas testatoris quomodocumque explicata sit, & de ea constet obligauit in conscientia. Et quod leges ciuiles tantum velint testamenta minus solemnia non facere fidem in iudicio, non autem abstulerint naturalem obligationem voluntatis. Basilius Pontius *vbi suprà* ait colligi ex *l. fin. ff. de rebus eorum.* vbi Paulus despondit, *etsi testamentum patris postea irritum esse apparuerit; tamen tutores pupilli, siue curatores filij nihil contra orationem Diuorum principum fecisse videri, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam prædium rusticum pupillare vendiderunt:* Expendit Pontius illud, *nihil contra voluntatem*, &c. ex quo infert, quòd venditio illa rustici prædij iuxta voluntatem defuncti in minus solemni testamento expressam, non erat contra voluntatem Imperatorum, quia scilicet (inquit) eorum voluntas non fuit auferre à testamentis natiuam obligationem, licèt possent, sed ne iudicio fidem facerent. hæc Pontius. Qui tamen deceptus est in intellectu dictæ legis, in qua non est sermo de testamento minus solemniter condito, sed de testamento validè cum debita solemnitate à Patre condito, quod postea factum est irritum per capitis diminutionem testatoris, in quo testamento Pater testator iusserat dictum prædium rusticum vendi. ita intelligit Glossa *ibidem.*

Secundò quia vbi constat de veritate liberæ voluntatis eius, qui Codicillos, vel testamentum minus solemniter fecit, cessat ratio, & finis, cuius intuitu ius ciuile præscripsit solemnitatem, quæ ratio, seu finis fuit, vt falsitas, & fraus non committatur, per quam quis contra voluntatem testantis in illius bona succedat *l. finali Cod. de commiss.* & *l. hac consultissima in fine ff. qui testam. facer. possunt.* & *instit. de testam. paulo post princip.* cessante igitur ratione, & fine legum ciuilium de solemnitatibus vltimarum voluntatum cessabit etiam illorum obligatio, & habebit locum ius naturale, & consurget obligatio in foro conscientiæ, ius enim naturale, & forum conscientiæ solam veritatem respiciunt. 66.

Si contra hanc rationem primo dicatur, cùm Couarruuia in *d. cap cum esses num.* 8. *versic. non obstat*, & alijs Doctoribus primæ sententiæ, non cessare obligationem legis naturalis ex eo, quòd eius ratio, seu finis cesset in particulari casu, si non cesset etiam ratio, seu finis in communi, & vniuersaliter iuxta tradita suprà *n.* 54. vt enim lex naturaliter obliget in quocunque casu sufficit, quod sit rationabilis, vt in plurimis casibus, licèt in singulis non reperiatur aliquando legis ratio, quia inspicimus genera singulorum, non singula generum, vt post Baldum in rubrica *de consuet. c.* 5. & alios. Mantica *d. tit.* 14. *num.* 11. *versic. sed tamen secundò loco.* † Respondet Vasquius *d.* §. 30. *n.* 31. quòd etiam cessante ratione legis in particulari casu, cessat dispositio legis in illo casu particulari, & indiuiduo; id quod etiam docet *in quæstionibus illust. cap.* 46. idem probat *d. n.* 31. & *sequentibus* scilicet, *per l. adigere* §. *quamuis de iure patron. l. cum pater* §. *dulcissimis ff. de leg.* 2. *in princ. Cod. de rad. soll.* vbi multa per Corneum *l. illud ff. ad l. Aquil. l. his solis Cod. de reuoc. donat. in fine* ibi: *satis etiam tacitè causam putamus l. humanitatis*, vbi notat Alex. Corneus, Iason, Decius & Curtius iunior *Cod. de impuberum*, cum similibus de quibus per Tiraquellum de *causa cessante in prima parte*, facit (inquit idem Vasquius) argumentum de toto ad partem *l. quæ de tota ff. de rei vendic. l. an pars ff. pro de rel. l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad Treb.* Et quia vt pluralitas resoluitur in suas singularitates *l.* 1. §. *fin. ff. de constit. institut. l. falsa* §. *fin. ff. de condit. & demonstrat. l. Stichum, qui meus erit ff. de leg.* 1. vbi Alexander, & Iason; ita & lex generalis (subdit) in plures singularitates videtur resolui; sicque si in quadam singularitate, vel in quodam singulari, vel particulari cesset ratio legis, in illo particulari vt virtus legis cesset; licèt in communi non cesset, par est. ita Vasquius contra communem Theologorum, & Michael Ferrus *d. q.* 105. *n.* 30. & ita etiam plures Theologi relati à Castro Palao *to.* 1. *tract.* 3. *disp.* 5. *p.* 1. *n.* 9. & à Diana (qui & eos sequitur) *p.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 29. & *p.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 96. Ad illud autem, quod lex ieiunij, aut abstinentiæ à canonibus non cesset obligare, licèt in aliquo cesset illius finis, qui est maceratio carnis, vel cul... ... ait Vasquius *d. n.* 31. quod in his casibus non cessat ratio legis, aut præcepti prohibitorij esus carnium, eo quod etiam & forte potissimum nititur ... omnis Christi Domini nostri actio debet esse no... instructio; quæ ratio in prædictis casibus non cessat ... si reliquæ rationes cessent. Ad illud quod ... lex prohibet delationem armorum, etiam homo quietus, & probus non potest armatus incedere, quamuis in eo cesset ratio legis: dicit idem Vasquius *d. cap.* 46. *n.* 9. non cessare rationem legis in hoc exemplo; nam quantumuis quietus ille sit, potest armatus nocere; Quare ait tunc intelligi rationem legis, cessare quando indubitatum est legis rationem, & vtilitatem cessare, non quando contingenter tantum, cum non probet hoc esse, quod ab hoc contin-

67.

68.

git abesse *l. non hoc Cod. unde legi. iuncta d. l. adigere §. quamquam*, ita Vasquius, sed quia hæc doctrina repugnat magis communi Theologorum tenentium dispositionem legis semper, & in omni casu obligare, dum non cesset adæquata ratio legis, seu cessat in communi finis legis, quæ fertur ob bonum
69. commune; & patitur multas difficultates. † Ideo respondetur ex Mantica *d. tit.* 14. *n.* 11. rationem legum ciuilium de solemnibus vltimarum voluntatum inductis ad euitandas fraudes, & suspicionem falsitatis non cessare in foro ciuili, vel iudiciali, in quo propterea habet locum illarum dispositio; cessare tamen debet in foro Dei, & animæ, in quo sola substantia veritatis inspicitur, & ius naturale seruatur, quæ responsio etiam tacitè colligitur ex Fachineo *d. cap.* 5. Vnde si quis vrgeat, licet cesset ratio formæ, non debere tamen cessare formæ obseruationem *cap. 1. versic. presentia de reb. eccl. non alienand.* eodem modo Respondet Mantica *n.* 15. scilicet non cessare formæ obseruationem, quoad forum ciuile, & iudiciale; secus quoad forum conscientiæ, quod ius diuinum sequitur, & soli veritati innititur. Confirmantur huiusmodi responsiones Manticæ ex supradictis, scilicet, quod Imperatorum, & Iurisconsultorum in condendis legibus de solemnibus vltimarum voluntatum non fuerit, vt testamenta, & vltimæ voluntates absque iuris solemnitate carerent prorsus omni effectu, & obligatione etiam in foro conscientiæ; sed tantum voluerint illam solemnitatem requiri ad probationem in iudicio, & sine qua noluerunt fauere dando actionem in foro externo, & ciuili, vt etiam noluerunt in pacto nudo, seu in nuda promissione, quæ stipulatione, aut aliter non est vestita.

70. Si secundò contra eandem primam rationem dicatur, illam supponere, quod constet de veritate voluntatis minus solemnis, cùm tamen potiùs ex minus solemni testamento debeat inferri fuisse fictam testantis voluntatem; nam præsumi potest, quod testator sciens, & prudens iuris solemnitatem non adhibuerit, vt actum illusorium faceret. *arg. l. an inutilis in princ. ff. de accept.* & *l. si domus in fine princ. ff. de leg.* 1. ibi: *magis derisorium, quàm vtile legatum:* ideóque cum deficit forma, & solemnitas iuris, semper videtur posse dubitari de voluntate testatoris. Respondetur ex Mantica *d. tit.* 14. *num.* 13. sæpe posse constare de vera, & libera voluntate testatoris; vt si appareat testatorem non potuisse propter temporis angustias, vel loci solitudinem plures testes inuenire; vel omnino eum voluisse suam dispositionem valere, quamuis non fuerint adhibitæ iuris solemnitates, vel minus solemniter disposuerit absentibus hæredibus, & legatarijs, scriptis, & præsentibus duobus, vel tribus testibus non suspectis; vel testator testamentum propria manu scripserit, vel subscripserit absentibus item, & nil de hoc scientibus hæredibus, vel legatarijs scriptis, vel etiam quia hæres legitimus interfuit, & audiuit, & defuncti voluntatem talem fuisse, etsi recuset adimplere, quia minus solemnis fuerit. Addit Mantica non præsumi testatorem eam viam elegisse, per quam iudicium suum infringatur *l.* 3. *ff. de milit. testam.* & legem præsumere testatorem velle vtiliter, & non inutiliter testari, vt notauit Baldus *in l. Manius in princ. ff. de leg.* 3. & si dicatur hoc verum, quando forma legis seruatur; respondet idem Mantica hoc in foro ciuili locum habere, secùs in foro conscientiæ; vnde etiam respondet, testantem fortè non ignorasse tale testamentum posse sustineri ea lege naturæ, & conscientiæ; quo pacto etiam respondent Butrius in *d. cap. plerique num.* 9. *versic. nec obstat de immunit. eccl.* & Panormitan. *in d. cap. cum esses num.* 10. *de testam.*

71. Tertiò hæc secunda sententia à præallegatis Summistis communiter à Panormitano, & Mantica probatur, quia leges ciuiles de solemnitatibus vltimarum voluntatum irritantes vltimas voluntates minus solemnes, & testamenta carentia ijsdem solemnitatibus fundantur in præsumptione falsitatis, & commissæ fraudis, seu vt falsitas, & omnis deceptio euitetur (vt videtur expresè constare tum *in d. l. vltima Cod. de fideicomm.* vbi Imperator Iustinianus dispositionis ibi factæ circa fideicommissa restituenda licet relicta in voluntate minus solemni rationem reddens, sic habet; *cum enim per testium solemnitatem ostenditur, tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est; lex enim ne quid falsitatis incurrat per duos fortè testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expostulat; vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur. Cum autem is, qui ex volumine defuncti lucratur, & maximè ipse heres, cui summa authoritas totius causæ commissa est, dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem; qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem recurratur propria, & indubitata fide relicta: cum & in leges respeximus, quæ iustis dispositionibus testatorum omnino hæredes obedire compellunt; & sic strictius causam exigunt, vt etiam omittere lucrum hæreditatis sanciant eos, qui testatoribus suis minimè paruerint*) tum in *l. hac consultissima Cod. qui testam. facer. possunt*, ad finem ibi; *sed nè locum quidem vllum relinquat insidijs tot oculis spectata, tot insuper in-tuto locata manibus*, ergo si constet eam esse testatoris voluntatem, nullámque interuenisse fraudem, tunc hæreditatem, siue legatum non solum iure naturali, & in foro conscientiæ debetur, sed etiam iure ciuili, & in foro iudiciali, si in eo probetur veritas voluntatis minus solemnis ob generalem regulam, quod leges in præsumptione fundatæ non habent locum, si de contraria veritate constet; vt tradunt Doctores communiter, quos Sayrus *d. cap.* 7. *num.* 8. refert, & docent Theologi omnes agentes de
legibus. † Quòd si ad hanc rationem respondeatur ex 72.
Couarruuia iuxta tradita supra *num.* 55 nempè legem, quæ ex presumptione nititur, non habere locum in foro conscientiæ, quando præsumit propter defectum legitimæ probationis; legem autem ciuilem hîc non presumere fraudem ex defectu probationis, sed ex defectu solemnitatis, ac proinde etiam in foro conscientiæ habere locum. Ex modò dictis rejicitur hæc responsio repugnans *d. l. vltima Cod de fideicom.* ibi: *lex enim ne quid falsitatis incurrat per duos fortè testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expostulat, vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur* ex quibus verbis videtur manifestè apparere legitimum testium numerum propter falsi suspicionem à lege desiderari; quam etiam falsi præsumptionem significant allegata verba textus in *d. l. hac consultissima.* Et hic finis est omnis requisitæ solemnitatis, scilicet, sinceritas testamentorum, & vt nulla fraus adhibeatur, vt Iustinianus quoquè expressit *institut. tit. de testam in fine princ. versic. sed his omnibus.* Quare cùm constet de sinceritate, & veritate liberæ voluntatis, hæc licèt minus solemnis valebit, & obligabit in foro conscientiæ.

Quarto hanc sententiam probat Vasquius *d. §.* 5. *n.* 73.
24. & *d. §.* 1. *n.* 9. & *d. §.* 30. *n.* 30. supponens & ipse totam substantiam testamenti consistere in voluntate libera testatoris, & solemnitates iuris requirit solum ad probationem certiorem, id quod in vtroque citato paragrapho latè nititur comprobare; probat, inquam, ex eo quod omnes solemnitates, quæ certioris probationis causa desiderantur, cessant, quando ea res, de qua agitur, certa, & indubitata est, *l. certum ff. si certum petatur l.* 1. *§. fin. ff de dote preleg.* quibus in iuribus dicitur rei satis demonstratæ frustra adjici aliam demonstrationem. Quare hæres legitimus, qui de intima, & vera testantis voluntate certus est, amplius certiorari otiosum est; ac proinde nil aliud desideratur, vt obligetur in foro conscientiæ ad talem voluntatem testantis minus solemnem sibi notam seruandam. Addit Vasquius *dictis numeris* 9. & 30 quod in hoc casu hæres legitimus non solum in foro conscientiæ tenetur, sed etiam in foro contentioso

tentioso compelleretur testantis voluntatem seruare, si lex, seu iudex de eadem voluntate testantis, vel codicillantis certus foret per textum in *d.l. fin. Cod. de fideicom. & in §. vltimo. institut. de fideicommiss.* vbi heres grauatus per voluntaiatem minus solemnem, si eam agnoscit, compellitur etiam in foro iudiciali illam sequi; de qua re latius dictum est in præcedenti paragrapho. Neque his obstat (inquit Vasquius *n.9.*) quod solemnitas testamentorum sit iusta; atquè adeo quisque possit se conformare cum tali legis dispositione; nam respondet idem Vasquius hoc procedere, quando vt lex est dubia propter inopiam probationis, ita quoque hæres legitimus propter eandem probationis penuriam, & defectum similiter dubius esset; secùs quando ipse de vera testatoris voluntate certus est; in hoc enim casu tenetur eam sequi; sicut, ait, ipsa quoque lex, si de veritate certa esset iuxta *d. l. finalem Cod. de fideicom.*

74. Quinto probatur eadem sententia, & quod indistinctè, & absolutè obseruanda sit in foro conscientiæ vltima voluntas testatoris etiamsi deficiant iuris solemnitates, quia istæ solemnitates sunt introductæ, vt voluntati testatoris certius satisfieret, nec posset varijs hominum actibus interuerti, vt videtur satis clarè indicari in *d.l. fin. Cod. de fideicom.* dum Iustinianus ibidem apertè denotat, eas solemnitates ideò inuentas fuisse, vt salua sit voluntas testatoris, quæ fraudibus exposita esset, si testamenta absque tot solemnitatibus fieri possent; & quidquid circa testamenta constitutum est, id omne introductum fuisse, vt testatoris voluntas impleatur, & effectum sortiatur, & colligitur etiam ex textu *in l. quoniam indignum Cod. de testam. l. ambiguitatis in fin. Cod. eod. in l. 2 §. & nemo moriens Cod. communia de legatis, in institut. de legatis §. Nostra constitutio; in Auth. de haeredibus, & Falcidia in principio cap. 1. & Auth. de nupt. §. disponet*, & in alijs iuribus, in quibus habetur semper custodiendas morientium voluntates, & voluntatem magis, quàm verba esse intuenda; in testamentis voluntatem totum facere; & primum locum obtinere; & in omnibus dominati; & testamentum pendere à sola voluntate testatoris: quæ iura allegant Grassus *de success. §. Testamentum q. 61. & q. 76.* & Sanctatellus *d. quæst. 66. num. 36.* cùm ergo leges ciuiles de solemnitatibus vltimarum voluntatum, & denegantes aditionem hæreditatis ex testamento ijsdem solemnitatibus destituto non in odium testatorum ipsorum conditæ fuerint, ne falsis testamentis mali homines ijs auferrent hæreditatem, ad quos eam voluit testator peruenire; ex necessitate concluditur legislatores non intendisse ob dictarum solemnitatum defectum irritas reddere voluntates vltimas; si aliundè hæredi legitimo, vel scripto, aut legatario constet de mente testatoris; hoc enim esset euertere finem, vt seruentur media; & legislatores hoc vnum tantum quærunt, vt testatoris voluntas salua sit; ac proinde cùm vltima voluntas minus solemnis certò nota est hæredibus ab intestato venientibus, in foro conscientiæ non possunt auxilio legis hæreditatem petere, vel iam obtentam retinere.

75. Sextò probatur, quia ratio, & æquitas naturalis suadet huiusmodi vltimam voluntatem solemnitatibus iuris positiui destitutam seruari debere, vt docuit Plinius iunior lib. 5. Epistolorum ad Caluisium, & lib. 2. Epistol. ad Annianum, cuius verba referunt Couarruuias *d. cap. cum esses num. 5.* Lessius *d. dub. 3. num. 29.* & Fagundez *d. cap. 7. num. 6* & tradidit etiam Iustinianus *instit. de rerum diuisione §. per traditionem* vbi ita habetur: *nihil tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi:* Quapropter *d. Auth. de nuptijs citato §. disponet* dicitur vltimam defuncti voluntatem pro lege seruandam *ex cap. vltima voluntas quæst. 2.* ex D. Gregorio Papa scribitur, quod vltimas voluntas defuncti modis omnibus seruari debet, quod ibi scribentes & Doctores communiter intelligunt etiam de voluntate vltima explicata in testamento minus solemni. Cum ergo naturalis ratio, & æquitas suadeat esse seruandam, sola omissio solemnitatis iuris ciuilis non reddet inualidam vltimam testatoris voluntatem, de cuius veritate constat, idquè præsertim asserendum, si per ignorantiam, vel obliuionem, vel impotentiam iuris solemnitas non fuerit adhibita, siquidem respectu etiam ipsius morientis valdè durum est, vt si tempore, & loco quo moritur non habeat Notarium, vel tot testes, quot de iure positiuo ad valorem sui testamenti sunt necessarij, inhabilis fiat ad testandum, & ad relinquendum bona sua libera, cui velit dispositione in foro conscientiæ valida; neque etiam aliquid legare in fauorem amici, vel benefactoris; ita quod ob defectum v. g. vnius testis amicus, vel benefactor legatarius, aut hæres scriptus possidens rem legatam, vel hæreditatem teneatur in conscientia restituere consanguineis testatoris, quibus ob iustas causas nihil voluit relictum.

Septimò, & vltimo vltimam voluntatem carentē solemnitatibus iuris positiui non esse ipso facto ex dispositione legum irritā, & nullā etiam in foro interno probatur ex consuetudine, & vsu; nam viri periti, & timorati ex minus solemni testamento possidentes hæreditatem, vel rem legatam, quam sibi sciant libera, & sincera voluntate fuisse relictam, nunquam consueuêre spontè illam restituere hæredi venienti ab intestato, sed retinere saltem, donec iudex per sententiam præcipiat, & rem illam eidem hæredi ab intestato adiudicet; consuetudo autem est optima legum interpres. Vnde magis confirmatur: Etenim leges ciuiles eo modo obligant, quo recipiuntur in vsu, sed leges ciuiles, quæ irritas faciunt vltimas voluntates minus solemnes non sunt ita receptæ, neque in vsu apud sapientes, & timoratos, vt ipso facto priuent, seu expolient aliquid per tales voluntates possidentem, sed opus sit iudicis sententia, vt dictum est. ergo &c. Addit Fagundez *d. cap. 7. num 11.* quoad forum externum quoque praxim (vt dicitur) habere, vt quando res auctoritate iudicis vindicatur à possidente ex testamento minus solemni, non iubeantur restitui fructus etiam à multis annis percepti, ex quo infertur supponi tale testamentum, antequàm iuridicè rescinderetur, valuisse in conscientia, atque eius titulo possidentem rei dominium acquisiuisse: nam manente re in dominio hæredis ab intestato, etiam fructus percepti ei deberent adiudicari, cum res frugifera suo Domino fructificet. De hac tamen praxi mihi non constat, & valdè dubito, an in iudicijs obseruetur. Præfatis argumentis, & rationibus non leuibus innititur hæc secunda sententia, iuxta quam, seu Doctores illam tenentes 76.

Ad primum argumentum primæ sententiæ positum *num. 51.* Respondetur primo ex Panormitano & Summistis præallegatis, leges ciuiles præscribentes solemnitatem vltimarum voluntatum fundari in præsumptione fraudis iuxta tradita *num. 71.* ac proinde quando certò constat de vera, & libera voluntate testatoris illas non debere locum saltem ad impediendam obligationem naturalem, & necessitatem seruandi talem voluntatem in foro conscientiæ; sed quia fraus euitanda, potuit esse tantum causa impulsiua, & illius occasione leges absolutè statuisse tales solemnitates tanquam de forma: ideo iuxta Fachineum, Molinam, Lessium, & alios ex Doctoribus pro hac sententia relatis Respondetur secundò ex dictis supra *num. 34.* solemnitates iuris ciuilis esse de forma substantiali, & essentiali ciuiliter, ita quod testamentum ad profana sine illis conditum, sit nullum quoad inducendam obligationem ciuilē, & tribuendam actionem in foro externo, & quoad hoc habetur pro infecto, & ac si non extaret, quia lex ciuilis tali testamento nō assistit, nec vult facere aliquam probationem in foro iudiciali ac si non fuisset conditum; cum qua nullitate stat, vt ex eo oriatur obligatio naturalis ligans in foro Dei, & animæ heredem 77.

ab

ab intestaro ad res per volũtatem vltimam minus solemnem rrlictas tradendas illis, quibus relictæ sunt, si sciat seu fateatur talem esse veram, & sinceram voluntatem testatoris, & ius in his, quibus sic aliquid relictum est, ad illud exigendum, & retinendum, vt contingit in pactis nudis, ea quibus etsi nulla oriatur ciuilis obligatio, oritur, tamen obligatio naturalis, vt *supra* dictum est; leges igitur ciuiles solùm antecedenter inhabilitant testatores, auferuntque ab illis voluntatem, & potentiam ad testandum valide pro foro externo sine solemnitatibus, non vero pro foro interno. Quamuis etiam in foro externo habeatur aliquando ratio testamenti seu voluntatis minus solemnis, vt paragrapho præcedenti latè probatum est. Respondert potest secundò iuxta tradita supra *n.* 73. ex Vasquio solemnitates exigi solum ad certiorem probationem, atque adeo si hæredi ab intestato, & etiam legi, seu iudici certò, & indubitanter constet de vera, & sincera testatoris voluntate licèt minus solmeni, relicta deberi in vtroque foro; quamuis hæc sententis in praxi à iudicibus fori externi non seruetur, quibus etsi constet de voluntate libera, & vera testatoris ex testamento minus solemni, non adiudicant hæreditatem, vel legatum nisi iuxta *d. l. finalem Cod. de fideicommissis*, & §. *vltimo institut. de fidecommiss. hæred.* scilicet, nisi hæres ab intestato fateatur testatoris voluntatem, vel recuset iuramentum iuxta tradita *paragrapho præcedenti*.

78. Ad secundum argumentum positum *n.* 53. Respondetur non omnem legem iustam obligare in conscientia, seu esse seruandam in foro conscientiæ, nisi constet de voluntate legislatoris intendentis obligare etiam in conscientia, & vt obliget ad mortale debet etiam concurrere materia grauis, vt est communis opinio de qua Sayrus *d. cap. 7. num.* 1. & hoc sensu est intelligendus D. Thomas *loco citato*, cùm affirmat humanas leges obligare illarum transgressores ad culpam mortalem, vt notauit idem Sayrus *d. n.* 1. *fine.* in præsenti igitur legislatores, qui præscripserunt solemnis vltimarum voluntatum, non voluisse suas leges obligare in foro conscientiæ constat ex dictis in probationibus huius secundæ sententiæ, & ex dictis *paragrapho præcedenti* ad probandam posteriorem sententiam asserentem ex voluntate minus solemni oriri obligationem naturalem attenta etiam dispositione legum ciuilium. Itaque leges illæ etsi iustæ, vt pote introductæ ad euitandas fraudes, & falsitates in testamentis, & vltimis voluntatibus, & lites, ac contentiones in foro exteriori, atque adeo impedientes ciuilem obligationem, obligent quoad forum externum, in quo denegant actionem ex testamento minus solemni, neque illis assistunt quoad probationem in eodem iudiciali foro faciendam, ac si factum non esset, non autem obligant in foro interno, vbi constat de vera, & sincera volũtate testatoris; & hoc vrgentius conuincitur, supposito quod dictæ leges fundentur principaliter in præsumptione cõmissæ fraudis, & falsitatis, vt volunt Panormitanus, & Summistæ pro hac sententia allegari, & etiam Mantica *d. tit.* 14. qui proinde *n.* 18. ad argumentum respondet finem legis de solemniis testamenti esse; vt fraudis suspicionem excludat, in præsenti autem quæst. supponi testamentum verum, & sincerum, atque adeo legem non obligare in conscientia; eo quia, subdit idem Mantica, lex ciuilis quatenus est iusta, & rationabilis admittitur in foro conscientiæ, sed quatenus repugnat veritati, & legi diuinæ rejicienda est; vnde videtur sentire Mantica, quod leges non solum de facto non irritauerint testamentum nullum, sed nec potuerint quoad forum conscientiæ irritum reddere ob defectum solum solemnitatis iuris, si alioqui nulla interuenit fraus, & constet de libera, & intima voluntate testatoris, id quod videntur velle Panormitanus, & Summistæ præallegati, & absolutè tradit Fachineus *d. cap. 5. versic. tertium argumentum fine.* Et ad maiorem confirmationem huius responsionis quòd dictæ
leges de solemnitatibus testamentorum etsi iustè ad
solum vsum fori externi referantur, & in eo solum
habeant vim, adducuntur exempla plurium aliarum
legum ciuilium solùm forum exterius respicientium.
† Nam primo lex, quòd non possit in foro ea- 79.
terno actione proposita venditio rescindi ob quamcunque
venditoris læsionem in pretio, sed debeat
excedere pretij iusti medietatem. *l. si voluntate Cod. de
rescindenda vendit.* est iusta, & iustas ob causas ordinata;
Et tamen in foro conscientiæ emptor, qui læsit,
obligatur ad supplendum pretium iustum venditori.
vt tradunt Couarruuias *lib. 2. var. cap.* 4. Arias Pinellus
ad l. 2. Cod. de rescind. vendit. Sotus *de iustitia lib. 6. q. 3.
art.* 1. & Theologi, ac Summistæ communiter & est
certum. Quamuis enim lex ciuilis in hac specie iudicialem
exactionem deneget, non tamen tribuit ius
emptori ad retinendum supplementum iusti pretij. † Se- 80.
cundò Actiones ciuiles Redhibitoriæ quanti minoris, &
de dolo sunt certo tempore circumscriptæ, quo elapso
non admittuntur etiam si Reus malam fidem habuerit;
& tamen reus in foro conscientiæ manet obligatus ad
damni compensationem, vt post alios Iurisperitos, Theologos,
& Summistas tradit idem Couarruuias ad regulã
Possessor malæ fidei, p. 2. § 11. n. 5. versic. septimo ferè. † Ter- 81.
tiò de iure communi postquam sententia transiuit in
rem iudicatam non admittitur contra illam in iudicio
etiam euidens probatio, & tamen si constet re ipsa
fuisse iniustam, non valebit in conscientia, nec in foro
animæ deobligatur is, in cuius fauorem lata est, quia
lex solùm negat actionem, & nouam probationem in
foro externo, vt litibus finis imponatur. & ita licèt lex
ciuilis, & iudex fori externi testamentum minus solemne
pronunciet inualidum, etiam si certò moraliter constet
de libera, & vera voluntate testatoris in eo expressa,
eo quòd lex ciuilis non assistit tali testamento, nec
ex eo admittit in foro externo actionem, non ideo tamen
suam vim amittit quoad forum conscientiæ. Denique
sunt plures leges pœnales iustæ, quæ ante iudidicis
sententiam non obligant in conscientia ad pœnam
subeundam, non mirum igitur si etiam leges de solemnibus
testamentorum latæ sint tantùm pro foro externo,
cum etiam bonum commune non postulet, vt
testamentum minus solemne pro alio, quàm iudiciali
foro decerneretur nullum, & rejiciendum. † Ex dictis 82.
ad confirmationem *eodem num.* 53. adductam dato, quod
prædictæ leges non fundentur in sola præsumptione
fraudis, & falsitatis contra tradita supra *n.* 71. Respondetur
inde non sequi eas obligare in foro conscientiæ
cum non sint conditæ pro foro conscientiæ, sed pro foro
externo tantum iuxta iam tradita. Ad illud etiam quod
subditur cessante fine, & ratione legis in particulari
tantum, in eodem particulari non cessare legis dispositionem,
& obligationem, hoc admisso contradicta *n.*
68. Respondetur ex dictis in responsione ad argumentum,
& ex dictis suprà *n.* 69. in illo particulari, in quo
constat de veritate voluntatis minus solemnis non cessare
dispositionem legum de solemnitatibus testamenti
in foro externo, & iudiciali, pro quo conditæ sunt.

Ad tertium argumentum suprà *num.* 56. admisso, 83.
quòd in Republica sit potestas condendi leges circa testamentorum
& vltimarum voluntatum solemnia adhibenda
reddentes illas irritas, & nullas omninò etiam
in foro conscientiæ. Respondetur de facto id non fecisse
legislatores, sed leges suprà *num.* 4. adductæ testamenta
minus solemnia reddunt nulla solum in foro externo,
& non impediunt obligationem naturalem, vt
in præcedentibus probatum est, & etiam paragrapho
præcedenti in probatione secundæ sententiæ, imò
etiam iuxta leges ipsas ciuiles vltima voluntas minus
solemnis etiam in foro externo sæpe habet vim, nempè
producit effectum rei in ea relictæ retinendæ, si hæres
legitimus eam agnouerit, & soluerit relictum; Item si
hæres fateatur fideicommissum, vel legatum, imo etiam
hæredita

hæreditatem in minus solemni voluntate relictam in foro iudiciali compellitur defuncti voluntatem adimplere, & fideicommissum, vel legatum, & ipsamet hæreditas adiudicatur fideicommissario, vel legatario, aut hæredi scripto iuxta tradita suprà à *num.* 17. *ad* 35. *& num.* 49.

84. Ad quartum Argumentum positũ supra *n.* 57. admisso antecedenti negatur consequentia; eo quia forum iudiciale sæpè diuersum est à foro animæ, ita quod pluribus in casibus aliquid secundum forum externum iniustum reputatur, quod in foro conscientiæ locum non habet *cap. vltimo 17. quæst. 4. ibi iure fori, sed non iure poli.* & iuxta dicta *num.* 79. *& seqq.* iudex iustè pronunciabit contractum venditionis rescindendum non esse, nec iustum pretium supplendum; nec post tempus præscriptum à lege de dolo agi possit; nec contra sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, licet postea re ipsa constet fuisse iniustam admittendam esse probationem etsi euidentem ad illam rescindendam; & tamen his in casibus, is secundùm quem pronunciabit, quæ ad animæ iudicium, & conscientiam tutus non erit, vt suprà di- 85. ctum est. † Ad probationem consequentiæ respondetur iudicem, dum ad petitionem hæredis legitimi illi adiudicat hæreditatem possessam ab hærede scripto in minus solemni testamento, seu instituto in vltima voluntate minus solemni, de cuius veritate constat non auferre dominium, quod iure naturæ eodem hæredi scripto competit ex testatoris voluntate, sed solùm iuxta leges positiuas volentes ex tali testamento, seu minus solemni voluntate non oriri obligationem ciuilem, ac si non extaret, pronunciare hæreditatem ad hæredem legitimum, & ab intestato venientem esse deuolutam, quia ipse debet iudicare iuxta lege fori externi: Quare non pronunciat hæreditatem absolutè esse hæredis legitimi, sed esse illius quatenus apparet ex probationibus, quæ iuxta leges, & ius admittuntur, de cætero relinquens eundem hæredem legitimum conscientiæ suæ, sicut contingit, quando pronunciat venditionem non esse rescindendam existente læsione in pretio citra dimidium, & agi non posse de dolo post tempus à lege constitutum, nec contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam; Et sicut etiam contingit in pactis nudis, ex quibus iudex fori externi denegat actionem, licet ex eis res debita sit in foro conscientiæ. In his enim casibus, etsi sententia iudicis sit iusta, non ideo tamen absolutè tribuit dominium rei, aut ius retinendi, vel auferendi rem alienam iure naturæ, & in foro conscientiæ debitam. Idem ergo dicendum de sententia à iudice lata in fauorem hæredis legitimi contra hæredem vel legatarium scriptum in minus solemni testa- 86. mento. † Ad confirmationem positam *num.* 58. & eius duas priores probationes, ex Fachineo *d. cap.* 5 *fine*, Molina *d. disp.* 81. *versic. ad quintum*, Lessio *num.* 28. & Fagundez *num.* 24. Respondetur licet hæreditas in foro conscientiæ debita sit hæredi scripto, & illi eam post sententiam hæres legitimus conscius de vera, & libera testatoris voluntate restituere in eodem foro conscientiæ teneatur, hinc tamen non sequi sententiam iudicis, & leges ciuiles de solemnibus testamentorum, iuxta quas sententia pronunciatur, esse iniustas, & iniquas tanquam fouentes iniustitias, cùm solùm leges, & sententia iudicis forum tantum externum respiciant Quod verò inde occasionem homines nequam, & peruersi accipiant vsurpandi id, quod in foro conscientiæ non possunt vsurpare, & retinere, non est imputandum sententiæ iudicis, & legibus, aut legislatoribus, sed nequitiæ, & iniquitati illis abutentium, quia leges in commune bonum introductæ sunt; alioqui etiam leges denegantes actionem ex pactis nudis, ad rescindendam venditionem, vbi est læsio citra dimidium pretij iusti vel de dolo post lapsum tempus legale, vel post sententiam, quæ in rem iudicatam transiit, essent iniustæ, quia etiam ex his legibus peruersi homines possũt sumere occasionẽ vsurpandi & retinẽdi rem alienam. Ad tertiam eiusdem confirmationis probationem si haberet vim, vrgeret etiã contra leges, & iudicis sententiam, quibus in iudicio denegatur actio ex pacto nudo, & ad repetendum supplementum iusti pretij rei venditæ cum læsione citra dimidium, & ad compensationem damni sequuti ex re vitiosè, & dolosè vendita, quæ in iudicio petitur post tempus à lege constitutum ad agendum de dolo, quibus in casibus post iudicis sententiam potest vti occulta, & furtiua compensatione: dicendum igitur ex occulta compensatione leges præuidisse non posse oriri grauia incommoda, & scandala cum Reipublicæ perturbatione.

Ad quintum supra *n.* 59. positum Respondetur quod idem argumentum, si habet vim procederet in casibus rescisionis venditionis cum læsione notabili iusti pretij 87. citra dimidium, actionibus ciuilibus redhibitoriis. in reuocatione sententiæ, quæ in rem iudicatam transiuit, & vbi aliquid in iudicio peteretur ex pacto nudo; nam etiam in prædictis casibus si tutor in iudicio non tueretur pupilli causam, condemnaretur, & tamen si tueatur; pupillus non eximeretur ab obligatione satisfaciendi. Igitur ad argumentum respondet Lessius *d. dub.* 1. *n.* 29. tutorem non posse agere; & si hac de causa cogatur pupillo compensare damnum, pupillum teneri ei in conscientia ad restitutionem; & ipsum posse occultè tantundem surripere ex illius bonis: sed quia durum videtur tutorem absque sua culpa debere subire illud damnum compensationis, si ab actione abstineat ideò Fagundez *d. cap.* 7. *n.* 20. respondet tutorem debere alia commoda remedia tentare ad consulendum suæ indemnitati, antequam in foro externo prosequatur tale ius apparens pupilli; quod si nulla alia via se possit indemnem seruare, videri ei licitum, sicut & iudici agere ex authoritate legis, qua compellitur, & ob hanc legis necessitatem non imputabitur ei materialis iniustitia actionis, sicut nec iudici, quod non admittat probationem aliàs euidentem, aut ferat sententiam secundum allegata, & probata contra veritatem, & iustitiam sibi priuatim notam; & ideò post tentatos conuenientes modos declinandi talem actum iudicij, si illum declinare non potuerit, procedere debet secundum scientiam publicam iuxta sententiam saltem quoad causas ciuiles magis receptam, de qua re latè egi in primo tomo *horum moralium variorum titulo primo n.* 856. *ad* 873 Tenebitur tamen tunc pupillus factus conscius, & certioratus de voluntate testatoris illam implere, & si noluerit facere tutor ipse occultè præstare poterit ex bonis pupilli: Imo iuxta hanc secundam sententiam ad id tenebitur, in conscientia, si probabile iudicauerit alio modo non fore implendam defuncti voluntatem.

Ad sextum positum supra *n.* 60. Respondetur ex dictis supra *n.* 77. leges ciuiles tollere potestatem ad validè testandum ciuiliter, & pro foro externo, si iuris so- 88. lemnitates non fuerint adhibitæ, non vero ad validè testandum iure naturæ, & pro foro interno: lex enim ciuilis ob defectum duntaxat solemnitatis iuris noluit in hac specie impedire obligationem naturalem; imò iuxta Panormitanum, Summistas præallegatos, Fachineum, & Manticam locis supra *n.* 78 allegatos non posset impedire.

Ad septimum positum. 61. Respondetur primò testamentum ad profana factum absque solemnitate *d. cap. cum esses de testamentis* iure canonico esse nullum quoad obligationem ciuilem, & forum externum tantum, pro quo foro tantùm condita est decretalis, sicut & leges ciuiles de solemnibus testamentorum, vt in præcedentibus probatum est, atque adeo hæredem legitimum scientem testatoris voluntatem teneri in conscientia; Neque propterea dici potest iure canonico induci, aut permitti aliquod peccatum; nam ius canonicum (sicut supra *n.* 85. & 88. dictum est) cum solemnitates requirat solùm quoad forum externum, & ad inducendam

ducendam obligationem ciuilem, vllam hæredi non concedit potestatem testamentum infringendi, quod ipse hæres certò scit à voluntate defuncti processisse, quantum ad forum conscientiæ; & si hæres ipse ea illo iure sumat occasionem petendi, quod alijs relictum est, ipsius malitiæ imputandum est, non iuri in commune bonum constituto iuxta tradita suprà *n.86.* Secundo respondetur ex traditis *in præcedenti titulo n.61.* attenta dispositione iuris canonici in *d. cap. cùm esses*, de testamentis, testamentum ad profana conditum non seruata solemnitate ibi tradita esse validum, & seruandum etiam in foro externo, si per confessionem partis, vel aliam legitimam probationem de tali testamento facto constare possit. videantur *ibi* tradita.

90. Ad octauum positum *n. 62.* Respondetur quod ibi dicitur, procedere in dubio, seu quando hæres legitimus potest probabiliter dubitare de vera, & libera testatoris voluntate, & an fraus interuenerit, tunc enim posset se conformare præsumptioni legis; quemadmodum in primo tomo *horum moralium variorum tit. 1. n. 1450. ad* 1453. ostensum est, filium, qui natus est ea vxore in domo mariti, matri adulteræ asserẽti illum esse ea adultero genitum, non tenetur ei credere, sed potest se conformare legi, quæ præsumit illum legitimum, & existimare matrem odio, timore, vel amore inductam ad dicendum non esse filium mariti. At in præsenti specie supponitur hæredem legitimum esse certum de voluntate testatoris, quamuis non sit solemnis, veluti si præsens fuerit, vel ab eodem testatore certior factus sit, vel alia ratione de fide testium non dubitet; & ita non potest se conformare præsumptioni legis, sed debet conformari suæ conscientiæ, & defuncti voluntatem adimplere; sicut etiam filius, si crederet matri asserenti illum esse adulterinum, seu ex coniecturis verisimilibus esset moraliter certus matrem verum dicere, tenetur in conscientia abstinere ab hæreditate mariti, vt tradunt Doctores *d. n.* 1450. allegati.

91. Ad vltimum positum eodem *num. 62.* ex dictis supra *n. 81.* fine, Respondetur bonum commune videri non postulare, vt testamentum minus solemne pro alio, quam iudiciali foro nullum habeatur, & rejiciatur; per hoc enim videtur satis occursum fraudibus, & dolis, & rarissimè contingere potest, vt testamenta minus solemnia ad iudicium deferri non possint.

Corollaria ex præfata secunda sententia.

92. Ex hac sententia inferuntur Corollaria opposita Corollarijs suprà *n. 63.* deductis ea prima sententia. Primò enim infertur hæredem legitimum, seu venientem ab intestato, si sciat, vel meritò persuaderi sibi debeat voluntatem testatoris fuisse illam, quæ in testamento, vel codicillo minus solemni continetur, peccare lethaliter contra iustitiam, si vel petat in iudicio externo adiudicari sibi hæreditatem alteri ita relictam, vel non soluat legata, & fideicommissa eo pacto relicta. Et ad restitutionem eiusdem hæreditatis, solutionemque legatorum, & fideicommissorum tenebitur etiam post latam iudicis sententiam de nullitate testamenti, vel codicillorum, & adiudicationem hæreditatis factam sibi tanquam hæredi ab intestato. ita Mantica, Fachineus, Ferrus, Molina *d. disp. 81. versic. quod si hac*, Reginaldus, Lessius, & alij Doctores *n. 64.* relati. Addit Molina *ibidem* eundem hæredem ab intestato, qui in foro externo lite mota obtinuit hæreditatem contra voluntatem defuncti minus solemnem, quam sciebat esse veram, & liberam, teneri non solum ad restitutionem bonorum, sed etiam expensarum litis, aliorumque damnorum hæredi fideicommissario, aut legatario in eadem voluntate
93. minus solemni honoratis obuentorum. † Subdit etiam Aduocatos, quia iuxta tradita *paragrapho præcedenti* in probatione secundæ sententiæ, & in probatione huiusmet secundæ sententiæ, existimant hanc eandem sententiam esse veram, & conditores legum ciuilium de solemnibus vltimarum voluntatum noluisse ob defectum solemnitatis irritare in foro conscientiæ easdem volũtates minus solemnes; sed tantum pro foro externo; in foro conscientiæ teneri interrogare clientulos, qui eorum postulant patrocinium, vt ipsis tanquam hæredibus ab intestato in exteriori foro adiudicentur bona defuncti in minus solemni testamento, aut codicillo alijs relicta, nunc sibi persuadeant illam fuisse voluntatem testatoris, quod si affirment, vel ipsimet aduocati illis negantibus id sibi persuadeant, non posse illis præstare patrocinium, vt pote ad rem iniustam, tenerique illos admonere, non posse petere ea bona in foro conscientiæ, si indubitanter, & certò sciant eam fuisse voluntatem testatoris. † Secundò infertur hæredem, 94.
vel legatarium ex testamento, seu voluntate minus solemni, de cuius veritate, & synceritate non dubitant, neque agnoscunt fraudem, aut dolum interuenisse, si possideant hæreditatem, vel rem legatam, posse tuta conscientia retinere, & si non possideant, posse cessante scandalo facere occultam recompensationem, si hæreditas in foro exteriori hæredi ab intestato sit adiudicata, nec alia via recuperare possint. ita Molina *d. versic. Quod si hac*, alij allegati pro primo Corollario & allegati *n.69.* Hinc etiam, si hærede ab intestato petente coram iudice hæreditatem in minus solemni testamento relictam, hæres in eo scriptus negaret, vel falsis testibus se defenderet, non peccaret contra iustitiam, neque teneretur hæreditatem restituere hæredi ab intestato, cum is à parte rei, & in foro conscientiæ non habeat ius petendi supposita hac secunda sententia. Item si hæres institutus in testamento, quod probare non potest, propter detectum testium inhabilitatem, dum non potest in iudicio contentioso obtinere, potest occultè in foro conscientiæ surripere res hæreditarias. ita Sayrus *d. cap7. n.8. versic. Imò.* Alphonsus de Castro *fine* post Iasonem *in l.1. col.5. versic. aliam vtilitatem Cod. de testam.* Andream ab Exea *in repet. cap. canonum statuta n. 134. de constit.* quod omnino verum existimo, si tempore conditi testamenti erant habiles, & in numero sufficienti &
inhabilitas postea superuenit. † Infertur tertiò, legata- 95.
rium, cui in minus solemni testamento factum est legatum, posse aduersus hæredem ab intestato, cui constat de vera, & libera testatoris voluntate, ad recuperandam rem legatam vti denunciatione Euangelica, cum iuxta hanc sententiam legatario debeatur legatum ratione obligationis naturalis ex minus solemni voluntate nascentis, ac proindè, cum hæres peccet mortaliter non soluens legatum, quod scit verè esse relictum, est locus denunciationi Euangelicæ. ita Panormitanus *in cap. cum esses.* Iason *in d. l. cum quis n.15. Cod. de iuris & facti ignorantia.* Ripa *in d.l. nemo potest n 98. ff. de leg.1.* & alij, quos referunt Couarruuias *in d. cap. cum esses n.10. versic. octauo.* & Mænochius *de præsumpt. lib.1. quæst.80. n.36.* Vasquius *de success. creat. §.2. num.17.* Et idem iuxta hanc secundam sententiam facere potest hæres scriptus in minus solemni testamento, vt obtineat hæreditatem ab hærede legitimo qui certus esse veram voluntatem testatoris in eodem testamento contentam, non vult implere; militat enim eadem ratio, scilicet, quod retinendo hæreditatem contra defuncti voluntatem sibi notam, peccat mortaliter, & ita locum habet denunciatio Euange-
lica. † Quartò infertur eadem corollaria procedere, 96.
si hæredi legitimo, vel per solam cedulam manu testatoris scriptam continentem vltimam voluntatem constet, vel sibi certò ipse persuadeat, eam fuisse verè vltimam voluntatem defuncti testatoris, per quam alium à se hæredem instituit, vel fecit legatarium, vel per declarationem, aut commissionem à defuncto, dum viueret, viua voce sibi factam, innotuit eadem vltima voluntas. Nam cum iure naturæ tota substantia testamenti, seu vltimæ voluntatis consistat in sola voluntate humano modo declarata, quocumque modo de

de ipsa constet, illa in foro conscientiæ seruanda est. licèt tempore declarationis factæ per scripturam, vel viua voce ipsi hæredi intimatam non fuerint præsentes alij testes, qui iure naturæ inspecto non exiguntur ad substantiam testamenti, seu vltimæ voluntatis, sed ad probationem, *suprà* dictum est, & latius explicatum in
97. secundo tomo *horum moralium tit.* 9. 10. 11. & 12. † Et intra dubium hæres in conscientia tenebitur satisfacere voluntati defuncti, & soluere relicta sibi ab eodem defuncto viua voce expressa, seu commissa, si promisisset eidem defuncto se daturum, seu soluturum, cum tunc iam teneatur ex contractu. ita Doctores relati supra *n.*21. & 26. Sotus *de iustit. lib.* 4. *q.* 5. *art.* 3. *versic. tertio arguitur.* Sanchez *in consil. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 14. *n.* 15. Bonacina *de contract. d.* 3. *q.* 1. *p.* 3. *n.* 22. & Io. Lugo *de iustit. to.* 1. *disp.* 22. *n.* 257.

98. Iuxta hanc eandem sententiam dicendum etiam est, obligare in conscientia voluntatem minus solemnem explicatam in testamento, aut codicillo, aut donatione causa mortis carente solemnitate requisita à statuto particulari irritante, & annullante testamentum, codicillos, & donationem aliter facta. ita Molina *d. disp.* 81. & colligitur ex alijs Doctoribus *n.* 64 relatis. Nã statuta intelligi debent de nullitate in foro externo, sicut & intelliguntur leges ciuiles iuris communis, nisi saltem aliud in statuto exprimeretur, per quod denotaretur irritatio etiam in foro conscientiæ, statuta enim interpretationem sumunt à iure communi, vbi res est dubia.

Tertia sententia.

99. Tertia sententia constituit differentiam inter hæredem, & legatarium, seu fideicommissarium ex minus solemni testamento, seu voluntate; seu inter hæreditatem, & legata, seu fideicommissa in minus solemni testamento, seu voluntate relicta; & quoad hæredem, seu hæreditatem, conuenit cum prima sententia dicens hæreditatem naturaliter, seu in foro conscientiæ non deberi, nec posse retineri ab hærede instituto minus solemniter, sed esse restituendam hæredi legitimo ante sententiam, & in foro animæ. Quo verò ad legata, & fideicommissa conuenit cum secunda sententia affirmans deberi naturaliter, & in foro conscientiæ, & soluenda esse ab hærede ab intestato veniente, & ita multò magis si possidetur à legatariis, vel fideicommissariis, posse tuta conscientia retineri. ita post alios Alexander *in l. nemo potest. n.* 23. *ff. de leg.* 1. ibidem Gutierez *n.* 459. & 464. Capicius *decis.* 89. *n.* 2. & esse communem Doctorum testantur Ripa *in d. l. nemo potest n.* 102. Iason *ibidem n.* 75. Burgos de Paz *ad l.* 3. *Tauri n.* 1492. & alij, quos referunt Couarruuias in *d. cap. cum esses de testam. n.* 10. *versic. quarto sequitur*, & Vasquius *de successs. creat.* §. 2. *n.* 14. & ex Theologis hanc eandem sententiam Io. Lugo *d. disp.* 22. *n.* 256. tenet quoad fideicommissa, & *n.* 258. quoad legata relicta in minus solemni testamento, si hæres legitimus sciat, aut fateatur talem fuisse voluntatem defuncti, illamque agnouerit iuxta ex eo tradita supra *n.* 14. Eandem sententiam quoad fideicommissa relicta extra testamẽtum minus solemne in solis codicillis imperfectis quoad solemnitatem tenet Salas *de legib tr.* 14. *disp.* 16. *n.* 53. iuxta ex eo tradita suprà *n.* 16.

100. Hæc sententia nititur fundamento, de quo suprà *n.* 47. & 48. scilicet, quia ex vna parte testamentum minus solemne est nullum, ac pro infecto habetur iuxta ius ciuile in legibus suprà *n.* 4. allegatis; ex altera autem parte iura allegata suprà *num.* 12. & *num.* 18. Ex quibus colligitur ex testamento minus solemni oriri obligationem naturalem, quæ producit effectum retentionis etiam in foro externo, loquuntur solum in legatis, & fideicommissis; & ita quoad hæreditatem in testamento minus solemni relictam remanet illæsa dispositio facta in iuribus *d. num* 4. allegatis irritantibus, & annullantibus testamentum destitutum solemnitate iuris, seu vltimas voluntates in testamento minus solemni contentas, sed contra hanc sententiam sunt tradita suprà *n.* 49. vbi probatum est, ex minus solemni testamento oriri obligationem naturalem etiam quoad hæreditatem iuxta easdem leges *num.* 12. & 18. allegatas ob eam præsertim rationem, quod hæreditas, est maioris momenti, quàm legatum, ac proinde etiam magis contrarium est voluntati vltimæ defuncti, magisque difficile possidenti beneficio vltimæ voluntatis minus solemni, & eam restituat hæredi ab intestato; Quapropter si leges præfatæ allegatæ *d. num.* 12. concedunt legatario, & fideicommissario ex minus solemni voluntate posse etiam in foro exteriori retinere legatum, & fideicommissum solutum, quod possident, censendum est multo magis concedere, vt hæres ipse ex minus solemni testamento retinere possit hæreditatem.

Quarta sententia.

Quarta sententia, quæ est Ioannis Valeri *de differentiis in vtrumque forum* verbo *lex diff.* 8. *num.* 17. dicit duo. Primum, testatorem regulariter teneri in conscientia seruare omnem solemnitatem in testamentis à iure positiuo requisitam, cùm sit instituta ob bonum publicum, & ad obuiandas multas fraudes, quæ circa testamenta emergere poterant; & hoc ait idem Valerus probari ratione suprà *n.* 53. adducta, & aliis rationibus pro priori sententia adductis. Secundum si testator non seruauit solemnitatem à lege requisitam ob iustum aliquod impedimentum, seu ob iustam ignorantiam suam, vel Notarij, tunc hæredem scriptum virtute testamenti minus solemnis, & imperfecti posse capere bona, seu hæreditatem & ea retinere, dum non declaratur per iudicem esse nullum, & imperfectum. Nam præfatum testamentum imperfectum, inquit, quamuis in foro externo appareat nullum, in foro tamen conscientiæ, est validum, dum non declaratur per iudicem esse nullum; qua declaratione ad instantiam hæredis ab intestato sequuta, idem Valerus *ibidem*, & verbo *testamentum diff.* 2. *versic. in foro conscientia*, *fine*, ait esse nullum etiam in foro animæ. † Addit idem Valerus *d. num.* 10. adeò verum esse, tale testamentum minus solemne esse in foro conscientiæ validum, vt si quis conficiat prius testamentum solemne, & postea manu sua propria faciat alterum testamentum; standum sit vltimo licèt imperfecto, probata manu testatoris, & in pluribus regnis anteferri primo etiam in foro exteriori. Dicit etiam contractus minus solemnes, & testamenta imperfecta esse talia ob aliquod impedimentum, seu ignorantiam, atque adeo non esse mirum si valeant in foro animæ, vbi constat de voluntate libera, & non coacta, vel decepta testatoris, vel contrahentium. Nam etsi teneantur seruare in vtroque foro (inquit) solemnitates à iure statutas, iustum tamen impedimentum, & iusta ignorantia eos excusat; & sic æquitas suadet, vt dictis in casibus sint excusati tam testator, & eius hæres, quam contrahentes. Quod si impedimentum, & ignorantia non fuerint iusta, & excusabilia, cognito hoc, & declarato per iudicem, tunc dicit Valerus, quod citra omne dubium testamenta, & contractus declarabuntur nulla, & consequenter talis sententia obligabit in conscientia statim hæredem scriptum ad restituenda bona hæreditaria hæredi legitimo, seu venienti ab intestato, & contrahentes ad facienda ea, quæ Iudex præcipiet.
† Quare iuxta hanc Valeri sententiam hæres scriptus in testamento minus solemni, cum testator potuisset adhibere solemnitatem iuris ante iudicis sententiam tenebitur in foro conscientiæ hæreditatem, & bona restituere hæredi legitimo, etiam si ei constat de vera, & libera voluntate testatoris, & nullam

nullam omninò fraudem interuenisse; In quo discrepat à sequenti sententia absolutè asserente hæredem, & legatarium ex testamento, seu vltima voluntate minus solemni, si ei non constet testatorem fuisse aliqua fraude deceptum, & appareat de libera eiusdem voluntate, posse tuta conscientia retinere hæreditatem, aut rem legatam, donec per iudicem hæredi legitimo fuerit per sententiam nullitatis testamenti adiudicata. Ex prædictis quoque traditis ex eodem Valero videtur colligi, quod si testamentum verè factum sit minus solemniter ob iustum impedimentum, & hæres scriptus certus esset de tali impedimento, ita vt nullam haberet occasionem dubitandi de contrario, licèt in foro externo iudicaretur impedimentum non fuisse iustum, idem hæres scriptus non teneretur in conscientia ad restituenda hæreditaria bona hæredi venienti ab intestato; in hoc enim casu procederet illa ratio æquitatis suadens in tali casu testatorem verè fuisse excusatum ab obseruantia solemnitatis iuris, & ita testamentum in foro conscientiæ esse validum, & ita translatum dominium hæreditatis in hæredem scriptum. Hanc sententiam Valeri quoad secundum dictum probant tradita supra *n.50.*

104. Non omittam notare hic differentiam, quam idem Valerus verbo *Testamentum dicta differ. entia secunda versic. sed remanet* constituit inter testamentum minus solemne manu testatoris nullis præsentibus testibus factum, & testamentum minus solemne factum coram duobus testibus tantum; Primum enim manu testatoris factum ait præualere alteri etiam solemniter prius facto, & valere in vtroque foro, idquè ex eo potissimùm, quia constat de contraria voluntate testatoris; non autem testamentum minus solemne coram duobus testibus conditum: Quod si obijciatur cum idem non debeat dici de hoc testamento facto coram duobus testibus, cum tam probent voluntatem testatoris testes, quam litera, & subscriptio eiusdem testatoris *l. in exercendis Cod. de fide instrum.& cap.2.tit.eod.* vbi quod tam probant testes, quàm instrumenta; & sicut testamentum potest probari per instrumentum à testatore subscriptum *l. hac consultissima Cod.de testam.* ita & per testes *l.1. Cod. eod.* vt latè tradidi *to 1.horum moralium variorum tit.10. num.* .... & amisso testamento potest testatoris voluntas solis testibus probari *l. Testium Cod. de testibus.* Respondet idem Valerus, paria esse testes, & instrumenta in hoc sensu, scilicet, quia res probari potest per testes, & per instrumenta; & si res scripturam requirat, & si amissa scriptura fuerit, potest nihilominus probari per testes, licèt requirantur quinque testes, vt disponit *d.lex testium.* Præterea, inquit, aliud est constare de voluntate testatoris per eius literam, & manum, & aliud per testes, eo quod solemnitates requisitæ à iure in testamentis intelliguntur, & loquantur de testamentis receptis per Notarios (inquit) non de factis per ipsosmet Testatores, quamuis (addit) alicubi etiam requirantur tres testes ad testamenta facta per Testatores, nempe eum traduntur per eos Tabellioni clausa; hic autem sermo, & quæstio est de testamentis inuentis tempore mortis manu testatoris defuncti scriptis. Tertio respondet Valerus in probatione per testes posse esse fraudem, & subornationem; non sic in testamento manu testatoris scripto, ac proinde non mirum si testamentum vltimum manu testatoris factum præualeat primo etiam solemni; secùs (subdit) si secundum testamentum sit imperfectum ex defectu testium, & factum coram tabellione, vel verbo coram testibus. Denique respondent paria esse scripturam privatam manu propria, & scripturam manu tabellionis ex Hippolito *in reper. rub. Cod. de prob. n.275.* vnde non mirum si valeat magis testamentum manu testatoris factum, quàm imperfectum per tabellionem receptum. Quamuis ait in Principatu Cathaloniæ tanta fides tribuatur tabellionibus, vt testamentum à solo Notario coram testatore receptum probet, & fidem faciat, etiam in foro iudiciali sine vllis testibus. Hæc ibi Io. Valerus, quæ continent aliqua minus vera, vt quod solemnitates requisitæ à iure ciuili in testamentis intelligantur solum de testamentis receptis per Notarios, non de factis per ipsosmet testatores; si enim hoc verum esset, nullum esset priuilegium, quod testamentum inter liberos, militare, & ad causas pias sola manu testatoris scriptum, vel subscriptum valeat etiam in foro externo, si scribentis manus recognoscatur; de qua re videantur tradita à me in *to. 1. horum moralium tit. 10. 11. & 12.* Quare etiam minus verum est iure ciuili communi inspecto testamentum inter extraneos manu testatoris scriptum sine vllis testibus valere, seu fidem facere in foro externo, etiam si manus scribentis recognosceretur, sed vt valeat, & probet, debere esse factum cum solemnitate præscripta in *l. hac consultissima Cod. de testamentis in principio.*

Quinta & vltima sententia.

Quinta sententia asserit testamentum ad profana solum sine solemnitatibus iuris omni cessante fraude, & quancunque voluntatem vltimam minus solemnem, in qua nulla interuenerit fraus, aut dolus in foro conscientiæ nec omninò valere, nec carere omni validitate, scilicet valere antequam instante hærede ab intestato iudex fori externi pronunciet sententiam de nullitate, & hæreditatem illi adiudicet, omnem vero vim, & valorem amittere etiam in foro conscientiæ post præfatam sententiam, adiudicationem per iudicem factam, ita quòd si hæres, vel legatarius ex tali testamento, seu vltima voluntate, in quo, seu in qua constet nullam interuenisse fraudem, hæreditatem, seu rem sibi relictam absque vi, & fraude nactus sit, & obtineat, non teneatur illam restituere, sed habet ius retinendi, & potest illam retinere donec per sententiam iudicis fori externi condemnetur, seu hæreditas legitimo hæredi fuerit adiudicata, at post condemnationem, & adiudicationem teneatur restituere; Quod si hæres legitimus non exigat, quia forte ignoret testamenti nullitatem, quamuis possessor id sciat, non tenetur illi reuelare. Econtra verò hæres veniens ab intestato licèt sciat in tali testamento minus solemni nullam interuenisse fraudem, & testatoris voluntatem fuisse veram, & liberam; nihilominus potest tuta conscientia in iudicio petere hæreditatem, & iudex tenetur eam illi adiudicare, & etiam pronunciare eum liberum à soluendis legatis in tali testamento minus solemni relictis; & eandem hæreditatem sic adiudicatam sibi potest idem hæres ab intestato in foro conscientiæ capere, & retinere, nec tenetur eam relinquere, aut legata soluere. Ita Sotus *de iustit. lib. 4. q. 5. art. 3.* Bañes *1. 2. preambulo ad quæst. 65.* Victoria relatus à Bartholomæo Salonio *2. 2. quæst. de dominio art. 4. versic. vltimo multi viri graues,* & à Molina *d. disp. 81. versic. quartum denique,* Sanchez *in cons. mor. lib. 4. cap. 1. dub. 14. n. 6.* Suarez *de legibus lib. 5. cap. 35. n. 7.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 17. n. 2. 3. & 4.* Atiaga *in 1. 2. tract. de legibus disp. 23. n. 71. fine.* Castrus Palaus *theol. mor. to. 1. tract. 3. disp. 5. p. 10. n. 7.* Stephanus Bauny *theol. mor. to. 3. tract. 11. quæst. 6. conclusione 2.* & nonnulli alij Theologi relati à Sanchez *d. dub. 14. n. 5.* & ex Iurisperitis ita sentiunt Mænochius *de præs. lib. 1. quæst. 80. n. 7. 28. 31. & 33.* Burgos de Paz relatus à Sanchez *d. n. 5.* & ita etiam videtur sentire Io. Valerus verbo *Testamentum* versic. *in foro conscientia.* vbi absolutè ait, testamentum minus solemne esse nullum etiam in foro animæ postquam Index ad instantiam legitimi hæredis, seu venientis ab intestato declarauit esse nullum. licèt verbo *de diff. 8. n. 17.* dicat esse validum in foro conscientiæ solum quando solemnitas deficit ob iustum impedimentum facti, vel ignorantiæ. iuxta autem hanc sententiam Mænochius *dict. quæst. 80. num. 38.* concordat Couarruuiam, & Alexandrum, Ripam 105.

Ripam & alios contraria docentes; nam dom Couarruuias *in d.cap.cum esses de testamentis n.6. versic. secundò infertur* dicit eum, qui possideat bona testatoria ex titulo minus solemnis voluntatis, teneri etiam in foro animæ hæredi legitimo intestati illa restituere, quamuis non dubitet de libera, & spontanea testantis voluntate, ait eum esse intelligendum, quando possessor fuit ab hærede legitimo requisitus, & conuentus in iudicio, dum verò Alexander, & alij, quos refert, & sequitur Ripa in *l. nemo potest. post num. 97. ff. de leg.* 1. asserunt præfatum possessorem posse tuta conscientia retinere rem sibi in minus solemni testamento relictam, aic esse intelligendo, quando is possessor ab hærede venienti ab intestato non fuit requisitus, & in iudicio conuentus, vt restituat, quia sua sponte restituere non tenetur. Sed Couarruuias citra omne dubium vult teneri ad restitutionem etiam ante omnem requisitionem, & conuentionem in iudicio ab hærede legitimo factam, & ante omnem iudicis sententiam de nullitate eiusdem testamenti minus solemnis.

106. Fundatur hæc sententia in eo, quod licet Conditores legum ciuilium de solemnibus testamentorum, si voluissent, potuissent per ipsas leges ipso facto auferre à testamento, seu voluntate minus solemni omnem vim naturalem, & dominij translationem ipso facto eandem vltimam voluntatem irritando absque iudicia sententia, & declaratione, tamen de facto per solas leges non abstulerunt omninò obligationem naturalem, & translationem dominij, quam vltima voluntas minus solemnis inre naturæ inspecto habet; sed per illas leges solum voluerunt, & intenderunt testamentum minus solemne nullam parere obligationem ciuilem, nec facere fidem in foro externo, & dederunt iudici fori externi potestatem irritandi omninò talem actum, seu vltimam voluntatem minus solemnem, & iuris forma destitutum, & consequenter tollendi illam, & mutandi rei dominium; cum hoc ex vna parte non excedat potestatem legis ciuilis, seu conditorum legum ciuilium; & ex alia parte ratio boni communis postulet, vt lex habeat hanc efficaciam omninò irritandi, & cassandi talem voluntatem, auferendique ab vno dominium, & applicandi alteri.

Quod igitur Principes legum conditores non voluerint, seu intenderint per ipsas leges ipso facto tollere omnem vim naturalem ab vltima voluntate minus solemni, sed vim tribuendi actionem ciuilem, & faciendi fidem in foro externo, atque potestatem iudici eam cassandi, & retinendi, ac irritandi, & priuandi omni effectu, ac si nunquam extitisset.

107. Primo probatur ex fine legum, qui tantum fuit obuiare fraudibus, & dolis, ad quem finem sufficit, vt in iudicio huiusmodi testamenta, seu vltimæ voluntates sine legum solemnitatibus nullam fidem faciant, possintque à iudice irritari, & omni effectu priuari, perinde ac si nonquam extitissent, ergo hoc tantum censendæ sunt leges istæ de solemnibus vltimarum voluntatum intendere neque aliquid aliud.

108. Secundò, quod Principes non videantur velle ad aliud obligare, ex eo infertur, quod id non significent per verba legum, aut aliquid aliud, vnde efficacitet possit colligi, sed tantum obligationem naturalem, ac vim dictarum vltimarum voluntatum minùs solemnium non esse efficaciter irreuocabilem, sed per sententiam Iudicis cassari posse.

Quod autem verba legum id apertè non significent, ostenditur, tum quia in institut. titulus sic habet *Quibus modis testamenta infirmentur* non enim dicit, sint ipso facto nulla, sed infirmentur: cum quia in *l. hac consultissima Cod. de testam. §. ex imperfecto*, non dicitur testamentum imperfectum nullam habere vim; sed ex imperfecto testamento non volumus voluntatem defuncti tenere; id est colligi, scilicet, quia tale testamentum eo ipso, quod est imperfectum, est suspectum; si ergo certò constiterit, & extra omnem suspicionem de voluntate testatoris, habebit vim quamuis imperfectam, donec per iudicem infirmetur; tum quia *lege 3. Tauri* apertè dicitur solum, quod testamenta, & codicilli sine solemnitate in ea lege præscripta fidem non faciant, nec sufficiant ad probationem vllam in iudicio, & extra.

Tertiò si dictæ leges de solemnibus testamentorum, & vltimarum voluntatum se ipsis, & ipso facto irritarent omninò vltimas voluntates, & omni effectu priuarent ante iudicis sententiam, possidens hæreditatem, aut legatum ex titulo testamenti imperfecti sciens solemnitatis defectum, sed tamen non interuenisse fraudem, & talem fuisse testatoris voluntatem, teneretur ex vi earundem legum in foro conscientiæ hæreditatem, vel rem legatam restituere hæredi legitimo; hoc autem est nimis durum, & valde difficile, vt qui possidet rem ex voluntate vera, & libera dantis, seu testatoris sibi certò nota, sponte teneatur illam alteri dare; leges autem humanæ regulariter non obligant ad valde difficilia, & à quibus natura hominis valde abhorret. Vnde etiam vt hic possidens restituat, non est in vsu apud viros peritos, & timoratos, donec iudex præcipiat, & condemnet. & ita hic procedunt dicta suprà *n. 76.* 109.

Quòd verò eædem leges concedant iudici potestatem, vt omninò irritet voluntatem minùs solemnem, & illam toilat, ab eaque auferat omnem vim etiam naturalem, mutetque rei dominium, probatur, quia suppositis talibus legibus, necessarium est, vt possint seruari sine occasione iniustitiæ, & peccati; si autem per iudicis sententiam iuxta eas pronuntiantis in fauorem hæredis legitimi non cassaretur omnis via, quam alioqui seclusis legibus haberet vltima voluntas minus solemnis, de cuius veritate, & sinceritate constaret; per eas leges daretur manifestè occasio iniustitiæ, & peccati, & procederent tradita suprà *n. 57. & 58. in 5. argum. primæ sententiæ.* 110.

Corollaria ex hac sententia.

Ex hac sententia iuxta eosdem Doctores illam tenentes infertur primo per vltimam voluntatem minus solemnem, in qua constat non interuenisse vllam fraudem, aut dolum (sicut constat quando eo inscio hæres, aut legatarius vocatus est, & testes sunt fide digni, & tales, de quibus nulla moraliter loquendo possit esse fraudis suspicio, vel vltima voluntas appareat per cedulam manu testatoris scriptam, vel ei, qui futurus est hæres ab intestato, vel in alio testamento solemni prius hæres institutus erat, testator sponte dixit, & declarauit se velle, vt talis esset suus hæres, vel titulo legati haberet talia bona) transferri dominium in foro interiori, sed reuocabile per Iudicis sententiam. † Ex quo secundò infertur hæredem institutum, vel eum, cui aliquid relictum est per talem voluntatem minus solemnem, posse hæreditatem capere, vel retinere tuta conscientia, si nihil ei opponatur, seu contra excipiatur, aut per iudicem oppositum definiatur, & apertè condemnetur; & etiam non tenetur defectum solemnitatis alteri venienti ab intestato, vel in testamento solemni prius institutio detegere, cum nemo teneatur sibi nocere, aut alterius bonum curare cum damno proprio, nisi iam ex aliquo officio ad id teneretur, vt si tutor esset hæres ex testamento imperfecto bonorum, quorum suus pupillus est hæres ab intestato, teneretur aut manifestare illud, & agere contra se ipsum, quia est tutor, & ex iustitia, & officio tenetur, quantum potest procurare bonum pupilli, aut tutelam dimittere. ita Sanchez *d. dub. 14. n. 14.* allegans alios Neotericos. Tertiò infertur hæredem ab intestato venientem, vel in anteriori testamento solemni institutum posse cassationem, & irritationem testamenti, seu voluntatis minus solemnis, licèt nouerit nullam adfuisse fraudem, tuta conscientia in iudicio exteriori petere, vt sibi hæreditas adiudicetur, seu vt ipsemet ab intestato, aut ex priori testamento 111. 112. 113.

testamento solemni succedat. Neque hæ duo corol-
laria repugnant, quia licet ex diuersis non tamen op-
positis principijs deducuntur; nam iste hæres ab in-
testato, vel ex priori testamento solemni testamentum
minus solemne oppugnat, & cassari, & irritari facit
ob beneficium legis ciuilis, quæ talia testamenta in-
firmanda, & irritanda decernit; alter verò hæres, vel
legatarius ex testamento seu voluntate minus solemni
hæreditatem, vel rem legatam capit, & retinet bene-
ficio voluntatis defuncti ex se valida, & habentis
naturalem vim transferendi dominium, & de facto
transferentis licèt reuocabiliter, scilicet, donec hæ-
res ab intestato, vel ex testamento solemni non oppo-
suerit, & vsus fuerit beneficio legis rescindentis, seu
tribuentis iudici potestatem rescindendi, & conse-
quenter mutandi dominium. Hoc enim beneficium
114. bis tantum prodesse debet, qui eo vtuntur. † In casu
autem, quo pupillus esset hæres, vel legatarius ex
minus solemni voluntate, seu testamento, & pos-
sideret, & tutor hæres ab intestato, poterit quidem
agere contra testamentum, & petere rescissionem, &
sibi adiudicari hæreditatem, aut rem legatam, sed
priùs debet petere alium tutorem, vel curatorem pu-
115. pilli ad eam litem. † Quarto contra Molinam, &
alios Doctores secundæ sententiæ infertur, post sen-
tentiam Iudicis ad instantiam hæredis ab intestato
latam, & rescissionem testamenti minus solemnis,
per quam hæreditas ipsa iam eidem hæredi ab intestato
adiudicata est, hæredem in eodem minus solemni
testamento institutum, & legatarios pariter, ac fidei-
commissarios non posse vti occulta compensatione;
imò si aliquid hæreditatis possideant post dictam sen-
tentiam, & adiudicationem teneri, in foro conscien-
tiæ illud restituere eidem hæredi ab intestato, qui igno-
ret illud ab ipsis possideri, ac proindè non petat. cum
enim per sententiam testamenti irritatiuam, & adiu-
dicatiuã hæreditatis per iudicem factam iuxta leges ciui-
les annullata remaneat omnis vis naturalis vltimæ vo-
luntatis minus solemnis, & mutatum dominium, quod
translatum est in eumdem hæredem ab intestato; hære-
di instituto, & legatario nominato nullum remanet,
seu competit ius ad hæreditatem, vel legatum, aut fi-
deicommissum. Quod si stylus alicuius Curiæ (inquit
Layman *d. cap.* 17. *n.* 7.) esset vt hæreditas conferretur
secundum voluntatem defuncti etiam ex testamento
minus solemni, tunc, inquit, cessante scandalo posset
citra omne dubium hæres institutus, vel legatarius
occultè accipere, quod sibi defuncti voluntate reli-
ctum esse certò scit, licèt in exteriori foro id probari
non possit, & hæreditas iam per iudicem hæredi ab
116. intestato adiudicata sit. † Quintò infertur, quod si
hærede ab intestato exigente coram iudice hæreditatem
in minus solemni testamento relictam hæres in eo insti-
tutus negaret, vel falsis testibus se defenderet, vel oc-
cultaret testamentum teneretur eam restituere hæredi ab
intestato ita cum alijs Neotericis Sanchez *d. dub.* 14. *n.* 13.
quia supposita hac sententia quinta, hæres ab intestato
habet verum ius ex iustitia ad illam hæreditatem, & non
per legem pœnalem, sed per legem, quæ directè conce-
dit illi ius ad illa bona obtinenda per iudicis sententiam
& adiudicationem, ac proindè alius illi facit manifestam
iniuriam impediendo illum, ne consequatur ius suum, &
consequenter tenetur illi restituere, Sexto Menochius
d. quæst. 80. *n.* 39 post Petrum Pecchium *in tract. de testam.
coniugum l.* 4. *c. vlt.* infert, quod stante statuto prohiben-
te maritum posse legare vxori (quod statutum conditum
est ob præsumptam fraudem mulierum, quæ maritos
blanditijs alliciunt ad sibi relinquendum) etsi constet ma-
ritum verè sua spontè reliquisse, nihilominus mulier non
potest retinere inuitis, & reluctantibus succedentibus ab
intestato, vel hæredibus scriptis, cum illa testatoris dis-
positio legi repugnet, quod tamen attenta hac sententia
debet procedere solum reluctantibus prædictis post sen-
tentiam in eorum fauorem à Iudice latam iuxta dicenda
infrà *n.* 125. † Septimò ex prædicta sententia inferunt 117.
aliqui hæredem ab intestato, vel ex testamento solemni
priori hæreditatem alteri relictam in testamento minus
solemni, aut rem in eodem alteri legatam posse primo
præoccupare, & si eam iam possideat posse tuta con-
scientia retinere, etiam antequam eam petat in iudicio &
per iudicis sententiam adiudicetur. ita expressè Sanchez
d. dub. 14. *n.* 5. & apertè iudicat Sotus *d. art.* 3. *versiculo si
autem exempl.* quod si defunctus per illegitimum testa-
mentum instituit hæredem extraneum, & neque ille, ne-
que defuncti hæres ab intestato possessionem adiuit, sed
vterque est ea probitate, vt nolit possessionem capere, nisi
sibi ius faueat, absque dubio hæres scriptus debet cedere,
& posthaberi; & hæres ab intestato hæreditate potiri,
eidem Soto id attribuit Bartholomæus Salon vbi suprà
versic. ex hac sententia. Sanchez verò, Layman Ariaga,
Palaus & Bauny locis supra *n.* 105. allegatis expressè di-
cunt hæredem ab intestato posse contra hæredem in te-
stamento minus solemni nuncupatum agere in iudicio
ad rescissionem testamenti, & ad faciendum sibi adiudi-
cari hæreditatem, & eam hæreditatem postea non teneri
in conscientia restituere. Fundamentum vero corollarij,
esse potest (vt ponit Salon *vbi suprà*) quia cum idem hæres
ab intestato, vel iam institutus in priori testamento so-
lemni possit vti beneficio legis, & apud iudicem illam
hæreditatem, vel rem legatam exigere potest præoccupa-
re, aut iam possessam retinere, quasi à iudice statim illa
accepturus; sicut cum, qui pecunia credita cum promis-
sione solutionis lusit, ludo prohibito lege permittente
in iudicio repetitionem pecuniæ perditæ solutæ, si exi-
gatur à victore, non teneri ei pecuniam perditã soluere,
cum statim possit beneficio legis in iudicio petere, affir-
mant Adrianus, Couarruuias, Molina, & Sotus, quos
referunt, & sequuntur Lessius *de iustit. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 24.
& Sanchez *de matr. lib.* 1. *disp.* 31. *n.* 2. & latius *lib.* 6. *disp.* 38.
n. 34. & alij, quos refert Sayrus *lib.* 11. *clauis cap.* 13. *n.* 21.
cum enim iure *Auth. alearum vsus Cod. de relig. & sumpt.
fun.* detur perdenti actio repetendi in iudicio pecuniam
perditam solutam ei, qui lucratus est, non videtur obli-
gari ad soluendum ne dicamus, eum obligari ad actum
otiosum, qui statim rescindi queat: & quia ex *reg. qui ad
agendum* 71. *de reg. iur.* 96. & *l. inuitus § cui domus ff. de reg.
iur.* cui datur actio, conceditur exceptio; quapropter cum
per leges detur actio ei, qui perdidit in ludo per leges
prohibito, & etiam hæredi ab intestato contra hære-
dem in testamento minus solemni institutum, con-
sequenter competit vtrique exceptio, scilicet ne vnus
rem perditam soluere teneatur, & alter hæreditatem
quàm possidet non teneatur restituere. Quare iuxta
hanc sententiam, seu præfatos Doctores, & hæres
scriptus, & legatarius nominatus in testamento minus
solemni, in quo nulla fuit fraus, & constet de pura,
& libera testatoris voluntate possidens bona hæredi-
taria, vel legata est tutus in foro conscientiæ, & li-
citè potest retinere vsque ad iudicis sententiam; &
etiam hæres ab intestato, vel ex priori testamento so-
lemni possidens hæreditatem, aut rem legatam alteri
instituto, vel legatario relictam in eodem testa-
mento minus solemni potest licitè eam retinere.
Quod idem docuerunt Alexander *in d. l. nemo potest
num.* 33. Ripa ibidem *num.* 99. & alios allegans Tira-
quellos *post leg. connub.* Glossa *num.* 21. & 22. & defen-
dit Vasquius *de success. creatione* §. 2. *num.* 18. Hæres
enim scriptus, & legatarius tutè in conscientia reti-
net, quia sequitur voluntatem vltimam defuncti, quæ
etsi minus solemnis iure ciuili, habens tamen iuris
gentium solemnitatem, valet, & transfert ius & do-
minium naturaliter, & in foro animæ vsque ad
iudicis sententiam. Hæres verò ab intestato, vel
ex testamento priori solemni tutè in conscientia præ-
occupat, & retinet hæreditatem, aut rem in tali te-
stamento minus solemni relictam, si eam iam possideat,
quia

quia id facit authoritate, & beneficio legis tribuentis illi ius, & actionem ad illam hæreditatem, & ad illa bona alteri legata in tali testamento minus solemni.

118. † Quòd si contra hoc, quod vterque possidens sit tutus in conscientia, objiciatur cum Couarruuia in *d. cap. cum esse de testam. n.* 10. *versic. sexto.* quia si alter iustè & tuta conscientia habet ius ad hæreditatem, & iustè eam possidet, alter non potest habere iustam causam dominij, & retinendi, & proindè tenetur restituere. Respondet Vasquius *d. n.* 18. hoc non obstare, eo quod in pluribus causis quoad retinendum melior sit causa possidentis, atquè adeo dicit Vasquius apud vtrumque esse plenum ius retinendi, cum apud neutrum plenum sit ius, vt *in cap. in pari causa*; nam in præsenti ius non est integrum hæredi legitimo, quia scriptus habet voluntatem testatoris; & etiam scriptus non habet integrum ius, quia testamentum est minus solemne; & hæres indubitanter in foro contentioso obtineret, & etiam in foro conscientiæ tutus est, si possideat, quia iustè putat, vel saltem dubitat, an vera sint contenta in testamento, & cum de veritate contentorum sit dubius, habendus est perindè ac si omnino esset ignoratus *l. fin. Cod. de condit. indeb.* item hæres scriptus, cum si videat interuenisse in tali testamento solemnitatem iuris gentium, & sit conscius sibi se falsitatis nihil commisisse, non est, cur non intelligatur tutus in foro conscientiæ, si de voluntate testatoris certus sit. ita Vasquius: cuius responsio non procederet, si hæres legitimus esset & ipse certus de voluntate sincera testatoris. Posito igitur, quòd etiam hæres legitimus sit certus de voluntate testatoris, vehementer videtur vrgere oppositio Couarruuiæ; & verè difficile captu videtur quod vterque iustè in foro animæ possideat, & retinere possit ante iudicis sententiam, iuxta hanc quintam sententiam; tum quia darentur duo domini eiusdem rei simul, & eodem tempore, & cum eadem cognitione, seu scientia, quod est impossibile; tum quia si ante iudicis sententiam hæres scriptus possidens est verus dominus ratione iuris, & dominij in ipsum translati per vltimã voluntatem defuncti minus solemnem, vt docet hæc quinta sententia, ergo hæres ab intestato ante iudicis sententiam tuta conscientia non potest bona hæreditatis accipere, & retinere, sed imo si possideat tenetur restituere eidem hæredi scripto donec adueniat iudicis sententia, per quam illi hæreditas adiudicetur. Tum quia si idem hæres ab intestato, vel in priori testamento solemni institutus posset retinere in foro conscientiæ, quia potest in iudicio fori exterioris petere, & illi potest per iudicis sententiam adiudicari hæreditas, ergo potest (vt vrget Vasquez *dicto opusc. de testamentis cap. 3. n. 7.*) etiam furtim subripere, & spoliare occultè hæredem scriptum, & legatarium nominatum, si possideat hæreditatem, vel rem legatam; & ita iuxta hanc opinionem quintam esset magna confusio iustitiæ. Rursus licet possit petere in iudicio, tamen antequam petat, & iudex per sententiam illi adiudicet, & tribuat; illa hæreditas, seu illa res legata est hæredis instituti, & legatarij nominati, cui iuxta hanc sententiam confertur à parte rei, & naturali iure ius, & dominium ex minus solemni voluntate, licèt reuocabile per iudicis sententiam, ergo ante hanc sententiam non potest accipere, nec retinere, alioqui licitè posset accipere, & retinere rem alienam inuito domino; item saltem si non esset petiturus, vel sine fraude, & vi hæredis scripti, vel legatarij nominati, aut alterius cuiusuis non posset petere, tunc saltem non possit accipere, & retinere, sed si possideret, deberet restituere eidem hæredi scripto, & legatario nominato. Neque obstat, quod idem hæres legitimus possit vti beneficio legis: Nam iuxta hanc sententiam lex se ipsa, & ipso facto non tribuit illi ius, & dominium bonorum alteri relictorum in testamento minus solemni (in hoc enim hæc sententia discrepat à prima, quæ censet tribui per ipsam legem) sed tantum confert iudici potestatem, vt tollat omnem vim à voluntate defuncti minus solemni, & mutet dominium, igitur auxilio legis solum post iudicis sententiam potest accipere, & retinere. † Non obstat 119
etiam quod *n.* 117. dictum est de eo, qui debitum in ludo prohibito pecunia credita contractum retinet, quia iuxta leges ciuiles illud solutum repetere potest. Nam contrarium, & teneri in conscientia pecuniã perditam in ludo, & promissum soluere, si à victore petatur, tradũt Alphonsus de Castro, Ioan. Medina, Martinus Ledesma, Bañes, Corduba, Valentia, & Rodriquez, quos allegat & sequitur Sayrus *d. l.* 11. *c.* 13. *n.* 21. *versic. 2. sent.* idem etiam sentit Salas *de contract. ludi dub* 26. *versic. dicend. tamen.* Nam ex vna parte promissio de re licita iure naturali seruãda est, & ex altera lex illa ciuilis in *Auth. alearum vsus Cod. de relig. & sumpt. fun.* se ipsa non annullat contractum ludi, sed solum ei, qui perdidit, & soluit dat ius repetendi in iudicio, non autem dat ius, vt propria authoritate sibi ius dicat. Neque ex eo, quod potest repetere in iudicio, solutio dici debet inutilis, & otiosa, tum quia seruare fidem nunquam est inutile; quin potius maxima esset Reipublicæ pernicies non stare promissis; tum quia forte postquam soluerit, non erit petiturus, vel ob verecundiam, vel quia non inueniet testes, quibus probet se soluisse; tum quia si ludentes pecunia credita sciant, se teneri ad solutionem pecuniæ perditæ, licet postea possint repetere, facilius à ludo abstinebunt, qui est finis illius legis. Non obstat etiam regula *d. n.* 117. relata, quæ procedit in foro exteriori, in quo ei conceditur exceptio, cui conceditur actio in eodem foro. † Potest etiam, qui ludo pro- 120.
hibito amisit pecuniam cum promissione soluendi non soluere, si petat in iudiciu vt rescindatur, & cassetur talis promissio, vt aiunt in terminis Sayrus *loco citato*, Valentia 2. 2. *q. 6. p. 5.* §. 2. & Salas *vbi suprà*, ob eam rationem, quod lex concedens repetitionem, vt postea translatio dominij irritetur, à fortiori concedit promissionem in iudicio cassari posse, & interim dum res agitur in iudicio, potest solutionem retinere, secus propria authoritate sine iudicis sententia. Sed de hoc plura Sayrus, Sanchez, & Salas *vbi suprà*. Et quod non possit retinere, sed teneatur soluere perditam pecuniam, nisi sit certus quod illam petiturus erat coram iudice, asserit etiam Vasquez loco *numero præcedenti* allegato.

121. Præter prædicta cõtra hanc eandem quintam sententiã obijcitur, quòd verba legum de solemnibus testamentorum significent irritationem ipso facto, si testamentum sine eisdem solemnitatibus fiat, nam allegata lege *Hac consultissima Cod. de testam.* dicitur: *vbi testamentum non fuerit subscriptum, pro infecto habeatur*; infectum autem & irritum, seu nullum idem sunt in iure: & *instit. Quibus modis testamenta infirmentur* §. *ex eo* dicitur apertè testamentum imperfectum nullum est.

122. Hanc eandem sententiam arbitror tanquàm rem ferè indubitatam non esse admittendam; tum quando hæres legitimus conscius defectus solemnitatis soluit legatum, vel fideicommissum in testamento minus solemni relictum, tunc enim non potest amplius repetere in iudicio, iuxta iura allegata suprà *n.* 12. & tradita ibidem, & numeris sequentibus; tum quando idem hæres legitimus fassus est voluntatem testatoris fuisse, vt alteri redderet fideicommissum, vel legatum, tunc enim etiam in foro exteriori cogetur soluere vi legum ciuilium iuxta suprà *n.* 18. cum pluribus sequentibus.

123. Iuxta hanc eandem sententiam, asserendum est, hæredem legitimum non posse hæredem scriptum, vel legatarium nominatum in testamento minus solemni, si bona defuncti ipsis relicta possideant, & constet de veritate volũtatis defuncti, propria authoritate spoliare, aut vti occulta compensatione, idque etiam si non posset in iudicio petere, cessante omni fraude, vi & metu, atque iniustitia; sed posse tantum acquirere per iudicis sententiam; ratio euidens est, quia iuxta hanc sententiam lex ciuilis, & positiua se ipsa hæredi legitimo non concedit bona alteri minus solemni testamento

relicta, sed solùm, & nun nisi per sententiam iudicis, cui lex facit potestarem rescindendi tale testamentum, seu vltimam voluntarem minus solemnem irritandi omninò, & consequenter mutandi dominium bonotum.
124. † Er ita etiam victum in ludo prohibito à lege concedente repetitionem in iudicio, qui soluit pecuniam perditam, cuius dominium victot vi contractus ludi acquisiuir, licet reuocabile per Iudicit sententiam, qui non est eandem pecuniam in iudicio petiturus, vel ob metum dedecoris, vel ob aliam causam, cum aliunde iniustè non impediatur petere, non posse vti occulta compensatione contra Adrianum, & Iosephum Anglem tradunt Lessiut *de iustit. lib.* 2. *cap.* 26. *n.*21. Sanchez *de matr. lib* 6. *disp.* 38. *n.* 32. Sayrus *lib.* 11. *clauis cap.* 13. *n.* 16. Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 21. *n.* 4. Maior, Soto, Ioannes Medina, Alphonsus à Castro, Molina, Bañes, & plures alij, quos Sayrus, & Layman tafetunt; idque ob eandem rationem, scilicet, quia victur per legem eiuslem non babet ius ad recuperandum amissum nisi per iudicis sententiam, cum aliud lex illi
125. non concedat. † Vnde etiam, vt hæres scriptus, vel legatarius nominatus in testamento minus solemni possidens hæreditarem defuncti, vel rem legatam teneatur illam restituere hæredi legitimo, non sufficit, vt iste in iudicio petierit, sed necessaria est sententia iudicis, per quam vltima voluntas defuncti minus solemnis de facto irritetur, & eiusdem defuncti bona eidem hæredi legitimo petenti adiudicentur, ante quam sententiam ijdem hæres scriptus, & legatarius nominatus possidentes semper retinent dominium ex defuncti voluntate, & consequenter non tenentur ad restitutionem. Hoc enim conuincit eadem ratio, scilicet, quod lex ciuilis de solemnibus vltimarum voluntatum se ipsa non concedit hæredi legitimo dominium bonorum, sed solum media Iudicis
126. sententia. † Hoc idem confirmatur ex eo, quòd is, qui ludo alearum prohibito à lege permittente repetitionem lucratus est, non tenetur pecuniam, quam lucratus est, restituere, statim ac amittens in iudicio petierit, & ante iudicis condemnationem, sed solùm postquam iudex illum condemnauerit, quia lex non obligat nisi sequuta iudicis sententia, vt in his terminis tradunt Alphonsus à Castro *de potestate legis pœnalis lib.* 2. *cap.* . *Coroll.* 3. Michael Salon 2. 2. *q.* 5. *de Dominio art.* 6. *dub.* 2. *concl.* 4. & Ludou. Carbo *tract. de restitut. q.* 43. *dub.* 3. quos refert, & sequitur Sayrus *d. cap.* 13. *n.* 15. Hæc quoad hanc quintam, & vltimam sententiam.

Resolutio, & iudicium Authoris.

Quid in tanta opinionum varietate sentiam sequentibus aperiam.

Primum dictum Auctoris.

127. Et primò dico, certum esse omnes prædictas opiniones esse probabiles, tum propter authoritatem, & numerum Doctorum cuiusque opinionis, tum propter fundamenta, quibus quælibet sententia nititur. Secunda verò & authoritate, & multitudine Doctorum illam asserentium, & rationibus, quibus fulcitur mihi videtur probabilior, & ab ea nunquam discederem in casu, in quo propter impedimentum facti scilicet, quia cum non potuerit testator habere maiorem numerum testium ob loci solitudinem, vel aliam causam coram duobus testibus suam vltimam voluntatem ad profana explicauit. In hoc enim casu mihi videtur omnino dicendum talem vltimam voluntatem minus solemnem fore validam, & seruandam, vbi de ea constet; tum propter dicta suprà *numero* 50. & quatuor sequentibus; tum quia suprà *n.* 75. dictum est, verè valdè durum videtur, vt si tempore, & loco, quo moritur quis non potest absque sua culpa adhibere solemnitates iuris positiui, remaneat omninò inhabilis ad testandum, nec possit de rebus suis vllo modo disponere, cum nihil sit homini in extremis laboranti dulcius, & maioris consolationis, quàm de rebus suis disponere, & naturali æquitati repugnare videatur, hoc illi denegare absque sua culpa; & ideo in tali casu, si etiam nullos testes habere posset, si hæredi ab intestato præsenti testator committeret, vt aliqua legata, vel fideicommissa alteris, vel alijs daret, existimo eum teneri voluntatem defuncti adimplere, non solùm si promisisset defuncto se id præstiturũ, aut tacuisset, sed etiam si testatori dixisset se non teneri, nec velle eius voluntatem tanquam minus solemnem adimplere. Item in tali casu si testator non valens habere vllos testes absque sua culpa alicui præsenti liberè, & cessante omni fraude, & dolo ac metu diceret; post meam mortem facio te hæredem meum, vel relinquo talia, & talia bona, iste in foro conscientiæ tutè posset hæreditatem, vel bona legata capere; & etiam post sententiam Iudicis in fauorem hæredis legitimi latam furtiuè, & occultè, & cessante scandalo surripere. Et in casu, quo testator à venientibus ab intestato, vel à quocunque alio iniustè fuisset impeditus habere notarium, vel testes iuxta iuris positiui dispositionem sufficientes ad valorem testamenti, vel codicilli, aut donationis causæ mortis si per cedulam manu propria scriptam, vel tantùm coram duobus testibus explicasset, ac declarasset suam vltimam voluntatem, hanc etiam in foro exteriori, si iudici constet de in iusta violentia, fore seruandam existimo tanquam certum, quia nemo debet reportare commodum ex iniustitia, & quia alioqui leges ipsæ fouerent iniustitiam.

Secundum dictum Auctoris.

Secundò quoad primam sententiam dico non debere procedere in legatis, & fideicommissis per minus solemnem voluntatem relictis ab hærede legitimo sciente voluntatem defuncti fuisse minus solemnem solutis; hæc enim legatarius, vel fideicommissarius retinere potest tuta conscientia, cum etiam in foro exteriori leges non permittant repetitionem hæredi legitimo, qui scienter soluit, iuxta tradita suprà *n.* 12. *& seqq.* nec etiam in fideicommissis nondum ab hærede legitimo solutis, quæ in testamento, seu voluntate minus solemni testator, seu codicillator fidei hæredis commiserit, & iusserit solui post eius mortem, quando idem hæres fassus est talem fuisse defuncti voluntatem; nam etiam in hoc casu fideicommissarius habet ius cogendi in iudicio eundem hæredem ad fideicommissi solutionem, iuxta tradita supra *n.* 18. *& seqq.* & ita si non posset alia via obtinere, liceret ei vti occulta compensatione. 128.

Responsio ad argumenta secundæ sententiæ posita supra num. 65. & seqq.

Ad argumenta autem secundæ sententiæ, quatenus impugnant eandem primam sententiam, & etiam quintam quoad illam eius partem, quòd voluntas minus solemnis inualida sit etiam in foro conscientiæ, post sententiam iudicis, qua sit annullata, & bona defuncti hæredi ab intestato adiudicata iuxta Doctores earundem sententiarum primæ, & quintæ.

Ad primum *num.* 65. positum respondetur probabile esse ex testamento minus solemni non oriri obligationem naturalem veram, ac propriam obligante in conscientia, sed solum obligationem naturalem impropriè, scilicet, ex quadam honestate, & debito morali, iuxta tradita à *num.* 4. *ad* 10. & præsertim quoad hæreditatem in testamento minus solemni relictum iuxta tradita suprà *n.* 47.

Ad secundum positum *n.* 66. ex dictis suprà *n.* 53. *&* 54. *& n.* 67. respondetur finem legis ciuilis de solemnibus testamentorum rationemque principalem non fuisse fraudem, vel dolum, qui contingit in particularibus casibus,

casibus, sed illorum periculum in communi, quæ ratio nunquam cessat, licèt in aliquo particulari casu non interueniat vlla fraus, aut dolus, dum autem non cessat finis, seu ratio legis in communi, & in vniuersum, atque adæquata lex semper in quocunque casu obligat
129. iuxta magis communem Doctorum opinionem. † Quòd si dicatur legem diuinam cessante illius fine etiam in particulari tantum non obligare, vt patet in præcepto correctionis fraternæ, quod vbi nulla est spes correctionis, seu emendationis, quæ est correptionis finis, non obligat, ergo tantò minus cessante illius fine obligat lex humana, quanto inferior est. Respondetur ex Soto *d. art. 5. fine* disparem esse rationem, nam præceptum correptionis fraternæ non habet pro fine commune bonum, sed particularem emandationem fratris, ac proindè, quando ille cessat, superuacanea esset correptio; finis autem legum annullantium testamentum imperfectum, & quamcunque vltimam voluntatem minus solemnem est bonum commune, seu obuiare in communi periculo fraudis, & falsitatis in ijsdem testamentis, & vltimis voluntatibus ob commune bonum vt *d. n. 53.* explicatum est.

130. Ad tertium positum *n. 71.* ex dictis Respondetur leges annullantes testamentum imperfectum, & minùs solemnes voluntates vltimas non fundari in præsumptione fraudis, & falsitatis, quæ in singulis casibus interuenit, sed in præsumptione periculi fraudum, & falsitatum in communi; hoc enim probant textus ibidem adducti; cum autem illud periculum in communi nunquam cesset, neque etiam cessat, legum obligatio; neque ex eo, quod in casu particulari cesset fraus, & dolus possunt dictæ leges dici fundatæ in falsa præsumptione; nam præsumptio periculi in communi, in qua fundantur, semper adest.

Ad quartum positum *n. 73.* ex dictis suprà *n. 52.* & ex Doctorum communi opinione respondetur solemnitatem à iure ciuili in testamentis requisitam esse de forma essentiali, & sustantiali, & non tantùm probatoria.

131. Ad quintum positum *num. 74.* respondetur solemnitates vltimarum voluntatum à iure ciuili fuisse introductas in fauorem testatorum, & vt certius eorum voluntates implerentur, neque paterent fraudibus, & dolis, non tamen considerarunt fauorem testatorum in particularibus casibus, & ob bonum tantum particulare testantium, sed in ordine ad bonum commune, se proinde leges vniuersaliter noluerunt haberi tanquam valida testamenta ijsdem solemnitatibus destituta, licet in aliquo particulari casu eisdem solemnitatibus cesset omnis fraus, & dolus, & constet de veritate voluntatis testatoris; quia alioqui non videbatur rectè prouisum fraudibus iuxta tradita suprà *n. 62.*

132. Ad sextum positum *n. 75.* Respondetur primo æquitatem naturalem exigere, vt seruentur omninò vltimæ defunctorum voluntates & per eas in alium transferatur rei dominium, quando sunt legitimæ, & iuxta leges regulatæ. Secundò respondetur, sicut est naturali iuri, & æquitati conforme quempiam posse liberè de suis bonis disponere, & illorum dominium in alium transferre; ita etiam æquitati, & iuri naturali conforme est, vt Respublica, quæ est custos ciuium, & respicit commune bonum, possit modum transferendi dominium præscribere, & arctare ciues suos ad illum propter bonum commune, ita vt irritus sit actus aliter factus. Quare leges decernentes solemnitates contractuum, & testamentorum ad illorum valorem, qui, vel quæ alioqui iure naturæ tantum inspecto valerent, non sunt contraria iuri naturæ, quod vnusquisque habet ad disponendum de suis bonis; cum eodem iure naturæ destinetur homo, vt pars politica ad bonum commune, teneaturque de suis bonis disponere eo modo quo exigit bonū commu-
133. ne. † Vnde etiam ad illud, quod valdè durum videtur, quem absque sua culpa fieri inhabilem ad disponendum de suis bonis, respondetur ex Soto *d. art. 5. fine* & Bartholomæo Salonio nullum esse inconueniens, vt quis citra suam culpam & negligentiam ob ignorantiam inuincibilem, vel fortuitum euentum impediatur disponere de bonis suis, vt bonum commune seruetur; & pax tuta sit in republica; leges namquè quantumuis iustæ non possunt cauere omnes euentus particulares, sed tantum respiciunt bonum commune, & quæ communiter eueniunt, præsertim, inquit Salonius, cum iste casus sit maximè fortuitus, & rarus, cùm possit quiuis vel minima diligentia habere in oppido quantumuis exiguo integrum numerum testium; & licèt etiam de iure naturali valeat testamentum coram duobus, vel tribus testibus factum iuxta illud: *In ore duorum vel trium*, vt *in titulo præcedenti* dictum est, tamen cùm hoc ius naturale non sit præceptiuum, vel prohibitorium, sed tantum permissiuum leges ciuiles potuerunt ob commune bonum numerum augere, nequè propter hoc dicuntur repugnare iuri naturali positiuè, sed tantùm negatiuè, vt titulo præcedenti *num. 13. & 14.* explicatum est.

Ad septimum positum *num. 76.* respondetur ex Salonio prædictos viros esse tutos, non quia voluntates vltimæ ad profana minus solemnes transferant verum dominium, sed quia cum & opinio prima, & secunda videantur ipsis probabiles propter dignitatem Doctorum, qui vtramque amplectuntur, sunt meritò, & prudenter dubij, & in dubijs melior est ratio possidentis; sicque tuta conscientia possident. Quod verò *num. 77.* additur ex Fagundez non constat practicari; etsi talis praxis alicubi habeatur in foro iudiciali hæres scriptus, & legatarius titulo minus solemnis voluntatis hæreditatem, vel rem legatam possidens tuta conscientia, poterit eam cum fructibus retinere, donec iudex eandem voluntatem minus solemnem rescindat, & irritam declaret iuxta sententiam quintam. 134.

Responsio ad argumenta quintæ sententiæ.

Quoad argumenta autem quintæ sententiæ quatenus eidem primæ sententiæ aduersantur; ad primum positum suprà *n. 107.* respondetur prædicto fini euitandi fraudes, & dolos non sufficere, quod vltimæ voluntates minus solemnes sint nullius fidei in foro iudiciali; sed oportuisse esse nullas ipso facto etiam in foro animę, nam in foro iudiciali sæpæ non possent declarari nullæ, & rescindi vel ob inopiam hæredis legitimi, vel potentiam hæredis scripti, vel iniquitatem iudicum, vel ob perfidiam tabellionis, & testium. 135.

Ad secundum positum *n. 108.* patet responsio ex dictis *n. 120.* vbi ostensum est verba legum ciuilium significare nullitatem ipso facto: an autem verba *legis 3. Tauri* importent nullitatem ipso facto explicabitur infrà *n. 162. & seqq.*

Ad tertium positum *n. 109.* respondetur talem possidentem teneri ad restitutionem, & licet hoc videatur rigidum, & durum ac difficile carni, & humanæ cupiditati, tamen ob bonum commune euitandarum fraudum in vltimis voluntatibus Principes Legislatores ad id potuerunt, & voluerunt obligare suis legibus, quibus annullare ipso facto testamenta imperfecta, seu vltimas voluntates minus solemnes voluerunt. Quod autem talis restitutio etiam apud viros timoratos, & peritos non sit in vsu, non est mirum, quia cùm pro eadem quinta, & secunda opinione, sicut & pro prima, tot sint Doctores, qui possidet, opinionem suæ vtilitati fauentem, iudicat probabiliorem, vel saltem probabilem, ac proinde tutus est in conscientia eam sequens. 136.

Tertium dictum Auctoris.

Tertio, suppositis probabilitate prædictarum opinionum primæ, secundæ, & tertiæ; vterque, scilicet, tam hæres legitimus, quam hæres seu legatarius in testamento, seu voluntate minus solemni institutus, aut nominatus, cui constat de sincera, & libera testatoris voluntate possidens actu hæreditatem, vel bona relicta, vel 137.

debita, valeat etiam in foro animæ, debeant esse facta cum debitis solemnibus iuris ciuilis; quia non aliter præsumendum est à legislatoribus, & à iure patri concessam talem potestatem disponendi pro filio impuberi de illius bonis, nisi seruata forma, & adhibitis solemnibus in dispositione facienda, ab iisdem legislatoribus, & iure requisitis ad eius valorem; & nemo potest vti priuilegio validè, nisi seruata forma, quam concedens priuilegium vult in eius vsu debere seruari tanquam quid essentiale, & substantiale. Quapropter factâ de prædictis bonis per patrem substitutione pupillari minus solemni illos excludente, poterunt tuta conscientia hæredes venientes ab intestato petere in iudicio hæreditatem pupilli, & si in iudicio non repellantur, sed obtineant dicta bona illa retinere, licèt in ipsis præcesserint illæ coniecturæ, seu illa signa, quæ potuerint eos patri impuberis reddere suspectos; si enim prædicta signa iure naturali, aut positiuo non iudicantur sufficientia ad excludendos ab hæreditate impuberis eosdem venientes ab intestato in casu, quo pater illi alios non substituisset pupillariter; neque etiam erunt sufficientia ad eos excludendos facta per patrem substitutione pupillari nulla omninò ex defectu solemnium iuris ciuilis, cum quoad prædicta bona ad impuberem quoad proprietatem spectantia, & quoad legitimam pupillo à patre debitam habeatur pro infecta omninò, scilicet non solum in foro ciuili, sed etiam in foro animæ.

Si testator in articulo mortis existens dicat hæredi absque testibus da Petro post obitum meum mille ex bonis meis, *an hæres teneatur in conscientia dare suppositâ primâ sententiâ.*

142. Dubium secundum, vtrum supposita prima sententia posita suprà *n.51.* vel quinta quoad secundam partem, in qua conuenit cum prima, si quis in articulo mortis constitutus suo hæredi dixit *post obitum meum da Petro centum aureos ex meis bonis*, vel commisit, vt aliquid aliud de suis bonis ei daret nomine legati, vel fideicommissi, & idem hæres non promisit se daturum, sed nihil dicens, seu respondens tacuit, nec vllum aliud signum cõsensus, aut promissionis exhibuit, an iste hæres in foro conscientiæ teneatur soluere, & voluntatem defuncti sibi explicatam implere. Dixi *suppositâ primâ sententiâ*, nam supposita secunda sententia posita suprà *n.64.* quod vltima voluntas minus solemnis in foro conscientiæ obliget, si de ea certò constet, iste hæres, cum sit certus de voluntate defuncti libera, & sincera, teneretur illam implere, vt etiam dictum est suprà *n.96.* Dixi etiam *idem hæres non promisit*; nam si hæres promisit defuncto se daturum, tunc teneretur dare ex contractu cum ipso defuncto inito, vt dictum est suprà *n.97.* & tradunt Doctores *ibidem* citati; sicut etiam idem hæres dare cogeretur etiam in foro externo, si iudici constare posset de tali promissione, per confessionem eiusdem hæredis, vel alia via, vt tradit Picchardus loco supra *n.26.* allegato. hoc pacto tantum intelligens procedere *l. finalem Cod de fideicom.*
143. *& §. vltimus instit. de fideicom. hæredit.* † Difficultas ergo est quando hæres non promisit, nec renuit defuncto, sed tacuit; an tunc tenetur dare, & defuncti voluntatem sibi nullis, vel in numero ad testamentum, vel Codicillum, aut donationem causa mortis minimè iuxta ius positiuum sufficientibus declaratam. Et negant Sotus & Sanchez locis supra *n.97.* relatis: & ita etiam respondisse quendam doctum Iurisperitum testatur ibidem Sanchez; & probatur, quia ea voluntas vltima est minus solemnis, quæ iuxta dictam primam sententiam non obligat, neque in foro ciuili, neque in foro conscientiæ. At affirmant Bonacina, & Ioannes Lugo locis *eodem n.97.* relatis. & aiunt idem docuisse Vasquez: probant, quia licèt talis hæres nihil explicitè promiserit, dum tamen non renuit, sed tacuit, censetur tacitè consensisse, & promisisse, seu acceptasse obligationem, & ita remansit obligatus ex contractu cum eodem defuncto inito; nam ex ipsa taciturnitate præsumitur consensus, quando, qui tacet, tenebatur loqui. vt latè tradit post alios Augustinus Barbosa *tom. 3. collect. in lib. 5. sexti Decretalium in regulam qui tacet 43. num 11. & quatuor sequentibus de reg. iuris in 6.* & ego ipse in *tract. de contractu matrimonij cap. 3. num. 163.* Confirmat Lugo quoad fideicommissum, quod defunctus hæredi audienti, & tacenti commisit alteri post eius mortem dandum, confirmat, inquam, ex verbis *l. finalis Cod. de fideicom.* supra *num. 18.* relatis; ex dictis enim verbis Ioannes Lugo ait constare, non solum oblato iuramento deberi fideicommissum fidei hæredis sine iuris solemnitate commissum, sed etiam ante oblatum iuramentum; cum lex dicat; *si hæres perfidia tentus adimplere fidem recuset, negando rem ita esse subsequutam*; ex quibus verbis patet, quod ante oblatum iuramentum iam hæres perfidus erat negando fideicommissum. At sublata per legem ciuilem necessitate solemnitatis ad fideicommissum, eo ipso relinquitur obligatio naturalis ex voluntate testatoris
sufficienter manifestata naturaliter oriens. † Verùm 144
persistendo in prima sententia *dicto n.51.* posita, iuxta quam propositum dubium hic examinatur, probabilior videtur responsio Soti, & Sanchez vniuersaliter sumpta, quoad hæreditatem, legata, & fideicommissa, si hæres ab intestato, cui defunctus absque testibus præsentibus dixit *post obitum meum volo vt bona mea sint Petri*, vel *Petro dabis talia bona*, vel commiserit fideicommissum restituendum, & ipse tacuerit nullum omninò aliud signum taciti consensus, seu tacitæ promissionis ostendens, hæc enim vltima voluntas, cum sit minus solemnis, nullo modo obligat neque naturaliter iuxta eandem primam sententiam, & tradita ad illam confirmandam.
† Ad rationem autem Bonacinæ, & Ioannis de Lugo 145.
respondetur, non apparere, cur hæres in tali casu teneatur loqui, seu reclamare, & renuere, ex taciturnitate autem non præsumitur consensus, nisi quando, qui tacet tenebatur non tacere, sed reclamare, vt docet Barbosa *d. n. 15.* & tradidi *d. cap. 3. n. 163.* Præterea *d. regula qui tacet consentire videtur*, non procedit in præiudicialibus tacenti iuxta Doctores magis communiter, quos refert Barbosa vbi suprà *num. 9.* vnde in promissione onerosa promittenti promissarium tacendo non censeri consentire allegato *cap. 3. de contractu matrimonij dict. num. 163.* tradidi ex Couarruuia & pluribus aliis, item dictam regulam non procedere, cum quis non contradicit actui, quem tacens impedire non potest, docent plures à Barbosa vbi supra *num. 6.* relati, & alij, quos ego in *dicto tractatu de matrimonij contractu cap. 11. num. 380.* refero. Ad confirmationem Ioannis de Lugo desumptam ex *l. fin. Cod. de fideicommiss.* respondetur probabilius quidem esse ex dicta lege colligi obligationem naturalem oriri ex voluntate vltima minus solemni non solum quoad fideicommissa, & legata, vt vult idem Lugo sed etiam vniuersaliter, & etiam quoad hæreditatem, vt ex dictis suprà *num. 28. 30. & 31.* constare potest, non tamen id certò ex ea lege conuincitur, cum variis modis illam intellexerint Doctores, vt constat ex traditis suprà *à num. 19. ad 30.* & quidem Picchardus loco suprà *num. 26.* relato, & Doctores *num. 21.* allegati volunt procedere, quando hæres promisit explicitè defuncto se soluturum legatum, aut fideicommissum. Couarruuias autem, qui negat vniuersaliter ex voluntate vltima minus solemni oriri obligationem naturalem propriam, & obligare in conscientia, & alij Doctores suprà *num. 19.* allegati volunt dictam legem finalem habere locum solum, quando hæres conuentus à fideicommissario negauit à se fideicommissum fuisse relictum & postea delato ei iuramento opponit fuisse relictum in voluntate minus solemni; idque statutum esse in pœnam mendacij, vt *num. 30.* dictum est.

An

An secreta, & simplex reuocatio prioris testamenti solemnis obliget in conscientia ad restitutionem hæredem in eo testamento institutum si ei nota sit talis reuocatio.

146. Dubium tertium, vtrum si testator secretò reuocauit testamentum prius solemniter factum, dicens quod nolebat illud valere, vel volebat intestatus decedere, hæres in eo testamento scriptus certus de tali reuocatione teneatur in foro conscientiæ hæreditatem restituere hæredibus venientibus ab intestato. Teneri in foro conscientiæ prædictum hæredem in primo testamento institutum restituere, cum non habeat voluntatem testatoris post Baldum *in l. 1. Cod. de sacros. Eccl. penult. column.* sentiunt Gomez *in l. 3. Tauri n.* 103. *in fine versic. quarto limita.* & Stephanus Gratianus *discept. for. to. 4. cap. 763. n* 10. imò quod etiam quoad forum exterius simplex reuocatio prioris testamenti solemnis, & perfecti valeat, & illud testamentum annullet, tenuit Imola *in l. si scriptum §. reg. ff. de liber. & posth.* quem refert Gomez vbi suprà *n.* 102. *fine.* & quoad forum conscientiæ ita tenendum est, supposita secunda sententia posita suprà *n.* 64. asserente absolutè ex vltima voluntate minus solemni libera, & sincera, de qua certò constet, oriri obligationem illam seruandi in foro conscientiæ. At verò supposita prima sententia posita suprà *n.* 51. asserente absolutè voluntatem minus solemnem non obligare in conscientia, contrarium dicendum est. Nam de iure ciuili simplex verbalia reuocatio, & nuda voluntas reuocatoria prioris testamenti non valet, nec reuocat, sed requiritur, quod fiat vel coram septem testibus, & contineat institutionem aliquam, vel solum coram quinque testibus cum expressione testatoris, quod volebat intestatus decedere; vel coram tribus testibus concurrente perseuerantia longi temporis scilicet cursu decem annorum, de quibus omnibus pòst alios Gomez *ad l. 3. Tauri n.* 102. Stephanus Gratianus *d. cap. 763. à num. 3. ad* 14. inclusiuè. & Sanchez *in consil. mor. lib. 4. cap. 1. dub.* 13. *n.* 12. *& dub.* 38.

Quando testator secretò reuocat legatum, vel donationem causa mortis, an teneatur legatarius, vel donatarius restituere.

147. Quod si testator secretò, & minus solemniter reuocauerit legatum, vel donationem causa mortis, an tunc legatarius, vel Donatarius certus de reuocatione teneatur restituere hæredi scripto, vel ab intestato, si nullus sit testamentarius. Absolutè affirmandum est, & ratio est, quia reuocatio tam legati, quam donationis causa mortis potest fieri in voluntate minus solemni, ita quod legatum, & donatio causa mortis reuocantur ipso facto solum nuda volũtate contraria, & sola pœnitentia legantis, vel donantis. & de legatis tradunt Glossa *in l. Cod. fideicom.* Couarruuias *in rubr. de testam. p. 3. n. 16.* & communiter Doctores, quos referunt, & sequuntur Michaël Grassus *de success. §. legatum quæst* 78. *n.* 2. & Sanchez *in consil. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 38. n.* 1. & probat textus *in l. 3. §. non solum ff. de adim. leg.* qui hic ait, *non solùm legata, sed etiam fideicommissa adimi possunt nuda voluntate.* vbi etiam Glossa, & Bartholus per nudam voluntatem intelligunt etiam tacitam sine verbis; putà, si superuenit legatarij ingratitudo notabilis, vel legatarius habeat graues inimicitias cum testatore, vel ipsum occidat; quibus in casibus legatum censeri ipso facto reuocatum ex tacita legantis voluntate præsumpta contraria priori voluntati, ex eodem textu tradunt Glossa, & Bartholus *vbi suprà*, & Doctores communiter, quos allegant, & sequuntur Grassus *d. q. 78. n. 4.* & Sanchez *d. n. 7.* Qui proindè *n.* 8. cum alijs rectè ait talem legatarium, seu fideicommissarium teneri restituere tale legatum ante omnem iudicis sententiam, cum tale legatum non reuocetur ipso iure, & facto in pœnam ingratitudinis legatarij, sed ex tacita testatoris voluntate præsumpta, de qua re latius Sanchez *d. n.* 8. † De donatione causa mortis, 148.
etiam acceptata à donatario, quod reuocetur sola pœnitentia, & expressa voluntate contraria donatoris probat textus in *l. qui mortis ff. de donat. causa mort.* & tradunt Couarruuias *d. p. 3. n. 23.* Grassus *de success. §.* Donatio *q. 21. n. 3.* Sanchez *d. cap. 1. dub. 13. n. 11.* & Doctores communiter à Grasso relati, & alij, quos refert Matienzo *lib. 5. recop. tit. 10. l. 7. Gloss. 3. n. 1.* à Sanchez relatus. Imò donationem causa mortis reuocari ipso facto non solùm ex expressa donatoris voluntate contraria, sed etiam ex tacita, & præsumpta, vt ob ingratitudinem notabilem, seu graues inimicitias superuenientes, sicut dictum est de legato, tradunt post alios Matienzo *d. Glossa 3. n. 6.* & Sanchez *d. dub. 13. n. 11.* & *d. dub. 38. num.* 10. & est communis Doctorum, & indicat etiam Grassus *d. q. 21. n.* 5. † Vbi etiam post alios docet per 149.
reuocationem expressè, vel tacitè factam statim ipso iure dominium rei donatæ reuerti in donatorem, & eidem donatori competere rei vendicationem, vel condictionem sine causa, vel ob causam. Et *num. 6.* addit, quod facta reuocatione prædictis modis possunt repeti fructus non solum pendentes, sed etiam percepti à tempore donationis cum omni causa; id quod probat per textum clarum in *l. cum quis ff. de donat. ob causam*, & docuerunt Gomez *var. to. 2. cap. 4. nu. 20.* & alij ab eodem Grasso allegati.

Quoad hanc etiam donationem causa mortis, cum 150.
sit quædam vltima voluntas, & testamento æquiparetur, & non contractibus, quando non transit in donationem inter viuos, de eius valore, vel inualiditate in foro conscientiæ, & ex defectu solemnitatis in ea requisitæ à iure dicendum est, sicut de testamento, & alijs vltimis voluntatibus iuxta varias sententias, & resolutiones supra positas, vt notauit Sanchez *d. cap. 2. dub. 14. n. 9.* & post eum Ioannes de Lugo *to. 2. de iustit. disp. 22. n.* 259. quamuis Baldus loco suprà *n. 64. fine* absolutè dicat valere in foro conscientiæ, & si illi desit solemnitas iuris licèt id neget de hæreditate, & legatis relictis in testamento minus solemni.

An hæres in minùs solemni testamento institutus possit retinere hæreditatem, & non soluere legata, vel illa dare hæredi ab intestato.

Dubium quartum, An hæres in minus solemni testa- 151.
mento institutus possit retinere hæreditatem, & non soluere legata in eo testamento relicta, vtens vna opinione quoad retinendam hæreditatem, nempè secunda sententia *n.* 64. asserente validum esse testamentum in foro conscientiæ, & alia opinione quoad retinenda legata, scilicet prima sententia *n.* 51. posita asserente neque in foro conscientiæ deberi relicta in minus solemni testamento. Respondetur huiusmodi hæredem non posse retinere hæreditatem, & nolle soluere legata sed eo ipso quod accipit hæreditatem, teneri etiam soluere legata. ita Sanchez *d. cap. 1. dub. 14. n. 11.* & Ioannes de Lugo *to. 2. disp. 22 n. 260.* probatur tum quia sententia, quæ asserit non deberi legata ex titulo testamenti minus solemnis, non applicat ea hæredi scripto, sed hæredi ab intestato, tum præcipuè quia vbi semel vult vti illo testamento tanquam valido, tenetur etiam ad onera in eo à testatore imposita, & sic omnia eius legata implere. † Addit verò 152.
Sanchez *eod. n. 11. & 10.* non teneri dare ex necessitate legatarijs in eodem minus solemni testamento nominatis, sed vel eisdem legatarijs, vel hæredi ab intestato prout ipse hæres scriptus maluerit, & *d. n.* 10 ait ita sentire Burgos de Paz. & rationem esse dicit, quia supposita probabilitate vtriusque opinionis scilicet primæ *n.* 51. positæ, & secundæ positæ *n.* 64. vterque habet ius. At dicendum teneri

teneri soluere legatarijs ipsis, vt etiam contra Sanchez tenet Ioannes de Lugo *dicto numero* 260. & conuincit secunda ratio adducta ab eodem Sanchez ad probandum hæredem scriptum accipientem hæreditatem ex vi testamenti minus solemnis teneri omnia legata in eo relicta implere; scilicet, quia dum vult vti illo testamento tanquam valido, tenetur etiam soluere legata in eo relicta tanquam onera hæreditati iniuncta à testatore; quia non potest acceptare, & retinere tuta conscientia hęreditatem, nisi quia talis est voluntas defuncti, vt sit hæres, & illam habeat, sed testatoris voluntas est, vt illam habeat cum illo onere soluendi legata legatarijs ipsis, ergo eo ipso quod accipit hæreditatem ex vi voluntatis testatoris, debet etiam legata dare iuxta eiusdem testatoris voluntatem, quæ non est, vt quomodocunque soluantur, sed quod legatarijs ab ipso nominatis tribuantur, & sine tali onere dandi legata ijsdem legatarijs noluit hæreditatem illi relinquere, vnde si ille non solueret retineret hæreditatem contra eiusdem testatoris voluntatem. Quare licèt diuersitas opinionum probabilium & hæredi ab intestato, & legatarijs seorsim, & secundùm se consideratis tribuat ius, & vtrique liceat rem relictam in minus solemni testamento præoccupare, & retinere in foro conscientiæ; tamen diuersæ illæ opiniones eidem hæredi scripto in minus solemni testamento hæreditatem accipienti non tribuunt dictam opinionem dandi legata legatarijs ipsis, vel hæredi ab intestato; quia non potest accipere hæreditatem, nisi quatenus est voluntas hæredis, vt illam habeat; hæredis autem voluntas est, vt habeat cū illo onere soluendi legata ipsis legatarijs. Confirmari possunt prædicta ex *regula* 38. *de reg. iur. in* 6. habente; *quod ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus est impugnare.* Hæres enim scriptus dum vult dare legata non legatarijs, sed hæredi ab intestato, impugnat testamentum, & voluntatem testatoris, quæ est, vt dentur legatarijs, ergo ex eodem testamento, & voluntate minus solemni non debet consequi fructum hæreditatis.

In dubio de voluntate testatoris, & an fuerit fraus, vel iniustitia aliqua, An hæres ab intestato tuta conscientia poßit petere bona relicta in testamento minus solemni, & obtenta retinere; vel teneatur ad restitutionem pro ratione dubij, & similiter an in tali dubio hæres scriptus, vel legatarius poßit capere, & retinere bona relicta in tali testamento, vel teneatur hæredi venienti ab intestato restituere pro quantitate dubij.

Dubium quintum quid sentiendum quando neque hæredi ab intestato, neque hæredi scripto, seu instituto in minus solemni testamento, seu voluntate, aut legatario, cui aliquid relictum est in tali testamento, seu voluntate minus solemni, non constat certò moraliter de libera, & sincera testatoris voluntate, sed probabiliter, seu rationabiliter dubitant de voluntate & animo testatoris, & an interuenerit fraus, vel aliqua iniustitia.
153. † Molina *de iustitia to.* 1. *tract.* 2. allegata *disp.* 81. *versic. quod si hæc sunt*, asserit hæredem ab intestato in dubio, seu dubius, an ea verè fuerit voluntas testatoris teneri eum hærede instituto, & cum legatariis, vel fideicommissariis facere compositionem pro dubij proportione, seu quantitate sibi vsurpando partem eorum bonorum & partem alteram illis relinquendo, probat ratione generali, scilicet, quando quis nondum bona fide cæpit possidere aliqua bona, iudicans saltem probabiliter ea ad se in foro conscientiæ pertinere non est melior conditio ipsius, vt ego ipse etiam tradidi in primo tomo *bonorum moralium variorum tit.* 1. *num* 1893. idque potissimum, ait Molina habere locum, quando agitur de occupandis iis bonis defuncti, de quibus est dubium, ad quem in foro conscientiæ spectent. Quare si facta morali diligentia desperetur sciri posse, ad quem ex duobus, aut pluribus in foro conscientiæ pertineant diuidenda sunt inter illos pro dubij qualitate, vt etiam tradidi *dict. tit.* 1. *num.* 1898. Cum igitur in præsenti specie nec hæres ab intestato, nec alij cæperint adhuc bona fide possidere, in dubio par est eorum conditio, & ita remanente dubio facienda est compositio pro dubij propositione.

At verò Lessius *de iustit. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 3. *num.* 21. dicit probabilius sibi videri hæredem ab intestato hoc casu posse totum retinere, & rationem esse ait, quia habet ius certum, à quo non debet excludi per ius alterius dubium, cum hæc sit ratio, cur melior sit conditio possidentis, quia possidens, qui certus est se habere ius possidendi, non tenetur rem nec totam, nec partem eius deserere ob ius dubium alterius. Verum hæc ratio Lessij procedit, quando possessio ab initio inchoata est cum bona fide, seu iudicio saltem probabili, quod ad alium res non pertineret; hic autem iuxta ipsum, & Molinam supponitur hæredem ab intestato, cum sit dubius de voluntate testatoris, cæpisse possidere hæreditatem dubitans, an in foro conscientiæ spectaret ad hæredem scriptum, vel legatarios, quo casu possessio non suffragatur, nec conditionem possidentis facit meliorem, vt allegato *num.* 1893. *& sequentibus* probaui, & docet idem Lessius *d. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 10. & *cap.* 14. *num.* 25. 154.

Etiam Sanchez *in consil. mor. lib.* 4. *cap.* 1. *d. dub.* 14. *num.* 7. supposita quinta sententia suprà *num.* 105. posita, quod hæres in minus solemni testamento institutus certus de voluntate libera testatoris in foro conscientiæ præoccupare, & retinere possit hæreditatem, asserit quoque, quòd quando idem hæres in minus solemni testamento obtinuit bona, dubitatque probabiliter de voluntate, & an fuerit fraus, potest adhuc retinere in conscientia ob eandem rationem, quia in dubio melior est conditio possidentis, & ait idem docuisse Burgos de Paz. Sed hæc Sanchez assertio potest quidem procedere, si prius obtinuit bona fide non dubitans de animo testatoris, sed rationabiliter credens fuisse talem illius voluntatem, nec interuenisse fraudem, & postea superueniat dubium: at verò si ab initio possessionis fuisset dubius rationabiliter de voluntate testatoris, & consequenter, an bona illa ad hæredem ab intestato spectent, in tali casu possessio non faceret meliorem eius conditionem, vt docet idem Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 171. & *lib.* 1. *cons. mor. cap.* 1. *dub.* 4. *num* 8. *&* 9. quæ loca allegaui *d. titulo* 1. *citato num.* 1893. & consequenter iuxta doctrinam ab eodem *prædictis locis* traditam remanente post moralem diligentiam dubio de voluntate testatoris, idem hæres, qui dubius de eadem voluntate obtinuit, seu præoccupauit bona in testamento minus solemni sibi relicta, teneretur hæredi ab intestato facere restitutionem saltem secundum propositionem dubij. 155.

Igitur loquendo de hærede ab intestato rationabiliter, seu rationabili aliqua causa dubio, seu dubitanti de voluntate libera, & sincera testatoris, & an adfuerit aliqua fraus, seu iniustitia, ipsum sic dubium tuta conscientia posse præoccupare bona in tali testamento minus solemni hæredi scripto, & legatariis relicta, & agere in iudicio ad rescissionem testamenti, & tutam hæreditatem obtentam retinere posse absque obligatione aliquid dandi hæredi scripto, vel legatariis, tradunt Vasquius *de successionum creatione* §. 1. *num.* 23. *&* 24. & §. 2. *num.* 7. 8. *&* 9. Michaël Grassus *de success.* §. 1. *n.* 16. *versic. possunt tamen* Mantica *de coniect. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 17. & ex Theologis idem sentit Fagundez *de iust. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 12. & mihi etiam probabilius videtur, esto quod vbi certò illi de voluntate testatoris constaret teneretur in conscientia illam implere iuxta 156.
tradita

tradita in probatione secundæ sententiæ *n. 64.* positæ Ratio autem non est illa, quod in dubio melior sit conditio possidentis; sed quia io dubio de voluntate libera, & sincera testatoris io minus solemni testamento coorntæ, & an interueoerit fraus, vel dolus, aut falsitas, pro eodem hærede ab intestato, stat præsumptio iuris ciuilis, quod io tali dubio ex defectu solemnitatis, & numeri testium ab eodem iure requisiti,præsumit fraudem, & iniustitiam aliquam, propter quam euitandam solemnitatem præscripsit; io dubio autem tam in foro interno, quam in foro externo iudicandum est pro ea parte, pro qua stat præsumptio iuris, iuxta Doctores communiter, & ostensum est *in primo tomo horum moralium variorum tit. 1. n. 1597.*

157. Et ob eandem rationem dicendum est, etiam hæredem, & legatarium in minus solemni testamento nuncupatum in dubio de voluntate testatoris, & an fuerit fraus in foro conscientiæ, non posse præoccupare bona sibi in tali testamento relicta, & si obtinuerit teneri ea restituere hæredi venienti ab intestato; cum enim in huiusmodi dubio ius ex defectu solemnitatis præsumat defectum sinceræ, & liberæ voluntatis, & fraudem; prædicti hæres, & legatarius non possunt se tueri voluntate defuncti testatoris, qua cessante nullum ius possunt in illius bona habere.

158. Quandonam autem deberet dici certò moraliter constare de voluntate testatoris, & nullam fraudem, aut iniustitiam interuenisse; vel adesse rationabilem causam de ea dubitandi. Dicendum quod hæres ab intestato potest esse certus de voluntate testatoris; quamuis non sit solemnis, si interfuit, seu præsens fuit, & audiuit, vel ab eodem testatore certior factus est, talem esse suam vltimam voluntatem, & omninò velle suam dispositionem valere, quamuis non fuerint adhibitæ iuris solemnitates; vel ei constet testatorem non potuisse propter temporis angustias, vel loci solitudinem plures testes inuenire, vel si testamentum minus solemne est manu testatoris scriptum, certo agnoscat, seu recognoscat illius manum; vel si nullo modo de fide testium dubitet, sed illis ob illorum authoritatem, & probitatem, & carentiam particularis affectionis erga hæredem scriptum, aut legatarium omninò credat & iisdem modis potest esse certus hæres institutus, aut legatarius in voluntate, seu testamento minus solemni nuncupatus, & etiam si videat in tali testamento interuenisse solemnitatem iuris gentium, & sit conscius sibi se falsitatis nihil commisisse, nec illusoriè, aut blandiendi causa testatorem se minus solemniter hæredem, vel legatarium fecisse,puta, quia se absente, & inscio testator ita disposuerit, nec vllam causam habeat suspicandi, seu dubitandi de fide testium, ita colligitur ex Doctoribus *in præcedent. allegatis*,& præsertim ex Maotica *d. tit. 14. n. 11. & 27.* & Grasso *vbi supra.* † Et etiam notauit Fagundez *d. cap. 7. n. 13.* non

159. dari rationabilem causam dubitandi ex sola omissione solemnitatis leuissimæ, quæ etiam io foro externo ex æquitate foret contemnenda; vt si scribens pro testatore non expresserit ibidem,se iussu testatoris ipsius id facere, facta iam io testamento ea expressione per tabellionem; sed an in foro externo omissio modicæ solemnitatis sit contemnenda tanquam non vitians actum explicatur titulo sequenti *n. 59.* Potest autem (vt ibidem notat idem Faguodez) dari ex defectu numeri testium à iure requisiti, & solemnitatis leuissimæ, si cum potuisset illam adhibere, si voluisset, aduertenter omissa sit à testatore sciente ex tali omissione testamentum, seu dispositionem posse infirmari,& perire,& præsertim si actui disponendi fuisset præsens hæres institutus,vel legatarius nuncupatus; vel testes adhibiti essent valdè affecti erga hæredem scriptum vel legatarios nominatos; vel hæres institutus in testamento minus solemni,quod testator sciebat secundum leges esse nullum, esset vxor ipsius testatoris. In his enim casibus hæres ab intestato,maximè si eo inscio, & absente conditum sit testamentum, videtur habere rationabilem causam dubitandi de vera, & sincera voluntate testatoris,de interuentu fraudis,vel quod testator ita disposuerit illusoriè,& solum animo blandiendi,seu non cōstituēdi intimè volens,vt hæreditas ab hæredes ab intestato deueniret,stante nullitate suæ vltimæ volūtatis ob defectum solēnitatis à iure requisitæ voluntatiè,& scienter ob id à se omissæ. † Aduertunt etiam Vasq. *d. §. 2. n. 7. post med.* & Faguodez *d. c. 7. n. 14.* defectum vnius testis tantum posse inducere rationabilem dubitationem, ita vt hæres ab intestato non teneatur credere talem fuisse voluntatē testatoris,licèt testamēto adfuerint sex testes,quia quamuis in contractibus,& in alijs actibus inter viuos, & iure gentium inspecto tot testes sufficiāt ad plenam,& legitimam probationem,& ad inducendam credulitatem sine notabili saltem formidine, tamen ex quo lex pro solēnitate,& forma voluit requiri septem testes ad tollendam omnem fraudis,& falsitatis suspicionem, & ad inducēdā plena fidem de testatoris voluntate, solus defectus vnius testis ex quo tuit solemnitas oō minus quam ex defectu sex testium, sufficit ad inducēdum talem suspicionem,& dubitationem;nisi aliundè, & ex aliis côiecturis omninò excludatur. † Aduertendum etiam quòd etsi testamento 161. adhibuisset septem testes,si tamē testator ita disposuisset ob vim aliquam illatam,vel metum graue incussum, vel deceptus fraude,vel dolo & consequenter volontas testatoris non fuisset libera, nullum esset in foro externo ob defectum voluntatis, & consensus; & etiam in foro externo,si vis,metus,aut fraus,vel dolus probaretur,vt consta ex *l. vlt. ff. & Cod. si quis aliquē testari prohibuerit*, in dubia autem præsumeretor validum,si factum sit cū solemnitate requisita à iure,quod præsumit omnem defectum iniustitiæ,quando ea solemnitas seruata est.

160.

Si lex, vel statutum decernat, vt testamentum sine tali solemnitate factum nullam faciat fidem in iudicio, & extra iudicium, an censeatur ipso facto, etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate conditum.

Dubium sextum: an si lex, seu statutum certum solemnitatem, certumuè numerum testium præscribens io testamentis condendis disponat,vt testamentum sine tali solemnitate, seu oumero tot, & talium testium nullam faciat fidem tàm io iudicio, quam extra, talis dispositio reddat ipso facto nullum omninò, & irritū testamentum factum sine tali solēnitate à lege,seu statuto requisita,ita vt sit nullum, nullamque faciat fidem etiam in foro conscientiæ.

162. Bartholomæus Salonius *in 2. 2. q. 5. de dominio art. 4. ante conclusionem primam versic. falsum tamen in fine* & Vasquez *in opusc. de testam. cap. 3. dub. 1. num. 1.* asserunt reddere nullum,& irritum ipso facto etiam in foro conscientiæ;quia eo ipso, quod lex statuit, vt nullam faciat fidem etiam extra iudicium, vult nullam habere vim etiam quoad forum conscientiæ, alioqui illa verba, *Etiam extra iudicium* nihil operarentur.

163. Molina verò *de iustit. tract. 2. d. disput. 81. versic. quinto idem mihi persuadet*, & Basilius Pontius *de matr. lib. 5. c. 5. n. 14.* tenent per huiusmodi legem, seu statutum nullam auferri vim à testamento sine tali solemoitate facto, si aliàs valeat iure gentium,& naturali inspecto,sed solùm decerni,vt tale testamentum non faciat fidem,sitque insufficiens, vt ex illo quicquam vel in iudicio, vel extra iudicium probetur, & ita per tale testamentum non posse impediri hæres ab intestato,quin hæreditatem obtineat per iudicis sententiam, vel etiam absque iudicis sententia,& hoc idem probabile putat Ioannes de Lugo *to. 2. de iustit. dicta disp. 22. n. 264.* si enim lex vellet ipso facto reddere testamentum huiusmodi nullum omninò etiam in foro conscientiæ, dixisset vt testamentum aliter factum non valeat. † Et ad id facit doctrina 164. tradita à Sanchez *de matr. lib. 8. disp. 29. n. 11.* vbi agens do Intellectu regulæ Cancellariæ 50. Gregorij XIII. (in qua dicitur,

dicitur, *quòd nulla dispensatio licet aliàs viua voce summi Pontificis concessa, vel iam per manum eiusdem S. Pontificis signata cuiquam in iudicio, vel extra iudicium suffragetur, antequam super ea litera Apostolica sint expedita, seu confecta*, quæ regula hodie est 52.) dicit mentem Pontificis, in illis verbis *extra iudicium* non esse, vt dispensatio iam à S. Pontifice concessa, & signata, non valeat, aut prosit in foro conscientiæ (sicut antea, quando in dicta regula tantum dicebatur, *quod dispensatio non suffragaretur nisi literis expeditis*, talis dispensatio ex sola signatura censebatur quoad substantiam valida, & prodesse in foro conscientiæ, vt est communis Doctorum sententia, quos referunt, & sequuntur Sanchez *d. disp. 29. & Garzias de benefic. p. 4. c. 2. n. 28.* & 30.) sed solùm vt extra forum conscientiæ ad nullum alium effectum prosit, siue verè, & propriè iudicium sit, quale est contentiosum inter partes, siue ad alios effectus, vt siquis velit ratione huiusmodi dispensationis nondum literis expeditis admitti ad aliqua officia, siue ad alios actus in iudicio, vel extra, quorum seclusa dispensatione est incapas. Confirmat Sanchez, quia regula non dicit, vt dispensationes non valeant, sed vt non suffragentur in iudicio, vel extra; ita vt si aliquis, etiam extra iudicium se opponat, non suffragetur talis dispensatio, & hanc doctrinam, seu intelligentiam præfatæ regulæ approbat etiam Ioannes Lugo *d. n. 263.* Quamquam econtrarium, & hodie solam supplicationis signaturam, seu dispensationem solum signatam literis nondum expeditis neque in foro conscientiæ prodesse, stantibus illis verbis dictæ regulæ, quod non suffragetur, neque in iudicio, neque extra iudicium, quæ verba à tempore Pij V. addita sunt, docent Garzias *d. c. 2. n. 31.* & Pyrrhus Corradus *in praxi dispensationum l. 1. c. 6. n. 11.* & ita etiam idem sentire videntur Petrus Ledesma *de matr. q. 56. art. 4. dub. 3.* Rodriquez *in summa p. 1. c. 235. n. 8. fine*, & Vega *1. p. sum. c. 88. casu 2.* Qui aiunt rationem cur S. Pontifex dispensationem non expeditis literis voluerit nec extra iudicium esse alicuius vtilitatis, fuisse vitare inconuenientia, quæ possent nasci ex sola dispensatione verbali; quia fortè dispensatus non benè intellexit verba Papæ dispensantis. Sed nihilominus intellectus Sanchez cum soluit proprietatem illorum verborum *etiam extra iudicium* subsistente valore dispensationis in foro conscientiæ, quem illis verbis regulæ non additis sustinebant Doctores communiter, mihi probabilior videtur; in odiosis enim, & restrictiuis facienda est, stricta interpretatio quantum verba permittunt.

565\. ✝ Quare idē mihi videtur dicendum de præfata lege (qualis est *l. 3. Tauri.*) decernente testamenta facta absque tali solemnitate nullam fidem facere in iudicio, & extra; scilicet, vt ipso facto non iritet in foro conscientiæ testamentum sine tali solemnitate factum: quia verba illa legis *extra iudicium possunt* rectè intelligi, & habere suum effectum etiam remanente vi obligandi in conscientia, quam alioqui de se, & iure naturali inspecto habet testamentum minus solemne factum cum sola solemnitate iuris gentium, scilicet, vt tale testamentum non faciat vllam probationem non solum in iudicio contentioso, sed etiam extra iudicium, si hæres ab intestato, vel alius habens interesse se opponat. An verò per iudicis sententiam. qua bona hæredi ab intestato, adiudicentur, possit à tali testamento, & vltima voluntate auferri tota vis & obligatio naturalis, ac mutari dominium stante dicta lege, resoluendum est affirmatiuè supposita quinta sententia n. 101. posita.

SVMMARIVM §. III.

Vltima voluntas interna nullo modo, aut signo exteriori expressa, & declarata, an in conscientia valeat, & sit obseruanda si contingat de ea constare etiam per solam reuelationem, affirmatiua sententia n. 166. cum pluribus sequentibus. Contraria n. 184. cum pluribus seqq.

Donatio, vel promissio simplex purè interior in foro conscientia non obligat, neque apta est transferre dominium n. 173.

Contractus mutui, & respectiui, seu vltro citroque obligatorij per solum consensum voluntatis interiorem non obligant, nec transferunt dominium, neque etiam in foro conscientia nisi accedant verba, & signa mutui consensus expressiua n. 173.

Simplex donatio, seu promissio purè interna an apta sit transferre dominium in alterum, & an obliget ad sui manifestationem, & implementum si donatarius, vel promissarius acceptet. Affirmatiua sententia multorum n. 175. cum pluribus seqq. Negatiua cōmunis n. 184. cum pluribus seqq.

Homines non constituuntur, pars Reipublica, neque adinuicem ordinantur, & communicant nisi per voces, & signa externa n. 184.

Illud, quod est naturali aquitati consentaneum, vt per voluntatem transferatur dominium, & homo homini obligetur, intelligitur iuxta modū connaturalem, & humanū. n. 185.

Verba, & signa externa non sunt tantùm conditio sine qua non, sed forma contractuum, & vltimarum voluntatum & essentialis pars illarum. num. 186.

Sola voluntas interna non est sufficiens ad constituendum aliquem heredem, vel legatarium. n. 188.

Donatio aut promissia, aut vltima voluntas merè interna, etiamsi à Deo reueletur, non obligat n. 189. etiamsi sint ad pias causas non factas immediatè Deo. n. 190.

Per actus internos homo soli Deo obligari potest, vt in voto, iuramento n. 191. & 193. ad secundum.

Donatio, aut promissio merè interna à donante, vel promittente postea manifestata donatario, aut promissario an, & quando obliget. n. 192.

Promissia merè interior facta homini iurata obligat tantùm ratione iuramenti. n. 193. ad secundum.

Non implens promissionem merè internam factam homini an committat aliquam infidelitatem n. 179. & 193. ad 4.

Qua ratione vis obligandi, & transferendi dominium in donatione, & promissione pendeat à voluntate, seu consensu externa, & à verbis seu signis externis n. 184. 185. & 194.

Donatio, aut promissia exterius manifestata, etiam iuxta ius natura non obligat, nisi fuerit acceptata. ibidē, & 196.

Qua ratione aliqui contractus (vt emptum, locatum, societas, mandatum) dicantur perfici solo consensu n. 195.

Dominium, aut possessio, an amitti possit solo animo, seu actu interno nolendi esse dominum, vel nolendi possidere, an vero requiratur etiam manifestatio aliqua externa. num. 183. 198. & 199.

Petrus nunc professus in ordine Capucinorum, antequam profiteretur interne disposuit, & voluit, seu eius voluntas fuit, vt ab herede suo mille aurei ex suis bonis darentur Catharina sua nepti, hanc voluntatem solùm post professionem declarauit heredi, & eidem Catharina: dubitatur an hæres teneatur illam implere, & dare mille Catharina & ipsa Catharina, si non ei permittatur alia via, clam surripere affirmat Sanctarellus n. 166. sed omnino negandum est. n. 200. & seqq.

Quando iura, & Doctores aiunt testatoris voluntatem facere totum, illam semper inspiciendam, attendendam, & obseruandam; qua ratione id intelligendum. n. 167. 201. & 202.

Mantica explicatur num. 102. ad tertium.

§. III.

An vltima voluntas interna nulla signo exteriori, scilicet, neque verbis, neque scriptura testatoris expressa, & declarata, qua quis voluit efficaciter de bonis suis disponere, & talem v. g. Titium in bona sua succedere, iure natura valeat, & transferat dominium, ita vt si aliquando Titio constet de tali voluntate possit tuta conscientia bona illa accipere, & retinere supposita sententia suprà n. 64. posita quod voluntas minus solemnis in foro conscientia valeat, vel saltem valeat antequam per iudicis sententiam rescindatur, iuxta quintam sententiam supra n. 105. positam.

HAnc quæstionem latè, & ad satietatem tractat Sanctarellus *var. resolut. p. 1. q. 66.* vbi proponit casum de

Petro Nouitio cuiusdam religionis, qui habebat bona, quæ æstimabantur decem mille aureis, & factus est professus in religione incapaci bonorum, nec ante professionem aliquid per scripturam disposuit de bonis suis, sed voluntas eius fuit, vt in bona succederet ei os frater Paulos, & in mente sua disposuit vt mille aurei, quos habebat secretò apud amicum suum darentur Catharinæ suæ nepti.

Et respondit Sanctarellus, quod tuta conscientia possunt, seu poterunt illi mille aurei tradi Catharinæ, & ipsa Catharina potuit illos accipere sine obligatione restituendi, licet de prædicta Petri voluntate nulla appareat Scriptura, si talis voluntas amico, & Catharinæ innotuit v.g. quia Petrus iam professus in illa religione incapaci declarauit talem fuisse suam voluntatem ante emissam professionem.

167. Probat primò hanc suam responsionem multis argumentis supra adductis ad probandam secundam sententiam d.n. 64. ponentem asserentem vltimam voluntatem minus solemnem valere, & obligare in foro conscientiæ, si de ea certò constet fuisse liberam, & sinceram, & nullam adfuisse fraudem; vt quod vltima voluntas testatoris omnibus modis seruanda est; & nihil tam conueniens sit naturali æquitati quam vt obseruetur voluntas domini volentis rem suam in alterum transferre; quod voluntas testatoris est obseruanda, quãuis sit nuda.

168. Secundò, quod voluntas testatoris dicitur totum facere; quod voluntas testatoris pro lege habetur; quod voluntas testatoris in vltimis voluntatibus ante omnia dominatur, & inspici debet, & magis quam verba; quod lex non verbis, sed voluntatibus fauet defunctorum. Quod voluntas testatoris tacita, scilicet, verbis non expressa seruanda est, dummodo sit verisimilis, seu ex aliquo verisimili colligatur; quod si sermo testatoris sit ambiguus, in primis ad intentionem est recurrendum, etiam si fuerit contra causam fauorabilem, & quod permittitur aliquo modo recedere à forma data ab ipso testatore, dummodo non recedatur à mente: quod defuncti voluntas seruanda est, etiamsi verbis impropriis fuerit expressa; quod vbi manifestus est sensus, alia interpretatio non est facienda; quod voluntas testatoris defuncti est seruanda, quamuis in dispositione errauerit, siue sit error facti, siue iuris: quod semper voluntatis defuncti vestigia sequi debemus & nonnulla similia adducit Sanctarellus, quibus ostenditur testatoris mentem, & voluntatem maximè inspiciendã, & omnibus aliis præferendam.

Tertiò probat auctoritate Manticæ, qui *l. 1. de coniect. allegato tit. 14. n. 16.* ait, eum, qui certus est de voluntate defuncti, non egere alio testimonio, vt obligetur, etsi possideat ex voluntate sine aliquo offendiculo conscientiæ, & iustè ea posse retinere.

169. Quartò expressio exterior nõ est necessaria, nisi vt possit cognosci voluntas defuncti; & hæc potest cognosci post mortem ciuilem testatoris, vt prædicto caso à Sanctarello examinato per declarationem Petri iam professi; vel per reuelationem &c. ergo. Maior ostẽditur, nam si voluntas posset intelligi sine verbis, illis non vteremur, sed quia non potest intelligi, ideo verba sunt reperta non tamen verba debent impedire, sed solum indicare voluntatem, ac proinde si postea nuda voluntas interna innotescat, valet, & obligat. Confirmatur si internæ cogitationes possent cognosci absque verbis, & signis externis ab hominibus, sicut cognoscũtur ab Angelis, tunc per actum internum posset donatio, & promissio fieri: ex Lessio *l. 2. de iust. c. 58. n. 32.* ergo in proposito casu cum Catharina possit agnoscere internam cogitationem Petri professi, quæ ab eodem sibi manifestatur, talis donatio, & dispositio erit valida.

170. Quintò si voluntas interior non esset sufficiens ad transferendum dominium post cognitam, & acceptatam talem voluntatem, sequeretur posse accidere, vt non posset quis relinquere sua bona, cui vellet, quia fieri poterit, vt tunc careat testibus, calamo &c. quod non est dicendum; ergo debet concedi, quod si hic post mortem reuelaret suam voluntatem fuisse, vt sua bona traderentur Ioanni v.g. posset hic tuta conscientia huiusmodi bona accipere, ergo idem dicendum in casu proposito.

Sextò si Petrus prædictus ante professionem disposuisset in mente sua de dandis mille aureis Catharinæ cum 171.
conditione expressa, se velle post professionem talem dispositionem scripto, vel verbo declarare posset Catharina illam pecuniam accipere, ergo cum ante Professionem ita disposuerit vel expressè, vel tacitè; & nunc post professionem suam manifestet, poterit Catharina illos mille aureos licitè accipere. Alia argumenta congerit Sanctarellus, quæ vel in prædictis continentur, vel infra adducentur.

An donatio, vel promissio purè interior obliget donantem, vel promittentem in foro conscientiæ, & apta sit transferre dominium.

Pro resolutione huius quæstionis examinanda est alia 172.
quęstio à Doctoribus agentibus de dominij translatione vel de contractibus aut de sponsalibus pertractata; sc. an donatio, seu promissio purè interior facta homini; seu sola voluntas donandi, seu dandi qua quis apud se secreto statuit alteri dare, satis sit ad transferendum dominium, & vim habeat obligandi promittentem seu donantem ad rem actu solo interiori voluntatis promissam dandam ei, cui promisit. vel saltem ad illam promissionem manifestandam promissario, & illam implendã, si ille acceptet. Explico cũ Sayro loco *infra* allegãdo rem exemplis: quis pauper Petro debet centum aureos, Petrus dicit ad se interius, bonum est remittere debitum tali pauperi; & ex nunc remittit. vel Petrus videt virginem pauperem, & dicit apud se, bonum esset illi exhibere centum in dotem, & ex nunc actu interiori voluntatis dat, seu promittit dare illi 100. vt nubat; hîc quęritur, an Petrus teneatur adimplere promissum, & translatum sit eo ipso dominium, ita vt in conscientia teneatur ab illo debitore nihil petere, & accipere; & illi puellæ illos centum dare; vel saltem illis manifestare illam
promissionem, & eam acceptatam implere.† Dix *in con-* 173.
scientia, quia hæc quæstio procedit solum iure naturæ inspecto, & in foro animæ, nam certum est, & fatentur omnes Doctores infra allegandi iure positiuo humano, & ciuili promissionem, seu donationem merè internam esse inhabilem, & insufficientem ad transferendum dominium, & ad inducendam obligationem pro foro externo, vt constat ex *l. de traditionibus Co. de pactis, traditionibus, & vsucapionibus.* ibi, *non nudis pactis verum dominia transferuntur.* & ex *l. nuda ratio ff. de donat.* ibi. *nuda ratio non facit aliquem debitorem, vt puta, quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes nostras mentales, tamen nulla donatio intelligitur*; & quia iure ciuili in commune bonum Reipublicæ facta est potestas reuocandi promissiones, & donationes antequam acceptentur; etiamsi exteriùs manifestatæ sint, puta sint factæ verbo, aut scripto. vt notat Molina *de iust. tract. 2. disp. 266. num. 2.* & latius probat ipse *disp. 263.* Sanchez *de matr. lib. 1. disp. 6.* & tradunt Doctores communiter. Et ratio manifesta adest, scilicet quia nec Ecclesia, nec lex ciuilis iudicare potest de actibus merè internis, vt
communi consensu tradunt Doctores.† Dixi etiam *do-* 174.
natio, seu promissio, scilicet, simplex; nam quoad contractus mutuos, & respectiuos, seu vltrò citroque obligatorios (qui explicari solent per hæc verba, do, vt des, facio, vt facias, & è contra *l. labeo 2. ff. de verb. signif.* vt v.g. in venditione *do hanc rem, vt mihi des tantum pretij*: in locatione *do tibi vsum huius domus, vt des mihi centum aureos*; & in matrimonio *do tibi meum corpus, vt tu des tuum mihi*. certum etiam est, non transferri dominium in his contractibus per solum actum, seu consensum interiorem voluntatis, sed vltra requiruntur verba, aut signa exteriora, quibus contrahentes certi fiant de mutuo consensu voluntatis; cùm enim mutuus contractus sit vltro citroque obligatio, ex necessitate requiritur manifestatio consensus, nam qui vendit v.g. habet consensum, & actu

voluntatem

voluntatem vendeodi: si tameo alius velit date pretium, & emere, ac proinde vtriusque consensus vtrique debet innotescere; vt Sayrus *l. 9. claus c.* 10. *n.* 4. Molina *d. disp.* 566. Sanchez *d disp.* 3. *n.* 1. & alij infrà allegandi.

175. Nonnullorum ergo sententia est, quod donatio, seu promissio simplex interna, qua qois simpliciter alteri interius dat vel donat, seu promittit alteri homini date aliquid iure oaturæ, & in foro conscientiæ, sufficiat ad transferendum dominium, & habeat vim obligandi donantem, seu promittentem, scilicet (vt explicat Molina) ad manifestandum idem donatario, & promissario donationem, aut promissionem eo actu interno factam, atque ad tradendum illi eam rem donatam, vel promissam, si illam velit accipere, & donationem, seo promissionem acceptare: ita quod dooatarius, aut promissarius vi talis promissionis internæ sibi factæ acquitat ius ad illam rem, ad eum modum, quo hæres ex testamento, vel ab intestato acquirit ius ad bona defuncti, eo ipso, quod ille è vita discedit; qui licet pro libito possit eam hæreditatem acceptare, vel repudiare; iotetim tamen dum illam non repudiat, ius acquisiuit ad illam, estque illi manifestanda & offerenda vt videat, an adite, an potius repudiare illam velit. ita Mattinus Ledesma 2. 4. *q.* 18. *art.* 1. *dub.* 13. Palaeios *l.* 5. *de pactis c.* 4. Molioa *d. disp.* 266. *à n.* 5. *ad* 8. Sanctarellus *d. quæst.* 66. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 116. & apud eundem Mendoza *l.* 1. *de pactis c.* 4. *n.* 8. & *vlt.* & hanc sententiam esse probabilem dixerunt Sotus *l.* 4. *de inst. q.* 5. *art.* 1. *ad* 1. & *l.* 7. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 1. Arragon 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. Angles *in floribus p* 2. *q.* 1. *de votis art.* 2. *diff.* 4. Sanchez *l.* 1. *de matr. dicta disp.* 3. *n.* 4 *fine.* & Lessius *de iustit. l.* 2. *c.* 18. *dub.* 5. *n.* 29. *fine.*

176. Primò probatur hæc seotentia, qoia promissio interna, addit aliquid supra oudum propositum, nihil autem aliud videtur posse addere quam vim obligaodi, ergo obligat sub mortali.

177. Secundò promissio interior, si iuramento confirmetur obligat, iuramentum aotem promissarium non obligat, nisi ratione promissioois, ergò ex consequenti illa promissio interna per se obligat.

178. Tertiò votum Deo factum solum interna voluntate obligat vouentem, ergo & promissio merè interoa homini facta obligabit.

179. Quartò quia licet non implere promissionem merè internam non contineat mendacium (quod vt notauit Molina vbi suprà *n.* 6. *versic. quinto*) consistit in eo, quòd aliud significetur exterius, quam quod mente habetur; est tamen infidelitas (inquit ibidem Molina) quæ culpa est iure naturali prohibita: sicut *Ecclesiastes* 6. infidelis Deo dicitur, qui promissa Deo non reddit.

180. Quintò, Donatio, seo promissio exteriùs expressa verbis, vel aliis signis obligat, sed non nisi ex vi promissionis, seu voluntatis internæ, non verò ex vi verborum, seu signi externi, qoia verba sunt tantum signa voluntatis, & obligationem declarant, non faciunt, ergo ipsa promissio interna per se obligat. Confirmatur, quia expressio exterior non est necessaria, nisi vt interior donatio, aot promissio possit cognosci, & acceptari ab altero, & hæc acceptatio iure naturæ non est necessaria. Confirmatur secundò, quia obligationes, & pacta ex consenso existunt, & pendent; imo assignantur quatuor contractus, qui solo consensu complentur, scilicet, emptom, locatum, societas, mandatoin.

181. Sextò, si quis heri actu voluntatis interno promisit homini, hodieque ipsi significet non denuo promittens, scilicet dicat; *ego tibi nihil modò promitto, sed heri apud me hoc tibi promisi*: illo acceptante, promissor manebit obligatus, ego antea erat. probator coosequentia, quia illa significatio non obliganit.

182. VII. promissio ioterna proinde se habet atque externa facta absēti, sed hæc obligat iofoto cōsciētiæ ergo & illa.

183. VIII. sicut vonsquisque sua voluntate est Dominus rei, ita etiam sola voluntate dominiū rei abdicare potest. Confirmatur qoia possessio sola voluntate oon possidendi amittitor *l.* 1. §. *si vir. l.* 3. §. *in amittenda.* & *l. si quis vi ff. de adquirenda & amittenda possess.* imò etiam solo animo amittitur dominium, & iterum acquiritur, vt si qnis rem suam animo, & voluntate pro derelicta habeat, & iterum eam pro sua retineat, antequam eius possessionem alius adeptus sit *l.* 1. & 2. *ff. pro derelicto. instit. de rerum diuis.* §. *vltimo*: ergo etiam sola donatio, aut promissio interna obligat, seu sufficiens est ad transferendum dominium, & vt promissarius ios acquitat.

Cæterum communis Doctorum sententia, à qua in praxi non recederem, asserit solam voluntaté internam, qua quis alteri apud se donat, seu promittit aliqnid etiam solo iure naturæ inspecto, non esse sufficientem ad transferendum dominium, aot vt promissarius ius ad rem comparet, neque vllo modo in foro conscientię obligare promittentem, scilicet, neque ad tradeodum actu rem promissam, neqne ad manifestandum promissario promissionem, sed vt obliget requiri vt exprimatur verbis, vel aliquo alio signo externo. ita Panormitanus *in c. lit. de voto n.* x. Turrecremata *ad c.* 17 *q.* 5. *n.* 2. Sotus, Arragon, Anglea locis suprà allegatis. Sanchez *de matr. l.* 1. *d. disp.* 3. *num.* 5. Vasq. *de matr. c* 4. *n.* 38. Lessius *de iustit. l.* 2. *c.* 18. *d. a.* 5. *n.* 30. Sayrus *d. l.* 9. *clau. c.* 10. *n.* 5. Rebellius 2. *p. de oblig. iustit. l.* 18. *q.* 1. §. *ex dictis colligo.* Azorius *p.* 3 *l* 11. *c.* 2. *q.* 1. Reginaldus *l.* 25. *n.* 74. Bonacina *de cōtract. disp.* 3. *q.* 11. *p.* 2. *n.* 1. Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 1. *n.* 3. Filioccios *p.* 2. *tract.* 32. *c.* 2. *n.* 54. Villallobos *p.* 2. *sum. tract.* 20. *diff.* 1. *n.* 5. Basilius Pontius *de matr. lib.* 1. *cap.* 6 *n.* 9. Gordanus *lib.* 4. *q* 3. *n.* 5. Turllench *in decalogum, lib.* 7. *cap.* 17. *dub.* 3. Ioannes de Lugo *de instit. p.* 2. *disp.* 23. *sect.* 2. Stephanus Bauny *p.* 3. *lib.* 2. *de contract.* 1. *in Epitome cap.* 3. Fagundez *de inst. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. Abulensis, Merendo, Corduba, Michaël Salon, Garxius, Lopez, Henriquez, Rodriquez, Bañes, Gregorius de Valentia, & alij, quos Sayrus, & Sanchez, *locis citatis* referunt. Ratio huius sententiæ fundamentalis, & conuineens desumitur ex naturali conditione, seu statu hominis. Qui eom constet anima & corpore, ac proinde ex natura sua non possit internos suos conceptus, & affectus alio mòdo manifestare quàm per verba, nutus, & alia signa exteriora, non est, nequo esse potest pars Reipublicæ humanæ, quæ signis exterioribus regitur, oeque alijs hominibus communicat, aut potest communieare, oeque ad alios homines ordinatur, seo ordinari potest, nisi per verba, & signa exteriora, quibus homines inter se ad inuicem commuoicaut, & internos conceptus, & affectus partieipant. Quare cùm translationes domioiorum, & contractus inter homines non fiant nisi qnatenus sunt Reipublicæ humanæ membra, & partes, & ad inuicem communicant, in eisdemque translationibus, & contractibos humanis homines ad inuicem ordinentur; ad hoc, vt huiusmodi contractus valeant, & vnus homo alteri obligetur, vel in alterum suæ rei dominium transferat, non sufficit sola volontas, aut intentio interior, sed requiruntur etiam verba, seu signa exteriora, quibus eadem volnntas, & intentio explicetur; etsi voluntas, qua quis dat, donat, promittit alteri, & in illum intendit rei suæ trāsferre dominiom non fuerit verbis, vel signis externis expressa, & declarata, nun erit modus promittendi, donandi, & dandi coosentaneus naturæ humanæ, seo hominum, qui non vt angeli ordinantur, & communicant ad inuicem per solas internas conceptiones mentis, sed (vt dictū est) per verba, nutos, & signa externa, & non aliter. & consequenter neqoe ad obligationem inducendum, neque ad dominium transferendum est sufficiens. Cum enim homo non possit contrahere, ius in res suas alteri tribuere, aut se alteri obligare nisi secondum conditionem suæ naturæ, & modum sibi conoaturalem. & humanum, & hic sit per verba, & externa signa, si hæc deficiant, ex solo interoo consensu, seu acto voluntatis onlla in fauorem alterius oriri potest obligatio. Id quod magis explico, & confirmo sic. Nam obligatio erga alterum inter homines in soi ratione Intrinseca, & essentiali inclodit ordinem ad illum, sed hoc ordine caret interna mentis con- 184.

 ceptio,

ceptio, vt dictnm eſt, & patet, cum per eam oon homi-
nes, ſed Angeli ſoli ordinentur ad inuicem, ſibique mu-
tuò commuoicent, ſicut per verba, nutus, aut ſigna ho-
mines, non alitet; etgo ptomiſſio, ſeu voluntas inter-
na tantum, quæ neque vetbis, neque ſignis homini ex-
preſſa eſt, ſed ſoli Deo nota, non eſt obligatotia neque
185. in ſoro ſori, neque in foru poli, ſeu Dei. † Quare cum
in iure, & in *inſtitut.de rerum diuiſ. §. per traditionem,*
dicitur eſſe natutale, ſeu naturali æquitati conſenta-
neum, vt per voluntatem transferatur dominium, &
hominem alteri obligari, intelligitur modo connatu-
rali, & humano, qui eſt per verba, vel externa ſigna, vt
oſtenſum eſt. Quapropter dici ſolet, *verba ligant homi-
nes*: & *Prouerb.6. Illaqueatus es* (inquit Sapiens) *verbis
oris tui, & captus propriis ſermonibus*; quibus verbis
apertè ſignificat promiſſioois vinculum, & obligatio-
186. nem vocibus ttibui. † Et ex his rectè infertur verba, &
ſigna externa nou eſſe ſolam conditionem, ſiue qua non
contractus, donatio, promiſſio, aut vltima voluntas
noo obligaret, ſed vetam ſormam contractus &c. &
eſſentialem partem, cùm contractus in ſua eſſentia, &
ſubſtantia non poſſit exiſtere, niſi ſecundum modum
homini connaturalem, & humanum perficiatur, &
modus iſte ſit per verba.& ſigna externa. Vnde ex con-
ſequenti eadem verba ſeu ſigna externa erunt pars eſſen-
tialis vnà cum voluntate internx, conſtituens contra-
ctum, donationem, & promiſſionem in ſuo eſſe, & tri-
buens vim obligandi, & transferendi dominium; id
187. quod notauit in terminis etiam Pontius *d.cap.6. n.10.*†
Prædicta, & ſententiam ipſam confirmant tradita à S.
Thoma *2.2.q.88.art.1.in corpore*, vbi ita habet: *ſicut homo
imperando, vel deprecando ordinat quodammodo quid ſibi
ab aliis fiat, ita promittendo ordinat quid ipſe pro alio face-
re debeat; ſed promiſſio quæ ab homine fit homini non poteſt
fieri niſi per verba, vel quæcunque exteriora ſigna. Deo au-
tem poteſt fieri per ſolam interiorem cogitationem, quia vt
dicitur* 1. Reg. 16. homines vident ea quæ patent, ſed
Deus intuetur cor: ita ibi S. Thomas, & idem docuerat
in 4.diſt.38. q.1. n.1. quæſtiunc. 1. Vbi item ait non poſſe
quenquam obligari alteri ſola voluntate, niſi ei ſoli,
qui voluntatis eſt agnitor, qualis eſt ſolus Deus. ex qui-
bus coostat euidenter S. Doctorem ſuiſſe huius ſenten-
tiæ, quod promiſſio homini ſacta per ſe ſolam noo obli-
get vllomodo promittentem, idque ob rationem ad-
ductam, ſcilicet, quia homo non ordinatur ad alterum,
neque cum eo communicat, vel communicate poteſt
niſi per verba, aut ſigna exteriora, cum homines non
videant cogitationes ioternas, ſed ſolum illas cogno-
ſcant, quatenus per verba, aut ſigna exteriora illis inno-
teſcunt; hanc enim rationem indicat illis verbis *homines
vident &c.* Quare Ledeſma non rectè exponit S. Tho-
mam, dum vult, quod intelligat promiſſionem non poſ-
ſe fieri homini per actum merè internum, ita vt qui
promittit cogi poſſit ad implendam promiſſionem, eo
quod neceſſaria ſit ad id cognitio promiſſionis; item
peius alij (inter quos Molina *d. diſp.226.n.7.verſic Le-
deſmius*) interpretantur eundem D. Thomam loqui
ſuppoſita diſpoſitione iuris poſitiui, iuxta quod actus
interni nullam habent vim obligandi. Ex prædictis enim
verbis S. Thomæ apertè conſtat ipſum loqui de promiſ-
ſione interna ſecundum ſe, & inſpectis ſolo iure naturæ,
& naturali conditione, & ſtatu hominis, qui ſolum per
verba, & alia exteriora ſigna cum aliis hominibus com-
municat. Plures alias rationes ad huius ſententiæ confir-
mationem adferunt Sanchez, & plures ex præallegatis
Doctoribus, quæ ad apud ipſos videri poſſunt; nobis
ſufficit tanquam efficacior, & conuincens, vel ſaltem
188. fere euidens ratio adducta. † Quæ etiam manifeſtè pro-
bat ſolam voluntatem internam nullo modo verbis,
nutibus, vel ſcripto exterius expreſſam & declaratam
contra Sanctarellum non eſſe ſufficientem ad faciendum,
ſeu actu conſtituendum alterum hæredem, aut legata-
rium, neque poſſe dominium rei tantum interius, & quod
ſe illi relictæ in alterum transferre. quia obligatio erga
alterum, & dominij tranſlatio in alium inter homines
in ſui ratione intrinſeca, & eſſentiali includit ordinem
ad illum, qui noo poteſt eſſe niſi per verba, & ſigna ex-
teriora, vt *ſuprà* oſtenſum eſt.

Corollaria.

Ex præfata ratione manifeſtè infertur, quod etſi do- 189.
natio, vel promiſſio alicuius interna alteri facta, ſeu vo-
luntas, qua vult efficaciter, vt talis res ſua in alterius do-
minium tranſeat, per miraculum, puta per Dei reuelatio-
nem maoifeſtaret, & innoteſceret alteri, adhuc iſte non
acquireret actionem, aut ius aliquod in donantem, ſeu
promittentem, aut in bona, quorum dominium in illum
actu interno voluit transferre; cum talis promiſſio, ſeu
voluntas interoa, careat aliquo ad inducendum obliga-
tionem erga alterum ad transferendum dominium eſ-
ſentialiter, & intrinſecè requiſito, ſcilicet, ordine ad il-
lum, quem ordinem non habet, nec habere poteſt, niſi
per verba, aut ſigna exteriora, quibus tantum homines
ad inuicem ordinãtur, & communicant. Vnde non rectè
contrarium ſentit Sayrus *d.c.10.n.6.* dicens in tali caſu ex
voluntate illa interna à Deo alteri reuelata transferri
dominium, pro ratione afferens, quod tota efficacia ſit à
voluntate, & omnia externa ſint tantùm neceſſaria, vt
ſigna, quæ ſi aliunde ſupplentur, per accidens eſſe viden-
tur: quæ tamen ratio non ſubſiſtit, cum efficacia obli-
gaodi pendeat intrinſecè, & eſſentialiter oon ſolum ab
ioterna voluntate, ſed etiam à verbis ſeu ſignis externis,
quibus debet exprimi, vt oſtenſum eſt. Et ideo illatio-
nem in terminis ſuſtinet Pontius *d.c.6.n.9.* Et colligitur
etiam ex aliis Doctoribus pro hac ſententia allegatis,
dum volunt ex donatione, promiſſione, & quouis alio
contractu non poſſe oriri obligationes inter homines,
niſi fiant ſecundum modum connaturalem, & huma-
num, qui eſt tantum per verba, & ſigna exteriora.

Ex eadem quoque ratione infertur contra Molinam 190.
d.diſp.166.n.8. promiſſiones & donationes merè inter-
nas ad pias cauſas, non Deo, ſed homini, puta pauperi,
vel loco pio ſactas iure naturæ, & io foro conſcientiæ
non obligare promittentem, quia dum non fiunt me-
diatè, & directè ipſi Deo, ſed homini, vt obligent, de-
bent fieri modo connaturali, & humano, & conſequen-
ter per verba, & ſigna exteriora, per quæ tantū homines
adinuicem ordinantur, & communicant, & ita ſentiunt
Sayrus *d.c.10.d.n.5.iūcto n.4.* Sāchez *d.l.1.de matr.diſ.6.n.
16.* & cōmuniter Doctores, quos *ib.* refert idē Sanchez.

Item ex eadem ratione infertur pomiſſionem merè
internam alteri factam non obligare promittentem ad 191.
eam manifeſtandam promiſſario, ſi velit acceptare, quia
ab initio ex ſe non fuit apta, & ſufficiens ad inducendam
obligationem erga alterum, cum per actus merè inter-
nos homines ad inuicem non communicent, nec ordi-
nentur, & conſequenter neque poſſint contrahere aliquam
obligationem, quæ in ſui intrinſeca ratione includit or-
dinem ad illum, cui homo obligatur, vt ſuprà oſtenſum
eſt. Per actus enim internos cum homo Deo communi-
cet, & ad illū ordinari poſſit, ideo ſufficiētes ſunt ad obli-
gandū hominē Deo, vt euenit in voto, & iuramēto pio.

Quod ſi promittens ſuam promiſſionem internam 192.
manifeſtaret ei, cui illam fecit, & ille eam acceptaret.
Azorius *d.c.2.q.1.verſic. quid ſi idem* Sanchez *d.lib.1.alle-
gata diſp.3.n.5.ad ſextum*, & Fagundez *d.c.3.n.7.* Reſpon-
dent, ſi ille promittens, dum manifeſtat perſiſtit in ea-
dem promiſſione interna, ſeu illam continuet, teneri ad
illius impletionem, quia iam promiſſio interna ſortita
eſt ſuum complementum, vt obliget, & promittens iam
noo ſolo animo promittit, ſed etiam exterius ore, & vo-
ce, ſecus ſi eam reuocauerit, nec eam manifeſtat vt acce-
ptetur, ſed ſolum ad indicandum ſe feciſſe talem promiſ-
ſionem. Quæ reſponſio quoad primam partem vera eſt,
ſi promittens per illam manifeſtationē voluit de nouo
ſe obligare, ratificando præconceptam promiſſionem,
nam ſi per illā manifeſtationē non voluit de nouo rati-
ficare eandem promiſſionē internè duntaxat prius factā,
& de nouo ſe obligare per talē ratificationem, dicendum
eſt

est promissionem manifestantem non manere alteri, cui manifestat, & acceptat, obligatum, vt etiam num. 10. asserit Faguodez, quia cum illa promissio merè interna asset nulla, quoad esse obligatorium, seu inualida, & se sola inepta, & insufficiens ad obligandum alteri homioi promittentem, vt probatum est, vt modo manifestata vim habeat obligandi; necesse est vt ratificetur, seu manifestetur animo illam ratificandi per ipsammet manifestationem; Et ad hoc vt per ratificationem ipsa manifestatione factam obligetur, oportet, vt sciat illam promissionem internam fuisse inualidam, & per ratificationem velit modo valere, seu efficere validam, & obligatoriam; si enim ex errore, seu ignorantia credens illam esse de se validam, & sufficientem ad obligandum manifestauerit, & ratificauerit etiam altero acceptante non manebit obligatus; quoniam nunquam fit ratificatio actus nulli; dum ignoratur actum fuisse nullum, vt tradidi in *secundo tomo horum moralium variorum tit. 4. n. 189* & præter Doctores ibidem allegatos, docent etiam Azorius *p. 1. lib. 11. c. 17. q. 7. versic. Aduertendum.* Suarez *to. 2. de relig. lib. 6. cap. 6. n. 6.* Lopez *1. p. instruct. c. 48.* & ratio est (vt dixi *d. n. 189.* & *in tract. de contractu matr. cap. 2. n. 82.*) quia error tollit consensum, cùm nihil tam contrarium sit consensui, quàm error. *l. si per errorem ff. de iurisd. om. iud.* prædictis sic explicatis

Responsio ad argumenta contrariæ sententiæ n. 175. positæ.

193\. Ad primum argumentum contrariæ sententiæ *n. 176* positum respondetur promissionem internam addere aliquid supra propositum, scilicet initium & fundamentum obligationis, complendum tamen per expressionem exteriorem verbis, vel signis externis, non verò addere ipsammet obligationem erga alterum, nec dominij translationem.

Ad secundum respondetur obligationem non oriri ex ratione promissionis, seu consensus interni, sed ex ratione iuramenti, vel quia habet vim voti facti Deo; Deo enim, qui est inspector cordis, potest homo ordinari, & obligari actu merè interno, vt tradit S. Thomas *d. 988. art. 1.* & fatentur Doctores communiter; vel ob reuerentiam Diuini Numinis, nam cum possit rem iuratam implere eo ipso, quod Deum in testem illius promissionis induxit, tenetur ex reuerentia, & religione Deo debita iuramentum in re licita obseruare. Et ex his manet solutum tertium argumentum.

Ad quartum *n. 179.* positum respondetur nullam committi infidelitatem non implendo promissionem merè internam factam homini, cum se sola non inducat vllam obligationem inter homines, vt probatum est. Infidelitas verò est non implere promissionem internè Deo factam, quia obligat iuxta iam tradita.

194\. Ad quintum *n. 180.* positū respondetur vim obligandi, aut transferendi non pendere, seu oriri ex sola promissione, seu voluntate interna, sed ex ea, & simul ex verbis, seu signis externis, quibus externus manifestatur, & exprimitur; contractus enim, donatio, promissio, testamentum, & vltima voluntas, vt sunt actus inter homines obligatorij, constant ex interiori voluntate, & simul ex verbis aut signis exterioribus, tanquam ex forma, & parte essentiali, vt ex dictis *n. 184.* & *186.* constat. Ad primam confirmationem respondetur ex eo, quod interior promissio inter homines neque innotescere, neque ad alterum ordinari potest, nisi per verba & signa externa, ideo hæc requiri non solùm vt donatio, promissio & voluntas interna cognoscatur, sed etiam vt ipsa donatio, promissio, & voluntas valeat, & sit apta, ac sufficiens ad inducendam obligationem ergà alterum hominem, vt probatum est. An autem ipsa donatio, seu promissio exterius per verba, aut alia signa, exteriora manifestata obliget promittentem statim, an vero requiratur acceptatio donatarij, seu promissarij inter naturæ inspecto, ita vt ante acceptationem possit pro libito reuocari rata conscientia, est alia quæstio, & Doctores *n. 184.* relati communiter asserunt etiam solo iure naturæ attento simplicem promissionem, & donationem non obligare prius quam sit acceptata, de qua re prææallegati Doctores præsertim Sanchez *d. lib. 1. de matr. disp. 7. n. 17. ad 19.* Azorius *d. cap. 2. q. 2.* & Lessius *d. cap. 18. dub. 6.* ✝ Ad secundam confirmationem respondetur obligationes, & pacta pendere ex consensu, sed non solùm ex consensu interno, sed coniuncto cum verbis, aut signis externis quibus manifestatur, & ad alterum ordinatur, quia consensus inter homines obligatorius debet esse secundum modum connaturalem, & humanum, qui est per verba, aut alia signa externa. Nec propterea quatuor illi contractus solo consensu sine verbis perficiuntur; sed dicuntur solo consensu constare, quia sine traditione rei, sine scripto, sine certa verborum præscriptorum formula conficiuntur consensu, verbis, nutibus, vel signis expresso. 195.

Ad sextum *n. 181.* positum ex dictis *n. 190.* respondetur per illam manifestationem, & acceptationem promittentem non manere obligatum, nisi per illam manifestationem vellet ratificare promissionem, & de nouo se obligare sciens promissionem illam merè internam fuisse inualidam.

Ad septimum responderi potest primò promissionem verbis, vel signis externis expressam factam absenti iuxta Sanchez, Azorium, Lessium & alios Doctores communiter præsertim *n. 184.* allegatos non obligare antequam promissarius illam acceptet, vel alius, qui de iure possit acceptare pro eo. Secundò respondetur promissionem externam scilicet verbis, aut signis externis declaratam esse factam iuxta modum connaturalem, & humanum, & constare omni ratione essentiali requisita ad hoc, vt obliget, seu apta sit, & sufficiens ad obligandum erga alterum, ac proinde admisso, quod obliget etiam ante acceptationem, hinc non potest idem inferri de promissione merè interna. 196.

Ad octauum *n. 183.* positum respondetur hominem esse dominum suarum rerum, quatenus constat ex anima & corpore, & est pars humanæ Reipublicæ, & esse dominum sua voluntate, quatenus pro libito voluntatis potest de illis disponere, & ita sua voluntate potest illarum dominio se priuare, & in alium transferre, ex hoc tamen non sequitur quod possit sola voluntate interna, & apud se tantum concepta; sed quod possit voluntate sua iuxta modum humanum, seu homini connaturalem, scilicet vestita, aut expressa verbis & signis externis, quibus solis iuxta naturam, & conditionē hominis potest ad alterū ordinari, & sic inducere obligationem erga alterū. 197.

Ad confirmationem respondetur primo iuxta Doctores præallegatos, quod licèt quis possit solo animo, & voluntate interna amittere, seu deponere possessionem, & dominium rei, vt cum habent res pro derelicto, hinc tamen non sequi, vt solo animo, & actu interno possit homo se alteri obligare, vel in alium rei suæ dominium transferre, cum contractus humani & vltimæ voluntates non habeant vim obligandi erga alterum, & aliari tribuendi ius aliquod nisi vestiantur, & coniungantur verbis quæ se habent tanquam forma concurrens ad constitutionem, seu substantiam ipsam, seu valorem contractus, vel vltimæ voluntatis iuxta esse obligatorium, siquidem obligatio erga alterum, & translatio dominij in alium essentialiter includit ordinem ad illum, quo caret actus merè internus. Quæ omnia patent ex dictis *n. 184.* & *duobus sequentibus* ✝ Respondetur secundo, quòd sicut possessio non acquiritur nisi animo, & corpore, scilicet, aliquo signo externo manifestante animum acquirenti, ita etiam non amittitur solo animo interno nolendi possidere, sed animo, simul & corpore, id est aliquo signo, seu aliqua externa manifestatione animi nolentis possidere, puta, negatione exercitij, quæ possessio continuari solet, vt discessu, abiectione, derelictione 198. 199.

derelictione, aut verbis id significantibus. ita habetur *l. quemadmodum 8. ff. de adquirenda, & amittenda possess.* & tradunt Glossa *in d. l. possideri §. in admittenda verbo solo versic. vel sic dic.* Azotius *3 p. lib. 1. cap. 34. quæst. 6.* & Basilius Pontius *d. cap. 6. num. 12* Neque obstat, quod in *d. §. in amittenda* dicatur possessionem solo animo non possidendi protinus amitti ab eo, qui est in fundo. Nam Glossa *vbi suprà*, & Azotius aiunt intelligendum ita, scilicet, *protinus amitti*, postquam inde exiuerit, seu discesserit. ita quod, vt quis desinat possidere rem immobilem, necesse est, vt nolit eam possidere, & eo animo ab ea discedat. Rem verò mobilem quis desinit possidere, si nolit eam possidere, & ea voluntate abiiciat illam; vt notat ibidem Azotius, quæ etiam confirmatur tum per textum *in l. peregrè ff. de acquir. & amitt. possess. §. quibus explicitis*, vbi expresse dicitur, *eius, quod corpore nostro tenemus, seu per nosmetipsos possidemus possessionem amitti vel animo, vel etiam corpore, si modò eo animo inde digressi fuerimus, ne possideremus*; tum per textum *in d. l. si quis vi 17. fine ibi si quis ea mente possessionem tradiderit vt ei postea restituatur, desinit possidere*, vbi menti, seu animo non possidendi iungitur externa traditio animum manifestans. Ex quibus patet, cum in iure dicitur possessionem solo animo amitti, non debere intelligi eo modo dicendi ad amissionem sufficere solum internum consensum, seu actum nolendi possidere nullo signo externo manifestatum, sed ad talem amissionem non esse necessarios actus similes iis, quibus possessio, & dominium acquiritur, vt iudicia sententiam, contractum, aut traditionem; quia sine his sola derelictione, vel abiectione cum animo non possidendi amittitur possessio, vt in præcitatis iuribus. Etiam sine consensu, seu actu interno nolendi possidere amitti potest possessio, si adsint signa externa significantia animum, vt est rei possessæ traditio, dum possidens eam tradit eo animo, vt postea ei restituatur, vt *d. l. si quis vi.* habetur, in qua lege Vlpianus ponit differentiam inter dominium, & possessionem; quod dominium manet eius, qui dominus esse non vult, possessio autem recedit, vt quis constituit nolle possidere; scilicet dum tradit alteri rem possessam, licet tradat animo, vt postea ei restituatur. Sicut ergo possessio non amittitur solo animo sine aliqua animi manifestatione per aliquod signum externum ex supra dictis; ita etiam dominium non amittitur solo animo nolentis esse dominum, sed requiritur aliqua animi manifestatio per externum signum, vt discedere à re, seu eam derelinquere, aut abiicere à se, vt expressè notauit Glossa *in d. l. si quis in verbo non vult vbi ad l. 1. & 2. ff. pro derelicto & institut. de rer. diuis. §. fin.* in quibus iuribus videtur indicari dominium solo animo amitti; cum ibi dicatur, *desinere esse nostram rem habitam pro derelicto*, respondet dictos textus intelligi, si dominus discessit à re, & ita sentiunt etiam Azotius, & Pontius locis citatis.

Resolutio casus propositi à Sanctarello, & Responsio ad illius argumenta.

200. Ex dictis ad casum Sanctarelli suprà *n. 166.* positum respondetur Catharinam nullo modo potuisse accipere illos mille aureos, non obstante declaratione à Petro post professionem facta, quod ipse ante professionem fuerit eius voluntatis, & apud se, & in mente sua disposuerit, vt dicti mille aurei eidem Catharinæ darentur; quia illa vltima voluntas in mente retenta fuit inualida, & insufficiens ad transferendum dominium, & inducendam illam obligationem, vt dictum est *n.* 88. & probant tradita à *num. 184. ad 193.* tempore autem declarationis iam Petrus erat inhabilis ad testandum, & disponendum de prædictis mille, vtpote professus, & ita per illam declarationem non potuit de nouo præcedentem voluntatem ante professionem apud se conceptam ratificare & efficere validam.

Ad primum autem argumentum Sanctarelli *n. 167.* positum respondetur cum iura dicunt vltimam voluntatem omnibus modis esse obseruandam, idque esse naturali æquitati conforme, id intelligi de vltima voluntate modo naturali, & humano, & apto ad transferendum dominium, & ad inducendum inter homines erga alterum obligationem, qui modus est per manifestationem voluntatis verbis, aut signis externis factam, & quando dicitur etiam voluntatem nudam esse seruandam, intelligitur de voluntate nuda à solemnitatibus iuris, non verbis, & signis externis, sine quibus homines inter se non communicant, nec adinuicem ordinantur. 201.

Quare etiam ad secundum, cum iura dicunt voluntatem testatoris facere totum, & haberi pro lege; ante omnia dominari, magis inspiciendam, quam verba; & alia, quæ in argumento adducuntur, respondetur non loqui de voluntate testatoria merè interna, & nullo modo expressè, vel tacitè manifestata per verba, aut scripturam, aut aliquam aliam dispositionem, sed de voluntate, quæ humano modo potest innotescere, vel colligi, seu coniectari, scilicet, vel quia ipse testator talem voluntatem expressè declarauerit, & manifestauerit, & de ea clarè, & indubitanter, directè constet, vel verisimiliter colligatur ex aliis per eundem testatorem declaratis, & manifestatis; vel ex iuris præsumptione. 202.

Ad tertium, Mantica loquitur de eo, qui est certus de voluntate defuncti, quia illam audiuit, vel alia via modo humano eam nouit indubitanter, licet fuerit minus solemniter declarata, seu testator non adhibuerit solemnitatem numeri testium à iure positiuo requisitam, nullo autem modo loquitur de voluntate merè interna, & in mente retenta, vt legenti dictum titulum 14. patebit, in quo solùm contendit probare vltimam voluntatem minus solemnem, de qua certò hæredi scripto vel legatario iure naturali, & in foro conscientiæ transferre dominium, vt proinde idem hæres scriptus vel legatarius si hæreditatem, vel rem legatam minus solemniter sibi relictam possideat, tuta conscientia retinere possit

Quartum argumentum iam solutum est suprà *n. 194.* Ad confirmationem si cogitationes hominum possent cognosci sicut cogitationes Angelorum sine verbis, & signis externis, tunc alius modus communicandi & obligandi esset inter homines.

Ad quintum *n. 170.* positum, nullum est inconueniens, quod in tali casu homo non possit de rebus suis disponere, quia huiusmodi impotentia prouenit ex ipso iure naturæ, siue ex ipsa natura, seu conditione hominis naturali; non ex aliqua lege humana.

Ad sextum *n. 171.* positum. Etiamsi Petrus ante professionem disposuisset apud se tantùm de dandis mille aureis Catharinæ cum illa conditione expressa declaranda tali dispositione verbo, vel scripto post professionem, nihilominus si ante professionem non fecit talem declarationem, sed tantum post professionem, Catharina non potest licitè illos mille aureos accipere absque obligatione restituendi, quia illa dispositio merè interna fuit inualida, & insufficiens ad transferendum dominium in Catharinam. & post professionem Petrus inhabilis est ad efficiendum eam validam per suam declarationem vt *n. 200.*

TITVLVS



TITVLVS DECIMVS-QVINTVS, HVIVS TOMI TERTIVS.

TITVLVS TERTIVS,

DE CONTRACTIBVS, ET ACTIBVS INTER VIVOS *carentibus solemnitate, seu forma, aut conditione in illis faciendis à iure ciuili, & positiuo humano statuta, illos sine tali forma, vel conditione factos decernente irritos, & nullos.*



VIA plura ex traditis in præcedenti titulo multum conferunt ad explicandum, ao actus inter viuos, seu contractus iuxta leges ciuiles, & ius positiuum nulli, & irriti, sint non solum oulli, & irriti in foro exteriori, & quoad tribuendam, seu patiendam obligationem, seo actionem ciuilem, sed etiam in foro interiori, & conscientiæ, an vero pariant obligationem naturalem, atque adeo sint validi, & obseruandi in foro conscientiæ; idcò tertio loco posui hunc titulum.

SVMMARIVM §. I.

Actus, seu contractus lege naturali alioqui validus potest duobus modis à iure positiuo ciuili vel Ecclesiastico reddi irritus & nullus, nempè vel reddendo personas inhabiles ad contrahendum, vel actui, seu contractui certam formam præscribendo. n. 1.

Lex obuians fraudibus continet bonum publicum. num. 2.

Leges de solemniis testamentorum, & contractuum sunt iustæ, & dicuntur bonum publicum continere. ibidem.

Princeps, & Respublica an suâ lege possit reddere nullos etiam in fora conscientia contractus, si fiant à certis personis, vel absque certa solemnitate sine forma in eadem lege statuta; negatiua. num. 3. affirmatiua. num. 4. & seqq.

Obligatio naturalis oritur ex consensu, & quomodo. num. 3. & 6.

Æquitati naturali nihil congruentius, quàm pacta seruari, & cuiusque voluntatem se obligare volentis ratam fieri. num. 3.

Sententia an possit tollere naturalem obligationem. num. 3. & 6.

Bona subditorum publica potestati subiacent in ordine ad bonum commune. n. 5.

Princeps etiam sacularis habet potestatem à Deo circa gubernationem, & ea, qua ad tranquillum Respublica statum pertinent. ibidem.

Consensus qua ratione per legem possit impediri. n. 6.

Per leges irritantes contractus solum in foro contentioso, an sufficienter possit occurri fraudibus, & prouideri bono communi. n. 3. & 7.

§. I.

An Princeps, seu Respublica, seu supremus Legislator tàm sacularis, quàm Ecclesiasticus possit suis legibus ita reddere nullos aliquos contractus, alioqui de iure naturali validos, vt nulla ex iis oriatur obligatio naturalis, & coram Deo, seu in foro conscientia ligans, ita vt nullius sint momenti tùm in foro externo, quam in interiori, & habeantur ac si non essent vnquam facti, si id faciat ob causam iustam, nempè quia id bono communi expedire iudicat.

NOtandom duobus modis actus, & contractus alioqui, & seclusa lege positiua de iure naturali valídos, & obligatorios posse lege ciuili, vel Ecclesiastica reddi irritos, & nullos; primò si lex respiciat personas, & illis alioqui habilibus ad contrahendum interdicat, ne possint contrahere, seu illas reddat inhabiles ad contrahendum, vel transferendum, aut recipiendum dominium, vel simpliciter, vel nisi seruatis conditionibus in lege ipsa præscriptis. Secundò si lex respiciat tantum contractum ipsum, præscribens certam formam, & solemnitatem, qua fieri debent, & reddens illum ipso facto nullum, & irritum, si tali forma, & solemnitate careat v. g. si non fiant certis verbis, certo loco, vel tempore, vel per tres tractatus, vel coram certo numero testium, prout à lege ipsa decernitur. 1.

Notandum secundo leges ad obuiandum, seu impediendum fraudes, dolos, iniquitates, & damna, quæ facilè in Republica oriri possunt, constitutas dici continere causam publicam, bonúmue publicum concernere. vt Baldus *consil.* 285. *lib.* 3. Fortunius *tractatu de vltimo fine num.* 170. Vasquius *de success. creat. lib.* 1. § 2. *num.* 7. Molinus *de ritu nupt. lib.* 1. *comput.* 19. *num* 44. & Doctores communiter *infra* allegandi, & alij ab ipsis relati, & quos allegaui *titulo* 1. *num.* 10. Hoc enim legis proprium est fraudibus, & iniquitatibus obuiare *cap. quanto de priuileg. Cap. si ciuitas de sent. excom.* & *l.* 1. §. *Imperator.* illis verbis: *existimo te hunc fraudi rectè occursurum. ff. de suspect. tut.* & communiter dicitur, vbi fraudum periculum ibidem cautiùs agendum, *cap. vbi periculum de electoribus.* Hinc leges ciuiles de solemniis testamentorum iustæ sunt, vt *d. tit.* 1. *num.* 11. dictum est. & dicuntur bonum publicum continere, quia latæ sunt ad occurrendum fraudibus, quæ alioqui illis non adhibitis frequenter possunt io testamentis contingere. 2.

Ob banc igitur causam boni publici, & impediendi fraudes, dolos, damna, & etiam præcludendi viam litibus apud omnes certum est, & indubitatum supremos legislatores posse suis legibus aliquos actus, seu contractus in foro exteriori, & contentioso nullos reddere vnn ex illis duobus modis, vel etiam vtroque modo; prout de facto leges ciuiles, & Ecclesiasticæ, & municipalia statuta fecerunt aliquos inhabiles ad contrahendum nisi certa solemnitate, certisue conditionibus seruatis in contractu ineundo; & etiam præscripserunt contractibus quibusdam certam formam necessario in illis seruandam, aliter factos ipso facto irritando, & nullos reddendo, vt constat ex corpore vtriusque

iuris, & constabit ex exemplis infra adducendis. Difficultas ergo est, an Principes vno ex duobus prædictis modis, vel vtroque ob iustam causam, & bonum publicum possint contractus reddere nullos, & inualidos etiam in foro conscientiæ, auferendo ab illis vim naturalem obligandi, & si iure naturali præcisè spectato firmi, ac validi, & naturaliter obligatorij in conscientia forent, si contra legis dispositionem ineantur.

3. Et Vasquius *lib. 3. de success. creatione §. 30. num. 3. cum pluribus seqq.* dixit non posse lege positiua per Principem, aut Rempublicam à contractibus mutuò contrahentium consensu libero, & sincero, & cessante omni fraude, & dolo factis, auferre vim natiuam obligandi, impedireue, ne ex eis oriatur obligatio naturalis, & sint validi, & obligatorij in foro conscientiæ, quam sententiam omnino tenere videtur Michaël Ferrus Manrique *resolutar. p. 2. quæst. 105. num.* 20. Probatur hæc sententia primo, quia obligatio naturalis oritur ex consensu, *l. ex consensu ff. de act. & obligat. & §. 1. institut. de obligat. ex consensu.* cum aliis iuribus, quæ allegant Vasquius *d. num. 6.* & Spino *in speculo testament. glossa* 55. *num. 1. 2. & 3.* ergo vbi adest mutuus contrahentium consensus liber, & sincerus, ex necessitate oritur naturalis obligatio, nec ea potest vlla lege ciuili tolli, aut impediri; tum quia posita causa necessaria effectus, necesse est effectum sequi; tum quia, cùm consensus sit iuris naturalis *l. libertas de statu hominum*, & æquitati nihil magis congruentius sit, quam pacta seruare, & cuiusque voluntatem se obligare volentis ratam fieri *§. per traditionem instit. de rerum diuisione.* hanc voluntatem lex positiua impedire, vel illi terminum præfigere non potest. *§. fin. instit. de legit. agnat. tutela l. eas obligationes ff. de capit. dimin. & l. iura sanguinis ff. de reg. iuris.* Secundò, quia consensus, & voluntas, quæ à iure naturæ descendit, & ex qua oritur obligatio naturalis, est quid facti, non iuris *l. bona fides §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. final.* ibi: *voluntatis esse quæstionem Cod. de Instit. & substit.* cum aliis allegatis à Vasquio *d. num. 6.* sed res facti iure ciuili infirmari, aut tolli non possunt, vt formaliter, & expressè *l. 1. §. si tur. ff. de adquir. possess.* & quod semel factum est, infectum fieri iure ciuili non potest *l. in bello §. facta ff. de capt.* Tertiò, quia sententia non potest tollere naturalem obligationem, licet tollat ciuilem. *l. Iul. ff. de condit. indeb.* & tamen lex ciuilis summam auctoritatem præbuit sententiæ, ita vt velit rem iudicatam pro veritate esse *l. res iudicata ff. de reg. iuris.* ergo neque lex potest illam tollere, aut impedire, quin oriatur, vbi adest pactum, & consensus duorum. Neque obstat, ait Vasquius *d. §. 30. num. 12. versic. Nec ad rem*, quod si hæc opinio esset vera, sublata, & impedita videretur facultas Reipublicæ competens legum condendarum, quæ valdè necessariæ sunt ad bonum Reipublicæ statum, & incolumitatem: Nam imò respondet idem Vasquius, nihilominus lex positiua poterit similes leges condere, quæ effectum suum habebunt in foro contentioso; nec quod careant effectu in foro animæ, id obest Reipublicæ, quin imò sanctissimum, & vtilissimum ei est, addit idem Vasquius. Nam licèt lex in communi possit, & debeat esse salutaris Reipublicæ, & conducibilis *cap. erit autem lex d. 4.* tamen de indiuiduo in omnibus casibus proficere, & fructuosa esse nequit. Prædicta Vasquius.

4. Quibus tamen non obstantibus tanquam certum, & indubitatum asserendum est, Rempublicam, seu supremum Principem tam sæcularem, quam Ecclesiasticum sua lege ob iustam causam boni publici, seu si ita iudicauerit expedire bono publico ad tollendas fraudes, & iniquitates, & impedienda damna, quæ alioqui suboriri facile possunt, posse actus humanos, & contractus, aut quasi contractus annullare, & reddere ipso facto irritos (si aliter quàm in lege disponitur fiant) non solùm quoad forum contentiosum, sed etiam quoad forum animæ, ita vt nulla ex eis oriatur naturalis obligatio, quæ prosit in foro conscientiæ, & omninò inefficaces sint ad dominij translationem, & censeantur taliter, ac si facti non essent (licèt seclusa lege positiua illos irritante solo iure naturæ spectato validi essent, & obligarent naturaliter, & in foro animæ, & apti forent ad dominium transferendum) idque siue reddendo inhabiles aliquas personas ad contrahendum simpliciter, vel aliter quàm in lege decernitur, vel ipsis actibus, & contractibus præscribendo certam formam, seu solemnitatem in ipsis adhibendam tanquam essentialem, & substantialem, sine qua non subsistant vllo modo, & habeantur omninò pro infectis. ita præter Doctores *in titulo præcedenti num. 51.* relatos Sotus *lib. 4. de iustitia q. 5. art. 3.* Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 4. num. 4. versic. tertio*, & aliis locis *infrà* allegandis; Spino *in specul. testam. Glossa* 15. *num. 52.* Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. à num. 30.* Doctor Merenda *lib. 1. controu. iur. cap. 9.* Reginaldus *lib. 25. num. 103.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 2. p. 7.* Basilius Pontius *de matr. lib. 5. cap. 4. & 5.* ego ipse *in tractatu de contractu matr. cap. 1. num. 9.* Ioannes Valerus *verbo* lex *diff* 8. omnes Doctores *titulo præcedenti num. 51.* allegati, alij omnes *infrà* allegandi, & magis communiter Canonistæ & Iurisperiti à Molino *num. 30. & 36.* Merenda *d. cap. 9.* & à Valero relati. Probatur primò, quia in his actibus, seu contractibus, ac quasi contractibus, seu testamentis, & vltimis voluntatibus ius naturale nullam certam formam præscribit, & licet iuxta idem ius naturale ad illorum valorem sufficiat consensus liber, & sincerus humano modo explicatus, non tamen idem ius vetat, quin aliud præter consensum addi possit, *tit. 1. n. 13. & 14.* dictum est. Vnde quilibet priuatus potest suis contractibus præter consensum conditionem apponere, sub qua se velit obligare, & non aliter, ergo possunt supremi legislatores suis legibus certò præscribere, quanam formula sit contrahendum, vel quasi contrahendum, vt contractus, vel quasi contractus in vtroque foro valeat. Confirmatur, quia si quilibet priuatus potest (vt dixi) suis contractibus conditionem apponere, sub qua se velit obligare, & non aliter; ergo multò magis poterit Respublica, seu supremus Princeps, cui omnes voluntates subditæ sunt, præscribere conditiones, sub quibus, & non aliter valeant gesta per ipsos. † Secundò quia vt subditi, sic 5.
& eorum bona publicæ potestati subiacent in ordine ad bonum commune (vt in *prima parte horum moral. titulo* 1. ostensum est) & ad tollenda incommoda, quæ possunt in Republica oriri. Ac proinde licet quilibet eiuis solo iure naturæ spectato distribuere possit bona sua, pro vt libuerit, tamen Princeps, si bono communi ita expedire iudicet, potest quibusdam personis talem distributionem interdicere, & certos etiam modos, & formas signare, & præscribere, quibus fiat talis distributio, simulque decernere quidquid alio modo factum fuerit, nihil obstante manifesta distribuentis voluntate, fore irritum, nulliusque momenti non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ, & coram Deo. Nam Princeps, seu supremus legislator non solum Ecclesiasticus, sed etiam sæcularis habet potestatem à Deo circa gubernationem, & circa ea, quæ ad tranquillum statum Reipublicæ spectant iuxta illud *Prouerbiorum cap. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* & ita sua lege ob bonum publicum lata, licet feratur tantùm authoritate ciuili, obligare in conscientia subditos, vt tradunt communiter Doctores agentes de legibus, id confirmantes etiam ex illo Apostoli *ad Romanos* 13. *Non est potestas, nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit:* vnde obedire legibus est de iure naturali *l. veluti ff. de iustitia, & iure*, & *cap. 2. de maior. & obed.* sicut ergo Princeps etiam sæcularis sua lege præceptiua, vel prohibitiua ob commune bonum lata habet vim obligandi subditos in foro conscientiæ, quia alioqui non posset rectè gubernare, & bono publico consulere, ita etiam ob causam boni publici, seu

quando

quando bono communi expediens iudicauerit, habet vim sua lege annullandi contractus, vel quasi contractus etiam in foro conscientiæ auferendo ab illis naturalem virtutem obligandi, quam alioqui haberent seclusa illa lege. Neque dicatur talem legem fore emanaturam, seu emanare à Principe ex præsumptione, ac proinde si veritas sit in contrarium, non habituram locum in conscientia, quia hîc suppono Principem ferre talem legem non ex sola præsumptione fraudis, quæ in indiuiduo posset contingere; sed ex certa scientia, & voluntate comprehendendi omnes casus id iudicans expedire bono communi; ita quod ratio legis non sit bonum huius, vel illius in particulari, sed bonum commune Reipublicæ. Denique, quod Respublica tàm ciuilis, quàm Ecclesiastica habeat potestatem condendi leges ab actibus, & contractibus, vel quasi contractibus, auferentes vim legis naturalis, & omnem effectum, quem de iure naturæ alioqui haberent, constat ex effectu; cum plures contractus sint iuxta leges Ecclesiasticas, & etiam ciuiles ipso facto irriti, & nulli etiam in foro conscientiæ, & carentes omni effectu, quem alioqui iure naturæ præcisè spectato haberent, seclusis legibus. Sic in Republica Ecclesiastica matrimonium contractum siue Parocho, & duobus testibus præsentibus non obstante mutuo contrahentium consensu libero, & spontaneo, nullum est etiam in foro conscientiæ iuxta Concilium Tridentinum *cap.1. sess.24. de reform.* vt latè probaui *in tract. de matr. cap. 1. num. 9.* Item matrimonium contractum in gradibus lege Ecclesiastica prohibitis, vt in secundo, vel tertio, vel quarto est inualidum non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori, & conscientiæ, & contrarium dicere est hæreticum ex Tridentino *dicta sess.24. can.3. & 4. de Sacrament. matrim.* Item professio facta ante completum annum nouitiatus, vel decimum sextum ætatis annum est irrita, & nulla etiam in foro interiori, & coram Deo ex decreto Tridentini *in cap.15. sess.25. de reg.* Simoniaca etiam beneficiorum commutatio ipso facto est in vtroque foro irrita, & nulla ex Ecclesiæ constitutione *in cap.cum olim. & cap. quæsitum de rerum permutatione.* In Republica etiam ciuili, & laicali reperiri contractus à lege ciuili omnino reprobatos, & per eandem legem ciuilem redditos ipso facto omnino inualidos, & inefficaces ad transferendum dominium, & ad pariendam vllam obligationem siue ciuilem, siue naturalem, constabit ex *infrà* dicendis.

6. Ad primam rationem Vasquij *num 3.* positam ex Spino vbi supra respondetur ex consensu oriri obligationem, si fuerit legitimus, secùs verò si non fuerit legitimus, sed à lege omnino reprobatus ex iusta causa, tunc enim nullam producit, vel producere potest obligationē *c.2. de frig. & malef.* Ad illud quod lex ciuilis non potest tollere obligationem naturalem ex eodem Spino: Respondetur legem ciuilem, & Canonicam non tollere obligationem naturalem iam ortam sine vlla legis resistentia vt *in d. l. eas obligationes ff. de cap. dimin.* posse tamen legem ciuilem, & Canonicam resistere à principio contrahentibus, & impedire iustis de causis, & in bonum commune, ne ex illorum mutuo consensu oriatur vlla obligatio: vt constat in matrimonio absque præsentia Parochi, & duorum testium, vel in gradibus lege Ecclesiastica prohibitis contracto, ex quo certum est nullam oriri obligationem lege Ecclesiastica ab initio contractus resistente, & annullante consensum, ac si non esset elicitus. Textus autem *§. fin. de legit. agnat. tutela, & l. iura sanguinis* loquuntur de naturalibus, intrinsecis, & inseparabilibus à natura hominis, vt est ius agnationis.

Ad secundam rationem respondetur, consensum, cùm sit quid facti, non posse tolli, & impediri quoad esse naturale, & materiale, neque etiam posse tolli obligationem naturalem iam ex eo ortam; posse tamen tolli, & annullari quatenus est fundamentum proximum, seu proxima ratio transferendi dominij, & inducendi obligationem naturalem, ita vt ad hos effectus sit prorsus inefficax ob legis humanæ iustæ resistentiam ab initio eiusdem consensus, vt probatum est.

Ad tertiam rationem respondetur sententiam non posse tollere obligationem naturalem iam ortam; & eandem etiam non potest tollere lex.

Ad id autem, quod subdit Vasquius, rectè, & sufficienter occurri fraudibus, & prouideri bono communi per annullationem contractuum in foro exteriori tantum. Respondetur primò semper securius occurri fraudibus, & bono publico consuli, si annullatio stringat etiam in foro conscientiæ. Secundo respondetur Principem legislatorem id diiudicare, & iuxta suum iudicium probabile ferre legem in foro tantum exteriori, vel etiam in interiori habentem vim iuxta exigentiam boni communis. 7.

SVMMARIVM §. II.

An de facto contractus non seruata legis forma ad eum faciendum præscripta, vel à persona ad contrahendum effectu inhabili, à lege, si lex contractum aliter factum ipso facto irritet, factus sine fraude sit ipso iure nullus etiam in foro conscientia, nullamque pariat obligationem naturalem. Quatuor ponuntur sententia. num. 8. & seqq.

Prima indistinctè affirmat parere obligationem naturalem habentem effectum in foro conscientia, nullum autem effectum in foro contentioso à num.8. ad 18.

Secunda opposita indistinctè negat obligare naturaliter, & in foro conscientia. à n.19. ad 29.

Tertia negat contractum esse validum naturaliter, & in foro conscientia, si factus sit à persona ex legis dispositione inhabili ad contrahendum; affirmat esse validum, si solum in eo deficiat forma, seu solemnitas à lege præscripta à n.30. ad 36.

Quarta sententia asserit esse omninò nullum etiam in foro conscientia contractum initum à persona inhabili per legem nullum ex solo defectu forma, esse validum in foro conscientia, at non firmiter, sed reuocabiliter per Iudicis sententiam à num.37. ad 40.

Resolutio Authoris à n.41. ad 47.

Retenta secunda sententia, satisfit argumentis prima & tertia sententia. n.48. & duobus sequentibus.

Retenta prima, tertia & quarta sententia satisfit argumentis secunda sententia n.51. & duobus sequentibus.

Is, cuius nihil interest, non potest alteri, seu pro altero stipulari, & si stipuletur inde nulla obligatio ciuilis oritur, & an, & quomodo oriatur obligatio naturalis, & talis obligatio habeat effectum exceptionis in foro externo. n.8.12. & 13.

Alius pro alio promittens daturum, facturum, &c. non obligatur. ibidem.

Ex pacto, seu conuentione à pupillo doli capace facta sine tutoris auctoritate, qua eius conditio sit deterior, oritur obligatio naturalis. n.9.

Cum quis alteri stipulatur, an si promittens ignoret id esse à lege prohibitum, obligetur naturaliter. n.10.

Contractus, cui lex positiua humana sola resistit, initus sine fraude an obliget naturaliter, & in conscientia. n.11. 14. cum aliquibus sequentibus, & n.48. & posito, quod ex eo oriatur naturalis obligatio, an hæc habeat aliquem effectum in foro externo. ibidem & n.22.

Talis obligatio an habeat in foro externo effectum exceptionis & retentionis. n.11.13.17. & 18.

Cum quis alteri eius nomine stipulatur, ex stipulatione oritur ciuilis, & naturalis obligatio. n.12.

Cum quis alteri stipulatur, an eius intentio sit acquirere sibi obligationem, an vero ei, in cuius fauorem stipulatur. ibid. fine.

Ex contractu, cui resistit lex humana, qua habet mixtam prohibitionem iuris naturalis, vel diuini, non oritur naturalis obligatio. n.15. & 16.

Neque

Neque oritur ex contractu, cui lex humana resistit propter imbecillitatem, & defectum consensus, vt in pupillo non capace doli, prodigo, furioso, & similibus. num. 16.

Ex contractu mulieris, minoris, & prodigi, cui lex sola humana resistit, liberè, & sine fraude celebrato oritur obligatio naturalis habens suum effectum in foro conscientia, non verò in foro contentioso. n. 17. & 18.

Quid sit legem reddere aliquem inhabilem, & incapacem ad contrahendum. n. 20.

Quæ fiunt ab inhabili, iure naturæ sunt nulla. ibidem, nisi inhabilitas sit inducta à lege in odium personæ, & pœnam alicuius delicti; tunc enim ante iudicis sententiam declaratiuam, inhabilitas non haberet effectum in foro conscientia. n. 21.

Ex contractu, cui lex positiua humana resistit, nulla oritur obligatio ciuilis, aut naturalis obligans in conscientia, secus si lex non resistit, licet non assistat, nam tunc oritur naturalis obligatio. n. 22.

Contractui, ex quo oritur naturalis obligatio, fideiussor potest accedere. ibidem.

Leges humanæ ipso facto irritantes contractus celebrantes non seruata forma non fundantur in præsumptione fraudis in particulari, sed fiunt ad euitandum fraudis periculum in communi. n. 24.

Cessante fine legis in particulari casu, in eo non cessat obligatio legis non fundata in præsumptione fraudis particulari, sed in periculo fraudis, seu in præsumptione fraudis in communi ibidem & n. 49. Contrarium. n. 34. & 53.

Lex iusta obligat in conscientia, etiam ante iudicis sententiam. n. 25.

Posito, quòd ex contractibus contra legem illos irritantem quoad forum ciuile, oriatur naturalis obligatio, an leges ipsæ essent iniustæ, ánque iudex cognoscens veritatem causæ tales contractus irritos declarans peccaret. n. 26.

Per irritationem contractuum contra formam legis celebratorum in solo foro contentioso vim habentem, & non in foro conscientia, an sufficienter esset occursum fraudibus, & consultum bono publico Reipublicæ. num. 26. versic. Denique. & n. 35. versic. sexto n. 39. versic. secundo. & n. 53. fine.

Actus præsertim publicæ potestatis, seu ad publicam administrationem pertinentes gesti contra legem illos irritantem sunt nulli etiam in foro conscientia. n. 27.

Vt actus gestus contra legem irritantem sit nullus in foro conscientiæ, debet aperiè constare legem irritantem velle actum esse omnimò nullum; & ab eo omnem vim auferre, secus in dubio intentionis legislatoris, & qua ratione cognosci possit legem voluisse irritare etiam in foro conscientia, & quoad obligationem naturalem. n. 28.

Irritatio actus gesti ob defectum formæ à lege proscriptæ an, & quando sit pœna. n. 33.

Irritatio contractus quando est pœna, an, & quando habeat effectum ante Iudicis sententiam declaratiuam. ibidem.

Ratio, ob quam solemnitates contractuum fuerunt introductæ à lege, fuit, obuiare fraudibus. n. 34.

Lex fundata in præsumptione non obligat in conscientia, quando in contrarium est veritas. ibidem.

Sponsalia inter consanguineos, licèt nulla, pariunt impedimentum publicæ honestatis. n. 36.

Ex vsu recepto habens aliquid ex contractu minus solemni per legem irrito, & nullo, non cogitur restituere ante Iudicis sententiam. n. 39. versic. tertio.

Iuxta quartam sententiam n. 37. positam, qui aliquid ex contractu irrito ob defectum solemnitatis cessante fraude, habuit, non tenetur admonere contrahentem de vitio contractus, nec tenetur restituere ante Iudicis sententiam; & qui non tradidit rem, non tenetur tradere, sed potest retinere etiam ante iudicis sententiam rescissiuam contractus. n. 40.

Aliqui actus iuxta ius humanum ipso facto irriti sunt; sunt etiam irriti in fora conscientia, & nullam omninò obligationem pariunt; tales contractus est matrimonium contractum absque præsentia Parochi, vel testium, vel contractum intra gradus lege canonica prohibitos matrimonium dirimentes; & professio in religione ante completum decimum sextum annum; vel ante completum annum à suscepto habitu. n. 41. & 42.

Quatuor sententiæ circa contractuum, & actuum, qui celebrantur contra prohibitionem legis illos ipso facto irritantis, validitatem, vel inualiditatem in foro conscientia explicatæ à num. 8. ad 47. sunt omnes probabiles. n. 44.

Valde probabile est contractum sine fraude, & libero consensu agentium factum absque solemnitate iuris humani aliter celebratum ipsa facto irritantis, esse validum in foro conscientia, si ob impedimentum facti, vel ignorantiam solemnitas non fuit adhibita. n. 45.

Secunda sententia n. 19. posita, asserens actus, & contractus lege humana ipso facto irritos, & nullos siue ob defectum, seu inhabilitatem personæ, siue ob defectum formæ legis non seruatæ, esse omnino nullos & in foro conscientia etiam ante Iudicis sententiam rescissiuam, seu declaratiuam ab Authore cæteris præfertur, vt probabilior. n. 47.

Lex prohibens actum, & illum ipso facto irritans, siue respiciat personam reddendo directè illam inhabilem ad contrahendum, siue respiciat directè actum præscribendo illi formam, reddit voluntatem inefficacem ad inducendos effectus illius actus, seu contractus, & sic inhabilem ad producendam etiam obligationem naturalem, & obligantem in foro conscientia. ibidem.

Mens legislatorum suis legibus irritantium ipso facto contractus contra prohibitionem, & formam legis factos non fuit solùm impedire illorum fidem in iudicio contentioso, sed annullare quidquid contra fieret. ibidem.

Lex irritans contractus sufficienter promulgata, an afficiat etiam eam ignorantes vincibiliter. n. 10. 45. & 48.

Ex inhabilitate personæ ad contrahendum à lege inducta an necessariè inferatur mentem legislatorum fuisse, vt leges procederent etiam in foro conscientia. num. 20. 47. & 51.

Gesta ab inhabili non sunt semper nulla in foro conscientia, sed caret omni effectu in foro contentioso. ibidem.

Intellectus ad textus, seu iura, in quibus dicitur contractus, non seruata forma legis, celebratos esse nullos, inutiles, & pro ineffectis haberi. n. 23. & 52.

In dubio an fraus, dolus, aut vis adfuerit in contractu absque iuris solemnitate, & forma celebrato contractus est censendus omnino nullus etiam in foro conscientia. n. 54.

Quando contractus ob inhabilitatem contrahentis, vel defectum formæ ipso facto irritus, est onerosus, & vtrimque æqualis, restitutio rei acceptæ potest differri, donec ab altero contrahente, etiamsi contractus esset sic celebratus cum Ecclesia, vel minore contractus rescissio fuerit petita, & facta rescissione per iudicem fructus percepti non sunt restituendi. n. 55. & duobus sequentibus.

Ecclesia, aut minor in tali casu petens rescissionem contractus tenetur restituere pretium, quatenus sint effecti locupletiores; nec ante talem restitutionem pretij contrahens tenetur rem restituere. n. 57.

Si Ecclesia, vel minor ex eo contractu non sint facti locupletiores, quia pecuniam perdiderunt, an tunc emptor teneatur rem gratis non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientia restituere. n. 58.

Compensatio non solet de specie ad quantitatem admitti; fallit in foro conscientia. ibidem.

Quando solemnitas exigitur solùm vt de sinceritate & veritate constet, si in contractu nihil mali interuenit, idque in foro exteriori ex confessione vtriusque partis constaret, validus erit contractus in vtroque foro. n. 59.

Census celebratus pecunia non numerata coram tabellione ex ignorantia contrahentium, si contrahentes confiteantur pecuniam fuisse verè solutam, valet census in vtroque foro, nec potest per iudicem rescindi. ibidem.

Omissio modica, & leuis solemnitatis de forma præscripta à lege, an reddat irritum actum: negatiua sententia. num. 60.

Contrarium n. 62. à priori sententia in praxi non recedendum

dum quibusdam concurrentibus declaratur. num.66.

Solemnitas quando censeatur præscripta pro forma. ibidem initio.

Quenam sit dicenda omissia modica solemnitatis. n.61.

Si testis rogatus ad aliam rem interuenerit testamento, testamentum est nullum. n.62.

Actus extraneus, & impertinens vitiat testamentum. ibidem.

In testamento licèt interuenerint sex testes, ex defectu septimi solius non subsistit. ibidem & n.67. & 68.

Forma substantialis in naturalibus, & artificialibus consistit in indiuisibili. ibidem.

Forma nihil addi, vel detrahi potest. n.63. nec potest adimpleri per æquipollens n.64.

In dubio an forma sit substantialis, omissio formæ in re leui non vitiat actum. n.65.

Modica omissio solemnitatis, seu omissio modicæ solemnitatis quibus in casibus non vitiet actum. n.66.68.69

Omissio innocationis numinis, aut nominis Imperatoris, Papæ, Principis, vel anni humanæ salutis, vel diei, vel mensis, aut loci, in quo instrumentum contractus, vel testamenti fit, an vitiet contractum, vel testamentum. n.70.71.

Alia summaria vide post num.71.

§. II.

Vtrùm de facto actus, seu contractus per legem positiuam humanam ipso iure irritus, & nullus vel ob defectum solius formæ, & solemnitatis per legem cum clausula aliter factos irritante, præscripta, vel ob inhabilitatem personæ contrahentis per eandem legem inductam sit nullus, & irritus non solùm in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, & coram Deo, & omninò inefficax ad transferendum dominium: an verò sit validus in foro conscientiæ, oriatúrne ex eo obligatio naturalis in foro animæ & coram Deo ligans, & à parte rei transferatur dominium, si consensus fuerit liber, & non interuenerit fraus, vel dolus.

Circa hanc difficultatem reperio quatuor sententias. Quarum

Prima sententia.

8. Prima affirmat indistinctè ex tali contractu per legem positiuam humanam irrito, & nullo siue en defectu solius formæ, & solemnitatis à lege præscriptæ, siue ob inhabilitatem personæ ad contrahendum oriri naturalem obligationem in foro animæ obligantem ad contractus obseruantiam; si adfuit mutuus contrahentium consensus sincerus, & liber ab omni fraude, & dolo. ita Vasquius *de success. creat. lib.3.§.30.num.6.* cum pluribus sequentibus; vbi præsertim tenet, quod licèt iuxta iura quis, cuius nihil interest, non possit alteri, seu pro altero stipulari scilicet acquirere obligationẽ, seu pro altero acceptare, vt si dicas *promitto tibi me aliquid daturum, vel facturum Titio absenti,* & tu pro Titio stipularis, scilicet, respondeas, *accepto:* vel si ego dico tibi: *promittisne mihi te daturum Titio absenti centum,* & tu dicas, *promitto;* huiusmodi enim stipulatio pro altero facta ab eo, cuius nihil interest stipulari, à iure reprobatur, & decernitur inutilis, nec inducere obligationem ciuilem aut erga stipulantem, aut erga eum, pro quo fit stipulatio, vt expresse decernitur. *§. si quis alij. §. alteri instit. de inutilibus stipulationibus. l. stipulatio* 38 *§. alteri* & *§. si stipulor ff. de verb. oblig.* & *l.3. Cod. de inutilib. stipul.* de qua re latè post alios Sanchez *lib.1. de matr. disput. 7.* & Antonius Picchardus *in d. §. alteri instit. de inutilibus stipulationibus* vbi *n.8.* dispositionem ibi factam explicans dicit, quod quemadmodum alius pro alio promittens daturum eum, vel facturum, non obligatur *§. si quis alium.* vbi idẽ Picchardus *institut. de inutilibus stipulat.* ita alius pro alio stipulans ei dari, vel fieri, nullam ei acquirit obligationem, & vtriusque rei communem rationem esse ait, quia inter stipulantem, & promittentem negotium contrahitur *l. inter stipulantem* 83. *ff. de verb. oblig.* Quare cùm stipulationes ad hoc sint inuentæ, vt vnusquisque acquirat, quod sua interest *d. §. alteri instit. de inutilib. stipul.* (quod etiam latius probat Vasquius *d. § 30. n.1. & 3.*) quæcumque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahant, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inutilem nostrum actum efficiunt *l. quæcunque gerimus* 11. *ff. de oblig. & act.* Tenet, inquam, Vasquius *ibidem,* quod cum quis pro altero stipulatur non habens interesse, licèt ex huiusmodi nulla oriatur ciuilis obligatio, oritur tamen naturalis obligatio vtilis, & adstringens promittentem in foro animæ, & dicit hoc idem docuisse Bartbolum *in l. non dubium,* & *ibidem,* Alexandrum, & Iasonem *Cod. 4. de legib.* quam obligationem tamen addit acquiri ipsi stipulanti, non ei pro quo stipulatur, eamque obligationem naturalem stipulanti acquisitam non id continere, quod sibi detur, sed quod detur ei cui, seu pro quo stipulatur: dicit denique effectus huius obligationis naturalis semel ortæ impediri per legem, & iuxta hoc procedere communem sententiam asserentem ex tali stipulatione non oriri naturalem obligationem.

Probat igitur Vasquius oriri inde obligationem naturalem primò argumentis supra *num. 3.* ex eodem adductis, ad ostendendum quod lege ciuili à contractibus tolli, aut impediri non possit naturalis obligatio.

Secundò probat per *l. contra regulas iuris tituli ff. de pactis,* iuxta *l.1. in fine ff. de nouat.* in quibus probatur, quod licèt pactum, seu conuentio, qua pupillus sine tutoris auctoritate conditionem suam deteriorem facit, sit contra regulas iuris, tamen ex eo oritur naturalis obligatio, dummodo pupillus sit doli capax, & ita consentiendi; de qua re Iason in *l. si non sortem in princip. n.3. ff. de condit. indebit.* 9.

Tertiò quia si, dum quis pro altero stipulatur, promittens, & stipulans ignorarent id esse lege prohibitum, tunc esset absurdum dicere, promissorem naturaliter non obligari, cum omninò consenserit, nec ignorantia iuris talem naturalem obligationem impediat, cum lege naturali non teneamur scire leges positiuas, licèt lege ciuili teneamur. *l. leges sat. Cod. de legibus.* 10.

Quartò probat authoritate Iasonis *in d. l. si non sortem in princ. ff. de condit. indebit.* & in *l. Iul. eod. tit. n.3.* vbi ait, quòd quando lex resistit alicui contractui, puta iubet, ne aliquis audeat contrahere cum minore nisi seruata certa solemnitate, tunc licet secundum communem opinionem impediatur etiam naturalis obligationis ortus, tamen secundum ipsam ortus eius non impeditur, idque propter mutuum consensum pupilli, & alterius, dummodo pupillus, seu minor consentiens sit doli capax, & per hoc consentiendi: id verò, quod idem Iason addit, hanc scilicet obligationem inde ortam esse omninò inefficacem. Vasquius *num.8. fine* dicit verum esse quoad forum contentiosum, non tamen quoad forum animæ. Illud etiam, quod idem Iason subdit, nempe, quod si lex vltra procederet dicendo, *Quod si contra illam formam contractus esset celebratus, tunc esset ipso iure nullus,* etiam actualiter impediretur ortus naturalis obligationis, & non solum eius effectus, seu exceptio in foro externo ad retinendum, quod etiam tenent Glossa *in verbo* ob id & *ibi* Bartbolus, & communiter scribentes in *l. non dubium Cod. de legibus* idem Vasquius *d. §.30. num 9.* putat falsum dicens contra communem etiam in isto casu oriri obligationem naturalem retinens effectus, qui sunt in foro animæ; quod ait conuinci argumentis suprà *num.3.* adductis, quibus ipse ait concludi, quod lex non habet potentiam ad impedien- 11.

dum

dum ortum naturalis obligationis, licèt possit impedire eius effectus, quos haberet in foro contentioso, ita vt in tali foro sit omnino inutilis, & non prosit ad exceptionem opponendam, nec ad retinendum, nec ad agendum; quos effectus de facto ait per legem eiusdem impediri, quoties lex contractui resistit, & eum ipso facto annullat, idque latè probat, seu probare contendit *d. §.30. num.8.* expendendo plures textus partim loquentes de stipulatione eius, qui non habens interesse stipulatur pro altero; partim in genere de quocunque pacto, & contractu celebrato contra legem prohibentem, & resistentem; ex quibus præcipuos ponam post sequentem numerum.

12. Probat autem idem Vasquius *d.num.6.* tali contractu, quo quis alteri, seu pro altero stipulatur, obligationem naturalem acquiri stipulanti, non ei, pro quo stipulatur, quia cum obligatio naturalis, inquit, oriatur ex consensu iuxta tradita suprà *num. 3.* hinc fit, vt *si tibi promisi me Titio daturum* (hoc enim pacto dicit formari debere quæstionem, vt verba obligatiua in stipulantem, executiua in eum, cui quis stipulatur, conferantur, vt notauit etiam Sanchez *d.disp.7.n.2. & 3.*) *tunc consentire videor me tibi obligari ad Titio dandum*, quia id important hæc verba, quæ sunt passionum animi, voluntatis, & consensus testes certissimi *l. quod labeo ff. de supellect. leg.* & *l. non aliter ff. de leg.3.* & cum consenserim, constat me naturaliter obligatum esse. Quod si obiiciatur, quod, cum alteri quis stipulatur, non intendit, vt sibi promissor obligetur, sed illi, ac proindè extra suam intentionem obligationem acquirere non posse *arg. l. non omnes ff. si certum pet. l. absenti ff. de donat.* Respondet Vasquius hoc non obstare; nam cum verba obligatiua in ipsum stipulantem conferantur, patet, eum huius fuisse propositi, vt obligatio sibi acquireretur, non in suam, sed in illius, cui stipulatur, vtilitatem. Nec repugnat (inquit) quod quis sibi obligationem ad alterius vtilitatem acquirere voluerit, sicut fit, quando quis alteri nomine ipsius stipulatur, quo casu non solum naturalis, sed etiam ciuilis obligatio oritur iuxta Glossam in *l. huius modi ff. de leg.1.* & alias in *l. si seruus ea lege ff. de seruis exportandis.* Ex hoc autem quod talis obligatio stipulanti acquiritur in vtilitatem eius, cui stipulatur, infert Vasquius *num.4.* quod ipso iure tolleretur, si ei, cui quis stipulatur, solutum esset etiam stipulante vetante, & ignorante. ita Vasquius, quamuis Glossa in *d.§. alteri instit. de inutilib. stipulat.* & Doctores communiter sentire videantur, quod quando quis alteri stipulatur non agit id, vt sibi acquiratur obligatio ciuilis, aut naturalis, sed vt acquiratur ei, in cuius fauorem, & vtilitatem fiebat stipulatio.

13. Quod verò præfatæ obligationis naturalis iam ortæ effectus, quem alioqui haberet in foro contentioso, impediatur per legem, probat Vasquius *num.8.* Primò ex *d. §. si quis alij instit. de inutil. stipul.* ibi, *nil agit.* si enim nihil agit, nec naturalis obligatio effectualiter oritur. Secundò ex *l. si ita stipulatus fuero 126 §. Chrysogonus ff. de verborum obligationibus* ibi: *obligationem nullam*; si nullam, ergo nec naturalem. Tertiò ex *l. certi conditio §. quoniam ff. si certum pet.* ibi, *nullam*, & ibi *inutiliter.* si ergo lex vult huiusmodi stipulationem esse nullam, & inutilem, ergo obligatio naturalis ex ea non oritur effectualiter, scilicet cum effectu. Quartò ex *d. §. alteri instit. de inutilib. stipulat.* & ex *d. l. stipulatio 38. §. alteri ff. de verb. obligat.* vbi dicitur, *alteri stipulari nemo potest*; & sic denegatur potentia, vt nec id fieri possit ad effectum producendæ obligationis ciuilis, & naturalis, aut naturalis tantum; nam si fieri posset ad effectum obligandi saltem naturaliter, iam tunc illa vniuersalis negatiua *nemo potest*, redderetur in parte falsa, & consequenter in totum textus assertio falsa iudicaretur. *l. si hus, qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub.* Et per illa verba denotari omnem impotentiam tradunt Iason in *l. non dubium n.30. Cod. de legib.* & alij, quos latè refert Tiraquellus *ad leges connub. glossa 4.n.1.* Quintò ex *l. non dubium Cod. de legibus.* vbi pactum, vel contractus gestus contra legem prohibentem non solùm habetur pro nullo, sed etiam pro infecto. Sextò ex *l. rescriptum §. fin. l. si tibi decem. §. si pactus ff. de pactis.* vbi si paciscor tecum, *ne à Titio petas* ex tali pacto nulla exceptio acquiritur Titio. Ex his igitur textibus (omissis multis aliis ab eo allegatis) colligit obligationem præfatam naturalem, quæ oritur ex stipulatione eius, qui non habens interesse alteri stipulatur iure Ciuili nullius omninò momenti esse. Nam ius ciuile, inquit, quod dedit vim, & potestatem obligationi naturali, vt prodesset ad opponendam exceptionem, & ad retentionem, vt late habetur per Glossam, & Doctores in *l. cum quis. Cod. de iuris, & facti ignor.* & interdum etiam ad intendendam actionem, veluti si post aliam obligationem naturalem, hæc naturalis obligatio orta fuit *l.1. §. debitum ff. de constit. pecu. l. fin. Cod. ad l. falcidiam.* idem ius hanc naturalem obligationem, quæ oritur ex stipulatione de alteri dando facta, noluit talem effectum habere, ac proinde promissor in foro contentioso tutus est, non secùs, quàm si nunquam promisisset: At vero in foro animæ, subdit idem Vasquius, promissa seruare tenetur propter obligationem naturalem, quæ oritur ex mutuo consensu stipulantis, & paciscentis, & ex hoc infert Vasquius, quod stipulatori liceret rem promissam furari, vt detur ei, cui stipulatus est. Et hæc Vasquij sententia, fuit etiam opinio Iasonis in *d. l. si non sortem n.3. ff. de condit. indeb.* & in *l. Iulianus n.3. eod. tit.* vbi etsi dicat resistente etiam lege naturalem oriri obligationem, addit tamen illius effectus impediri legis prohibitione, id comprobans per eandem legem *si non sortem.* & addens simile de prætore, qui licet nequeat dispositionem iuris ciuilis tollere, illius potest tamen effectus *§. quos autem institut. de bono possess.* & quia facilius impediuntur effectus, quam tollantur *l. patre furioso cum similibus ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur.* eiusdem etiam opinionis fuerunt Dinus, & Bartholus *in l. fin. § procurator ff. rem rat. haberi.* Baldus *in l. sicut num. 4.* & *in l. omnes Cod. de præscript. 30.* & Decius in *l. pacta quæ contra n. 3. Cod. de pactis.*

Idem quod de stipulatione de alteri dando facta, etiam 14.
de quolibet contractu, cui sola lex positiua humana resistit, scilicet ex eo ob mutuum contrahentium consensum oriri naturalem obligationem asserit idem Vasquius *d. §.30. num. 12.* contra communem contrarium sentientem, quam tenent Bartholus, & alij *infrà* in probatione sequentis secundæ sententiæ allegandi.
† Addit autem eodem *num.12.* ex contractu, seu con- 15.
uentione, cui lex humana resistit prohibendo, vel irritando impedire ortum naturalis obligationis. quoties prohibitio legis humanæ habet mixtam prohibitionem iuris naturalis, veluti cum lex improbat turpes, & iniquas conuentiones, puta, de committendis homicidio, furto, rapina, adulterio, & huiusmodi facinoribus patrandis *l. conuenire ff. de pact. dotal. l.1. §. sicut maleficium eod. tit. l. si plagis de verb. obligat. l. pacta, quæ contra Cod. de pact.* & prohibet in vniuersum eas conuentiones, quæ bonis moribus iuris naturalis aduersantur vt *l. si quis inquilinus §. fin. ff. de leg.1. l. conditiones quidem ff. de condit. institut. l. generaliter l. stipulatio hoc modo con-*
cepta ff. de verb. oblig. † Item *num.8. fine* & *eodem n.12.* 16.
versus finem dicit impediri ortum naturalis obligationis, quoties lex contractui resistit propter imbecillitatem, vel defectum consensus prout in pupillo non capace doli, prodigo, furioso, & mente capto, & his similibus, qui nec naturaliter obligantur absque solemnitatibus à iure requisitis iuxta textum in *l. is, cui bonis de verb. oblig.* & toto titulo *de administrat. tutorum*; itaque generaliter ait Vasquius *d. num.12.* non oriri naturalem obligationem ex contractu, seu pacto à lege humana vetito, & reprobato, quoties prohibitio, vel legis interdictum inniteretur iuri diuino, naturali, & gentium:

geotlum: In his enim caſibus (ait) oriri neqoit naturalis obligatio, non ex legis ciuilis probibitione, ſed ex iuris naturalis lege, qua omne malum, iniquum, &
17. doloſum interdicitur *l. velutiff. de iuſtit. & iure.* † Subdit tamen *eodem num.* 12. *fine:* quod ſi mulier, cui fideiubere vetat lex propter imbecillitatem intellectus ipſius, & facilitatem, polleret maturiori conſilio, vt fideiubendo non deciperetur, nec eſſet circumuenta; & etiam minor 25. cui propter eandem imbecillitatem intellectus, & facilitatem interdictum eſt contrahere, vel alienare, pleno iudicio polleat, tunc ea fideiuſſione illius, & ex huius contractu, ſeu alienatione oriretur naturalis obligatio habens effectum in foro conſcientiæ; carens verò omni effectu in foro contentioſo; ita quod non oriretur ex ea exceptio, nec impediretur
18. repetitio iuxta tradita *n.*13. † Et idem iuxta eundem *d.* §. 30. *n.*18. dicendum de contractu prodigi, cui datus eſt curator, & interdicta adminiſtratio bonorum, ſi verè, dum contrahit, plenum, & integrum conſenſum habet non deficiens in iudicio, neque deceptus, aut circumuentus; ſcilicet ex tali contractu oriri obligationem naturalem in foro conſcientiæ vtilem, & id etiam probat generalis ratio eiuſdem Vaſquij *d.* §. 30. *num.* 6. & 12. nempè, quod quoties contractus, ſeu conuentio ſolo iure ciuili reprobetur, non autem iure naturæ, vel gentium explicitè, vel implicitè prohibetur, licèt lex reſiſtat, non deſinit oriri naturalis obligatio ex tali conuentione; idque ex defectu (inquit) poteſtatis legis vetantis, quæ voluntatem, liberum arbitrium, conſenſumque paciſcentium non potuit impedire; cum conſenſus, & voluntas res facti ſit, quod non ſubiacet legibus poſitiuis. Iuxta eundem talis obligatio naturalis ex contractu prodigi orta caret omni effectu in foro contentioſo iuxta tradita *num.*13. Hæc ex Vaſquio *dict.* §. 30. quoad hanc primam ſententiam. Et pro hac prima ſententia facit Innocentius in *auth. præterea Cod. vnde liber.* relatus à Tiraquello poſt *leg. cum Gloſſa* 4. *num.*18. dum ait mulierem contrahentem ſine conſenſu duorum proximorum à ſtatuto requiſitorum obligari naturaliter: pro hac etiam ſententia à Molino *lib.* 1. *de ritu nuptiarum dicta comparatione* 19. *num.*23. allegantur Doctores affirmantes in geſtis à pupillo ſine authoritate tutoris, quo caſu nulla eſt obligatio iuxta legem ciuilem §. *præterea* ibi; *nulla eſt obligatio inſtit. quibus modis obligatio tollitur*, oriri naturalem obligationem ex eius conſenſu, ſi doli fuerit capax; ſed cùm valdè dubium ſit in ſpecie, an lex ciuilis in omni contractu pupilli ſine authoritate tutoris facto impediat naturalem obligationem ob contrarias, & oppoſitas leges, quæ de hac re reperiuntur, de quibus latè Sanchez *de matr. lib.* 6. *diſput.*38. *à num*.... cum pluribus ſequentibus præfati Doctores non poſſunt abſolutè dici eſſe huius ſententiæ; & pro ea allegari.

Secunda ſententia.

19. Secunda ſententia aſſerit contractum iuxta legem poſitiuam humanam ipſo facto irritum, & nullum, tam ob inhabilitatem perſonæ contrahentis per ipſam legem inductam, quam ob defectum ſolius formæ, ſeu ſolemnitatis per eandem legem traditæ cum irritatione eiuſdem contractus, ſi aliter factus fuerit, nec alibi explicetur ſolemnitatem illam requiri ſolùm ad probationem in foro exteriori, eſſe nullum etiam in foro conſcientiæ, ex eòque non oriri obligationem naturalem, quæ in conſcientia obliget, neque vllam translationem dominij naſci; atque adeo eum, qui per talem contractum aliquid habet, ſeu poſſidet, teneri illud reſtituere ante omnem Iudicis ſententiam, non obſtante quòd conſtet de libero, & ſincero contrahentium conſenſu; & non interueniſſe fraudem, aut dolum, ita præter Doctores in *præcedenti titulo num.* 51. relatos Couarruuias *in reg. peccatum de reg. iuris p.*2. § 2.*n.*9. & 10. & in *cap. quamuis pactum* 2.*p.* §.4. *n.*6. *de pactis in* 6. & in *cap. cum eſſes de teſtam.n.*10. Mænochius *de præſumpt. lib.*1. *q.*80. *n.*7. & *ſeqq.* Spino *in ſpec. teſtam. Gloſſa* 15.*n.*51. & 52. Gutierez *de iuram. confir. p.*1. *cap.*1.*n.*39. & *cap.*5.*n.*28. & 31. Sarmiento *de redit. Eccleſ. p.*1. *cap.*2.*n.*3. & *ſeqq.* Borgiteus Caualcanus *deciſ.*18.*n.*21.*p.*3. Farinacius 2.*p. fragm. verbo* ſeu *à n.*181. Franciſcus Molinus *lib.* 1. *de ritu nupt. compar.*19. *n.*30. & *ſeqq.* Ioan. Valerua *de diff. in vtr. foro verbo lex. diff.*8. plures alij Iuriſperiti, quos referunt Tiraquellus *poſt leg. con. Gloſſa* 4. *num.*10. Molinus *d. compar.* 19. *num.*31. & 33. Vaſquius *de ſucceſſionum creatione lib.* 3. *d.* §. 30. *num.* 12. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.*3. *num.* 16. & Salas *de leg. diſput.*6. *ſect.*8. *num.*41. *ſect.*12. *num.* 50. & attribuitur etiam Innocentio *in cap. plerique num.*3. *verſic. quid dices de immunitate Eccl.* vbi docet contrahentem cum minore ſine authoritate tutoris, vel decreto Præſidis, teneri ad reſtitutionem; quibus verbis apertè indicat defectum formæ, ſeu ſolemnitatis irritantis contractum reddere illum nullum etiam in foro conſcientiæ, & inefficacem ad transferendum dominium. Ex Theologis autem idem ſentiunt Bartholomæus Salonius 2. 2. *quæſt.* 5. *de dominio artic.*4. Molina *de iuſtitia tract.*2. *diſput.* 81. Sanchez *vbi ſuprà* & locis *infrà* allegandis, Baſilius Pontius *de matrim. lib.*5. *cap.*5. Salas *vbi ſuprà.* Fillinceius *to.*2. *tract.*34. *cap.*7. *num.*156. Leſſius *de iuſtitia lib.*2. *cap.*19. *num.*35. Azorius *p.*3. *lib.*6. *cap.*9. *q.*1. Bonacina *de contractibus diſp.*3. *q.*1. *puncto* 3. *n.*1. & *de legibus diſp.*1. *q.*1. *p.*7. §.5. *n.*27. & 14. Comitolus *lib.*3. *reſp. mor. q.*4. *n.*4. Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 32. *n.*7. Gordonus *lib.*4. *q.*5. *n.*6. *verſic. obiicit contra,* Caſtrus Palaus *tom.*1. *tract.*3. *diſp.*2. *p.*10. *n.* 7. Arriaga *de legibus diſput.*23. *num.*70. Villallobos *p.*1. *tract.*2. *diff.*29. Turlleneh. *in decal. lib.*7. *cap.*16. *dub.*8. & *cap.*17. *num.*8. Ioannes Lugo *de iuſtitia p.*2. *diſp.*32. *num.*252. Diana *p.*1. *tract.*8. *reſol.*25. *fine.* & nonnulli alij apud nonnullos ex præcitatis. Hæc ſententia continet duo, ſeu duas partes ſigillatim probandas.

Prima pars eſt contractum iuxta legem nullam ob in- 20.
habilitatem perſonæ ad contrahendum abſolutè, vel ſine certis conditionibus inductam ab eadem lege non in odium, & pœnam perſonæ, ſed ob bonum publicum (de contractu enim facto contra huiuſmodi legem bonum publicum reſpicientem loquuntur præfati Doctores) ad euitandum fraudes, & damna in republica, quæ alioqui facile ſuboriri poſſent, eſſe etiam nullum in foro conſcientiæ, caretque obligatione naturali, quam alioqui præciſa lege pareret, & omni efficacia ad dominium transferendum. Id igitur probatur, quia cùm Princeps, aut ſupremus legiſlator ſua lege reddit perſonam inhabilem ad contrahendum vel ſimpliciter, vel niſi ſeruatis conditionibus in lege præſcriptis, apertè videtur velle vti ea poteſtate, quam reſpectu inferiorum ſuorum iuſta exiſtente cauſa habet reddendi contractus ipſorum omnino, & prorſus nullos, & irritos, ita vt ex illis nullus ſequatur effectus neque in foro contentioſo, neque in foro animæ; hanc enim ſuam voluntatem non videtur magis clarè, & enixè potuiſſe explicare, quàm auferendo à perſona potentiam ad contrahendum, ſeu reddendo eam impotentem, & incapacem contrahendi; reddere enim perſonam incapacem ad contrahendum, nil aliud eſt, quàm eius conſenſum, ſeu voluntatem efficere inefficacem ad transferendum, vel acquirendum dominium rei, ſupra qua contrahitur. Præterea, quæ fiunt ab inhabili, iure naturæ ſunt nulla; non obligatio, & efficacitas ad eam per contractũ inducendũ eſt à voluntate contrahentium; ergo ſi hæc eſt inhabilis (vt eſt quando lex à perſona aufert poteſtatem contrahendi ſine talibus conditionibus, & irritat contractum celebratum) facta per eam erunt nulla. Ideo enim (quod eſt vrgentiſſima confirmatio huius partis) matrimonium contractum ſine præſentia Parochi, & duorum teſtium eſt ipſo facto nullum, etiam in foro conſcientiæ iuxta Decretũ Tridentini *c.*1. *ſeſſ.*24. *de reformatione.* Item matrimonium initum cum aliquo

F Canonico

Canonico impedimento dirimente est nollum in foro animæ, & coram Deo: item irritum, & nullum est in foro conscientiæ matrimonium professi cum libera celebratum iuxta Trid *sess.24. cap.9.* Item professio facta ante decimum sextum annum completum, vel ante vnum annum completum suscepti habitus in nouitiatu iuxta idem Tridentinum *cap.15. sess.25.* quia lex Ecclesiastica in his casibus inhabilitat personas ad sic contrahendum, & profitendum, reddendo scilicet voluntatis consensum ad talem effectum inducendum inefficacem, ac si non esset à voluntate elicitus; quia si voluntas agere posset, contractus non esset nullus. Quapropter vt actus humani valeant, & subsistant, requiritur voluntas, qua sola perficiuntur, ita personæ inhabilitas ad tales actus, quæ impedit voluntatem, & consensum, eosdem ac contractus omnes reddit nullos, & inefficaces ad vllam obligationem, aliquódue vinculum inducendum, tam in foro poli, quam in foro fori: Confirmatur etiam hæc eadem prima pars rationibus mox adducendis ad probationem secundæ partis.

21. † Quod si inhabilitas esset à lege inducta in odium personæ, & pœnam alicuius delicti, vt est inhabilitas hæretici, & sodomitæ ad testandum, tunc vt haberet effectum in foro conscientiæ, necessaria foret iudicis sententia declaratiua, & condemnatoria iuxta ea, quæ latè tradidi in *secundo tomo horum moralium variorum tit.12. num.160. & seqq.*

22. Secunda pars huius sententiæ est. Contractum ipso facto nullum, & irritum per legem humanam ex defectu solius formæ, seu solemnitatis per eam traditæ, qui nulla alia lege sustinetur, cumuè in nulla alia lege explicatur, illam formam, seu solemnitatem requiri solum pro foro externo, seu ad probationem in foro externo, & non impedire vim naturalem contractus, vt in testamentis iuxta tradita *in præcedenti titulo* §.1. & 2. esse nullum, & irritum etiam in foro conscientiæ, seu inefficacem ad inducendam obligationem naturalem, & ad transferendum, aut acquirendum dominium, licèt contrahentes alioqui ex parte personæ sint habiles ad contrahendum, & adsit totum verus, & plenus consensus. Quæ pars probatur primo, quia quando lex resistit alicui contractui, seu illum reprobat, ac prohibet ei resistens, quod contingit quando illum ipso facto cassat, & irritat tunc per legem impeditur non solum ciuilis, sed etiam naturalis obligatio habens effectum in foro conscientiæ vt tradunt Glossa in *l. cum lex* 47. *verbo* cum lex *ff. de fideiussoribus.* ibidem Bartholus *n.4.* & *in l. non dubium col. 4. Cod. de legibus.* Fortunius in *l. veluti col.7. ff. de iustit. & iur.* Couarruuias *in d.§. quamuis pactum 2. p. §. 4. num.6.* Paulus de Castro *in l. si non sortem ff. de condit. indebit.* Sanchez *d. disput. 7. num.16.* & *eodem lib.1. disp.20. num.3.* & *lib.6. disput. 38. num.20. versic. Tertiò*, & *num. 16.* Io. Valerus *dict. diff. 8. num. 7.* Syluester *verbo*, obligatio *quæst.* 4 Angelus *eodem n.10.* Tabiena *eadem quæst. 5. num. 6.* plures alij à Sanchez *d. num.16.* relati; & esse communem testatur Vasquius *de success. creatione d. §. 30. num. 12.* licèt secùs sit, vbi lex non resistit, sed tantum non assistit. Quæ communis probatur tum per textum in *l. non dubium Cod. de legibus*, in qua dicitur *nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente*: & paulò post, *quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solùm inutilia, sed etiam pro infectis habeantur*, quæ lex canonizata est per Gregorium Papam *cap. Imperiali 25. quæst. 2.* id quod etiam habetur *l. pacta Cod. de pactis.* ibi: *pacta, quæ contra leges, constitutionésque, vel bonos mores fiunt nullam vim habere indubitati iuris est.* Et *cap. quæ contra de reg. iuris in 6.* ibi: *Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.* tum per textum in *d. l. cum lex* ibi: *Cùm lex venditoribus occurrere voluerit, fideiussor quoque liberatur*; si enim obligatio naturalis oriretur fideiussor posset accedere, nec liber esset, sed adstrictus maneret *l. quod enim. 8.* & *l. fideiussor ff. de fideiussoribus.* His tamen testibus Vasquius, qui contra communem tenet obligationem naturalem in foro conscientiæ vtilem oriri etiam ex contractu, cui sola lex humana resistit etiam illam cassans, & irritans, & nullum declarans; sed eam tamen in foro externo esse omnino inutilem, & carentem omni effectu iuxta tradita supra *num. 13.* respondet illis solùm probari, & conuinci naturalem obligationem ortam contra legis ciuilis prohibitionem, seu ex contractu lege ciuili prohibito carere effectibus, quos obligationi naturali lex ciuilis tribuit, & consequenter etiam tali obligationi naturali non posse accedere fideiussorem iuxta *d. l. cum lex.* Nec etiam posse accedere, vel fieri nouationem, licèt regulariter contra vt in *l.1. ff. de nouat.* nec denique posse fieri constitutum super tali naturali obligatione, vt *ff. de constitut. pec. l. 1.* ita Vasquius *d. num. 12. versic. ad quod.*

Secundò probatur, & præcedens communis confirmatur; nam cum lex contractum forma, & solemnitate ab eadem lege præscripta destitutum reprobat illum ipso facto irritans, & nullum declarans ex causa iusta boni publici, scilicet ad impediendum fraudes, dolos, iniquitates, & damna in Republica, tunc supremus legislator videtur velle vti potestate impediendi etiam obligationem naturalem vtilem in foro conscientiæ, quam potestatem habere Principes, seu Rempublicam ob bonum publicum probatum est iam *num. 4.* eo enim ipso quòd lex decernit contractum aliter, & contra formam ab eadem lege statutum irritum esse ipso facto nullum, & irritum, licèt non addat etiam in conscientia, & quoad etiam obligationem naturalem, quam alioqui de iure naturali præcisa lege haberet, omninò videtur velle talem contractum esse prorsus inutilem, & irritum, & nullum quidquid contra se fiat, ac si nunquàm contractus extitisset, quod non eueniret; si ex tali contractu oriretur obligatio naturalis, & dominij translatio in foro conscientiæ; nam sic esset maximè vtilis, nec esset prorsus irritus & nullus. 23.

Tertiò leges humanæ ipso facto irritantes, & annullantes contractus non seruata forma, & solemnitate, aut conditione à legibus statuta, cùm sint conditæ ob bonum publicum, scilicet, ad auertendas fraudes, lites, & damna, quæ vt plurimum, & frequenter alioqui in Republica contingerent, sunt iustæ, nec etiam fundantur in præsumptione falsitatis, & fraudis in particulari, sed factæ sunt ad euitandum in communi, & vniuersaliter periculum fraudis. At lex iusta non fundata in particulari præsumptione, sed lata principaliter ob bonum commune tanquàm propter finem obligat, seu habet locum in quolibet casu, tametsi in aliquo particulari cesset ratio legis: nam cessante ratione legis in particulari, remanente ratione in vniuersum non cessat in illo casu obligatio legis, quæ vniuersaliter ad omnes casus lata est, cum sit generalis; & illius ratio continua, & permanens & non momentanea, quæ proinde vt cesset, in vniuersali illius ratio cessare debet, vt tradunt Doctores *in titulo præcedenti n.54.* relati, & alij apud eosdem, & Theologi magis communiter. Quod si respondeatur hoc argumento probari legem in illo particulari casu, in quo cessat omnis fraus, & adfuit consensus contrahentium verus, & liber, non cessare in foro ciuili, & contentioso, in ordine ad quod lata est, non autem probari, quod in illo particulari casu impediatur vis natiua contractus, & quod ex eo non oriatur naturalis obligatio in conscientia obligans contrahentes; additur sequens ratio. 24.

Quartò igitur probatur, quia lex iusta obligat in conscientia illique iure naturali, & diuino parere tenemur in foro animæ, & ante omnem iudicis sententiam iuxta S. Thomam loco citato *in tit. præcedenti num. 53.* & alios Doctores, quos latè cumulat Molinus *dicta compar.19. num.31.* cùm ergo leges ipso facto irritantes contractus à supremo legislatore Ecclesiastico, vel sæculari 25.

culari latæ sint iustæ, vt probatum est, ergo etiam contractus qui iuxta easdem leges cioiliter, & in foro externo erit irritus, talis quoque in foro conscientiæ habendus erit.

26. Quintò si contractus, seu actus iuxta legum dispositionem ipso facto irritus in foro conteotioso oon esset talis etiam in foro animæ, & coram Deo, & leges ipsæ essent ininstæ, & iniquæ, quia fouerent ioiustitiam, & peccatum; & Iudices ipsi cognita veritate liberæ, & sinceræ voluntatis contrahentium, seu agentium sententiam ferentes iuxta easdem leges culpâ graui non carerent; nam si contractos, electio, collatio beneficij in foro animæ valent, licèt celebrentur coorra formam legis irritationem continentis, & ex eis acquiratur verè ius, lex iubens rescissionem talium actuum, & iudex iuxta legem sua sententia rescindens spoliaret aliquem re sua, & ita iniustitia committeretur.

Denique si prædictæ leges redderent contractus nullos, & irritos solùm in foro contentioso, per eas non esset sufficienter occursum fraudibus, & dolis, & consultum bono communi Reipublicæ, cùm plures sint ex his contractibus contra legum prohibitiooem initis, qui non deferuntor, nec possunt deferri ad iudicium externum, aut ibi probari, vel ex ignoraotia veri domini, vel ex defectu restium, vel ex penuria ad litigandum, vt videtur constare ex ipsa experientia

Declaratio præfatæ sententiæ.

27. Declarant autem Suarez, & Sarmiendo locis *suprà* citatis bane sententiam, quod actus, seu contractus gesti contra leges ipso facto illos irritantes, si fiant omissa forma, aut solemnitate, seu conditione à legibus præscripta sint nulli etiam in foro conscientiæ, maximè procedere in actibus publicæ potestatis, seu ad publicam administrationem pertinentibus, vt sunt electio Prælatorum, alienatio bonorum Ecclesiasticorom, & sententiæ iudicum, & similes actus, qui cum ab ipsis legibus, & potestate publica quoad valorem multum pendeant, ideo si lex ipsa resistat (si in illis non seruetor ralis conditio, aut forma) illos irritando, statim quoad vtrumque forum operatur, & absolutè actus nullus est censendus, quia lex non fundatur io falsa præsumptione, sed quia ita expedit bono communi.

28. Declaratur etiam, vt procedat eadem sententia, quando cooftar apertè legem irritantem velle actum esse omnioo irritom, seu velle inducere omnimodam irritationem, & ab eo auferre omnem vim, oon in dubio censendum esset leges ciuiles ooo irritare actus simpliciter, & in se quoad naturalem obligationem, sed tantùm dare, vel auferre actionem in ordine ad iudicium ciuile; & eodem modo irritare aliquos actus in ordine ad iodicis senteotiam: ita Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 28. *num.* 23. post Meodozam 1. *de pactis cap.* 4. *num.* 41. vbi ad hoc vt lex ciuilis irritans coorractus impediat actionem naturalem, ait requiri, vt satis clare lex declaret illam mentem suam, & illum effectum irritationis etiam quoad naturalem obligatiooem; quia si res maoeat dubia, & obscura semper debemus interpretari legem irritare meliore modo: quod probari potest, quia in dubio possessio stat pro iure oaturali, ioxta quod oritur naturalis obligatio, quoties in contractu à iure oaturali requisita seruata sunt. Ratio autem intelligendi omoimodam irritationem etiam quoad oaturalem obligationem per leges esse inductam, partim ex verbis legum, partim ex materia desumenda est, inquit *ibidem* Idem Soarez.

29. Limitat autem hanc eandem sententiam Ioanoes Valerus *verbo* lex *dict. diff.* 8. *num.* 17. vt si à contrahentibos non sit seruata solemnitas à lege requisita ob aliquod iustum impedimentum, seu iustam ignorantiam suam, vel Notarij, contractus In foro conscieotiæ valeat, & contrahens rem, super qua coorractus est celebratus, capere, & eam retinere possit, eum constat oullam in cootrahendo ioteruenisse fraudem, aot deceptionem, & liberum ac verum consensum adfuisse; quia, inquit, quamuis contrahentes teneantur seruare in vtroque foro solemoitates à iure statutas; iustum tamen impedimentum, & iusta ignorantia eos excosat, sic æquitate suadente. Si autem impedimentum, & igoorantia non fueriot iusta, & excusabilia; cognito hoc, & declarato per iudicem, tunc contractus declarabitur nullus, & coosequenter nullam vim habebit io foro etiam cooscientiæ, & restituenda erit res per talem contractum acquisita. ita Valerus.

Tertia sententia.

Tertia sententia conuenit cum præcèdenti, quoad primam illius partem, discepat vero quoad secundam partem: Asserit igitur primo hæc senteotia actum, seo coortactum ipso facto per legem humanam nullum, & irritum ob defectum, seu inhabilitatem personæ cootrahentis, quæ per legem ipsam reddita sit inhabilis omninò ad celebrandos actus, seu contractus, & ad transferendum dominium, vel recipiendum (vt communiter existimantur pupillus, Prodigus, cui interdicta est administratio, & datus Curator, Monachus, meore captus, pater erga filium spurium, vsurarius, simoniacus, & aliæ personæ per legem effectæ incapaces ad contrahendum, vel ad contrahendum sioe talibus cooditionibus) esse nullum io vtroque foro nullamque obligationem ciuilem, aut naturalem parere, ac nullum per ipsum transferri dominium, tenerique eum, qui tali contractu aliquid recipit in foro conscientiæ illud restituere. 30.

Quæ assertio supponitur sufficienter probata ex traditis *num.* 10.

Secundò, si actus, seo contractus fiat à persona habili, & quæ contrahere dando, vel recipiendo potest, & sit nullus, & irritus per legem humanam solum ex defectu formæ, ac solemnitatis, seu conditioois à lege ipsa traditæ, & cassante, ac annullante actum aliter gestum, hæc sententia asserit esse oullos solum in foro externo, valere verò in foro interno, ex eisque oriri naturalem obligationem veram, & propriam, & esse à parte rei efficacem ad translationem dominij, si seclusa lege humana illos irritante, oaturæ iure valeant & ab eis omnis dolus, & fraus absit, nec ex verbis legis, quibus legislator vsus est, & facit eos irritos, vel saltem ex materia legis elatè appareat, eius mentem fuisse velle reddere irritos etiam io conscientiæ foro, & iuxta haoc seoteotiam donationes, beneficiorum, & officiorum collationes, electiones, præsentationes, alienatiooes rerum Immobilium Ecclesiæ, & similes actus, qui cum clausula irritante à iure positiuo iubentur fieri cum certa solemnitate, aut certorum verborum, aut certè loci, & temporis, vel trium tractatuum, aut præsentiæ tot testium; si fiant sine his solemnitatibus, aut aliqua eorum, ooo desinunt valere in foro conscientiæ, si adsit plenus consensus contrahentium, seu agentium, puta, valida in foro conscientiæ erit donatio præsenti, & acceptanti facta per tabelliooem vnico tantum teste, vel sine insiouatione, vel nullo præsente si adfuerit plenus consensus donantis; & similiter electio prælati, si adsit legitimum suffragium eorum, qui habent ius eligendi; & alieoatio rei Ecclesiæ, si facta sit à personis, quæ illam facere possuot, valebunt in foro aoimæ, quamuis aliquæ solemnitates per canones requisitæ desint. † Hanc sententiam tuentur ex Canonistis, & Iurisperitis Innocentius *in cap. quod sicut de electione.* Paoormitanus *in cap.* 1. *num.* 19. *de in integ. restit.* & *in cap. quia plerique num.* 31. *de immunit. Eccl.* & *num.* 45. & 43. Ancha- 31. 32.

tanos *in reg. peccatum quaest. 7. de reg. iur.* Gemiotanus *in cap. generali de elect. in 6.* Decius *in cap. 1. de constit. num. 19.* ibidem Felinus *num. 39.* & Iason *in l. si non sortem in princ. ff. de condit. indeb.* & in *l. etsi inutiliter Cod. de fideicom.* & *in l. nemo post num. 78. in 1. lectura ff. de leg. 1.* & Boërius *decis. 1. num. 13.* qui omnes loquuntur in terminis electionis factae praetermissa forma canonica, seu a iure positiuo tradita, & aiunt in foro conscientiae esse validam, si adfuit consensus eligentium, interuenerintque requisita iure naturali, ac proinde electum posse tota conscientia administrare. Generaliter autem loquentes eandem sententiam tuentur Bartholus *in l. cum lex num. 4. de fideiuss.* (prout ad id illum refert Molinos *d. comparat. 19. num. 15.*) Decius, & Felinus *locis citatis.* Panormitanus vbi *suprà* & *in cap. porrectum, paulo ante finem de regular.* (vbi ait etiam quod professio religiosis facta non seruata forma tradita per regulam religionis, ligat quoad Deum in foro conscientiae, quod asserunt quoque plures alij, quos referunt Boëtius *d. decis. 1. num. 14.* & Tiraquellus *post leges connub. gloss. 4. num. 17.*) idem Tiraquellus *dict. num. 17. & num. 21.* Boërius *dict. decis. 1. d. num. 13. iunctis seqq.* Nauarrus *consil. 4. num. 3. de elect. in 1. edit.* & *de spoliis Cler. §. 2. num. 6.* & plures alij relati à Couarruuia *in cap. cum esses.* Valero *dict. diff. 8. num. 10.* Tiraquello *dict. Gloss. 4. num. 21.* & Molino *dict. compar. 29. num. 9.* Ex Theologis, & Summistis eandem sententiam sustinent Adrianus *in quodlibeto 6. art. 1. concl. 2. versic. inferto secundo.* Syluester *verbo* Alienatio *quaest. 13. fine.* Angelus *verbo eodem num. 14.* Tabiena *eod. §. 15.* Ioannes Medina *Cod. de restit. quaest. 23. ad finem.* Sayrus *lib. 3. clauis cap. 7. num. 9.* Fagundez *de iustit. lib. 6. cap. 6. n. 17.* & probabilem dicunt Filliuccius locis *num. 22.* relatis, & Stephanus Bauny *theol. mor. tom. 3. lib. 1. tract. 1. q. 6. assertione vltima.* Et hanc eandem sententiam tenet Ferdinandus Mendoza *1. de pactu cap. 4. num. 41.* quando lex prohibens actum, & illum irritans, si contra legem fiat, respicit vtilitatem illius, cuius actus prohibetur, in hoc enim casu putat (prout eum refert Suarez *de legibus lib. 5. cap. 27. num. 5.*) clausulam irritantem solum operari in ordine ad dandam, vel tollendam actionem in foro exteriori; secus vero, & obligate in conscientia, si lex irritans respiciat vtilitatem alterius tertij, vel publicae vtilitati consulat.

Primò haec sententia probari potest, quod testamentum minus solemne, si constet de sincera voluntate testatoris, & in eo nullam adfuisse fraudem parit obligationem naturalem veram, & propriam ligantem in foro conscientiae iuxta tradita *titulo praecedenti §. 1. & 2.* verùm hoc argumentum non probat, quia etsi in textibus *eodem titulo praecedenti num. 4.* relatis decernitur nullum testamentum: Nihilominus ex aliis textibus *eodem titulo num. 12. & sequentibus* adductis satis probabiliter colligitur nullitatem in prioribus textibus inductam accipiendam in foro contentioso tantum. Vnde Molina, Lessius, & plures alij sustinentes ex testamento minus solemni oriri obligationem naturalem ligantem in foro conscientiae, negant tamen ex contractu iuxta leges nullo ex defectu solemnitatis talem obligationem naturalem oriri.

33. Secundò Ioannes Valerus *d. diff. 8. num. 14.* probat hanc sententiam, quia irritatio actus, seu contractus gesti non seruata solemnitate, & forma à iure positiuo tradita est poena *cap. si religiosus de elect. in 6.* cui textui ex Boërio *d. decis. 1. num. 16.* addo *cap. dispendia §. fin. de rescriptis eod. lib. cap. cupientes §. caterum. versic. sed si personas eod. lib. 6* & *l. non dubium* vbi Doctores *Cod. de leg. l. turpia* vbi Bartholus. & Alexander *de leg. 1.* Glossa *in cap. decet §. ordinary verbo* Processus *de immunit. Eccl.* Felinus *in cap. 2. num. 3. de constit.* Franc. de Curte iunior *cons. 8. num. 1.* At poena etiam ipso iure, & facto imposita non incurritur, nec debetur in foro conscientiae, donec per Iudicem ad eam quis condemnetur, vel in eam incurrisse declaretur, praesertim si ad poenam subeundam requiratur hominis executio; vt late tradidi tomo 2. *horum moralium variorum* allegato *tit. 12. post d. num. 160.* Verùm etiam haec ratio nil probat; nam tunc irritatio actus est poena, quando ipso iure fit in odium personarum actum exercentium, quo casu praedicta iura, & Doctores procedunt; secùs verò quando fit ob defectum, seu omissionem formae, & solemnitatis, aut modi, tunc enim non est poena, vt Doctores communiter, quos referunt, & sequuntur Boërius *d. decis. 1. num. 17.* Sanchez *de matr. lib. 3. disput. 4. num. 9.* Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 2. p. 7. num. 4.* Quod verò, quando irritatio est poena, quia imponatur tantùm ob solam legis prohibitionem, & in odium transgredientis vt *d. cap. si religiosus*, ibi: *in poenam praesumptionis illius electio eadem viribus vaccetur*, non habeat effectum ante sententiam Iudicis declaratoriam tradunt Sanchez *d. num. 9.* Suarez *de legibus lib. 5. cap. 32. num. 2. & 3.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 1. p. 10. num. 2.* & alij agentes de legibus. licèt contrarium sentire videatur Boërius *d. decis. 1. num. 16.* excipiunt tamen (vt tradunt Sanchez *d. disput. 4. eod. num. 9. ad vltim.* & post eum Palaus *d. num. 2*) contractus, qui semel valide factus, incapax est irritationis, hic enim statim irritus fit, etsi in poenam apponatur irritatio, vt contingit in matrimonio prohibito ei, qui cognouit consanguineam vxoris, vel commisit adulterium sub promissione futuri matrimonij, vel mortem intulit vxori animo, & cooperatione ducendi concubinam, in quibus etsi irritatio fiat in poenam commissi delicti, statim tamen habet effectum, cum matrimonium attentatum, cum alio tempore habere non possit; & ad id faciunt etiam tradita à Suarez *lib. 5. cap. 6. num. 22.* & *cap. 25. num. 11. & 12.* & *cap. 26. num. 3.* & Farinacius *2. p. fragm. litera lex num. 87.*

Tertiò igitur à Doctoribus huius sententiae communiter probatur, quia ratio, ob quam solemnitates contractuum à iure sunt introductae, est, vt fraudibus, violentiis, & dolis obuietur, vt *num. 2. & 3.* dictum est, ergo his cessantibus, si de animo sincero, & vero contrahentium constat, debet cessare iuris positiui dispositio, & ita habebit locum ius naturale, iuxta quod naturalis obligatio ligans in conscientia oritur ex contractibus solemnibus iuris positiui destitutis, si ius naturale, & gentium seruatum sit; tum quia cessante ratione legis, & legis obligatio cessat iuxta tradita *in tit. praecedenti num. 68.* Tum quia ex hoc, quod leges statuentes certam formam contractibus cum irritatione si aliter fiant, id fecerunt ad occurrendum fraudibus, & dolis, rectè infertur eas fundari in praesumptione fraudis & doli, aut violentiae, prout docent Felinus *in dict. cap. 1. n. 48. de constit.* & alij Iurisperiti *suprà* allegati: solemnitate enim, ac forma à se ad fraudes aliosque solitas interuenire, auertendas statuta non seruata praesumit lex fraudem interuenisse. At lex fundata in praesumptione non obligat in conscientia, quando in contrarium est veritas, vt *in titulo praecedenti num. 71.* dictum est. Et probant textus, & ibi Doctores *in cap. 15. qui fidem de spons.* & tradunt alij Doctores à Sayro *d. cap. 7.* relati. Quod si ex traditis *num. 24.* dicatur, leges non fundari in sola praesumptione fraudis in singulari casu, sed latas esse ad euitandum in communi, & vniuersaliter periculum fraudis intuitu boni communis; ac proinde (etsi nulla fraus interueniat) nihilominus easdem leges velle, vt contractus absque forma celebratus, sit nullus. Vrgent, seu replicant Doctores huius sententiae, quod licèt finis legum sit occurrere in communi periculo fraudis committendae ob bonum commune, & non solùm ob bonum singularium contrahentium, non tamen ex hoc sequitur easdem leges non fundari in praesumpta fraude, vel violentia, cum ad eas obuiandas statutas fuisse certum sit. 34.

Quartò probatur ratione adducta supra *num. 3.* quod sequitur

æquitati naturali nihil magis congruentius sit, quàm pacta seruari, & cuiusque voluntatem se obligare volentis ratam fieri *d. § per traditionem instit. de rerum diuisione.*

35. Quintò, quia periculo fraudum occurritur sufficienter, & satis communi bono prospicitur per annullationem contractus in foro contentioso; nam quod in aliquo particulari casu contingere possit fraus, nil officit, quia propter legis est prospicere bono Reipublicæ in communi, & considerare, quæ regulariter, & communiter accidunt, in omnibus autem casibus in indiuiduo non potest esse vtilis, illisque prouidere, quod est per accidens, nec ob id desinit esse lex conueniens.

36. Sextò ad confirmationem huius sententiæ affertur textus *in cap. 1. in princ. de sponsal. lib. 6.* quatenus probat sponsalia inter consanguineos, vel affines, vel alios quauis ratione nulla, modò non sint nulla ex defectu consensus patere impedimentum publicæ honestatis, ex quo infertur actum posse esse nullum de iure positiuo, & valere de iure naturali, vt ibi notat Geminianus.

Denique confirmatur per textum *in l. cum amplius 85. de reg. iuris.* vbi dicitur, *is natura debet, quem iure gentium dare oportet cuius fidem sequuti sumus.*

Quarta sententia.

37. Quarta sententia etiam conuenit cum prima quoad primam partem, quod actus, seu contractus per legem humanam ipso iure nullus ex defectu personæ contrahentis per ipsam legem effectæ inhabilis, & impotentis ad contrahendum esse nullum in foro ciuili & etiam in foro conscientiæ statim, & ante omnem Iudicis sententiam; & ita matrimonium sine præsentia proprij Parochi, & duorum testium, vel intra gradus lege Canonica prohibitos celebratum esse ipso iure nullum etiam in foro conscientiæ: Item contractus celebratos à pupillo sine authoritate tutoris, & alijs conditionibus à iure præscriptis nullam obligationem neque ciuilem, neque naturalem parere.

38. At verò si actus, seu contractus à persona legitima, & habili est celebratus, & sit per legem ipso facto nullus, & irritus redditus solùm ex defectu formæ, seu solemnitatis, aut conditionis ab eadem lege traditæ. ex eius materia, vel verbis non appareat clarè legislatorem voluisse actum etiam in foro conscientiæ esse irritum; solum in foro contentioso esse statim nullum, & nullius momenti; valere vero in foro conscientiæ, ex eoque oriri obligationem naturalem, & transferri dominium, si non interfuit fraus, neque dolus, aut violentia vlla. Huiusmodi tamen valorem non esse firmum, & perpetuum, sed posse, & deberi ad instantiam partis per sententiam Iudicis rescindi omninò contractum, vt etiam in foro conscientiæ nullius momenti sit, ac si nonquam extitisset, & mutetur dominium rei, super qua partes contraxerunt; & consequenter res per talem contractum recepta in conscientia restitui debeat. Hoc enim pacto hæc sententia asserit esse intelligendas leges irritantes ipso facto contractus celebratos omissa forma à legibus tradita, scilicet, vt tales contractus habeantur nulli in iudicio & foro contentioso; non autem vt obligatio naturalis omninò impediatur, & dominij translatio sit nulla statim, & ante omnem Iudicis sententiam, sed solùm post sententiam Iudicis, cui leges ipsæ impetrant, vt talem contractum rescindat, nullumque declaret, ac priuet omni effectu, ac si numquam factus esset. Quare iuxta hanc sententiam (sicuti *in titulo præcedenti § 2. sent. mià quintà* dictum est de testamento minus solemni) si quis per contractum omissa forma, seu solemnitate iuris positiui rem obtinuerit, potest tuta conscientia retinere, donec sententia Iudicis irritus pronuncietur; & alius contrahens ius habet petendi in iudicio, vt contractus talis irritus declaretur, & res per eundem contractum ab altero possessa sibi reddatur.

Huius sententiæ sunt Sotus *de iustitia lib. 4. q. 5. artic. 3. versic. ercidérim.* Ledesma *in 4 p. 2. quæst. 18. art. 1. d. b. 11.* Bañes 2. 2. *dist. ic. 3. ad quæst. 62.* Emanuel Sa *verbo* Contractus *num. 1.* Layman *lib. 4. cap. 16. num. 8. & lib. 3. tract. 4. cap. 9. num. 9. versic. quod attinet.* Stephanus Banny *p. 3. lib. 1. tract. 1. d. q. 6. assertione secunda*; & ita etiam sensisse Victoriam, Ioannem à Penna, & nonnullos alios testatur Bartholomæus Salon *d. quæst. 5. de Dominio art. 4. versic. Tertia opinio.* Et hoc idem puto voluisse plures ex Doctoribus pro præcedenti sententia allegatos, & indicat apertè Alexander *in l. nemo potest ff. de leg. 1.* ibidem Iason, *& consil. 67. lib. 3.* quos refert Tiraquellus *d. glossa 4. n. 25.*

Fundatur hæc sententia præcipuè in benigna interpretatione legum irritantium contractus, & actus gestos omissa forma, seu solemnitate ab ipsis tradita, scilicet, quod legislatorum mens non fuerit auferre, statim ab huiusmodi contractibus omnem obligationem, quam de iure habent, sed solùm vt nulli haberentur, & nil omninò prodessent in iudiciis, & foro contentioso, in foro verò conscientiæ retinerent suam vim naturalem, & valerent non tamen perfectè, & absolutè, sed imperfectè, & reuocabiliter, scilicet, ita vt retinerent, & valerent, vt per iudicis sententiam possent, & deberent parte instante penitus cassari, & irritari, & omni effectu priuari, perinde ac si non essent facti. Et quod legislatores non videantur voluisse ad aliud obligare, potest confirmari primò, quod id non significent per illa verba, aut opera; vnde id efficaciter possit colligi, sed tantùm obligationem naturalem dictorum contractuum, & actuum non esse perfectam, & absolutam, & efficaciter irreuocabilem, cum per sententiam iudiciis irritari, & tolli possit, ac debeat ad partis instantiam. Secundò ex fine earundem legum, qui fuit obuiare fraudibus, & dolis, ad occurrendum autem his videtur sufficere, vt in iudicio huiusmodi contractus sint nulli, & nullius momenti ad fidem faciendam, possintque, ac debeant à iudice irritari, & omni effectu priuari. Tertiò ex vsu, qui passim est receptus, eum non se conformetur, vt quis ea, quæ per tales contractus habet, restituat, nisi cogatur per sententiam. Durum enim, & nimis rigidum videtur, vt qui rem habet ex consensu eius, qui poterat illam tradere, cogatur sponte ea se spoliare ob solum defectum extrinsecæ solemnitatis, scilicet, quia non eo loco, vel tempore, vel coram illis testibus, quos lex præscribit, tradita fuerit. Et licet Bañes, hanc sententiam limitet in electione Prælatorum, dicens hanc, si careat solemnitate iuris esse irritam propter rei momentum, quia iurisdictio spiritualis per eum conferri debet; alij tamen Doctores nullo modo limitant & hanc eandem sententiam esse probabilem asserunt Lessius, Trullench locis suprà *num. 22.* relatis. Quòd si contra hanc sententiam obiicias, quod suprà *num. 6* dictum est, scilicet, legem Ciuilem & Canonicam, ac sententiam non tollere obligationem naturalem iam ortam, respondetur non tollere obligationem iam ortam, quando ab initio orta est perfecta nullo modo ea lege resistente, vt in pacto nudo, secùs verò quando ab initio est imperfecta, seu oritur imperfectè ob legis resistentiam, quæ vult actum, ex quo oritur haberi pro nullo, & posse, ac debere rescindi, & omninò cassari.

Ex hac autem sententia infertur, & eum, qui ex contractu destituto legis forma, & solemnitate irrito accepit rem cessante omni fraude, non teneri admonere alterum contrahentem de vitio contractus, & posse tuta conscientia illam rem retinere, donec per iudicis sententiam restituere cogatur, quia habet pro se voluntatem, & consensum alterius contrahentis; & etiam hunc, si non tradidit rem, super qua contractus minus solemnis celebratus est, non teneri tradere, sed posso retinere, non obstante eo contractu, quia pro se habet authoritatem, & auxilium legis contractum annullantis. 40.

tis: Ita Soto, & Alexander, ac Iason *locis allegatis*, & Tiraquellus *d. glossa 4. num.* 23. *&* 25. & confirmari potest per tradita *titulo præcedenti num.* 117. *&* 118. sed quod vterque, scilicet, possidens rem ex illo contractu minus solemni tuta conscientia retineat, & etiam alter, si non soluit rem, non teneatur illam soluere, quia authoritate legis potest petere, reiicitur per tradita *eodem titulo præcedenti num.* 118. *&* 119. ad quæ remitto lectorem.

Resolutio Auctoris.

In hac opinionum diuersitate quid sentiam sequentibus declaro.

41. In primis igitur certum est aliquos actus, seu contractus iuxta Ius humanum ipso facto irritos, & nullos, esse etiam statim nullos in foro conscientiæ, & coram Deo, nullamque parere obligationem naturalem, vel dominij translationem, & huiusmodi est matrimonium absque præsentia proprij Parochi, & duorum saltem testium, quod Concilium Tridentinum *cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat.* irritauit, & cassauit, tum reddendo personas inhabiles ad sic contrahendum, tum decernendo ipsummet matrimonium sic contractum esse nullum, & irritum, ita sentiunt Doctores communiter, vt constat à me traditis *in tractatu de contractu matrimon. cap.* 1. *num.* 9. *& seqq.* & conuincitur tum ex verbis Concilij *d. cap.* 1. cum & expressè reddat contrahentes inhabiles ad sic contrahendum, & etiam contractum ipsum annullet, & propterea satis significat se reddere irritum omninò, & in foro conscientiæ; tum ex materia ipsa legis; nam cum Ecclesia, licet alioqui ei certò constet de consensu sic contrahentium tale matrimonium in foro contentioso declaret nullum, & permittat transitum ad aliud matrimonium, & etiamsi alter ex his, qui clandestinè, & non seruata forma Concilij contraxerunt aliud matrimonium propria authoritate contraxerit solemniter, iste probata postea coram Iudice Ecclesiastico clandestinitate prioris matrimonij ab Ecclesia permittitur, & cogitur perseuerare in posteriori matrimonio; si contractus matrimonij omissa forma Concilij celebratus in foro conscientiæ, & coram Deo esset validus, Ecclesia foueret poligamiam à parte rei, fornicationes, & adulteria, & ad huiusmodi crimina cogeret, quod cum sit absurdum dicere, vti certissimum tenendum est, talem contractum in foro conscientiæ nullum esse ipso facto; & ob eandem rationem indubitatè tenendum est, ipso iure conscientiæ, & coram Deo esse nullum contractum matrimonij intra gradus lege Canonica prohibitos matrimonium dirimentes; nam alioqui, cum Ecclesia separet hos contrahentes, & permittat aliud matrimonium legitimum contrahere, foueret fornicationes, adulteria, & poligamiam à parte rei.

42. Præterea talis est etiam actus professionis in religione ante completum decimum sextum ætatis annum, vel ante annum completum à suscepto habitu in nouitiatu emissæ; hæc enim professio est ipso iure nulla etiam in foro conscientiæ, vt expressè colligitur ex verbis Concilij Tridentini *cap.* 15. *sess.* 25. *de regular.* dum decernit, quod professio ante dictam ætatem, & præfatum annum facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruantiam, aut ad alios quoscunque effectus, si nullam obligationem, ergo neque in foro conscientiæ, & coram Deo. Deindè constat ex materia, nam si esset valida à parte rei, & qui illam emisit, esset verus professus, Ecclesia cognita veritate consensus profitentis, & religionis, seu Monasterij professionem talem admittentis malè faceret declarando talem professionem nullam, & permittendo sic professum contrahere matrimonium; potius enim deberet cogere ad permanendum in religione, ne fieret matrimonium à parte rei, & coram Deo nullum, & sic professus vsu talis matrimonij violaret votum solemne castitatis, quo in foro conscientiæ huiusmodi professus adstrictus maneret. Propterea talem professionem etiam in foro conscientiæ esse ipso iure nullam tradunt communiter Doctores, quos referunt Augustinus Barbosa in Tridentinum *collectanea ad d. cap.* 15. *sess.* 25. *de regular.* Sanchez *de matr. lib.* 2. *disput.* 24. *num.* 2. & latiùs in *præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *à princ.* † Et ex his infertur illud dictum Panormitani *in d. cap. porrectum paulò ante finem de regular.* (quod amplexi sunt nonnulli alij relati à Boërio *d. decis.* 1. *num.* 15. & Tiraquello *post leges conn. glossa* 4. *num.* 17. qui etiam probare videntur scilicet, quod professio religionis facta non seruata forma tradita per regulam religionis valet; & ligat quoad Deum in foro conscientiæ,) infertur, inquam, hoc dictum non esse verum, si forma, seu regula contineat clausulam irritantem ipso facto professionem aliter factam, & regula ipsa sit à Summo Pontifice confirmata, & approbata, si enim talis professio non foret nulla etiam in foro conscientiæ sequerentur eadem inconuenientia, & absurda. 43.

44. Prædictis actibus, seu contractibus exceptis, quoad alios iure tantum humano irritos, & nullos siue per legem respicientem personas contrahentes inhabilitantem illos ad contrahendum, si contra legem contrahant, siue respicientem ipsum contractum decernendo formam in eo faciendo seruandam (si in eis seruentur requisita à iure naturali, nempe interueniat liber, plenus, & integer consensus, absitque omnis fraus, & dolus) an sint nulli tantum in foro contentioso, & quoad faciendam fidem in iudicio, an verò etiam in foro conscientiæ nullam omnino parientes obligationem naturalem, & dominij translationem neque firmam, ac perpetuam, neque infirmam, & reuocabilem per Iudicis sententiam, nihil tanquam certum puto posse asseri, vt constare potest ex *suprà* positis quatuor sententiis, quæ omnes, cum habeant pro se Doctores non infimæ auctoritatis, & fundamentum aliquod probabile, tanquam probabiles censendæ sunt, quod etiam magis constabit ex dicendis, & id etiam indicant Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 7. *num.* 56. *versic. vbi non inducit*, & Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. *versic. quod attinet.*

45. Secundò valde probabile existimo esse in foro conscientiæ validum, & obligatorium contractum celebratum omissa forma à lege, vel statuto præscripta cum irritatione, si aliter fiat, seruatis tamen à iure naturali requisitis, si propter impedimentum iustum facti forma legis, seu statuti adhiberi non potuit, & contrahentibus expediebat contrahere. id probant tradita *titulo præcedenti num.* 50. *& sequentibus*, & præsertim quod ex causa necessitatis receditur à regulis iuris, vt Doctoribus citatis dixi *tom.* 2. *horum moralium tit.* 9. *num.* 13. Et quod forma, seu solemnitas non seruata non vitiat actum, vbicumque ille, qui formam seruare debet, aliquo impedimento facti, quo minus eam obseruare possit, detinetur, vt pariter Doctoribus allegatis tradidi *d. tit.* 9 *num.* 160. Et præter alios Doctores *ibidem* citatos tradunt Tiraquellus *de leg. com. glossa* 6. *num.* 34. Asinius *in pract.* §. 3. *cap.* 38. & alij, quos refert, & sequitur Farinacius 2. *p. fragm. verbo lex num* 221. in hoc enim casu impedimenti iusti facti aiunt valere actum sine forma factum ex præsumpta voluntate legislatoris nolentis in tali casu obligare. Quidquid secus sentiat Palaus *p.* 1. *tract.* 3. *d* 2. *p.* 11. *num* 8. si irritatio actus non sit in pœnam, & ipso facto lata sit à lege. Quare statuto disponente, quod contractus minorum, vel mulierum non valeant, nisi duo Notarij interueniãt rogati, & subscripti, si propter impedimentum pestis non potuit haberi nisi vnus Notarius, contractum factum cum vno solo esse validum post Angelum, Decium, & alios scripsit Rolandus à Valle *cons.* 81. *num.* 29. *volum.* 1. & notaui etiam

dict.

dict. tit. 9. num. 163. Et ratio est, quia valdè probabiliter credi potest per Epicheiam legislatores noluisse sua lege huiusmodi casum necessitatis comprehendere, seu leges ciuiles, & municipales de forma, & solemnitate in contractibus adhibenda admittere Epicheiam, vt in necessitate, & vbi non potest adhiberi, valeat contractus tali forma omissa, dummodo adsint requisita à iure naturali *vt praecedenti titulo num. 52.* dictum est de solemnitate testamentorum; & aiunt allegati Doctores. Et ob id, & propter tradita suprà *num.* 10. ex Vasquio. & *num.* 29 ex Ioanne Valero idem, licèt non tanta probabilitate, dici potest de contractibus contra prohibitionem legis humanæ, & forma iuris positiui omissa celebratis ab ignorantibus inuincibiliter legem. Et si Doctores communiter velint leges de solemnibus contractuum, & testamentorum ligare etiam ignorantes inuincibiliter easdem leges.

Approbatur vt probabilior secunda sententia, & aliæ magis confutantur.

46. Tertiò in reliquis puto probabiliorem secundam sententiam quoad vtramque partem, cuius argumenta adducta *n. 20.* ad probandam primam illius partem videntur efficaciter impugnare primam sententiam Vasquij, & nonnullorum aliorum, quod contractus lege humana tantum irritus ex defectu personæ per legem effectæ inhabilis ad contrahendum pariat obligationem naturalem ligantem in foro conscientiæ; eiusdem autem argumenta *num. 22. & sequentibus* adducta fortiter militant contra eandem primam sententiam Vasquij, & contra tertiam, quatenus asserunt absolutè valere, & perfectam obligationem naturalem parere contractum lege humana ipso facto irritum, & nullum ob defectum solius formæ, & solemnitatis ab eadem lege traditæ, & etiam contra quartam sententiam, quatenus asserit ex tali contractu oriri obligationem naturalem ligantem in foro conscientiæ, & dominij translationem non firmam, & perpetuam, sed reuocabilem per iudicis sententiam.

47. Et contra easdem tertiam, & quartam sententiam est, quia illa distinctio, seu differentia inter actus, seu contractus nullos, & irritos ex defectu personæ, quam lex directè respiciat illam prohibens contrahere, reddendo inhabilem ad contrahendum; & inter actus, seu contractus nullos, & irritos ex solo defectu solemnitatis, seu formæ ipsius contractus, quem solum lex respiciat, & annullet, si sine tali forma fiat, licèt non solùm à Bartholo *vbi supra*, sed etiam à multis aliis Iurisperitis, quos Gabriel *comm. concl. lib. 2. tit. de iureiurando concl. 5. num. 15.* refert, approbetur, magis tamē communiter reprobatur à Doctoribus, quos cumulant idem Gabriel *d. num. 15. versic. contrariam tamen partem*, & Molinus *de ritu nupt. lib. 1. de comparat. 19. num 24.* etsi contractus per legem nullus ex defectu personæ, seu quia celebratus est ab inhabili iuxta legem, est etiam ipso facto nullus in foro conscientiæ, & nullius obligationis coram Deo, vt admittit eadem tertia, & quarta sententia, & probant adducta *n. 20.* nam omnis obligatio, & actus efficacitas ad producendam obligationem pendet à voluntate, & si hæc est inhabilis, & inefficax ad talem effectum, nulla ex actu potest nasci obligatio, vt *dicto num.* 20. ostensum est: At quando lex ipso facto irritat actum, seu contractum, si aliter fiat, quam à lege statutum est, reddit voluntatem inhabilem, & inefficacem ad indicandos effectus eiusdem contractus, & ad transferendum, aut acquirendum dominium (nulla enim alia ratione videtur lex posse de facto irritare antecedenter actum, seu contractum à se prohibitum, nisi reddendo contrahentium voluntatem inhabilem, & inefficacem ad eliciendum consensum, qui habeat effectus naturales, quos alioqui haberet) ergo siue lex irritans ipso facto respiciat personas contrahentes illis interdicens contrahere, siue respiciat contractum ipsum præscribens formam in illo seruandam, & decernens ipso facto irritum, si fiat tali forma omissa, contractus per legem irritus, & nullus, erit nullus etiam in foro conscientiæ, & ex eo nulla orientur obligatio naturalis, aut dominij translatio, vel acquisitio. Addo contractus veri substantiam, & essentiam consistere in legitimo contrahentium consensu, vt *num.* 6. dictum est; at qui contra leges consentit, legitimè non consentit, cum illæ eius consensui resistant, & repugnent; ergo qui in contractu non adhibet formam legis, nihil omninò vtiliter agit. Contra quartam etiam sententiam est, quia illud quod legislatores suis legibus irritantibus actus, & contractus, si fierent contra legis prohibitionem, & non seruata solemnitate, ac forma à lege tràdita, vt aliud voluerint, quàm vt in iudicio tales contractus habeantur nulli; & nullam faciant fidem; non autem vt eo ipso impediatur obligatio naturalis, & translatio facta contra formam sit statim nulla, est diuinatorium, & verbis legis expressè repugnare videtur, lex enim decernit cōtractum esse ipso facto nullum, & consequenter statim carere omni effectu. Quare cū ex verbis legis colligatur intentio legis, & legislatoris, dicendū est quod lex irritans ipso facto contractum intendit annullare, quidquid contra se fiat, & quod talis fuerit mens legislatorū, videtur etiā colligi textibus *n. 22.* adductis, in quibus dicitur, *facta contra legem prohibentem, & irritantem esse inutilia; nullam habère vim, haberi pro infectis.* Nam etsi Vasquius loco *suprà num. 13.* relato, & alij Doctores *eodem num. 13. fine* relati, intelligunt esse inutilia, & nullam habere vim, ac pro infectis haberi, non quia leges impediant ortum obligationis naturalis, sed quia omnem effectum obligationis naturalis ortæ impediunt, & nolunt eandem obligationem naturalem vllo modo prodesse, & esse vtilem in foro contentioso ad exceptionem & ad retentionem; tamen hæc interpretatio videtur violenta.

Satisfit fundamentis primæ sententiæ.

Igitur retenta secunda sententia quoad vtramque partem ad argumenta primæ sententiæ Vasquij patet solutio, ad primum ex dictis supra *num. 6. & 7.* Ad secundum, & quartum quid sentiendum sit de contractibus initis à pupillo, & minore contra legem prohibentem illos contrahere, vel sine certa solemnitate, aut conditione an obligent naturaliter, explicabitur in specie infra: & si illis lex resistat illos irritando, dicendum, non obligare neque ciuiliter, neque naturaliter ob tradita pro confirmatione eiusdem secundæ sententiæ. Ad tertium, primò probabile est eo casu contractum obligare naturaliter, vt suprà *num.* 41. Secundò respondetur legem irritantem contractus sufficienter promulgatam afficere etiam eam ignorantes inuincibiliter iuxta Doctores communiter, quos allegat, & sequitur Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 17. num. 10. & lib. 9. disp. 42. num. 5.* & id post alios recentiores tradunt Layman *d. lib. 1. tract. 4. cap. 2. num. 7.* & Castrus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 1. puncto 12. num 6 & disp. 2. p. 12. num. 8.* 48.

Satisfit argumentis tertiæ sententiæ.

Ad primum, & secundum tertiæ sententiæ argumentum nihil respondere oportet, cum non vrgeant vt ex dictis *num. 32. & 33.* constat. Ad tertium illud reiicitur rectè responsione ibi data, ad applicam respondetur ex eo quod præfatæ leges sunt conditæ ad occurrendum fraudibus, & dolis non inferri necessariò esse fundatas in præsumptione fraudis, & doli in particulari, seu in præsumptione delicti, & commissæ fraudis (in qua præsumptione si dictæ leges essent fundatæ, locum non haberent in eo casu, in quo fraus non interue-

nisset, & plenus fuisset contrahentium consensus) sed rectè inferri esse fundatas in periculo fraudis in vniuersum, scilicet esse statutum ad euitandum in genere, & vniuersaliter in omnibus actibus, & contractibus periculum delicti, & fraudis, ac proinde licèt in aliquo casu cesset delictum, & fraus, quia periculum illud non cessat vniuersaliter, & absolutè, non cessat lex habere locum in eo casu speciali; quia semper remanet ratio legis generalis, & adæquatus ac principalis illius finis, qui fuit auertere periculum fraudis in communi ob commune bonum. Quando enim lex non fundatur in præsumptione facti, & delicti v.g. fraudis commissæ, sed fundatur in periculo fraudis, seu in præsumptione fraudis in communi, & vniuersaliter, tunc lex absolutè, & vniuersaliter habet locum in omni casu, etsi in aliquo cesset delictum, vt latiùs etiam explicant Pontius loco *num.* 19. allegato, & Castrus Palaus loco itidem *ibi* allegato, & *eodem tract.* 3.*disp.*1.*puncto* 14.*num.*13. vel eum Couarruuia, Mænochio, Valero, & aliis ex Doctoribus *eodem num.*19. relatis dicendum (quod tandem in idem recidit) præsumptionem & suspicionem fraudis fuisse tantùm causam impulsiuam, finalem verò & principalem fuisse, vt res cautius, & tutius fieret, & consequenter non posse cessare legem in foro conscientiæ, quamuis nulla fraus interuenerit.

Ad quartum patet responsio ex dictis *in titulo præcedenti num.*132. vide *ibi*.

Ad quintum negatur sufficienter occurri fraudibus per solam annullationem in foro contentioso, vt suprà *num.*27. probatum est.

Ad sextum lex ibi loquitur de eo, qui alteri debet ex conuentione iure naturæ, & gentium valida, cui tamen lex ciuilis non resistat, vt est pactum nudum, vide Glossam *ibi* sic explicantem textum.

Satisfit fundamentis secundæ sententiæ.

51. Pro defensione autem primæ, tertiæ, & quartæ sententiæ fundamentis secundæ sententiæ occurri potest, vt sequitur.

Ad primam probationem primæ partis eiusdem secundæ sententiæ *num.* 20 adductam, quatenus obstat primæ sententiæ, respondetur ex inhabilitate personæ præcisa ad contrahendum non inferri necessariò mentem legislatorum fuisse, vt leges procederent etiam in foro conscientiæ, cum illorum finis, qui fuit fraudibus, & dolis occurrere potuerit obtineri reddendo personam inhabilem ad contrahendum validè pro foro contentioso, & ad producendam per contractum obligationem naturalem, quæ haberet aliquem effectum in eodem foro contentioso. Ad secundam probationem respondemr gesta ab inhabili per solam legem humanam non esse semper iure naturæ nulla, & inutilia in foro conscientiæ; esse verò omninò nulla, & carere omni effectu ciuiliter, & in foro contentioso, vt explicatum est suprà *num.*13. ex Vasquio: In matrimonio autem, sicut & in professione religionis est specialis ratio, vt suprà *num.*41.42.*&* 43. declaratum est,

52. Ad primam probationem secundæ partis eiusdem sententiæ *num.* 21. adductam responsum est *num.*23. ex Vasquio ibidem allegato; possunt enim dicta iura intelligi, quod tales contractus contra leges, seu legum forma non seruata celebrati sint nulli, inutiles, & pro infectis habeantur tantum ciuiliter, & in foro contentioso, vt etiam titulo præcedenti *num.*77. dictum est de iuribus annullantibus testamenta minus solemnia: ibi enim tradita, & doctores dicto *num.* 77. allegati ad id faciunt; & iuxta tertiam sententiam responderi potest à iure decerni nullos &c. quia ad instantiam partis iudex illos debet declarare nullos, & omni effectu priuare peræquè ac si non fuissent facti. Qua etiam ratione intelligi debeant *d. lex non dubium*, & alia iura *ibidem* adducta explicatur infrà *post num.*22.

Ad secundam respondetur sicut ad primam probationem primæ partis, & quod non fuerit ea mens legislatorum declaratum est suprà *n.* 39. in confirmatione tertia sententiæ.

Ad tertiam, ex dictis *in tit. præcedenti num.*68. respondetur primo cessante ratione legis in particulari casu, 53. in eo etiam non habere locum legem iuxta Doctores *ibidem* allegatos. Secundò ex dictis *eodem titulo num.* 69. respondetur cessante in aliquo particulari actu; seu contractu ratione illarum legum ad fraudes euitandas conditarum, in eo non cessare legem in foro ciuili, & iudiciali; cessare tamen in foro animæ, in quo attenditur veritas, & in quo foro non constat legislatores voluisse præfatas leges habere locum, cum verbis earundem legum non significetur.

Ad quartam respondendum iuxta tradita *titulo præcedenti num.* 78. *& quatuor sequentibus*, quæ reuidenda sunt.

Ad quintam respondetur eam non obstare quartæ sententiæ, sed potiùs illam confirmare, quatenus vult per Iudicis sententiam posse, & ad instantiam partis debere contractus sine conditionibus à lege, cum clausula irritante præscriptis celebratos declarari nullos, & priuari omni effectu, atque eum, qui ex tali contractu rem accepit teneri in foro conscientiæ illam restituere sequuta dicta Iudicis sententia. Iuxta verò tertiam respondendum est ex traditis *titulo præcedenti num.*84. *& duobus sequentibus*, quæ videantur.

Ad vltimam probationem negatur non esse sufficienter occursum fraudibus per solam annullationem, & irritationem quoad forum contentiosum vt dictum est suprà *hoc titulo num.*3. *fine & num.*35. *& titulo præcedenti num.* 81. *&* 91.

In dubio an adfuerit fraus, dolus, aut vis in contractu absque iuris solemnitate, seu forma celebrato, censendus est nullus etiam in foro conscientiæ.

Porro aduertendum primam, tertiam, & quartam 54. sententiam, quod in foro conscientiæ validi sint actus, & contractus alioqui iuxta iura humana ipso facto irriti, & nulli, procedere debere solùm quando certò constat abfuisse omnem fraudem, quæ vt æquitati, ita & contractuum, ac pactorum firmitati aduersatur. Quare dum probabiliter metuitur, vel dubitatur de fraude, seu quòd adfuerit fraus, aut dolus, vel violentia in contractu contra legis prohibitionem, & non seruata solemnitate, seu conditione ab eadem lege aliter factum irritante celebrato, & in foro conscientiæ contractus habendus esset pro nullo, & res per talem contractum accepta etiam ante iudicis sententiam foret restituenda, quia in tali dubio lex præsumit fraudem, qua stante contractus etiam in foro conscientiæ est nullus, & propter dictam præsumptionem legis, non potest in tali dubio esse melior conditio possidentis iuxta tradita *in titulo præcedenti n.*156. *&* 157. & hoc idem insinuat Stephanus Bauny *p.*5.*lib.*1.*tract.*1.*quæst.*6.*assertione vltima versic. pars altera assertionis.*

Si contractus ob inhabilitatem contrahentis, vel defectum formæ ipso facto irritus, sit onerosus, & vtrinque æqualis restitutio rei acceptæ; an possit differri donec ab altero contrahente petatur, & an restituendi etiam fructus.

Cæterùm retenta secunda sententia, quoad vtramque partem, quod contractus iuxta leges, seu ius positiuum humanum ipso facto nullus ob defectum formæ, seu solemnitatis à lege statutæ sit nullus etiam in foro conscientiæ,

55. conſcientiæ,& ante omnem iudicis ſententiam, aduer-
tendum, quod ſi contractus eſſet onerosua, & vtrinque
æqualis, quia v.g.pro re accepta tranſitum eſſet iuſtum
pretium, vel alia res æqoiualens, & æque vtilis acci-
pienti, tunc non eſſet neceſſitas reſtituendi rem acce-
ptam, ſed vnuſquiſque expectare poſſet petitionem al-
terius, ſeu vt alter ſi vellet, peteret illius reuocationem
ob ſolemnitatis defectum. ita Molina *de iuſtit. 2. d.diſp.*
81.verſic.ſunt vero hac initio. Sarmiento, Sanchez, & alij,
56. qui *paulò infrà* allegantur. † Addit ibidem Molina, quòd
tunc non ferret æquitas, vt quando contractus reſcin-
deretur, fructus percepti ſoluerentur; tum quia præ-
ſumendum eſſet eos bona fide eſſe perceptos, & con-
ſumptos; tum quia etiam aduerſarius toto eo tempore
vſua etiam eſt re data in compenſationem, ex qua fru-
ctus potuit etiam percipere, aut eum ea negoriari, vel
57. emere rem fructiferam. † Quando etiam contractus
onerosus, & vtrinque æqualis, vt ſupra nullus ex defe-
ctu ſolemnitatis, ſeu conditionis à iure requiſita eſſet
celebratus cum Eccleſia, vel minore, vel alia perſona
in cuius faoorem tantum ſolemnitas fuiſſet ſtatura, ita
vt non obſtante defectu ſolemnitatis poſſit talia per-
ſona, vt minor, vel Eccleſia cogere alterum contrahen-
tem ſtare contractui; tunc quoque licèt minor, vel Ec-
cleſia poſſint reſtitui aduerſus alterum contrahentem,
ſecorua tamen in conſcientia eſt contrahens cum eis,
quoosque reſtitutionem, ſeu contractus reciſſionem pe-
tierint ita Innocentius *in cap. quia plerique de immun.*
Eccl. ibidem Butrius, Panormitanos, idem Panormi-
tanos *in cap.1.de inintegrum reſtitutione*, Sarmiento *de*
redit. Eccl. p.1.cap.2.num.7. Gonzales *ad reg.8. gloſſa 56.*
num.91.& 95. Rota Romana *ac Romana cenſus* S.Celſi ab
eodem Gonzales *num.96.* relata. Molina *loco citato*, San-
chez *lib.4.conſil.moral.cap.1.dub.15. num.6.* Riccius *pri-*
ma parte praxis aureæ reſol.99. vbi probat alienatione rei
Eccleſiæ non ritè facta emptori pretium eſſe reſtituen-
dum, & Stephanus Gratianus *diſcept.for.to.1. cap. 43.*
num.25.& tomo 3.cap.55.num.64. vbi dicit, qood cenſus
abſque ſolemnitatibus per Eccleſiam impoſitus valet, &
emptor facit fructus ſolutos ſoos, quamdio non dicitur
de nullitate. Quare etiam poſſeſſor, qui emit à minore,
vel Eccleſia omiſſa debita ſolemnitate, ſeo conditione
in tali contractu cum minore, vel Eccleſia à iure ciuili,
vel canonico requiſita, licet contractus ſit nullus etiam
in foro conſcientiæ, tamen non tenetur reſtituere rem,
niſi à minore, vel Eccleſia pretium reſtituatur, quate-
noa ſint locupletiorea effecti, vt in terminis tradunt
Sarmiento *d.cap.num.6.* & Sanchez *eodem num.6.* adden-
58. tes rationem. † quod licet compenſatio non ſoleat de
ſpecie ad quantitatem admitti, tamen hæc magis eſt re-
tentio, quàm compenſatio (inquit Sarmiento) quæ
per leges conceditor, præſertim quando ex eadem cau-
ſa deſcendit *vt l.ſi per ſortem § ſi cenſum verſ.ager tamen.*
iuncta Gloſſa, & poſt alios Boërius *deciſ. 15.* & in foro
conſcientiæ (vt *ibidem* Sanchez) poteſt quis retinere id,
quod poſſidet ſui aduerſarij, ſiue id ſpecies ſit, ſiue quãtitas,
ſi iſte rẽ, vel quantitatẽ, quam debet ſimilis æſtimationis,
noo reſtituat. Subdunt autem iidem Sarmento, & San-
chez, quòd ſi minor, vel Eccleſia non ſint effecti loco-
pletiores, ſed pecuniam perdiderint, tenebitur Emptor
rem gratis, non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in
foro conſcientiæ reſtituere. Quod eſt verum ſuppoſita
ſecunda ſententia, qnod talis contractus etiam in foro
conſcientiæ ſit nullus. Et hoc idem, nempè, quod non
poſſit capere pretium ab Eccleſia talis emptor, niſi illud
ſit conuerſum in eius vtilitatem docuerunt quoque An-
gelus *v.alienatio num.14.* & Monaldus *tit.de alienatione*
relati à Sanchez. Cui autem incumbat onos probandi,
minorem vel Eccleſiam ea pecunia, vel re accepta, fa-
ctum vel non factum eſſe locupletiorem, explicatur in-
frà *titulo quinto.*
59. Inſuper idem Molina aduertit, quod quando ſolemni-
tas ſolùm exigeretur, vt de ſinceritate, & veritate con-
ſtaret, ne pallaretur vſura, aut aliod malum, tunc ſi nihil mali interueniſſet, idque in foro exteriori ex confeſſione vtriuſque partis conſtaret, non propterea etiam in eodem foro exteriori eſſet reſcindendus contractus, eo quod præſumptio omnis mali eo ipſo ceſſaret; v. g. (inquit) in ſua bulla cenſuum Pius V. inter alia, ob quæ ſtatuit cenſualem contractum cum pacto de retrouendendo eſſe ipſo iure nullum, vnum fuit, vt pecunia coram tabellione ſolueretur; ſi ergo verè eſſet ſoluta, eſtò non in præſentia Tabellionis, quia contrahentes ignorabant id eſſe neceſſarium ait Molina, quod in foro conſcientiæ non poſſit contrahens ex eo defectu reſcindere contractum, neque etiam poſſent Iudices illum nullum pronunciare ob talem defectum, ſi ille, qui reſcindi peteret, confiteretur pecuniam fuiſſe ſolutam. Et hoc etiam ego puto verum, & in praxi ſeruandum; non tamen videtur concordare cum doctrina, quam idemmet Molina tradit *tract.2.diſp.390.n.2. § illud poſtremo.* vbi contra Nauarrum aſſerit bullam prædictam Pij V. non fundari in præſumptione, ac proindè reprobet ſententiam eiuſdem Nauarri aſſerentis emptorem cenſus iuſto pretio tutum eſſe in conſcientia etſi neque coram tabellione, aut teſtibus ſoluerit, neque in pecunia numerata, ſed in compenſationem antiqui debiti. Sed fortè Molina vult ſolùm defectum numerationis pecuniæ coram tabellione, & teſtibus non vitiare contractum, neque etiam in foro exteriori, eo quòd ſit leuis omiſſio ſolemnitatis, & formæ à Pio V. ſtatutæ.

An omiſſio modica, & leuis ſolemnitatis de forma ſeruari præſcripta reddat irritum actum.

Pro qua re, & maiori explicatione eorum, quæ in 60.
præcedentibus tradita ſunt præſertim in fauorem ſecundæ ſententiæ, oportet hîc explicare, an omiſſio modicæ, ac leuis ſolemnitatis, quam ius humanum præſcribat ſeruandam, tanquam de forma actus, vitiet, & nullum reddat eundem actum; & tunc cenſetur ſolemnitas præſcripta pro forma, quando lex, vel ſtatutum id expreſſè dicit, ſcilicet, diſpoſitionem, ſeu ſolemnitatem præſcriptam ſeruandam eſſe pro forma, vel quando per legem, vel ſtatutum actus aliter factus annullatur, & irritatur; & alijs modis, quos ponit Farinacius *p. 2. fragm. verbo* lex *n.* 203. de quibus infrà.

Communis Doctorum (de qua latè Vaſquius *de ſucceſſ. creatione §. 9.n 9.initio*) aſſerit modicæ, ſeu leuis ſolemnitatis omiſſionem, ſeo omiſſionem ſolemnitatis in re modica, & leui non vitiare actum. ita Bartholus per textum ibi *in l.1.§.vltimo num.1 .ff. de ventre inſpiciendo*: & *ibi* communiter ſcribentes (qui ſecuti ſunt Gloſſam, *verbo denegari*) & præter innumeros alios relatos à Vaſquio, Emanuel à Coſta in *l. Gallus §.& ſiquid tantum ff. de liber.& poſth.p.3.n.86.* Molina *de primog. Hiſpan. lib. 2. cap.6. n.3.* & ex Theologis Molina *de iuſtit. & iure tract. 2.diſp.81. verſic.ſunt vero hac, fine.* & *diſp 218. verſic.dubium eſt* (vbi etiam allegat Gregorium Lopez ad *l. 5. tit. 6. p. 6.* & Aluarum Valeſcum *conſult. 12. n. 8.*) Salas *de leg. diſp. 21.ſect.3. verſic. 54.* Fagundez *de inſtit. lib. 6. cap.7.n.13.* Emanuel Sà *verbo* interpretatio *n. 6.* & Bonacina *de leg.diſp.1.p.7.§.5.n.21.* & quamuis Vaſquius *d. §. 9. n. 11.* intelligat præfatam communem, & textum *in d. l. 1. §. fin. ff. de ventre inſpiciendo*, quo eadem communis nititur, procedere tantùm in his, quæ ſunt de ſolemnitate, vel ordine, non autem in his, quæ à iure ſunt præſcripta tanquam de forma; nihilominus vterque Molina, Gregorius Lopez, A Coſta, Valaſcus, & Bonacina, Sà, & Salas loquontur in his, quæ leges præſcribunt præſtanda tanquam de forma ad actus ſubſtantiam, & valorem; & de his etiam cenſendum eſt loqui iuriſperitos, quos pro communi idem Vaſquius refert. Nam ſi de omiſſione rei leuis, in his quæ ſpectant tantum ad ſolemnitatem accidentalem, & non ſunt à iure præſcripta tanquam forma ſeruanda ad valorem actus,

nulla

nulla poterat esse dubitatio, quod omissio leuis, & modica non vitiaret actum; & ita etiam de omissione rei modicæ, & leuis, in his quæ tanquam de forma præscripta erant ad probandam veritatem partus intelligendus est textus in *d. l. 1. §. fin. de ventre inspiciendo*; igitur præcipuum fundamentum huius communis sententiæ est hic textus, cuius verba hæc sunt: *Quod autem Prætor ait, causa cognita se possessionem non daturum, vel actiones denegaturum, eò pertinet, vt si per rusticitatem aliquid fuerit omissum ex his, quæ Prætor seruari voluit, non obsit partui. Quale est enim si quid ex ijs, quæ leuiter obseruanda Prætor edixit non sit factum, partui denegari bonorum possessionem? sed & mos regionis inspiciendus est, & secundum eum obseruari ventrem, & partum, & infantem oportet.* ex hoc enim textu Glossa, Bartholus, & scribentes communiter inferunt regulam generalem, quòd omissio modicæ solemnitatis non vitiat actum, propter verba illa generalia; *Quale est enim, si quid ex his, quæ leuiter obseruari edixit, omissum sit, partui bonorum possessionem, id est, actiones denegari*, quorum verborum sensus est, generaliter, & in quibuscunque personis, & casibus absurdum videri denegari actiones propter omissionem leuissimæ solemnitatis: lex autem specialiter loquens extenditur propter rationem generalem in ipsamet lege expressam, vt post alios Tiraquellus *de vtroque retractu §. 20. num. 1. & seqq.* & Vasquius *d. num. 9. versic. quid dicendum.* Quare dum textus ibidem ait *per rusticitatem, si quid omissum fuerit, id non obesse*, vel nomine rusticitatis, non intelliguntur solum rustici, quasi tantum cum ipsis dispensetur, sed appellatur rusticus is, qui per ignorantiam, vel incuriam Prætoris solemnitatem ad vnguem non obseruauerit, vt rectè explicat Vasquius *vbi suprà*, vel si lex loquatur de omissione leuis solemnitatis per rusticitatem; nihilominus generaliter est intelligenda, vt procedat, etiamsi à non rustico ea leuis solemnitas omissa fuerit per incuriam forte, vel negligentiam; quia ratio illius legis generalis est, & eo potissimum nititur, quod absurdum, & iurisconsultorum sinceritate indignum, ac alienum esse videatur de leuibus multum curare *l. si seruum §. sequitur ff. de verborum obligat.* Hinc igitur confirmatur hæc sententia, quia de minimo, modico, & paruo moraliter loquendo, & secundum iura curare non decet, &, contra æquitatem videtur propter omissionem, eius quod nullius, vel modici momenti est respectu actus, debeat idem actus omninò vitiari, & reddi nullus.

61. † Quæ autem omissio modica iudicanda sit arbitrio prudentis est relinquendum iuxta huius sententiæ Doctores; & communiter leuis solemnitas illa iudicatur quando id, quod omissum est vel nullius, vel modici momenti est, vt post Iasonem *in l. hac consultissima qui testament. fac. poss.* & alios notauit Vasquius *d. §. 9. n. 10.* addens etiam secundùm eundem Iasonem, & alios *ibi* à se allegatos dici leuem solemnitatem, quæ facti substantiam non immutat. Et an sit nullius, vel modici momenti, & substantiam actus non immutet, ex negotij, ac personarum, & testium qualitate æstimandum, & decidendum fore trádit Ludouicus Molina *d. cap. 6. num. 13. fine.*

62. At contrarium, & quoties solemnitas datur pro forma, seu sit de forma seruari præscripta, omissionem partis eius etiam modicæ, & leuissimæ vitiare actum in totum docent præter plures alios relatos à Vasquio *d. §. 9. num. 9. versic. contrariam sententiam*, & à Farinacio *2. parte fragm. verbo lex num. 108.* Felinus *in cap. Quoniam frequenter col. 3. & 4. vt lite non contestata*, & *in cap. cum dilecta § irritum de rescriptis in 6.* Boërius *decis. 1. n. 40. & 45.* Vasquius *d. §. 9. num. 11.* Farinacius *d. num. 208.* Aloysius Riccius *in praxi var. resol. p. 2. resol. 20. num. 4.* & ex Theologis Suarez *lib. 5. cap. 32. num. 9. & 10.* Azorius *lib. 6. cap. 9. in fine p. 3.* Castrus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 2 p. 13.* & Tuilleneb *in decalogum lib. 7. cap. 16. dub. 8. num. 3.* Probatur hæc sententia in primis sequentibus textibus: & prima per textum *in l. cum hi. §. si prætor ff. de transactionibus*; vbi transactio iudicatur nulla non solùm si Prætor eam permittit sine causæ cognitione, sed etiam si non inquisierit de omnibus, quæ ratio mandat, scilicet, de causa, de modo, de personis transigentium, quamuis de aliquibus quæsierit vbi Glossa, *verbo irritata*, ait solùm haberi pro irrito, cum aliquid de faciendis omittitur. Secundo per textum in procemio digestorum in principio vbi dicitur: *In iure nostro nihil superfluum est*, quod non esset verum, si aliquorum ex his, quæ iure præscripta sunt, omissio non noceret. Tertio per textum *in l. hæredes pallam §. in testamentis ff. de testamentis*, vbi si testis rogatus ad aliam rem, & non ad testamentum, testis fuerit in testamento, decernitur non valere testamentum, & tamen defectus solius rogitus videtur res leuis. Quarto per textum *in d. l. hæredes pallam § finali, & in l. furiosum Cod. qui testam. facere possunt*, vbi actus extraneus, & impertinens (esto quod defectus iste videatur leuis) vitiat testamentum. Quintò per textum in *l. si vnus Cod. de testamentis.* vbi licet in testamento interfuerint sex testes, propter defectum vnius tantum testis non valet testamentum. Denique omissis nonnullis aliis textibus adductis à Vasquio *d. §. 9. num. 9. versic. Deinde*, probatur per textum *in l. Scio à contrario sensu*, & *l. Diuus ff. de in integrum restitutione.* vbi ex solemnibus nihil facile mutandum est. Præterea, probatur, quia cum forma substantialis, sicut & ipsa rei essentia, consistat in indiuisibili, iuxta Philosophorum dogma, quælibet mutatio formæ quantumque leuis, destruet essentiam & substantiam actus. † Vnde (& sit 63. tertia probatio) formæ nihil addi, vel detrahi posse docent communiter Doctores, quos referunt, & sequuntur Vasquius *d. num. 11.* Boërius *d. num. 45.* & Farinacius *d. verbo* lex *num. 214.* †. Et vbi certa forma à iure, 64. seu statuto data est non sufficit illam seruari, seu adimpleri per æquipollens, sed specificè adimplenda est, iuxta Doctores communiter, quos allegant, & sequuntur Boërius *d. decis. 1. num. 44.* & Farinacius *d. verbo* lex *num. 215.* Quæ omnia confirmat Vasquius *d. num. 11.* quia in his, quæ alicuius certæ formæ esse debent, nihil actum esse intelligitur, cum aliquid superest agendum, vt *in l pen. Cod. de his, quibus vt indig.* Et qui actum (inquit idem Vasquius) eius forma neglecta facere vult, similis est ei qui actum facere vult, ita vt sit ea dispositio, de qua agitur, & non sit. Nam cùm melle mulsum fiat ex vino & melle vt in *§. cum ex aliena instit. de rer. diuis.* si quis vellet melle mulsum facere sine vino, aut melle, id non posset: & cum ars imitetur naturam, vt *in §. minorem instit. de adoptionibus*, forma, quæ ab arte, vel à lege in aliqua dispositione ad sui perfectionem, & consũmationem desideratur, neque in aliqua parte mutari potest, non magis quam si ab ipsa natura ad formam, & dispositionem alicuius rei aliqua desideraretur, & omissa essent. Denique confirmatur hæc sententia, tum quia iuxta ius de minimis etiam curatur, vt tradit idem Vasquius *d. §. 9. num. 9.* tum quia si iudicium leuis omissionis relinquitur arbitrio prudentis, vt dicunt Doctores prioris sententiæ, multum (inquit Suarez *d. num. 10.*) eneruantur leges formam substantialem instituentes, vix siquidem potest alia regula dari, si semel datur locus, seu licentia aliquid excipiendi. † Declarat 65. autem Felinus *in d. § irritum*, & post eum Sanchez *d. num. 10.* omissionem in re leui vitiare actum, vbi constat ordinem, seu solemnitatem esse substantialem; nam si essemus in dubio, an sit substantialis, tunc aiunt omissionem in re leui, & parui præiudicij non vitiare; & hoc pacto posse intelligi & procedere priorem sententiam communem.

Verùm licèt iuris rigore fortè hæc posterior sententia speculatiuè verior videatur, tamen in praxi à priori 66. communi existimarem non esse recedendum, si esset omissio leuis solemnitatis, quæ vel nihil, vel parum valdè conferret ad iustificandum contractum in foro exteriori,

exterioti, vel ad commodú contrahentium, vel ad attiogeodá seu implendá mentem legislatotum, præsertim si talis omissio contigisset ob incuriam, ioaduertenriam, & ignorantiam vel conttahentium, vel Notarij, vel Iudicis, cuius authoritate, aut deereto intetueoiente actus, seu contractus celebrandus esset. moueor ad id existimandum tuio authoritate tot Doctorum priorem sententiam sustinentium, tum illo textu *in d. l.1. §. fin. ff. de ventre inspiciendo*; tum quia in moralibus oon ita rigorosè, sicut in physicis, & naturalibus procedendum sit, vt propter amissionem tantuio alicuius minimæ circunstaotiæ ioxta moralem, & prudentem existiioationem res, quæ alioqui subsisteret, debeat in totum perire; & censeri oullius momenti, tametsi io ea interuenerint cætera omnia, ex quibus præcipuè, & ferè omnino tota rei essentia pendet: tum demum, qoia æquitati, & caritati repugnare videtur, vt ob omissam bona fide leuem solemnitatem ex pluribus præscriptis à iure ad actum, vel contractum validè faciendum, ex qua, omnibus circuustantiis spectatis, non immutatur actus, seu contractus substantia, nec maius commodum alicuius ex contraheotibus peodet, nec diminuitur, vel ferè nihil dimiouitur illius fides in iudicio; actus, seu contractus in totum, & omninò corruere debeat, & pro infecto haberi; Noo enim in huiusmodi euentu æquitas patitur, vt existimemus talem fuisse legislatorum mentem, sed potius ipsos, si præseotes essent, fore iudicaturos pro actus validitate. Quare (vt rectè admonuit Molioa *d.disp.81. allegato versic. sunt vero hæc circa medium*) quod ad huiusmodi solemnitates tametsi pro forma statutas, ac seruari præscriptas aliquando à iuris rigore est recedendom, & iudicandum potius, quod æquitas postulat; Quodque verisimiliter ipsi legislatores, si eilent præsentes, iudicassent coosideratis circunstantiis omoibus concurrentibus; cùm non potuerint prospicere omnibus singularibus casibus, dum id statuerunt, quod vt plurimum communi bono expedire iudicarunt; & æquitas, & caritas non postulet, seu permittat, vt quod pro caritate, & communi bono statutum est, executiooi mandetur, quaodo in particulari cum caritate, & æquitate pugnare videtur.

67. Porro textus pro posteriori sententia loquuntur, & intelligendi sunt, quando id, quod ex pluribus à iure desideratur, omittitur, licet secundùm se entitatioè & physicè est quidem res modica, tamen moraliter, & in ordine ad actum, pro quo facieodo fuit præscriptum, legislatores noo iudicarunt quid modicum, sed multum coofetre, vt etiam explicat Suarez *d.cap.32.num.9.* & constat etiam ex dictis *in titulo præcedenti num.160.* vbi dictum est defectum vnius testis in testamento, licèt in se videtur quid leue, & modicum respectu totius numeri septem testium à iure io testamentis requisiti; tamen iuxta ipsum ius non censetur omissio leuis, sed vitiat testamentum vt *in d.l. si vnus Cod. de testam.* & tradunt Vasquius loco *d.num.160.* allegato, Suarez *d. n.9.* & Azorius *p.1.lib.5.cap.28.quæst.2. versic. animaduertendum.*

68. † Vbi ponit hanc regulam, quod quandocunque certum tempus, pondus, vel numerus iure requiruntur ad aliquid faciendum; tunc etiamsi modicum desit, ex eo numero, mensura, vel pondere ratum oon est, quod fit; Vnde, inquit, in electionibus Magistratuum, in quibus certus numerus suffragiorum requiritur, si vel vnum suffragium desideretur, non subsistit electio; & similiter addit testamentum, in quo deest vnus testis, irritum est. Et alia exempla pooit, quæ apud ipsum

69. ibidem videantur. † Nonnulla verò exempla omissionis modicæ solemnitatis oon vitiantis actum ponunt Gregorius, Lopez, Valescus, & vterque Molina locis supra *n.60.* allegatis.

70. Vitium verò omissio inuocationis Diuini Numinis vitiet instrumentum coottactus, aut testamenti, negat Vasquius *d.§.9.num.12. versic. Hinc deducitur*, vbi testatur etiam esse communem Doctorum, & idem post alios asserit Azorius *p.3.lib.6.d.cap.9. quæst.3. initio.* † An autem omissio oominis Imperatoris, Papæ, vel Regis, 71.
aut Principis, vel omissio anni saluris, vel omissio diei, vel mensis, aut loci, in quo fit Instrumentum contractus, vel testamenti, vitiet iostrumentum, & reddat cootractum, aut testamentum nullum, videatur Couarruuias in *practicis quæstionibus c.2.* & Azorius *d q.3.*

SEQVITVR SVMMARIVM
§. II.

Lex humana purè, & simpliciter prohibens actum, an illum censeatur irritare. num.72. ad 98.

Præcisa prohibitio ex sui natura non irritat actum. n.72.

Quid sit prohibere, & quid sit irritare. ibidem.

Aliud est ius non assistere actui, aliud actus resistere n.73.

Lex naturalis prohibens actionem, an illam irritet, quando in continuatione actionis est eadem turpitudo intrinseca, quæ in primo fieri illius actionis. num.75. & 76.

Lex humana purè prohibens actum an illum irritet ipso facto ex dispositione iuris ciuilis, & canonici, & allegantur textus vtriusque iuris num.77.

Lex, siue statutum simpliciter, & generaliter prohibens contractum, seu actum, illum contra prohibitionem factum reddit nullum, etiam quod eadem lex, vel statutum expressè non irritet, seu post prohibitionem expressè actum non annullet, iuxta communem Iurisperitorum sententiam. num.78.

Lex, seu statutum prohibens actum, & post prohibitionem imponens pœnam an actum irritet num.79.

Lex humana simpliciter prohibens actum absque expressa irritatione, an tunc solum irritet eundem actum, quando prohibitionis causa est perpetua, non vero quando causa prohibitionis est temporalis. num. 80.

Lex simpliciter, & purè prohibens an censeatur irritare actum prohibitum, quando illum prohibet ratione sui, seu suæ substantiæ, non vero quando prohibet ratione solius alicuius circunstantiæ, puta temporis, vel loci. num.81.

Lex, seu statutum purè prohibens an tunc irritet actum, quando nullitas est in præiudicium controhentium, vel alicuius ex illis, non vero irritet si nullitas cedat in præiudicium aliorum, seu tertij. num.82. & 97.

Lex vel statutum prohibendo actum censetúrne solum non annullare, quando vlterius procedit addendo aliquid, per quod appareat actum annullare noluisse n.83.

Actus factus contra legem simpliciter illum prohibentem an tunc tantum sit nullus, quando factus est in fraudem legis num.84. Et

Id, quod fit contra legem simpliciter prohibentem, an tunc solùm valeat, quando ex alia lege, vel ratione constat, illud ratum esse, & firmum. num.86.

De iure canonico actus factus contra legem purè prohibentem, non est ipso iure irritus, nisi addatur clausula irritans, vel ex aliis verbis, aut particularibus signis appareat de irritatione. num.85.

Intellectus ad canon. Imperiali. 23. q.1.

Ex eo, quòd a summis Pontificibus leges ciuiles aliquando in sacris canonibus allegentur, non fit, vt Ecclesiastici subdantur legibus Imperatorum. ibidem.

Intellectus ad reg. iuris 64. ff. de reg. iuris, *scilicet, quæ contra ius fiunt, debere pro infectis haberi. num.89.*

Intellectus ad l. pacta, quæ contra Cod. de legibus *& ad* cap. finale de pactis. *num.90.*

Leges canonicæ prohibentes certa matrimonia absque expressa irritatione, illa irritant, & ex quibus colligatur continere irritationem. num.91.

Probabile est ius ciuile in l. non dubium Cod. de legibus *non irritare ipso facto in foro conscientiæ ante iudicis sententiam declaratoriam actum contra legis prohibitionem factum, sed in foro exteriori, & post latam iudicis sententiam quasi eo ipso, quod fit contra legem prohibentem dignus sit, quod in pœnam irritus, & nullus pronuncietur,*

nuncietur, & talis pronunciandus sit, ac si ab initio fuisset nullus. n. 92.

Iurisperiti ponunt duplicem actum nullum, nempè ipso iure, & ope exceptionis. ibidem.

Lex non dubium Cod. de legibus, dato quòd ipso facto irritet omnes actus contra legis prohibitionem factos, non habet locum in locis Imperatori non subiectis. n. 93.

Prædicta lex non dubium nullibi est vsu recepta. n. 94.

Actus contra prohibitionem legis non habentis clausulam irritantem, si lex est pœnalis, non pronunciatur nullus neque in foro exteriori, sed solùm legis transgressor condemnabitur ad pœnam. ibidem.

Lex purè prohibens actum absque clausula irritante, siue prohibeat ex motiuo aliarum virtutum à iustitia, siue ex motiuo iustitiæ, non censetur illum ipso facto irritare si fiat contra legis prohibitionem. num. 95.

Idem etiam quando lex prohibet simpliciter actum certo generi personarum assignans aliũ legitimum auctorem. n. 96.

Donationes, quæ fiunt Ministris Iustitiæ licet prohibitæ sint à lege ciuili, non sunt ipso facto irritæ. num. 97.

Referuntur Doctores tractantes quandonam lex prohibens directè, vel indirectè actum censeatur illum irritare, si fiat aliter, quàm lege præscribitur. num. 98.

Irritatio actus alia explicita, alia implicita, & quibus vtraque inducatur. ibidem.

Explicantur verba, & dictiones, quibus lex actum, seu contractum prohibitum censetur ipso facto, seu iure ante iudicis sententiam irritare. num. 99.

Talia sunt verba: ipso iure, ipso facto, mox, confestim, incontinenti, illico, statim, protinus, continuò, immediatè, extemplo, repente, ex vestigio, cito, subito, omnino, omnimodò, vel omnibus modis, penitus, si adiiciantur verbis sit nullus, aut irritus, vel inualidamus, annullamus, cassamus quidquid contra, vel aliter gestum fuerit. num. 99.

Prædictæ dictiones important latam sententiam, non ferendam. ibidem.

Si lex dicat ipso facto cassamus actum aliter factum, ipso iure irritat. ibidem paulo post initium.

Verbum cassamus aliquando denotat actum antea validum efficere nullum, aliquando declarat nullum id, quod iam nullum erat. ibidem.

Verba mandamus irritari, annullari, inualidari &c. vel rescindatur, infirmetur, annulletur, non inducunt irritationem ante iudicis sententiam. num. 100.

Lex seu statutum ipso facto irritat actum, quando vtitur verbis aliqui, vel aliter non valeat actus. num. 101.

Quid si lex simpliciter dicat, non valeat actus, vel conditionaliter, scilicet non valeat si aliquid factum fuerit, vel omissum quod post actum, vel in ipso actu requiritur. ibidem.

Irritat ipso facto lex, si dicat nullatenus, vel nullo modo valeat. num. 102.

Item si dicat sit nullius momenti, vel, nullius efficaciæ. num. 103.

Item si dicat careat omni robore firmitatis, vel omnifirmitate, vel omni robore, vel omnibus iuribus, vel careat viribus n. 104.

Item si dicat nullas obtineat vires, vel nullas habebit vires, vel nullo pacto teneat. num. 105. secùs si dicat non teneat, vel non obtineat, quæ verba important irritationem per iudicis sententiam. ibidem.

Item si dicat nullam obtineat firmitatem, vel non obtineat alicuius roboris firmitatem. num. 106.

Hoc tamen procedere in gratiosis, non vero in rescriptis ad litem, & in contentiosis, in quibus prædicta verba importare nullitatem ope tantum exceptionis tradunt nonnulli ex stilo curiæ Romanæ. ibidem.

Regulæ Cancellariæ habentes decretum irritans, qua ratione ipso facto annullent. ibidem.

Si lex simpliciter, & sine adiectione dictionis vniuersalis omnis, nullus dicat, careat robore, vel firmitate, vel non obtineat robur aut firmitatem, an per hæc verba importetur irritatio actus ipso facto, vel tantùm per iudicis sententiam. num. 107.

Lex, seu statutum annullans actum sub conditione negatiua, conditione deficiente actus redditur nullus ipso iure, etiam quod vtatur verbo futuri temporis v. g. si dicatur, si quid tale non fiat, actus corruat. num. 108.

Propter conditionis defectum dispositio ipso iure deficit tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus. ibidem.

Si lex, aut statutum dicat, actus aliter gestus, vel si quid aliter, & contra factum fuerit pro infecto habeatur; vel dicat aliter gesta inutilia habeantur, an censeatur annullare ipso facto, vel solùm reddere actum irritabilem per iudicis sententiam. num. 109.

Si lex, vel statutum prohibens actum dicat, nullo modo fiat, vel omnino prohibemus, vel si quid contra, vel aliter gestum fuerit contradicimus, censetur irritare ipso facto. num. 110.

Dictio omninò importat latam sententiam, & inducit nullitatem ipso iure. ibidem.

Lex, seu statutum prohibens actum, siue contractum ipso facto censetur irritare illum, si addat prohibitioni verba significantia impedimentum ortus obligationis, aut vinculi, aut translationis dominij, aut iuris ex eo actu resultantis, puta si dicat, nolumus inde vllam oriri obligationẽ, vel nullũ pariat obligationẽ, vel nõ faciat suũ, vel nõ possit retinere, vel ad nihil teneatur & similia. n. 111.

Quid si dicat, nullam faciat fidem, vel contrahentes non possint audiri in iudicio. num. 112. & 113.

Quid si lex prohibens actum, seu contractum prohibeat etiam obligationem ex eo resultantem non per verba expressa irritantia ortum obligationis. Sed tantùm implicitè, vt cum actus prohibetur solùm propter vitandum effectum actus, an tunc censeatur ipso iure irritare. n. 114. & 115.

Lex prohibens appositionem pœnæ sponsalibus an sit ipso facto irritans. num. 114. & 115. fine.

Lex ciuilis prohibens promissionem non reuocandi testamentum, vel instituendi heredem an sit irritans ipso facto. num. 114.

Verba frustra agit, seu aget, seu fiet important nullitatem actus ipso iure, nisi subiecta materia suadeat intelligi ope exceptionis. num. 116.

Etiam verba locum non habeat denotant nullitatem ipso iure. num. 117.

Lex aut statutum prohibens actum, seu contractum contra legem factum ipso iure censetur illum irritare, quando efficit personam inhabilem, auferque potentiam ad agendum, vel ad contrahendum aliter, quam lex præscribat. num. 118.

Quandonam, quibusue verbis lex, vel statutum prohibens actum, seu contractum censeatur reddere personam inhabilem. ibidem & num. seqq.

Verba inhabiles reddimus, inhabiles sint inducunt expressè inhabilitatem, & impotentiam. ibidem.

Inhabilitas legalis an censeatur inducta, quando dicit ordinem ad qualitatem à lege requisitam per modum conditionis, aut formæ. num. 119.

Per verba non habeant facultatem, careant facultate, non sit facultas, inducitur inhabilitas, & aufertur potestas. num. 120.

Verba non possint, nequeat, nemo possit, nemo queat auferunt omnem potentiam, & inducunt inhabilitatem, redduntque actum, contra legem gestum nullum. n. 121.

Quid si lex loquatur per verbum de præsenti non potest, non posse, an hæc verba inducant præcisam necessitatem, & auferant omnem potentiam, & reddant actum nullum, & impediant non solum actionem ciuilem, sed etiam obligationem naturalem. num. 122. 123. & 124.

Verbum non possit, potest intelligi, & de negatione potentiæ ad validè agendum, & de negatione potentiæ ad licitè agendum. num 23. & vnde dignosci possit, quam potentiam auferat. ibidem.

Lex, vel statutum dans formam actui, censetur irritare actum sine tali forma factum. num. 125.

Intelligitur

Intelligitur si forma fuerit substantialis, scilicet, à lege præscripta vti de substantia, & essentia actus. ibidem & num. 126.

Secùs si fuerit accidentalis. num. 126.

Forma in physicis, & moralibus est, quæ dat esse rei. n. 125.

Forma quoad actus morales est quædam ordinata series, qua actus perficitur. num. 126.

Quæ sit forma substantialis, & quæ accidentalis actuum moralium. ibidem

Forma, seu solemnitas à lege, vel statuto requisita in ipso actu an censeatur substantialis, & eius defectus annullet actum, etiamsi lex expressè non annullet: requisita verò post actum, seu quæ supponit actum iam factum censeatur accidentalis; & eius defectus non vitiet ipso iure actum, licet lex contineat clausulam irritantem. num. 127. 128. & 133.

Quando lex, aut statutum dat actui formam, & solemnitatem, seu certum modum agendi, & simul tribuit potestatem faciendi aliàs non habenti; an tunc talis forma censeatur substantialis, & eius defectus irritet actum, licet lex non addat clausulam irritantem. n. 129. & 130. Et quid si talis forma sit de iure communi, & de eodem iure communi sit accidentalis. ibidem.

Quid si forma præscribatur habenti vim potestatem faciendi, & lex non contineat clausulam irritantem. n. 131. 132.

Expressio eius, quod inest, nihil operatur. num. 130.

Iudices, & Ministri iustitiæ accipientes munera à litigantibus non tenentur illa in foro conscientiæ restituere ante iudicis sententiam. num. 132.

Solemnitas à lege, vel statuto præscripta actui faciendi vniuersaliter censetur inducta tanquam forma substantialis, & de necessitate ad valorem actus seruanda, si lex expressè dicat talem solemnitatem esse seruandam pro forma. num. 134.

Forma substantialis videtur inducta, si lex imponat necessitatem faciendi, vel loquatur conditionaliter, seu per ablatiuos absolutos. n. 135. & 136.

Forma à lege, vel statuto præscripta continens in se æquitatem naturalem, vel moraliter necessaria ad obseruandam naturalem æquitatem, an censeatur substantialis. num. 137.

Si lex, aut statutum mandet aliquid fieri certo loco, aut certo tempore absque clausula irritante, an id sit forma substantialis, & actus factus alio loco, aut tempore sit nullus. num. 138. & 139.

Quando lex seu statutum præscribens actui, seu contractui formam, seu solemnitatem iubet illi renunciari non posse, non addendo clausulam irritantem, an talis forma sit substantialis, & omissa vitiet actum; & è contra, si lex permittat renunciationem an tunc sit forma accidentalis, & omissa non vitiet actum. num. 140.

Iuramentum est de substantia testimonij iudicialis, & an possit illi renunciari à partibus. ibidem.

Quando lex, vel statutum mandat aliquid fieri cum consilio aliquorum, aut alteri detur potestas ad aliquem actum faciendum cum consilio aliquorum sine additione clausulæ irritantis, an omissio consilij reddat actum nullum. n. 141 142. 143.

In præfato casu sufficit petere consilium expectando tempus conueniens pro responsione, non est autem necesse illud sequi. num. 149.

Quando est dubium vtrum forma præscripta sit substantialis, vel accidentalis, an præsumenda sit potius substantialis, quam accidentalis. num. 145.

Irritatio, seu annullatio actus, seu contractus à lege, vel statuto inducta alia est pœnalis in odium delicti, alia non pœnalis solùm ob commune bonum, vel priuatum aliquorum. Et explicatur exemplis & discrimen inter vtramque irritationem. n. 146. & duob. seqq.

Irritatio pœnalis non habet effectum in foro conscientiæ nisi post Iudicis sententiam declaratiuam antequam citandus est delinquens, & ab ea datur appellatio. n. 146. 147. & 148.

Limitatur vbi actus, seu contractus semel validus non posset amplius irritari. n. 149.

Irritatio pœnalis ipso facto à lege inducta post sententiam iudicis declaratoriam retrotrahitur, & actus, seu contractus priuatur omni effectu, ac si ab initio fuisset nullus; secus si irritatio esset per iudicem imponenda num. 148.

An lex purè, & simpliciter prohibens actum illum censeatur irritare.

Sed nunquid eo ipso, quòd lex purè, & simpliciter prohibet actum nihil addens, quo significetur expressè, vel implicitè ipso facto inducit irritationem, & actum infirmari, censeatur illum infirmare, & irritare ipso facto in foro externo, & interno.

Præcisa prohibitio actus facta per legem ex sui natura non irritat actum.

Certum est simplici prohibitione actus facta per hu- 72.
manam legem (quæ scilicet vtatur verbis simplicem prohibitionem denotantibus, vt sunt *prohibeo*, *veto*, *nolo*, & similia) ex natura rei, seu ex se, suoque conceptu, & attenta sola verborum significatione non induci ipso facto actus irritationem; sed vt lex prohibens actum censeatur illum irritare præter prohibitionem oportet vt addatur in lege expressè eius irritatio, vel aliud, quo hunc effectum irritationis legislator exprimat. ita Sanchez *de matr. lib. 3. disp. 5. ad 4.* & *lib. 7. disp. 2. num.* 10. Molina *de instit. tract. 2. disp.* 88. *versic. moueor.* & *versic. ad confirmationem.* Suarez *de leg. lib. 5. cap. 25. num. 22.* & *cap. 27. num. 6.* Salas *eod. tract. disp. 16. sect. 8. num. 16.* Bonacina *eod. tract. disp. 1. q. 1. p. 7. §. 5. num.* 8. Ariaga *eod. tract. disp. 21. num. 40.* Villallobos *p. 1. tract. 2. diff. 29. num. 3.* Stephanus Bauny *p. 3. lib. 1. tract. 1. q. 6. assert. 3.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3.* Castras Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 2. puncto.* 8. & ita oportet, vt sentiant omnes, vt ex exemplis mox adducendis conuincitur. Probatur, quia actum prohibere, & eum irritare sunt res diuersæ, & separabiles, neque enim ex se, & conceptu suo, & vi verborum est idem, aliquid esse prohibitum, & esse irritum, & inualidum, ergo vnum ex altero inferri non potest, præsertim in materia odiosa (qualis est hæc) non extendenda vltra proprietatem verborum. ergo vt lex inducat hunc effectum irritationis debet illum per sua verba sufficienter exprimere, sed per solum verbum prohibendi, seu prohibitionem denotans (vt est verbum *prohibeo*, & simile) non explicatur, seu indicatur nullitas, & irritatio; ergo ex eo, quod lege aliquid prohibetur, eadem præcisè, & per se non irritabitur, nisi expressa in illa fiat mentio talis effectus; legis enim obligatio, quoad homines petenda est ex verbis eius, quibus tanquam signis indicatur animus legislatoris, ac proindè legis obligatio maior non erit, quam quæ verbis iuxta eorum proprietatem, seu propriam eorum acceptionem significabitur. Quod autem prohibere, & irritare sint diuersa, ac separabilia, & consequenter verba prohibitionem significantia non comprehendant, seu denotent irritationem, ac nullitatem, probatur, quia prohibere est solum præcipere, & obligare, ne fiat; irritare vero non est præcipere, ne fiat actus, sed inefficacem reddere voluntatem ad consensum in illius effectione, aut inhabilitare personam ad illum efficiendum. Hinc illud Innocentij III. *in cap. ad Apostolicam de regularibus*, scilicet, *quod multa fieri prohibentur, quæ si fuerint facta, obtinent firmitatem.* quod confirmant sequentia exempla. Nam matrimonium contractum tempore indebito, & contra interdictum Ecclesiæ est prohibitum *toto tit. de matr. contract.*

contra interdictum Ecclesiæ. item conttactum intet Compattes ex Cathechismo *cap. 2. de cognat. spir. in 6.* Item conttactum post simplex votum castitatis *cap. vnico de voto in 6.* item conttactum cum quouis alio impedimento non dirimente; & tamen sic contractum in omnibus prædictis casibus est validum. Item matrimonium clandestinom ante Tridentinum, licet esset prohibitum, non tamen erat irritum, & nullum; Item valet consectatio facta per Episcopum alienum, licèt sit ptobibita *cap. Episcopus in diocesi 7. q. 2.* Item sententia lata sub conditione tenet, etsi prohibita *cap. biduum. 2. q. 6.* idem patet in venditione tei, quam qui Dto vouit; in promissione facta meretrici pro vsura corporis, in matrimonio contracto post sponsalia; & in ludis probibitis, per quos tamen dominium lucti transfettur, vt *titulo præcedenti num. 117. & 119.* dictum est. Item sacerdos existens in mortali, vel suspensus ab ordine, & eius vsu probibetur consectare, & alia sactamenta administrare, & tamen validè consecrat, & administrat; ex quo constat etiam, non solùm irritationem non contineti in prohibitione, sed etiam prohiberi actum, qui non potest irritari; sicut è contrario irritatut actus si fiat, licèt non prohibeatur, vt quando lex purè ittitat. Ex his igitur exemplis, & sexcentum aliis, quæ adduci possenr, constat non esse idem prohibere, & ittitare, sed diuersa & separabilia, & de facto in pluribus actibus prohibitis separata. Alias confirmationes ponit Suatez *d. cap. 25. num. 24.* quæ apud ipsum videti possunt.

73. Si primò contra prædicta obiiciatur, quod voluntas inferioris non potest esse efficax contra volnntatem superioris, quando autem lex simplieiter prohibet actum, resistit illi volunras superioris, ergo non potest esse efficax. Respondetur, eum superior, dum tantùm simpliciter prohibet actum, non velit, vt actus non valeat, sed tantum ne fiat, seu possit honestè, & rectè fieri, voluntas superioris non resistit voluntati ioferioris quoad valorem actus, sed quoad honestatem; & sic subditus faciens actum simplicitet, & purè prohibitum, licèt validum efficiat, non facit tamen honestè, & licitè, sed peccat vt enim actus valeat, non est necesse, quod tus assistar tali actui, sed satis est, quod non resistat irritando illum, & impediendo potestatem, & libertatem naturalem voluntatis ad conttahendum, donandum, & faciendum similia, quibus dominium transfertur, & obligatio inducitur.

Si secundò obiiciatut ex actione peccaminosa non posse aliquem consequi fructum, ac proinde actionem factam contta ius prohibens, non posse esse validam, quia sic esset fructuosa. Respondetur non esse inconueniens, vt aliquis interdum reportet ex tuo peccato commudum aliquod, dum id permittit legislator actionem prohibens; licèt sempet maximum reportet damnum, scilicet, animæ.

74. Si tertiò obiiciatur, quod lex natutalis prohibens actum facit illum inualidum, vt v.g. matrimonium intet pattem, & filiam, & inter frattes fit inualidum, ergo prohibitio sola irritat actum. Respondetur primo negando antecedens, quoniam iure naturæ multa probibentut, quæ non irritantur v. g. vendete aliquid vllo modo carius, quàm valeat, non ideo tamen illa venditio est nulla; similiter lex naturalis probibet promissionem pecuniæ propter vsutam corporis meretricis, & tamen promissio non irritatur. Item lex naturalis prohiber matrimonium post votum castitatis, & tamen non irritat, & aliis
75. exemplis id posset ostendi. † Respondet ptæterea Suarez *d. cap. 27. num. 7.* tunc legem naturalem, quæ prohibet actionem, eam etiam irritare, quando in continnatione actionis, seu in vsu vinculi, seu effectus, quem talis actio post se relinquere posset, est eadem turpitudo intrinseca, seu eiusdem rationis cum ea, quæ est in priori actione, seu in primo fieri illius actioois probibitæ; nam si talis effectus, seu vinculum iuduceretur, esset etiam turpe, & contta rationem, quia esset vinculum iniquitatis, vt in exemplo de matrimonio intet consanguineos in primo gradu, & indispensabili: At verò in lege bumana (inquit Suatez) noo procedit hæc ratio eodem modo, nisi sit tantum declaratiua iutis naturalis, tunc enim reputatut tanquam eadem lex, & ideo eadem etit vtriusque ratio; tunc enim ptohibitio humana irritat actum prohibitum non ratione sui, sed quatenus habet admixtam prohibitionem iutis naturalis, iuxta dicta suprà *num. 15.* vt pater in exemplis ibidem adductis, scilicet, cum lex humana prohiber conuentiones, seu promissiones turpes ex patte obiecti, scilicet de committendis homicidio, furto, rapina, adulterio &c. & huiusmodi facinoribus patrandis; tunc enim bumana prohibitio continet irritationem non ratione sui, sed ratione prohibitionis legis naturalis, in prædictis, irritantis prædictas conuentiones, quia eadem turpitudo, quæ est in actu promittendi, esset in obligatione ad rem turpem, seu crimen pattaudum, si per illam induceretur. Hic autem agitur de lege humana probibitiua non habente admissam prohibitionem legis naturalis; lex enim bumana non habens admixtam legem natutalem, non probiber actum, quia malus, sed prohibendo facit, vt sit malus. Potest autem (addit idem Suarez) lex humana prohibere actum, & tolerare effectum, vel quia causa prohibitionis, quæ fuit in actu, cessat in effectu, vel quà licèt duret, non ita mouet ad prohibendum effectum, sicut actum, quia non apparet tanta indecentia, vel deformitas in vno sicut in alio; quod ait patere exemplis *suprà* positis; nam lex prohibens contrahere matrimonium contra interdictum Ecclesiæ, non irritat illud, quia vinculum permanens, seu mattimonium in facto esse non est ita contra interdictum Ecclesiæ, sicut in fieri. Lex autem prohibens matrimonium inter cognatas ex solo Catechismo prohibet actum, & non impedit effectum, etiamsi ille modus cognationis semper duret inter coniuges, quia lex humana solum reputauit illam, vt aliqualem indecentiam ad contrahendum de nouo, non vero ad permanendum in matrimonio iam contracto. † Et ex his patet Ariagam *d.* 76.
disp. 23. num. 54. iuncto numero 42. versic. melius. non rectè, & efficaciter (vt ipse dicit) reiecisse præfatam responsionem Suarij, dum contta eam obiicit, quod matrimonium post votum castitatis est validum, & tamen est probibitum lege naturali, & indecentia, quæ emissu voto castitatis reperitur in mattimonio conttahendo, reperitur in eo, quoad mattimonium duret: Et similiter, inquit, mattimonium probibitum intet cognatos ex Catechismo, & tamen contractum valet, tametsi illa cognatio, ratione cuius matrimonium prohibetur, sit perpetua: Reiicitur enim hæc obiectio tanquam inefficax ex dictis, scilicet, quia non apparet tanta indecentia in mattimonio iam contracto, scilicet in contrahendo cum dictis vinculis voti, aut cognationis. Præterquam indecentia, quæ repetitur in matrimonio iam contracto potest desinere esse per ablationem vinculi voti factam per Papæ dispensationem; turpitudo autem, quæ in obligatione ad crimina pattanda, & vinculo coniugali inter consanguineos in primo nulla gradu ratione potest auferri. Vnde lex naturalis probibens talem

actionem

actionem turpem ex necessitate etiam irritat effectum illius propter intrinsecam turpitudinem eiusdem effectus.

Lex simpliciter, & purè prohibens actum, an illum irritet ex dispositione iuris ciuilis, & canonici.

Ex dictis igitur constat manifestè ex eo solum, quod lex humana prohibeat aliquem actum, non continuò illum irritat, & nullum reddit, neque in foro externo, neque in interno spectata rei natura, & significatione propria, & rigorosa verbi prohibendi, si lex nihil aliud addat, quo actus irritetur, vel ex quo colligatur mentem legislatoris esse, vt actus prohibitus sit ipso facto irritus, & nullus; illud ergo quod difficultatem patitur est, an per legem ciuilem, vel canonicam facta sit ampliatio, & extensio, ac statutum, vt actus simpliciter prohibitus, seu eo ipso, quod prohibitus est humana lege sit etiam irritus, tametsi lex prohibens non addat verbum, quo exprimatur irritatio, putà, non dicat, quod *sit irritus*, vel *non valeat*, vel *sit omninò inutilis*, vel *nullam obligationem inducat*, & similia.

77. Et ratio difficultatis desumitur ex iuribus adductis suprà *num.* 22. scilicet, primò, & principaliter ex *l. non dubium* ibi allegata *Cod. de legibus*, vbi postquam dixit Imperator Theodosius *in legem committere, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec pœnas insertas legibus euitare, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat*; addit sequentia. *Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat; cæteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere; hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur; licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est; sed etsi quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus. Secundum prædictam itaque regulam, qua vbicunque non seruari factum lege prohibente censuimus, certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec Sacramentum admitti.* Secundò ex *Canon. Imperiali* 23. *q.* 2. vbi eadem lex videtur approbata à Gregorio Papa, dum ibi ad finem interitum allegatur, & dicitur: *Imperiali constitutione sancitum est, vt ea, quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sunt.* Tertiò ex regula, *quæ contra ius in 6.* quæ cum præcedentibus concordat, siquidem *ibi* dicitur, *quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi.* Quæ desumpta videtur ex *l. pacta, quæ contra Cod. de pactis.* vbi habetur: *pacta, quæ contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est.* Quam legem etiam quoad pacta contra bonos mores confirmat Gregorius nonus *in cap. fin. de pactis* ibi, *nam etiam iuxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure vel de facto nullam obligationem inducit.*

78. Igitur propter huiusmodi iura Iurisperiti, & Canonistæ communiter asserunt, quod lex vel statutum simpliciter contractum, seu actum prohibens, si contra legem fiat, illum ipso facto irritat, & reddit nullum, etiamsi lex, vel statutum nihil addat significans irritationem, seu post prohibitionem actum expressè non annullet. ita Glossa *in d. l. non dubium in figura casus versic. instatur tertiò*, & *in verbo non dubium.* ibidem, Bartholus, Iason Iacobus Butrig. Baldus, Albericus, Paulus de Castro, Salicetus, Fulgosius Tiraquellus post *leg.* 16. *conn. glossa* 4. *num.* 5. 6. & 7. Bartholus iterum *in l. cum lex num.* 4. & 6. *ff. de fideiuss.* Panormitanus *in cap. nulli de rebus Ecclesiæ non alien.* & *in cap. ad Apostolicam de regularibus num.* 11. & plures alij Iurisperiti à Tiraquello relati, & alij, quos referunt Farinacius *in* 2. *p. fragm. verbo* lex *num.* 170. & Salas *de legibus disp.* 16. allegata sectione octaua *num.* 16. & ex Theologis, ac Summistis idem asserunt Syluester *verbo* lex *q.* 28. *versic. ego verò.* Angelus *eodem num.* 18. & Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *q.* 17. *fine.* Verùm quia contra hanc communem assertionem militant dictum Innocentij, & exempla suprà *num.* 22. adducta, & alia à Doctoribus *eodem num.* 22. allegatis relata: ideo huiusmet assertionis Doctores illam variis modis limitant, & declarant; quas limitationes latè referunt, & examinant Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *à num.* 191. *ad* 196. Suarez *de legibus d. cap.* 25. Salas *d. sect.* 8. & Ariaga *d. disp.* 23. *sect.* 4.

79. Prima limitatio, seu declaratio est; si lex prohibeat simpliciter non imponendo pœnam, ipso facto irritat actum prohibitum; si procedat imponendo pœnam tunc non irritat, quia speciali pœna per legem imposita facit cessare actus nullitatem. ita post Panormitanum, & Cardinalem, Syluester *vbi suprà*, & alij, quos referunt Felinus *in cap.* 2. *de testibus*, Vantius *de nullitate rubr. quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur num.* 54. & Farinacius *d. verbo* lex *num.* 195. vbi latè de hac limitatione, an, & quando appositio pœnæ faciat nec ne, cessare actus nullitatem. Hanc limitationem reiiciunt Suarez *d. cap.* 25. *num.* 4. Salas *d. sect.* 8. *num.* 18. & Ariaga *d. sect.* 4. *num.* 41. Et primò reiicit Ariaga, quia si prohibere ex se non dicit irritare, vt probatum est; ergo ex eo, quod prohibeatur aliquid, & nihil amplius addatur, non debet illo modo inferri irritatio. Verùm hæc ratio procedit solùm spectata natura prohibitionis; hic autem agitur de lege simpliciter prohibente spectatis *d. l. non dubium*, & aliis iuribus allegatis, in quibus decernitur, seu declaratur legem simpliciter prohibentem actum esse intelligendam, vt etiam ipso facto illum irritet. Melius igitur reiicitur à Suarez, Sala, & ab eodem Ariaga, tum quia lex prohibens matrimonium contrahi post votum castitatis simplex non continet adiectionem pœnæ, & tamen matrimonium, emisso voto castitatis, contractum valet: tum quia non semper adiectio pœnæ facit cessare nullitatem actus prohibiti, sed sæpe cum adiectione pœnæ actus prohibitus est ipso facto irritus, vt post plures alios notant Farinacius, Suarez, & Salas *locis citatis*; & patet in lege Tridentini irritante matrimonium clandestinum, quæ adiicit pœnam sic contrahentibus, & præterea irritatio actus non est pœna, vt *num.* 33. dictum est: ac proindè licet addatur alia pœna, non sunt duæ pœnæ; & licèt esset pœna, & addatur alia pœna, non est duplex pœna immoderata, & essent diuersarum rationum, & haberent diuersas causas; siquidem irritatio per se fit, quia expedit bono communi; pœna vero imponitur propter culpam.

80. Secunda limitatio est, quod assertio communis procedat in perpetuò prohibitis, seu quando causa prohibitionis actus est perpetua, tunc enim lex simpliciter prohibens actum, illum irritare censetur, secùs in prohibitis ad tempus, seu ex causa temporali, & non durabili. Exemplum primi affertur in lege prohibente matrimonium inter certa consanguineorum & affinium genera, quæ id in perpetuum prohibet, & ideo contractum irritat. Exemplum secundi, est in lege prohibente nuptias fieri certis temporibus, & venditiones in diebus festis, quæ non irritant actum contra

legis probibitionem celebratum. its Offtedus, Iason *in d. l. non dubium.* Vantius vbi suprà *num.* 52. & alij apud Suarex *d.cap.*25 *num.*7 .& Farinacium *d. verbo* lea *num.*191. Qui *num.* 192. tefert Glossam *in d. l. non dubium* in verbo *ob id* asserete præfatam assertiooem, seu regulam commonem procedere etiam in non perpetuò prohibitis ob eam tationem, quod si ea lea *non dubium* seruaretur tantum in perpetuò prohibitis, in paucissimis casibus locum haberet; oam via est aliquid sic generale, cui noo derogetur per speciale vt *in l. omnis diffinitio ff. d. reg. iur.* Hanc eandem declarationem impugnant Suarex *d. num.* 2. & *cap.* 28. *num.* 21. Nam votum simplex castitatis de se est perpetua causa, & similiter cognatio ex Cathechismo otiens; & tameo lex probibens mattimonium cum bis impedimentis non irritat illud; sola enim causa, etsi perpetoa non irritat actum sine voluntate legislatoris, quæ debet exprimi sufficienter per legem, at non eaplicatur sufficieoter per sola verba prohibendi vt *num.* 72. explicatum, & probatum est. Non repugnat etiam causam prohibitionis esse temporalem, & legem probibentem irritare actum contra factum, si lex id sufficienter exprimat, quia v.g. actus licèt temporalis sit dignus tali irritatione, seu effectu per legem introducto, vel quia si causa temporalis non sit ipse actus, sed circuostantia temporis, vel alia, possit tamen aliquando expedire non solum prohibere, sed etiam irritare actum in tali tempore, vel circunstantia factum, vt patet in sententia die festo, vel noctis tempore prolata; ergo ao lex irritet nec ne, non sufficienter colligitur ea parte causæ temporalis, sed alia præsertim verba, quibus lex actum prohibet, consideranda sunt. Confirmant Suarez, & Salas exemplis; Nam minor ætas est temporalis, breui discursu temporis finitur, & tamen sunt multæ leges irritaotes actus minoris ex illo eapite minoris ætatis. Annus etiam probationis est temporalis causa; & tamen tatione defectus illius inducta est lea professionem irritans. Et licèt Ariaga *d. sect.* 4. *num.* 42. dicat hæc duo exempla non militare contra præfatam declarationem; oam in eis, inquit, si attendatur causa probibitionis, perpetua est; nam ideo contractus minorum probibetur, quia timetur nocium minori; hoc autem nocumentum, si eoottactus validus esset, semper duraret; Item Nouitiatus requiritur, vt Nouitius benè eaperiatur religionem, quam tota vita postea sustinere cogetur; si autem in hoc sit error, sine dubio esset perpetuus; si valida esset professio. Nihilominus hæc obiectio Ariagæ non vrget contra dicta exempla, qoia euitare nocumentum, & experiri austeritatem religionis fuor causa finalis remota illatum legum irritantium contractus minoris, & professionis, causa verò proxima ratione cuius dictæ leges sunt conditæ, est ipsa mioor ætas, & eaperimentum annuale. Quapropter etio constatet manifestè contractum esse vtilem minori, non desinit esse nullus, & petente minore alter contrahens teneretur rem acceptam restituere; & etiamsi constatet nouicium in minori spatio vnius anni plenè expertum fuisse religionem, adhuc professio facta anno Nouitiatus non completo esset nulla.

81. Tertia limitatio, seu declaratio est, vt lex prohibens censeatur irritare actum prohibitum, quando probibet actum ratione sui, seu suæ substantiæ, non vero quando prohibet solùm ratione alicuius circunstantiæ v.g. prohibet, quod fiat tali loco, aut tempore &c. ita Baldus, & Castrensis *in d. l. non dubium Cod. de legibus*, & alij relati à Suarex *d. cap.*25. *num.* 10. & *cap.* 28. *num.* 17. & esse communem declarationem Iurisperitorum testatur Salas *d. sect.* 8. *immediatè ante num.* 20. sed hanc eandem declarationem impugnant *ibidem* iidem Suarez, & Salas, & Ariaga *dict. sect.* 4. *num.* 43. nam actus potest irritari etiamsi ratione solius circunstantiæ prohibeatur, si lex in probibitiooe eaprimat irritationem, sic irrita est professio facta noo completo anno Nouitiatus, vel ante completum annum decimum seatum, licèt à lege non prohibeatur absolutè, & ratiône sui professio, sed solùm ratiooe circunstantiæ temporis; & similiter acta iudicialia prohibita in die festo irrita sont, etsi prohibeantur solùm ratiooe circunstantiæ temporis, sicut etiam quædam acta iudicialia prohibita fieri in loco sacro sunt irrita, & si prohibita sint tantùm ratione loci, prædictæ tamen irritationes io legibus exprimuntur, & si noo exprimerentur, ex præcisa prohibitione oon censerentur inductæ; Prætetea in exemplis matrimonij post votum castitatis, aut contractam cognationem ex Catechismo prohibiti, lea prohibet absolutè matrimonium, & tamen non irritat illud. Illud autem, quod ab aliquibus dicitur, scilicet, declarationem debere intelligi, quando actus substantia directè prohibetur, quod non contingit in illo eaemplo primo, quia ibi directè præcipitur reddere Deo promissum; & inde per quandam resultantiam probibetur matrimonium, quod est prohiberi indirectè, primò gratis dicitur, & sine fundamento solum ad eoadendam difficultatem; secundò quia lex humana directè prohibet matrimooium contrahi post votum castitatis, licet lea naturalis seruandi vota videatur tantum indirectè, & remotè matrimonium probibere voto castitatis emisso: plura de hac re vide apud Soarez, & Salam.

Quarta limitatio, seu declaratio est, vt lex, seu statutum simpliciter prohibens tunc irritet, quando eius dispositio respicit solum agentes contra legem, seu nullitas actus est in præiudicium contrahentium, vel alicuius ex illis; secus vero si alios respiciat, seu nullitas cedat in præiudicium tertij. ita Gregorius Lopez *vbi suprà* afferens exemplum ex *cap. sicut ne clerici, vel monachi*, vbi Clericus in Sacris prohibetur officium tabellioois exercere; & tamen si exerceat, valet instrumeotum, quia est in vtilitatem tertij. Haoc pariter limitationem reprobant Suarez *d. cap.* 25. *num.* 14. & Salas *d. sect.* 8. *num.* 21. nam constat multas leges prohibentes esse irritantes, licèt alios respiciant, vt lex quæ prohibet cootractus minoris sine decreto Iudicis, & similes: Et in stipulatiooe, quæ fit per tertiam personam interuenit præiudicium illius, pro quo alter stipulatur, & tameo stipulatio est nulla, ac nullius momenti, & obligationis, vt supra dictum est. Ea eo igitur capite ooo sufficieoter colligitur quando actus prohibitus sit, vel non sit irritus: pluribus aliis limitationem impugoant Suarez, & Salas. 82.

Quiota limitatio, seu declaratio est, vt lex, vel statutum prohibens actum stans in puris terminis prohibitionis irritet actum, non verò irritet si vlterius procedat addendo verbum, vel statuendo aliquid, quod sine valore actus non rectè adderetur, nec habere posset locum circa actum inualidum, & consequenter indicat mentem legislatoris fuisse, vt noluerit actum contra prohibitionem factum esse nullum, vt cum lex vltra probibitionem procedit exceptionem, vel actionem dando post prohibitionem; tunc enim actus contra prohibitionem factus tenet, licèt rescindi possit per actionem, vel eaceptionem datam à lege, vel statuto. ita Glossa *in d. l. non dubium verbo* ob id. *ibidem* Iacobus Butrig. Bartholus, Baldus, Salicetus, & plures alij Iurisperiti allegati à Farinacio *d. verbo* lea *num.* 194. Et hanc pariter limitationem impugnant Suarez *d. cap.* 25. *num.* 16. Salas *d. sect.* 8. *num.* 22. & Ariaga *d. sect.* 4. *num.* 45. licèt diuerso modo. Certò contra hanc declarationem inspecta tam dispositione iuris canonici, quam iuris ciuilis militant multa exempla ex adductis suprà *num.*22. nempe matrimooij contracti 83.

post

post votum simplex castitatis, & matrimonij clandestini ante concilium Tridentinum; talia enim matrimonia lex canonica purè prohibet, & tamen contracta tenent, spectata autem dispositione dictæ legis *non dubium*, hæc declaratio, seu limitatio non videtur illi repugnare, vt tenent Salas *d.num.* 22. & Suarez *cap.* 28. *num.* 20. quia cum sit talis additio, qua sustinetur actus, seu significetur per legem non induci nullitatem actus, non videtur esse prohibitio simpliciter, seu absoluta, & pura, de qua loquitur lex *non dubium*, sed secundum quid, vt notauit Syluester *d. quæst.* 28. dicens talem ex parte prohibere, & ex parte concedere, & ita non esse legem simpliciter prohibentem.

84. Sexta declaratio quoad dictam legem, *non dubium* est Ferdinandi Mendozæ *t. de pactis cap.* 4. *num.* 41. à Suarez *d. cap.* 28. *num.* 2. & Sala *d. sect.* 8. *num.* 24. relati; vbi dicit quod dicta lex *non dubium* decernens actum factum contra legem purè prohibentem esse nullum, & irritum, non intelligitur de omnibus actibus factis contra legem prohibentem, sed solum de factis in fraudem legis prohibentis; non vero de factis contra verba legis sine vlla fraude: Et hoc ait deduci ex illis verbis initij dictæ legis: *Non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.* his enim verbis Imperator Theodosius videtur apertè indicare suam mentem esse, vt actus sit irritus, si factus sit in fraudem legis prohibentis; quod confirmat Mendoza etiam ex aliis verbis legis, quæ in integra epistola Imperatoris eiusdem habentur, & habetur in codice Theodosiano *lib.* 1. *nouellar.* qui habetur post finem codicis *tit.* 4. quæ latè prosequitur Suarez *d. cap.* 28. *num.* 3. Verùm etiam hanc declarationem reiiciunt Suarez *ibidem num.* 4. 5. *&* 6. Salas *d. num.* 24. Ariaga *d. disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 47. & Farinacius *d. verbo* lex *num.* 172. Nam licèt occasione aliquarum fraudum, nihilominus in sequentibus verbis legis Imperator loquitur vniuersaliter ibi: *nullum enim pactum* &c. vbi nihil dicitur de fraude. & idem ostendunt alia verba ibi, *vt legislatori &c.* vbi etiam nulla mentio fraudis; & si Imperator decreuit nullum actum factum contra legem simpliciter, & purè prohibentem, si factus sit in fraudem legis, multò magis voluit esse irritum actum, qui expresse sit contra verba legis prohibentis, qui certè

85. est contra mentem legislatoris. Quare ex præfatis verbis eiusdem legis cum contineant dispositionem vniuersalem, quod actus contra legem prohibentem, licèt in ea non dicatur inutile futurum, quod factum fuerit, sit irritus, & inutilis non solum dicta Mendozæ declaratio, sed etiam omnes præcedentes limitationes, seu declarationes, præter quintam reiici rectè videntur; cum enim verba legis non faciant distinctionem, vtrum simul cum prohibitione addatur pœna, vel causa prohibitionis sit perpetua non temporalis, vel prohibitio respiciat Actus substantiam, non aliquam circunstantiam, vel actus prohibitus cedat in præiudicium tertij, prædictæ declarationes videntur esse contra sensum eiusdem legis; ac proindè vel legem ipsam omnino reiiciendam, vel vniuersaliter dicendum, omnem legem prohibentem actum etiam illum irritare, vt notauit etiam Ariaga *d. sect.* 5. *num.* 48. Quinta autem limitatio non videtur aduersari dictæ legi propter dicta *num.* 83.

86. Vltima declaratio est Azorij *d. quæst.* 17. *fine* dicentis id, quod fit contra legem simpliciter, & purè prohibentem, esse nullius momenti, nisi quando ex alia lege, vel ratione certa, & manifesta constat illud ratum esse, & firmum; & hac declaratione, ait, tolli omnia obiecta *num.* 72. nam ex aliis legibus, inquit, aut certa ratione manifesta patet, ea quæ ibi obiiciuntur, facta contra leges simpliciter prohibentes cum retentione valoris, aliunde subsistere; sicut etiam, addit, rata sunt multa, quæ per metum sunt facta; cum tamen leges, canones, & iura caueant, ne quid per metum fiat. Sed licèt verum sit legem prohibentem non irritare actum, quando ex alia lege &c. constat actum factum contra prohibitionem esse validum; nihilominus quod his cessantibus, ex eo solum quod lex eum prohibeat, actus contra legem factus vniuersaliter sit irritus, non solum repugnat proprię significationi verbi prohibendi, sed & dicto illi Innocentij *in d. cap. ad Apostolum de regular. quod multa fieri prohibentur, quæ si fuerint facta, obtinent firmitatem*; Et præterea ex dicendis constabit saltem de iure canonico simplicem, & puram prohibitionem se sola non irritare actum prohibitum, nisi aliud addatur significans irritationem, vel aliunde v.g. ex materia, circa quam versatur prohibitio, alligatur irritatio ipso facto.

Resolutio Auctoris.

Igitur dicendum primò de iure canonico, seu Ecclesiastico actum licèt irritabilem à potestate Ecclesiastica factum contra legem pure prohibentem non esse ipso facto, seu iure nullam, & irritum, nisi addatur clausula irritans, vel ex aliis verbis, aut particularibus signis appareat de tali effectu irritationis. ita Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 29. *per totum.* Salas *eodem tractatu disp.* 16. *sect.* 8. *num.* 27. Ariaga *d. disp.* 23. *sect.* 5. *n.* 51. alij Doctores suprà *num.* 72. relati. & in hanc sententiam etiam inclinare videtur Farinacius *d. verbo* lex *num.* 189. Probatur hæc sententia, quia ex natura rei, & proprio conceptu simplex, & pura prohibitio per verba significantia tantum prohibitionem non irritat, seu non importat irritationem, vt *d. num.* 72. ostensum est, nulla autem lex canonica, vel consuetudo ecclesiastica est, quæ decernat actus simpliciter prohibitos, seu ex eo solùm quod per legem prohibeantur, esse ipso iure nullos & irritos: quæ ratio (vt notauit Suarez) probat de omni irritatione ipso facto, siue incurrenda per sententiam declaratiuam, siue ante illam. Vnde summi Pontifices, & concilia in suis decretis, quando irritare volunt, adiiciunt clausulam irritantem, per quam etiam modum, & tempus irritationis declarant. de quo plura exempla adducit Suarez *d. cap.* 29. 87.

Neque obstat dictum *cap. Imperiali num.* 77. relatum, 88.
in quo Gregorius allegat decisionem dictæ legis *non dubium.* Nam respondetur Gregorium *in d. Epistola* non allegare dictam legem, quasi illam canonizantem, & approbantem, sed solùm ad ostendendum, seu explicandum, quid tali constitutione Imperiali sancitum esset, qualemque vim haberet dicta constitutio, scilicet, vt quæ contra leges ciuiles fiunt, sint inutilia, quia id faciebat ad ostendendam nullitatem cuiusdam testamenti, quod secundum constitutiones Imperiales irritum erat, vt *locis citatis* explicant Suarez, & Salas; cæterùm in verbis prædictis, & totius Epistolæ summus Pontifex nihil dicit de legibus canonicis; neque ex eo, quod à Pontificibus leges ciuiles aliquando allegantur, fit vt Ecclesiastici subdantur legibus Imperatoris.

Non obstat etiam dicta regula, *quæ contra ius fiunt*, 89.
debent pro infectis haberi *eodem n.* 77. adducta: habet enim varias intelligentias. & primo Sanchez *d. lib.* 3. *de matr. disp.* 5. *num.* 4. *ad* 4. ait esse intelligendam de his quæ sunt contra ius dans formam substantialem actui; quæ explicatio Suario *vbi suprà* videtur nimis rigorosa, & eam reiicit, quia in ea regula nihil habetur de tali limitatione. Ariaga *d. num.* 52. & Stephanus Bauny loco *suprà num.* 72. putant dictam regulam esse intelligendam de iure irritante; nam licèt ibi non fiat illa limitatio, colligitur tamen manifestè (inquit Ariaga) ex aliis canonibus, in quibus sæpè dicitur prohibitionem secundum se consideratam non irritare; ac proinde iuxta eam

doctrinam debere banc regulam limitari. Salas *d. n. 27. versic. secundo dicere possumus*, dicit ex illa regula solum colligi, quæ contra ius fiunt, irritari debere, scilicet, cum expedit, & si irritari possunt. Interdum enim actua est indissolubilis quoad vinculũ, qui irritari non potest, vt matrimonium, qui si fiat contra legem tantùm prohibentem, & ipso facto etiam non irritantem expresè, valet, & non potest irritari quoad vinculum, quamuis possit, & aliquando soleat irritari, seu dissolui secundum quid, scilicet, separando coniuges ad tempus iuxta *cap. 1. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ*, & similiter ordinatio recepta ab Episcopo alieno sine legitima licentia, licèt sit prohibita, valet, & non potest absolutè irritari; irritatur tamen aliquo modo, quoad vsum ordinis, quoad tempus. Et pro hoc intellectu facit Canon *vides d.* 10. vbi dicitur, quidquid contra leges accipitur, per legem (scilicet media iudicis sententia) dissolui meretur. Denique vltimus intellectus dictæ regulæ est, vt procedat sine limitatione, & generaliter in omnibus, quæ fiunt contra legem, vt scilicet omnia suo modo, scilicet iuxta modum legalis prohibitionis, vel simpliciter, & sine irritatione ipso iure adiuncta, vel cum irritatione adiuncta, sint pro infectis habenda, scilicet, à iudice; huiusmodi enim regula præscribitur iudici fori externi; cuius proinde officium est inspicere contra quale ius, & qua ratione contra illud actum sit, vt intelligat, an actum contra prohibitionem iuris validumnè, an inualidum decerni, seu pronunciari debeat: ita quod ly pro infecto accipitur, & pro eo actu, qui ante vllam iudicis sententiam ipso iure est nullus, & pro eo actu contra legem, qui licèt non sit ipso iure nullus, debet tamen à iudice propter delictum rescindi, & pronunciari nullus, ac si talis fuerit ab initio, vel talis haberi debeat subsequuta sententia iuxta qualitatem iuris contra quod actum est & delicti grauitatem ita, Suarez *d. c. 28. n. 5. & 6.* Layman, & Stephanus Bauny locis *n. 72.* allegatis, nec rectè hunc intellectum reiicit Ariaga *d. n. 51.*

90. Non obstant etiam *l. pacta, quæ contra Cod. de legibus. & cap. fin. de pactis* de quibus *eodem num. 72.* nam ibi sermo est de pactis, & promissionibus de re turpi, seu committendi crimen aliquod, seu id, quod est contra bonos mores, & lege etiam naturali vetitum; quibus in casibus lex humana prohibens non irritat actum prohibitum ex sola vi sua, sed ex vi legis naturalis, cuius est declaratiua, seu cuius prohibitionem habet admixtam iuxta tradita suprà *num. 15. & 75.*

91. Si etiam obiiciatur leges Ecclesiæ prohibentes matrimonia inter consanguineos illa irritare, & tamen continere simplicem prohibitionem; & similiter decreta antiqua prohibentia matrimonia religiosorum vsque ad Innocentium Secundum non habere verba irritantia præter simplicem prohibitionem. Respondetur in prædictis legibus, licèt non adsint verba expresè irritantia, adsunt tamen verba, ex quibus præter prohibitionem colligitur continere irritationem, vel quia prohibitio fit verbis auferentibus potentiam sic contrahendi, seu inducentibus inhabilitatem ad sic contrahendum; vel quia prohibitioni actus addunt verba, quibus significatur aliquid omninò repugnans valori actus prohibiti, vt cum post matrimonium prohibitum dicitur, *filij ex eo nati erunt illegitimi*, vel *poterunt coniuges cum alio contrahere*, vel *perpetuò separentur*, hæc enim non essent vera, si matrimonium contra legis prohibitionem contractum esset validum; vt notauit Salas *d. sect. 8. n. 15.* Quare prædictæ leges Canonicæ, & aliæ, quæ possent obiici, si irritantes sint, in eis semper adduntur, seu ponuntur talia verba, quæ id ostendunt, vel ex aliis legibus diuersis colligitur mentem legislatoris in eis fuisse absolutè irritare, quando verò nec ex verbis, nec ex alia lege quidquam infertur, tunc simplex prohibitio non extenditur ad irritationem.

Secundò si spectetur Ius ciuile commune explicatum *in d. l. non dubium Cod. de legibus*, quæ vehementer vexauit Iuristas, & illos traxit in varias explicationes suprà positas, dico esse valde probabile eam non irritare ipso facto in foro conscientiæ ante Iudicis sententiam declaratoriam, sed in foro exteriori, & post latam iudicis sententiam, quasi eo ipso, quod actus fit contra legem prohibentem, dignus sit, quod in pœnam irritus, & nullus pronuncietur, & talis pronunciandus sit: Et ita sensum illius legis non esse, quod omnis actus prohibitus per aliquam legem sit ipso iure omninò nullus, sed quod per Iudicem possit, ac debeat annullari, seu declarari nullus, ac si ab initio fuisset nullus, ita quod sit subiectus retractationi, & nullitati in ipso puncto, in quo fit, & sententia postea cõtra valorẽ actus retrotrahatur vsque ad illud tẽpus, in quo factus est, & consequenter reuocet, & annullet omnes effectus, & auferat omnes effectus & vtilitates, quas contrahens ex illo actu toto illo tempore ante sententiam consequutus est, quos tamen posset contrahens in conscientia retinere, si contra illum actum nihil in exteriori iudicio fieret, iuxta tradita suprà *n. 38. & 39.* ita Molina *de iust. tract. 2. d. disp. 88. versic ad confirmationem.* Suarez *de legibus lib. 5. cap. 28. num. 7. & seqq.* Bonacina *de legibus disp. 1. q. 1. p. 7. §. 5. num. 10.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 16. n. 6.* & Stephanus Bauny *to. 3. lib. 1. tract. 1. quæst. 6. assert. 3. versic. neganda est.* Quæ explicatio conformis est *allegate cap. vides d. 10.* dicenti *quidquid contra leges accipitur, per leges dissolui meretur*, & habet fundamentum in verbis dictę legis ibi; *nullum contractum inter eos videri volumus*, & ibi *non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur*, quæ verba videntur sententiam iudicis requirere, vel saltem admittere; hæc enim verba *videri, habeantur*, & similia ad iudicium hominis referri solent; & in restrictiuis in mitiori sensu rigorosam legem interpretari debemus: & ab hac explicatione fortè non dissentiunt Iurisperiti, dum asserunt legem prædictam, *Non dubium* ipso facto efficere nullum contractum lege prohibente factum, nam sæpè nullum vocant etiam actum, qui licet non sit ipso iure irritus, tamen irritabilis est per iudicis sententiam cum omni effectu ex eo subsequuto, ac si factus non fuisset: distinguunt enim duplicem actum nullum, nempè ipso iure, vel ope exceptionis; primus est verè nullus eo ipso, quod fit, secundus verò non est nullus donec in iudicio ponatur exceptio, & per iudicem irritetur; & de hac nullitate possunt vertè intelligi Iurisperiti prædicti tenentes dictam legem reddere nullum actum contra legem factum. 92.

Et pro hoc intellectu nonnullos Iuristas refert Salas *d. sect. 8. num. 23. versic. 2.* Dato etiam, quod dicta lex *non dubium* contineret irritationem ipso iure, & facto, probat Suarez talem irritationem non habere locum in foro conscientiæ ante iudicis declarationem, eo quod irritatio inducta per dictam legem *non dubium* imposita est tanquam pœna, seu in pœnam transgressionis legis, vt indicant illa verba legis, *Nec pœnas legis euitabit*: quæ cum præmittantur tanquam fundamentum dicendorum, denotant legem esse pœnalem, pœna autem etiam ipso facto imposita trangressori legis in foro conscientiæ non ligat ante iudicis declarationem, iuxta latè tradita *in tomo 2. horum moralium tit. 12. num. 163. 166.* Confirmat Suarez tum ex illis verbis eiusdem legis *locatas res fisci viribus vindicari*; ex quibus videtur rectè colligi ex vi talis legis non omninò annullari locationem, sed quasi confiscari: tum ex illis, *nec locatorem conductori, nec conductorem locatori actione teneri*, quibus indicatur, negari actionem, non verò statim irritari in conscientia: contra hanc expositionem plura obiicit Ariaga *de legibus disp. 23. num. 50.* post Salam *d. 8. num. 28.* quæ tamen efficaciter illam non impugnant, vt consideratori tradita ab ipso, & à Sala constabit, sed ad

summum

summum ostendunt probabile etiam esse dictam legem non dubium irritare actus lege prohibitos ipso iure, & ante omnem Iudicis sententiam; ita vt irritatio obliget etiam in conscientia supposita sententia, de qua suprà *num.* 19. *& seqq.*

93. Admisso autem, quòd ex vi & rigore illius legis eius verbis attentis irritentur ipso facto, ita vt à principio omninò nulli sint omnes actus, & contractus, qui fiunt lege ciuili prohibente, etiamsi in ea lege nihil de irritatione dicatur. vt docent Vasquez *de legibus disput.* 164. *cap.* 3. *num.* 19. Salas *d. sect.* 8. *num.* 28. & Arriaga *dict. disput.* 23. *num.* 51. id declarantes, si actus sit irritabilis, & quando nec in ea lege, nec in alia oppositum exprimitur, nec consuetudo, aut aliæ coniecturæ id suadent. Hoc, inquam, admisso, dicendum est eam legem non habere locum extra Imperium, & in terris Imperatori non subiectis, quæ non reguntur iure Cæsareo; vt in Gallia, Hispania, Anglia, Sicilia, &c. eo enim ipso quod leges ciuiles in his terris, seu regnis non obligant, neque etiam obligat dicta lex *non dubium.* ita Vasquez *d. cap.* 3. Salas *d. sect.* 8. *num.* 27. Arriaga *d. num.* 51. Suarez *d. lib.* 5. *de legibus cap.* 30. & alij Theologi suprà *num.* 27. relati.

94. Aduertit etiam Molina *d. disput.* 88. *citato versic.* ad confirmationem, legem illam *non dubium*, hodie nullibi esse vsu receptam, vt, inquit, patet ex communi vsu contrario in toto orbe. Neque enim quisquam, quod contra legis cuiusuis prohibitionem nihil omninò expressè irritantis, contractum aliquem celebrauerit, vel aliquid acceperit, consueuit ante latam sententiam illum rescindere, aut restituere, quod ita accepit; quare (subdit Molina) vsus eam legem est interpretatus, & fortè contra eam præscripsit. Addit ibidem Molina, quod si lex illa esset in vigore, foret intolerabilis attenta iuris positiui amplitudine, multiplicibúsque eius prohibitionibus. Concludit, quod neque in exteriori foro, quando leges sunt pœnales, & non apponitur clausula, quæ irritum reddat actum contra legem factum, pronunciabitur nullus, & irritus actus, qui contra eiusmodi leges fuerit factus, sed solum legis transgressor condemnabitur, vt pœnam soluat.

95. Ex dictis contra Vasquez *d. cap.* 3. infertur legem humanam simpliciter, & purè, & absque additione clausulæ irritantis prohibentem actum non solum ex motiuo, seu intuitu aliarum virtutum à iustitia v. g. religionis, liberalitatis, aut auaritiæ, & similis (quales putat Vasquez esse leges, quibus personæ in sacris prohibentur, ne exerceant quædam officia, & negotiationes sæculares, cum ea prohibitio non fiat nisi intuitu religionis, aut causa remouendi affectum auaritiæ) non irritare actum; sed etiam simpliciter, & purè prohibentem ex motiuo iustitiæ non efficere actum nullum, cuius contrarium insinuat *ibidem* idem Vasquez; quia (vt rectè Suarez *dicto lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 3. *&* 9. & post eum Arriaga *d. disput.* 23. *num* 60.) sola materia iustitiæ non est sufficiens signum irritationis, si lex condita sit per sola verba prohibendi, cum ex natura sua simplex prohibitio non irritet, vt suprà *num.* 72. probatum est, & patet etiam exemplis, nam venditio vltra iustum pretium prohibetur intuitu iustitiæ, & tamen non est nulla, etiam quando excessus est vltra dimidium; ex quo patet esse aliud actum esse iniustum, & contra iustitiam, aliud esse nullum; & similiter qui contrahit spõsalia cum aliqua fœmina, prohibetur, ne aliam ducat ratione iustitiæ sc. ne fiat cõtra iustitiam eius, cui promisit se illam ducturum in vxorem, & tamen si matrimonium de præsenti contrahatur cum altera, est validum. Materia ergo, seu motiuum iustitiæ ex se non est sufficiens signum, quod lex prohibens actum, illum irritet ipso facto.

96. Quod etiam idem Vasquez *d. cap.* 3. dixit, nempe, quod quando lex prohibet simpliciter actum certo generi personarum assignans alium legitimum auctorem illius, irritat actum contra illam prohibitionem factum, licèt nil aliud præter prohibitionem explicet; quales, inquit, sunt leges, quæ aliquibus personis, vt prodigo, minori, prohibent testari, contrahere, alienare, non seruato modo à lege præscripto reiicitur à Suarez *d. cap.* 27. *num.* 4. & Arriaga *dict. disput.* 23. *num* 61. per tradita *in præcedentibus:* nam simplex prohibitio ex sui natura non irritat, & quod facta sit certis personis non est sufficiens indicium irritationis, nisi in verbis prohibitionis, vel aliundè apertè colligatur: nam lex prohibens habentibus votum castitatis contrahere matrimonium, illud non irritat: Et si dicat Vasquez non irritare, quia non prohibet intuitu iustitiæ, contra vrget Suarez, quia hoc pacto prodigus prohibitus alienare, validè alienaret; quia talis prohibitio non fit intuitu, sed titulo vitandi iniustitiam, sed vitandi prodigalitatem, & dissipationem bonorum. Item lex prohibens minori, ne testamentum faciat, non irritaret testamentum, quia etiam illa lex non fit intuitu iustitiæ, sed conuenientis dispositionis bonorum. Prædictæ igitur leges non irritant actus prodigi, & minoris propter simplicem prohibitionem, sed quia lex prohibet verbis, quibus reddit illos incapaces, & inhabiles ad testandum, & contrahendum, non seruato modo à lege præscripto.

Illud etiam, quod Ferdinandus Mendoza 1. *de pactis cap.* 4. *num.* 41. docuit, scilicet legem ciuilem purè prohibentem non irritare in conscientia actum, si respiciat tantum vtilitatem eius, cuius actus prohibetur, irritare verò si respiciat vtilitatem alterius tertij, vel consulat vtilitati publicæ, reiicitur ex præcedentibus, & confutatur à Suarez *d. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 5. quia cùm lex simpliciter prohibens, nisi aliud addatur, id exprimens, ex suo conceptu non importet irritationem, ac proinde licet respiciat vtilitatem tertij, vel publicam, potest interdicere actum non irritando ipso facto. vt patet, certus ludus prohibetur propter bonum publicum, & tamen lex prohibens non irritat ipso facto contractum ludi: & idem est in prohibitione donationum, quæ fiunt Ministris iustitiæ, quæ licet prohibitæ à lege ciuili, non sunt tamen ipso facto irritæ, vt latè ostendit Molina *d. disp.* 88. supposito autem quod lex *non dubium* irritaret ipso facto actus factos contra simplicem iuris prohibitionem, esset irritus etiam actus factus contra legem prohibentem, quæ respiceret tantùm vtilitatem eius, cuius actus prohibetur. 97.

Quandonam lex humana prohibens actum, seu contractum censeatur illum irritare, & nullum reddere ante iudicis sententiam.

Cùm ergo lex humana ex eo solum, quòd actum, seu contractum prohibeat, illum non irritet, restat, vt videatur, quandonam lex siue directè, seu per verba prohibendi; siue indirectè prohibens actum, aut contractum illum censeatur ipso iure irritare, & reddere nullum ante omnem iudicis sententiam. De qua re latè Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *num.* 92. *ad* 232. Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 31. *&* 32. Salas *eodem tract. disput.* 16. *sect.* 8. *num.* 23. *ad finem*, & *sect.* 9. & Arriaga *de legibus disput.* 23. *num.* 55. *ad* 60. & alij, quos latè Farinacius refert. Pro qua re imprimis aduertendum duplicem esse irritationem, aliam explicitam, aliam implicitam, vt iidem Doctores, & alij communiter tradunt. Explicita est, quæ fit per clausulam expressè irritantem, seu verbis expressè irritantibus, qualia sunt *irrito, inualido, annullo, casso, rescindo*, & similia. implicita, quæ per verba æquipollentia fit, vel ex verbis, aut ratione legis actum prohibentis apertè colligitur; & ea præsertim dicitur implicita, quæ fit per legem præscribentem actui, vel contractui formam in eo celebrando seruandam, licèt lex non vtatur verbis irritandi, & annullandi iuxta *infrà* dicenda. 98.

99. Igitur lex censetur actum, seu contractum prohibitum ipso iure expressè irritare. Primò si lex dicat *ipso iure*, vel *ipso facto actus*, seu *contractus sit irritus*, aut *nullus*; vel *ipso facto inualidamus, annullantes quidquid contra gestum, seu factum fuerit*. ita Farinacius *d. verbo* lex *n.*93. 94. 97. *&* 110. Salas *d. num.*23. & Doctores communiter, quos præsertim latè refert Farinacius. Si etiam lex diceret, *ipso facto cassamus actum aliter factum*; ipso facto irritaret, & nullum redderet ante iudicis sententiam; nam etsi verbum *cassare* aliquando denotet actum ante validum nullum efficere; & aliquando declarare nullum id, quod iam nullum erat, vt post Glossam *in cap. proposuit de concess. preb.* & Felinum *in cap. ex parte de testibus* notarunt Farinacius *d. verbo* lex *n.* 110. & Salas *de legibus disput.*16. *sect.*1. *num.*1. & primo modo accipitur *cap. accedens, vt lite non contestat.* & secundo modo *cap. cum dilectus de elect.* tamen in proposito propter verba *ipso facto* denotat actum fore nullum ab initio sui. Et idem est, si lex dicat *eo ipso*, vt post alios idem Farinacius *num.* 95. vel vtatur dictione *ex tunc*, quam importare executionem, & latam sententiam ipso iure post alios testantur Farinacius *num.*96. Augustinus Barbosa *de diction. dict.*102. *num* 4. nisi contrarium suadeatur ratione materiæ subiectæ, de qua dictione etiam Suarez *d. lib.* 5. *cap.*7. & Salas *disput.* 15. *num.* 78. Idem si lex irritans vtatur dictione *mox* per quam legem censeri continere latam sententiam, & actum annullare ipso iure ex communi tradunt Farinacius *dict. verbo* lex *num.*111. Augustinus Barbosa *dict.* 173. *num.* 7. & alij à Farinacio relati, qui *ibidem* ex Tiraquello *in l. si vnquam Cod. de reuocand. donat. verbo* reuertatur *num.* 109. declarat hanc communem non procedere, quando contrarium suaderetur ratione subiectæ materiæ, vel eadem dictio *mox* adiungeretur verbis necessariò requirentibus sententiam hominis v. g. diceretur *mox condemnetur*. Idem si lex adhibeat dictionem *confestim*, quam denotare idem, quod ipso iure post Tiraquellum *dicto verbo* reuertatur *num.* 113. & alios communiter docent Farinacius *d. verbo* lex *num.*112. & Augustinus Barbosa *dictione* 53. Idem si lex dixerit *incontinenti sit irritum, nullum*, vel *cassamus, annullamus quidquid contra gestum fuerit*: nam licèt hæc dictio *incontinenti* variis modis accipiatur iuxta subiectam materiam, vt aliis allegatis Augustinus Barbosa *dictione* 123. *numero* 2. & Farinacius *d. v.* lex *num.*113. tamen in proposito denotat ipso iure, vt post Tiraquellum *dict. v.* reuertatur *num.*114. & alios communiter Farinacius *d. num.* 113. & Barbosa *dicta dictione* 123. *num.*8. Idem si in lege dicitur *illico, statim, protinus, continuò, immediatè, extemplo, repente, ex vestigio, cito, subito*, quibus, & similibus verbis legem actum irritantem, vel pœnam imponentem actum annullare, & pœnam censeri ipso iure imponere post Tiraquellum *dicto verbo* reuertatur, & alios tradunt Farinacius *dicto verbo* lex *num* 113. *ad* 118. Augustinus Barbosa *dict.* 25. 128. 129. *&* 333. Idem si lex irritans actum contra legem factum in clausula irritante vtatur dictione *omnino*; quam dictionem etiamsi adiiciatur verbo futuri temporis importare *ipso iure* & ipso facto actum annullare, & pœnam imponere post Tiraquellum *dicto verbo* reuertatur *num.*76. & alios communiter testantur iidem Farinacius *d. verbo* lex *num.*121. & Barbosa *dict.* 206. *num.* 6. Idem si lex, vel statutum vteretur *omnimodò*, vel *omnibus modis*; tunc enim etiam intelligeretur ipso iure irritare, vt post Tiraquellum *d. v.* reuertatur *num.* 88. & alios, iidem Barbosa *d.* 205. *num.*3. & Farinacius *dict. v.* lex *num.*122. vbi reprobat Glossam *in Auth. ad hac, verbo* cadat *in princip. de vsuris*, sentientem contrarium de dictione *omnimodò* per textum in *l. si à matre Cod. de suis & legit.* vbi dicitur *omnimodò patri suo, matriuè ipso iure succedant*. si enim dictio *omninò* per se significasset *ipso iure* frustra in dicta lege fuissent adiecta illa verba *ipso iure*, quam Glossæ obiectionem soluit Tiraquellus *vbi suprà*. Idem si lex, seu statutum in clausula irritante vtatur dictione *penitùs*, quam significare nullitatem actus, & ipso iure post Tiraquellum *d. verbo* reuertatur *num.* 105. Garciam *de benefic. p.*8. *cap.*1. *num.*5. Sanchez *de matrim. lib.*8. *disp.*21. *num.*75. & alios communiter docent iidem Farinacius *d. v.* lex *num.*123. & Barbosa *dict.* 222. *num.* 3. Denique idem si lex, vel statutum vtatur dictione *Prorsus*, nam & hæc dictio importat ipso iure, vel ipso facto, & non requirit sententiam, vt post Tiraquellum, & alios iidem Farinacius *d. n.*123. & Barbosa *d.*247. *n.* 3.

Quod si lex, seu statutum diceret *mandamus irritari*, 100.
annullari, inualidari, &c. vel *rescindatur, infirmetur, annulletur*; tunc irritatio per legem seu statutum non inducitur ipso facto, sed requiritur iudicis sententia, per quam actus, seu contractus contra legis prohibitionem celebratus annulletur.

Secundò, lex, seu statutum censetur ipso iure ex- 101.
pressè irritare actum, seu contractum, si dicat *alioqui*, vel *aliter non valeat actus*. ita Tiraquellus in *d. l. si vnquam Cod. de donationibus verbo* reuertatur *num.*35. Suarez *de legibus lib.*5. *cap.*32. *num.*3. & alios allegans Farinacius *dicto verbo* lex *num.* 102. Prædictis enim verbis censetur inducta forma, vt Tiraquellus, Farinacius *locis citatis*, & alios allegans Augustinus Barbosa *de clausulis, clausula* 39. *num.*6. Idem etiam si lex, seu statutum simpliciter diceret *non valeat actus contra legem factus*, nam & tunc lex censetur annullare, vt Farinacius *d. n.* 102. Salas *de legibus disput.*16. *sect.*8. *num.*29. ego ipse *in tract. de triplici iubilei priuilegio sect.* 1. *casu* 21. *num.* 68. Virgilius Bocacius, Vantius, & alij relati à Farinacio *dicto num.* 102. vbi refert Corsetum cum aliis contrarium tenentem, præsertim si lex non dixerit simpliciter *non valeat*, sed dicat, *non valeat si aliquid factum, vel commissum fuerit*, nam tunc ait Corsetus debere intelligi non valere ope exceptionis, vt in *l. vniuersa Cod. de precibus Imperator. offer.* Idemque in contentiosis ait Mendosius *ad reg.*31. *Cancellariæ quæst.*11. *n.*8. Addit Farinacius *ibidem* Tiraquellum *vbi suprà* multa pro, & contra adducere; & tandem duabus distinctionibus definire; Prima si lex simpliciter dicat *non valeat actus*, intelligitur ipso iure annullare; si verò lex non simpliciter loquatur, sed conditionaliter v. g. dicatur *non valeat, si aliquid factum fuerit, aut omissum*; & tunc non intelligitur ipso iure, sed ope exceptionis. Altera, si lex dicit aliquid non valere propter aliquod omissum, quod debet fieri post actum, tunc illius omissio non vitiat ipso iure; si dixerit *non valeat propter aliquod omissum, quod in ipso actu fieri debet*, tunc omissio vitiat ipso iure, & ita iuxta hoc vltimum dictum, verbum *non valeat* importare nullitatem ipso iure est communis Iurisperitorum, &
Theologorum. † Idem si lex, vel statutum dicat *nulla-* 102.
tenus valeat, eo quòd dictio *nullatenus* importet nullitatem actus ipso iure. vt Tiraquellus *in d. l. si vnquam Cod. de donat. verbo* reuertatur *num.*95. *&* 96. Sanchez *de matr. lib.*6. *disput.*32. *num.*7. & post plures alios Farinacius *d. verbo* lex *n.* 109. & Augustinus Barbosa *de dict. dictione* 192. *num.*4. qui idem tradit *de potest. Episc. alleg.*19. *n.*77. & in Concil. Trident. *collect. ad cap.*2. *sect.* 21. *num.* 62. Idem si dicat *nullo modo valeat*; nam dictio nullo modo continens vniuersalem negatiuam denotat latam sententiam, vt post alios Farinacius *num.*109. & Barbosa *dict.*194. *num.*4.

Tertiò per clausulam irritantem inducitur irritatio 103.
ipso facto si lex, seu statutum annullans actum vteretur verbis, *sit nullius momenti*, quæ importare nullitatem actus ipso iure tradunt Tiraquellus *dict. verbo* reuertatur *num.* 97. *&* 101. Mendosius *ad dict. regulam Cancellariæ* 31. *quæst.*11. *num.*6. Farinacius *d. verbo* lex *num.* 99. & *in praxi crim. p.*1. *lib.*1. *quæst.*35. *num* 4. Gonzales *ad reg.*8. *canc. glossa* 57. *num.*7. Barbosa *de dictionibus dict.* 193. & alij ab iisdem Farinacio, & Barbosa relati. Quam nullitatem actus ipso iure importari etiam per verba *Nullius sit efficacia, & valoris* tradit Farinacius *dict. num.*99.

post

post Rolandum à Valle *consil.* 58. *num.* 46. *lib.* 3.
104. Quartò, lex irritans inducit ipso iure nllitatem
actus, si dicat *careat omni robore firmitatis*, vel *careat*
omni firmitate, vel *careat omni robore*, vel *careat omnibus*
viribus. Quæ verba importare nullitatem ipso iure tra-
dunt Farinacius *d. v.* lex *num.* 120. Salas *de legibus disp.* 15.
num. 79. & *disput.* 16. *num.* 29. & alij relati à Barbosa *col-*
lectaneo ad cap. cæterum num. 5. *de rescriptis*, post Tira-
quellum in *d. l. si vnquam Cod. de reuocan. donat. d. verbo*
reuertatur *num.* 140. *&* 225. & idem si simpliciter lex
dicat *careat viribus* aiunt Farinacius, & Salas *locis citatis*.
105. † Similiter per verba *nullas obtineat vires*, *nullo pacto*
teneat in lege irritante posita importari nullitatem ipso
facto tradunt Tiraquellus *d. verbo* reuertatur *num.* 231.
& seqq. & Farinacius *d. verbo* lex *num.* 144. secùs verò si
lex, seu statutum irritans dicat *non teneat*, *non obtineat*;
tunc enim non denotari irritationem ipso facto, sed per
sententiam à Iudice ferendam, docent iidem Tiraquel-
lus, & Farinacius: quod de verbis illis *nullas obtineat*
vires, idem dicendum de verbis *nullas habebit vires*, *nullas*
obtinebit vires, scilicet per illa importari nullitatem, &
irritationem ipso facto, cum idem sonent, & facit tex-
tus *in leg. fina. Cod. de sponsal.* ibi: *si cautio pœnam stipula-*
tionis continens fuerit interposita ex vtraque parte nullas
106. *vires habebit*. † Item si lex irritans dicat, *nullam obti-*
neat firmitatem, vel *non obtineat alicuius roboris firmita-*
tem, importari nullitatem actus ipso iure præter alios
Doctores *duobus numeris præcedentibus* relatos, tradunt
Panormitanus *per textum* ibi *non obtineat alicuius robo-*
ris firmitatem in cap. cæterum *de rescriptis*. Berous *in cap.*
super literis eod. tit. lect. 2. *num.* 10. & Tiraquellus *d. verbo*
reuertatur *allegatis numeris* 140. *&* 225. qui rationem
affert, scilicet, quia supradicta verba *non obtineat ali-*
cuius roboris firmitatem, vel *nullas obtineat vires*, vel *careat*
omnibus viribus, *omni robore*, *omni firmitate* potentiam
alicuius roboris vniuersaliter negant. Et hanc senten-
tiam absolutè in gratiosis procedere ait Augustinus Bar-
bosa *collect. ad d. cap. cæterum num.* 5. & etiam in rescri-
ptis justitiæ, & ad lites, & in contentiosis esse in puncto
iuris veriorem, in praxi tamen communiter reprobari
per Doctores, quos *ibidem* latè allegat: & idem docet
Mendosius allegata *quæst.* 11. *num* 6. *&* 8. vbi dicit, quod
licèt prædicta verba *nullius sint roboris*, vel *momenti*, *non*
valeant & similia nullitatem ipso iure inducant, nihi-
lominus in rescriptis ad lites, & in contentiosis intelli-
guntur ope exceptionis, & non ipso iure, idque pro-
pter stylum, & obseruantiam Romanæ Curiæ, quod
idem prius docuit, & latè tuetur Felinus *in d. cap. cæterum*
n. 10. *de rescriptis*. Addit tamen *n.* 9. idem Mendosius ex
Cassodoro *decis.* 12. & aliis Rotam sæpe indicasse, quod
regulæ Cancellariæ habentes decretum irritans eo ipso,
quod sunt in iudicio productæ, annullant, & innali-
dant omnia acta etiam ante productionem facta per
107. iudicem tota sua iurisdictione. † Quod si lex simpli-
citer, & sine adiectione dictionis vniuersalis (quales
sunt *omnis*, *nullus*) diceret *careat robore*, *& firmitate*, vel
robur, *& firmitatem non obtineat*, tunc videri potest, non
importari nullitatem, seu irritationem actus ipso iure,
sed per iudicis sententiam, cum actus irritabilis per iu-
dicem non habeat omninò firmitatem: nihilominus Fa-
rinacius, & Salas locis *suprà num.* 104. relatis, aiunt illis
verbis actum fieri irritum ipso iure; & ita, seu in hoc
sensu illa verba esse communi vsu recepta ait Salas teste
Glossa *in l. certa ratione verbo* non tenere *C. quando pro-*
uocare non est necesse, & Dominica: *in d. cap. cæterum*,
qui fortè loquuntur quando adiicitur dictio vniuersalis,
vt *omni robore*, *& firmitate careant*: vel *nullam obtineat*
firmitatem, *aut non obtineat alicuius roboris firmitatem*, vt
habetur *in d. cap. cæterum*.
108. Quintò lex, seu statutum annullans actum sub con-
ditione negatiua puta, si dicat, *si quid tale non fiat*,
actus corruat, conditione deficiente reddit actum ipso
iure nullum. ita Farinacius *d. verbo* lex *num.* 80. ob eam
rationem, quod propter conditionis defectum, ipsa dis-
positio ipso iure deficit tàm inter viuos, quàm in vlti-
mis voluntatibus, vt latè post alios Tiraquellus *d. verbo*
reuertatur *num.* 55. & alij relati ab eodem Farinacio,
qui etiam confirmat ea ratione, quod per appositionem
conditionis censetur apposita forma, quæ à lege, vel
statuto loquente conditionaliter censetur inducta iuxta
Doctores communiter, quos *ibidem* refert; forma au-
tem non seruata, actus remanet ipso iure nullus.
Sextò si lex vel statutum dicat, *actus aliter factus*, 109.
vel *si quid aliter*, *& contra factum fuerit*, *pro infecto ha-*
beatur, tunc censeri annullare ipso facto per textum
in l. non dubium Cod. de legibus tradunt Farinacius *dict.*
verbo lex *num.* 103. Salas *d. disput.* 16. *sect.* 8. *num* 29. Do-
ctores suprà *num.* 93. relati, & alij relati à Farinacio; &
idem propter eundem textum si lex dicat *aliter gesta inu-*
tilia habeantur. Verùm iuxta tradita suprà *num.* 92. &
Suarez *de legibus cap.* 28. *num.* 10. & alios Doctores *d.*
num. 92. relatos valdè probabile est, per dicta verba
actum, seu contractum contra legem factum non effici
irritum ipso iure, sed irritabilem per iudicis senten-
tiam, ac si ab initio fuisset omninò nullus, ita vt lata
sententia priuetur omni effectu etiam ante sententiam
ex illo sequuto, vt *dicto num.* 92. explicatum est. Et
prædictis quidem modis lex prohibens actum expressè
irritare intelligitur, sequentibus autem modis irritat
ipso facto saltem implicitè.
Septimo ergo, si lex, vel statutum prohibens actum 110.
dicat, *nullo modo fiat*, censetur reddere illum nullum ipso
iure. ita post Felinnm, Salas *lib.* 5. *de legibus disput.* 16.
sect. 8. *num.* 29. Et ratio est (licèt eam non tangat Salas)
quia dictio *nullo modo* importat latam sententiam, non
ferendam, vt *suprà num.* 102. dictum est. idem si lex dicat
omnino fieri prohibemus. ita post Felinum idem Salas *ibi-*
dem; & ratio est, quia etiam dictio *omnino*, importat
latam sententiam, & consequenter inducit nullitatem
ipso iure vt suprà *num.* 99. dixi. Idem si legislator in
lege continente actus prohibitionem diceret, *si quid*
contra, vel *aliter gestum fuerit*, *contradicimus*, ita idem
Salas ibidem post eundem Felinum; & ratio est, quia
dum lex contradicit, censetur positiuè resistere actui, &
consequenter ipso facto annullare, iuxta tradita *suprà*
num. 22. & Doctores *ibidem* allegatos.
Octauò lex, seu statutum prohibens actum, seu con- 111.
tractum ipso facto censetur irritare illum, si vltra pro-
hibitionem addat verba significantia impedimentum
ortus obligationis, *& vinculi*, *aut translationis dominij*, *&*
iuris ex eo actu resultantis; vt si dicat, *volumus vllam inde*
oriri obligationem, vel *nullam pariat obligationem*, vel *non*
faciat suum, *non possit in conscientia retinere*, vel *ad nihil te-*
neatur, & similia. ita Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 26. *n.* 1. &
c. 27. *n.* 8. Salas *d. sect.* 8. *eodem n.* 29. & Arriaga *de legibus*
disp. 23. *n.* 58. & ratio est, quia cum obligatio naturalis, &
dominij translatio sit effectus naturaliter prouenìens ex
actu, seu contractu valido, lex eo ipso, quod vult im-
pedire obligationem, & dominij translationem, vult
etiam ipso iure reddere actum nullum, & omninò inef-
ficacem ad prædictos effectus producendos, quia ergo
impedimentum naturalis obligationis, & translationis
dominij repugnat valori actus, lex eo ipso quòd impedit
obligationem, & dominij translationem, etiam actum
ipso facto irritat. Vnde etiam suprà *num.* 91. dixi leges
prohibentes actum additis verbis significantibus aliquid
omninò repugnans valori actus prohibiti, illum ipso
facto simpliciter irritare.
Quid verò si lex prohibens actum, vel contractum di- 112.
cat, *quod si contra fiat*, *nullam fidem faciat in iudicio*, vel
extra an illum irritet ipso facto in foro conscientiæ, &
ortum obligationis naturalis impediet explicatum est
titulo præcedenti num. 162. *& nonnullis sequentibus*. † An 113.
verò, si prohibitioni contractus lex addat, *quod sic con-*
trahentes minimè possint audiri in iudicio; his quoque ver-
bis naturalis obligationis ortus, & omnis effectus, qui
alioqui

alioqui ex tali contractu resultaret, impediatur, & consequenter implicitè contractus ipso iure irritetur, Franciscus Molinus *lib. 1. de ritu nupt. comparat. 19. num. 50.* affirmat post Bartholum *in l. si non fortem ff. de condit. indeb.* sed mibi de his verbis, *non possint audiri in iudicio* idem videtur dicendum, quod de præcedentibus *non faciat fidem in iudicio.* imò potiori iure sustineri potest per hæc verba denegari solùm actionem in foro iudiciali; non verò impediri ortum obligationis naturalis, quam non oriri ex contractu, quando lex dicit, *quod non faciat fidem neque in iudicio, neque extra*, Doctores *præcedenti titulo num. 162.* allegati asserunt solùm propter illam dictionem, *neque extra*, quæ frustra videretur posita, nisi per illam impediretur ortus obligationis naturalis; & per dicta verba *non audiatur*, sicut & per verba non *cogatur soluere* vel similia, legem non statim resistere valori actus tenet etiam Suarez *de legibus lib. 5. cap. 26. num. 2. fine.*

114. Quid autem, si lex prohibens actum, seu contractum prohibeat etiam obligationem, & vinculũ ex eo resultãs non quidem expresè, seu per verba expressa ortum obligationis, & vinculi impediens, & irritans, sed implicitè tantum, vt contingit, quando ratio legis prohibentis magis, aut æquè respicit effectum actus, quàm ipsum actum, quia scilicet actus prohibetur solum propter vitandum talem effectum, tunc enim signum est magis prohiberi ipsum effectum iuxta illud: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* Cuius rei nonnulla exempla adducit Suarez *d. cap. 27. num. 10.* Primum legis prohibentis apponere pœnam sponsalibus, nam ratio illius prohibitionis, est, vt matrimonia sint libera, vt constat *ex cap. Gemma*, & latè traditis à me *in tractatu de contractu matrimonij cap. 11. num. 414. & 449.* & ideò lex prohibens appositionem talis pœnæ non solùm negat actionem ciuilem ad talem pœnam extorquendam, sed etiam impedit absolutè, ne vlla obligatio ad pœnam ex tali contractu nascatur (vt *d. cap. 11. num. 414.* latè probaui, & tenent communiter Doctores *ibidem* allegati) quia semper talis obligatio obstaret libertati matrimonij. Aliud exemplum est legis ciuilis prohibentis promissionem non reuocandi testamentum, vel instituendi hæredem, quæ lex censetur impedire obligationem ex vi rationis prohibendi, quæ est, quia testamenta debent esse libera *l. 1. Cod. de sacros. Eccl.* & similia exempla ait idem Suarez haberi apud Bartholum & alios *in l. si quis pro eo ff. de fideiuss.* & Couarruuiam *in cap. quamuis pactum 2. p. in princip. n. 2. & 3.*

In hoc igitur casu legem prohibentem non solùm actum, sed etiam obligationem ex eo resultantem non expresè sed solùm implicitè ex vi rationis prohibendi actum habere vim irritandi, & de facto irritare actum, asserit Suarez *d. num. 10.* id probans, quia tunc non solùm actus, sed etiam obligatio erit mala, quia prohibita; obligatio autem praua, & turpis non potest esse valida, quia esset vinculum iniquitatis, nec potest dari obligatio ad malum perpetrandum vt suprà *num. 7.* dictum, lex enim, quæ prohibet obligationem, prohibet multo magis, vel actum, ad quem est obligatio, vel saltem prohibet, ne ex obligatione fiat. Confirmat Suarez exemplis *suprà* positis, licèt *tomo 2. de religione lib. 2. cap. 23. num. 5.* habeat doctrinam contrariam illi, quam citato *num. 10.* tradit in primo exemplo. *dicto* enim *num. 5.* (vt *in tract. de matrimonij contractu cap. 11. num. 415.* notaui) tenet promissionem pœnæ appositam in sponsalibus non esse ipso iure irritam, sed irritandam, eo verò *n. 10.* ait esse ipso iure irritam, nec ex ea nasci
115. obligationem ad pœnam. † Contrarium aduersus Suarez tenet Ariaga *d. disp. 23. d. n. 58.* affirmans etiamsi eadem ratio malitiæ sit in effectu actus, quæ in ipso actu, non propterea ex simplici prohibitione absque expressa irritatione obligationis sequi actum irritari, sed solum vtrumque reddi illicitum. & *eodem n. 58.* & *num. præcedenti* contra nonnullos tacitis nominibus à se relatos asserit vniuersaliter per legem simpliciter, & purè prohibentem absque adiectione alicuius, quod denotet irritationem obligationis, non reddi actum prohibitum ipso iure nullum, licèt per legem non solum prohibeatur contractus, sed etiam vsus illius reddatur illicitus: Quia inquit, potest legislator prohibere actum ipsum non quidem intra virtutem iustitiæ, faciendo illum irritum, sed intra aliam virtutem; ita etiam potest eodem modo effectum illius actus prohibere non intra virtutem iustitiæ, sed intra virtutem religionis, aut alterius diuersæ; tunc autem estò motiuum, seu ratio prohibendi non solum reperiatur in ipso actu, sed & in effectu illius, & consequenter vtrumque prohibeatur, non propterea sequitur, quod actus irritetur; nam ad hoc deberet etiam effectus illius fieri prohibitus intra virtutem iustitiæ; confirmat id exemplo vouentis se non vsurum pallio; qui licèt tali voto faciat sibi illicitum vsum pallij, non tamen amittit dominium eius; & exemplo religiosi Societatis Iesu non professi, cui prohibetur vi voti non solum acquirere dominium, sed etiam effectus, seu vsus illius; & non propterea cassatur acceptatio. Ad exemplum pœnæ in sponsalibus per legem canonicam prohibitæ, respondet in ea lege non irritari obligationem ex simplici prohibitione, nisi ex alijs verbis legis irritatio inferatur. hæc Ariaga. Verùm supposito, quòd lex humana actum, seu contractum prohibens attenta ratione prohibendi æque malum, & illicitum apertè reddat effectum, seu vsum, aut implementum actus, seu contractus, cum non possit obligatio contra bonos mores, & ad crimina patranda induci iuxta *l. pacta, quæ contra Cod. de legibus* & *cap. fin. de pactis*, & tradita suprà *n. 15. & 75.* asserendum cum Suarez in tali casu legem prohibentem non solùm actum, seu contractum, seu promissionem, sed etiam illius executionem, & effectum, impedire ortum obligationis, & ipso facto irritare actum, seu contractum, vel promissionem. Quæ tamen irritatio vt censeatur inducta per legem prohibentem sine clausula irritante expresse adiecta ait Suarez *d. n. 10.* fine, debere satis cõstare de modo, & ratione prohibitionis; nam in dubio, inquit, semper præsumitur pro actus validitate, cum simplex prohibito actus ex se non contineat actus irritationem iuxta tradita *n. 72.* Quid verò dicendum sit de conuentione pœnæ prohibitæ apponi in sponsalibus, an sit ipso iure in vtroque foro nulla, nullamque obligationem pariat, latè explicaui *in dicto tractatu de contractu matrimonij eodem cap. 11. à n. 414. ad 454.*

Nonò si lex, seu statutum dicat *frustra agit, seu aget,* 116.
seu fiet, tunc quoque implicitè actum ipso iure irritat; ita iuribus, & Doctoribus allegatis Augustinus Barbosa *de dictionibus dict. 110.* Farinacius *2. p. fragm. d. verbo* lex *n. 106.* Salas *de legibus disp. 16. sect. 9. n. 30.* & latè Tiraquellus in *l. si vnquam Cod. de reuoc. donat. verbo* reuertatur *n. 30. & 230.* frustra enim propriè idem est, quod *in cassum, inutiliter, vel nil agere*, quæ verba apertè denotant quandam annihilationem, & actus nollitatem, vt etiam de dictione *frustra* ex Octauiano Vulp. notat Barbosa. Verum quidem est, quod aliquando stare potest, vbi actus exceptionis ope venit infringendus vt *l. 1. Cod. de non num pecun.* & *cap. quia frustra de vsuris.* id autem solùm contingit quando subiecta materia suadet ita debere intelligi, vt post Tiraquellum notauit Farinacius; ex quo concordantur Doctores diuersè sentientes de hac dictione *frustra*, quos referunt idem Tiraquellus, &
Salas. † Qui etiam *n. 19. fin.* (in quo illum sequitur 117.
Bonacina *de legibus disp. 1 q. 1. p. 7. §. 13.*) ait importari irritationem, & nullitatem ipso iure, per hæc verba *locum non habeat* ad id allegans Glossam in *cap. præsenti verbo*, non habere *de sent. excom. in 6.* Archidiac. & Dominic. *ibidem*, & Felinum *in cap. ad audientiam 2. n. 14. de rescriptis.*

Quandonam

Quandonam lex, seu statutum prohibens actum, seu contractum censeatur reddere personam inhabilem ad actum, & auferre potestatem illum faciendi validè.

118. Decimò lex, seu statutum prohibens actum, seu contractum contra legem ipsam factum ipso iure censeatur illum irritare, quandu efficit, seu reddit personam inhabilem, aufértque potentiam ad agendum, seu contrahendum, aut ad agendum. vel contrahendum aliter, quam in lege præscriptum est, vt dixi suprà *num.* 1. & tradunt Doctores communiter § *primo* relati, & alij citati à Sanchex *de matr. lib.* 3. *disput.* 4. & à me *in tractatu de contractu matr. cap.* 1. *num.* 9. Aliquando autem lex inducit expresse inhabilitatem, & impotentiam; vt cum vtitur his verbis, *inhabiles reddimus*, *inhabiles sint*. hoc pacto Concilium Trid. *cap.* 1. *sess.* 24. reddit contrahentes inhabiles ad matrimonium validè contrahendum absque præsentia proprij Parochi, & duorum te-
119. stium. † Præterea inhabilitas legalis, seu per modum statuti iuxta Rebuffum *super concordata tit. de collat.* §. *penult. verbo* monemus, *Glossa vltra nullitatis pænam* (quem allegat, & approbat Stephanus Bauny *p.* 3. *lib.* 1. *tract.* 1. *quæst.* 6. *assert.* 1. *versic. tunc autem*) censetur inducta, quando dicit ordinem ad qualitatem, aut aliud lege Ecclesiastica, aut ciuili requisitum per modum conditionis, aut formæ, vt actus sit substantialiter validus, qualis est respectu beneficij acquirendi tonsura, ac ordo sacer respectu Parochiæ retinendæ, ex multorum sententia authoritas tutoris respectu eorum, quæ fiunt à pupillo, respectu testamenti solemnitas; sed an, & quando per solam formam in actu celebrando seruandam à lege præscriptam censeatur ipso facto inducta inhabilitas ad aliter agendum, & irritatio actus aliter facta ex-
120. plicatur infra. † Tertiò inducitur inhabilitas à lege, si lex auferat expresse potestatem vtendo nomine potestatis, seu facultatis, vt si dicat, *non habeant facultatem*, *careant facultate*, *non sit facultas*. hoc pacto *l. iubemus* 2. *initio. Cod. de sacrosanctis Eccl.* aufert potestatem alienandi res Ecclesiæ immobiles.

121. Si verò lex, aut statutum dicat *non possit*, *non possint*, *nemo possit*, vel *aliter fieri non possit*: controuertitur inter Doctores, an tunc lex auferat *omnem potentiam*, & inducat inhabilitatem, & consequenter ipso iure irritet actum contra eandem legem, seu præscriptionem factum. Et Doctores communiter absolutè affirmant, quia verbum *possum* negatiuè probatum, seu negatione proposita, vt *non potest*, *non possit*, *nullatenus possit*, cùm sit negatio potentiæ priuat omni potentia, seu potestate ad agendum, & inducit præcisam necessitatem, significatque resistentiam legis, & actum esse impossibilem, atque adeo actum contra gestum omninò reddit nullum; ita præter alios Doctores, quos ego *in tractatu de triplici iubilei priuil. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 79. allegato, & sequor, Tiraquellus *post legem* 16. *connub. Glossa* 4. *num.* 1. *& seqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 17. *n.* 4. & *lib.* 6. *disput.* 38. *num.* 20. Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 41. *num.* 31. Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *num.* 104. Augustinus Barbosa in Concilium Trident. *collectaneo ad cap.* 2. *sess.* 21. *num.* 62. & *de dictionibus dictione* 226. *num.* 2. Antonius Merenda *tom.* 4. *contron. iur. lib.* 23. *cap.* 13. *num.* 13. & innumeri alij, quos referunt iidem Tiraquellus, Sanchez, Farinacius, Barbosa *locis citatis*. & Couarruuias *in cap. quamuis pactum p.* 2. §. 4. *num.* 4. *initio*, qui idem sentit *in cap. cum num.* 2. *fin. de testamentis*. etsi *d.* §. 4. *num.* 10. non admittat vniuersaliter. Addit Tiraquellus *num.* 11. *fine*, verbum *nequeo*, quod est eiusdem significationis, cuius *non possum*, eam quoque habere vim, vt tollat omnem potentiam, siue potestatem & iuris, & facti, quod tradidere alij ab eodem Tiraquello allegati; & idem dicit Merenda de verbo non *valeant facere*.

Et quamuis Bartbolus *in l. cum lex num.* 6. *&* 7. *ff. de* 122.
fideiussoribus, Baldus *in l. non dubium num.* 19. *Cod. de legibus*, & nonnulli alij allegati à Tiraquello *d. glossa* 4. *num.* 8. & à Sanchez *d. num.* 20. *versic. tertio.* limitent præfatam doctrinam communem, vt procedat, quando lex dictionem negatiuam præmittit verbo *possit* futuri temporis dicens *non possit*; tunc enim aiunt, legem resistere actui, & auferre potestatem in futurum, ac proindè ex actu, seu contractu resistente tali lege facto, nullam oriri obligationem, ne naturalem quidem; secus autem si lex præmittit dictionem negatiuè verbo *potest*, dicens *non potest*, *non posse*; nam in hoc casu aiunt legem quidem non assistere actui, & obligationi in foro externo, non autem prohibere in futurum, nec auferre aliquam potestatem, ac proinde actum esse in foro conscientiæ validum, & producere obligationem naturalem, licet non producat ciuilem. Sed siue lex, aut statutum loquatur per verbum de futuro *non possit*; siue per verbum de præsenti *non potest*, seu *non posse* vtroque casu legem positiuè resistere, potentiamque auferre, atque actum esse ipso iure nullum, & ex eo nec ciuilem, nec naturalem obligationem oriri, atque nullum esse discrimen in vtrumque casum præfatam limitationem, seu distinctionem Bartholi reprobantes asserunt Tiraquellus vbi suprà *num.* 9. Sanchex *d. versic. tertio.* Farinacius *d. num.* 104. & alij ab iisdem relati. sicut eandem distinctionem reiiciunt Couarruuias *d. num.* 4. Salas *de legibus disput.* 16. *tract.* 8. *num.* 32. & Suarez *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 12. qui & rationem affert, scilicet, quia lex semper loquitur, & ideo licet per verbum de præsenti dicat *non potest*, vel *nemo potest*, vel *non posse*, semper hoc dicit, quando postea actus, seu contractus fit, quia semper lex durat, & ita semper resistit actui auferendo potestatem, ac proinde illa distinctio nullius
momenti est. † Verùm etsi Couarruuias *d. num.* 4. 123.
Salas, & Suarez *locis citatis* improbent præfatam Bartholi distinctionem. Nihilominus idem Couarruuias *d.* §. 4. *n.* 10. Salas *d. num.* 32. & Suarez *d. cap* 31. *num.* 13. *&* 14. contra præallegatam communem, aiunt, negatiuam antepositam verbo *potest* ex se nudè, & præcisè spectatam non semper inducere præcisam necessitatem, & tollere omnem potentiam, seu potestatem. Quod etiam aiunt Ariaga *de legibus d. disput.* 23. *num.* 68. Bonacina *de legibus disput.* 1. *quæst.* 1. *p.* 7. § 5. *num.* 17. *versic. hoc tamen*, & prius docuerunt Alciatus *lib.* 3. *paradoxorum cap.* 4 & *in l.* 1. *in princ. de verb. obligationibus.* & alij, quos refert Tiraquellus *d. Glossa* 4. *n.* 11. Probant, quia verbum *non potest* sæpissimè, & frequentissimè in rebus etiam moralibus vsurpatur pro impotentia faciendi licitè, etiam si sit potentia faciendi validè. Vnde etiam communiter dicitur, quod id possumus, quod iure, seu licitè, & honestè possumus; & quod id non possumus, quod licitè, & honestè facere non possumus *l. filius qui ff. de conditionibus institut.* & *can. facies homo* 22. *quæst.* 2. & notaui etiam ego *in tractatu de contractu matr. cap.* 11. *num.* 467. vbi dixi, quod Iureconsulti putarunt, id fieri non posse, quod fieri non potest honestè per textum *in l. in eadem ff. ex quibus causis maior.* Couarruuias etiam, & Salas adducunt textus *in cap. quanto de præsumptionibus* & *cap. literas de restitutione spoliatorum* & *l.* 3. §. *si in loco communi*, & §. *quid si solitis ff. de noui operis nunciat.* quibus in iuribus verbum *non possit* non negat potentiam. Quapropter cum verbum *non possit* intelligi possit, & de negatione potentiæ ad validè agendum, & de negatione potentiæ ad licitè agendum, & irritatio sit actus odiosus, vt censeatur, necnè lex per illud verbum auferre potentiam ad validè agendum, & actum irritare, dum non addit clausulam irritantem, Couarruuias, Suarez, & Ariaga aiunt ex subiecta materia, & aliis circumstantiis intelligendum, ac diiudicandum. Et quidem iidem Suarez, Salas, & Ariaga aiunt considerandum esse, an actus, de quo lex dixit, vt non possit fieri contra legis præscriptionem, aut formam,

mam, seu conditionem in lege traditam, sit talis, vt non supponat alias potestatem subditi ad illum agendum, sed tota potestas ad talem actum pendeat, & concedatur à lege, seu legislatore, seu Principe, ac Republica, vel ab authoritate iuris; vt est sententia iudicis, electio, alienatio bonorum Ecclesiasticorum, & qualibet administratio publica, vel quæ publica authoritate fit, vt est officium, seu actus tutoris, & curatoris, & similes actus; an verò potestas ad actum à lege supponatur in subdito, sitque ex priuato dominio, & iure, seu actus fit authoritatis propriæ, priuatique dominij, vt facere testamentum, alienare res proprias, & huiusmodi; in primo ergo casu aiunt legem vtentem verbis *non potest, aliter non possit*, auferre potentiam ad valorem actus, & eundem actum contra legem factum annullare ipso iure, eo quod lex tunc videatur omninò loqui de potestate, quam ipsa, seu legislator dat. In secundo verò casu dicunt, verbum *non posse* non esse sufficiens signum exclusionis potestatis ad actum validè faciendum, cum lex iam supponat in subdito potestatem iure naturæ, vel gentium illi competentem, ac proinde vt idem verbum *non possit*, vel *aliter non possit*, non potest determinatè intelligi auferre, seu limitare potentiam ad validè potius, quàm ad licitè agendum, nisi aliunde constet intentionem legis esse limitare simpliciter potestatem agendi, & non tantùm licitè agendi; vel debent addi (quod fit plurimum) verba irritantia ad talem effectum explicandum. Addit Suarez, si verbum *non posse* cadat super effectum actus, seu obligationem, quæ induceretur, si actus valeret, tunc auferri potentiam ad validè agendum, & induci nullitatem actus ipso iure. Item ait iuxta vsum communem, per hæc verba *non possit* auferri simpliciter potestatem moralem in legibus testamentorum, & alienationum; ita quod, quando lex tollit potestatem donandi, aut absolutè, aut sine alterius licentia, & consensu; vel negat facultatem testandi, vel instituendi hæredem, vel è conuerso tollit potestatem instituendi alios præter istos, aut ex illis meliorandi nisi in tali parte, & similia, censetur lex auferre absolutè potestatem, & consequenter inualidare actum; & vniuersaliter docet idem Suarez, quod consuetudo, & communis acceptio legis in hoc, vel illo sensu multum in huiusmodi dubio valere potest.

124. † At prædictis non obstantibus existimo per prædicta verba seu per auferri à lege, vel statuto absolutè potestatem ad agendum, & irritari actum aliter factum, non solùm in actibus pendentibus à lege, vel legislatore, sed etiam in actibus, ad quos efficiendos in subdito ante legem supponebatur potentia, quoties finis legis est prohibere actum, vel ne fiat sine tali forma, aut conditione ab eadem lege tradita, & actui faciendo præscripta, non tantum propter ipsum actum præcisè, sed propter effectum ex actu resultantem, si actus validus fit: quales profectò sunt omnes leges de vsu Iurisdictionis spiritualis, & temporalis tam Ecclesiasticæ, quam ciuilis de requisitis ad beneficiorum collationem, & receptionem, de electionibus quibuscumque, de testamentis, & quibuscumque vltimis voluntatibus, de contractibus etiam gratuitis, puta, donatione, & simplici promissione, & ad id moueor; tum quia ita sentiunt Doctores communiter absolutè, & sine distinctione asserentes per illa verba *non potest, non possit* & legem auferre omnem potentiam faciendi actum aliter, quàm lex præscribit; tum quia leges præscribentes modum, vel formam, vel conditionem actui, vel tollentes ab aliquibus personis potestatem faciendi talem actum, non semper obligant in conscientia, vt talis actus non fiat, ita quod facientes peccent mortaliter, vel venialiter: tum quia leges ciuiles tollentes potestatem ad aliquem actum faciendum propter publicum bonum Reipublicæ, vel alicuius priuatæ personæ, præsumi debent potius tollere potestatem validè faciendi, quam licitè, cum id melius conducat ad finem à lege intentum consequendum. Tum demùm, quia dum lex, vel statutum prohibet actum, vel mandat, ita vt in eo faciendo talis modus, forma, aut conditio seruetur, sufficienter declarat se auferre potentiam agendi honestè, ergo dum addit, *quod quis non possit aliter*, seu *contra legis præscriptum agere*, vel ne aliter fieri possit, vult auferre potestatem ad validè operandum; alioqui frustra adderentur talia verba; at in lege nihil ponitur sine mysterio, & proprio effectu, vt sæpe dictum est, & tradunt Iurisperiti communiter, nec est verisimile addi (vt intelligit Ariaga) ad explicandum maiorem obligationem in conscientia, ad quam non ita exactè respiciunt leges ciuiles.

Lex, vel statutum dans formam actui an censeatur irritare actum sine tali forma factum.

Vltimò Doctores communiter aiunt, quod quando lex, vel statutum dat formam actui, seu contractui, in illo celebrando seruandam, tali forma non seruata est nullus, seu ex forma non seruata lex irritat actum. Doctores referunt Tiraquellus *in l. si vnquam Cod. de reuoc. donat. verbo*, reuertatur *n.67*. Farinacius *a.p. fragm. verbo* lex *n.104. & 105*. Salas *de legibus disp. 16. sect.9. & 10.* & Suarez *eod. tract. lib. 5. cap.31. & 32*, sicut enim forma naturalis in physicis dat esse rei, ita forma moralis dat esse actibus moralibus. Vnde *in l. Iulianus §. si quis, ff. ad exhibendum* dicitur *quod defectus formæ prope substantiam rei destruit*. & est illud commune dictum Iurisperitorum, ex forma non seruata resultat nullitas actus quod sumptum est *ex l. 1. 2. & 5. Cod. quando prouocare non est necesse*, & aliis iuribus à Tiraquello, & Suarez allegatis. Quæ doctrina caret difficultate, si forma fuerit substantialis, seu præscripta à lege tanquam de substantia, & essentia morali actus. 125.

† Forma enim, quæ quantum ad præsens, seu ad actus morales spectat iuxta definitionem Decij *in l. hac consultissima n. 10. Cod. qui testam. fac poss.* & Alciati *lib. 5. paradoxorum cap. 16. in princ.* est quædam ordinata series, qua res, seu actus perficitur (vt patet in vltimis voluntatibus, & contractibus, electionibus, & etiam in sacramentis ipsis, in quibus à iure præscribitur talis series rerum, quæ testamenta, contractus, electiones, & sacramenta ad suam perfectionem deducit, & vocatur etiam solemnitas actus) potest esse & substantialis, & accidentalis; substantialis ergo est, quæ dat esse rei: Accidentalis verò illud supponit; ac proinde ob defectum, seu omissionem formæ, seu solemnitatis substantialis vitiatur actus, nullusque temanet ipso facto; secùs verò ob defectum solius formæ accidentalis, qua etiam non seruata subsistit actus, vt *locis citatis* tradunt Salas, Sanchez, Tiraquellus, Farinacius *d. v. lex n. 220.* Castrus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 2. p. 9.* & communiter Theologi. Vtriusque formæ exemplum habemus in contractu matrimonij celebrando iuxta decretum Tridentini *in cap. 5. sess. 24. de reform.* nam præsentia parochi, & duorum saltem testium præscribitur, & requiritur vt forma substantialis, quia ea deficiente, contractus est nullus ipso iure; denuntiationes verò, & aliæ solemnitates, Ecclesiasticæ requiruntur solum vt forma accidentalis; nam etsi omittantur, matrimonium non desinit esse validum: similia exempla etiam habentur in iuribus de ordine, & solemnitatibus iudiciorum, ferendi excommunicationem, electionum, & nonnullorum aliorum actuum, quæ iura allegat Salas *d. sect. 5. initio*. Tota ergo difficultas est, quando forma à lege, seu statuto data actui censeri debeat substantialis. 126.

Et Iurisperiti communiter sentiunt, quòd quoties lex, vel statutum præscribit, seu dat formam, seu solemnitatem certam seruandam, seu adhibendam in ipso actu, dum ab initio fit, censetur substantialis, & omissa ipso iure viciat actum, illumque nullum reddit, licèt lex, seu statutum expressè non annullet, seu irritet; si verò præscribat aliquam solemnitatem, quæ actum 127.

actum supponit factum, seu post actum interuenire potest, censetur forma accidentalis, nec ipso iure vitiat actum; etiam si lex, seu statutum addat clausulam irritantem, seu verba irritantia v. g. *actus aliter factus non valeat*, vel *irritus*, vel *inutilis*, & quid simile. Doctores huius sententiæ latè refert, & sequitur Tiraquellus *in d. l. si vnquam Cod. de reuoc. donat. verbo*, reuertatur *num.* 67. *&* 69. Alios etiam referunt Farinacius 2. *p. fragm. v.* lex *num.* 205. *&* 232. Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 2. & Salas *eod. tract. disput.* 16. *sect.* 9. *num.* 39. exemplum vtriusque partis huius sententiæ afferunt Suarez, & Salas *locis citatis*, & prioris partis sunt de solemnitate requisita in testamento efficiendo *cap. cum esses de testamentis* & *l. hac consultissima Cod. qui testam. fac. poss.* vbi certus modus, & numerus testium ad testamentum postulatur in ipsomet actu; & idem est de solemnitate ad electionem requisita *cap. quia propter de elect.* posterioris verò partis exemplum est in lege postulante, vt testamentum ante factum, vel donatio facta insinuentur, vel quod ex re vendita talis gabella soluatur, aliàs non sit venditio: licèt autem interdum solemnitas requiratur etiam ante actum, vt in alienatione rerum Ecclesiasticarum præerequiritur tractatus, in electione inquisitio vel informatio: existimandum est Doctores huius sententiæ hanc solemnitatem antecedentem comprehendisse sub solemnitate requisita in ipso actu, cum actus censeatur moraliter incipere à solemnitate antecedente. Ratio autem prioris partis huius sententiæ est; quia quando forma, seu solemnitas à lege requiritur antecedenter, & in ipso actu, si non adhibeatur, lex videtur immediatè resistere valori actus, & ideo talis forma substantialis censetur, licèt non addatur clausula irritans v. g. *vt actus aliàs factus non valeat*. Alterius vero partis ratio est, quia solemnitas est posterior actu, ipsum supponit iam factum sine resistentia legis, & consequenter validum. Quare licèt eidem solemnitati addatur clausula irritans, & consequenter lex videatur illum postea irritare propter subsequentem omissionem; illud est per modum cuiusdam pœnæ; quæ non statim infligitur, sed indiget applicatione facta per iudicem, nisi expressioribus verbis à lege declaretur, iuxta ea, quæ Doctores communiter tradunt de lege pœnali.

128. Quamuis Alder. Mascardus *de generat. statut. interpret. num.* 47. *&* 48. relatus à Farinacio *dict. num.* 32. *fine*, velit solemnitatem à lege, vel statuto requisitam post actum esse substantialem, si lex, aut statutum illam præscribens vlterius procedat annullando actum, vel dicendo, quod aliter factus non valeat, & id videtur approbare idem Farinacius *ibidem*, verum ratio adducta suadet contrarium.

Hanc sententiam, quoad secundam partem admittunt Salas, & Suarez *locis citatis*, & etiam Ariaga *de legibus disput.* 23. *numero* 69. quo verò ad primam partem de forma à lege actui data ante actum, & in ipso actu adhibenda, illam vniuersaliter non admittunt, nisi etiam in lege ponantur verba expressè irritantia actum sine illa forma effectum, puta, dicendo *vt actus aliàs factus non valeat*: posita enim clausula irritante aiunt tunc legem resistere valori actus, & consequenter formam censeri substantialem: si verò non addatur dicta clausula irritans, etiamsi lex præscribat, & det formam, in ipsomet actu seruandam, dicunt non indè sequi esse substantialem; Nam etiam forma accidentalis, inquiunt, interdum requiritur in ipsamet effectione actus; qualis est forma, seu solemnitas seruanda in ferenda sententia excommunicationis iuxta *cap.* 1. *de sententia excommunic. in* 6. & tale etiam est (inquit Suarez) iuramentum à Iudicibus præstandum in principio litis iuxta *l. rem non nouam Cod. de iudiciis*. quod in ipso actu postulatur; & tamen licèt omittatur, actus est validus, vt *ibi Glossa vltima* notat. Quapropter Salas dicit etiam Doctores præfatæ sententiæ ita loquutos. Sed vt est videre apud Farinacium, & Tiraquellum *locis citatis* præfati Doctores loquuti sunt de forma, seu solemnitate à lege, vel statuto requisita in actu ipso, etiamsi lex expressè non annullet actum aliter factum.

Dixi *vniuersaliter non admittunt*. Nam quando lex actui dat formam, & solemnitatem, seu certum modum agendi, & simul tribuit, potestatem, seu facultatem faciendi aliàs non habenti, etiam si non addatur specialis clausula irritans, si aliter fuerit factus, tunc talem formam, seu modum censeri formam substantialem, & actum sine tali modo, & forma factum esse nullum, asserunt etiam iidem Suarez *de legibus lib.* 5. *disput.* 31. *num.* 9. Salas *dict. sect.* 9. *num.* 37. & *num* 41. *fine* & *sect.* 10. & idem tradunt Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 1. *p.* 9. *num.* 2. Bonacina *de legibus disput.* 1. *quæst.* 1. *p.* 7 §. 5. *num.* 16. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 33. *num.* 1. *iunctis sequentibus* & *lib.* 5. *sum. cap.* 4. *num.* 16. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 7. Stephanus Bauny *p.* 3. *lib.* 1. *tract.* 1. *quæst.* 6. *assert.* 3. versic. *erit autem*. Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *num.* 555. ego ipse *in tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.* 1. *casu* 21. *num.* 73. vbi allego Nauarrum *consil.* 75. *de reg. dub.* 11. *num.* 36. & priùs docuerunt Glossa communiter recepta *in Clement.* 1. *verbo* inhibentes *de iure personatus*, & alij à Salas, & Suarez relati, id probantes per textum *in cap. cum dilecta de rescriptis* & *in cap. venerabili*, iuncta glossa *de officio deleg.* & *in cap. ex parte de constitutionibus*. vbi Pontifex dedit facultatem conferendi certas præbendas ex Consilio Episcopi, & quia hoc fuit omissum declarauit collationem esse nullam. Addunt rationem, scilicet, quia censetur dans potestatem, dare illam limitatam, scilicet sub illa forma præscripta in delegatione potestatis seruanda, & non aliàs, & cum ex defectu potestatis ruat actus, vitiatur actus ob non seruatam talem formam, & consequenter talis forma assignatur vti substantialis. Hanc eandem doctrinam approbat Ariaga *d. disput.* 23. *num.* 68. versic. *putarem ergo*, limitatè tamen, nempè si res præscripta pro forma sit alicuius momenti in se, & videatur valdè iuuare, ad æquitatem naturalem requisitam; tunc enim ait dantem potestatem censeri illam præscribere vt omninò necessariam; secùs si res sit parui momenti; hoc autem postremum membrum Ariagæ non videtur admittendum nisi supposita sententia, quod omissio leuissima formæ non vitiet actum. † Limitatur verò prædicta doctrina, vt non procedat, quando detur potestas, & simul in delegatione, seu commissione potestatis præscribatur, seu præcipiatur forma in vsu potestatis seruanda, quæ iuri communi inest, & de iure communi est accidentalis, non substantialis; nam tunc non debet censeri apposita tanquam forma substantialis, & conditio sine qua non, sed solum admonitio commissarij, seu delegati, vt sciat, quod facere oportet iuxta præceptum, & formam iuris, ita præter Doctores, quos ego latè refero *d. casu* 21 *num.* 74. *&* 75. Sanchez *vbi supra* & *lib.* 3. *de matrimon. disput.* 5. Salas *de legibus dict. disput.* 16. *sect.* 9. *num.* 39. versic. *vnde hac differentia*. Castrus Palaus *dict. p.* 9. *num.* 3. Huius rei rationem adduxi *dict. n.* 75. scilicet, quia expressio eius, quod tacitè inest, nihil omninò operatur, licèt enim non exprimeretur, inesse subintelligitur, ac proinde censetur expostulari eo modo, quo à iure communi requiritur. Exemplum huiusmet rei vide *d. casu* 21. *n.* 73. *&* 75. & etiam apud Salam, & Palaum *locis citatis*. Contrarium tenuerunt plures, quos allegato *dict. casu* 21. *n.* 74. & alij, quos allegat Farinacius 2. *p. fragm. v.* lex *n.* 503. versic. *septimo forma*, quorum opinionem esse valdè probabilem, imò probabiliorem dixi *eodem casu* 21 *num.* 78 licèt *n.* 79. 129. 130.

& 80. eiusdem fundamentis satisfaciam. ad *ibid.* dicta recurrat lector.

131. Quod si potestas iam supponatur, & additur forma, seu habenti alias potestatem faciendi actum præscribatur forma seruanda, tunc iidem Doctores *n.* 129. & alij ab eisdem relati asserunt oon irritari actum ob non seruatam formam, nisi à lege ipsa, vel statuto expresse irritetur, seu addatur clausula irritans, quia, inquiunt, talis actus procedit à potestate habita, & apta ad validè operandum, quæ non debet censeri restricta, nisi expressè de tali restrictione constet, non autem constat ex eo præcisè, quod præcipiatur seruari debere talem formam. Et hoc idem tradunt plures alij Doctores, quos *d. casu num.* 63. refero, & sequor. Quare ibidem dixi, validam esse absolutionem datam ab ordinatio non præmissa partis satisfactione ab eo, qui poterat satisfacere. Item excommunicatio ab Episcopo lata non seruata forma à iure *in cap. 1. de sentent. excom. in 6.* requisita, scilicet sine scriptura, & sine expressione causæ valet, etsi illicita, vt post alios Suarez, Salas, & alij Doctores *eodem n.* 129. allegati, & idem Suarez *cap.* 32. *num.* 3 vbi etiam ob eandem rationem ait esse validum Processum factum omisso iuramento, quod Iudicibus præstandum est in principio litis iuxta *l. rem non nouam Cod. de iudiciis.* item si habenti potestatem audiendi confessiones superior præcipiat, ne audiat confessiones fœminarum, aut mercatorum, nisi expressè restringat potestatem irritando actum aliter factum, validam futuram etsi illicitam absolutionem datam fœminis, & mercatoribus; Quod in terminis docent etiam Salas *d. sect.* 10. *num.* 43. & Palaus

132. *d. p.* 9. *num.* 6. † Qui idem dicunt de acquisitis ludo prohibito, & de muneribus receptis à iudicibus, & aliis ministris iustitiæ, qui non tenentur in conscientia ante iudicis sententiam condemnatoriam restituere, quia leges prohibentes simpliciter ludum, & acceptationem munerum à litigantibus non impediunt, seu non censentur impedire translationem dominij, siquidem non prohibent recipere sub clausula irritante, ac proinde cum aliàs habeant potestatem validè illa recipiendi talis potestas non debet censeri restricta, nisi expressè constet, & idem de iudicibus, & aliis iustitiæ ministris accipientibus munera à litigantibus latè docet Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 88.

133. Ex quibus iidem Suarez *d. cap.* 31. *num.* 8. Salas *dict. sect.* 9. *num.* 37. & Atiaga *d. disput.* 23. *num.* 66. ad regulam à nonnullis traditam, quando lex instituit actum de nouo simul præscribens modum, seu formam, qua fieri debeat, tunc censeri substantialem illam formam, secus vero quando forma illa additur actui prius instituto, nisi addatur expressè clausula irritans, aiunt non esse veram vniuersaliter; id explicantes pluribus exemplis, sed esse veram solum quando lex dat de nouo potestatem operandi simul præscribendo formam nouam faciendi actum iuxta tradita *num.* 129. licet in contractibus, & similibus actibus contrarium teneant Iurisperiti communiter relati à Tiraquello, & Farinacio locis suprà *num.* 127. & nonnulli alij relati ab eodem Farinacio *dict.* 2. *p. fragm. verbo* lex *n* 217.

134. Cæterum solemnitatem à lege, vel statuto præscriptam actui faciendo vniuersaliter censeri inductam tamquam formam substantialem, & de necessitate ad valorem actus seruandam, si lex, seu statutum expressè dicat talem solemnitatem esse seruandam pro forma, post plures alios (quidquid secus dicat Atiaga *d. disput.* 23. *n.* 63.) à se relatos tradit Farinacius *d.* 2. *p. fragm. verbo* lex *num.* 203. versic. *Die primo*, & sequitur Palaus *d. p.* 9. *n.* 2. & ratio est, quia tunc forma accipitur pro famosiori significato, & consequenter pro forma substantiali, scilicet, quæ dat esse rei: Confirmatur, quia quando absolutè dicimus *forma hominis*, *forma equi*, &c. semper significatur forma substantialis, ergo etiam quando lex aliquid expressè dicit *formam contractus*, seu *seruandam pro forma* denotat formam substantialem. † Addit idem Farinacius *eodem num.* 203. *versic. tertio*, censeri formam substantialem, si lex, vel statutum imponat necessitatem faciendi ita; puta, quando statutum vtitur verbo *teneantur*. Et ad id allegat Abbatem *in d. cap. cum dilecta num.* 12. *de rescriptis.* Tiraquellum *de retractu lignagier* §. 36. *glossa* 2. *num.* 25. & Beroum *quæst.* 24. *num.* 4. 135.

† Item censeri inductam formam substantialem, quando lex, seu statutum loquitur conditionaliter, vt per ablatiuos absolutos tradit aliis allegatis idem Tiraquellus *dict. num.* 203. *versic. quinto*, & docuerunt plures alij relati à Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 34. *num.* 1. & à me in *allegato tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.* 1. *casu* 22. *num.* 73. & tenet etiam Palaus *dict. p.* 9. *num.* 2. 136.

An verò quando forma à lege, vel statuto præscripta continet in se æquitatem naturalem, censeatur substantialis, & eius omissio vitiet actum, licet lex, vel statutum non habeat clausulam irritantem; affirmauit iuribus allegatis Bartholus *in l. non dubium num.* 20. *Cod. de legibus*, prout illum ad id refert Farinacius *dict. verbo* lex *num.* 219. At Suarez *de legibus lib.* 5. *dict. cap.* 31. *num.* 3. & 4. Salas *eodem tract. dict. disput.* 16. *sect.* 9. *num.* 36. & Atiaga *de legibus dict. disput.* 23. *num.* 64. aiunt id verum de forma continente naturalem equitatem ex se, & iure naturæ necessariam ad valorem actus, quia tunc lex positiua est potius declaratiua iuris naturalis, quàm constitutiua. Quòd si forma ex se non contineat præfatam æquitatem naturalem ad actus valorem necessariam iure naturæ, sed dicta forma per legem instituta est solum moraliter necessaria ad obseruandam æquitatem naturalem, tunc aiunt id esse magnum indicium formam à lege præscribi vt substantialem, & necessariam ad actus valorem, non tamen esse infallibilem regulam, nisi concurrat aliquid ex supra explicatis, vel addatur clausula irritans. Quia sicut non obstante ea vtilitate, seu conducentia eius formæ, seu conditionis potuit lex positiua non præscribere talem formam, ita potuit prohibere solum pro actu licitè faciendo. Verum probabiliorem existimo priorem sententiam quoties forma à lege præscripta moraliter loquendo esset necessaria ad æquitatem naturalem seruandam v. g. quia sine tali forma, vel nonquam, vel frequentius non seruaretur æquitas, & cum illa frequentius seruabitur, in hoc enim casu præsumendum legem respexisse potius valorem, quam honestatem actus. 137.

An etiam si lex, vel statutum mandet fieri aliquid certo loco, seu certo tempore, & actus fiat al o loco, & alio tempore actus sit nullus, etiamsi lex, seu statutum vlterius non procedat annullando actum aliter factum. Negant plures, quos allegat Farinacius *d. p. fragm. d verbo* lex *num.* 216. volentes actum alio tempore, & loco factum esse validum, nisi addita sit clausula irritans, & idem generaliter loquendo teneat Suarez, Salas & Atiaga locis supra *num* 81. relatis, & Palaus *dict. p.* 9. *num.* 8. eo quòd sine additione clausulæ irritantis circumstantia loci, & temporis non intelligatur apposita vt forma, & vt de substantia actus. 138.

† Contrarium, & per dicta verba censeri à lege inductam formam substantialem, ac proinde actum alio loco, aut alio tempore factum esse nullum affirmarunt Felinus *in cap. cum dilecta col.* 8. *versic. octauum signum de rescriptis.* per textum *in l. scire oportet* §. *consequi eas ff. de excusat. tutor.* & plures alij Iurisperiti relati à Farinacio vbi supra *num.* 217. & idem indicat Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 28. *quæst.* 2. *versic. Animaduertendum*, quæ opinio indubitatè procedit, quando circumstantia loci, aut temporis in actu seruanda præscribitur, dum conceditur potestas faciendi actum aliàs non habenti iuxta tradita supra *numero* 129. 139.

Et

Et ad id faciunt tradita *tomo secundo horum moralium tit.6. num.19.* & in vniuersum quoties ex legis dispositione colligi potest circumstantiam loci, aut temporis actui faciendo, à lege, vel statuto præscriptam esse ad limitandam potestatem agendi in alio loco, aut in alio tempore, censenda erit inducta, vt forma substantialis, licet lex, aut statutum non procedat vlterius aonullando actum aliter factum, vt ex dictis *citato n 29.* constare potest.

140. Quid verò si lex, seu statutum præscribens actui, seu contractui formam, seu solemnitatem iubent illi renunciari non posse, an tunc censeri debeat forma substantialis, etiamsi lex nihil de irritatione dicat; è contra verò censeri debeat forma accidentalis si lex permittat renunciationem: In primo casu esse censendam formam substantialem, in secundo accidentalem affirmarunt Glossa *in cap. de causis verbo consensu partium de officio de leg.* & allegans Bartholum, & alios Felinus *in cap. tuus num.1. de testibus.* Cuius fundamentum videtur, quia substantia, & essentia rei est immutabilis, ac proindè si per voluntatem partis cedentis iuri suo potest actus valere sine tali solemnitate, signum est illam non esse necessariam, ac substantialem; & è contrario, quando est tam necessaria, vt etiam per voluntatem contrahentium auferri non possit, signum est esse substantialem. Hanc tamen sententiam post Panormitanum *in dict. cap. tuis de testibus* non esse generaliter veram vtroque casu inspecto asserunt Suarez *d. cap.31. num.6. & 7.* Salas *d. sect.9. num.38.* & Ariaga *d.disp.23. num.63.* tum quia dantur formæ, seu solemnitates accidentales, quibus partes, seu contrahentes non possunt renunciare, vt in denuntiationes matrimoniales; tum quia aliquando renuntiari potest etiam solemnitati substantiali; nam iuramentum est de substantia testimonij iudicialis *cap. de testibus titulo de testibus*, & tamen per partes renunciari potest *dict. cap. tuis.* Neque obstat responsio Felini dicentis iuramentum quidem esse necessarium ad valorem testimonij partibus non renonciantibus iuri suo, non tamen esse de substantia, quia absolutè loquendo separari potest ab actu: Nam responsionem hanc reiiciunt Suarez, & Salas vti speculatiuam, quæ parum refert ad rem moralem, cum in præsenti de substantia dicatur quidquid tam necessarium est ad valorem actus, vt hic & nunc sit, vt eius omissio reddat actum nullum; quo pacto argumentum conuincit aliquam circumstantiam posse hoc modo esse necessariam, cui renunciari possit, sicut erat anous nouitiatus ante Tridentinum iuxta caput ad Apostolicam de reg. Quare verum est iuramentum esse de substantia testimonij, non esse vero si partes renuntient. plura de hac re apud Suarez.

141. Quid etiam si lex, vel statutum mandet aliquid fieri cum consilio aliquorum, vel alteri detur potestas ad aliquem actum faciendum, de consilio tamen aliquorum, nihilque dicatur de irritatione, si secus fiat, an ex omissione consilij actus reddatur nullus. Plures non distinguentes an petitio consilij præscribatur habenti alias potestatem ad actum faciendum, an præscribatur ei, cui de nouo datur potestas ad actum, aiunt, quod quoties à iure requiritur consilium, nisi consilium ante actus expeditionem petatur, actum esse nullum. ita Glossa *in cap. cum in veteri de electione.* Panormitanus *in cap. ad Apostolicam de reg. in fine.* & *in cap. fin. de Eccles. edif.* Gonzales *ad reg. Cancell.* 8 *glossa 46. num.38.* & *Glossa 48. num. 12.* Azotius *p.1. lib. 12. q. 3.* & alij relati à Barbosa *collectaneo ad dict. cap. cum in veteri num.2.* & Ioanne Sala *de legibus disput. 16. sect. 10. num.42.* idque videtur satis apertè probari ex *dicto cap. cum in veteri.* vbi electionem quandam, quam summus Pontifex præceperat fieri cum consilio quorundam, tanquam inualidam irritari mandauit, eo quòd facta fuerit omisso tali consilio. & *ex cap. nouit de his, quæ fiunt à Prælato.* Vbi similiter summus Pontifex irrita

declarat nonnulla facta sine consilio, & causam reddit scilicet, *cum secundum sanctorum institutiones debeant fieri cum consilio.* † Communis sententia est, quod si petitio consilij à lege, vel statuto, aut à superiore præscribatur, ac præcipiatur non habenti alias potestatem ad actum faciendum, cui talis potestas concedatur cum illa clausula petendi consilium aliquorum, petitionem censeri inductam tamquam formam substantialem, & ea ante actum omissa, seu non præmissa, actum reddi nullum: hoc certè saltem probant prædicta iura, & tradunt Panormitanus *in cap. ex parte de consilit. circa finem.* Molina *de iustitia. tract. 5. disput. 21. n 2.* Syluester *verbo* consilium *quest.3.* Salas *dict. sect. 42. num.43.* Palaus *dicto puncto 9. num.7.* & alij relati à Sala *num.42.* & Palao *dict. num. 7.* & id probant etiam tradita suprà *num.129.* † Quod si aliunde habenti potestatem ad aliquid faciendum præcipiatur vt illud faciat cum consilio aliquorum, tunc ob omissionem consilij non censeri actum irritum docent iidem Syluester, & Panormitanus, Salas, & Palaus *locis citatis* eam afferentes rationem, quod tunc præsumitur mandati consilium, vt rectè actus præstetur, non vt validè: nisi addatur clausula irritans, si actus sine consilio fiat; & huc idem oportet sentiant Auctores relati supra *n.131.* sed decisio *dictorum cap. cum in veteri & cap. nouit*, non parum resistit huic doctrinæ, quæ iura videntur absolutè denotare omissionem consilij in casu, quo à iure prærequiritur ad actum, illum reddere irritum. † Cæterùm semper sufficit petere consilium expectando tempus necessarium, ita vt consultor possit cuncta considerare, non est autem necesse sequi consilium, vt tradunt Glossa *in dict. cap. in veteri* Sanchez *de matrimonio lib.1. disput. 34. num.24.* Barbosa *collectaneo ad dict. cap. cum in veteri num. 4.* ego ipse in tractatu *de contractu matrimonij cap. 11. num. 118.* & alij à Barbosa, & à me relati. 141. 143. 144.

145. Demum an quando est dubium, vtrum forma sit substantialis, an vero accidentalis, in tali dubio sit præsumenda substantialis potiùs, quàm accidentalis, esse præsumendam substantialem asserit Farinacius *a.p. fragm. verbo lex n.221.* ad id allegans Mathesil. *sing.130. & seq.* Rolandum *consil.43. num.13. lib.2.* & *consil. 30. num.1.* & *consil.55. num.26. lib.3.* & Vantium *de nullitate rubr. quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur num. 52.* quos sequitur Palaus *dict. p. 9. num. 9.* Quod verum puto, quando est dubium de forma, quæ præscribitur cum alicui illam aliàs non habenti tribuitur potestas ad actum faciendum cum tali forma; tunc enim cum non adsit possessio pro potestate ad actum, præsumptio est contra potestatem aliter faciendi, seu tali forma limitatam esse potestatem. Si vero dubium sit de forma præscripta ei, qui aliunde habet potestatem ad actum faciendum, existimo verius in tali dubio formam præsumi potius accidentalem, quam substantialem, etenim in dubio non debet præsumi limitata potestas, pro qua stat possessio, sed oportet satis constare de limitatione; & ad id faciunt tradita suprà *num.28.* & *num.115. circa finem.*

Discrimen inter irritationem actus, seu contractus purè pœnalem ipso facto à lege impositam, & irritationem non pœnalem à lege ob bonum commune, vel priuatorum ipso item iure inductam.

146. Porro circa supradicta de irritatione actus, seu contractus ipso facto à lege, vel statuto inducta iuxta tradita præsertim à *num 98.* hoc vsque aduertendum, quod cum possit esse irritatio, vel purè pœnalis (qualis est, vt tradunt Doctores supra *num.33.* relati, Suarez *de legibus lib.5. cap.19. num.7.* & *cap. 26. num. 2.* Salas *eodem tract. disput.16. sect.2.* Palaus loco *dicto num. 33.* allegato

allegato, & alios allegans Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *num.*161. & Sanchez *lib. 3. de matr. disput 4. num.9. fine.* quando irritatio actus fit, seu imponitur ipso iure in pœnam alicuius delicti, vt est irritatio matrimonij ob vxoricidij, & adulterij crimen; & electionis ad beneficium ob simoniam commissam, & generaliter quoties irritatio actus fit in odium transgredientis legem, & ob solam legis prohibitionem) vel non pœnalis, vt cum lex non ratione solius delicti commissi, vel odium personarum legem transgredientium, sed principaliter ob bonum publicum, & commune Reipublicæ, vel aliquorum priuatorum ipso facto irritat actum, puta quando solum defectum, seu omissionem formæ actui præscriptæ lex actum ipso facto irritat, vt aliis relatis Farinacius *d.num.*161.& eiusmodi est irritatio matrimonij ob defectum præsentiæ Parochi; testamentum ob defectum sufficientis numeri testium; & alienationis rerum Ecclesiæ sine solemnitate præscripta *in Clem.*1. *de rebus Eccles. non alienandis:* talis est etiam irritatio actus à lege facta ob bonum commune religionis, vel Reipublicæ, vt irritatio matrimonij Religiosorum, clericorum, affinium, & consanguineorum, quæ ab Ecclesia imposita est non tantum in pœnam, & odium contrahentium, sed præsertim ob seruandam debitam honestatem, & religionem; & talis est etiam irritatio à lege inducta ob bonum priuatorum, vt est irritatio professionis ante 16. annum completum; & contractus pupilli, aut minoris sine authoritate Tutoris, aut Curatoris; quæ irritatio cum respiciat potius fauorem profitentis, & pupilli, aut minoris, non potest dici pœna; & in vniuersum quamuis aliquando his legibus irritantibus grauentur contrahentes, non ideo dicendæ sunt leges pœnales, irritationemque tanquam pœnam imponere, quia illud grauamen non per se intenditur à lege; lex enim intendit solum bonum commune, & rectam Reipublicæ gubernationem, ob cuius consequutionem aliquod onus ciuibus imponere potest, vt præallegati Doctores, & etiam Sanchez loco suprà *num.* 33. relati tradunt. Igitur si irritatio sit purè pœnalis, licèt sit à lege ipso facto imposita, non obligat in foro conscientiæ nisi post sententiam Iudicis declaratoriam; idest non statim annullat in foro conscientiæ quoad effectum suum, nec quoad naturalem obligationem, sed tantum post sententiam, per quam retrattahitur, ac si ab initio actus fuisset omninò nullus, & nunquam extitisset. ita Suarez *dict. cap.*26. *num.*2. Sanchez & alij Doctores suprà *dict. num.* 33. relati, & alij Doctores communiter, quos refert, & sequitur Farinacius 2. *p. fragm. verbo* lex *num.*157. 160. & 162. ob generalem rationem, quod pœna etiam ipso iure, seu facto imposita in foro conscientiæ non incurritur, nec debetur nisi post sententiam iudicis saltem declaratoriam iuxta latè tradita *in tomo secundo horum moralium variorum*
147. *tit.*12. *num.* 162. *ad* 176. † Ad quam etiam declaratoriam, vt si locus exequutioni pœnæ impositæ ipso iure, citandus est delinquens, cum talis declaratio sit actus iudicij, & sententiæ, quæ sine citatione fieri non potest. ita post alios Farinacius *num.* 167. qui etiam *num.* 168. cum aliis addit ab huiusmodi declaratione dari appellationem, nisi factum esset notorium, vel
148. periculum in mora. † Si verò irritatio à lege ipso facto inducta non sit pœnalis, inducitur efficaciter, & statim incurritur nulla expectata iudicis sententia, vel declaratione; nam cum non sit pœna, & lex ipsa declaret irritationem ipso facto, non est quid amplius spectetur, vt tradit Suarez *dict. cap.* 26. *num.* 4. Palaus *d.p.*10. *num.* 4. & patet inductione legum irritantium matrimonia. professiones, &c. & ita etiam in foro conscientiæ talis irritatio in quocunque contractu habet locum ante omnem Iudicis sententiam, iuxta sententiam traditam suprà *num.*19. cum pluribus sequentibus. Et hoc approbat etiam Ariaga *de legibus disput.*23. *num.*55. vbi tamen contra illud, quod irritatio pœnalis non statim annullet actum, sed post iudicis sententiam obiicit, quia illa verba *ipso facto* addita irritationi pœnali denotant inualiditatem præsentem, & aliundè quod si pœna non obest, nam cum hæc pœna (inquit) non requirat vllam actionem ipsius rei, non est cur expectetur iudicis sententia. Verùm dato etiam, quod hæc pœna non requirat actionem ipsius rei, seu agentis contra legem irritantem in pœnam. Nihilominus hæc, & quælibet alia similis pœna legalis, & temporalis, seu non spiritualis non habet effectum nisi post iudicis sententiam, iuxta Doctores suprà *num.*33 & *num* 146. allegatos, & alios communiter, quos allegaui *d. tit.*12. *num.*162. & 166. idque ob rationes *ibidem* allegatas. Ex eo autem, quod irritatio ipso facto, seu iure à lege imposita est, fit, vt post sententiam retrahatur, & actus, seu contractus priuetur omni effectu, ac si ab initio, & statim fuisset omninò nullus, & nunquam fuisset factus, vt constat ex dictis *d. tit.*12. *num.*173. quem effectum non haberet, si irritatio per legem ipso facto non fuisset imposita, sed esset imponenda per iudicis sententiam, vt *eodem num.*173. dictum est. † Illud tamen 149.
aduertendum, quod, si actus, seu contractus, cuius irritatio à lege ipso iure, & facto imposita est, esset talis, vt semel validè factus, non posset amplius irritari quoad substantiam, tunc lex irritans in pœnam, seu irritatio ipso facto à lege inducta, licèt solum in pœnam criminis, vel transgressionis legis, haberet statim effectum, & actus, seu contractus esset omninò nullus, vt notaui suprà *d. num.* 33. & tradunt Suarez *d. cap.* 26. *num.* 3. Ariaga *d. num.*55. & Palaus *d.* §. 10. *num.* 2. & patet exemplis *d. num.* 33. adductis. Quare cum actus non est irritabilis nec in fieri, nec postquam semel validè factus est, & lex dicit quod talis actus irritetur, intelligitur (vt notauit Suarez *d. num.*3.) quoad vsum, vel aliquos effectus eius, qua ratione dicuntur aliquando in iure Canonico irritari ordinationes contra prohibitionem Ecclesiæ factæ.

SVMMARIVM §. III.

*An, & quando exercere actum, seu contractum, quem lex, vel statutum ipso facto irritat, sit peccatum. n.*690. *& seqq.*

*Stante statuto, quod mulier non possit sine consensu mariti, aut duorum consanguineorum contrahere, & alienare, si sine tali consensu contrahat, an peccet mortaliter. n.*151. *&* 152.

*Non est semper peccatum exercere actum contra legem irritantem. num.*152.

*Testans sine iuris solemnitate licèt faciat testamentum nullum, non tamen peccat mortaliter, ibidem an peccet venialiter. n.*154.

*Contractus mulieris, vel minoris contra dispositionem statuti factus confirmatur iuramento. n.*152.

*Contrahens matrimonium clandestinum, vel emittens professionem non seruata debita forma peccat mortaliter, si absque legitima causa facit. n.*154.

Facere electionem non seruata debita forma est peccatum mortale. ibidem.

Ex vi legis naturalis tenemur actus ad iustitiam pertinentes validè efficere. ibidem.

*Is, in cuius fauorem inducta est irritatio actus à lege, si faciat actum inualidum non peccat mortaliter, vbi de filia renunciante hæreditati paterna, de vxore alienante fundum dotale sine licentia mariti. n.*155.

Irritatio renunciationis facta à filia an sit inducta solum in fauorem filiæ; an vero etiam ob bonum publicum. ibidem.

*Regula ad cognoscendum, quando leges aliquem actum irritant, prohibeant actum in conscientia, vt peccatum sit illum extraere. n.*156. *&* 157.

§. III.

§. III.

An exercere actum, seu contractum, quem lex, seu statutum ipso facto irritat, sit semper peccatum.

DE hac difficultate ex professo agunt Suarez *de legibus lib.5. cap.*10. Salas *eodem tract. disp.*16. *sect.*6. & Palaus 1. *p. tract.* 3. *disput.* 2. *puncto* 11. *sub his terminis*, scilicet, an lex irritans actum, illum, seu illius executionem prohibeat in conscientia.

150. Esse semper peccatum videtur sentire Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum verbo*, lex *diff.* 8. *num.* 17. *conclusione prima*; vbi dicit quod testator tenetur in conscientia seruare omnem solemnitatem in testamentis à iure requisitam; cum sit instituta ob bonum publicum, & ad obuiandas multas fraudes, quæ circa testamenta emergere poterant. Dictum probat ratione adducta suprà *tit. præcedenti num.*53. & *hoc titulo num.* 25. scilicet, quod huiusmodi leges, quæ vltimas voluntates, & contractus debita iuris solemnitate carentes ipso facto irritant, cum sint iustæ, vtpotè inductæ ob bonum publicum, obligant in conscientia ad sui obseruantiam. Vnde etiam pro hac sententia possunt allegari Couarruuias loco citato suprà *titulo præcedenti n.* 51. & alij *ibidem* citati dum asserunt testamenta, & contractus, si fiant omissa solemnitate substantiali à iure requisita nullo modo valere, neque in foro conscientiæ, quia lex iusta in foro conscientiæ obligat ad sui obser-

151. uantiam. † Hoc idem sentiunt Iurisperiti; qui asserunt stante statuto, quod mulier non possit sine consensu mariti, aut duorum consanguineorum contrahere, & alienare, si sine tali consensu contrahat, & alienet, eam peccare mortaliter, quod idem dicunt de quocumque, qui lege, statuto, aut consuetudine prohibitus sit alienare, alienet; & probant peccare mortaliter, quia facit contra præceptum legis factæ ab habente auctoritatem & Paulus dicit, *quod omnis anima subdita sit Principi, & quod qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*. Iurisperitos hoc asserentes refert Tiraquellus *post leges connub. glossa* 4. *num.*18. & sunt Bartholus *in l. cum lex ff. de fideiuss.* & *in auth sacramenta puberum Cod. si aduersus vend.* & *in auth. decernit ius Cod. de arb.* Alex. *consil.* 29. *lib.*7. Angelus, Petrus Anchatanus, & Felions, quoa *ibidem* refert Tiraquellus, qui *n.*19 *fine* in hac re anceps est, & relinquit rem cogitandam.

152. Verùm dicendum est, non esse semper peccatum exercere actum, seu contractum per legem, seu statutum ipso iure irritum, seu leges eo ipso, quod irritant actus, vel contractus non semper prohibere illos in conscientia. ita Suarez & Palaus *locis citatis* & plures iurisperiti à Tiraquello *d. num.* 19. allegati, qui dicunt, quod si lex, vel statutum præcipit minori, vel mulieri, ne contrahat sine certa solemnitate, si contra faciat, non peccat mortaliter. Hi iurisperiti sunt Paulus de Castro *in l. legis virtus in fine ff. de legibus* & *in d. auth. Sacramenta puberum*, ibidem Iason *col.* 12. *versic. & per hoc clarè*. Corneus *consil.* 36. *lib.* 1. & *consil.* 35. *lib.* 3. Decius, & alij ab eodem Tiraquello allegati. Ex eo enim quòd lex præscribit actui formam, seu solemnitatem in eo seruandam, vel decernit, vt quis non possit actum facere sine certa solemnitate, & si aliter fiat, illud irritat, non infertur ex necessitate, quod obliget, vel voluerit obligare in conscientia ad abstinendum ab illo actu. Et ita lex irritans testamentum minus solemne nullam obligationem in conscientia inducit, nec testans solemnitate iuris omissa peccat, licet faciat testamentum irritum; non enim obligat testatorem ad obseruandam solemnitatem, cum possit de suis rebus disponere non solum validè, sed etiam inualidè, cum per hoc nulli faciat iniuriam, vt locis citatis tradunt Suarez & Salas & procul dubio ita sentiunt omnes Doctores allegati *titulo præcedenti num.* 64. Item lex irritans contractum factum à minore non obligat in conscientia, nec minor contrahens peccat, vt tradunt præallegati iurisperiti, & Suarez id confirmans, quia potest minor illum iuramento confirmare, quod non posset, si esset peccatum; similiter non peccat mulier contrahens & alienans sine consensu mariti, vel propinquorum stante statuto in contrarium, vt aiunt præallegati Iurisperiti; vnde etiam talem mulieris contractum sicut & minoris irritum contra dispositionem statuti confirmari iuramento contra Bartholum tradunt non pauci Iurisperiti, quos allegat, & sequi videtur Tiraquellus *dict. glossa*

4. *num* 28. † Quod si obiiciatur ex executione actus, 153.
seu contractus inualidi sequi posse deceptionem alterius, vel inimicitias, vel saltem actum fore otiosum, & impertinentem. Respondetur ex Sanchez *num.* 8. Sala *dict. sect.* 6. *initio* & Palao *vbi suprà* primò datis his, non inde sequi, quod sit lege humana prohibita actus executio; secundo hæc per se non sequi, sed per accidens contingere, & posse aliquando esse rationem aliquam, seu finem, quo honestetur executio actus inualidi v. g. testamenti carentis solemnitate iuris, puta si fiat, vel quia aliter non possit de morientis voluntate constare, vel ob rescindendas iniquas querelas, importunas preces, & vexationes, vel si quis ex graui metu iniustè ab extrinseco incusso contrahat matrimonium, vel emittat professionem; iste enim licèt sciat matrimonium, & professionem metu graui extortam esse lege Ecclesiastica ipso facto irritam, nihilominus non peccat, vt tradunt Salas, & Palaus *vbi suprà*, & alij, quos ego *in tractatu de contractu matrimonij cap.* 12. allego, & sequor. Verum quidem est, quod si quis sciens inualiditatem faceret actum inualidum, & ipso iure irritum, licet illum lex non prohiberet in conscientia, peccaret venialiter peccato otiositatis; & si præuideret graue aliquod scandalum, seu malum inde oriturum, & faceret similiter absque necessitate, & aliqua legitima causa, peccaret grauiter contra legem naturalem, seu rectam rationem dictantem similia mala esse præcauenda, ne sequantur.

Item qui contraheret matrimonium clandestinum, 154.
aut cum impedimento dirimente, vel emitteret professionem non seruata debita forma, idque absque legitima causa excusante, peccaret grauiter non præcisè, quia faceret contra legem positiuam Ecclesiasticam irritantem tale matrimonium, & talem professionem, sed contra legem naturalem, quia ratione reuerentiæ rebus sacris debitæ tenemur facere sacramentum non irritum, & omnes actus ad religionem pertinentes, vt notarunt Suarez *dict. cap.* 20. *num.* 5. & Palaus *dict. p.* 11. *num.* 2. & quia etiam ex vi legis naturalis tenemur actus ad iustitiam pertinentes validè efficere: hinc facere electionem sine forma substantiali esset graue peccatum, quia necessario inuoluit iniustitiam, vt ait *ibidem* Suarez, & ideo si eligens grauiter punitur à Tridentino *sess.* 25. *cap.*6. *de reg.* & similiter qui ex officio tenetur facere actum ex vi legis naturalis, seu obligatione officio intrinseca tenetur facere validum, ac proinde omittendo formam substantialem, & debitam contra iustitiam faciet vt v. g. si iudex proferendo sententiam omittat circumstantias substantiales. ita *ibidem* Suarez.

Notat etiam Suarez *d. cap.* 20. *num.* 11. & Palaus *d. p.* 11. 155.
num. 3. quoties irritatio est inducta in fauorem alicuius, cui fauori ipse cedere potest, non peccare eum, qui inualidè actum facit; & ita filiam renunciantem hæreditati paternæ contentam dote non peccare, estò inualidè renunciet *cap. quamuis de pactis in* 6. & similiter non peccare vxorem vendentem, seu alienantem fundum dotalem cum licentia mariti, licèt alienatio sit ipso iure

per legem irrita. ita Soarez, & Palaus *ibidem*: & ita etiam mulierem, & minorem contrahentem non seruata solemnitate iuris communis, vel statuti noo peccare mortaliter aiunt Iurispetiti suprà *num.* 152. relati, & alij relati à Tiraquello *dict. glossa* 4. *num.* 19. Horum autem omnium ratio assignatur, tum quia irritatio concernit tantum vtilitatem filiæ renunciantis, vxoris alienantis, & minoris, ac mulieris, ac prinde lex irritans non ligat illos in conscientia, nec ipsi peccant, quia possunt cedere iuri suo; tum quia hæ irritationes oon sunt absolutæ (inquit Palaus) sed dependenter ab ipsis; cùm possint renunciationem, alienationem, & contractum iuramento firmare; vt de renunciatiooe filiæ habetur *d. cap. quamuis.* & de contractu mulieris, & minoris facto cootra statutum tradunt Doctores allegati à Tiraquello *d. glossa* 4. *num.* 28. Salas tamen *d. sect.* 8 *num.* 8. *versu finem* dicit irritatiooem renunciationis factæ à filia, non solum esse io fauorem filiæ, sed ob bonom commune, ne mulieres quasi tenui dote contentæ cogaotur renunciare hæreditati, & postea pauperes remaneant, attenta sua qualitate; ex quo alia absurda in Republica sequuntur; ex hoc tamen non sequitur, vt peccent iori suo cedentes.

156. Cùm igitur leges actum aliquem irritantes non prohibeant io conscientia illius executionem ex eo præcisè, quod sunt irritantes, vt dignoscatur, an prohibeant, & obligeot necnè in conscientia Suarez *d. cap.* 20. *n* 10, *& seqq.* ait consideranda verba, & materiam legis. Nam si verba legis sint præceptiua, vel prohibitiua, & immediatè directa ad personam, seu contineant præceptum, vel prohibitionem ad personam directam ante irritationem, quæ addatur post præceptum, vel prohibitiooem, tunc cum apertè constet legem ex vi suæ formæ esse præcipientem obligat in cooscientia; si vero verba legis immediatè versentur circa actum, seu contractum qualificādo seu infirmando v.g. lex præscribat modū, & formā, seu solemnitatem facieodi actum, & irritet aliter factum, vel dicat actum non posse fieri nisi com tali solemoitate, & si aliter fiat oullus ipso facto sit; tunc ait idem Suarez legem ex vi sua. seu taliom verborum oon prohibere actum, licèt irritet illum in fauorem alicuius. Quare tunc consideranda suot materia legis, finis, & circumstantiæ; oam si materia ita sit execrata à lege, vt in ipsius odium fiat irritatio, tunc censendum est legem cootinere præceptum de illa vitanda; & ita lex (inquiunt Suarez *num.* 10 & Palaus *d. p.* 11. *num.* 14.) irritans collationem beneficij per confidentiam in conscientia prohibet illam, & irritans electionem religiosi ad Episcopatum acceptatum sine licentia sui Prælati, prohibet talem acceptationem; ita etiam turpia, legata dum irritaotur in odium scribentis, prohibeotur, vel saltem prohibita esse supponuntur *in l. turpia ff. de leg.* 1.

157. ✝ Quod si lex non irritet actum ipso facto, sed præcipiat irritationem eius; tunc ad irritationem non obligat nisi iudicem, qui aliquando ex officio potest teneri ad faciendam talem irritationem, aliquando solùm ad instantiam partis; ante iudicis autem sententiam irritatoriam, irritatio ipsa noo habet locum, nec inducit obligationem io conscientia, vt latè explicat Suarez *d. cap.* 20. *n.* 12. apod quem plura de hac difficultate videri possunt.

SVMMARIVM §. IV.

Electio Prælatorum facta non seruata solemnitate cap. quia propter de elect. *&* cap. 6. sess. 25. de reg. *an in foro conscientia sit valida, si seruata sit forma naturalis.* n. 158. *&* 159.

Electio facta non vocato aliquo ex Electoribus, qui volebat, & poterat venire, est valida, sed potest, & debet irritari ad petitionem contempti. n. 160.

Alienatio rei Ecclesiæ facta sine debita iuris solemnitate absque deceptione, & cum euidenti vtilitate Ecclesiæ an sit valida in foro conscientia, & rem possidens possit illam cum fructibus retinere tuta conscientia, donec per iudicis sententiam alienatio rescindatur. n. 161. *&* 162.

In facto notorio solemnitas relaxatur. n. 161. *fine.*

Alienatio rei Ecclesiæ non seruata forma iuris celebrata in foro externo est ipso iure irrita, non vero solum irritanda. n. 162.

Intelligitur ipsa Ecclesia volente esse nullam, ita quod à nullo alio, neque etiam ab Emptore dicta nullitas allegari potest. n. 163.

Emptor tamen potest retinere rem, & percipere fructus, donec Ecclesia restituat pretium, quatenus facta est locupletior. n. 164.

Pupillus doli capax etiam pubertati proximus contrahens sine tutoris, aut curatoris authoritate, aut iudicis decreto, vbi requiritur, non obligatur naturaliter, & in foro conscientia iuxta vnam sententiam. n. 166. *&* 167.

Idem sine tutoris, vel Curatoris authoritate mutuum dans, vel soluens non transfert dominium in accipientem. n. 168.

Minor habens Curatorem æquiparatur prodigo, & pupillus furioso, ibidem, & qua ratione. n. 177.

Furiosus aliquid promittens, vel soluens non obligatur naturaliter. ibidem.

Pupillus, & minor sine authoritate tutoris, vel Curatoris, vel etiam sine decreto Iudicis ex alienatione, promissione, donatione, oppignoratione bonorum immobilium, vel mobilium, quæ seruando seruari possunt, non obligatur naturaliter, & in conscientia iuxta communem sententiam. n. 169.

Ex aliis verò contractibus, quibus alia bona alienantur factis sine authoritate Tutoris, & Curatoris, aut decreto Iudicis, obligatur naturaliter iuxta eandem sententiā. n. 170. *& an id procedat in pupillo doli capace, infante, & minimè pubertati proximo.* n. 174.

Præfatis contractibus pupilli, vel minoris, in quibus non requiritur decretum iudicis, si accedat fideiussor, is ciuiliter obligatur. n. 170.

Fideiussor non obligatur ciuiliter, nisi principalis obligetur naturaliter, ibidem, & an vbi Principalis obligatur naturaliter, possit semper validè accedere fideiussor. n. 178. *fine.*

Iidem contractus pupilli, & minoris facti sine authoritate Curatoris, aut Tutoris in quibus non requiritur iudicis decretum confirmantur iuramento; & an id procedat etiam in alienatione bonorum immobilium, in quibus requiritur iudicis decretum. ibid. fine.

Qui à pupillo, vel minore per præfatos contractus sine dolo, & iniustitia habet aliquid non tenetur ad restitutionem ante iudicis sententiam, post eam tenetur, & si minor restitutionem in integrum nolit petere, aut infra quadriennium post 25. annum, qui ex præfatis contractibus, vel ludo lucratus est, non tenetur amplius lucrum restituere. n. 171.

Pupillus contrahens cum suo tutore an, & quando obligetur naturaliter, vel etiam ciuiliter. n. 172. *&* n. 179.

Pupillus, aut minor, cui à iudice est interdicta bonorum administratio, si contrahat non obligatur naturaliter. n. 175. *contra.* n. 179.

Quid, si ex contractu pupillus, seu minor non sit factus locupletior, vel si careat tutore, vel mutuo accipiat sine tutoris, vel curatoris authoritate. n. 173.

Intellectus ad varias leges, in quibus dicitur, vel iudicatur pupillum sine tutoris authoritate non obligari, vel non posse obligari. num. 176.

Pupillus doli capax alienans bona etiam immobilia ex suo contractu absque dolo, & fraude, metu, & iniustitia celebrato sine authoritate tutoris contrahit obligationem naturalem ligantem in foro conscientiæ secundum sententiam aliquorum. n. 178.

Præfata tamen obligatio in foro contentioso caret omni effectu iuris ciuilis, estque inefficax ad opponendam exceptionem, & ad retentionem, & ad validum accessum fideiussoris. ib.

Obligatio naturalis orta ex contractu minoris, quando sit vtilis ad præfatos effectus iuris Ciuilis. ibid.

Pupillis, & minoribus contrahentibus sine Tutoris, vel Curatoris authoritate licet ipsi obligentur naturaliter, datur

nihilo

nihilominus restitutio in integrum. n. 165. & latè 181. Datur etiam quotiescunque pupillus, aut minor fuit læsus notabiliter. n.182.

Facta per iudicem in integrum restitutione, & rescissione contractus, qui ex eo contractu accepit aliquid à pupillo, tenetur etiam in foro conscientiæ restituere. n.181.

Præfata restitutio in integrum debet peti intra quadriennium computandum à die, qua est completum tempus minoris ætatis, scilicet à 25. anno completo, usque ad 29. completum. n.182.

Idem tempus quatuor annorum datur aliis personis ad petendam restitutionem in integrum, ut Ecclesia, Reipublica, & pia causa, & currit a die contractus. ibidem.

Si contractus cum pupillo, vel minore absque authoritate tutoris, vel curatoris, aut sine iudicis decreto est onerosus, & vtrique æqualis, is, qui cum eo contraxit, potest rem acceptam retinere, quousque minor restitutionem, & contractus rescissionem petierit; nec tenetur restituere nisi minor restituat pretium acceptum, in quantum factus est locupletior. n.183. & 184.

Si minor non sit factus locupletior ex pretio, post iudicis sententiam tenetur emptor rem restituere gratis etiam in foro conscientiæ, imò etiam ante iudicis sententiam, si res accepta non poterat alienari sine iudicis decreto. num.184.

Limitatur si dolo eiusdem minoris non sit factus locupletior, nam tunc emptori ad rem datam recuperandam competit etiam actio ciuilis. n.184. fine.

Pupillus, & minor quas donationes, & eleemosynas inuito tutore, aut curatore possint facere; & quas donationes, & eleemosynas præcipuè de bonis castrensibus, vel quasi castrensibus. n. 185.

Filiusfamilias absque patris consensu expresso, vel tacito quantum de bonis aduentitiis, & profectitiis possit accipere, donare, vel eleemosynas facere, vel alia ratione honestè insumere. n.186.

Quantum vxor de bonis mariti eo inuito. ibidem.

Filiorumfamilias, & vxorum furta vsque ad quam quantitatem à mortali excusentur. ibidem.

Contractus à pupillo, vel minore sine authoritate tutoris, vel curatoris celebratus cum maiore valet in fauorem minoris, si ipse velit. n.187.

Potest tamen maior cogere minorem puberem ad declarandum solemniter velit nec ne stare contractui, sicut & is, qui minus solemniter contraxit cum Ecclesia, pupillum autem non potest cogere, sed expectandum vt pubes efficiatur. num.188.

Si maior, qui contraxit cum minore sine requisitis à iure nondum compleuit contractum, potest illum non implere nisi minor procuret consensum tutoris, vel curatoris. num 189.

Qui ex contractu pupilli, vel minoris, puta, donatione, vel ludo aliquid habet, vel lucratus est, an teneatur illud restituere tantum post iudicis sententiam. num.190. cum seqq.

Quid, si minor non vult petere restitutionem in integrum ex verecundia, vel propter magnas impensas, vel non potest obtinere ob contradictionem eius, qui lucratus est, vel ob iudicis negligentiam, & an his casibus minor possit vti occulta compensatione. n.191.192.193.194. 195. & nonnullis seqq.

Qui ludo alearum prohibito perdidit aliquid sine dolo, & iniustitia, & non vult petere restitutionem in iudicio, vel non potest obtinere restitutionem per iudicis sententiam, an possit vti occulta compensatione n. 192.195. & 197.

Qui lucratus est ludo prohibito non tenetur restituere lucrum, nisi post iudicis sententiam. n.195. & 197.

Minore petente in iudicio restitutionem in integrum, si is, qui lucratus est, interrogatus à iudice neget contractum, & lucrum an peccet, & teneatur ad restitutionem lucri. n.199. ad 205.

Quid de eo, qui in ludo prohibito lucratus est, & interrogatus à Iudice negat ludum, & lucrum, & ideo non potest condemnari, iisdem num.

Restitutio per iudicis sententiam facienda ei, qui in ludo prohibito perdidit, an sit mera pœna criminis, vel inducta ob bonum publicum n. 202. & 204.

Pupillus, seu minor, vel qui ludo prohibito, casu, quo potest beneficium restitutionis implorare, vel lucrum ab altero acquisitum repetere, an possit tuta conscientia propria authoritate non soluere, quod promisit, an vero in foro conscientiæ teneatur non soluere, & stare contractus, vel petere, & obtinere rescissionem à iudice. n.106. ad 215.

Cui datur actio ad repetendam rem solutam, conceditur etiam retentio, seu exceptio vt non soluat. n.206.

Id procedit non solum quando actio ad repetendum est perpetua, sed etiam sit limitato tempore concessa, puta, ad quadriennium, vel biennium. n. 207. an procedat solum in foro exteriori. num. 214.

Annalia, seu temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. num.207.

In prouinciis, in quibus non est recepta, vel est abolita lex ciuilis concedens repetitionem rei perditæ, & solutæ in ludo prohibito, qui lusit pecunia credita, tenetur in foro conscientiæ soluere pecuniam, quam perdidit. n.214.

Minans fictè, & sine animo repetendi alteri repetitionem eorum, quæ ludo prohibito perdidit, potest retinere quod alter hac de causa dedit. num.215.

Prodigus, cui bonis interdictum est, an, & quando ex suo contractu sine curatoris authoritate facto obligetur, naturaliter & in foro conscientiæ. n.216.

Quid antequam ei datus sit curator, vel si post datum curatorem iam rediit ad sanam mentem nondum per iudicem reuocato curatore. n.216. & 220.

Alia de hac re. n.219.

Stante statuto, ne mulier, vel minor possit contrahere sine consensu duorum proximorum, vel viri, an ex contractu aliter facto obligentur naturaliter & in foro conscientiæ. num.221. & 222.

Cum lex 54. Tauri *prohibeat ne mulier sine licentia viri sui possit vllam hæreditatem repudiare, an si repudiet absque viri consensu, repudiatio in foro conscientiæ sit valida. num.223.*

An hæc lex comprehendat etiam repudiationem legati, & agnitionem fideicommissi. ibidem.

Mulier fideiubens non seruata solemnitate l. antiquæ. §. fin.Cod. ad velle: *an obligetur naturaliter. n.224.*

Ex alienatione fundi dotalis contra legis prohibitionem facta an oriatur naturalis obligatio. n.225.

Alia summaria vide post numerum 225.

§. IV.

Ex doctrina, & variis sententiis traditis in primo, & secundo paragrapho *resoluuntur nonnulla dubia.*

Pro praxi, & faciliori vsu eorum, quæ *in primo, & secundo paragrapho* tradita sunt in genere, sequentia dubia in materiis particularibus proponenda, & resoluenda censui:&

Electio Prælatorum facta non seruata solemnitate cap.quia propter de elect. *an in foro conscientiæ sit valida.*

Primum dubium sit, an electio Prælatorum celebrata non seruata forma *cap. quia propter de electione* & *cap.6. sess.25. de reg.* si in ea interuenit forma naturalis, scilicet liber consensus eligentium, nempè maioris partis eorum, sit valida in foro conscientiæ. non obstante quod in dictis iuribus contineatur clausula irritans ipso facto electionem aliter factam.

Esse validam ac proinde electum esse verum Præla- 158.

 tum,

latum, nec teneri in conſcientia reſignare, ſi ſecuta ſit confirmatio; ſed poſſe adminiſtrare, donec in foro externo electio declaretur nulla, & dignitate priuetur. tradunt Doctores relati ſuprà *num.* 32. & 38. Nauarrus *lib.* 1. *conſ.* 10. *num.* 2. *de elect. in* 2. *edit.* & *in com. de ſpoliis* §. 2. *num.* 2. & *in comm. de reb. eccleſ. non alienandis num.* 17. Syluester *v.* electio *q.* 10. Miranda *in man. Prælat. to.* 2. *q.* 23. *art.* 30. *concl.* 3. *in fine.* Sigiſmundus à Bononia *de elect. & poteſt. Prælat. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 1. *&* 2. Iulius Lauotius *var. lucub. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 9. & *cap.* 21. *num.* 27. Samuelius *de canonica electione tract.* 1. *controuerſia* 6. & plures alij ab eiſdem relati. Et tenuit Rota *in Treuer. Abbatia S. Maximi* 24. *Nouemb.* 1624. coram Coccino *verſic. nec facit*, cuius deciſionis verba refert Caſtellus *de elect. can. cap.* 4. & *in Valleſoletana præeminentiarum* 29. *Maij* 1604. *coram Pamphilio ad finem.* fundamentum eſt, quod ſolemnitates ſint inductæ ad euitandas deceptiones, quæ cum ceſſent in hoc caſu, non eſt de earundem ſolemnitatum defectu curandum quoad forum conſcientiæ, cum forma naturalis ſit conſenſus eligentium.

159. At eſſe nullam in foro conſcientiæ, tenerique electum nullo modo illam acceptare niſi ex ignorantia inculpabili excuſaretur, tenent Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 81. *verſic. ad primum ergo.* Bartholomeus Salon 2. 2. *q. de dominio art.* 4 *verſic. excipitur.* & *verſic. ad tertium reſpondeo.* Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 7. & alij Doctores ſupra *num.* 19. relati. Quorum aliqui fundantur in ratione vniuerſali adducta ad probandam ſententiam *dicto num.* 19 poſitam ſcilicet, quod ſolemnitas electionis non eſt inducta ſolùm ad euitandas fraudes in particulari; ſed tanquam forma ſubſtantialis actus ob bonum publicum, ſcilicet, ad euitandum in communi periculum fraudis. Vnde lex de illa ſolemnitate non ceſſat ex eo, quod ceſſet in particulari caſu omnis fraus. Alij probant ratione adducta ſupra *n.* 27.

160. Aduertendum, quod ſi diſpoſitio *d. cap. quia propter* fuerit in reliquis ſeruata, & electio ſolum in eo peccet, quod aliquis electorum, qui debent, volunt, & poſſunt interuenire commodè electioni, non fuerit vocatus, cum tamen fuerint congregatæ ſaltem duæ partes eorum, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe; electionem etiam in foro exteriori non eſſe ipſo iure nullam, ſed ſolùm ad petitionem contempti irritandam, *cap. quod ſicut*, & *cap. bona* 2. *de elect.* ibidem Scribentes Panormitanus *in cap. in Geneſi num.* 11. *de elect.* Menochius *conſ.* 67. *num.* 31. Syluester *verbo* electio *q.* 5. *dicto* 5. Tabiena *eodem* 1. *num.* 13. Molina *vbi ſuprà*, & Doctores communiter, quos referunt & ſequuntur Lauorius *d. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 13. *&* 17. & Sigiſmundus à Bononia *d. cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 1.

Alienatio rei Eccleſiæ facta ſine debita Iuris ſolemnitate, ſed ſine deceptione, & cum vtilitate Eccleſiæ, & ex iuſta cauſa, an ſit valida in foro conſcientiæ, & etiam in foro externo.

Dubium ſecundum, An alienatio rerum Eccleſiaſticarum facta ſine ſolemnitate à iure canonico requiſita, ſi fiat ex iuſta cauſa, & in vtilitatem, vel propter neceſſitatem Eccleſiæ, ita quod Eccleſia non ſit defraudata; & interuenerit liber conſenſus eorum, qui alienare poſſunt, ſit in foro conſcientiæ valida, & is qui per talem alienationem poſſidet, & retinet rem eccleſiaſticam ſic alienatam pura, omiſſo tractatu, vel beneplacito Apoſtolico tutus ſit in conſcientia, & licitè poſſit retinere, ſaltem donec per Iudicis ſententiam alienatio pronuncietur nulla, & omnino reſcindatur.

161. Validam eſſe, & poſſidentem licitè retinere affirmant Iuriſperiti, Theologi, & Summiſtæ relati ſupra *num* 32. *&* 38. & expreſsè Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. *verſic. quod attinet.* Azorius *p.* 2. *lib* 9. *cap.* 1. *q.* 8. & *quæſt.* 9. *verſic. hac in re.* Nauarrus *in comm. de reb. eccleſ. non alienandis num.* 17. & *d. comm. de ſpoliis* §. 2. *num.* 2. & Quaranta *in ſumma bullarij verbo* alienatio *num.* 50. *fine.* poſt Abbatem *in cap.* 1. *num.* 17. *de reſtit. in integrum*, & Felinus *in cap.* 1. *n.* 39. *de conſtitut.* ita etiam procul dubio ſentiunt omnes Doctores aſſerentes abſolutè validam eſſe alienationem rerum eccleſiaſticarum factam ſine ſolemnitate, ſi ſit vtilis Eccleſiæ. ita Gloſſa *in l. cum ij* §. *eam tranſactionem ff. de tranſactionibus*, Decius *in cap.* 1. *prima lectura num.* 71. *de conſtit.* Titaquellus *de lege conn. gloſſa* 8. *num.* 87. & plures alij, quos referunt Rodoanus *de reb. eccleſ. non alien. q.* 20. *à num.* 174. *ad finem.* Antonius Gabriel *lib.* 3. *com. opin. tit. de rerum alienatione concl.* 1. *num.* 1. Maſcardus *de probat. concl.* 75. Marcus Antonius Genoenſis *in practicab. eccl. q.* 136. & Aloyſius Riccius *in praxi aurea p.* 1. *reſol.* 7. *num.* 1. & *reſol.* 12. *num.* 2. & *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 7. *num.* 1. & *deciſ.* 12. *num.* 2. & eſſe communem opinionem tradunt Gabriel, & Maſcardus *vbi ſupra*, eandemque tenet Michaël Ferrus *reſolut. p.* 2. *q.* 105. *num.* 39. & pro hac eadem ſententia plures alios affert Cæuallos *comm. contra comm. quæſt.* 675. *à num.* 1. *ad* 12. Fundamentum eſt, quia in hoc caſu ex parte alienatio, iure naturali inſpecto, eſt valida, ex alia interuenit finis, & effectus, ad quem reſpiciunt iura ſolemnitates requirentia in alienatione rei Eccleſiæ, cum ſint inductæ ad euitandas deceptiones, & vt liqueat de vtilitate, ſi ergo ceſſet omnis deceptio, & vtilitas ſit clara, & notiſſima, valida in foro conſcientiæ erit alienatio. Hinc Nauarrus *d. num.* 17. & Quaranta *vbi ſuprà* inferunt Beneficiarium alienantem iuſta de cauſa, & in caſu permiſſo rem Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, & facientem meliorem conditionem Eccleſiæ, quoad Deum non peccare mortaliter, nec incidere in pœnas Paulinæ ambitioſæ: imò iuxta alios Doctores aſſerentes abſolutè validam eſſe alienationem rei Eccleſiæ factam abſque iuris ſolemnitate, ſi contineat fauorem, & vtilitatem Eccleſiæ notoriam, neque etiam quoad forum exterius in eaſdem pœnas incideret, conſtito de Eccleſiæ vtilitate; & ad id optimè faciunt tradita à Rodoano *d. quæſt.* 20. *num.* 199. *& ſeqq.* & alia, quæ latius proſequuntur Cæuallos *d. q.* 675. *à d. num.* 1. *ad* 12. & Marcus Antonius Genuenſis cum aliis *d. quæſt.* 136. vbi concludit abſolutè res Eccleſiæ abſquè ſolemnitate poſſe alienari propter notoriam vtilitatem v. g. vt res vtiliores ſtatim comparentur, tum ob rationem adductam, tum quia in facto notorio ſolemnitas relaxatur *cap. ad noſtram* 3. *de iureiur.*

Verùm huiuſmodi alienationem rei Eccleſiæ abſque debita iuris ſolemnitate factam ſine illa deceptione, & etiam vtilem Eccleſiæ nullam eſſe in foro conſcientiæ tenent Suarez loco ſuprà *num.* 159. relato, Gomez *in l.* 3. Tauri *num.* 124. *verſic. quarto infero*, Sarmiento *de reditibus p.* 1. *cap* 2. *num.* 6. *& ſeqq.* & *lib.* 3. *ſelect. cap.* 13. *num.* 2. Cæuallos *d. q.* 675. *num.* 23. Sanchez *in conſil mor. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 15. & alij apud eundem; & nonnulli alij relati ab Aloyſio Riccio *d. reſolut.* 12. *num.* 2. *initio* & Cæuallos *d. q.* 675. *à num.* 13. *ad* 20. Huius ſententiæ fundamentum eſt, quia alienatio, vel permutatio, aut quælibet conceſſio, vel obligatio de rebus Eccleſiæ contra formam aut prohibitionem tam canonum antiquorum, quam nouarum conſtitutionum eſt ipſo iure nulla & irrita *can. ſine exceptione* 12. *q.* 2. *cap.* 2. *de reb. eccleſ. non alien. in* 6. & Extrauag. *Ambitioſè eod. tit.* & licèt Stephanus Bauny *p.* 3. *theolog. mor. lib.* 1. *q.* 6. *aſſert.* 3. *verſic. ad primum* velit alienationem bonorum Eccleſiæ factam ſine ſolemnitatibus debitis non eſſe ipſo iure nullam, ſed irritandam, dicens canonem prædictum *ſine exceptione* continere irritationem futuram, idque indicare eius verba, quæ ſunt, *irrita Epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniuentia, & ſubſcriptione Clericorum.* verbum enim illud *erit* denotat irritationem in futurum, ſcilicet, erit irritanda, reſcindenda. Addit Bauny eundem

dem esse sensum canonis Concilij Agathentis, vbi postquam significatum est à ●ribus, licere interdum Episcopis pro Ecclesiæ necessitate, aut vtilitate de tebus Sacris aliquid distrahere, *dummodo apud duos, vel tres Comprouinciales causa, quâ necesse sit vendi primitus comprobetur, vt habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione, quæ facta fuerit, venditio, comprobetur*, statim subiungitur, *Aliter facta venditio, vel transactio non valebit*; Ex his enim verbis, cùm respiciant tempus futurum, idem Bauny infert alienationem bonorum Ecclesiæ debitis destitutam solemnitatibus non esse irritam, sed irritandam. Nihilominus iuxta dictum Canonem *sine exceptione* alienationem rei Ecclesiæ sine debitis iuris solemnitatibus esse ipso iure irritam tradunt Gonzales *ad reg.8. Cancell. glossa 56. num.* 94. Sanchez *d. dub.* 14. *num.*4. & Augustinus Barbosa *collectaneo ad d. canon. sine exceptione num.* 6. & *de iure vniuers. eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 46. Et quatenus non esset irrita ipso facto per *d. canon.* decernitur ipso factu irrita *d. cap.2. de reb. eccles. non alien. in 6.* & *in d.* Extrauag. Ambitiosè, & non solum iuxta *d.* Extrauagantem, sed etiam iuxta ius antiquorum canonum in iudicio esse nullam ipso iure tradit Azotius *d. q. 9. versic. hac in re.* Et ad hoc, vt alienatio rei Ecclesiæ sit valida, etiamsi sit vtilis Ecclesiæ, & adsit iusta causa alienandi tequiri duo copulatiuè, nempè causam, & solemnitatem, ita vt altero deficiente sit ipso iure nulla, præter plures alios Doctores, quos allegant Antonius Gabriel *d. concl.* 1. *num.* 1. *versic. contrarium*, Rodoanus *d. quæst.*20.*n.*105. *& seqq* & *q.* 24. *num.* 63. & *pluribus seqq.* asserunt idem Rodoanus locis citatis, & etiam *q.*22. Quaranta *d.n.* 50. Nauarrus *d. comm. de reb. eccles. non alien. num.* 13. Petrus Barbosa *in l.1.p.* 5. *num.* 9. *ff. soluto matr.* Cæuallos *d q* 675. *num.*23. Rodriquez *qq. reg. to.*1. *q.* 27. *art.* 9. Augustinus Barbosa *locis citatis, de potest. Episcopi alleg.*95. *num.* 47. Gonzales *d glossa* 56. *num.* 94. *&* 95. Riccius *d. resol.* 7. *num.* 3. & *d. resol.* 52. *num.*1. & *d. decis.* 7. *num.* 4. & *d. decis.* 12. *num.* 5. quibus in locis alios recentiores idem sentientes cumulat nempè Mynsingerum *cons.*30. *num.* 35. Mascardum *concl.* 78. *num.*6. *cum seqq.* Franc. *decis.* 15. Guid. Papam *decis.* 149. *&* 156. Baldum *decis.* 90. Rubinum *decis.* 29. Magon. *decis.* 69. *num.* 4. Ioseph Lud. *decis.* 93. & plures alios: allegat etiam Rotam Romanam, quam refert ita tenuisse in *Placentia bonorum* 7. *Aprilis* 1581. *coram Seraph. in Pisana bonorum* 30. *Decembris* 1588. *coram Cantusio in Senensi præd.*8. *Octobris* 1584. *coram Pamphilio in Romana deuolutionis* 28. *May* 1582. *coram Rub.* & *decis.* 203. apud Farinacium & *alibi*, & alias Rotæ decisiones ad id refert Gonzales *d. num.*95. Cùm ergo huiusmodi alienatio rerum Ecclesiæ absque iuris solemnitate sit ipso facto irrita iuxta ius canonicum, & leges ecclesiasticas, erit nulla etiam in foro conscientiæ, ex eaque non fiet translatio dominij iuxta tradita suprà *num.* 22. *ad* 27. Talis etiam solemnitas non est præscripta à iure propter euitandas fraudes, & deceptiones in casibus particularibus, sed tanquam forma substantialis pro validitate actus ob bonum publicum, & ad euitandum in genere periculum deceptionum, & fraudis; ac proinde ea omissa non potest actus subsistere vllo modo neque in foro externo, neque in foro conscientiæ. Confirmant Sarmiento, vt Sanchez *vbi suprà* ex doctrina tradita suprà *num.* 27. & aiunt esse diuersam rationem in hoc casu, & in casu testamenti minus solemnis, & aliorum actuum non dependentium à potestate publica; nam testamentum minus solemne, & actus item minus solemnis, qui non est publicæ potestatis, habet perfectum testatoris, & agentis, seu contrahentis consensum; & secundum ius naturale habet perfectionem, desuntque solæ solemnitates iuris ciuilis; at in alienatione rerum Ecclesiæ deest consensus potentis alienare; quia cum Ecclesia sit persona mistica, nequit præstare consensum nisi mediante actu, voluntateque eorum, quibus hinc explicare à iure concessum est, & eo modo, & forma, quibus est iis à iure consensum explicare permissum, & si aliter fiat, sine consensu sufficienti obligaretur Ecclesia.

163. Declaratur tamen vt contractus alienationis vtilis Ecclesiæ absque debita iuris solemnitate initus sit ipso iure nullus, si ipsa Ecclesia, in cuius fauorem introductæ sunt solemnitates, velit esse nullum, secus si velit esse validum, & tenere, adeo quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quam ab Ecclesia. ita Sarmiento *de redditibus p.*1. *d. cap.* 1. *num.* 16. *&* 17. & *d. lib.* 3. *select. cap.* 23. *num.* 2. Sanchez *d. dub.* 14. *num.* 2. Cæuallos *d. q.*675. *num* 20 & 21. plures alios allegans Rodoanus *d. q.* 20. Quaranta *verbo* alienatio *n.* 34. *versic. ad cuius opinionem*, & multis aliis Doctoribus, & decisionibus Rotæ Romanæ relatis Gonzales *ad d. reg.*8. *d. glossa* 56. *num.*95. Garzias *de beneficiis p.*2 *cap.* 1. *num.*75. & Aloysius Riccius *d. resol.*7. *num.*4. & *d. decis.*7. *num.* 4. de hac re iterum infra *num.*287. *& seqq.* & *in titulo de alienatione rer. eccles. num.*96. *& seqq.*

164. Aduertendum etiam, quod non obstante defectu solemnitatis, si contractus alienationis est vtilis Ecclesiæ, & factus est ex iusta causa, qui ex tali contractu rem Ecclesiæ possidet, potest tuta conscientia illam retinere, & fructus percipere, donec Ecclesia restitutionem, seu contractus rescissionem petierit, vt notaui suprà *num.* 57. & præter Doctores ibidem allegatos tradunt Nauarrus *in comm. de spoliis cler.* §. 2. *num.* 6. Rodoanus *q.*46. *num.*4. *& seqq.* Azotius *locis citatis* & Aloysius Riccius *de res.*7. *n.*4. & *decis.*7. *n.*4 Non tenetur etiã restituere rem nisi ab Ecclesia pretium restituatur, quatenus locupletior sit effecta iuxta tradita supra *num.* 57. *&* 58. & Doctores *ibidem* allegatos. de qua re quoque infra hoc tomo in titulo *de alienatione rerum Ecclesiæ num.*525. *&* 526.

An Pupillus, & minor contrahentes sine tutoris, vel curatoris authoritate obligentur naturaliter, & in foro conscientiæ.

165. Dubium tertium, An pupillus doli capax, qui intelligit quid agit, & minor habens curatorem sine authoritate tutoris, aut curatoris, vel sine decreto Iudicis in casu in quo à iure requiritur contrahentes, seu alienãtes vel distrahentes bona propria per donationem, aut quemlibet contractum obligentur naturaliter, & in foro conscientiæ, ita vt ipsi teneantur in foro conscientiæ ad ipsius contractus obseruationem, & qui aliquid possidet ex donatione pupilli, seu minoris, aut ex alio contractu, aut ludo acquisitum non teneatur illud restituere, si pupillus, seu minor non rescindat contractum, nec petat restitutionem in integrum, sed libere velit stare contractui; nam si pupillus seu minor velit vti beneficio rescissionis, seu restitutionis in integrum per Iudicem faciendæ; dubium non est, quin post iudicis sententiam rescissiuam, vel restitutionem tenetur restituere. Dixi *pupillum, aut minorem* &c. Quia quoad hanc obligationem naturalem, & in foro conscientiæ ex contractu idem iuris est de minore pubere habente curatorem, & absque eius authoritate contrahente; ac de pupillo, cum in hoc æquiparentur, vt constat *ex l. si curatorem. Cod. de in integrum restitut.* & tradunt communiter Doctores, quos allegat Sanchez *de matr. lib.*6. *disp.*38. *num.*1. & colligitur aperte ex Doctoribus *infrà* allegandis, qui indiscriminatim loquuntur de pupillo, & minore habente curatorem.

Prima sententia.

166. Non pauci Doctores igitur asseruerunt absolutè & indistinctè pupillos doli capaces, & excedẽtes annum septimum, & etiã proximos pubertati. Quandonam autẽ puer, vel

vel fœmina debeat dici proximus, vel proxima pubertati latè explicaui in *tomo secundo horū moralium tit. 2. n. 114.* vbi dixi id relinqui iudicis arbitrio; licèt magis communis Doctorum teneat marem dici proximum pubertati, quando iam compleuit annum decimum, & dimidium; fœminam vero, quando compleuit annum nonum & dimidium) sine authoritate tutoris, aut curatoris, aut decreto iudicis, quando est necessarium, contrahentes naturaliter, & in conscientia non obligari suis contractibus, seu quod idem est, pupillos, & minores à lege ita esse effectos inhabiles ad contrahendum sine authoritate tutoris, vel curatoris, vt eadem lege impediente ex tali contractu nulla oriatur obligatio nec ciuilis, nec naturalis, & consequenter ipsi non obligentur in conscientia; & is, qui aliquid retinet ex donatione pupilli, vel minoris, aut alio contractu, vel ludu acquisitum teneatur illud restituere, etiamsi pupillus, seu minor non petat à iudice rescissionem contractus; & restitutionem in integrum, sed velit libere stare contractui. Ita Innocentius *in cap. quia plerique num. 3. versic. quid dices de immunitate eccles.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum p. 2. §. 4. num. 10. versic. Vndecimo in fine. & in reg. peccatum 1. p. §. 4. num. 4. versic. Deinde illud*, Mænochius *de præsumpt. lib. 6. quæst. 80. num. 5.* Gomez *in l. 3. Tauri n. 125.* Sarmiento *de redditibus eccles. p. 1. cap. 2. num. 5. & seqq.* & plures alij Iurisperiti, quos allegant Sanchez *d. disp. 38. num. 20. fine, num. 30. initio. & num. 35.* & Fagundez *de iustitia lib. 1. cap. 15. num. 1.* & ex Theologis ac summistis S. Thomas *2. 2. q. 32. num. 7. ad 2.* & *in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. in fine*, vbi de ludo loquens dicit videri aliquid illicitum diuino iure, aut naturali, scilicet, quod quis lucretur ab his, qui rem suam alienare non possunt, vt sunt minores, & furiosi. Et quod acquisita ex ludo, vel alio contractu minorum sine authoritate tutoris, vel curatoris, is, qui à minore acquisiuit, teneatur restituere, antequam minor petat, docuerunt etiam Gabriel *in 4. dist. 15. q. 3. in principio notab. 3.* Syluester *v. ludus q. 11.* Tabiena *eodem num. 8.* Sotns *lib. 4. de iustitia q. 5. art. 2. versic. hac demum.* Salon *q. 5 de dominio art. 7. dub. penult.* & plures alij relati à Sanchez *d. num. 30. & d. num. 33.* & ita sentit etiam Bonacina *de contract. disp. 3. q. 1. p. 5. num. 5. fine.* & hanc sententiam valde probabilem aiunt Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 17. dub. 8 num. 61.* & alij ex recentioribus infra allegatis & nouissimè hanc sententiam sequitur vt pluribus nititur probare Diana *p. 8. tract. 7. resol. 20.*

167. Probatur præcipuè hæc sententia, quia lex decernit pupillum non posse obligari absque tutoris authoritate *l. pupillus in principio pupillum obligari tutori, eo authore non potest, scilicet, sine authoritate alterius contutoris ff. de autho. tut. l. obligari eod. tit.* vbi dicitur, *obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris authoritate non potest. §. pupillus instit. de inutilib. stipulat. instit. de auth. tut. in principio.* & *l. 1. Cod. de inutilib. stipulat. l. obligari ff. de act. & oblig.* quibus in locis idem habetur *l. si curatorem Cod. de in integ. restit.* vbi dicitur *contractum celebratum à minore pubere habente curatorem sine curatoris auctoritate non seruari*, quod est dicere esse ipso iure nullum, vt *ibi* Doctores. & *l. contra iuris ff. de pactis*, dicitur contractum pupilli sine authoritate tutoris factum ratum non haberi, ergo & consequenter non induci obligationem naturalem. *l. pupillus 58. ff. de act. & oblig.* vbi expresse dicitur *pupillus mutuam pecuniam accipiendo, nec quidem iure naturali obligatur l. quod pupillus 41. ff. de condictione indebiti*, vbi pariter dicitur, *quod pupillus sine authoritate tutoris promiserit, & soluerit, eius repetitio est, quia nec natura debet*: non ergo ex contractu pupilli, aut minoris absque tutoris, vel curatoris authoritate oritur naturalis obligatio in conscientia illos obligans stare contractui.

168. Quod confirmatur, quia pupillus, seu minor sine tutoris, aut curatoris authoritate mutuum dans, aut soluens non transfert in accipientem dominium, sed simplicem possessionem, retinens sibi dominium, vt habetur *instit. quibus alienare licet, §. admonendi* ibi *si pupillus mutuam pecuniam sine tutoris authoritate, alicui dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis* & *§. finali* ibi *Pupilli, vel pupilla soluere sine tutoris authoritate non possunt; quia id quod soluunt, non fit accipientis, cum nullius rei alienatio sine tutoris authoritate concessa sit.* Non igitur ex tali contractu oritur naturalis obligatio illos ligans in conscientia, alioqui dominium transferretur in accipientem, ipseque posset tuta conscientia tanquam rem suam retinere. Etenim iuxta Theologos communiter ex contractu, seu actu, ex quo oritur naturalis obligatio, fit etiam dominij translatio, vt constare potest ex dictis hoc, & præcedenti titulo. Confirmatur præterea, quia in pluribus præallegatis iuribus lex vtitur verbo *non possunt*, vel *non potest*, per quod legem auferre omnem potentiam ad contrahendum, & reddere contrahentem antecedenter inhabilem ad faciendum actum validum, aut aliquam obligationem parientem traditum est supra *num. 121. & seqq.* Confirmatur tertio, quia minor habens curatorem æquiparatur prodigo, cui bonis interdictum est. *allegata l. si curatorem Cod. de integ. restit.* & *l. cert. condictio 9. §. quoniam ff. si certum petatur* ergo sicut prodigus non obligatur naturaliter, quia fideiussor accedere non potest, nec obligatur *l. is, cui bonis 6. ff. de verb. obligat.* ita nec minor &c. similiter etiam pupillus sine tutoris authoritate æquiparatur furioso *l. interdum 29. ff de condict. indebiti* ibi *interdum persona locum facit restitutioni; vt puta si pupillus sine tutoris authoritate, vel furiosus soluerit*: furiosus autem non obligatur naturaliter, ergo nec pupillos.

Secunda sententia.

Alij distinguunt inter contractum pupilli, vel minoris, quo sine tutoris, vel curatoris, sed propria tantum authoritate alienant, vel oppignorant bona immobilia, vel mobilia, quæ seruando seruari possunt, vt sunt aurum, argentum, gemmæ, & alia similia; & inter contractum, quo propria authoritate alienant, vel oppignorant alia bona propria à prædictis.

169. Itaque ex alienatione, promissione, vel oppignoratione bonorum immobilium, vel mobilium, quæ seruando seruari possunt à pupillo, ad minore habente curatorem sine authoritate tutoris, vel curatoris, vel etiam cum illorum authoritate, sed tamen absque iudicis decreto eos non obligari naturaliter, & in conscientia tradunt Bartholus *in l. 1. num. 7. & 8. ff. de nouat.* ibidem Paulus *num. 7.* Angelus *instit. de inutilib. stipulat. §. pupillus num. 3.* & communem Iurisperitorum ait Vasquius *de success. creat. §. 30. num. 23. initio*, quos sequuntur Sanchez. *d. disp. 38. num. 26.* & Theologi omnes *infra* allegandi. Fundamentum est, qoia tali alienationi sine iudicis decreto factæ ius resistit, illamque vult esse ipso iure irritam *l. 1. & pluribus seqq. ff. de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt l. lex quæ tutoris Cod. de administratione tutorum l. 7. l. 11. & 15. Cod. de prædiis minorum.* ex quo infertur, si pupillus, vel minor contractum, quo rem immobilem, vel quæ seruando seruari potest propria authoritate alienauit, promisit &c. impleuit, cum nullo modo teneretur, neque etiam naturali obligatione, eum posse rem suam repetere absque beneficio restitutionis, quod non est necessarium, nisi quando contractus fuit validus saltem quoad obligationem naturalem inducendam, & maiorem, cum quo initus contractus, teneri etiam ante iudicis sententiam rem acceptam restituere volente minore, aut eius tutore. vel curatore, cum per contractum nullum ius acquisierit.

170. Ex aliis vero contractibus, quibus alia bona præter prædicta alienantur, & in quorum alienatione non requiritur Iudicis decretum sine authoritate tutoris vel

Curatoris

Curatoris celebratis pupillum, & minorem obligari naturaliter, & in conscieortia affirmant Glossa *in l.t. verbo* promiserit *ff. de nouat.* ibi Bartholus *n.7.* Paulus, Angelus & alij communiter Nauarrus *cons. 39. n. 11. de sponf. in 1. edit. & cons.1 in 2. edit.* Antonius Gomez *in hoc sibi contrarius to.2. var. cap.14. n. 1.* & inoumeri alij Iurisperiti, quos cumulat Sanchez *d. disp.38. n.21.* ex Theologis idem doceot Molioa *de iustit. tract. 2. disp. 224. versic. quamuis autem.* Azotius *3. p. lib. 6. cap. 14. quaest.10.* Sanchez *d.disp.38.eod n.21.* Lessius *de iustit. l.2. cap. 17. dub.7. n.56. versic. aduerte tamen,* & *dub.8. n.61.* Layman *lib. 3. tract.4. cap. 9. n.7.* Villalobos *2.p.summ. tract.19.diff.10.n.2.* Turllench *in decal.lib.7.cap.16.dub.6. n. 3.* Fagundez *de instit. lib. 1. cap. 13. n.19.* Stephanus Bauny *p.3.dib. 1.tract. 1. q.4. affert 4.* & *9 6.asser.1.3.versic. Maior est falsa,* Ioan. Lugo *de iustit.p.2. disp.22. n.287. & seqq.* Diana *p.3.tract. 5.resolut.44.* & plures alij relati à Sanchez. Probatur tum ex *l.si pupillus ff. ad falc.* in qua expressè babetur pupillum fine tutoris authoritate mutuo accipientem naturaliter obligari; tum ex *d.l. 1. ff.de nouat.in fine* ibi: *dummodo sequens obligatio aut ciuiliter, aut naturaliter teneat, vt puta si pupillus fine tutoris authoritate promiserit.* tum ex *l.cum illud § hares ff. quando dies legatorum.* ex *l.si cius 64.ff.ad Trebell. in principio & ex l. Marcellus 16. ff. de fideiussor.* ex quibus iuribus clarè patet pupillum naturaliter obligari posse fine tutore, vt bene,notat, & explicat post alios Sanchez *d. n. 21.versic. secundo.* Confirmant Sanchez & alij praecitati,quia si ad contractum pupilli fine tutoris authoritate celebratum accedat fideiussor, is ciuiliter obligatur, vt colligitur *ex l. finali ff. de iureiurando in princ. & l. si pupillus ff. de receptis, qui arbitr.* At communis Iurisperitorum sententia est fideiussorem ciuiliter non obligari; nisi Principalis saltem naturaliter obligetur *l. cum lex & l. si fideiussor obligari in principio ff. de fideiussoribus, & mandatoribus & l. naturaliter ff. de conditione indebiti,* vbi ratio redditur, cur fideiussor pro seruo acceptus teneatur, quia seruus naturaliter obligatur; *naturaliter* (inquid) *seruus obl.gatur, & ob id fideiussor pro seruo acceptus tenetur.* Glossa *in l. fideiussor obligari* verbo *non est,* Tiraquellus *post leg. connub. glossa 4.num.14.* Franciscus Molions *de ritu nupt.lib.1. compar. 19.num.13. 52. & 55.* vbi alios iurisperitos refert. & Nauarrus *comm. 2. de reg num.42.* Huius rationem reddunt praesertim Glossa, qoia deficiente principali obligatione, non valet accessoria, *reg. cum principalis 138 ff. de reg. iur.* Confirmant secundo, quia contractus factus à minore pubere fine authoritate curatoris, & factus à pupillo fine authoritate tutoris confirmatur iuramento, dummodo iuramentum accedat post pubertatem, vt post alios Sanchez *d. disp.38. num. 13.* iuramentum enim cadit super obligationem naturalem, quam confirmat inducendo nouum vinculum, ita quod iuramentum non confirmat contractum, ex quo lege resistente nulla oritur obligatio, nec naturalis, vt Tiraquellus innumeros alios allegans *d. gloss. 4. num. 26. & 27.* & Molinus *d. comparat. 19. num.48.* Quamuis contrarium teneant plures alij Iurisperiti allegati à Tiraquello *d. glossa 4. num. 28.* in quorum fauorem retorqueo argomentum huius confirmationis; nam etiam alienatio bonorum immobilium à minore absque decreto Iudicis facta iuramento confirmatur, vt constat *ex l. 1. & authent. Sacramenta puberum Cod. si aduersus venditionem,* vt Sanchez *d. num. 13.* & alij *suprà* relati, & alij relati à Sanchez.ergo dicendum est vel ex tali contractu oriri obligationem naturalem, quod negant communiter Iurisperiti, vt dictum est *num. 169.* & ferè omnes Theologi *suprà* relati, & ipse Sanchez; vel iuramento confirmari contractum, ex quo neque etiam naturalis obligatio oritur. Verum huius loci non est de hac re latiùs disputare.

171\. Hinc rectè inferunt praefati Doctores eum, qui à pupillo, & minore nullo dolo, aut metu interueniente, & omni iniustitia cessante habet aliquid per contractum, vel donationem p ad cuius alienationem non requiritur decretum Iudicis; non teneri ad restitutionem ante sententiam iudicis, & restitutionem in integrum. Neque obstat, quod pupillus, & minor non possit transferre dominium per talem actum secuta traditione impediente lege, vt constat ex iuribus *n. 168.* allegatis. Nam nihilominus obligatione naturali tenentur stare contractui & rem illam alteri tradere, & traditam permittere possideri; ac proinde alter ius habens, vt hoc sibi fiat, poterit eam retinere, donec per remedium restitutionis in integrum iubeatur restituere, obligatio enim naturalis tribuit creditori ius accipiendi, retinendi, & compensandi; vt tradunt Iurisperiti *ex l. 3. §. pupillus ff. de negot. gest. & l. etiam quod 6. ff. de compensat.* ita Molina *vbi supra.* Sanchez *d. disp. 38. num. 36. ad 2.* Fagundez *d. cap. 13. num. 15. ad 3.* & Lessius *d. dub.8. num. 61. versic. ex his sequitur,* & Molina *d. disp. 224. fine, versic. ex dictis infero.* Sed respondet i potest pupillum, & minorem per talem actum secuta traditione non transferre dominium ciuile impediente lege in iuribus *d. num. 168.* (hoc enim tantum probare videntur dicta iura) at verò transferre dominium naturale, quae translatio est annexa ipsi obligationi naturali, obligatio enim naturalis ex contracta oriens ex vi sua intrinsecè transferret rei dominium in creditorem; nam si dat ius accipiendi, retinendi, & disponendi de re pro libito (qui sunt actus domini) oportet etiam, vt transferat in creditorem dominium rei naturale; Quod tamen dominium non est firmum, & de re perpetuum, sed reuocabile, cum possit vindicari, & repeti à quocunque possessore per beneficium restitutionis in integrum à pupillo, vel minore, vel tutore, aut curatore fine cuius authoritate pupillus, aut minor contraxit, & rem tradidit, & forte etiam hac de causa in iuribus *num. 168.* adductis dicitur in illis casibus pecuniam non fieri accipientis, & non transferri dominium, quia translatum potest à possessore repeti. Etenim vt dicitur *reg. 150. ff. de reg. iur. quod euincitur in bonis non est.* idest perinde se habet, ac si in bonis non fuisset. Et iuxta hanc eandem sententiam idem dicendum est, si quis in ludo aliquid à pupillo, vel minore etsi curatorem habente fecl.lis dolo, metu, & omni iniustitia lucratus sit, tuta enim conscientia illud sibi retinere potest, donec minor petat, & obtineat restitutionem in integrum in iudicio, vt in terminis Molina *d. disp. 224. ad finem versic ex dictis infero & tomo 2.de iustit.disp.519.ve sic. quod dictum est* Sanchez *d. disp.38. num. 30.* & colligitur apertè ex aliis Theologis pro hac sententia relatis. licet contradicant S. Thomas & alij Theologi *n. 166.* relati & alij plures, quos refert Sanchez *d.n.30.* Quod si minor restitutionem in integrum nolit petere, aut infra quadriennium post 25. annum, non tenetur, qui lucratus est, lucrum amplius restituere.

Huiusmodi autem sententia limitatur à praeallegatis Doctoribus, & aliis in nonnullis casibus, in quibus asserunt pupillum, & minorem sine tutoris, vel curatoris authoritate non obligari naturaliter ex suis contractibus etiam non requirentibus decretum Iudicis.&

Primo limitatur, quando pupillus contrahit cum suo tutore, non enim tunc naturaliter obligatur, quia lex resistit tali contractui *d.l.pupillus in principio* ibi: *pupillus obligari tutori eo auctore non potest ff. de auth.tutor.* & *l non licet ff.de contrahenda emot.* vbi etiam punitur tutor, si aliquam sui pupilli promissionem acceperit, & ita tradunt Glossa *in d.l.pupillus* & aliis relatis Sanchez *d. disp. 38.n 25.* Molina *d.disp 224.* & Fagundez *d.c.13.n.11.* Hoc autem intelligitur primo, nisi alter tutorum, si duo sint, authoritatem ad contrahendum praestet, *vt d. l. pupillus* habetur, & post alios iidem Sanchez, Molina, & Fagundez: secundo nisi pupillus ex tali contractu cum tutore 172.

tore suo factus sit locupletior, tunc enim manet pupillus naturaliter obligatus ipsi tutori ad id, in quo factus est ditior *d. l. pupillus* & *ibidem* Glossa *verbo naturaliter* & nonnullis aliis relatis. Molina *vbi supra* Sanchez *d. n.* 25. & Fagundez *eodem num.* 11. imo Glossa præfata, Molina, & Sanchez aiunt pupillum in hoc casu teneri etiam ciuiliter. Tertiò nisi pupillus dolum committat, quia dolus, & fraus non debet patrocinari authori. ita post Glossam *in l. pupillus* verbo *naturaliter* locis allegatis Molina, Sanchez, & Fagundez; & explicant, vt si dolo eam rem detraxisset, vel alienasset.

173. Secundò limitatur, si à iudice ex iusta causa pupillo, vel minori interdicta sit bonorum administratio; quo casu si contrahat, nec naturaliter obligari pupillum, aut minorem docent Iason in allegata *l. cui bonis n.* 6. *ff. de verb. oblig.* Bartholus *in d. l.* 1. *in fine ff. de nouat.* Sanchez *d. disp.* 38. *n.* 27. Layman *n.* 8. & Fagondez *d. cap.* 13. *n.* 12. id probantes à simili de prodigo, cui datus est curator, & administratio interdicta, quem aiunt ex suo contractu non obligari neque naturaliter ob resistentiam iuris *in d. l. is, cui bonis*, sic habente, *is, cui bonis interdictum est, tradere non potest, vel promittendo obligari, & ideò nec fideiussor interuenire potest pro eo*, quod idem docuit Caldas relatus à Sanchez *d. disp.* 38. *n.* 20. versic. *& confirmatur.*

174. Tertiò limitatur, si pupillus non sit pubertati proximus, sed vel infans, vel infantiæ proximus. ita Glossa *in d. l. si pupillus ff. ad l. falsidiam*, & communiter Iurisperiti, quos *d. disp.* 38. *num.* 24. allegat idem Sanchez *ibidem.* Molina *d. disp.* 214. Layman vbi suprà *num.* 8. Fagundez *d. cap.* 13. *num.* 10. Ioannes Lugo *d. disp.* 22. *num* 286. *&* 293. Probat Sanchez, quia ante illam ætatem pubertati proximam non habet pupillus perfectum consensum, prout ad contrahendum requiritur ob defectum intelligentiæ, quæ communiter esse solet in infante, vel proximo infantiæ. Ampliant hoc Sanchez, Fagundez, & Lugo. contra Angelum *in §. pupillus num.* 2. *institut. de inutilib stipulat.* etiamsi malitia suppleat ætatem, & esset doli capax, sed non proximus pubertati, in hoc enim etiam casu non obligari aiunt, quia (inquiunt) deficit ratio prohibitionis in casu quodam particulari. Verum pupillos doli capaces, & qui intelligunt, quid agant nondum proximos pubertati; nec etiam habentes completum septennium ex contractu sine tutoris authoritate posse se obligare naturaliter, & in conscientia præter Angelum *vbi suprà* docent Gregorius Lopez *in l.* 9. *tit.* 1. *p.* 7. Vilallobos *d. diff.* 10. *eodem num.* 2. & idem videtur sentire Bannes *d. q.* 4. Et hac secunda sententia supposita id longè probabilius puto. Et ratio est, quia minor doli capax, & qui intelligit, quid agat, licet non sit adhuc pubertati proximus, neque etiam septennium compleuerit, malitia supplente ætatem, habet liberam voluntatem, vnde potest obligari Diabolo per peccatum, & Deo per votum, ergo etiam homini per contractum, & ita etiam potest validè contrahere sponsalia, *vt in tomo* 2. *horum moralium tit.* 2. ostensum est. & tradit idem Sanchez *ibidem* relatus. Quando ergo Iurisperiti dicunt pupillum, seu minorem non posse obligari nec ciuiliter, nec naturaliter, nisi sit proximus pubertati, id intelligendum tantum iuxta præsumptionem iuris; quod ante eam ætatem præsumit minorem non habere vsum rationis sufficientem ad præstandum liberum, & perfectum consensum.

175. Tres alias limitationes ex mente variorum Iurisperitorum ponit Sanchez *d. disp.* 38. primam *num.* 22. vt solùm obligetur naturaliter pupillus quando factus est locupletior. Secundam *num.* 23. vt obligetur naturaliter tantum, quando habet tutorem, & eo inconsulto contrahit, non vero obligetur, si careat tutore. Tertiò *num.* 28. in mutuo. ex quo pupillum nec naturaliter obligari dixerunt aliqui ab eodem Sanchez *ibidem* allegati; quas limitationes reiiciunt idem Sanchez *locis citatis*, & Ioannes Lugo *d. disp.* 22. *num.* 290. 291. *&* 292. & primam quidem, tum quia in *d. l.* 1. *ff. de nouat.* supra *num.* 170. adducta pupillus non erat factus locupletior, & tamen ibi dicitur eum naturaliter teneri; tum quia quando factus est locupletior, non solum naturaliter, sed etiam ciuiliter, vt colligitur *ex l. pupillaris* 124. *ff. de verb. oblig.* & tradunt alij Iurisperiti à Sanchez relati. Secundam quia difficilius obligatur se solo pupillus habens tutorem, quam illo carens, quod patet à simili de minori, qui (vt constat ex allegata *l. curatorem. Cod. de in integ. restit.*) carens curatore obligatur naturaliter, & ciuiliter; illum autem habens, & sine illius authoritate contrahens solum naturaliter, & non ciuiliter obligatur. Tertiam quia *l. si pupillus ff. ad leg. falcid.* loquitur in mutuo, & ibi dicitur, ex eo pupillum naturaliter obligari. Addit *num.* 29. specialiter in regno Castellæ minorem sub tutela constitutum sine licentia Curatoris non obligari nec ciuiliter, nec naturaliter ex contractu pecunia credita inito, vt si pecunia credita aliquid emit, quod ait dicendum etiam de filio familias siue maior, siue minor sit talem contractum absque patris licentia ineunte eo quod *lex* 22. *tit.* 11. *lib.* 5. *recept. Castellæ* resistat contractui penitus annullans, & dicat fideiussorem minimè obligari; quod idem docent Molina, & alij relati ab eodem Sanchez, qui cum aliis à se relatis, bene quod filiusfamilias, & minor non teneatur tali contractu pecunia credita facto, ait intelligendum eisdem limitationibus, quibus Doctores tradunt filium familias non teneri ex mutuo. His ita explicatis

Ad probationem primæ sententiæ positam *num.* 167. 176.
desumptam ex variis iuribus, in quibus dicitur pupillum sine tutoris authoritate non obligari, vel non posse obligari. Respondet primo Layman *d. cap.* 9. *num.* 8. iura *ibi* allegata, & allegata *num.* 170. quæ videntur contraria, conciliari posse; vt in prioribus negetur solum pupillum infantiæ proximum naturaliter obligari, cum enim vix illum habeat intellectum, & non multùm à furioso distet, vt dicitur *d. l. interdum ff. de condit. indebiti &* §. *pupillus instit. de inutilib. stipulat.* ideò iura ciuilia eius contractui resistunt, omnemque obligationem auferunt. Posteriora vero iura intelligantur de pupillo pubertati proximo. Huic tamen responsioni ex parte obstant tradita *num.* 144. de pupillo proximo infantiæ doli capace. Secundo respondent Sanchez, Lessius, idem Layman, Fagundez & Ioannes Lugo. Priora iura negantia pupillum posse obligari, seu non obligari nec naturaliter, si sine tutoria authoritate contrahat, loqui de obligatione efficaci, & irreuocabili: posteriora vero iura affirmantia de naturali obligatione inefficaci; & reuocabili per sententiam iudicis fori externi, & restitutionem in integrum ad petitionem pupilli, vel eius tutoris, quæ beneficio legis ciuilis pupillo, & minori sine authoritate tutoris, aut curatoris contrahenti competit, ratione cuius pupillus, & minor non possunt compelli in foro externo ad solutionem, nisi quatenus locupletiores facti sunt; & quod tradiderunt, possunt repetere: cum igitur pupillus, & minor possint, si velint beneficio legis ciuilis elidere obligationem contractam absque authoritate tutoris, & Curatoris; ideo in iuribus prioribus *num.* 167. adductis dicuntur nec naturaliter obligari, seu obligari posse; scilicet ita, vt efficaciter teneantur, seu compelli possint implere, vel stare contractui. & ita etiam dum *d. l. si curatorem* & *d. l. contra iuris*, contractum minoris habentis curatorem celebratum sine curatoris authoritate esse nullum dicitur, intelligitur dici nullum quoad obligationem ciuilem, & efficacem, vt respondet Sanchez *d. disp.* 38. *num.* 36.

ad

ad 4. Respondeti potest tertio ex Vasquio *de success. creat.* §. 30. *d. num.* 23. quod si lex dixit aliquem non obligari ex aliquo contractu, nec vltra processit, tunc contractus contra factus non producit obligationem etiam naturalem; si verò postquam lex dixit aliquem ex aliquo contractu non obligari, processit vlterius limitando, & declarando, vt illud intelligatur quoad ciuilem obligationem, & efficacem, non quoad naturalem, tunc lex dicens non obligari aliquem ex contractu non excludit obligationem naturalem, & ita contingit in præsenti, nam intra priora *num.* 167. adducta declarantur per posteriora adducta *num.* 170. Ad primam confirmationem patet solutio ex dictis *num.* 171. Ad secundam vero patet solutio ex dictis in præcedenti secunda responsione.

177. Ad tertiam confirmationem respondetur ex Sanchez, & Lugo pupillum, & minorem comparari prodigo, & furioso, non quoad omnia, sed quoad obligationem ciuilem, & etiam quoad beneficium restitutionis in integrum, quæ etiam furioso competit, si quid ab eo solutum sit, vt constat ex *d. l. interdum* ibidem *allegata.* Prodigo item comparatur quoad inefficaciam obligationis, cum in vtroque beneficio legis elidi possit, non vero quoad obligationem naturalem, cum lex ipsa (vt supra *num.* 173. dictum est) dicat fideiussorem Prodigi non obligari, cuius contrarium dicunt de fideiussore pupilli, vt dictum est *num.* 170.

Tertia sententia.

178. Denique Ferdinandus Vasquius *de successionum creatione d.* §. 30. *num.* 30. asserit etiam ex contractu pupilli doli capacis, quo sine fraude, dolo, metu & iniustitia aliqua alienat bona immobilia absque tutoria authoritate oriri obligationem naturalem, efficacem, & vtilem quoad forum animæ, licet inefficacem quoad forum contentiosum, & effectua iuria ciuilia. Fundatur hæc sententia in doctrina tradita supra *num.* 11. 13. & 38. scilicet, quod dum lex contractui positiuè resistit, illum irritans, si fiat contra legis dispositionem, & formam, seu solemnitatem, aut conditionem à lege traditam, intelligitur resistere, & irritum reddere solùm quoad forum iudiciale, in quo vult carere omni effectu, & posse omninò rescindi, & annullari, & priuari omni effectu, ac si factua non fuisset: Et hanc eandem sententiam, & quod etiam ex alienatione bonorum immobilium à pupillo, seu minore absque tutoris, aut curatoris authoritate, & sine iudicis decreto oriatur naturalis obligatio, tenet Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *d. cap.* 9. *num.* 9. *versic. quod attinet,* & tanquam probabile iudicat Lessius *d. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 56. *versic. vbi non inducit.* vbi quandonam sit irritus etiam naturaliter contractus contra leges, & nullus ciuiliter dicit, quod ea res est valdè perplexa apud Iurisconsultos: Et addit probabile esse, quando contrahentes sunt habiles (quod dicit propter matrimonij contractum, vt ipse explicat *cap.* 19. *num.* 23.) & adest vtrimque consensus, contractum inducere obligationem naturalem, etiamsi solemnitas iuris non seruetur. Confirmat Layman, quia si promissio, vel contractus iuramento confirmetur, signum est naturalem obligationem ex eo oriri iuxta sententiam Sanchez *d. disp.* 38. *num.* 21. Fagundez *d. cap.* 13 *num.* 5. & Ioanois Lugo *d. disp.* 22. *num.* 283. & Bartholi *in l. si quis pro eo num.* 12. *ff. de fideiussoribus,* & iurisperitorum, quos allegat Tiraquellus loco allegato suprà *num.* 170. *versic. confirmant secundò*; alienatio autem immobilium bonorum à minore absque decreto facta iuramento confirmatur, vt dictum est *d. num.* 170. *fine.* & constat ex *lege, & authent.* ibi *allegatis*, & eum aliis tradit idem Sanchez *d. disp.* 38. *num.* 13. & aiunt Doctores communiter, ergo etiam sistendum est naturalem obligationem ex tali alienatione oriri. Hanc autem

obligationem naturalem ex alienatione bonorum immobilium sine authoritate tutoria, & iudicis decreto à pupillo facta orientem esse inefficacem quoad forum contentiosum, & effectus iuris ciuilis, puta ad opponendam exceptionem, & ad retentionem, aut ad validum accessum fideiussoris vult Vasquius *d. num.* 30. quia lex ciuilis tali contractui resistit, quo casu licet ex contractu oriatur obligatio naturalis vtilis in foro animæ iuxta eiusdem doctrinam traditam suprà *num.* 9. 10. 11. *& seqq.* Nihilominus in foro contentioso est omninò inutilis, & caret omni effectu ex iure ciuili obligationi naturali competente iuxta eiusdem doctrinam traditam suprà *num.* 13. & de hac obligatione naturali inefficaci, quod forum contentiosum, & effectus iuris ciuilis intelligit totum titulum *ff. de rebus eorum, & Cod. de prædiis minorum.* Quare ait esse hoc discrimen inter hanc obligationem naturalem orientem ex alienatione bonorum immobilium à pupillo citra tutoria authoritatem facta, & naturalem obligationem orientem ex contractu pupilli sine tutoria authoritate celebrato, in quo non requiritur iudicis decretum; quod hæc est vtilis ad effectus iuria ciuilis, & ad hoc, vt fideiussor validè accedat contractui; non illa. Ad cuius rei declarationem, & confirmationem notat, quod licet, cum lex dicit aliquem non posse obligari, tunc non impediatur ortus obligationis naturalis, tamen dupliciter lex potest dicere aliquem non obligari ex contractu, vno modo si lex dicat aliquem non obligari ex aliquo contractu, & vltra non procedit, & tunc, ait quod contractus contra factus non producit obligationem vllam etiam naturalem, quæ sit efficax quoad effectum, & forum contentiosum iuria ciuilia, licet naturalis obligatio oriatur efficax quoad forum animæ; altero modo si postquam lex dixit aliquem ex aliquo contractu non obligari processit vlterius limitando, & declarando, vt illud intelligatur quoad ciuilem tantum obligationem, non quoad naturalem, & tunc obligatio naturalis est vtilis etiam quoad effectus iuris ciuilis. Quare cùm *l. pupillus*, & aliæ leges suprà *num.* 167. adductæ declarentur per leges adductas *num.* 170. admittentes ortum naturalis obligationis ex contractu pupilli, & minoris sine authoritate tutoris, aut curatoris, in quo non alienantur immobilia, nec iudicis decretum requiritur, standum est tali declarationi; & etiam Layman *vbi suprà* dicit alienationi immobilium bonorum à pupillo, seu minore sine iudicis decreto factæ, licet ex ea oriatur naturalis obligatio, non posse fideiussorem validè accedere; vnde vult non esse semper, & vniuersaliter verum, quod in obligatione naturali possit accedere fideiussor: licet contrarium teneant alij Doctores suprà *d. num.* 170. relati, & Iurisperiti communiter, contra quos fecerit etiam Vasquius *vbi suprà*, & iocis supra *num.* 13. allegatis.

Ex quibus infertur iuxta eosdem Vasquium, & Layman etiam ex contractu pupilli cum tutore proprio oriri obligationem naturalem; sicut etiam ex contractu pupilli, & minoris, cui à iudice interdicta sit bonorum administratio, vt magis constabit ex dicendis infra de prodigo, cui datus est curator, contrahente, & alienante bona propria. Huiusmodi autem naturalis obligatio iuxta eundem Vasquium est vtilis tantum quoad forum animæ; at vero inefficax quoad forum contentiosum, effectusque iuris ciuilis. Infertur etiam iuxta eosdem ex contractu minoris, & filij familias pecunia creditia absque consensu curatoris, vel patris in regno Castellæ non obstante *lege* 55 suprà *n.* 175 allegata talem contractum annullante, & dicente, fideiussorem non obligari, naturalem oriri obligationem efficacem in foro animæ, inefficacē vero quoad effectus iuris ciuilis forumque contētiosū; quod magis cōstabit ex dicēdis infra *à n.* 111 *ad* 126. 179.

Authoris Resolutio.

Omnes tres præfatæ opiniones sunt probabiles, licet 1. 180.

maiori, in qua furtum mortale committeretur v.g. si quis (inquit) etiam à ditissimo decem aureos furetur, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur; sed si quis ab eodem minore 25. annis viginti aureos per donationem accipiat, vel in ludo ab eo lucretur, nec ad restitutionem tenetur, nec peccat: & idem ait procedere in filiofamilias, vel vxore, quibus diues pater, vel maritus in alimenta soleant notabilem quantitatem concedere; nam donatione (inquit) à talibus factæ, quæ non sint magnæ quantitatis, maximè si sint tales, quæ nec patrem, vel maritum grauent, poterunt sustineri vt probatur per textum *in l. si filiusfamilias ff. de donat.* vbi quærendo, an filius familias rem peculiarem donare possit, ait Vulpianus: *Nonnunquam etiam ex persona poterit hoc colligi, pone eum esse filium Senatoris, vel cuiusuis alterius dignitatis, quare non dices videri patrem (nisi ei specialiter donandi facultatem ademerit) hoc quoque concessisse, dum liberam dat peculij administrationem* Quod idem Sarmiento ait maximè notandum pro filijs familias scholaribus, & addit esse de mente Sancti Thomæ 2. 2. *q.* 32. *art.4.in fine* ibi: *nisi forte alicuius rei esset sibi à patre dispensatio commissa.* Confirmat prædicta idem Sarmiento per textum *in l. cum plures §. cum tutor ff. de administ. tut.* vbi Paulus Iurisconsultus ita ait: *cùm tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponatur imprimis mercedes præceptoribus non quantas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet & alimenta seruis, libertisque nonnunquam* (si hoc pupillo expediet) *præstabit, sol[...]nia munera parentibus cognatisque mittet: sed non dabit dotem sorori pupilli alio patre natæ, etiamsi aliter ea nubere non possit; nam etsi honestè, & ex liberalitate tamen fit, quæ seruanda arbitrio pupilli est.* Ex hoc igitur textu apertè constare ait Sarmiento, non semper minori donationem esse interdictam, de quo addit plures Doctores allegati à Tiraquello *de nobil. cap. 37. n. 35.* & Arias Pinello *lib. 1. Cod. de bo. matr. 3. p. n. 56. & seqq.* ita Sarmiento *d. n. 5.* Et quoad minores præsertim, eos, qui sunt puberes, illos, inuitis etiam tutoribus, & curatoribus facere posse eleemosynas, & alias donationes moderatas, sumptusque moderatos secundum statum, & facultates suas, & quales alij eiusdem secum sortis solent facere, quæque sine notabili incommodo, rerumue suarum diminutione fieri possunt communem testatur Molina *to. 2. disp. 277.* & docent etiam Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 12. n. 8.* Coninch. *de effectibus actuum super. & de fide, spe, & charitate disp. 27 n. 6.* & Lessius *de iust. lib. 2. cap. 18. dub. 11. n. 81.* vbi ad dignoscendum, an donatio sit moderata pro conditione, & facultate, & pro vt quales alij paris conditionis passim facere solent, ait spectandum esse natalium splendorem, magnitudinem patrimonij, causam donandi, & morem receptum. imò de bonis castrensibus, & quasi castrensibus minorem puberem habentem curatorem posse inuito curatore eleemosynas, & donationes absolutè, & magnas facere, in hisque bonis in nullo à curatore dependere tradunt Lessius *d. n. 81.* & *eod. lib. 2. cap. 17. n. 62.* Coninch *eodem n. 6.* ad id etiam allegans Lorcam *2. 1. sect. 3. disp. 36. n. 10.* & rationem reddit Lessius *d. num. 62.* quia bonorum Castrensium, & quasi, minores non solum habent dominium, sed etiam administrationem, licèt si grauem senserint læsionem, possint vti beneficio restitutionis in integrum.

186. Quantum vero de bonis aduentitiis, & profectitiis absque patris consensu expresso, vel tacito filius familias possit accipere, & donare, vel eleemosynas facere, vel alia ratione honestè insumere tradunt Molina *to. 2. disp. 142. 277. & 519.* Lessius *d. lib. 2. cap. 12. dub. 13.* Layman *d. cap. 12. n. 7.* Coninch. *d. disp. 27. num. 58. & seqq.* & concludunt, quòd possit absque peccato accipere, & donare, & eleemosynas facere, ac in honestas recreationes insumere eam quantitatem, quæ pro conditione status, & personarum non censeatur iudicio prudentum notabilis, vt in terminis Lessius præsertim si accipiat, & donet, &c. de bonis aduentitiis, etsi eorum vsusfructus ad patrem spectet, vt in specie Layman *d. n. 7.* Ad supradicta de minoribus, & filiis familias tradita illustranda, seu confirmanda faciunt tradita à Vasquio *quæst. Illustr. cap. 48. n. 14.* vbi habet, quod si minor, vel filius familias dedit aliquid meretrici causa Veneris in minimis non datur minori repetitio *arg. l. scio ff. de minor.* & quod mensura est iudicis arbitrio æstimanda, additque vtrumque procedere etiam in foro conscientiæ, non secus quam in foro iudiciali; & in filio familias, si verisimile est patrem suum id permissurum ait, quod tunc, & transtulit dominium, & cessat repetitio, aliter non: Et quod verisimilitudo iudicis arbitrio ex quantitate rei datæ, & bonorum patris æstimanda est vtroque foro, scilicet, contentioso, & pœnitentiali attento. Vxorem etiam ex bonis mariti, eo inuito, accipientem tantam quantitatem, quæ iudicio prudentis spectato statu, opibus, & cæteris non sit notabilis, docet idem Lessius *d. cap. 12. n. 83.* & eodem inuito posse facere moderatas eleemosynas, aliasuè donationes spectata qualitate sui status secundum consuetudinem aliarum suæ conditionis mulierum, eo quod id communis vsus ei concedat, tradunt Petrus Nauarrus de *restitut. lib. 3. cap. 1. n. 183.* Molina *de iustit. to. 2. disp. 274. versic. equidem* Lessius *d. cap. 12. n. 85.* Layman *d. cap. 12. n. 6.* Coninch. *d. disp. 27. n. 56.* & alij ab eisdem relati contra Martinum Nauarrum *in man. cap. 17. n. 153.* & nonnullos alios volentes requiri saltem tacitam viri licentiam. Ratio autem est iuxta eosdem Doctores, quia consuetudo tribuit ius non secus, ac priuilegium, vel lex, quo iure non potest maritus vxorem priuare. Notat etiam Lessius *d. cap. 12. n. 76.* post Petrum Nauarrum in furtis filiorum familias, & vxorum non censeri quantitatem notabilem ad mortale sufficientem, quæ talis censetur in furtis externorum, sed maiorem quantitatem, vt mortiferè peccent, requiri. Hancque quantitatem non esse eandem respectu omnium, sed varia pro conditione status, ætatis, personarum, locorum, & aliarum circonstantiarum, prout prudens iudicabit; ac proinde, si filius subtrahat duos, vel tres aureos parenti prædiniti, non statim putandum esse mortale, præsertim cum parens talis sæpe non sit multum inuitus; secus si parenti mechanico, vel cui res angusta.

Contractus à pupillo, vel minore sine authoritate tutoris, vel curatoris celebratus cum minore, valet in fauorem minoris si ipse velit maiorem stare contractui.

Aduertendum tertio contractum à pupillo, vel minore curatorem habente sine tutoris, vel curatoris authoritate, aut decreto Iudicis, quando est necessarium, celebratum, esse quidem ipso iure nullum, vt *n. 181.* dictum est, sed in fauorem tamen ipsius pupilli, aut minoris tantum, non verò respectu minoris, qui cum eodem pupillo, vel minore contraxit: nam is ex parte sua obligatur, nec potest inuito minore contractum rescindere *instit. de autho. tut. in princ.* & *l. Iulianus §. si quis à pupillo ff de act. empt.* & post alios Sarmiento de *reddit. p. 1. d. cap. 2. n. 16. 17. & 18.* Cæuallos *com. cont. com. q. 675. n. 20. & 21.* Gonzales *allegãs* Rotam, & alios *ad reg. 8. glossa 56. n. 91. & 95.* Molina *de iustit. to. 1. d. disp. 224.* versic. *in contract.* Sanchez *de matr. lib. 6. d. disp. 38. n. 9.* Faguodez *de iustit. lib. 1. cap. 12. n. 28.* & Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 17. dub. 8. n. 62.* Vnde iuxta eosdem Doctores in optione eiusdem minoris est cum authoritate curatoris & iudicis decreto, quando id necessarium est, stare contractui, vel ab eo desistere, restituendo tamen pretium receptum iuxta tradita *n. 184.* quod idem suprà *n. 163.* dictum est de contractu alienationis rerum Ecclesiæ facto sine debitis solemnitatibus eidem Ecclesiæ vtili, scilicet, esse ipso iure nullum solum in fauorem Ecclesiæ, etsi ipsa velit. 187.

Ne autem is, qui sic contraxit cum Ecclesia, vel minore, cogatur esse in suspenso, notat Sarmiento 188.

d. cap. 2. num. 21. quod potest agere, vt minor, vel Ecclesia compellantur, vt solemniter, & cum debitis requisitis à iure in alienatione rei Ecclesiæ, & minorum declarent, an velint stare contractui, vel ab eo discedere per textum clarum, qui istum modum agendi inducit in *l. Iulianus §. si quis à colludente ff de action. empt.* vt aduertit Bartholus *ibidem* & *in l.* Pomponius *n. 15. ff. de negot. gest.* & idem post alios tradunt Antonius Gomez *var. lib. 2. cap. 2. n. 21. fine.* Quaranta *verbo alienatio n. 54.* Gonzales *d. glossa 56. n. 93.* & Garzias *de benefic. p. 2. cap. 1. num. 75.* Addit idem Sarmiento post Bartholum, & alios hunc modum agendi contra minorem puberem, & Ecclesiam non admitti contra pupillum; sed esse expectandum, vt pubes efficiatur; nam textus in *d. l.* Iulianus *citato. §. si quis a pupillo*, non repetit in pupillo id, quod in minore dixerat in præcedenti *§. si quis à colludente.* Post pubertatem vero non impediri agere etiam antequam ad 25. annum peruenerit; & sic durante minore ætate, vt *d. §. si quis a colludente*: in Ecclesia autem, subdit idem Sarmiento *n. 23.* quæ iure minoris censetur, cum non speretur, quod ex progressu temporis fiet aliqua mutatio, non est quare emptor expectare aliquid debeat, sed statim poterit agere, vt Ecclesia declaret an velit stare contractui, vel vt statim ab eo discedatur.

189. Verum si maior, qui contraxit cum minore sine requisitis à iure nondum impleuit contractum, licèt non possit resilire, vt dictum est, potest tamen nolle illum implere, nisi minor tam pubes, quam impubes adhuc procuret consensum curatoris, vel tutoris, vel decretum iudicis, quando est necessarium, vel saltem nisi iuramento confirmet contractum, si sit pubes, quia alioqui exponeret se periculo damni, nec minor id potest recusare, alioquin non videretur agere bona fide. ita Lessius *d. cap. 17. d. n. 62. initio.* Cæterum supposita sententia, quod ex contractu minoris citra authoritatem tutoris, vel curatoris facto oriatur naturalis obligatio, & talis contractus iure naturæ, & in foro conscientiæ sit validus, pro complemento huius materiæ remanent soluendæ sequentes difficultates.

Qui ex contractu pupilli, vel minoris, puta donatione, vel ludo aliquid habet, seu lucratus est, an teneatur illud restituere solum post sententiam iudicis.

190. Prima est, an id, quod maior ex contractu minoris, puta donatione, ludo, vel alio contractu citra tutoris, vel curatoris authoritatem celebrato, lucratus est, seu habuit, cessantibus omni fraude, dolo, & iniustitia, sit in foro conscientiæ restituendum statim ac pupillus, vel minor illud in iudicio petierit etiam ante iudicis sententiam, per quam rescindatur contractus, & minor in integrum restituatur. Et respondetur maiorem non teneri restituere, nisi post sententiam iudicis. Probatur, quia leges concedentes minoribus restitutionem in integrum supra allatæ, & aliæ loquuntur de restitutione in integrum facienda per iudicem. Confirmatur, quia supposito quod ex contractu orta sit naturalis obligatio, & in lucrantem transiuerit naturale dominium rei, & solo iure ciuili permissa sit restitutio, eo solo modo tenetur lucrans restituere, quo minor potest per legem ciuilem recuperare; lex autem concedit recuperationem post iudicis sententiam. Confirmatur secundo à simili ex dictis in titulo præcedenti *n. 125. & 126.* de hærede possidente ex testamento minus solemni, & de eo, qui ludo aleatum prohibito aliquid est lucratus; & certè ita sentiunt omnes Doctores iusta allegandi, & relati supra *num. 57. & 64.* & etiam Diana *p. 7. tract. 9. resolut. 22. & 28.*

An idem maior teneatur restituere ante iudicis sententiam, quando minor non vult petere restitutionem in integrum ex verecundia, vel propter magnas expensas euitandas vel non potest obtinere ob contradictionem eiusdem, vel ob iudicis negligentiam.

Secunda difficultas est, si pupillus, vel minor id, quod citra tutoris, vel curatoris auctoritatem alteri donauit, vel ludo perdidit seclusis fraude, dolo, metu, & omni iniustitia non vult in iudicio per iudicis sententiam ex verecundia petere, aut dubitat per viam iudicij recuperare non posse; seu absque magnis expensis non potest petere coram iudice, & obtinere restitutionem in integrum, possit occulta compensatione vti, & propria authoritate surripere, seu accipere tantum, quantum læsio, quam propter contractum sine tutoris, vel curatoris authoritate factum, patitur, plus minusuè æstimetur. Et procedit difficultas de læsione, quæ ex solo contractu libero, & spontaneo minoris ei contigit, eo quod ex parte alterius, qui lucratus est ab illo non interuenit (vt dixi) fraus vlla, aut vllus dolus vllaue iniustitia; nam si talis esset læsio, vt alter secluso omni dubio iure naturæ, & in foro conscientiæ teneatur restituere ante omnem iudicis sententiam, certum est, quod licita esset occulta compensatio. 191.

Licitam esse minori occultam compensationem, si sine magnis expensis non possit restitutionem in integrum obtinere affirmarunt Corduba *in summa q. 155.* & Ludouicus Lopez *1. p. instr. edit. 2. cap. 124. versic. si autem talis minor.* quos sequitur Fagundez *de iustitia lib. 1. cap. 13. num. 24.* & pro hac sententia faciunt Doctores asserentes eum, qui pecuniam, quam ludo prohibito perdidit, non vult eam petere ex verecundia, vel dubitat se non posse recuperare, posse secretò accipere, quod amisit titulo compensationis, & hi sunt Adrianus *in 4. in mat. de restit. q. 15. incipiente sed oritur*, & Angles *in flor. 4 sentent. p. 2. in quæst. de ludi restit. dub. 9* Probatur primo, quia qui à minore lucratus est sine tutoris, vel curatoris authoritatè, non obstante obligatione naturali ex contractu minoris orta, seu valente contractus in foro conscientiæ remanet debitor, & debet reddere minori id, in quo minor vere suo contractu læsus est, & damnum passus est; cum lex minori concedat repetitionem, & restitutionem in integrum; at quilibet potest suum via compensationis recuperare, cum non alio moddo, vel sine magnis expensis non potest, vt tradunt Doctores communiter; vnde famulus potest accipere secreto à Domino stipendium, quod alia via ab eo recuperare non potest. Secundo, quia læsus suo contractu sic agit vtiliter rem læsoris, seu maioris, qui ab eo lucratus est, cum illius laborem, & expensas excuset; ergo non potest nisi irrationabiliter ægrè ferre huiusmodi compensationem, sed tenetur in foro conscientiæ illam approbare. Tertio probat Fagundez, quia lucratus à minore, licèt quatenus per contractum ei damnum dedit, non teneatur in foro conscientiæ ei prædictum damnum restituere, nisi post latam iudicis sententiam; tamen quatenus ei damnum absolutè dedit tenetur ante sententiam iudicis restituere: quia qui alteri est causa damni efficax, in conscientia tenetur nulla expectata iudicis sententia restituere, & potest creditor vti occulta compensatione iuxta æstimationem moralem plus minusuè, si alia via, vel non nisi magnis expensis recuperare sibi debitum non potest. 192.

Alij docent, quod si minor, vel eius nomine tutor, aut curator propter alterius, qui ex minoris contractu contra legis ciuilis dispositionem lucratus est, potentiam, aut resistentiam, vel iudicis negligentiam recuperare non possint solutum à minore, in quo damnum 193.

damnum est passus, non prohibentur facere aliquam compensationem siue palam, siue occultè. ita Layman *lib.3.tract.4.cap.9.n.11.* quem sequuntur Diana *p.3.tract. 9.resol.44.* & Tutllench *in decal.lib.7.cap.16.dub.6.n.6.* Rationem esse ait Layman, quia alter iniuriam affert non restituendo: Addit tamen idem Layman, quod si minor curatorem non habens ludendo, vel aliter contrahendo notabiliter læsus fuit tamen sine dolo, aut iniuria alterius contrahentis, hoc casu si in integrum restitutionem apud iudicem facile consequi non possit; non ideo ipsi concessum est aliqua compensatione vti, eo quia contractus omni iure subsistit, donec à iudice rescindatur, ac proinde antequam per restitutionem in integrum rescissio impetretur, iniuria alteri fiet, si ipsi res, aut ius suum anferatur, & hoc sensu intelligit Sanchez & Lessium locis *infra* allegandis.

194. Ioannes Lugo *de iustitia p.2. disp.21.n.297.* asserit minorem ex suo contractu læsum sine dolo, & iniuria alterius contrahentis, qui ab illo per præfatum contractum à minore sine tutoris, vel curatoris authoritate factum aliquid notabile lucratus est, posse vti secreta compensatione, si amplectatur vt æque, vel magis probabilem contrariam sententiam suprà *num. 166.* positam, docentem non fuisse ipsum ex tali suo contractu naturaliter obligatum, sed contractum fuisse nullum etiam in foro conscientiæ. Mouetur ad id asserendum ex alia doctrina, quam contra communem tradit *p.1. disp.16. sect.5.num.94. ad 100.* nempe ad compensationem priuata authoritate occultè faciendam non requiri semper vt creditum sit omnino liquidum, & moraliter certum, sed eam posse aliquando fieri ex opinione æque, vel magis probabili, quæ non circa factum, sed circa ius ipsum versatur, si creditor ad iudicem recurrere non possit; quod probat *d.sect.5.num.99.* ex eo, quod iudex in tali casu potest proferre sententiam pro creditore contra possessorem.

195. Longè probabilius mihi videtur, nunquam esse licitum minori, aut eius tutori, vel curatori facere compensationem ex priuata authoritate quamuis idem minor desperet, vel non possit habere per iudicem rescissionem contractus, & restitutionem in integrum, quacumque ex causa id proueniat, dummodo absit omnis iniuria, seu iniustitia ex parte alterius, qui ex contractu eiusdem minoris lucratus est: & ita procul dubio sentiunt Sanchez *lib.6. de matr. d. disp.38.n.32.* & Lessius, *de iustit.lib.2.cap.17. n.68.* & etiam Diana *d.resolut.22.* & pro hac eadem sententia stant, seu faciunt omnes Doctores, qui asserunt eum, qui ludo alearum interdicto aliquid sine dolo, & iniustitia lucrantis perdidit, licèt habeat ex beneficio legis actionem ad repetendum in iudicio, quod perdidit, & soluit, tamen non potest vti compensatione, estò non possit, vel desperet posse illud recuperare per iudicis sententiam, ex quibus Doctoribus aliqui relati sunt in præcedenti titulo *n.116.* alij referuntur à Sayto *lib.11.cla.cap.13.n.16.* qui idem sentit. Probatur hæc sententia, quia qui lucratus est à pupillo, vel minore, per eius donationem, vel per ludum, aut alium contractum sine dolo, & iniustitia spectatis iure naturæ, & foro conscientiæ iustè retinere potest cum supposita sententia suprà *num.170.* iuxta quam procedit hæc difficultas, talis contractus sit iure naturæ, & in foro conscientiæ validus, & ex eo minor obligetur naturaliter, & in lucrantem transferatur dominium naturale, vt supra dictum est: & si minor læsus potest repetere, & recuperare, & is, qui lucratus est, tenetur reddere, id est tantum beneficio, seu priuilegio legis ciuilis, ergo eo solo modo, & via minor id, quod alter ab eo per contractum absque authoritate tutoris, vel curatoris factum lucratus est, recuperare potest, & lucrans tenetur reddere, quo ei à lege conceditur.

At lex ciuilis non concedit restitutionem in integrum, & recuperationem soluti nisi mediante iudicis sententia, vt constat ex *d.l.si curatorem Cod. de in integrum restitutione:* & ita etiam is, qui ab eo lucratus est, solum post sententiam iudicis tenetur restituere, vt etiam Doctores aliarum sententiarum tenent; ergo minor secretè accipiens quod soluit, seu vtens compensatione furtum committit, cum rem alienam non sibi adhuc debitam inuito domino accipiat, & hac de causa qui ludo interdicto aliquid perdidit, & soluit, non potest illud secreto accipere absque peccato furti, quia lex non concedit recuperationem nisi per iudicis sententiam. Confirmatur hæc sententia, quia si contractus à minore contractus fuisset validus naturaliter, & ciuiliter, & ex eo passus esset damnum aliquod, sine iniustitia alterius contrahentis, licèt etiam in hoc casu ei concedatur restitutio in integrum, non tamen posset vti compensatione vila propria authoritate, quia lex illi concedit rescissionem contractus, & restitutionem in integrum solum mediante iudicis sententia; ergo idem dicendum, quando contractus fuit validus tantum naturaliter, & in foro conscientiæ. Nonnulla alia, quæ faciunt ad confirmandam hanc sententiam, videantur apud Saytum vbi supra. Qui addit hinc sequi, quod si Petrus v.g. in ludo perdidit decem, quæ Titio lucranti soluit, cui idem Petrus aliunde alia decem mutuo, vel alio contractu debeat, non poterit Petrus loco decem, quæ soluit, alia decem aliunde debita retinere, sed tenetur restituere; quia compensatio non habet locum, nisi hinc inde aliquid sit inuicem debitum, ac proinde cum lucratus decem per ludum interdictum non teneatur amittenti illa restituere nisi post iudicis condemnationem, & is, qui amisit hic, & nunc teneatur aliunde eidem lucranti reddere decem, sequitur in huiusmodi casu compensationem locum non habere. 169.

Ad primum primæ sententiæ *num. 192.* positæ respondetur, eum, qui lucratus est à minore, non esse debitorem nisi post iudicis sententiam, vt ex dictis constat, quare non est simile exemplum de famulo, cui à domino simpliciter, & absolutè debetur merces, ac proinde cum alia via mercedem recuperare non potest, illi licitum est secretò rem illam, vt suam accipere. Ad secundum negatur vtiliter agi rem maioris, qui tuta conscientia retinere potest lucrum, donec fuerit lata iudicis sententia, & ita ea nunquam secura absque culpa, aut iniuria sua, semper licitè retinebit. Ad tertium respondetur læsorem in specie, de qua est præsens difficultas, non posse dici dedisse absolutè damnum, sed solum per contractum liberum, & spontaneum minoris; qui potius, quam ille, cum quo contraxit, sibi fuit causa damni; licèt lex in fauorem minoris ætatis concedat illi restitutionem in integrum mediante iudicis sententia.

197. Ad secundam sententiam *num. 193.* positam, & eius rationem, respondetur si per iustam resistentiam eius, qui lucratus est per contractum minoris, idem minor non possit restitutionem in integrum in iudicio consequi, tunc esse locum compensationi; & id probat ratio ex Layman adducta; quod si non possit obtinere ex sola iudicis culpa, iudex ipse iniuriam inferret non concedendo debitam restitutionem, ac proinde ipse constitueretur debitor, & faceret locum compensationi ex suis bonis: alter vero, qui lucratus est à minore, si iniustè non contradixit, vel litigauit, nec fuit causa, quod restitutio à iudice denegaretur, non remanet debitor, sed solum tenetur reddere impetrata restitutione in iudicio, quæ si non conceditur citra suam culpam non debet, nec potest ei nocere

& priuare iure suo; nam contractus iure naturæ, & in foro conscientiæ validus est, quousque per iudicis sententiam rescindatur, & concedatur restitutio in integrum, vt probatum est. Et idem in simili de eo, qui in ludo vetito lucratus est, asserunt Sanchez in consiliis moralibus *lib.1.cap.8.dub.1.n.2.* Turllench *in decal. lib.7. cap.27.dub.3.n.3.* & alij ab eodem Sanchez relati, scilicet, eum non teneri restituere lucrum perdenti, illud petenti, etiam si iudex inique non ferat sententiam, quia perdens nullam habet actionem, vt lucrum illud sibi reddatur nisi facta condemnatione, ac proinde ea non facta, nec ipse potest occulta vti compensatione, nec alter tenetur restituere.

198. Ad fundamentum sententiæ Ioannis Lugo *suprà n.* 194 positæ respondetur primo præsentem difficultatem procedere, supposito quod minor ex suo contractu naturaliter obligetur, & talis contractus sit validus in foro conscientiæ. Respondetur secundo negando ad compensationem propria authoritate faciendam contra possessorem legitimum, & habentem ius retinendi in foro conscientiæ, sufficere opinionem probabilem æque, vel etiam magis probabilem, quàm contraria fauens possessori; sed necessarium esse, quod debitum sit omninò liquidum, vel saltem moraliter certum, vt tenet communis Doctorum opinio, & constat ex dictis præcedenti titulo *n.*138. & in primo tomo horum moralium variar. *tit.* 1. *num.* 1036. & 1037. & 1034.

Ad secundam probationem Ioannis Lugo, respondetur primo iudicem in æqualitate opinionum non posse spoliare possessorem, vt *d. tit.* 1. agendo de opinione, quam iudex sequi potest, probatum est. Respondetur secundo iudicem esse à Republica deputatum ad dicendum ius inter partes colligantes iuxta merita causæ, quæ mensurantur etiam ex probabilitate opinionũ, iuxta tradita eodem *titulo* 1. nullus autem deputatus est ad ius sibi dicendum, ac proinde non potest vti occulta compensatione nisi vbi agitur de recuperanda re, quam constat certò esse suam, seu sibi debitam, & alia via non potest illam recuperare.

Minore petente in iudicio restitutionem in integrum si is, qui ab eo lucratus est, interrogatus à iudice neget contractum, & lucrum, an peccet, & teneatur ad restitutionem lucri: & quid de eo, qui in ludo prohibito lucratus est, & interrogatus à iudice negat ludum, & lucrum.

Sed quid si maior, qui per donationem, aut ludum, aut alium contractum à minore lucratus est, vocatus in iudicio ad instantiam minoris petentis restitutionem in integrum, & à iudice interrogatus neget contractum, & lucrum, & desint testes, quibus minor illum probare possit, & ita non possit lucrans à iudice condemnari, an peccet negando, & minor tunc possit vti occulta compensatione; illeque non secuta condemnatione, seu restitutione in integrum propter suam negatiuam teneatur lucrum restituere nulla alia iudicis sententia expectata. Mouet hoc dubium Sanchez *de matr. lib. 6. d. disp.* 38. *n.* 35. & remittit lectorem ad tradita à Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 514. *n.* 2. & à Bartholomæo Salone 2.2. *q.* 61. *fine quæst.* 5. *de dominio art.* 6. *post vltim. conclus. quæres hic duo.* vbi tractant, an is, qui lucratus est ludo prohibito, concedente lege amittenti pecuniæ solutæ repetitionem in iudicio, vocatus in iudicium, quando desunt testes, teneatur fateri veritatem, se per ludum prohibitum tot pecunias lucratum esse; & si neget lucrum, & sic non condemnetur, teneatur restituere illud lucrum. ad quod dubium.

199. Salonius loco citato, quem sequuntur Saytus *lib.* 11. *clau. cap.* 13. *n.* 13. & Turllench. *in decal. lib.* 7. *cap.* 27. *dub.*3.*n.*7. asserunt teneri dicere veritatem, etsi in damnum proprium, nam quamuis res sit secreta, & nullus adfuerit testis, si tamen sit in præiudicium tertij, tenetur iuridicè rogatus, maximè si addatur iuramentum, verum fateri; in hoc autem casu iuridicè interrogatus, licèt non præcesserit semiplena probatio per depositionem vnius saltem testis idonei: si quidem iudex interrogat iuridicè, quando id facit ad instantiam eius, cui per legem datur actio ad repetendum; perdenti autem in ludo prohibito datur actio ad repetendum, quod ludo amisit, ergo ex consequenti tenebitur, qui lucratus est veritatem dicere; an vero sic negans, & negando iniustè veritatem peccans teneatur restituere lucrum, nihil Salonius, & Saytus expressè dicunt. Turllench autem ait, peccare quidem luctantem, sic iniustè negantem, non autem teneri lucrum restituere, si non fuit condemnatus, idque propter rationem post numerum sequentem & Sanchez adductam.

Molina vero vbi supra ait, quod cum in pœnam à lege concessa sit amittenti in ludo prohibito repetitio pecuniæ perditæ, & solutæ, is qui lucratus est in tali ludo, interrogatus in iudicio non tenetur confiteri crimen suum, & lucrum, nisi semiplenè, scilicet, teste vno omni exceptione maiore probatum sit in iudicio, & si fuisse lucratum, etiam si sub iuramento sit interrogatus; quia iudex non iuridicè interrogat; ac proinde qui lucratus est retinere licitè poterit lucrum, seu pecuniam illam; si autem iniustè impediret ferri sententiam (addit idem Molina) non solum fallaciis, sed etiam solum negando lucrum, quando semiplenè esset in iudicio probatum, atque à iudice interrogaretur, tunc tanquam causa iniusta impediens, ne sententia iusta ferretur, qua alteri lucrum adiudicaretur, teneretur id ei restituere, quod probat per tradita à se *eod. tract.* 2. *disp.* 95. *post responsionem ad quintum,* scilicet, quod delinquens, qui iuridicè interrogatus negat delictum habens annexam pœnam applicatam ipso iure fisco, tenetur restituere pœnam, ad quam damnaretur, si crimen fateretur; & hanc sententiam Molinæ etiam Lessius loco infra allegando existimat probabilem. 200.

Sanchez autem *lib.*1. *consil. cap.*8. *dub.*1.*n.*4. quem sequitur Turllench *dub.* 3. *n.* 3. affirmat probabilius esse, etiamsi parte repetente à iudice iuridice interrogatus neget lucrum in ludo prohibito acquisitum, non teneri eundem lucrantem restituere, si condemnatio iudicis non sequatur: probat, quia, ait, hæc repetitio, & restitutio non conceditur in fauorem ludentium, sicut restitutio minoris, sed in aliom, & pœnam eorum, vt Molina *vbi suprà,* Couarruuias *in reg. peccatum* 2. *p.* § 4. *n.*2. & 8. & Ioannes Medina *Cod. de restit. quæst.* 12. *versic. ad quintum dicendum,* asserunt; delinquens autem, seu reus, qui iuridice rogatus negat veritatem, pœnam, ad quam damnandus erat, non tenetur restituere, iuxta sententiam, quam idem Sanchez contra Molinam tradit *lib.* 1. *sum. cap.* 22. *n.* 21. & *lib.*10. *de matr. disp.*8. *n.* 14. & probabiliorem existimat; & talem etiam putat Salas loco infra allegando. 201.

Lessius tamen *de iust. lib.* 2. *cap.* 26. *dub.* 3. *n.* 21. quem sequitur Ioannes Lugo *de iustit. disp.* 31. *n.* 64. verius, & probabilius censet eum, qui in ludo prohibito lucratus est parte repetente in iudicio, quomodocunque interrogetur, & non præcedente semiplena probatione, teneri fateri veritatem; etsi neget debere restituere, etsi non damnetur. Probat contrario fundamento, scilicet, quia hæc repetitio, & restitutio non est pœna, seu lex illam statuens non est pœnalis. Sed dispositiua æqui, & boni in fauorem victi, ne homines rebus suis per ludum irrecuperabiliter priuentur, & depauperentur cum magno Reipublicæ incommodo, sicut aliæ leges, quæ certis casibus pota minoribus, & aliis personis concedunt restitutionem in integrum; idque confirmat Lessius, quia hæc esset mera pœna criminis, seu victor in pœnam delicti condemnaretur ad restitutionem lucri, non deberet restitutio fieri victo, qui fuit particeps delicti, sed fisco; sicut eum aliquid datum est pro adolterio 202.

tertio , vel homicidio :'confirmat insuper Salas loco mox citando , quia si esset pœna , non posset cogi victor ad restituendum lucrum , quando constaret iudici ipsum bona fide lusisse ; itaque victor (concludit Lessius) non examinatur criminaliter, sed ciuiliter, sicut cum petitur à minore læso restitutio in integrum, ac proinde togatus tenetur fateri veritatem, etiamsi res sit occulta.

203. Denique Salas *de contract. tract. de ludo dub. 27.* dicit huiusmodi legem ciuilem concedentem repetitionem pecuniæ perditæ in ludo prohibito quatenus præcipit restitutionem lucri non esse putè pœnalem, sed dispositiuam ; quia alioqui si constaret victorem bona fide lusisse, non posset damnari ad restitutionem ; nec etiam si iuridice interrogatus negaret lucrum teneretur ad restitutionem ob tradita à Sanchez : censet nihilominus legislatoris intentionem esse, vt nemo damnetur ad restitutionem nisi, & ludus, & lucrum quasi crimen probatum fuerit, eo quod etiam hæc est quasi pœna ; & ideo victor non tenetur ad fatendam veritatem , vel restitutionem , nisi ludus, & lucrum semiplene probatum fuerit; sed hoc est diminute, & si est quasi pœna ad modum aliarum pœnarum in odium delicti constitutarum regulari debet, pœna autem iuxta eundem Salam sententiam contra Molinam non debetur à reo, etiamsi iuridice interrogatus negaret crimen ; vnde oportet, vt ipsius sententia non discrepet à sententia Sanchez ; vel concedat doctrinam Molinæ , scilicet , reum iuridicè interrogatum negantem crimen teneri restituere pœnam , ad quam damnaretur , si crimen fateretur.

204. Ex quibus iuxta Sanchez *d. dub. 2.* Lessium *d. n. 21.* Turllench *d. dub. 3. n. 3.* & Ioannem Lugum *d. disp. 31. n. 34. & disp. 22. n. 99.* ad propositum dubium dicendum , si minori , qui donatione , ludo , vel alio contractu citra tutoris, vel curatoris authoritatem rem propriam alienauit, petenti restitutionem, alter contrahens, qui lucratus est, neget contractum , & lucrum , & defectu probationis non damnetur à iudice, hunc peccare, & teneri ad restitutionem ; quia restitutio minori non conceditur in odium , & pœnam ; sed in eius fauorem, bonum, & subsidium ratione minoris ætatis , & defectus authoritatis tutoris , vel curatoris , ne minores depauperentur cum magno Reipublicæ incommodo , & ita lex talem restitutionem concedens est mere dispositiua ob minorum fauorem, & etiam ob bonum publicum , & iudicium totum est ciuile , ac proinde reus virtute talis legis , & beneficij per legem minori concessi interrogatus debet confiteri veritatem , & ius actoris etiamsi semiplena probatio non præcedat , & contractus occultus sit: Et si veritatem neget, cum iniustè neget, & iniuriam minori adferat , iniustéque impediat sententiam iudicis , tenetur ad restitutionem , & consequenter minor potest vti occulta compensatione. Hoc totum ex prædictis Doctoribus apertè colligitur. licèt durum videatur , quod quis , vbi res est omninò occulta , & nulla adest semiplena saltem probatio , licèt ciuiliter tantum examinetur, debeat fateri in damnum proprium , cum alioqui ipse tuta conscientia possideat, & retineat rem acquisitam per minoris contractum, vtpotè validum iure naturali , & in foro conscientiæ , & sine vlla fraude , & dolo factum in absentia testium. Nam si maior, qui lucratus est à minore dolosè , & vt non posset postea in iudicio condemnari ad restitutionem contraxisset ludum, vel alium contractum fieri occultè, & nullo alio præsente; tunc absque omni dubio petente minore læso à iudice interrogatus teneretur fateri veritatem , & ob eius negationem non secuta condemnatione teneretur ad restitutionem. Verum non facile recedendum ab opinione præfatorum Doctorum.

205. Quo vero ad dubium de eo , qui ludo prohibito lucratus est , & à iudice ad instantiam victi interrogatus, magis arridet sententia Molinæ , quia dato, quod lex illa concedens victo repetitionem sit pœnalis , tamen non agitur de lege pœnali applicante pœnam fisco , sed ipsi victo , ac proinde victor iuridicè interrogatus negans lucrum in ludo factum, videtur delinquere in iustitiam commutatiuam in ordine ad eum, cui pœna applicanda erat, quo casu etiam Sanchez allegato *cap. 22. n. 22.* ait negantem teneri ad restitutionem.

An pupillus , seu minor , vel qui ludo prohibito, casu quo potest beneficium restitutionis implorare, vel lucrum ab altero acquisitum repetere, possit tuta conscientia propria authoritate non soluere, quod promisit.

Tertia difficultas an pupillus , & minor , qui citra tutoris, vel curatoris authoritatem cum maiore liberè, & sine fraude , dolo ac iniustitia contraxit v. g. rem aliquam promisit, aut ludo licèt alias licito perdidit pecunia credita , vel alio contractu rem suam alteri obligauit sed nondum soluit rem promissam, vel pecuniam perditam, aut aliam rem oppignoratam teneatur in conscientia illam soluere , an vero possit propria authoritate contra alterum petentem vti exceptione, & non soluere ex eo, quod lex ciuilis sibi concedit soluti repetitionem, & restitutionem in integrum. Et

Prima sententia asserit pupillum , & maiorem non teneri in conscientia soluere, aut stare contractui. ita in terminis Sanchez *lib 6. d. matr. de disp. 38. n. 34.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 9. n. 10.* Bonacina *de contract. disp. 3. q. 1. p. 5. n. 8.* Diana *p. 3. tract. 5. resolut* 44. Turllench *in decal. lib. 7. cap. 16. n. 6.* & Ioannes Lugo *de iustitia disp. 22. n. 301.* & pro hac sententia ab iisdem rectè allegantur Doctores asserentes eum , qui ludo prohibito lusit pecunia credita , non teneri in foro conscientiæ pecuniam perditam , cuius solutæ recuperationem lex ciuilis concedit victo , soluere. ij præter nonnullos alios *in tit. præcedenti n. 117.* allegatos, & alios, quos referunt Sayrus, Sanchez , & Lessius *locis d. n. 117. citatis*, sunt Couarruuias *in d. regula peccatum p. 2. §. 4. n. 8.* Molina *tract. 2. disp. 215.* Lessius *loco allegato d. n. 117.* Augustinus Barbosa *to. 6. in decretalis in addit. ad cap. inter dilectos n. 4 & 9.* Rebellus *de oblig. iust. p. 2. lib. 12. q. 1.* Bonacina *de restit. disp. 2. q. 3. p. 5. n. 2.* Diana *p. 3. tract. 5. resolut. 94.* Villalobos *p. 2. tract. 28. diff. 3. n. 2.* Turllench *d. lib. 7. in decal. cap. 17. dub. 4. n. 2.* iidem Sanchez, & Lessius *locis d. n. 117 relatis.* idem Sanchez *lib. 1. sum. cap. 23. n. 144.* Layman *d. tract. 4. cap. 21. n. 3. & alij recentiores apud eosdem.* Ratio potissima est, quia, cui datur actio ad repetendam rem solutam, conceditur etiam exceptio , vt non soluat , fert textus in *l. inuictus 199 §. cui damus ff. de reg. iur. cap. ad agendum de reg. iur. in 6. & l. creditori Cod. de pactis.* minori autem competit actio ad repetendum datum sine tutoris , aut Curatoris authoritate iuxta tradita supra *n. 181.* sicut & ei , qui ludo prohibito perdidit , ac soluit datur actio ad repetendum solutum *auth. alearum vsus Cod. de religios. & sumpt. fun* vbi ita habetur , *nulla sequatur condemnatio, solutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur, &c.* Confirmatur primo, quia frustra, & inutiliter soluitur, quod statim repetendum est. *l. dolo ff. de doli mali except. & reg. dolo 59. de reg. iur. in 6.* quid enim opus est inutili circulo , vt soluat quis , quod ipsi restituendum erit. Confirmatur secundo ex Couarruuia , & Lessio, quia eo ipso , quod minori , & ei , qui ludo prohibito perdidit, lex concedit vt non possint cogi in iudicio fori externi ad soluendum , etiam concedit, vt in foro conscientiæ possint retinere; tum quia parum est , non cogi in foro externo , si interim cogatur in conscientia: tum quia lex ideo non vult cogi , nisi quia mens eius est , vt non soluat , & rebus suis se non priuet , & qui lucratus est , non fruatur lucro. Hanc eandem sententiam ait Sanchez ex Bartholo *extrau. ad reprimendam. n. 13.* ex Butrio *cap. nouit n. 62. & 63. de iudiciis.* vbi dicunt , si pupillus non soluat id, quod obligatione naturali tenetur, non posse denunciari euangelice ; quia si soluit, repetit, & conceditur sibi repetitio. Et iuxta hanc sententiam 206.

idem dicendum erit de minore non habente curatorem, qui contractu suo sine debitis solemnitatibus se obligauerit ad dandum aliquid alteri, poterit enim tuta conscientia non soluere, cum etiam ei detur actio, & petat rescissionem, & restitutionem coram iudice.

207. Addit Sanchez *d. num.* 35. *versic. Quod non*, præfatam doctrinam, quod, cui datur actio ad repetendum, competat etiam retentio, procedere non solum quando actio ad repetendum est perpetua; sed etiam si sit temporalis, scilicet tempore limitato concessa, nimirum ad quadriennium, vel ad biennium; si enim solutio nondum facta sit, quamuis transactum sit tempus, quod ius concedit ad vtendum actione repetendi; durat nihilominus ius excipiendi, & retinendi, quod perpetuum est, quia anoalia (subdit idem Sanchez) seo temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum *l. licet* 5. *Cod. de except.* ibidem Glossa & cæteri Scribētes. Speculator *tit. de except.* § *viso quando exceptiones num.* 49. & Bertachinus *in repertor. verbo exceptio* sub *num.* 190. ac proinde iuxta hanc sententiam licet creditor à pupillo, vel minori, vel à victo in ludo prohibito petat transacto tempore à lege statuto ad petendam restitutionem, vel repetendum solutum, adhuc minor, vel victus poterit tuta cōscientia non soluere.

208. Neque prædictis obstat (inquit Lessius) quod iure naturæ teneamur promissa implere, nam hoc, ait, verum est, nisi vel lex ea irrita reddat, vel ex iusta causa faciat potestatem non implendi, & liberandi, se, & excutiendi obligationem per contractum inductam, si velit, vt facit minori, & victo in ludo prohibito. Quare etsi creditor minoris, & victi in ludo prohibito possit solutionem rei promissæ exigere, & cum ei tradita fuerit, acquirat eius dominium, nec teneatur ante sententiam minori, vel victo restituere, quia lex non reddit contractum ipso iure nullum, tamen nondum solutam non potest eam extorquere, si minor vel victus beneficio legis vtens nolit soluere.

209. Non obstat secundo (inquiunt Sanchez, & Lugo) quod minor, sicut & victus in ludo obligetur naturaliter, ex sua promissione suoue contractu liberè, & absque fraude facto, vt in hac controuersia supponitur, ex quo sequitur, vt etiam naturaliter, & in foro conscientiæ teneatur soluere, alioqui si porest retinere, & non soluere; nec etiam naturaliter obligatur stare contractui, vel obligatio naturalis esset frustranea. nam respondent obligari naturaliter, remque promissam esse naturaliter, & in foro conscientiæ debitam, non tamen absolutè, sed dependenter, nisi minor, vel perdens in ludo velit vti beneficio legis sibi concedentis ius excipiendi, & retinendi: irem obligari naturaliter quoad hoc, vt si soluerit, nec ipse possit vti compensatione, sed solum in iudicio repetere; ita quod nec recipiens teneatur restituere ante iudicis sententiam, vnde etiam talis obligatio non frustranea, maximè etiam quia ratione talis obligationis fideiussor obligabitur, vt supra dictum est.

210. Non obstat tertio iuxta eosdem Sanchez, & Lugo, quod contractus minoris non sit ipso iure irritus, sed validus, & obliget; solumque detur minori actio ad petendam restitutionem, & consequenter remanet minor ex contractu obligatus ad soluendum, donec eandem restitutionem à iudice petat. Nam respondent contractum esse validum, quatenus dat ius petendi, accipiendi, & retinendi vsque ad iudicis rescissionem; quia tamen simul beneficio legis minori competit actio ad rescissionem contractus, & ad repetendum solutum, hinc fit, vt etiam ille habeat ius excipiendi, & retinendi.

211. Contrariam tamen sententiam, & quod minor, qui liberè, & sine fraude, & dolo alteri rem promisit, vel ludo siue licito, siue prohibito cum promissione soluendi perdidit, vel alio contractu se obligauit ad aliquid alteri dandum, teneatur in foro conscientiæ soluere nisi in iudicio petat promissionis, & contractus rescissionem, & restitutionem in integrum, tenet in terminis Alcozer *lib. de ludo cap.* 33. *fine* relatus à Sanchez *d. n.* 34. & probabilem dicunt idem Sanchez *ibidem*, & Ioannes Lugo *d. n.* 301. & de victo debente ex ludo prohibito ratione promissionis eam soluendi victori eum teneri pecuniam perditam in conscientia soluere, nisi petat in iudicio facultatem de non soluendo, seu vt cassetur talis promissio præter Sayrum, Valentiam & Salam locis *titulo præcedenti num.* 119. allegatis, docēt Azorius *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 24. *q.* 7. Garzias *de contractibus p.* 2. *cap.* 19. Alphonsus Castro, Martinus Ledesma, Bañes, Michaël Salon, Corduba Conradus, & Emanuel, Sà, quos ad diresetūt Saytus & Salas locis *d. n.* 119. allegatis, Sanchez *d. d. sp.* 38. *n.* 33. & Ioannes Lugo *d. n.* 301. & nouissimè doctissimus Lælius Mancinus *disquisit. genialium cent.* 2. *cap.* 117. Probatur quia promissio, vel contractus minoris, & victi in ludo iure naturæ, & in foro conscientiæ valet, & naturaliter, & in foro conscientiæ obligat minorem, & victum in ludo, qui sine fraude, & dolo liberè promiserunt, & contraxerunt, vt hic supponitur de promissione, & contractu minoris iuxta sententiam traditam supra *n.* 170. & de contractu ludi, seu promissione soluendi pecuniam perditam facta victo in ludo prohibito tenent omnes, quia lex ciuilis, nec in iuribus allegatis supra *n.* 181. neque alibi promissionem, & contractum illum minoris irritat, & annullat, sicut lex ciuilis in *d. auth. alearum vsus*, non irritat illam promissionem, & consensum victi in ludo, sed in vtroque casu lex ciuilis solum concedit minori, & victo ius rescindendi in iudicio fori exterioris promissionem, & contractum, & repetendi, seu recuperandi rem solutam media iudicis sententia, vt constat ex *d. auth. alearum vsus*, & iuribus *n.* 181. allegatis. & ex *dictis supra n.* 195. & tradunt etiam Sanchez, & Lessius locis *d. n.* 195. allegatis: nec dissentiunt alij Doctores oppositæ sententiæ, ergo nisi minor, vel victus in iudicio petierint, & obtinuerint rescissionem contractus, & cassationem promissionis, seu restitutionem in integrum, manent naturaliter, & in foro conscientiæ obligati implere promissionem, & contractum, & rem promissam soluere tenentur. Nec iuuant responsiones datæ à Lessio, Sanchez, & Lugo adductæ supra *n.* 208. & *duobus seqq.* tum quia facere potestatem rescindendi contractum, seu dare ius, & actionem ad rescindendum in iudicio contractum, & ad repetendum solutum, non est rescindere actu ad solam voluntatem eius, cui tale ius, seu talis actio conceditur, sed solum, vt ad illius petitionem Iudex rescindat, & restituat rem in integrum, ac proinde opus est iudicis sententia, & consequenter ante illam, vel saltem nisi minor, & victus petant in iudicio rescissionem, & cassationem promissionis, manent obligati in foro conscientiæ illam implere, & rem promissam soluere, cum promissio, & contractus retineat suum valorem naturalem, & in foro conscientiæ ligantem; tum quia antequam petatur in iudicio rescissio, seu restitutio in integrum, & sequatur iudicis sententia, is, cum quo minor, vel victus contraxit, vel habet ius ad rem promissam, & super qua celebratus est contractus, acquisitum ex promissione, seu contracto, vel non habet; si non habet, ergo promissio, seu contractus nullo modo validus, nec obligat naturaliter contra suppositum, qui nullum tribuit ius contrahenti, seu promissario: si habet, ergo minor priuata authoritate nollens soluere rem promissam peccat contra iustitiam, quia priuat alterum iure suo, ergo in conscientia tenetur soluere. Tum quia si minor, vel victus potest in foro conscientiæ retinere, & non soluere rem pomissam, & ex proprio contractu alioqui naturaliter debitam, quia potest in iudicio fori exterioris petere rescissionem contractus, & repetere, seu agere ad restitutionem rei promissæ, si eam soluit, ergo res est debita naturaliter,

naturaliter, & non debita; debita quia supponitur contractus validus in foro conscientiæ, & obligare naturaliter, non debita, quia minor pro libito potest non soluere. Tum demum quia, si idem minor, vel victus potest in foro conscientiæ retinere, & non soluere, quia ei datur in iudicio actio ad rescissionem & repetitionem, non apparet ratio, cur postquam soluit rem promissam, non possit etiam furtim surripere, & spoliare occultè, & sine scandalo possessorem, cum ei similiter à lege datur actio ad illam in iudicio recuperandam: Hoc tamen etiam Doctores primæ sententiæ negant. Igitur tanquam probabilius puta dicendum minorem, aut victum posse quidem non soluere, si petat in iudicio rescissionem, & cassationem promissionis, & contractus, quo se obligauit ad rem soluendam, quia lex concedens repetitionem soluti, & restitutionem in integrum ita, vt postea translatio dominij irritetur, absque dubio concedit etiam rescissionem promissionis, & contractus in eodem foro faciendam; & interim dum res agitur in iudicio fori exterioris vterque poterit non soluere. Vt in specie notarunt Sayrus, Valentia, & Salas; propria autem authoritate sine iudicis sententia, & dispensatione, seu facultate de non soluendo, sibi facta à potestate publica non potest non soluere, vt videntur satis ostendere rationes adductæ.

212. Ad rationem primæ sententiæ respondetur illam regulam iuris, cui competit actio ad repetendum, competit exceptio habere locum in foro exteriori, & si vrgeret in casu nostro; haberet locum etiam quando quis ludo prohibito ludit pecunia præsenti, & amittit, nam etiam tunc datur actio ad repetendum, & ideo perdens non teneretur soluere, quod tamen Adrianus, & alij ex Doctoribus primæ sententiæ negant. Quare ad primam confirmationem respondetur similiter probare eum, qui ludit pecunia præsenti non teneri soluere, quia eidem post solutionem datur actio ad repetendum in iudio. Neque verò est inutilis solutio, & inanis circulus; tum quia satisfacere promissioni validæ de iure naturæ, & ex qua oritur naturalis obligatio non potest dici quid inutile, & maximè in casu ludi prohibiti, à quo propter obligationem soluendi pecuniam perditam promissam arcentur magis homines à ludo; tum quia post solutionem forsan non repetet, vel ex verecundia, vel ex alia causa sine culpa alterius non poterit in iudicio per iudicis sententiam recuperare.

213. Ad secundam confirmationem negatur consequens; ad illius primam probationem etiam si cogatur in conscientia soluere, dum non petit in iudicio, vt contractus rescindatur, vel facultatem non soluendi; esse tamen vtile, quod non possit cogi in foro exteriori, & quod in eodem possit obtinere rescissionem contractus antequam soluat, & post solutionem recuperare rem solutam. Ad secundam probationem respondeo esse intentionem legis, vt alter non fruatur lucro non absolutè, sed eo modo, quo lex vult & disponit; lex autem disponit, & vult id sequi mediante iudice, seu potestate publica.

214. Aduertendum etiam primam sententiam non habere locum in his prouincijs, in quibus vel non est recepta, vel est abolita lex illa ciuilis *auth. alearum vsus*, & in foro externo non conceditur actio ad repetendum id quod ludo alearum, vel chartarum prohibito perditum, & solutum fuit, vt Layman *vbi suprà*.

215. Supposita autem eadem sententia, quod minor vtens beneficio legis sibi concedentis rescissionem contractus, & repetitionem, seu actionem ad repetendum possit tuta conscientia non soluere, procedit eadem sententia etiam eo casu, quo minor, vel victus in ludo prohibito non haberet animum petendi in iudicio rescissionem contractus, & restitutionem, etenim etiam tunc posset non soluere, nam vteretur iure suo, quod illi lex tacitè concedit absolutè, dum concedit exceptionem in iudicio, & rescissionem contractus, vt sentit etiam Ioannes Lugo *d. disp. 22. n. 302.* & confirmatur magis ex doctrina à me post Sanchez, & alios tradita *in tract. de contractu matr. cap. 12. n. 211.* scilicet, quod minans fictè, & sine animo repetendi alteri repetitionem eorum, quæ ludo prohibito perdidit, potest retinere quod alter hac de causa dedit: Quamuis contrarium minus probabiliter asserant Molina loco *d. cap. 12. n. 109.* allegato, & Lugo *d. disp. 22. sect. 7.*

Prodigus, cui bonis interdictum est, an ex suo contractu sine curatoris authoritate facto obligetur naturaliter & in foro conscientiæ.

Dubium quartum. An Prodigus, cui datus est Curator, & interdicta bonorum administratio, si sine curatoris authoritate contrahat, contractus sit, necnè validus in foro conscientiæ, & ex eo naturalis oriatur obligatio.

Talem contractum non valere in foro conscientiæ, nec prodigum ex eo naturaliter obligari tradunt Bartholus in *l. cum lex. n. 5. ff. de fideiuss.* & *l. 1. n. 8. ff. de nouat.* Caldus *in l. curatorem verbo* cum non absimilis *n. 22. Cod. de in integrum restitut.* & Iurisperiti communiter, vt testantur Vasquius loco *n. seq.* allegando Sanchez *lib. 6. de matr. d. disp. 38. n. 20.* versic. *& confirmatur.* & idem asserunt Theologi communiter idem Sanchez *d. disp. 38. num. 21. & 36.* versic. *ad confirmationem*, & versic. *ad quintam*, Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 17. dub. 8. n. 62. versic. tertio.* & *cap. 18. dub. 11. n. 77.* Reginaldus *in praxi fori pænit. lib. 25. n. 160.* Bonacina *de contract. disp. 3. q. 1. p. 5. n. 5.* Turllench. *in decal. lib. 7. cap. 16. dub. 2.* Ioannes Lugo *de iustit. disp. 22. n. 289.* versic. *quarto obijcitur*; & alij iurisperiti & Theologi (excepto Fagundez) relati suprà *n. 32.* 216.
Fundamentum est, quod lex tali contractui resistit, & ipso iure illum efficit nullum ciuiliter, ac naturaliter, ac proinde impedit etiam naturalem obligationem ex eo oriri *l. is, cui bonis 6. ff. de verbor. obligatione.* vbi habetur: *Prodigum cui interdicta est bonorum administratio non posse tradere, nec promittendo obligari; & ideo nec fideiussorem interuenire posse.* ex eo enim, quod lex dicit non posse obligari fideiussorem, ostendit ex tali promissione, vel contractu non oriri obligationem naturalem, cum obligationi naturali benè accedat validè fideiussor, & vbi non est naturalis obligatio fideiussor accedere, & obligari non possit iuxta tradita suprà *num. 170.* Hinc iuxta hanc sententiam, & præallegatos Doctores, & alios, si quis habuisset aliquid ex Donatione prodigi, cui datus est curator, & bonis interdictum est, teneretur in conscientia restituere. Antequam vero interdicatur, etsi peccet prodigus malè dissipando substantiam, non tamen nascitur obligatio restituendi, quia non facit contra iustitiam, sed solùm contra liberalitatem, quæ non obligat ad restitutionem; & quoties non est cum damno alterius, est solum peccatum veniale. Et ita sentiunt Doctores communiter, non solum allegati, sed etiam alij, quorum plures allegaui in *tomo 2. horum moralium variorum tit. 12. n. 144.* idem latè tradunt Gomez *var. tom. 2. cap. 14. n. 31.* & Sanfelicius *p. 1. decis. 148. n. 5.* vbi docent etiam notoriè prodigum posse contrahere antequàm sibi interdicatur bonis: & referunt plurima requisita vt censeatur illi interdicta administratio & sit inhabilis ad contrahendum, videlicet quod adhibeatur causæ cognitio in dilapidatione, ita quòd sibi detur curator: item quòd Iudex interdicat bonorum suorum administrationem, item quòd faciat publicè præconisare vt nullus de cætero cum eo contrahat; quâ præconisatione per ciuitatem nondum factâ Sanfelicius *d. decis. 148.* dicit adhuc valere contractum cum prodigo ante dictam publicationem factum. Etsi contractus esset onerosus, qui habuisset aliquid à prodigo, postquam ei fuit interdicta bonorum administratio, non teneretur reddere acceptum, nisi &

illi

illi restituatur à prodigo pretium, quatenus factus esset ditior, iuxta tradita suprà *n. 59. & 84.*

217. Non desunt tamen, qui affirmant præfatum prodigi contractum factum sine curatoris authoritate naturaliter subsistere, & ex eo oriri obligationem naturalem ligantem in foro conscientiæ. ita Vasquius *de success. creatione* §. 30. *num.* 18. Fagundez *de iustitia lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. (vbi dicit solum talem contractum non valere pro foro externo; sicut *lib. 6. cap. 9. num.* 5. docet eiusdem Prodigi habentis curatorem testamentum non valere pro foro externo, valere vero pro foro interno) & Lessius, & Layman locis suprà *num.* 178. allegatis satis clarè iudicant idem probabile, dum vniuersaliter aiunt probabile esse, quod quando contrahentes sunt habiles (quod dicunt propter contractum matrimonij, vt ipsi explicant, & notaui *dicto num.* 178.) & adest vtriusque plenus consensus, contractum inducere obligationem naturalem, etiamsi solemnitas iuris non seruetur. Huiusmodi autem obligationem naturalem, addit Vasquius *eodem num.* 18. esse vtilem solum quoad forum animæ, omninò vero inefficacem, & inutilem quoad forum contentiosum; ita vt non prosit in foro externo ad excipiendum, & retinendum, nec possit ei accedere fideiussor. & ita intelligit *d. l. is, cui bonis.* quod idem indicat Layman loco citato. Fundamentum igitur huius sententiæ est, quia etsi lex ciuilis positiua resistit tali contractui, reddit tamen nullum (vt suprà *d. n.* 178. dictum est) solum quoad forum iudiciale, in quo vult carere omni effectu, & posse omninò rescindi, & cassari cum priuatione omnis effectus, ac si nunquam factus fuisset; cum hoc videatur sufficere ad consulendum bono publico.

218. Quare retenta hac sententia ad fundamentum prioris sententiæ respondendum, ex eo quod iuxta *d. l. is, cui bonis* fideiussor non potest accedere contractui, vel promissioni factæ à prodigo, cui interdicta est administratio bonorum, probari solum ex tali contractu non oriri obligationem naturalem vtilem, sed omninò inefficacem quoad omnes effectus ciuiles, quos alioqui habet obligatio naturalis, quando lex contractui positiuè non resistit, sed solum non assistit non tribuendo ei actionem ciuilem, & ita dum *in d. l. is, cui* absolutè dicit, *non posse tradere, non posse obligari*, intelligi potest, non posse obligari etiam naturaliter eo modo, quo obligatio oritur ex pacto nudo; scilicet, obligatione naturali vtili aliquo modo, quoad forum externum, vel etiam efficaci, & perpetua iuxta tradita suprà *n.* 176. cum per iudicis sententiam possit contractus omninò annullari, & priuari omni effectu, & eum, qui aliquid habuit, cogi ad restitutionem, ac si contractus nunquam factus fuisset. Qua sententia lata iuxta tradita de minore, & sententiam positam suprà *num.* 57. *& seqq.* & sententiam traditam suprà *n.* 57. *& seqq.* is, qui aliquid habuit per contractum prodigi, tenetur in foro conscientiæ restituere.

219. Supposita autem hac sententia. An prodigus, qui aliquid notabile promisit, vel ludo perdidit, aut ad alteri dandum se obligauit, & non soluit, vtens beneficio legis sibi concedentis rescissionem contractus possit propria authoritate tuta conscientia non soluere: & postquam soluit, an possit vti occulta compensatione resoluendum est iuxta tradita in præcedentibus de minore, & de eo, qui in ludo prohibito perdidit absenti pecunia, cum promissione soluendi.

220. In hoc dubio præter prædicta aduerto ex traditis à me *in tomo 2. horum moralium variorum tit.* 12. *num.* 145. quod cum lex non interdicat prodigo bonorum administrationem, & curatorem det, quia verè prodigalitas importet dementiam, & insufficientiam vsus rationis, sed in pœnam vitij, & dilapidationis bonorum, statim ac resipuerit, & ad bonos mores se receperit, eum posse licitè, & validè contrahere, & se obligare, cum tunc etiam cesset interdictio administrationis, & curator, etiam si decretum iudicis reuocatorium primi nondum superuenerit, vt ostendi *d. n.* 145.

Si statuto cautum sit, ne mulier, vel minor possit contrahere sine consensu duorum proximorum, vel viri, an ex contractu aliter facto obligentur naturaliter & in foro conscientiæ.

Dubium quintum an stante statuto, quod mulier, vel minor non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorum proximorum, vel quod vxor non possit contrahere sine licentia, seu consensu viri, si mulier, aut minor sine consensu proximorum, vel vxor sine consensu viri contrahat, talis contractus sit validus in foro conscientiæ, seu ex eo oriatur obligatio naturalis obligans in conscientia, si adfuit plenus contrahentium consensus, nullaque fraus interuenerit.

Talem contractum esse ipso iure nullum omninò etiam in foro conscientiæ, ex eoque non oriri vllam obligationem, seu mulierem, vel vxorem non obligari naturaliter affirmant magis communiter Doctores. ita Bartholus *in d. l. cum lex col.* 3. versic. *sed iuxta prædicta*, & *in d. l.* 1. *columna penultima in fine ff. de nouat.* & *alibi.* Baldus *in l. cum quis col.* 4. *vers.* 10. *& vltimo Cod. de iuris & facti ignorantia* (vbi dicit, quod si statutum dat certam formam testandi mulieribus, vel minoribus non oritur naturalis obligatio) Couartuuias *in reg. peccatum p.* 2. §. 3. *n.* 10. Mænochius *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 80. *n.* 37. Antonius Gomez *in* 3. *l. Tauri n.* 124. versic. *Tertio infero* Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 19. *n.* 47. *&* 48. Paulus de Castro, Alexander Socinus, Guido Papa & alij relati à Tiraquello post legem 16. *connub. gloss.* 4. *n.* 12. qui idem sentit, vt colligitur ex verbis quæ habet *n.* 13. *fine*, & in terminis tenet etiam Rodriquez *quæst. reg. to.* 1. *quæst.* 27. *art.* 9. & pro hac sententia stant omnes Doctores relati suprà *n.* 19. & alij, quos allegat Tiraquellus vbi suprà *n.* 20. Probat Bartholus; nam disponere, *quod non possit contrahere*, nihil aliud est, quam auferre facultatem contrahendi iuxta tradita supra *n.* 121. *& seqq.* sed quando aufertur facultas contrahendi impeditur omnis obligatio etiam naturalis, redditurque contractus ipso iure nullus non solum ciuiliter, sed etiam naturaliter, & in foro conscientiæ iuxta tradita supra *n.* 20. Et confirmat Bartholus *ex l. iubemus Cod. de sacros. Eccl.* iuncta *l. non dubium*, per talia etiam verba lex resistit positiuè contractui; quando autem lex resistit actui; tunc nec ciuilis, nec naturalis obligatio oritur iuxta tradita suprà *num.* 22. Couartuuias, Mænochius & Doctores relati à Tiraquello *d. n.* 20. probant, quia statuta condita ex iusta causa, & in bonum publicum sunt seruanda etiam in foro conscientiæ iuxta tradita suprà *n.* 24. *&* 25. & *tit. præcedenti n.* 53. Quare iuxta hanc sententiam, qui ex contractu inito cum muliere citra authoritatem duorum proximorum, vel consensum viri, rem habuit, & detinet, tenetur in foro conscientiæ restituere ante omnem iudicis sententiam. 221.

Non caret tamen probabilitate præfatum contractum esse validum in foro conscientiæ, seu inducere obligationem naturalem in foro conscientiæ obligantem; & ex tali contractu oriri obligationem naturalem, tenent Angelus *consil.* 351. (vbi loquitur de statuto, quod non valeat contractus factus à muliere sine consensu duorum consanguineorum) Baldus *in l. ad exactionem ante finem, Cod. de dot. promiss.* (vbi dicit, quod præsentia consanguineorum ex statuto requisita tum demum est de substantia actus, nullamque actus parit obligationem, cum statutum expresse annullat vtramque obligationem; 222.

obligationem; vnde ex consequenti videtur secus sentire, & aliud esse dicendum, si non expressè annullaret) Iason in *auth. praeterea col. 9. versic.* item aduerte. *Cod. vnde vir* (vbi loquitur in muliere contrahente sine consensu duorum consanguineorum requisito per statutum; & dicit eo contractu mulierem obligari in foro conscientiae) & *in l. si non sortem in princ. ff. de condit. indebiti*, & Vasquius *de successionum creatione d. § 30. num. 59.* vbi dicit ex contractu citra consanguineorum consensum contra dispositionem statuti à muliere, vel minore facto oriri naturalem obligationem vtilem, & efficacem quoad forum conscientiae, prorsus tamen inutilem, & inefficacem quoad effectus iuris ciuilis, forumque contentiosum, scilicet, ad excipiendum in iudicio, & similia; pro hac sententia etiam allegari possunt Doctores suprà *n. 32.* allegati, & alij allegati suprà *n. 38.* & Lessius, ac Layman locis suprà *n. 178.* citatis. Fundamentum huius sententiae est, quod statutum (vbi expressè non impedit, seu tollit etiam obligationem naturalem à contractu aliter facto) inducat inhabilitatem solum ad contrahendum validè pro foro externo, velitque in foro externo tantum talem contractum fore ipso iure nullum, & carere omni effectu ciuili, & per iudicis sententiam posse, & ad instantiam partis debere iudicem illam omninò rescindere, & annullare, & omni effectu ex eo sequuto priuare: cùm hoc sufficiat ad publicam gubernationem rectam, & ad bonum publicum. Alia in confirmationem huius sententiae videantur suprà adducta in confirmationem sententiae positae *n. 8.* & positae *n. 32. & 38.* Et in hanc sententiam tandem declinat Tiraquellus *d. glossa 4. n. 22. fine* dum ait, se verissimum putare, vt non peccet, qui rem aliquam detinet ex huiusmodi contractu facto à muliere sine consensu viri, modo absit fraus omnis, atque laesio; quod idem confirmat *num. 25.* dicens sic retinentem rem ex tali contractu non peccare, quia habet purum consensum mulieris. Quare ad probationem prioris sententiae adductam ex Bartolo respondetur primo, verbum, *non possint*, auferre potestatem contrahendi validè pro foro externo; secundo auferre potestatem contrahendi validè etiam in foro conscientiae efficaciter, & irreuocabiliter; eum stante statuto possit talia contractus omninò rescindi, & priuari omni effectu iuxta tradita suprà *num. 39. & num. 376.* Ad probationem Couarruuiae, & aliorum respondetur leges, & statuta non semper obligare in conscientia, vt constat ex dictis in praecedentibus. Supposita autem hac sententia, an mulier, quae suo contractu pleno consensu, & sine fraude facto sine consensu duorum consanguineorum, vel mariti aliquid alteri promisit, vel donauit inter viuos, vel alio contractu ad aliquid dandum se obligauit, sed non soluit, possit tuta conscientia non soluere, vtendo auctoritate, seu beneficio legis, seu statuti illi concedentis rescissionem contractus, & illius omnimodam annullationem, ac in integrum restitutionem per iudicem faciendam affirmat Tiraquellus *d. glossa 4. num. 25.* dicens non peccare mulierem, quae non obstante tali contractu rem detinet, nec soluit auctoritate legis, vel statuti innixa. Sed quid sentiendum in hac re, & an si soluit, possit vti secreta compensatione, resoluendum est iuxta tradita suprà de minore *à n. 191. ad 215.*

213. Quod autem iuxta hanc sententiam dictum est de contractu mulieris sine consensu viri facto contra statuti dispositionem talem consensum requirentem Vasquius *d. § 30. n. 28. & 29.* ampliat (licèt Michaël Ferrua *resolut. p. 2. q. 105. num. 44.* contrarium sentiat, in quo videtur sibi non cohaerere) ad casum *l. 54. Taur.* quae prohibet, ne mulier sine licentia sui viri possit vllam haereditatem repudiare, quam legem ait ex mente eiusdem legis, licèt deficiant, comprehendere etiam repudiationem legati, & agnitionem fideicommissi, & legati cuiuscunque siue singularis, siue vniuersalis habentis onus annexum, vel si agnitio inferret praeiudicium ad instituendam querelam inofficiosi testamenti; dicit enim Vasquius, quod licèt in his casibus prohibitoriis lex illa resistat; ac proinde si mulier faceret contra legem, repudiatio, vel agnitio esset nullius momenti ciuiliter, ac si nunquam repudiasset, vel agnouisset, tamen mulier obligabitur naturaliter, & si illa obligatio naturalis propter legis resistentiam carebit omnibus effectibus, quas lex positiua tribuit obligationibus naturalibus, & ita in foro contentioso ex toto inefficax erit; licèt in foro animae vtilis esse possit. Addit tamen id intelligendum, si ipsa mulier, quae haereditatem, aut legatum, quod habet onus iniunctum, quodque sine licentia viri, & sine inuentario agnouit, possidet; nam si non possideat, sed res stetit in meria, & solis terminis agnitionis, tunc etiam in foro animae non tenebitur; quia inquit, sub hac conditione quisque agnoscens ad onera se obligatum voluit, si haereditate, aut legato potiatur. Caeterum si per legis, & mariti prohibitionem gaudere, & potiri nequeat, non est cur ad onera etiam in foro animae obligata videatur. ita Vasquius.

Mulier fideiubens non seruata solemnitate legis antiquae §. fin. Cod. ad Vell. *an obligetur naturaliter.*

Etsi etiam, si mulier fideiussit, vel aliter se obligauit, non seruata solemnitate *legis antiquae §. fin. Cod. ad Velleianum*, Bartholus *in extrauaganti*, ad reprimendum *verbo* denunciationem *col. 2.* versic. *quid de muliere.* & *l. cum lex. col. 1. ff. de fideiussoribus*, Panormitanus *in cap. quia plerique col. 10. versic.* ex quo infero quod mulier *de immunit. Eccl.* & Doctores communiter scribentes *in d. l. cum lex* asserant mulierem non obligari naturaliter & in foro conscientiae. Nihilominus Vasquius *d. § 30. n. 21.* tanquam verius asserit inde oriri obligationem naturalem vtilem quidem quoad forum conscientiae, inutilem tamen, & omnino inefficacem quoad effectus iuris ciuilia, & quoad forum contentiosum; atque ita intelligit *dictum §. final.* & pro hac sententia faciunt caeteri Doctores allegati *n. 212.* & relati suprà *n. 32. & 38.* 214.

Ex alienatione fundi dotalis contra legis prohibitionem facta, an oriatur naturalis obligatio.

Quamuis etiam ex eo, quod *l. 1. ff. de fundo dotali*, alienatio fundi dotalis expressè est prohibita; ex alienatione fundi dotalis factae contra legis praeceptum oriri naturalem obligationem negent Bartholus *in d. l. cum lex.* & Couarruuias *in cap. quamuis 2. p. § 4. num. 7.* Vasquius tamen *d. § 30. n. 21.* asserit ex tali alienatione naturalem oriri obligationem efficacem in foro animae, sed omnino inefficacem quoad effectus iuris, & forum contentiosum; ac proinde per eam non dari exceptionem, & similia, qui effectus saltem impediuntur, cum lex positiuè contractui resistit illum prohibens, vel irritans si contra legem fiat. 215.

SEQVITVR SVMMARIVM §. IV.

Stante statuto, vt filius habens vxorem, vel emancipatus non possit contrahere sine patris consensu, si inscio patre contrahat, an naturaliter obligetur. n. 216.

Filius familias pubes, etiamsi nullum habeat peculium, ex omnibus

omnibus contractibus, etiam sine consensu patris celebratis obligatur naturaliter, & ciuiliter. n.227.

Limitatur in mutuo sine patris consensu contracto etiam à filio familias pubere, nisi pater ratum habeat, vel finxerit se patrem familias, aut publicè vt talis haberetur, vel receperit mutuo pecuniam ab altero fratre, qui etiam sit in potestate patris. num.228. aut causa studiorum, aut legationis, aut alia causa necessaria alimentorum mutuum acceperit, vel mutuum versum sit in vtilitatem patris; nam tunc pater obligatur ex mutuo à filio contracto. num.228.

Filius familias etsi non obligetur in foro exteriori ex mutuo contracto sine patris voluntate, obligatur tamen naturaliter, & in foro conscientia. n.229.

An id procedat etiamsi filius familias pecuniam mutuatam malè consumpserit. ibidem.

Ex voto siue personali, siue reali sine patris consensu emisso qua ratione filius familias obligetur, & qua vota à filio familias impubere, pubere, & maiori emissa personalia, vel realia etiam de aduentitiis, quorum vsum fructum pater non habet, possit pater irritare. n.230.

Filius familias impubes neque etiam de consensu patris potest obligari. n.231. & an id procedat quoad bona pupilli castrensia, vel quasi. ibidem.

Ratio cur pupillus authore tutore obligetur naturaliter, & ciuiliter, non autem authore patre. ibidem.

In bonis aduentitiis an filius familias impubes authore patre ea possit obligari. ibidem.

Filius familias pubertati proximus, vel doli capax ex suo contractu an obligetur naturaliter. n.232.

Filius pubes potest liberè contrahere, & disponere de bonis castrensibus, & quasi castrensibus. n.233.

Idem de filio emancipato, aut viuente seorsim à patre cum vxore, & familia per decennium. ibidem.

De bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vsumfructum, filius familias pubes sine patris consensu potest liberè disponere. n.234.

Enumerantur casus in quibus aduentitiorum vsusfructus non ad patrem, sed ad ipsum filium spectat. n.235.

De aduentitiis, quorum administrationem, & vsumfructum habet pater, filiusfamilias pubes sine patris consensu non potest disponere inter viuos. n.236. potest autem de consensu patris. n.237.

Etsi alienatio de aduentitiis prædictis sine consensu patris facta sit inualida, filiusfamilias pubes tamen vniuersaliter tenetur de contractibus factis post pubertatem etiam sine consensu patris celebratis datur que aduersus eum actio. n.238.

Si ex bonis aduentitiis, quorum vsusfructus spectat ad patrem, filiusfamilias pubes sine patris consensu aliquid ludo amittat sine dolo, & fraude colludentis, an lucrans sciens esse filium familias teneatur id, quod lucratus est, restituere patri, vel filio, siue lucrum consistat in pecunia siue in alia re. n.239.

Filius familias de bonis profectitiis absque consensu patris expresso, vel tacito non potest aliquid donare, vel alienare, vel in vtilitatem suam conuertere. n.240.

Si à patre expositus sit ad eis negotiandum, censetur ei concessa facultas alienandi. ibidem.

Si extra domum patris ex legitima causa moretur de consensu patris potest certam quantitatem moderatam summa sua sustentationi destinata insumere donando, eleemosynas faciendo, vel in ludo honesto. n.241.

Idem potest facere religiosus versans in studiis impensis sui Abbatis, vel in negotiis monasterij foris. ibidem.

Idem etiam filius familias viuens cum patre ex bonis patris profectitiis potest in eleemosynis, vel honestis recreationibus insumere moderatam quantitatem pro status sui conditione. ibidem.

Quid si filius familias eam quantitatem pecuniæ, quam ex præsumpta patris voluntate potest insumere in honestas recreationes, & donationes, insumpserit malè, & illicitè in ludo, vel cum meretricibus, vel alio modo illicito, an tunc peccet contra iustitiam, & teneatur ad restitutionem faciendam patri, vel fratribus post mortem patris. n.242.

Si pater certam pecuniæ summam pro alimentis sufficientibus determinatis, & tradidit filio, pacto vt nihil aliud petat, de ea quantitate, quam ex parsimonia ex victu, & vestitu sibi subtrahit, potest filius liberè donare; &c. ibidem.

Quid si filius familias, cui non sit taxata quantitas pro suis sumptibus, contra Patris voluntatem malè absumpserit maiorem quantitatem, quam sit illa, quam in honestas donationes, & recreationes insumere potest, an tunc teneatur ad restitutionem, vel ad computationem in decisione hæreditatis cum fratribus. n.243.

Statutum Lusitaniæ, quo filius iubetur adducere ad diuisionem cum fratribus donata à patre, de quibus donatis sit intelligendum. ibidem.

Seruus neque domino suo, neque vlli alij potest obligari ciuili obligatione. n.244.

Serui iure ciuili pro nullis habentur. ibidem.

Seruus obligatur naturaliter, & ciuiliter in ordine ad suam libertatem. n.245.

Ex contractu serui oritur obligatio naturalis ligans tàm seruum, quàm alium contrahentem cum ipso, vnde & ipse sua promissione naturaliter obligatur, & dominus pariter promittens seruo naturaliter obligatur ad implendam promissionem. n.244 & 146. & seqq.

Dominus, qui promisit ancillæ suæ, se eam manumissurum, obligatur naturaliter, & in foro conscientia ad illam manumittendam. n.146.

Dominus tenetur in foro conscientia seruare pactum cum seruo initum, licèt seruo non detur actio ciuilis contra dominum extra causam libertatis. n.147.

Regulariter, quidquid acquirit seruus, acquirit Domino. num.148.

Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus serui dominium aliquarum rerum possunt comparare. ib. fine & n.252. fine.

Præfati casus enumerantur. n.149.

De bonis, quorum iuxta præfatos casus seruus habet dominium, potest sine vllo consensu domini inter viuos disponere, & an super iisdem bonis contrahat obligationem ciuilem suo contractu. n.250.

Obligatio naturalis passiua, quam seruus ex suo contractu contrahit, an habeat effectus iure ciuili naturali obligationi concessos. n.251.

Serui carentes peculio, si quod est domini, surripiant, donent, distrahant inuito domino furtum committunt, & tenentur restituere, si res extat, vel pretium eius; & illis non valentibus, tenentur accipientes. n.252.

Quandonam serui excusentur à peccato furti surripientes aliquid domini. ibidem.

Alia summaria vide post n.252.

Stante statuto, vt filius habens vxorem, vel emancipatus non possit contrahere sine patris consensu, si inscio patre contrahat, an naturaliter obligetur.

Tametsi quoque, si statuto cautum sit, vt filius etsi emancipatus, & habeat vxorem nequeat contrahere sine patris consensu, vel vt filius familias nequeat contrahere nisi certa solemnitate adhibita, eo contractu filij inscio patre, vel filij familias absque illa solemnitate celebrato tanquam omnino nullo non oriri naturalem obligationem affirmet Franciscus Molinus *d. lib. 1 de ritu nupt. citata comparat. 19. n. 38. & 45.* & ita oportet, sentiant Doctores *num. 221.* relati, & alij, quos refert Tiraquellus loco *eodem num. 221.* citato, quos etiam ad id allegat idem Molinus *d. num. 45.* Nihilominus iuxta sententiam *num. 222.* positam, & Doctores pro eo allegatos probabiliter dici potest ex eo contractu oriri naturalem obligationem efficacem in foro conscientiæ, licèt sit inutilis, & inefficax quoad effectus iuris ciuilis, forumque contentiosum. 226.

Iure

Iure commmuni attento an filiusfamilias inscio patre possit contrahere, & obligetur tàm ciuiliter, quam naturaliter.

An vero, & qua ratione filiusfamilias iure communi attento ex suo contractu liberè, & pleno consensu facto obligetur.

227. Certum est, filiumfamilias puberem, etiamsi nullum peculium habeat posse inscio patre contrahere, emere, promittere &c. & ex omnibus contractibus etiam sine consensu patris celebratis obligari naturaliter, & ciuiliter, vt constat *ex §. item inutilis* versic. filij vero familiarum. *institut. de inutilibus stipulationibus. l. tam ex contractibus 57. ff. de iudiciis. l. filiusfamilias ff. de oblig. & action. l. 2.* & *l. nulla lex prohibet Cod. quod cum eo. l. si seruus 141. §. 1. ff. de verb. oblig. l. cum filius ff. eodem l. 1. §. filiorum ff. de posit. l. 3. §. sed verum ff. de minoribus l. si filius 41.* & *l. seq. ff. de peculio l. quoties is ff. de nouat.* & ex argumento à speciali *l. 1.* & *per totum ff. ad senatusconf. Maced.* Iason *in l. 1. § huius studij num. 16. ff. de iustitia & iure.* Afflictus *decis.* 308. *num.* 3. Gomez *2. var. cap. 1. num. 2.* Antonius Picchardus *in d. versic. filij vero familiarum* & *in princ. tit. Quibus modis re contrahitur obligatio num.* 116. Molina *de iust. tract.* 2. *disp.* 261. *num.* 4. Sanchez *de matr. lib. 6. disp.* 39. *num.* 1. & Doctores communiter. Quare filiusfamilias pubes, & in foro conscientiæ, & in foro exteriori potest conueniri; & obligatur tam viuo quam mortuo patre. Rationem autem, cur filiusfamilias potest contrahere, & tamen non potest testari, vt *in tomo 2. horum moralium tit. 12. num.* 148. ostensum est, & constat ex *l. qui in potestate ff. de testamentis* & *§. 1. institut. quibus non est permissum facere testam.* & aliis iuribus *d. n.* 148. adductis, eam adfert Gomez *d. num.* 2. dicens quod potest contrahere, quia licet actualiter nulla habeat bona, tamen potentialiter habere potest, cum viuus remaneat post contractum; & acquirere possit, & emancipari, vel sui iuris effici, vel ex alia causa spes acquisitionis est valdè probabilis; & dato, quòd nulla bona post contractum acquirat, saltem habet personam, quæ potest incarcerari: Non potest autem testari (inquit idem Gomez) quia actualiter, & potentialiter non habet, neque habere potest aliqua bona, de quibus testetur, cum omnia acquirantur patri; & sic actus est inanis, & frustratorius. Addit tamen, quod qui nulla habet bona de præsenti, sed potentialiter potest habere in futurum, bene potest contrahere, & similiter testari *l. hereditas etiam ff. de pet. hered.* ibi: *hæreditas etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet.* Hanc rationem Gomezij comprobat, & illustrat Additionator *ibi litera Q.* qui videri potest.

228. Limitatur tamen primo prædicta generalis traditio in mutuo: nam filiusfamilias etiam pubes ex mutuo sine patris consensu contracto non obligatur ciuiliter, & in foro exteriori, vt constat ex *l. 1.* & ex toto titulo *ff. & Cod. ad senatusconf. Maced.* Glossa *in §. item inutilis verbo* obligari *de inutil. stipul* Picchardus *in princ. instit. quibus modis re contrahatur oblig. n.* 117. Petrus Duegnas *reg.* 369. plures alios allegans Sanchez *d. disp. 39 n. 3.* & *in summa lib. 7. c. 31. n.* 22. Quod tamen primo intelligendum est non habere locum, si deinde pater ratum habuit, aut si fraude finxit se patremfamilias, vel publicè vt talis habebatur; aut accipit causa studiorum, aut legationis alibi degens; & vniuersaliter obligatur pater ex mutuo contracto à filio, quoties ei mutuatum est ex causa necessariorum alimentorum, & quatenus in vtilitatem patris versum est. *l. sed Iulianus §. proinde ff ad senatusconf. Maced.* & *toto tit. Cod eodem*, & cum aliis Duegnas *d. reg.* 370. qui *d. reg. 369 n. 1.* sublimitat hanc limitationem, vt non procedat quandocunque filiusfamilias recipit pecuniam mutuò ab altero fratre, qui etiam erat in potestate patris: hoc enim casu, ait, alterum fratrẽ obligari naturaliter, & ciuiliter & cũ effectu, quod expressè docet Glossa *in l. frater à fratre* verbo *à fratre* versic. *item quæro ff. de conduct. indebiti*; quam Glossam approbasse Salicetum, & Baldum, & non habere contradicentem testatur idem Duegnas. Quamuis Antonius Picchardus *in d. princ. tit. quibus modis re contrahetur oblig. n. 19. & 20.* contrarium sentiat, dicens vniuersaliter si filiusfamilias cum patre, cuius iuris est, aut cum fratre sub eiusdem potestate constituto contrahat, naturalem tantum obligationem oriri inter eos id probans ex *d. l. frater à fratre* versic. *naturalem* & *§. quæsitum* versic. *manere naturalem obligationem* & hoc idem dicit Glossa in *d. l. frater à fratre* verbo *fuisset*.

Verùm etsi filiusfamilias ex mutuo contracto sine 229.
patris voluntate non obligetur in foro exteriori, in quo non datur actio mutuanti extra dictos casus, & alios similes iure permissos; naturaliter tamen, & in foro conscientiæ semper obligatur filiusfamilias ex mutuo à se contracto, etiamsi in malos vsus pecuniam expendat, vt docet Couarruuias *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 3. n. 4.* versic. *ego verò.* Ratio est, quia ex natura rei obligatur, & ius positiuum solum denegat mutuanti actionem in foro exteriori, non autem vult liberare filiumfamilias vt pater ex *l. sed etsi paterfamilias §. sed si non ff. ad Maceden.* in qua statuitur filiumfamilias, qui mortuo patre soluit pecuniam sibi mutuatam, non posse eam amplius repetere; quia ij *demum solutum non repetunt, qui ob pœnam creditorum actione liberantur, non quoniam exonerare eos lex voluerit.* Ex quibus verbis colligitur leges non liberare filiosfamilias ab onere soluendi. idem habetur in *l. si pœna causa ff. de condit. indebiti*, si pœnæ causa eius, cui debetur, debitor liberatus sit, naturalis obligatio manet, & ideò solutum repeti non potest. Et hanc sententiam, quod filiusfamilias, qui consulto patre accepit mutuò, licet possit aduersus mutuantem vti exceptione Macedoniani, obligatus sit naturaliter, & in conscientia ad solutionem, tradit indistinctè etiam Antonius Picchardus vbi suprà *num.* 117. eandem tenent Vasquius *de success. creat. lib. 3. §. 28. n.* 55. Padilla *in l. cum quis n. 32. Cod. de iur. & facti ignorantia.* Dueñas *reg. 369. fine* Ioan. Valerus *de differ. verbo restitutio. dist.* 18. Michaël Ferrus *resolutarum p. 2. q. 15. n. 37* Rebellus *de oblig. iust. p. 2. lib. 1. q. 8. n. 30* & alij relati à Sanchea *in summa l. 7. d. disp. 31. citato n. 2.* Quamuis tunc solùm obligari in conscientia filiumfamilias, quando ex mutui datione nullum oritur malum ex his, quæ lex præsumit, velint Innocentius, & Panormitanus *in cap. quia plerique n 26. & 38. de immun. Eccl.* Iason *in §. actiones n. 35. institut de actionibus* & *in l. si filiusfamilias in 1. notab. ff. si cert. um petatur.* Alciatus *in cap. nouit n. 16. de iudiciis* & Adrianus *quodlib. 7.* versic. *infertur primo.* & idẽ videtur sentire Duegnas *d. reg. 369. n. 2.* dum dictos duntaxat Innocentium, Abbatem, & Iasonem allegat; & illud priuilegium *d l. 1. ff. & Cod. ad Maced.* vt filiusfamilias rem sibi mutuò datam, quam malè consumpsit, non teneatur soluere, procedere etiam in foro conscientiæ absolutè asserunt etiam Lessius *lib. 2. de instit. c. 20. n.* 8. Molina *de instit. to. 2. disp.* 301. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *d. n.* 22. & approbant Escobar *tract. de vtroque foro, art. 2. n.* 150. & Diana *p. 16. tract. 7. resolut. 7* dicens leges non solùm actionem denegare sed liberare quoque filiumfamilias ex soluendi obligatione in pœnam malè mutuantis. & est sententia probabilis ob auctoritatem Doctorum, quam propterea quilibet sequi potest, licèt prior Couarruuiæ videatur probabilior, & legibus conformior; & præsertim quando mutuum versum sit in vtilitatem filij. Et in terminis &. communi Doctorum Gutierez *de iurament.* confirmat *p. 1. cap. 44. num.* 6. etsi enim in hoc casu non teneri ad restitutionem filiumfamilias sentiunt Escobar & Diana *locis citatis*, ob eandem rationem quod leges in pœnam mutuantis absolutè

illum liberent ab obligatione soluendi, contra quos tamen vltra communem Doctorum stant tradita de pupillo suprà n.135. Vbi ostensum est illum ex mutuo accepto sine authoritate tutoris obligari naturaliter, & tradita infrà tit. 6. de Ecclesia, quæ non minus priuilegiata est quàm filiusfamilias & pupillus; & tamen obligatur ex mutuo minus solemniter accepto, quando illud est in illius vtilitatem versum, de quo latè in d. tit. 6. æquitati enim naturali repugnat quempiam ex re alterius locupletiorem fieri: & leges solùm intendunt filiosfamilias vt pupillos sicut & Ecclesiam seruare indemnes.

230. Limitatur secundo dicta generalis traditio in voto, ex quo sine patris consensu non obligatur filiusfamilias l.2. verbo vota. ff. de pollicitatione, ibi: filiusfamilias, & seruus voto sine Domini, patrisuè authoritate non obligantur. Cuius legalis dispositionis Antonius Piechardus in principio tituli instit. quibus modis re contrahatur obligatio n.118. eam affert rationem, scilicet, quoniam, qui votum Diis emittebant, vt illud adimplerent, aliquas fortunas habere necessarium esset, quare filiusfamilias, qui nihil habere poterat §. igitur instit. per quas personas cuique adquiritur (vbi idem Piechardus) voto obligari nisi ex patris consensu poterat. Hoc tamen, quod filiusfamilias ex voto sine patris consensu emisso non obligetur, debet intelligi irreuocabiliter. Nam etsi filiusfamilias doli capax verè obligetur voto emisso sine patris consensu. Potest tamen Pater irritare omnia voto filij siue realia, siue personalia facta ab eo ante pubertatem, ita vt filij omnino liberentur ab omni obligatione voti, quæ nec de parentum voluntate reuiuiscit, nisi filius renouet votum c. t. & cap. puella 20. q. 2. & c. a. de regul. & etiam omnia vota realia à filiofamilias emissa ante vigesimum quintum annum, vt tenent Doctores communiter, quos refert Sanchez disp. 39. n. 10. vota vero realia emissa post vigesimum quintum annum à filiofamilias non posse à patre irritari tradunt communiter Doctores ab eodem Sanchez d. n. 10. initio allegati; ob eam rationem, quia vsque ad eam ætatem denegatur filiofamilias bonorum administratio. Idem vero Sanchez eodem num. 10. versic. cæterum, tenet patrem posse irritare vota realia filijfamilias in quacunque ætate emiserit: id probans, quia ex vna parte ratione ætatis non eximitur filius à potestate patria iuxta Doctores, & ex altera parte nullam habet bonorum administrationem aduentitiorum, quorum vsumfructum pater habet; & ratio potestatis paternæ irritandi vota realia in minore 25. annis non est defectus voluntatis filij, sed præiudicium patris. An vero quando patri non competit vsusfructus peculij aduentitij filij familias possit pater irritare vota realia de eiusdem peculio ab eodem filiofamilias in minore ætate emissa, negant plures Doctores, quos refert idem Sanchez lib. 4. sum. cap. 35. num. 38. idem verò Sanchez num. 41. vult patrem posse illa irritare si eiusdem peculij aduentitij habeat administrationem: plura pro nunc de hac re videantur ibidem apud eundem Sanchez. An etiam vota personalia à filiofamilias emissa ante pubertatem patri non præiudicantia, vti sunt vota castitatis, & religionis postquam filius peruenit ad pubertatem possint à patre irritari, si post pubertatem non fuerint confirmata, negat Nauarrus in man. cap. 12. num. 64. versic. Tertiò. At affirmant Doctores communiter quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. sum. cap. 30. num. 9. vti pluribus id comprobat, quæ apud ipsum pro nunc vidrantur.

231. Dixi autem in principio numeri 27. filium familias puberem. Nam filiusfamilias impubes neque etiam de consensu patria obligari potest §. pupillus versic. sed qui in potestate, instituta de inutilibus stipulationibus. vbi sic dicitur. Sed qui in potestate parentis est impubes, ut authore quidem patre obligatur l. vlt. ff. de verb. oblig. & l. vlt. §. sin autem Cod. de bon. quæ lib. Bartholus & cæteri in d. l. vltima ff. de verb. oblig. Piechardus in d. versic. sed qui in potestate num. 1. & seqq. Sanchez d. disp. 39. num. 2. Cur autem pupillus authore tutore obligetur naturaliter, & ciuiliter, non autem authore patre Glossa in d. versic. sed qui in potestate. verbo patre, & Picchardus ibidem num. 19. rationem esse aiunt, quia impubes habet tutorem obligatum, si malè authoritatem præstet; tenetur enim tutor ob rem pupilli malè gestam ex vulgatis iuris principiis. Pater autem etiamsi obligationi factæ interuenisset, & consensum malè præstitisset, non teneretur ob reuerentiam paternam, atq. textus in l. oportet § non autem hypotheca Cad. de bon. quæ lib. ideoque si pupillus sine patre obligari velit, curator ei, quo authore obligetur, dandus erit. d. l. fin. §. sin autem Cod. de bon. quæ lib. Et prædicta procedunt etiam de bonis castrensibus, & quasi castrensibus vt tradunt Molina de iustit. to. 2. disp. 261. num. 4. versic. de impuberibus. Sanchez d. num. 2. & Fagundez de iustit. lib. 1. cap. 14. num. 8. Quamuis Reginaldus in praxi lib. 25. num. 153. & Bonacina de contract. disp. 3. q. 1. p. 5. num. 13. dicunt filiumfamilias impuberem pubertati proximum sicut & puberem posse ad libitum, & liberè disponere de bonis castrensibus, & quasi castrensibus: quorum tamen dictum caret omni fundamento, sed omnino, & expressè aduersatur allegatis iuribus decernentibus absolutè filiumfamilias impuberem nec authore patre obligari posse: & alibi in iure non reperitur illi concessa huiusmodi libera dispositio de bonis castrensibus, & quasi. In bonis autem aduentitiis filiusfamilias impubes patre autore obligari potest, pota, si delatam sibi hæreditatem adeat, vt constat ex d. l. vltima §. fin autem. & ex l. si infanti Cod. de iure delib. ita Piechardus vbi suprà; rationem reddens, quia pater in illis est legitimus administrator ex l. Cad. de bon. mater & cum aliis Bartholus in d. l. fin. §. 1. ff. de verb. oblig. Quod quidem verum est quoad aditionem hæreditatis. At verò filiumfamilias impuberem, nec bona aduentitia, quorum administrationem pater habet, posse de consensu patris alienare docet Molina d. versic. de impuberibus, idque verum est, vt conuincitur ex d. §. sed ex potestate. & d. l. fin. §. 1. ff. de verb. oblig. eum ibi generaliter, & sine exceptione vlla dicatur filiumfamilias impuberem etiam authore patre non obligari in d. autem §. sin autem & d. l. si infanti, fermo solum est de hæreditaris aditione.

Licet autem Picchardus in d. versic. sed qui in potestate num. 18. videatur sentire filiumfamilias ex suo contractu non posse obligari nec etiam naturaliter; eum rationem cur nec authore patre possit obligari, dicat esse, quia consensu careat; nihilominus prædicta iura sunt intelligenda, vt filiosfamilias impubes ex suo contractu etiam authore patre non obligetur ciuiliter; at vero obligati naturaliter, si proximus sit pubertati, ostendunt tradita suprà num. 170. de pupillo, & minore habente tutorem, vel curatorem, & in terminis ob iura d. num. 170. adducta tenent Sanchez d. disp. 39. citato num. 2. & Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 4. & ita absque dubio censent omnes Doctores d. num. 117. allegati, imò etiam si non esset proximus pubertati, si verè dum contrahit, est doli capax, & liberè, ac sine fraude contrahit, obligaretur iuxta tradita supra num. 174. 232.

Filiusfamilias de quibus bonis possit, vel non possit liberè disponere, & contrahere.

Si quis requirat de quibus bonis possit filiusfamilias pubes liberè sine cōsensu patris contrahere, & disponere inter

inter viuos (quando enim possit testari ad profana, & pia, latè explicaui *in to.2. horum moralium var. tit. 12. n.248. & seq.*) paucis quæsito satisfaciam, cum alibi in tractato de effectibus contractus matrimonij sim de hac re acturus.

233. Dico primo filius familias pubes potest liberè contrahere, & disponere de bonis castrensibus, & quasi castrensibus, cum in his habeat plenissimum ius, & non solum dominium, & proprietatem, sed etiam vsufructum, & administrationem, habeaturque vt pater familias *l. miles præcipua §. actionem l. sequenti l. ex nota, & l. pater, qui dat ff. de castrensi peculio l. 1. & 2. Cod. eod. tit. lib. 12.* & *l. vltima §. filiis autem familias Cod. de bonis, quæ lib.* Afflictus *decis. 183. n.4.* Vrsillus alios allegans *ibidem in addit. n.11.* Molina *de iustitia to.1. disp. 230. §. licet filius familias* & *to.2. disp. 261. n.3.* Lessius *de iustitia lib.2. cap.4. dub.3. n.8.* Fagundez, Reginaldus & Bonacina *locis citatis*, & Doctores communiter.

Quare Clerici, Doctores, Lectores, Medici, & similes personæ liberè possunt disponere de bonis ex officio quæsitis; idem dicendum de filio emancipato; & idem etiam verum est in filio viuente seorsim à patre cum vxore, & familia per decennium, vt notant Afflictus *d. decis. 181. num. 2.* & Vrsillus *ibidem n.8.*

234. Dico secundò filius familias pubes sine consensu patris potest liberè disponere inter viuos de bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vsumfructum, sed ipsemet filius habet dominium, proprietatem, & vsumfructum, ac proinde potest illa donare, vendere, permutare, & aliter distrahere. Colligitur *ex d. l. vltima §. filius familias Cod. de bonis quæ lib.* & tradunt Clarus *lib. 4. sent. verbo* donatio *n.2.* Vrsillus *in addit. ad d. decis. 183.* Afflict. *n.11.* Ioannes Baptista de Barbobus *tract. de filiis fam. 150. n.20.* Molina *to.1. de iustit. disp. 228.* & *to.2. dicta disp. 261. n.4.* Lessius *de iustit. lib.2. d. cap.4. n.9.* Layman *lib.3. tract.4. cap.8. n.3.* Salas *de contractu ludi dub. 9.* Fagundez *d. lib.1. de iustit. cap.15. n.8. & 14.* & alij Doctores à Claro, & Vrsillo relati, & communem testatur idem Clarus. Ratio est, quia cum pater nihil in huiusmodi bonis habeat, nullum ei fit à filio præiudicium.

235. Quando autem, seu quibus in casibus aduentitiorum bonorum vsusfructus non ad patrem, sed ad filium spectet, tradunt Syluester, *verbo* peculium *1. q.3.* Gutierez *de iuram. confirm. p.1. cap.4. n.4.* Gomez *ad l.48. Tauri n.9. & seqq.* Molina *de iustit. tract.2. disp.8.* Fagundez *d. c.15. n.5. ad 7.* Lessius & Layman *locis citatis.* & enumerantur sequentes casus. Primo, quando vsusfructus aduentitiorum à patre filio remissus est; quo casu non donat de suis bonis (quod facere non potest) sed non vsurpat de bonis filij, inquiunt Gomez *n.11.* & Lessius *d. n. 9.* addentes propterea filium non teneri hoc conferre in suam legitimam in diuisione hæreditatis paternæ cum fratribus, de quo latiùs Gomez. Secundo, si aliquid donatum, aut relictum est filio ea lege, vt vsusfructus ad ipsum, & non ad patrem spectet. ita habetur *auth.* Excipitur *Cod. de bonis quæ liberis.* quæ cum loquatur indistinctè, etiamsi à matre, vel ascendentibus, & quibuscunque aliis consanguineis filio aliquid donatum, vel relictum fuerit ea conditione, vsusfructus non ad patrem, sed ad filium spectabit, dummodo relictum non sit legitima à matre, vel auia debita filio; quam relinqui filio non posse ea conditione, vt vsusfructus spectet ad filium, & non ad patrem, esse probabiliorem sententiam contra Accursium, Baldum, Vasquium, & nonnullos alios Iurisperitos docent Gomez vbi supra *n. 21.* & Fachineus *d. cap.21* per totum ex *auth. vt liceat matri & auiæ in principio.* ibi *sancimus igitur*, & idem ex Theologis asserunt Layman *vbi supra*, & Fagundez *d. c.25. n.3.* Tertio si filius consequutus est aliqua bona, hæreditatem adiit, legatum, vel donum accepit patre nolente & contradicente. Quarto si vsusfructus nudus à proprietate rei seiunctus filiofamilias relictus est, tum enim pater nihil habebit. Cuius rationem Lessius esse ait, qui super vsumfructum non potest statui alius vsusfructus; cum vsusfructus sit ipsa commoditas, & vtilitas rei. Quapropter dicunt Iurisperiti *seruitus non esse seruientem.* Quinto si pater cum filio succedit in hæreditate fratris, vel sororis. Sexto si pater sine iusta causa diuortium instituit. Septimo si pater fiat hæreticus; nam hoc ipso efficitur sui iuris *c.2. §. fin. de heret. in 6.* ac proinde redit ad eum vsusfructus, quem Pater habebat in bonis aduentitiis filij, Lessius *vbi suprà* post Simancam *de catho. instit. tit.9. n.81.*

Dico tertiò filiusfamilias non potest sine patris consensu etiam inter viuos disponere, & contrahere de bonis aduentitiis, quorum administrationē & vsumfructum habet pater, & ita non potest ea donare, vendere, vel alienare, aut oppignorare; constat expresè ex *d. l. vltima §. filij autem familias Cod. de bonis quæ liber.* & tradunt Doctores suprà *n.234.* relati, & post alios Gomez *ad l.6. Tauri n.24.* & Sanchez *l.6. de matr. d. disp. 39. n. 7.* & latius Ioannes Baptista de Barbobus *d. q.50.* cum enim huiusmodi alienatio cedat in præiudicium patris, sine eius consensu expresso, vel tacito noluerunt iura eam validè fieri posse. 236.

De consensu autem patris expresso, vel tacito non solum filiumfamilias annum vigesimum quintum excedentem, sed etiam puberem ante vigesimum quintum posse disponere de dictis bonis, & validam esse alienationem, contra Butrium, Imolam, & alios *in c. constitutus de in integrum restit.* & Fabrum *in §. pupillus instit. de inutilibus stipulationibus.* & nonnullos alios Iurisperitos latè tradit Molina *d. disp. 228. versic. filius familias.* & *d. disp. 261. n.4.* quem sequitur Sanchez *d. n.7.* & videtur expresè constare ex *d. l. vltima allegato §. filiis autem familias Cod. de bon. quæ liber.* vbi idem sentiunt Glossa, Paulus de Castro & Bartholus, cum *ibi* absolutè, & indistinctè dicatur *filius familias citra voluntatem parentum habentium vsumfructum bonorum aduentitiorum non posse ea bona alienare, vel oppignorare*: ac proinde etiam absolutè, & indistinctè, ibi permittitur alienatio de consensu patris dummodo filius familias sit pubes. videatur Molina *vbi suprâ*; qui etiam *d. disp. 261. n.3. fine* addit alienationem bonorum aduentitiorum sine consensu patris expresso concedi filiofamilias, si longe à patre degit, vel pater ei administrationem relinquit, vel à patre sit expositus ad eis negotiandum. 237.

Quamuis alienationes de bonis aduentitiis, quorum vsusfructus, & administratio spectat ad patrem, factæ à filiofamilias sine consensu expresso, vel tacito eiusdem patris validæ non fiunt; nihilominus filiusfamilias vniuersaliter tenetur de contractibus factis post pubertatem, etiamsi patris neque expressus, neque tacitus consensus interuenerit, daturque aduersus filium actio, vt ostensum est, suprà *n.227.* & constat ex iuribus, & Doctoribus ibidem allegatis, & in his terminis tradunt etiam Molina *d. disp. 228. §. hoc vero in fine* & *d. disp. 261. n.4.* & *eod. tomo.2. disp. 519. n.2.* Fagundez *d. c.15. n.15.* & Salas *de contractu ludi dub. 9. n.4.* Lessius *de iustit. l.2. c.25. n.34.* & Layman *l.3. tract.4. c.12. n.7.* versic. *Dico secundo.* Quare si res à filiofamilias pubere alienata sine eius consensu à patre reuocetur, idem filius tenetur de euictione. 238.

Quid autem si ex bonis aduentitiis, quorum vsusfructus, & administratio spectat ad patrem, filiusfamilias pubes sine eiusdem patris consensu aliquid ludo amittat sine dolo, & fraude colludentis; an lucrans sciens filiumfamilias sine patris licentia talia bona in ludo exposuisse teneatur id, quod lucratus est, restituere patri, vel filio; Molina *d. disp. 519. citato n.2.* Fagundez, Salas, & Layman *locis citatis* aiunt lucrantem non teneri restituere filio, qui perdidit, nam etsi filiusfamilias de prędictis bonis aduētitiis aliquid licitè, & valide alienare non possit sine patris consensu, & pater repetere possit id, quod filius ludo, aut quocunque alio contractu in sui prędiudicium alienauit, contractus tamen 239.

ludi iuxta supra *numero praecedenti*, & *d.n.*227. tradita, & Doctores *ibidem* relatos, & alios communiter est validus non solum pro foro conscientiæ, sed etiam pro foro externo (nisi filius esset minor 25. annis, vel ludo prohibito perdidisset, quibus in casibus ex legis beneficio, si illo vti velit, potest petere in iudicio restitutionem in integrum & repetere solutum, & si non soluit, petere rescissionem contractus iuxta tradita in *praecedentibus*) ob quem non concederetur ei actio in foro externo: quamobrem propter illud ius, quod comparauit lucrans, & obligationem naturalem, quâ ei ipse filius familias tenetur, ad nullam ei restitutionem tenetur ille, qui ab ipso filio familias sine fraude, & dolo de prædictis bonis aduentitiis aliquid lucratus fuit; & ob eandem rationem nec filiusfamilias tenetur ad aliquid ei, à quo cum suis bonis aduentitiis aliquid lucratus est, cum contractus iure naturali fuerit validus, & vterque pro foro conscientiæ teneatur alteri de eodem contractu. Quod vero attinet ad patrem, aiunt iidem Doctores, si ipse in iudicio repeteret, & obtineret, quod filius de prędictis bonis sine eius consensu alienasset, lucrans teneretur quidem etiam in foro conscientiæ patri reddere acquisitum, at filius in casu restitutionis tenetur eidem lucranti in conscientia de euictione (vt *numero praecedenti* dictum est) quia vterque respectu alterius tenebatur contrahentem suum reddere indemnem in conscientia, nisi prædictus filius familias esset minor, vel ludo prohibito amisisset, & vteretur, seu vti vellet priuilegio legis concedentia sibi restitutionem in integrum eius rei, quam alienauit in ludo, vel alio contractu patre inscio. Patre autem in iudicio non repetente, idem Doctores dicunt lucrantem in foro conscientiæ non teneri aliquid restituere eidem patri, aut post eius mortem fratribus; quia raro præsumendum sit, patrem aliquem, licet doleat, quod filius luserit, tam seuerum in filium existere, vt cum tam exiguo suo emolumento, & cum grauamine filij (cui potest aduentitiorum vsumfructum remittere, & condonare, etiam in præiudicium fratrum iuxta tradita supra *num.* 235. & Doctores ibidem allegatos, & alios communiter) qui in conscientia manebit obligatus (vt dictum est) & cum dedecore vtriusque velit fieri restitutionem illius vsusfructus solius, seu solius illius emolumenti, & hoc etiam Lessius *d. cap.* 56. *num.* 34. dicit probabile; & mihi etiam videtur tutum, nisi constet patrem velle, vt sibi à lucrante restituatur tale emolumentum, licet ipse in iudicio non repetat, quod etiam dicunt idem Lessius, Layman *vbi supra* & Rebellus *de obligat. iustit.* 2. *p. lib.*15. *q.*4. *sect.* 1. vbi ita habet, non desunt, quibus videatur non esse peccatum mortale, si filius absque patris voluntate talia bona (scilicet aduentitia) alienet, si pecunia sit, quia cum pecunia de se fructifera non sit, parum detrimenti regulariter ex eius alienatione pater recipit. Verùm si pater egeret, & bona essent notabilia, vel aliundè pater rationabiliter putaretur inuitus, consulerem vt patri restitueret, vel sub mortali te obligarem, vt voluntatem patris explorares, consensumque requireres, si fieri posset, in dubio tamen pari melior possidentis conditio hac in re cuidam perdocto viro videtur. prædicta Rebellus.

240. Dico quarto, de bonis profectitiis, cum illa omnino sint patris quoad proprietatem, & vsumfructum §.1. *instit. per quas personas nobis acquiritur*; non potest filiusfamilias aliquid donare, vel alienare, vel in suam vtilitatem conuertere absque consensu patris expresso, vel tacito, alioqui furtum committit. Ita Syluester *v peculium* 1.*q.*3. & *peculium* 2.*quæst* 9. Nauarrus *in man.c.*17. *n.*144. & 157. Sotus *de iustit. lib.*4. *q.*5.*art.*2. Molina *de iustit. tract.*2.*disp.*243. & *to.*3. *disp.*261.*n.*3.*fine*. & *disp.*519.*n.*2. *fine*. Lessius *de iustit.lib.*2.*c.*13. *dub.*3.*n.*12. Layman *lib.*3. *tract.*4.*c.*12.*n.*7. versic. *Dico tertiò*. Fagundez *in decal. in* 4. *praeceptum l.*4.*c.*24. & *in* 7.*praeceptum l.*7.*c.*4 *n.*10. & *de inst. l.*1.*c.*16.*n.*3. Salas *allegato dub.*9.*versic.dico sexto*. & alij *infra* allegandi. Concessa autem censebitur filiofamilias bonorum prædictorum profectitiorum alienatio, si à patre expositus sit ad eis negotiandum, quia eo ipso consentire censetur, & facultatem illi concedere, vt circa bona huiusmodi negotietur. ita Molina *d.disp.*261.*n* 3. *fine*.

Si etiam filiusfamilias sustentetur in aula Principis, vel in vniuersitate causa studiorum, vel alia ratione extra domum patris moretur de consensu ipsius patris, eum posse certam quantitatem moderatam summæ suæ sustentationi destinatæ insumere donando, aut eleemosinas faciendo, vel recreationis causa in ludo honesto; puta, quatuor, vel quinque aureos ex centum, quæ à patre ei dentur singulis annis tradunt Sotus *vbi supra*, Nauarrus *d.n.*157 & *c.*20.*n.*13. Molina *d. disp.*242. Lessius *l.* 2.*c.*16. *dub.*5.*n.* 37. Layman *d.* versic. *dico tertio* Salas vbi suprà versic. *sed de filiofamilias*. Gabriel *in* 4. *dist.* 15. *q.*13.*in principio*. Maior *ibidem q.*13. contra secundam conclusionem Salon 2.2.*q.*5.*de dominio art.*6.*dub. penultimo*, Diana *p.*7.*tract.*9. *resol.*5. Et alij recentiores. Ratio est, quia id faciunt filij ex indulgentia, & tanto consensu parentum, cum soleant parentes communiter concedere filiis ad honestas recreationes, quas alij eiusdem status, & conditionis exercere solent; vel quia ad alimenta pertinet etiam honesta recreatio, ætati, & statui conueniens, & æqualibus passim concessa, sine qua non posset filius familias decore, & libere cum sociis versari. Quapropter idem Nauarrus, & alij Doctores idem sentiunt de Religioso, qui versatur in studiis impensis sui Abbatis, vel in negotiis Monasterij foris, modo tamen id honestæ recreationis causa faciat. Et quod de filio familias existenti extra domum de consensu patris, idem etiam dicendum est de filiofamilias viuente cum patre cum scilicet ex bonis profectitiis patris posse in eleemosynis, vel honestis recreationibus insumere moderatam quantitatem pro status sui conditione iuxta tradita suprà *num.*186. & Doctores *ibidem* relatos. 241.

Quid verò si filius familias eandem quantitatem, & summam pecuniæ, quam iuxta præallegatos Doctores ex præsumpta patris voluntate potest in honestas recreationes, & donationes expendere, insumpserit malè, & illicitè in ludo, vel cum meretricibus, vel alio modo illicito. Molina *d.disp.*242. versic. *vt vero*. Fagundez *in* 4.*praeceptum decal.l.*4.*d.c.*24.*n.*7. Lessius *l.*2.*de instit.c..n.*77. Salas *d.dubio* 9.*citato versic*. & Layman *d.c.*13.*n.*2. versic. *adde*, Molina & Diana *d. resol.*5. aiunt, non peccare contra iustitiam, nec teneri ad restitutionem faciendam patri, aut compensationem post mortem patris faciendam cum fratribus in diuisione, eo quod tunc pater non sit inuitus, quoad sumptus, & rem insumptam, sed quoad modum, & quoad obiecta, circa quæ insumpsit. 242.

Item si pater certam pecuniæ summam pro alimentis sufficientibus determinauit, & tradidit filio, quam liberè ei reliquit insumere, modo nihil aliud petat, quidquid parsimonia ex victu, seu vestitu sibi subtrahit, potest liberè donare, & insumere etiam malè in ludo, & meretricibus sine obligatione restituendi; & nec meretrix tenetur restituere. ita Molina, Diana & Lessius *locis citatis*. & Layman *d.n.* 7. versic. *Tertio addi potest*. tunc enim nihil fit contra patris voluntatem quoad sumptum, eidemque patri, vel fratribus nullum fit præiudicium.

Quod si filius familias, cui non sit taxata quantitas pro suis sumptibus contra patris voluntatem malè absumpserit maiorem quantitatem, quàm sit illa, quam in honestas donationes, & recreationes insumere potest, licèt Nauarrus *d.c.*17.*n.*64. & alios allegans Gomez *ad l.* 29. *Tauri n.*25. velint filium teneri ad restitutionem faciendam patri, vel post eius mortem ad faciendam fratribus compensationem in diuisione hæreditatis; & idem videtur sentire Lessius *vbi suprà*, in casu, quo pater inde damnum acceperit, vt ei idcirco plus causa filij expendendum fuerit. Nihilominus Molina,

Fagúdez, Diana & Salas *vbi suprà*, & Laymā *d.n.7.* Versic. *Addit secundò*, aiunt non teneri filium ad restitutionem, vel ad compensationem in diuisione hæreditatis cum fratribus, quia etsi pater ante factum nollet omninò filium eam quantitatem malè insumere; tamen post factam insumptionem præsumendum non est, quod restitutionem fieri postulet, quando summa insumpta est magna, & excessiua, ita quod excessus arbitrio viri prudentis superet alimenta etiam largiora; cum parentes sciant se non religiosis, sed iuuenibus sæcularibus committere dispensationem suæ pecuniæ ad eorum sumptus, & sustentationem; & nouerint pro humana fragilitate non aliter esse eam regulariter administraturos. Neque obstare ait Molina statutum Lusitaniæ, quo filius iubetur adducere ad partitionem cum fratribus donata à patre; nam hoc, inquit, non est intelligendum de iis, quæ inter alimenta possunt computari, de quorum numero sunt ea de quibus in præsenti; siquidem Pater pro arbitratu potest dare maiora alimenta quoad victum, & vestitum, equitatum, seruos, & recreationem, ac donationes, & id genus alia vni filiorum, quam aliis. Atque concedere tacitè, vel expresè potest filiis multa per interualla, quorum neque singula, neque omnia simul sumpta ratione interualli, seu distantiæ temporis excessiua sunt. Si vero magnus sit excessus, & in notabile grauamen aliorum filiorum cedat, vel aliæ coniecturæ certò, vel probabiliter arbitrio prudentis, puta docti confessarij persuadeant, voluntatem patris fuisse, vt filius ea via dominium non transferret, & vt qui acciperet, restitueret, tunc accipiens teneretur restituere, & eo non restituente, filius teneretur facere compensationem illius excessus in diuisione hæreditatis cum fratribus iuxta eosdem Molinam, Lessium, Fagundea, Salam & Layman; & quoad hoc ait Layman veram esse doctrinam Nauarri, Gomez & aliorum, quos idem Gomez citat. Excusaretur autem filius à tali restitutione, & compensatione fratribus facienda, si ei constaret alios tantundem expendisse, vel si pater viuens condonauit, vel puterur, quod facile condonasset, si filius ausus esset rogare. ita Nauarrus *d. cap. 17. n. 156.* Diuus Antoninus *2.p.tit.15.§.1.* & Lessius *vbi suprà*. Et quamuis, inquit Lessius, donatio patris facta filio non valeat nisi in certis casibus, tamen morte confirmatur, nisi excedat eam summam, de qua pater potest disponere. sed de his plura apud præallegatos Doctores præsertim Molinam.

Ex contractu seruorum cum Domino, vel cum extraneo, an & quæ obligatio oriatur, & an serui possint habere dominium aliquarum rerum.

An verò ex contractu seruorum siue cum dominis, siue cum aliis contraxerint oriatur obligatio aliqua.

244. Communis sententia est, seruum neque domino suo, neque vlli alij posse obligari ciuili obligatione; obligari vero ex suo contractu naturali obligatione. ita Glossa & alij Scribentes *in l. quod attinet 32. ff. de regulis.* & *in §. si quis autem versic.* sed seruus quædam *institut. de inutilibus stipulat.* Nauarrus *in c. non dicatis n. 74.* Antonius Gomez *var. to. 2. c. 1. n. 3.* Vasquius *quæstionum illustrium c. 10. n. 21. versic. ergo vt tandem* Picchardus *in d. versic. seruus quidam.* Molina de *inst. to. 2. d. disp. 161. n. 8.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 24. n. 22.* Rebellus *de oblig. inst. p. 2. l. 1. q. 8. sect. vltima.* Azotius *p. 3. lib. 6. c. 14. versic. quæres ibidem* Villallobos *p. 2. tract. 19. diff. 9. n. 10.* & alij Doctores, præsertim Iurisperiti, quos referunt Sanchez *d. n. 22.* Vasquius *d. c. 10. n. 17.* & Franciscus Molinus *lib. 1. de ritu nupt. comparat. 19. n. 21.* Prima pars, quod non possit obligari obligatione ciuili, constat tum ex *l. in personam ff. de reg. iuris*, quæ dicit, *quod in personam seruilem nulla cadit obligatio*, scilicet, ciuilis, cum cadere naturalem constet ex aliis textibus mox allegandis. *tum ex d. versic. sed seruus quidem.* vbi sic dicitur, *sed seruus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne quidem vlli alij.* tum *ex d. l. quod attinet*, ex qua constat serui statum iure ciuili esse annihillatum. *Quod attinet* (ait lex) *ad ius ciuile serui pro nullis habentur.* Quare vt serui status pro nihilo habetur iure ciuili, sic quæcunque ipsius promissio, & conuentio. Secunda pars, quod possit naturaliter obligari, & de facto obligatur seruus ex suo contractu, & vniuersaliter ex contractu serui naturalis obligatio oriatur cum consensum habeat, constat *ex d. l. quod attinet*, vbi præallegatis verbis additur, *non tamen, & iure naturali, quia quoad ius naturale attinet omnes homines æquales sunt.* ex *l. obligari. 43. l. serui 14. ff. de act. & oblig.* ex *l. naturaliter* & ex *l. si id, quod dominus de condit. indeb.* & alij, iuribus ab iis Doctoribus allegatis. Quare si seruus aliquid, quod non sit in domini, vel alterius præiudicium, promisit, vel super bonis, quorum habet dominium, contrahat, & obligatur in conscientia ex tali promissione, & contractu, & tenetur adimplere, & si non potest implere tempore seruitutis, effectus liber tenebitur implere. vt Nauarrus, Molina, Sanchez, Rebellus, Villallobos *locis citatis*, & Fagundea *de iustit. lib. 1. c. 20. n. 5.*

Ex quibus patet discrimen inter seruum, & filium familias, nam filiusfamilias obligari potest, & ciuiliter, 245.
& naturaliter; seruus autem obligari non potest ciuiliter, nisi in ordine ad suam libertatem. Dico *nisi in ordine ad suam libertatem*; nam si seruus domino pro libertate pecuniam promisit, tunc concessa ei libertate, datur actio aduersum illum libertate donatum, vt pecuniam tempore seruitutis pro libertate promissam domino soluat. *l. promissa Cod. an seruus proprio facto.* Molina *d. n. 8.* & Fagundez *d. n. 5.* Quemadmodum etiam è contra, si pactum sit initum inter dominum, & seruum, vt pro certa pecunia illum manumittat, dominusque à seruo pecuniam accepit, conceditur seruo actio aduersus dominum, vt eum manumittat, vt tradit Molina *vbi suprà*, & *to. 2. disp. 38. circa finem.* Versic. hæc *omnia*, Lessius *lib. 2. & 4. n. 15. fine*, & Fagundez *d. c. 20. n. 2.* & constat tum *ex l. 1. §. seruos ff. de officio præfecti vrbis*, vbi inter alia, de quibus dicitur eum posse cognoscere, ita habetur, *seruos, qui sua pecunia emptos, vt manumittantur de dominis querentes audiat.* tum *ex l. vix ff. de iudiciis*, vbi inter alios casus, in quibus permittitur seruis agere in iudicio cum domino suo, sequens numeratur: *sed et si, qui suis nummis redemptos se, & non manumissos contra placiti fidem asseuerant.* Ex quibus textibus patet, dominum ex contractu inito cum seruo de illo manumittendo accepta pecunia oriri obligationem etiam ciuilem, ob quam dominus in iudicio cogi potest, & debet seruum manumittere.

In aliis verò, quod ex contractu facto inter seruum 246.
oriatur obligatio naturalis etiam in fauorem serui, ita quod à promissione à Domino facta seruo oriatur obligatio naturalis obligans in foro conscientiæ Dominum ad illam implendam tradunt omnes Doctores præallegati, & alij relati à Sanchez *d. n. 22.* & Rebello *d. sect. vlt. n. 67.* & manifestè constat *ex d. l. si id, quod Dominus.* vbi habetur si dominus seruo aliquid debebat, idque post manumissum seruum illi soluit, non conceditur domino repetitio, eo quod soluerit, quod ei naturali obligatione debebat. *si id* (ait lex) *quod Dominus seruo debuit, manumisso soluerit; quamuis existimans ei aliqua teneri actione, repetere non poterit; quia naturale debitum agnouit.* leges enim dicentes inter dominum, & seruum non oriri, vel nullam oriri obligationem intelliguntur de obligatione tantum ciuili, & de hac, excepto contractu de libertate danda ob pecuniam acceptam. Quare si dominus promisit ancillæ suæ se eam manumissuram obligatur naturaliter, & in foro conscientiæ ad illi dandam libertatem promissam, quod in terminis tradit Sanchez *d. n. 22.*

Item si initum sit pactum inter dominum, & seruum, 247.
vt quotidie, vel singulis hebdomadibus, mensibus, vel annis certum quid ei seruus soluat, reliquum vero de suis laboribus sibi seruet, tenetur in conscientia dominus stare contractui, nec potest vsurpare, quæ sibi seruus

eo modo comparauit. id quod etiam docuerunt Petrus Nauarrus *lib. 3. de restitutione c. 1. n. 216.* Molina *d. disp. 38. §. primus casus*, Sanchez *d. n. 22.* Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 2. dub. 4. num. 16.* Layman *lib. 3. cap. 5. num. 10.* Fagundez *in decalog. praecep. 7. lib 7. cap. 12. num. 2.* & *de iustit. lib. 1. cap. 20. num 4.* & Rebellus *dict. sect. vlt.* vbi addit, quod id etiam Iurisperiti insinuant communiter, dum licèt actio ciuilis non detur seruo aduersus dominum, volunt tamen admonendum esse dominum à iudice, vt pactum seruet, si quidem correctio fraterna, quam per illam admonitionem intelliguut, non solet fieri à iudice, vel à Doctoribus commendari, nisi vbi mortalis culpæ obligatio cernitur.

248. Et ex his, atque ex iuribus allegatis *num. 245.* apparet, quod quamuis quidquid serui acquirunt, regulariter dominis acquirant, nam ius tribuit dominium dominis ad omnes eorum operas, & actiones corporales, quas recta ratio postulat, & ad omnes illorum fructus, vt ad partos ancillarum, quamuis ex hominibus liberis conceperint, & ad reliqua emolumenta, adeo vt si quid vel donatione, vel testamento, vel quacunque alia via acquirant, dominis, non sibi acquirant, vt constat expressè ex §. 1. *instituta de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, & tradunt Molina *d. disput. 38. initio*, Sanchez *consil. mor. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 1. num. 4.* alij Theologi *infrà* allegati, & Scribentes: apparet, inquam, hanc generalem dispositionem non procedere in aliquibus casibus. in quibus serui dominium aliquarum rerum possunt comparare. Casus autē enumerantur sequētes, &

249. Primo si dominus fecerit cum seruo pactum, de quo suprà *num. 245. 247. & 248.* vt Doctores *ibidem* allegati, & Sanchez etiam *d. dub. 1. num. 6.* secundo si dominus expresè, vel tacitè consentiat, vt seruus possit aliquod peculium habere. ita Lessius *d. cap. 4. num. 16.* Sanchez *d. dub. 1. num. 9.* & Fagundez *d. cap. 20. num. 4.* Tertiò si idem Dominus aliquid tacitè, vel expresè seruo donet, aut velit eum ex alterius donatione habere, siue ex ludo, aut quacunque alia ratione. ita Molina *d. disput. 38. versic. secundus*, Sanchez, Layman *vbi suprà*. Fagundez *d. cap. 20. eod. num. 4.* & *d. cap. 12. num. 10.* Quarto si seruo aliquid donetur, vel legetur ea conditione expressa, vel tacita, vt nihil ad dominum pertineat, sed sit serui, Molina *d. disput. 38. versic. quartus.* Sanchez *dict. dub. 1. num. 7.* Lessius *d. num. 16* Fagundez *d. cap. 20. n. 4.* & *d. cap. 12. num. 4.* Quinto si aliquid relinquatur seruo absolutè, & sine conditione, non tamen intuitu domini v. g. ob industriam, vel officium exhibitum: hoc enim videri datum ea conditione vt non sit domini, sed tantum serui, aiunt Lessius *d. cap. 4. num. 17.* & Fagundez *d. cap. 20. num. 4.* Sexto quando seruo vel ab ipso domino, vel ab extraneo aliquid spontè, vel iudicis sententia restituitur pro compensatione damni, vel iniuriæ in his rebus, in quibus ipsi serui potestati dominorum non subiacent v. g pro mutilatione membrorum; talis enim compensatio sit, vt ex ea solatium capiat loco doloris, quem passus est iniustè, non vt dominus ditescat, aut locupletetur, ac proindè contra omnem humanitatem esset eis auferre. ita Molina *d. disput. 38. versic. tertio*, Lessius *d. num. 13.* Sanchez *d. dub. 1. num. 10.* Fagundez *d. cap. 20. num. 4.* & *d. cap. 12. num. 1.* Septimo si aliquid sibi subtrahat sine domini incommodo, quod liberè poterat consumere, vel expendere; aut præter opera à domino præscripta quædam alia faciat, ex quibus aliquid lucretur. ita Lessius *d. num. 17.* & Fagundez *d. cap. 20. citato num. 4.* & *d. cap. 12. num. 9.* post Petrum Nauarrum *lib. 3. de restit. cap. 1. num. 219.* & etiam Sanchez *d. dub. 1. num. 14.* limitans tamen dupliciter, primò vt adsit præsumpta Domini voluntas; vnde, inquit, si dominus expresè nollet, & vellet sibi illud reteneretur seruos dare; nec vllus damnaret dominum, qui illud lucrum auferret à seruo; dicit tamen quod, dum dominus hoc non exprimit, præsumitur eum velle: secundo quando est destinata certa portio ciborum, nam etiam tunc dominus præsumitur velle seruum sibi acquirere; si vero non est destinata, & detraheret aliquid sibi non minuendo vires, ait, quoad hoc posset seruus sibi retinere: at alij Doctores non requirunt istam domini præsumptam voluntatem. Denique si seruus pecuniis, seu bonis suis, quorum habet dominium, nihil defraudando dominū sua industria, ludo, aut negotiatione aliquid lucretur; hoc enim cedit peculio serui; sicut si filius familias aliquid lucretur peculio castrensi, vel quasi castrensi cedit peculio filij, quia lucrum subit, atque inducit eandem rationem, quam sors, quando quis eam nomine suo exponit. ita Petrus Nauarrus *vbi suprà*, Sanchez *d. dub. 1. num. 11.* Molina *d. disput. 38. versic. quintus*, Lessius *d. num. 17.* Fagundez *dict. cap. 20. num. 4.* & *d. cap. 12. allegato num. 9* & si contra hos duos postremos casus, septimum, & vltimum obiiciatur illa generalis dispositio iuris, quod quidquid acquirit seruus ex suis operibus, acquirit domino, qui in omnes eius operas dominium habet. Respondetur ex Petro Nauarro, Fagundez, & aliis, id intelligi de tempore deputato ad seruitium Domini, & de lucro facto ex bonis eiusdem domini. In his igitur casibus Doctores præallegati, & alij concedunt seruis dominium rerum, hocque absolutum, & perfectum; ita quod iura, quæ tradunt seruos, quidquid acquirunt, acquirere domino, intelligenda sint regulariter, vt dixi *initio præcedentis numeri.* Addit Lessius *d. num. 17. fine.* iura illa esse consuetudine mitigata. Hinc in prædictis casibus fieret vera iniuria obligans ad restitutionem, si dominus res ipsis concessas auferat; & posset seruus vti occulta compensatione, vt in terminis Lessius *ibidem*, & est de mente aliorum Doctorum, qui *in præcedentibus* allegati sunt. 250.

Hinc etiam seruus de prædictis bonis, quorum iuxta suprapositos casus habet dominium, potest sine vllo consensu domini inter viuos disponere, eleemosynas facere, donare, & quouis alio modo alienare, vt innuunt omnes Doctores in præcedentibus allegati, & in terminis tradunt Molina *de iustitia tom. 2. disput. 277. num. 2. versic. mancipium*, Fagundez *d. cap. 20. num. 5.* & Reginaldus *lib. 25. praxis num. 161.* vbi etiam dicit ex contractibus seruorum super iis bonis, quorum habent dominium, eos non solum contrahere obligationem naturalem (per quam ratione fidelitatis, quæ est virtus communis tam seruo, quam liberis, tenentur in foro conscientiæ, & sub peccato promissionem, & contractum seruare, quoad possunt sine præiudicio obsequij, & obedientiæ debitæ domino suo) sed etiam obligationem ciuilem volens iura *num. 244.* adducta, & alia similia decernentia, seruos non posse obligari ciuiliter, non intelligi de contractibus à seruo initis super bonis, quorum sunt domini, & id probabilissimum esse ait etiam Fagundez *d. num. 5.* & attribuit Molinæ *in d. versic. Mancipium.* Verùm ego existimo improbabile, & omnino repugnans iuribus suprà *num. 244.* adductis ad probandam primam partem, & Doctoribus *ibidem* allegatis, qui dicta iura generaliter intelligunt de obligatione ciuili exceptis casibus suprà *num. 245.* positis, in quibus lex ipsa dat actionem seruo aduersus dominum, & Domino aduersus seruum ad implendum pactum pro libertate initum inter eundem dominum, & seruum. Quare præter rationem *d. l. quod attinet.* quod serui, quoad ius ciuile attinet pro nullis, seu nihil reputantur, & consequenter pro nulla habetur omnis promissio, & conuentio iure ciuili attento; Confirmatur quod dicta iura generalia intelligantur, quia lex, quando voluit oriri obligationem ciuilem ex contractu serui, id expressit, vt in legibus *d. num. 245.* allegatis: pro confirmatione etiam faciunt à me contra eundem Fagundez tradita *tom. 2. horum moral. var. tit. 12. num. 156.* vbi probaui seruum de prædictis bonis, quorum habet dominium, non posse vllo modo testari. Insuper si ex contractu serui super præfatis bonis seruus obligaretur non solum naturaliter, sed etiam ciuiliter, Iurisperiti non dixissent

dixissent iudicem debere admonere dominum, vt pactum seruet, vt notaui suprà *num.* 248. sed dixissent iudicem debere illum cogere ad pactum seruandum. Molina vero dicto versiculo *Mancipium*, solum dicit seruum posse de dictis bonis facere eleemosynas, illa donare, & alienare sine consensu domini, quod potest facere seruus etiamsi ex suo contractu non obligetur ciuiliter, sed solum naturaliter, vt Doctores communiter sentiunt.

251. Etsi autem Vasquius *loco citato* supra *num.* 244. dicit talem obligationem naturalem passiuam, quam seruus ex suo contractu contrahit carere effectibus, quos lex ciuilis naturalibus obligationibus tribuit, nihilominus contrarium, & operari omnes effectus, quos obligatio naturalis operatur in terminis tradunt Gomez loco eodem *num.* 244. allegato, & Molina *d. disput.* 261. *num.* 8. versic. *ita habetur.* & expresse constat ex *d. l. naturaliter de condict. indebiti*, ex *l. si id eod. tit. l. quod dicitur de fideiussoribus*, & aliis iuribus allegatis à Gomezio, qui etiam dicit esse communem Doctorum *in d. l. naturaliter.* Quapropter si quis nomine serui, qui sua promissione, seu contractu se ad aliquid obligauit, soluat, vel ipse postquam fuerit manumissus, soluat, non conceditur repetitio, & is, qui pro seruo fideiussor extitit, soluere tenetur, & pignus pro eo datum similiter manet obligatum, siue alius id dederit, siue seruus ipse de peculio, cuius ipse est Dominus, & habet administrationem, quę omnia habẽtur *d. l. naturaliter*, & notauit etiã Molina.

252. Cæterùm vbi serui non habent peculium proprium, vt in prædictis casibus, si aliquid aliud, quod sit Domini surripiunt, donant, vel distrahunt inscio, & inuito Domino, seu sine Domini consensu expresso, vel tacito, furtum committunt, & tenentur restituere, si res extet, vel pretium eius, & illis non valentibus restituere, tenentur restituere illi, qui ab illis emerunt, vt in specie Fagundez *d. lib. 7. in decalog. cap.* 12. *num.* 11. Excusantur autem serui à peccato furti, si surripiant a Dominis ordinarios cibos ad comedendum, non ad vendendum, vel donandum, & præsertim excusabuntur ab omni peccato in eo casu, quo Domini eis de sufficienti cibo non prouideant; similiter si de vestitu sufficienti non prouideantur à Domino, non erit furtum, si ab eisdem surripiant necessaria ad prouidendum sibi de necessario, & sufficienti vestitu; cum ad hæc omnia ipsi Domini teneantur, & per iudicem cogi possint, vt latè tradit Molina *dict. disput.* 38. §. *licet autem*, & post eum notauit etiam Fagundez *d. cap.* 12. *num.* 12. Idem propter eandem rationem dicendum, scilicet, excusari à peccato, si surripiant aliquid ad necessariam medicinam, quando eis à Dominis negaretur, cum Domini teneantur subministrare eis necessaria ad vitam, & etiam quoad vitam serui non subdantur dominis, neque etiam quoad integritatem membrorum, sed dominus habeat dominiũ solum in actiones corporales illorũ, quas recta ratio dictat, & postulat, vt latè Molina *vbi suprà.*

Ex dictis manifestè apparet falsum, quod tradidit Ioannes Caramuel in Theologia morali *lib. 2. disput. 2. art. 7. num* 386. *& seqq.* scilicet, seruum non posse vnquam acquirere dominium alicuius rei vsu non consumptibilis, contrarium enim, & seruos posse aliquando rerum dominium comparare, & habere proprium quoad res vsu non consumptibiles manifestè constat ex iuribus suprà *num.* 245. adductis, scilicet, ex *l. 1. §. seruos ff. de officio prætoris*, & ex *l. vix ff. de iudiciis.* Cum enim in his iuribus fiat mentio quando serui se redimunt sua pecunia, seu illis competit actio ciuilis ad se redimendum; rectè supponunt posse seruos habere dominium pecuniæ. Hoc idem docent communiter Doctores in præallegatis casibus, quibus sine fundamento alicuius momenti se opponit Caramuel *d. art. 7. per totum*, vt proinde non sit opus ad ea, quæ contra præfatos casus idem Caramuel adducit respondere. Multa enim dicit ex suo capite sine textu, & authoritate, imò iuribus, & receptis sententiis Doctorum repugnantia, nilque solida ratione confirmat, vt consideranti apparebit.

SEQVITVR SVMMARIVM
§. IV.

Donatio facta sine insinuatione an valeat, an vero sit ipso iure nulla, nullamque pariat obligationem, si lex, vel statutum iubeat illius fieri insinuationem.

Dubium sextum, an stante lege, aut statuto quod instrumenta donationum debeant insinuari aliàs non valeant, vel nulla sit donatio, an donatio valeat, & producat obligationem naturalem, & ciuilem.

Bartholus, & communiter Doctores (vt testatur Vasquius *de successionem creat.* §. 20. *num.* 24.) in *l. cum lex col. fin. ff. de fideiussoribus*, affirmant donationem esse validam ipso iure, & consequenter non solùm parere obligationem naturalem, sed etiam producere actionem in foro externo, licet competat exceptio deficientis insinuationis Et quod naturaliter, & ciuiliter, atque in vtroque foro sit valida, non obstante clausula legis vel statuti irritante tradunt Tiraquellus cum aliis, Suarez & Salas locis supra *num.* 127. allegatis, vbi etiam huius rei ratio assignata est, scilicet, quod talis solemnitas insinuationis cum supponat actum donationis 253.

factum ceusetur accidentalis, non substantialis forma, & irritatio propter omissionem insinuationis subsequens præsumitur addita in pœnam, quæ non statim habet effectum, sed eget applicatione facta per iudicem.

254. At Vasquius *d. num.24.* asserit me inde nec obligationem ciuilem, nec actionem oriri, neque etiam obligationem naturalem, quæ vtilis sit quoad forum contentiosum; sed oriri obligationem naturalem vtilem tantum quoad forom animæ. Mouetur primo per textum *in l. antiqua §. fin. Cod. ad Velleianum.* Secondò per rationem Bartholi, & aliorum in *l. si quis pro eo ff. de fideiuss. col. penult.* vbi in casu 8. tenet, quòd quando deficit solemnitas probatoria, tunc actus desinit omninò valere, quia ex non existentibus, & non apparentibus idem est iudicium *l. duo sunt Titij ff. de testam. tutela,* & *l. ea lege ff. de contrab. empt.* ergo licèt donatio reuera interfuerit, cum tamen secundum formam statuti probata non existat effectualiter, nibil valet, non magis, quam si re vera in rerum natura non interfuisset; sed tamen (subdit) quia licèt deficiat probatio, non propterea deficit veritas, & iustitia iuris naturæ, diuini, & gentium *arg. l. fin. ff. de rebus eorum,* ideo in foro animæ donator tenebitur. Verùm hæc non obstant primæ sententiæ, nam in *d. §. fin.* agitur de forma, seu solemnitate in actu ipso à lege requisita, scilicet, quod tres testes subscripti interueniant publico instrumento, in quo mulier fideiubet, alioqui mulier non obligetur. Non obstat etiam ratio illa Bartholi, nam illa admissa, casui præsenti non potest applicari; siquidem actus donationis potest probari per ipsum instrumentum donationis, licèt ob defectum insinuationis contra donatarium agentem admittatur exceptio, & per iudicis sententiam donatio possit reddi irrita.

Per substitutionem pupillarem expressam an mater in foro ciuili, & conscientiæ excludatur à legitima in bonis propriis pupilli.

Dubium septimum, an mater per substitutionem pupillarem expressam etiam extranei à patre filio impuberi factam excludatur etiam in foro conscientiæ à legitima, quæ aliàs illi deberur ex bonis eiusdem filij, si filius cum testamento à se facto decederet, quáque filius ipse eam priuare non posset.

255. Prima sententia affirmat, & in foro externo, & in foro conscientiæ matrem per substitutionem expressam excludi à tota hæreditate, seu etiam à legitima portione aliàs illi ex bonis filij debita. Quod in foro externo excludatur etiam à legitima probatur pluribus textibus iuris ciuilis, & primo per textum *in l. Papinianus §. sed neque impuberis ff. de inofficioso testam.* vbi disponitur quod si pater substitutionem pupillarem fecit filio impuberi in omnibus bonis exclusa, & præterita matre, non potest mater querelare, & dicere testamentum esse inofficiosum; *sed neque impuberis filij mater* (ait lex) *inofficiosum testamentum dicit, quia pater hoc fecit.* Si enim testamentum inofficiosum dicere non potest, necesse est affirmare substitutionem pupillarem (quam impuberis filij testamentum Iurisconsultus appellat) excludere matrem etiam à legitima, quia si non habet querelam, nec legitimam habere potest. Secundò per textum in *l. precibus Cod. de impuberum, & aliis substitutionibus,* qui dum loquitur de pupillari expressa, subdit hæc verba, *si quidem si intra pubertatem decesserit, eos habeat hæredes, quos pater ei instituit si adierit hæreditatem,* ex quibus patet per pupillarem expressam matrem excludi etiam à legitima, cum pater ipse in totum fecerit alium hæredem, eadem etiam lex in præcedentibus verbis loquēs de substitutione vulgari statuit, successionem pertinere ad matrem omninò, id est in totum, quia dictio omnimodò significat totaliter, Iason *in l. imperium num. 12. ff. de iurisd. om. iud.* ergo dum subiungit de pupillari expressa per dictionem verò, quæ est aduersatiua, vt aduersetur in iure, & in facto, debet intelligi, vt excludatur in totum. Tertiò per textum *l. Lucius ff. de vulgari & pupillari,* vbi disponitur quod substitutio pupillaris comprehensa in breuiloqua, seu reciproca substitutione excludit matrem pupilli, & successio ad substitutum deuoluitur. Et cum textus dicat indistinctè successionem spectare ad substitutum, vult substitutum admitti in totum, & in omnibus bonis. Quod confirmatur, quia ibi in primo responso dicitur, quod si locus non est reciprocæ substitutioni pupillari, sed tantum vulgari, & filius pupillus adeat hæreditatem, eo decedente in pupillari ætate, hæreditas ad matrem spectat, atque ita substitutus in totum excluditur; dum ergo in secundo responso Iurisconsultus ait, quod si locus fuit illi substitutioni reciprocæ pupillari altero moriente successio ad alterum spectat matre exclusa, intelligi debet de tota successione, ita vt mater excludatur in totum, sicut in primo casu mater in totum excludit patrem naturalem filij sui. Quarto per textum *in l. 2. ff. eod. tit.* vbi generaliter dicit, quod pater potest suis filiis impuberibus substituere, ergo genericè & indistinctè intelligitur in omnibus bonis. Quintò per textum *in l. sed si plures §. ad substitutos ff. eodem,* vbi dicitur ad substitutum pupillariter pertinere omnia bona testatoris, & pupilli, quæ tempore testamenti erant sibi delata; & etiam bona quæ vndecunque postea pupillo obuenerint, seu fuerint quæsita; & redditur ratio, quia non suis bonis testator substituit, sed impuberis. Ex quo textu Baldus ibi, & alij Doctores concludunt substitutum popillarem excludere matrem etiam in bonis habitis, & acquisitis filio impuberi ex linea materna. Sextò per textum in *l. humanitatis Cod. de impub. substit.* vbi quando pater substituit filio furioso, si is furiosus habeat filios, debet testator filios illos substituere, & si filij non extent, sed solum furiosi fratres, illos debet substituere; sed nibil dicitur de matre furiosi; ex quo infertur liberè licere patri excludere matrem ab ea filij successione; sicque non teneri ei relinquere aliquam portionem; at exemplaris ad pupillaris exemplum inducta est. *§ qua ratione instit. de pupillar.* Septimo per textum in *§. 1. instit. de pupillar. substit.* vbi habetur, quod sicut volgariter potest pater filio substituere, ita etiam pupillariter, sed vulgaris habet locum in omnibus bonis, & exclusa matre; ergo & pupillaris. Et prædictis quidem iuribus iure ciuili per pupillarem expressam matrem excludi etiam à legitima probari sentiunt Doctores huius sententiæ. Idem vero aiunt, & clarius probari ex iure Canonico in *cap. si pater de testam. in 6.* vbi matrem excludi etiam à legitima per expressam pupillarem Summus Pontifex Bonifacius octauus apertè ostendit, & dicit his verbis: *licèt autem filius testamento suo matrem portione iure naturæ debita priuare non possit; pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest; nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni potius pars est.* Propter quem textum Fachineus *loco mox allegando,* ait, rem esse extra controuersiam; & Mænochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. num. 27.* dicit iure Canonico *ibidem* à Summo Pontifice apertè definitum, & statutum esse, vt mater per pupillarem expressam, excludatur etiam à legitima filij. Quamuis inspecto iure ciuili contrarium, & matrem non excludi à legitima bonorum, quæ sunt propriè filij, & quæ vel aliundè, quam à patre obuenerunt, vel prouenerunt à patre ex debito naturæ, sentiat *eadem præsumpt. num. 4. ad 27.* Rationem etiam huius sententiæ Afflictus, Gomez, Fachineus, Molina locis *infra* allegandis, & alij adducunt desumptam ex *dicto §. sed nec impuberis,* & ex *d. cap. si pater* scilicet, quia pater substitutionem pupillarem non facit nomine filij, sed nomine suo, & ex persona propria ratione patriæ potestatis, licet eam faciat pro filio, scilicet, ex priuilegio legis ratione patriæ potestatis

potestatis sibi concesso testatur etiam de bonis filij, & dicitur, & est talis substitutio verè, & propriè dispositio, & testamentum patris, non filij, licèt duarum causarum, siue hæreditatum existat §. *igitur instit. de pupill. substitut.* facit enim principaliter testamentum pro se, & substitutio est sequela paterni testamenti: Pater autem pupilli nulla lege (cum nulla lex reperiatur illum ad id cogens) tenetur vxorem suam matrem pupilli instituere hæredem, vel legitimam ei relinquere, Quare sicut ius patri substitutionem pupillarem in filij bonis concessit, ita ei liberum reliquit præferre vxori in eis bonis quemcunque vellet. Hanc sententiam amplexi sunt Iurisperiti magis communiter: ita præter innumeros alios antiquiores, quos cumulant Michaël Grassus *de successionibus ab intest. §. substitutio quæst.* 30. *num.* 2. & Vincentius Fusarius *de substit. quæst.* 156. *num.* 4. tenent Gomez *var. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. ibidem Additionator litera *G.* Couarruuias *in cap. cum esses num.* 11. *de testam.* & *in cap. Raynutius* §. 5. *num.* 6. *eod. tit.* Grassus *d. num.* 2. Afflictus *decis.* 38. *num.* 3. & *decis.* 310. *num.* 5. Cæuallos *com. contra com. quæst.* 70 Mantica *de coniecturis lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 14. & *tit.* 15. *num.* 37. Didacus Spino *in spec. testam. Glossa* 23. *num.* 18. Ferdinandus Vasquius *de success. creat.* §. 1. *num.* 25. & *de success. progressu* §. 15. *num.* 16. & 17. Alexander Trentacinquius *de substit. p.* 5. *cap.* 16. Andreas Fachineus *contron. iuris lib.* 4. *cap.* 42. Antonius Thesaurus *decis. Pedem.* 200. *num.* 8. & 12. Magonius *decis. Flor.* 144. *num.* 21. Marta *de success. p.* 2. *quæst.* 3. *art.* 8. Rota *decis.* 639. *num.* 4. 1. *p. in recent.* Farinacij, & nonnulli alij Iurisperiti recentiores à Fusario *vbi supra*, & ab Augustino Barbosa *collectaneo ad d. cap. si pater. num.* 5. allegati, & ex Theologis Molina *de instit. tom.* 1. *disput.* 184. versic. *His ita constitutis*, & Palaus, Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 9 *num.* 2.

256. Extenditur autem hæc sententia, vt per pupillarem expressam excludatur mater à legitima etiam quoad alia bona filij, quam paterna v. g. quæ pupillo obuenissent ex linea materna, vel aliundè, ita id colligentes ex eodem textu Baldus *in d. §. ad substitutos ff. de vulgari* ibidem Imola, Alexander *ad d. l.* 2. *n.* 28. *ff. de vulgari*, Zasius *in tractatu de substit. tit. de pupill. substit. num.* 22. Gomez *d. num.* 7. Couarruuias *locis citatis*, Marta *d. art.* 3. *num.* 13. & idem videntur sentire alij præallegati cùm loquuntur indistinctè.

257. Quod verò etiam in foro conscientiæ per pupillarem substitutionem expressam mater excludatur à legitima in omnibus bonis, ita quod substitutus in tali foro possit retinere etiam eam partem bonorum, quæ ex bonis filij matri iure legitimæ alioqui deberentur, si filius ipse testamentum fecisset, & consequenter mater absque peccato furti non possit vti occulta compensatione, tenent Couarruuias, Vasquius, Fachineus, Thesaurus, Mogonius, Gomez, Marta, Cæuallos, Grassus, Trentacinquius, Zasius locis *suprà* allegatis, Mænochius *dict. præsumpt.* 38. *num.* 31. & *lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 80. *n.* 38. Additionator ad Gomez *d. litera G.* Ripa *in l.* 2. *num.* 45. *ff. de vulgari.* Socinus Curtius, Alciatus, Lancellottus Gilian: Vilius, Paulus Leoncius, Emanuel à Costa, & alij relati à Grasso *d. quæst.* 30. *n.* 2. Fusario *d. quæst.* 156. *num.* 18. Couarruuia *d. num.* 11. & Cæuallo *dict. quæst.* 70. *num.* 6. Probatur primo, quia cùm *in prædictis legibus*, & *in d. cap. si pater* statutum sit, vt per pupillarem mater excludatur à legitima, & prædictæ leges non repugnent diuinæ, seruari debent etiam in foro conscientiæ; cùm alibi neque in iure Ciuili, neque in iure Canonico declaretur prædicta iura non habere locum in foro conscientiæ; nullaque ratio id conuincat, vt magis ex sequenti probatione constabit. Confirmatur, quia alioqui ius Canonicum *in d. cap. si pater* foueret peccatum, ius autem Canonicum nihil statuit cum peccato *cap. vigilanti* & *cap. fin. de præs.* quoties etiam lex Ciuilis, & Canonicum concordant nunquam est periculum in foro conscientiæ Glossa *in cap. ad nostram verb.* Ecclesiæ *de haret.* & Felinus *in d. cap. vigilanti col. fin. de præscript.* & *in cap.* 1. *in* 6. Fallentia *de constit.* Secundo probatur, quia legitima portio in bonis filij non est debita matri de iure naturæ, sed legitima, & successio ab intestato matri debetur de mero iure positiuo, & ciuili; ergo etiam ius Ciuile, seu lex ciuilis potuit eandem legitimam matri tollere, vt fecit per pupillarem substitutionem; ergo etiam in foro conscientiæ mater per pupillarem excluditur à legitima quoad omnia bona filij siue paterna, siue materna, vtraque consequentia clara est, & euidens. Antecedens, quod legitima in bonis filij non sit debita matri de iure naturali, sed inducta sit à iure ciuili, præter Doctores *in præcedentibus* allegatos, docuerunt plures alij, quos refert Merlinus *de legitima lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 8. & esse communem Doctorum, quos & sequitur, testatur Grassus *verbo* legitima *q.* 2. & probatur primo per textum *in* §. 1. *instit. ad Senatus cons. Tertillianum*; vbi olim à lege XII. tabularum mater priuabatur omni successione, & hæreditate filij; non est ergo naturali iure debita, quia non potuisset tolli saltem quoad legitimam sicuti ab ea illo iure mater excludebatur. Secundò quod legitima matri, & ascendentibus de iure tantum positiuo, ac ciuili debeatur videtur colligi *ex l. scripto ff. vnde lib.* ibi: *Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos vero parentum & natura commune votum*, & ita deberi gratia pietatis docuit Glossa *in cap. Prædicator* verbo *parentibus* 16. *quæst.* 1. vbi alia iura allegat, & alia allegat Vasquius *d. num.* 16. & idem tenent Doctores allegati à Merlino *vbi suprà.* Tertiò, quia legitima debita matri, & ascendentibus potest per statutum tolli in totum sine peccato, ita quod tale statutum est validum in vtroque foro, vt docuerunt Brunus *in tract. quod stantibus masculis art.* 1. *num* 22. & *seq.* Vasquius *de success. creat.* §. 20. *p.* 2. *requisito* 42. *post num.* 296. & *num.* 301. Mangillus *de imputat. quæst.* 51. *num.* 64. & innumeri alij à Vasquio *dict. num.* 296. Mangillo *d. num.* 64. & à Merlino *de legitima lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 1. *num.* 34. allegati.

258. Aduertunt autem Doctores huius sententiæ, vt mater quoad legitimam portionem tam iure fori, quam iure poli excludatur per substitutionem expressam pupillarem, eam non posse dici inhumanam, nam si pupilli mater sit inops, egena, & pauper, sunt illi à substituto præstanda alimenta, quæ viuo alioquin filio exhiberentur, & ad id cogi poterit substitutus *arg. l. si quis à liberis* §. *idem scriptum ff. de liber. agnosc.* Ita post Ripam, & Zasium Couarruuias *in d. cap. cum esses num.* 15. *fine.* Additionator ad Gomez *vbi supra* litera *G.* & Grassus *d. quæst.* 30. *num.* 2. *fine.*

259. Contrariam tamen sententiam, quod mater per pupillarem expressam in foro conscientiæ non excludatur, nec excludi possit à legitima quoad bona propria filij, quæ, scilicet, pupillus aliundè habuerit, quam à patre, puta ex linea materna, & quæ à patre pupillo de iure naturæ debentur tanquam eius legitima, quæ sunt tertia pars bonorum patris alios filios non habentis, tenent Archidiaconus *in d. cap. si pater de testam. lib.* 6. ibidem Dominicus, Decius *ad d. l. precibus num.* 10. *Cod. de impuberum & aliis substit.* ibidem Corrasius, *num.* 43. Alciatus *de quinque pedum præscript. in princ.* Gualdensis *de arte testandi tit.* 5. *cautela* 6. *num.* 2. Gomesius *in cap.* 2. *de constit. num.* 12. & 19. & plures alij, quos referunt Vasquius *d.* §. 15. *num.* 17. Trentacinquius vbi supra *num.* 5. Cæuallos *d. quæst.* 70. Marta *d. art.* 8. *num.* 12. & Mænochius *d. præsumpt.* 38. *n.* 4. ac proinde iuxta hanc sententiam si mater excludatur per sententiam à legitima prædicta, poterit vti occulta compensatione. Probatur hæc sententia, quia sicut legitima ex bonis parentum est debita filiis de iure naturæ quoad substantiam, licèt quoad taxam quantitatis videatur de iure ciuili, vt tradunt communiter Doctores quos refert Merlinus *de legitima lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 4. 6. & 7. Quapropter non potest vlla lege absque peccato in totum ab illis auferri,

vt

vt pariter tradunt Doctores communiter, quos allegat Merlinus *de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 1. num. 14. & 16.* ita etiam de iure, & communi instinctu naturæ debetur parentibus legitima ex bonis filij, vt asserunt Cagnolus *in d. l. Papinianus §. 4. num. 5. ff. de inoffic. testam.* Mænochius *d. præsumpt. 38. num. 5. 6. & 7.* & plures alij, quos refert, & sequitur Merlinus *de legitima lib. 5. tit. 1. dict. quæst. 6. num. 7.* & *lib. 3. tit. 1. d. quæst. 1. num. 36.* & probatur primo per textum *in d. cap. si pater*, ibi: *Trebellianica sine partis iure natura debita de testament. in 6.* secundo per textum *in §. 1. versus finem, in auth. de hered. & falcid.* ibi, *qui testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis, & nepotibus, & parentibus, atque matribus.* Tertiò, quia legitima in bonis filiorum debetur parentibus in honorem, & reuerentiam, quam præstare debent descendentes, quod naturale est, & miserationis, & pietatis causa *d. l. scripto ff. vnde lib.* & *l. nam etsi parentibus ff. de inofficioso testam.* & ne à luctuosa filij hæreditate excludatur mater *l. fin. Cod. de instit. & substit. sub condit. l. liberi §. 5. Cod. de inoffic. testam. §. 1. instit. ad S. C. Tertill.* & propter pericula, & sæpè mortem, quibus mater sæpè in partu subiicitur *§. sed nos instit. eod.* Quartò quia valdè rigorosum est, & contra naturalem æquitatem, vt dicit Baldus *in d. l. precibus* versic. *circa tertium*, Vasquius *d. num. 25.* quod parentes in totum excludantur ab hæreditate filiorum, & quod legitima à matre auferatur per testamentum filij nomine factum à parte fortè contra mentem filij, vt præsumendum videtur, cum sit ex naturali lege inductum, vt parentibus benefaciamus *d. l. nam etsi parentibus*, & dixit Decius *in d. l. precibus n. 9.* ergo è contra legitima debita est parentibus iuxta æquitatem naturalem, & ita de iure naturali. Quinto legitima debetur filiis de iure naturali, ergo & parentibus eodem iure naturali debetur, si filij prius moriuntur, quàm parentes, cum sit correlatiua successio *arg. textus in d. l. nam etsi parentes.* Sextò legitimam ascendentium per statutum non posse tolli in totum docuerunt plures Doctores Ioannes Andreas *ad specul. in rub. de successión. ab intestato*, Couartuuias *de spons. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 4.* Mynsing *obseruat. sing. centuria. 6. obseruat. 44.* Merlinus *de legitima lib. 3. tit. 5. quæst. 1. num. 36.* & innumeri alij relati à Merlino, & Mynsingero, qui dicit esse communem, ergo signum est, quod non competit parentibus solum de iure ciuili, sed etiam de iure naturali, alioqui per statutum posset in totum tolli: cum ergo lex positiua contradicens iuri naturali, aut naturali æquitati non habeat locum in foro conscientiæ vt tradit Innocentius *in cap. plerique de immun. Eccl.* per textum *in cap. final. d. 10.* & *cap. fin. de consuetudine*, & certum est dato, quòd per dictas leges ciuiles mater per pupillarem expressam excluderetur à legitima pupilli, hoc non posset procedere in foro conscientiæ.

260. Probatur secundo eadem sententia, filij non debent, nec possunt sine peccato à parentibus in totum, & etiam quoad legitimam exhæredari etiam instituta Ecclesia *cap. vlt. 17. quæst. 4.* de qua re latè egi *in tom. 2. bonorum moralium tit. 12. num. 304. & 309.* ergo neque parentes possunt in totum, & quoad legitimam excludi ab hæreditate absque peccato, & consequenter sicut filiis, ita & matri legitima in foro conscientiæ est debita, & relinquenda: Probatur hoc consequens; quia quoad legitimam, quod dicitur de filiis, idem de parentibus dicendum est. *d. l. nam etsi parentibus ff. de inofficioso testamento* vbi expressè dicitur, quod sicut parentes tenentur filiis legitimam relinquere, sic & filij parentibus. Respondent Doctores primæ sententiæ, negando quod in *d. cap. vltimo* Diuus Augustinus dicit de filiis, dicendum esse de parentibus, nec obstare dictam *l. nam etsi parentibus*, nam licèt non minus piè relinquatur legitima parentibus, quam filiis, non tamen sic debetur, prout debetur liberis, quia in liberis concurrit votum parentum, & votum naturæ, sed in parentibus non concurrit votum liberorum *d. l. scripto ff. vnde liberi.* Sed contra responsionem est primo, qui in *d. l. nam etsi parentibus* expressè dicitur, quod non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet. Secundò, quia iam probatum est, ius naturale postulare, vt etiam parentibus, & matri legitima à filiis relinquatur, nec contrarium sed potius hoc idem probat *d. l. scripto.* Respondet secundò Fachineus argumentum habere locum, vbi filius testamentum facit, non in præsenti casu, quando pater est, qui testatur. Sed contra quia pater non testatur solùm de propria hæreditate, sed etiam de hæreditate filij, & pro filio, ac proindè non potest facere, quod non posset filius, cum quis non potest facere per se, neque etiam potest per alium, vt per textum *in l. neque Cod. de hered. instit.* & alios Doctores probat Mænochius *d. præsumptione 38. num. 8.* Præterea contra est, quia testamentum patris substituentis pupillariter est testamentum pupilli, & non patris. Vnde

261. Probatur tertio hæc eadem sententia, nam substitutio pupillaris, seu testamentum patris pupillariter substituentis dicitur, & est propriè & principaliter testamentum filij, quod nomine eius facit pater, impropriè autem dicitur testamentum patris. ita Mænochius *d. præsumpt. 38. num. 7.* & Merlinus *de legitima lib. 3. tit. 2. q. 13. num. 1.* & probatur per textum *in §. 1. instit. de pupill.* ibi: *Moribus institutum est, vt cum eius ætatis filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.* & per textum *in l. 2. ff. de vulgari* vbi habetur, quod ex speciali legis priuilegio pater ex pupillari substitutione potest pro filio suo testari. Si itaque Pater filio impuberi facit testamentum, & pro eo testatur, testamentum dicitur filij; nam quod facit pater pro filio, & eius nomine, ab ipsomet filio factum censetur *l. si fundum per fideicommissum §. fin. ff. de leg. 1.* Confirmatur, quia in substitutione pupillari agitur, & disponitur de hæreditate ipsius filij, vt constat ex *tod §. 1. institutis de pupillari* ibi, *quo casu siquidem non extiterit heres filius tunc substitutus patri sit heres, si vero extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio sit heres substitutus.*

262. Probatur quartò à fortiori, scilicet, quia ex iure ciuili neque etiam in foro fori mater per pupillarem expressam excluditur à legitima in bonis propriis pupilli, sed solum quoad bona, de quibus pater ad libitum poterat disponere excludendo filium v. g. Pater habet in bonis centum quinquaginta, & filius est vnicus; ex dictis centum quinquaginta, quinquaginta pro legitima debentur filio superuiuenti patri, centum sunt liberæ dispositionis patris; igitur per pupillarem expressam iure ciuili mater pupilli excluditur quidem à legitima quoad centum, quæ sunt propria patris, de quibus liberè potest disponere, nec tenetur aliquid vxori suæ relinquere. Non excluditur vero à legitima portione deducenda ex quinquaginta, quæ sunt propria filij, & bonis aliis, si quæ obuenerunt filio aliundè, quam à patre, quæ etiam sunt propria filij; ita senserunt Iacobus de Arena, & Martinus Silanus relati à Bartholo *in l. 2. num. 31. ff. de vulg.* Lanfrancus Orianus *in l. centurio num. 58. ff. eodem*, Curasius *in l. precibus n. 43. Cod. de impuber. & aliis substit.* quos refert, & sequitur Mænochius *d. præsumpt. 38. num. 4. cum seqq.* & pro hac eadem opinione consuluit Corneus *cons. 272. per totum volum. 1.* & videri satis applaudere veritati dicit Marta *d. art. 8. num. 12.* Probatur itaque hæc opinio, quia legitima non potest auferri, seu auocari à matre, nisi saltem de ea expressè, & disertè dictum fuerit, per textum *l. si quando §. fin. Cod. de inoffic. testam.* At nulla lex specialiter, & expressè disponit, quod substitutio pupillaris excludat matrem à legitima sua, sibique alioqui ex bonis propriis filij debita; sed solùm quod excludat à successione, vel hæreditate vt *d. l. precibus l. lucius l. 2.* & *l. si plures ff. de vulgari* & *d. §. 1. instit. de pupillari*, & *d. §. sed nec impuberis l. Papinianus*, lex excludit matrem

solum

solum à querela; ergo per dispositiooem dictatom legum non censetur mater exclusa à legitima in bonis propriis pupilli sibi debita. Quemadmodum etiam, si statutum simpliciter, & generaliter dispooeret, quod pater possit de bonis suis ad libitum disponere præferendo extraneos filiis nulla alia facta legitimæ meotione, non censeretur per tale statutum inclusa legitima, vel sublata aliquo modo, vt aliis relatis tradit Merlious *de legitima lib. 3. tit. quæst. 1. num. 31.* & statutum priuans matrem hæreditate filij, noo intelligitur de legitima, vt Romanus *consil. 32. num 10. & 11.* Decius *cons. 466.* & Purpuratus *cons. 427.* Confirmatur qoia per locutionem geoeralem tertio præiudicium voluisse facere non ceosetur lex, vt præter *d. §. fin.* habetur etiam *l. nec auus. Cod. de emancip. lib.* & aliis iuribus allegatis à Mænochio *de præsumpt. 38. num. 14.* & ita priuilegium generale datum patri, vt pro filio possit testari non debet intelligi cum præiudicio matris, aeesset autem præiudicium matris, si excluderetur à legitima alioqui sibi debita. Quare hic noo agitur tantum de lucro à matre amittendo, vt ad *d. argumentum* respondens voluit Riminaldus iunior *in d. l. precibus num. 127.* relatus à Mænochio *d. num. 14.* sed de damno vitando, vel subeundo; oam verè mater exclusa à legitima pateretur damoum, quia perderet quod suum est, vt pote sibi iure oaturæ, & ciuili debitum, vnde etiam mater est quodammodo legitimæ in bonis filij creditrix, vt ibidem Mænochius ex Baldo *in l. filium quem habentem num. 4. Cod. famil. ercisc.* & Fabiano *in auth. nouissima num. 233. Cod. de inoffic. testam.* Non iuuat etiam respoosio Mattæ *d. art. 8. n. 6. versic. secundo dicentes*; quod lex patrifamilias facultatem dedit, vt pro filio suo impubere testamentum faciat, quod pupillaris substitutio appellatur, & verè, ac propriè patris testamentum est, licèt duarum causarum, seu hæreditatum existat allegato *§. igitur instit. de pupillari.* Atque adeo non esse mirum, si mater caret legitima, quam eius maritus dare non tenebatur. Nam contra est primo, quia enim pater ex legis priuilegio generali non faciente specialem mentionem legitimæ, faciat testamentum pro sno pupillo, ex cuius bonis alioqui matri est debita legitima; tale priuilegium debet intelligi sine tertij, scilicet matris præiudicio: secondo numero præcedenti iam probatum est substitutionem pupillarem esse propriè, & principaliter testameotum filij.

Ex quibus videtur satis constare huic opinioni, quod de iure ciuili mater per pupillarem substitutiooem non excludatur à legitima sibi alias debita ex bonis propriis ipsius pupilli, non obstare fundameotum primæ sententiæ desumptum ex legibus ciuilibos suprà *num. 255.* adductis ad quas singillatim respondent Mænochius *d. præsumpt. 38.* & Matta *d. art. 8. num 2. & tribus seqq.* præter alias responsiones ab aliis datas.

263. Et ad *l. Papinianus §. sed nec impuberis*, Respondent aliqui, vt notat Thesaurus *d. decis. 200. num. 5.* textum illum præsupponere termioos habiles, id est, qood pater expressè priuauerit matrem legitima. At Mænochius, & alij respondent, ex eo, quod Papinianus, & Vlpianus nolint matrem habere querelam inofficiosi; non sequi eos voluisse excludere matrem à legitima, seu vt mater non posset petere legitimam, siquidem querelam aduersus testamentum tantùm noluerunt competere matri; quia ipse filius oihil contra officium pietatis egit, quippe qui testatus non est, sed pater. Quare licèt mater non habeat querelam, à consecutiooe tamen legitimæ non repellitur, quoniam illam consequi potest conditione ex lege iuxta *l. omnimodo Cod. de inoffic. test.* & *auth. presbyteros 2. Cod. de Epis. & Cler.* Quod etiam non valeat illa consequentia, *non habet querelam, ergo non habet legitimam*, aliis exemplis declarant ex aliis Mænochius *d. præsumpt. 38. num. 17.* & Matta *d. art. 8. num. 3.* eo quod in aliquibus casibus negatur querela, & competit legitima Si eoim (inquit Iason *in auth. si qua mulier num. 22. Cod. de sacros. Eccl.*) quis habens filios cogitaos de religionis ingressu faciat testamentum præterire poterit Monasterium, & filios sine causa posset exhæredare, qoos io potestate haberet, sed dicti filij legitimam eoosequi poterunt per *d. auth. si qua mulier*; è cootra frater, & soror habent querelam, quando instituitur turpis persona. *l. fratres Cod. de inoffic. testam.* & *§. soror instit. eod. tit.* & tamen regulariter non habeot legitimam ex boois fratris defuncti. plura videantur apud Mænochiom.

Ad alias leges secuodò, tertiò, quartò, & quintò 264.
loco adductas *eodem num. 255.* respondetur per eas probari matrem excludi à successione, & hæreditate patris testantis, & pupilli, & talem successiooem, & hæreditatem mortuo filio aote pubertatem deuolui ad substitutum, hoc tameo intelligi debet deducta legitima matris, quæ nunquam eeosetur ablata per generalem loquutionem, & si de ea noo fiat expressa meotio, vt *num. 262.* probatom est, aliæ responsiones videaotur apud Mænochium, & Martam *locis citatis*.

Ad argumeotom desumptum ex *l. humanitatis.* res- 265.
pondetur primo illud esse negatiuum, quod non cooeludit iuxta Logicos, & Philosophos. Præterea respondet Mænochius *d. præsumpt. 38. num 14.* idem argumeotom sumi ab inclusione voius ad exclusionem alterius, quod oon procedit, seu concludit, quando quod excluditur per vnam, iocluditur io alia dispositione. Decius *in l. 1. in 3. lectura num. 84. ff. si certum petatur.* & *consil. 11. num. 4.* qui ita declarat *l. cum prætor in princip. de iudiciis*: mater autem quoad legitimam sibi debitam alio iure iocloditur, cum iam sit à lege constitutum, eam debere habere legitimam in bonis filij, vt constat ex *d. l. si quando §. fin.* & ex aliis legibus suprà *num. 259.* adductis.

Hæc igitur secunda opioio, qood mater per pupilla- 266.
rem etiam expressam oon excludatur saltem in foro conscientiæ à legitima pupilli propter prædicta ad illam probandam adducta, & propter auctoritatem, & numerum Doctorum, qui illam tuentur, mihi videtur satis probabilis, maximè quoad legitimam in bonis, quæ aliundè, quam à patre obuenissent filio impuberi, & non parum miror, quod Mæoochius cum *dicta præsumptione 38.* teneat legitimam matri io bonis propriis filij deberi de iure naturali, & ciuili, postea velit Bonifacium octauum definiisse matrem per pupillarem expressam à legitima in bonis filij excludi io vtroque foro, scilicet, exteriori, & conscientiæ; nam si legitima est de iure naturæ debita matri, sicut eodem iure naturæ est debita filiis, sicut ius Canonicum non vult filios à parentibos priuari legitima etiam intuitu causæ piæ *d. cap. vlt. 17. 4.* ita debet velle, vt parentes oon priuentur legitima sibi à filiis debita; & sicut lex auferens in totum legitimam à filiis non obligaret in conscientia vt potè repugnans iuri naturali; ita etiam lex tollens parentibus legitimam in totum in foro conscientiæ non haberet locum.

Sed qua ratione respoodendum ad illud *cap. si pater* 267.
de testamentis in 6. vbi expressè Bonifacius dicit, quod pater in testamento, quòd facit filio impuberi, potest priuare matrem portione iure naturæ illi debitam, licèt non possit filius testamento suo? Cynus, vt notauit Thesaurus *d. decis. 200. num. 8.* dixit illum textum inductum fuisse ex errore Caoonistarum, quod tamen non videtur credibile, & communiter allegetur tanquam textus sincerus. Alij aiunt, quod cum ille textus sit contra ius naturale, & ciuile restringendus est ad casum suum duobus cōcurrentibus, scilicet, quod substitutio sit facta verbis directis, & non communibus (vt latè Ripa *in l. centurio num. 115. ff. de vulgari*) & quod substituta sit pia causa, seu persona, ita quod sit speciale, vt ratione piæ causæ illa directa substitutio verbis bis directis facta excludat matrem à legitima pupilli. Hanc tamen intelligentiam reiiciunt Archidiaconus

ibidem

ibidem *num.* 5. & Dominicus à Sancto Geminiano ibidem §. *testatore num.* 7. volentes idem esse in omnibus substitutis, idque aiunt constare ex ratione, quam subdit Pontifex ibi, *licèt*, *&c.* Alij respondent, dictum textum procedere quoad ius fori, non quoad ius poli, ac proindè licèt lex canonica concurrat cum ciuili, in hoc casu non excusar à peccato; nam traditio communis, quod lex canonica nihil concedit cum peccato, procedit nisi lex canonica distinguat inter forum fori, & forum poli *cap. tua nos de sponsalibus* in hoc autem casu distinguit vt *d. cap. vlt.* 17. 9. ita Philippus Decius *in d. l. precibus* Et si obiiciatur quod lex canonica denegans actionem in foro externo matri ad obtinendam legitimam, foueret peccatum, videtur posse respondere non fouere peccatum, quia per hoc liberat substitutum quoad forum conscientiæ, vt in simili dictum est supra *tit* 2. *num.* 89. sed inter casum præsentem, & illum de quo *d. num.* 89. verè est discrimen, nam ibi agitur de testamento ad profana, ad quod ius Canonicum in terris Ecclesiæ requirit Parochum, & duos saltem testes idoneos propter fraudem euitandam, ac proindè si hæredi ab intestato constet de voluntate testatoris minus solemni, tenetur in foro conscientiæ illam adimplere, iuxta *ibi* tradita; in præsenti autem casu dispositio, quod per testamentum, quod pater facit filio impuberi, mater excludatur à legitima est absoluta, & non fundatur in præsumptione vllius fraudis. Alij dixerunt Bonifacium octauum in *d. cap. si pater* sequutum fuisse primam opinionem magis communem Doctorum, quod per pupillarem expressam mater excludatur in totum ab hæreditate filij impuberis, & sic etiam à legitima in bonis filij propriis. ita Mænochius *d. præsumpt.* 38. *n.* 29. ex Dyno, qui vult eundem Bonifacium statuisse eandem opinionem seruandam in vtroque foro, externo, & conscientiæ; sed supposito, quod legitima in bonis filij propriis matri debeatur de iure naturæ, non potuit condi lex excludens matrem etiam in foro conscientiæ, igitur sequentes responsiones videntur mihi magis probabiles: supposito prius, quod Bonifacius *in d. c. si pater*, loquitur in caso particulari substitutionis pupillaris, in qua pater testator substituit causam piam, scilicet, pauperes, & legauit matri pupilli: mortuis igitur filiis impuberibus, pro quibus Pater testamentum fecerat ante pubertatem, & matre prætendente legitimam, respondit Pontifex absque deductione Trebellianicæ, & legitimæ ipsis pauperibus bona omnia deferri, & pro ratione responsionis suæ, affert rationem contentam in dictis verbis *licèt*, *&c.*

268. Itaque responderi potest Summum Pontificem respondisse omnia bona pauperibus fuisse deuoluta, quia pater legatum fecerat vxori matri pupilli, quod haberi, seu censeri voluit S. Pontifex, ac si relictum esset pro legitima, aut titulo institutionis; nam eo ipso, quod lex ciuilis generaliter disponit, vt per pupillarem expressam mater excludatur à successione, & hæreditate facit, seu virtualiter concedit, vt legitima, quæ alioqui filio debet relinqui titulo institutionis, possit quocunque titulo relinqui: sicut si statutum priuaret matrem hæreditate filij, vel disponeret simpliciter, quod pater posset disponere liberè de bonis suis præferendo extraneos filiis, nulla facta mentione legitimæ, tunc licèt non censeretur in tali statuto comprehensa legitima, vt suprà *num.* 262. dictum est: illud tamen statutum operaretur vt legitima posset relinqui quocumque titulo, vt tradit Merlinus *de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num* 32. rationem autem, quam idem Pontifex subdit in versiculo *licet autem filius*, *&c.* dicere possumus ab eo adductam fuisse, non quia voluerit sua lege approbare primam opinionem *num.* 255. positam, & statuere per pupillarem expressam matrem excludi à legitima filij in omnibus bonis, sed quia ea opinio iuuabat ad confirmationem sui responsi, quemadmodum supra *hoc eodem titulo num.* 88. dictum est, decisionem legis *non dubium*, *Cod. de legibus* à Gregorio *in Can. Imperiali* 23. *quæst.* 2. fuisse allegatam non ad illam canonizandam, & approbandam etiam de iure Canonico, sed quia id faciebat ad ostendendam nullitatem testamenti, de quo *ibidem*, & fortè etiam eam rationem adduxit solum tanquam Doctor eiusdem opinionis, quam non ideò approbauit tamquam legislator, cum sit dicta ratio adducta solum ad confirmandum responsum in particulari casu, de quo *ibi*.

Responderi potest secundo Pontificem in casu, de quo *ibi*, dum respondet matrem excludi à legitima, & ipsis pauperibus omnia bona deferri intelligi solum de bonis propriis ipsius patris, id est matrem excludi à legitima totius hæreditatis paternæ, quæ alioqui matri debebatur, si filius ipse testatus esset, non vero excludi à legitima bonorum, quæ fuissent propria ipsius filij maximè aduentitiorum, & quæ aliundè quam à patre filio impuberi acquisita; quia fortè in illo casu pupillus nulla alia bona, quam paterna habuerit. 269.

Cùm etiam iuxta tradita *in* 5. *tom. horum moralium* 270.
tit. 15. *num.* 281. relictum Ecclesiæ, vel pauperibus in dubio censeatur relictum pro male ablatorum restitutione, quo casu non detrahitur legitima iuxta tradita *eodem tit.* 12. *num.* 285. possumus quoque dicere in casu *d. cap. si pater* Summum Pontificem hac de causa respondisse absque deductione Trebellianicæ, & legitimæ ipsis pauperibus omnia bona (non enim constat ibi pupillum habuisse bona aduentitia, & aliundè quam à patre acquisita) fuisse debita, & acquisita, & rationem *in d. versiculo licèt autem* comprehensam addidisse solùm ad confirmationem suæ decisionis, non vero ad approbandam, & canonizandam tanquam legem primam opinionem: Patitur tamen hæc responsio oppositionem, quod vbi pia causa non est instituta, sed substituta relictum pium non videatur factum pro exoneratione conscientiæ, sed pro remissione peccatorum, iuxta tradita *eodem tit.* 12. *num.* 230. Agnosco etiam omnes alias responsiones pati aliquam difficultatem, sed simul sumptæ faciunt probabilem secundam sententiam, & ostendunt non constare, quod Bonifacius octauus in *d. cap. si pater* definierit, & statuerit tanquam legem Canonicam matrem per pupillarem expressam excludi à legitima in bonis ipsius pupilli propriis. Et certè, cum incertum sit an lex ciuilis voluerit excludere matrem à legitima in bonis pupilli propriis maximè aduentitiis, vt ostendunt tradita suprà *num.* 262. non videtur verisimile, quod Bonifacius vir alioqui doctissimus, & cui notæ erant Doctorum opiniones oppositæ de hac re, voluerit nouam legem de eadem re in foro externo, & ciuili condere. Sed de his satis superque.

TITVLVS



TITVLVS DECIMVS-SEXTVS, HVIVS TOMI QVARTVS.

TITVLVS QVARTVS,

De obligatione conscientiali legis fundatæ in præsumptione.

§. VNICVS.

An, & quando lex fundata in præsumptione obliget in conscientia, quando constat de veritate in contrarium, seu opposita præsumptioni; vbi etiam quid de sententia Iudicis fundata super sola præsumptione, si veritas præsumptioni non concordet.

PLuries in *duobus præcedentibus titulis* iuxta plures Doctores, dictum est legem in præsumptione fundatam non obligare in conscientia vbi constat de veritate præsumptioni opposita. Expedire igitur existimaui ad maiorem intelligentiam, & declarationem eorum quæ in *duobus præcedentibus titulis* tradita sunt, in hoc titulo explicare, quandonam lex fundata in præsumptione obliget necne in particulari casu, in quo quis certus est de veritate.

Plures generatim docuerunt legem humanam tàm ciuilem, quàm Canonicam fundatam in præsumptione non obligare in conscientia, si veritas præsumptioni non concordet. ita Innocentius *in cap. quia plerique de immunit. Eccl.* Angelus *verbo* lex *num.4.* Syluester *eodem quæst. 9.* versic. *secundo.* Mænochius *de præsump. lib. 1. quæst.80. num.1.* Sayrus *lib. 3. clau. cap.7. num. 8.* & innumeri alij, relati ab eodem Sayro *ibidem*, Suarez *de legibus lib.3. cap.23. num.1.* & Salas *de legibus disp.10. sect.4. num. 18.* eam adducentes rationem, quod in foro conscientiæ attenditur veritas, ac proindè si veritas sit contra præsumptionem, lex cessat. Verùm pro clatiori intelligentia, & vt certa secernantur ab incertis, 1.

Notandum dupliciter posse legem fundari in præsumptione. Primò in præsumptione facti in particulari, scilicet, qua legislator in quouis casu singulari aliquid factum, vel tali modo factum suspicatur, seu præsumit, & ratione illius præsumptionis legem vniuersalem constituit, quia in singulis casibus ita præsumit accidere. Talis est lex Canonica *in cap. veniens 2.* & *c. is qui fidem, de sponsalibus* statuens sponsalia de futuro transire in matrimonium de præsenti legitimum per copulam subsecutam. Ecclesia enim ad excludendam præsumptionem delicti in sponsis, præsumit tacitum consensum coniugalem, non solum vt plurimum, sed 2.

 in

in quouis caſu ſingulari; cum non ſit maior ratio, cur de vno potius, quàm de alio præſumat, & ita perfici matrimonium, vt latè tradidi *in tractatu de contractu matrimonij cap.* 3. §. 24. quæ præſumptio dicitur iuris, & de iure, ex eo, quòd ius regulariter non admittat probationem in contrarium, *vt eodem* §. 24. explicaui. Secundo poteſt lex fundari non in præſumptione facti in particulari; ſed in præſumptione periculi moralis facti v. g. fraudis, aut doli, aut defectus ſufficientis, ſeu perfecti iudicij rationis, aut alterius incommodi, quia vt plurimum, & frequentius ita contingat. Vnde ſemper eſt periculum quod ita ſit, ſicut præſumitur, & propterea legiſlator conſtituit legem vniuerſalem, qua fraudes, & incommoda, quo fieri poteſt, impediantur, & talis eſt lex quæ irritat profeſſionem ante legitimum tempus ætatis, vel probationis, & ſimiles; fundatur enim in periculo morali defectus iudicij perfecti, & ſufficientis conſenſus, quia plerumque accidit in ſimili euentu. Hanc diſtinctionem notarunt ex modernis Vaſquez 1. 2. *diſput.* 763. *cap.* 3. Suarez *d. cap.* 23. *num.* 3. Salas *d. ſect.* 4. *num.* 19. & 20. & *diſput.* 16. *ſect.* 7. *num.* 15. Villallobos *p.* 1. *tract.* 2. *diff.* 21. Gordonus *lib.* 2. *theol. mor. quæſt* 9 *num.* 35. Baſilius Pontius *de matr. lib.* 5 *cap.* 5. *num.* 6. & Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 2. *puncto* 14. *num.* 15.

Lex fundata in præſumptione facti de quocunque caſu ſingulari non obligat in conſcientia, ſi ei veritas non concordet.

3. Itaque quoties lex fundatur in præſumptione facti in particulari, ſeu in quouis caſu ſingulari, non obligat in coſcientia, ſi præſumptio illa, ſeu veritas facti non ſubſtitit; ſeu veritas à parte rei non concordat præſumptioni legis. Ratio eſt, tum quia in tali caſu deeſt intentio legiſlatoris, & ceſſat finis adæquatus legis; tum quia conſcientia nititur veritati, quæ à parte rei eſt, ſi quidem ſecundùm rectam rationem veritas à parte rei exiſtens præfertur præſumptioni *c. veritatem d* 8. ac proindè etiam in foro externo admittitur probatio contra præſumptionem. ita Innocentius, Mænochius, Angelus, Syluester, Sayrus locis *num.* 271. allegatis, Nauarrus *in man. cap.* 17. *num.* 284. & *cap.* 23. *n.* 62. & præter alios antiquiores ex Canoniſtis, Theologis & Summiſtis à Mænochio, Sayro, Salas, & Suarez locis *eodem num.* 271. citatis Vaſquez *vbi ſuprà* Suarez *d. cap.* 23. *num.* 9. Salas *d. ſect.* 4. *num.* 20. Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 4. verſic. *in hac controuerſia*, Villallobos, & Gordonus *locis allegatis*, Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *p.* 7. §. 3. *num.* 2. *verſic. quinto* & *num.* 6. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *num.* 414. Baſilius Pontius *d. num.* 5. & Caſtrus Palaus *d. p.* 14. & quod dictum eſt de lege, idem dicendum eſt de ſententia iudicis fundata ſuper ſola præſumptione facti, eam ſcilicet non obligare in conſcientia, ſi ille, contra quem lata eſt ſententia, certus eſt de veritate in contrarium. ita iidem Doctores. Hinc

4. Infertur primò ſi ſponſus cognouerit carnaliter ſponſam animo fornicatio, & iudex fundatus in illa præſumptione legis eum cogat per excommunicationem cohabitare cum ſponſa, tanquam cum vxore, & illi debitum coniugale reddere, eundem ſponſum non teneri, nec poſſe in foro conſcientiæ obedire, cum verè non habuerit conſenſum coniugalem, nec matrimonium fuerit contractum per illam copulam, ſed opus ſit nouo conſenſu vt oſtendi *d. cap.* 3. *num.* 78. *de contractu matr.* & tradunt Innocentius, & Mænochius locis *num.* 271. allegatis, & docuit etiam Panormitanus in *d. cap. quia plerique num.* 5. *de immun. Eccl.* & *in d. cap.* 15. *qui fidem num.* 4. *de ſponſalibus.* Sicut etiam ſi coniux certo ſciens matrimonium eſſe nullum ob impedimentum occultum dirimens per excommunicationem compelleretur ad reddendum debitum, non teneretur, nec poſſet obedire, & alteri coniugi etiam matrimonij inualiditatem ignoranti reddere debitum, etiamſi alioqui timerentur grauiſſima ſcandala, & vitæ periculum, vt probaui in eodem tractatu *de contractu matr. cap.* 2. *num.* 68. & tradunt communiter Doctores *ibidem* allegati.

5. Infertur ſecundò eum, qui habet veritatem rei pro ſe, quanquàm ei aduerſetur præſumptio legis, & à iudice condemnetur ad aliquid dandum, vel reſtituendum victori, non teneri in foro conſcientiæ ſua ſpontè dare, vel reſtituere aliquid victori, & ita iniuſtè condemnatus ſecundum veritatem ad reſtituendum aliquid, quod non abſtulit, nec debet, ſeu ad poſſeſſionem rei relinquendam, iuſtè tamen ſecundum allegata, & probata, puta conuictus per falſos teſtes, qui ſeruato iuris ordine non potuerunt repelli, vel per falſa inſtrumenta, non tenetur in foro conſcientiæ ſoluere, quia ſententia ſuſtinetur ſola præſumptione iuſtitiæ, vt notatur *l. Iulianus ff. de condict. indebiti*; quare licèt talis ſententia ſit iuſta ex præſumptione, qua præſumitur teſtes vera dixiſſe, aut inſtrumenta fuiſſe vera; nihilominus quia ſententia à parte rei fuit iniuſta, & deſtituta rei veritate, cui talis iniuſtitia eſt manifeſta, non tenetur in foro conſcientiæ obedire tali ſententiæ citra ſcandalum. ita Innocentius *in d. cap. quia plerique num.* 3. Panormitanus ibidem *num.* 19. & 24. plures alios allegans Sayrus *dict. num.* 8. Salas, Suarez, Bonacina, Gordonus, Villallobos, Palaus locis *ſuprà* allegatis. Nauarrus *d. cap.* 17. *num.* 283. Sanchez *lib.* 4. *ſumma cap.* 15. & alij communiter.

6. Similiter ſi quis faſſus eſt recepiſſe pecuniarum ſummam ſub ſpe futuræ numerationis, & deindè nihil ei numeratum eſt, & quia lapſo iam biennio præſumptio iuris, & de iure ſtat contra eum, ſi iudex innixus dictæ præſumptioni illum condemnauerit ſoluendam dictam pecuniam, ex quo ſcit nil verè ſibi fuiſſe numeratum, non tenetur illi creditori aliquid reſtituere, aut obedire tali ſententiæ citra ſcandalum. ita Innocentius *in dict. cap. quia plerique num.* 2. & Felinus *in cap. ſi cautio n.* 62. *de fide inſtrumentorum* & alij relati à Mænochio, qui *n.* 3. non rectè ſentit in prædictis duobus caſibus debitorem non teneri quidem ſpontè ſoluere, ſi vero à iudice eſſet condemnatus, & præcepto, atque executione eiuſdem iudicis cogeretur ſoluere, teneri parere etiam in foro conſcientiæ; nam iſte ſic iniuſtè à parte rei condemnatus, cui manifeſta eſt iniuſtitia ſententiæ alioqui præſumptiuè in foro externo iuſtæ, non tenetur parere, & poteſt tuta conſcientia executori reſiſtere, dummodo inde non oriatur graue ſcandalum, vt oſtendi *in tom.* 1. *bonorum moralium tit.* 1. *num.* 882. & præter Doctores *ibidem* citatos tradunt in terminis Sayrus *d. num.* 8. & Salas *d. diſput* 10. *ſect.* 4. *num.* 22.

7. Addunt aliqui in prædictis, & ſimilibus caſibus debitorem præfatum, qui verè ſcit, ſe nihil debere, ſic condemnatum non poſſe licitè ſoluere ſpontè, niſi velit donare, quia induceret victorem ad peccandum; victor enim iniuſtè iudicatum recipiendo peccat, & ad reſtitutionem tenetur, nunquam autem quis aliquid facere debet, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati. ita Innocentius, & Panormitanus locis ſuprà *num.* 275. citatis Hoſtienſis *in d. cap. quia plerique* Alexander, & Iaſon *in l. nemo poteſt ff. de legatis* 1. & Mænochius *d. quæſt.* 80. *num.* 3. At Salas, Sayrus, Bonacina, & Palaus *locis citatis*, & alij poſt Adrianum *quodlib.* 6. *art.* 1. litera *B.* verſic. *ex quo infero* melius aiunt quod etiam ſine animo donandi, ſed cum animo recuperandi ſolutum poteſt licitè ſoluere ſpontè, ſi velit, neque hoc eſt cooperari peccato, quia illa ſolutio non eſt de ſe mala, ſicuti non eſt mala ſolutio vſurarum facta ei, qui paratus de ſe erat accipere, & quia habet ſufficientem cauſam faciendi illam ſolutionem, cui acceptio iniqua coniungitur, nempè ad redimendam vexationem, ne amplius non obediendo grauetur; item ad vitandum ſcandalum, ſcilicet, ne videatur contumaciter nolle obedire ſententiæ.

ita

ita etiam iuxta Panormitanum, Sayrum, & alios non peccaret parendo iniustæ sententiæ, & mandato iudicis, cum iudicium reddatur in iniustum, *l. inter stipulantem §. stichum ff. de verb. oblig.* & *cap. intelleximus de iudiciis.* Quemadmodum autem non tenetur parere sententiæ, ita etiam nec in foro conscientiæ tenetur obedire vocali mandato. Vt bene Adrianus, & Sayrus *vbi suprà.*

8. Quod si sie iniustè condemnatus aliquid soluere, quod verè non debebat, coactus sit, vel ob dictas causas soluerit sponte absque animo donandi; si non poterit alia via recuperare, potest vti occulta compensatione, & secretò tantundem surripere ab eo, cui soluit; dummodo id fiat sine scandalo, vt cum aliis tradidi *in t. tomo horum moralium tit. t. num.* 859. & aliis allegatis docet etiam Sayrus *d. num.* 8.

9. Infertur tertio, quod si hæres non confecerit inuentarium, qua de causa præsumitur occultasse bona, & in foro iudiciali tenetur creditoribus, & legatariis vltra vires hæreditatis *l. fin. Cod. de iure deliberandi*, & *auth. de hæred. & falcidia.* tamen si reuera nihil occultauit, & quantum habuit soluit, non tenetur in conscientia vltra vires hæreditatis; quia cum lex illa fundetur in præsumptione illa fraudis, hac cessante, non habet locum in foro conscientiæ. ita alios iurisperitos allegans Mænochius *d. quæst.* 80. *num.* 3. Syluester, Angelus, Sayrus, Salas, Bonacina, Gordonus, Palaus locis *suprà* allegatis & Soarez *d. cap.* 13. *num.* 9.

10. Inferunt etiam plures Doctores, non obstante lege Pij V. quod censua non valeat, nisi fiat in pecunia numerata coram testibus, & notatio in actu celebrationis instrumenti, validum saltem in foro conscientiæ censum aliter constitutum, nempe ex pecunia aliquo titulo vero debita censuario, vel tradendo pretium in mercibus, vel partim in mercibus, & partim in pecunia; ita quod pretium sit iustum, & nulla interuenerit fraus, & iniustitia. ita Nauarrus *in comment. de vsuris num.* 88. & 121. & *in man. cap.* 17. *num.* 301. Valentia 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 12. *pag.* 2. *in fine*, Boninsignius *tract. de censibus cap.* 5. *num.* 1. Lessius *lib.* 2. *de iustitia cap.* 22. *dub.* 15. Sà *verbo* censua *num.* 3. & plures alij recentiores, qui id probant ex doctrina *suprà* tradita scilicet, quod lex illa Pij V. fundata sit in præsumptione fraudis, aut vsuræ, ac proinde non obligat in conscientia, quando præsumptio veritati non conformatur. Et quamuis alij teneant obligare etiam in conscientia, eo quod non fundetur in præsumptione facti, & de quocunque singulari casu, sed in præsumptione periculi moralis fraudum, & vsurarum quæ vt plurimum iudicauit contingere in contractibus aliter factis; ac proinde ad obuiandum huiusmodi fraudibus condidit legem illam vniuersalem annullantem absolutè ipso facto cõtractum aliter factum, & ita etiam in foro conscientiæ in quocunque casu, etsi contingat nullam aliquando committi fraudem. ita Molina *tom.* 2. *de iustit. disput.* 890. Antonius Gomez *de Cens. condit.* 4. *num.* 12. Rebellus *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 1. *num.* 23. & *quæst. vlt. diff.* 1. & alios allegant Salas *de contract. tit. de censibus dub.* 8. *num.* 15. prior tamen opinio est magis communiter recepta: sed quia altera opinio fundatur in eo, quod lex fundata in præsumptione periculi moralis fraudis in vniuersum, & quod vt plurimum adest, obliget in conscientia etiamsi in particulari præsumptio cesset, nullaque fit commissa fraus, vel periculum delicti adsit: ideo etiam quid de hac re dicant Doctores, videndum est.

***

Lex fundata [illegible] *ptione periculi moralis facti, seu* [illegible] *aut incommodi an obliget i*[illegible]*ia semper in speciali casu, in quo factum, seu incommodum cessat.*

Si ergo lex, aut præceptum non fundatur in sola præsumptione facti, vel delicti de quolibet casu singulari, sed in præsumptione periculi moralis alicuius incommodi, quod vt plurimum soleat contingere, & ad quod generaliter vitandum ob bonum totius Reipublicæ lex constituta est, si in aliquo casu particulari cessat incommodum, adhuc legem in tali casu non obligare in conscientia, tenent in terminis Panormitanus *in cap. quoniam contra de probat. num.* 6. Caietanus *tom.* 1. *opusculorum opusc.* 15. *quæst.* 2. *de matr.* & Nauarrus *in man. cap.* 16. *num.* 37. vniuersaliter asserentes legem aliquid prohibentem propter aliqua incommoda vitanda, si in particulari casu cessant, seu non interueniunt scandala, non obligare in conscientia, etiamsi possit facilè executioni mandari, dummodo lex non contemnatur, seu contra legem fiat ex legis contemptu. Quare iidem Caietanus, & Nauarrus agentes specialiter de lege Canonica prohibente matrimonia clandestina omissis denunciationibus *in cap. cum inhibitio de clandest. despons.* & *in cap.* 1. *sess.* 24. Trid. *de reform.* dicunt eam legem non obligare in conscientia, quando cessant omnia illa incommoda, seu inconuenientia, quæ lex illa vitare intendit, seu ad quæ vitanda à lege vetantur matrimonia clandestina. Et ita procul dubio sentiunt Doctores allegati in præcedenti titulo *num.* 51. 158. & 161. asserentes actus, & contractus cessante omni fraude, & deceptione celebratos non seruata forma, seu solemnitate legis illos aliter factos ipso facto irritantis, esse in foro conscientiæ validos, eo quod tales solemnitates à lege fiunt inductæ ad euitandas fraudes, & deceptiones, & ita lex fundetur in præsumptione fraudis, aut deceptionis, qua cessante aiunt in foro conscientiæ non esse curandum de prædictis solemnitatibus, nec legem in foro animæ obligare; cum præsumptio non habeat locum, vbi constat de veritate rei. Potest etiam addi ratio, quod quando in aliquo casu verè nullum est periculum fraudis, seu cessant fraudes, deceptiones, & incommoda omnia, ad quæ in genere vitanda lex constituta est, seu in quotum periculi moralis præsumptione lex fundatur; tunc legis obseruantia inutilis est, nullamque honestatem habet; ac proindè in eo casu non magis obligabit, quam quando fundatur in præsumptione facti. Quod si obiiciatur doctrina eiusdem Caietani 2. 2. *quæst.* 150. & 186. *art.* 5. & eiusdem Nauarri *in cap. ad hæc de præbendis*, est magis communis (vt dixi suprà *tit.* 2. *num.* 54. & 68.) nempe quod lex non desinit obligare subditos ad id, quod præcipit, etiamsi absque illo habeatur is finis, in quem id præcipit. Respondet Nauarrus *d. num.* 37. aliud esse dicere, quod lex præcipiens aliquid ob aliqua inconuenientia vitanda illis cessantibus non obliget; & aliud dicere id, quod in aliquem finem bonum præcipitur, cessare, si finis ille alia via habeatur. Hanc eandem sententiam tenet Rodriquez *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 67. *num.* 3. vbi docet vniuersaliter legem fundatam in præsumptione stante veritate in contrarium non obligare, sicut non obligat sententia lata contra innocentem. 11.

At contrarium, & legem fundatam in præsumptione periculi moralis facti, seu delicti, vel incommodi, ad quod vitandum intuitu boni publici constituta est, quamuis in aliquo casu particulari esset factum delictum, fraus, aut incommodum, in eo casu etiam obligare, seu non cessare eius obligationem, docent Suarez *d. cap.* 13. *num.* 6. Salas *d. sect.* 4. *num.* 19. Gordonus & Villallobos locis *num.* 273. allegatis, Basilius Pontius *cap. illo* 5. *num.* 7. allegato eodem *num.* 173. Bonacina 12.

d. §.3. *num.*9. eodem *num.* [illegible] & Caſtrus Palaus loco eodem *num.*273. nem[illegible]*n.*13. & ita certè ſentiunt omnes Doctores [illegible] *tit.* 2. *num.* 51. & in præcedenti titulo *num.* [illegible] 162. Probatur hæc ſententia ratione contraria adducta ſuprà *num.*273. ad probandum legem fundatam in præſumptione facti non obligare, vbi factum à parte rei deeſt; nam hic non ceſſat, ſed ſemper remanet fundamentum legis, ſemper enim verum eſt, actum eſſe periculoſum, licèt aliquando non eueniat malus effectus, qui timebatur: & præſumptio generaliter, & abſolutè non caſſat, quamuis ceſſet in illo particulari caſu; eaque de cauſa non ceſſat lex, aut præceptum. Confirmatur, quia leges humanæ attendunt ad ea, quæ frequentius, & vt plurimum accidunt, vt notauit S.Thomas 1.2.*quæſt.*88. *art.*9. & ad id ſatis eſt, vt generaliter obligent. Quare ſicut ob hanc rationem inquiunt Suarez, & Pontius, iuxta receptiſſimam Theologorum ſententiam deficiente fine legis in particulari non ceſſat obligatio legis, ita deficiente præſumptione in particulari caſu non ceſſat legis obligatio, quia tantum ceſſat ratio legis in particulari caſu, & merè negatiuè, cum poſſit lex ſine iniuſtitia, vel alia malitia ſeruari, vt ſupponitur; nam cauſis iſtarum legum, quæ in periculo morali facti, vel delicti, fraudis, vel alterius incommodi fundantur, non eſt fraus in iſto particulari caſu, ſed in vniuerſum, quæ cauſa non ceſſat ex eo, quod in iſto caſu deficiat, ergo ad hoc viget lex, atque adeo obligabit in eo etiam caſu. Pro maiori confirmatione adducuntur ſequentia exempla; nam lex, quæ prohibet profeſſionem ante annum decimum quartum iuxta ius commune antiquum, & ante decimum ſextum completum iuxta Tridentinum obligat, etiam ſi ante eam ætatem puer ſit doli capax, & habet effectum irritandi profeſſionem ante factam, vt in conſcientia nullam obligationem inducat, quia lex fundatur in præſumptione periculi moralis defectus iudicij ſufficientis ad talem actum vt plurimum ante eam ætatem contingentis; ſimiliter lex decernens, vt votum factum à filio impubere ante decimum quartum annum poſſit irritari à parente, ſuam habet vim, & iuxta eam parentes poſſunt irritare validè etiam in foro conſcientiæ, quamuis certò conſtet talem puerum in tali ætate habuiſſe perfectum iudicium. Item lex Tridentini prohibet matrimonia clandeſtina ad euitandum dolos, & incommoda in Republica, & tamen certum eſt, eam obligare, & reddere etiam in foro conſcientiæ nullum matrimonium clandeſtinum, tametſi aliquis in aliquo caſu contraheret ſine fraude, & dolo, vt ſupra *hoc titulo num.* 2. dictum eſt: ergo idem dicendum de aliis legibus, quæ prohibent, vel præcipiunt aliquid ad incommodum ſolitum vt plurimum alioqui contingere, euitandum in genere ratione boni publici; cum non appareat diuerſa ratio.

Hinc Baſilius Pontius *d. cap.* 5. *num.* 11. quem ſequitur Palaus *d. p.* 14. *num.* 13. infert Religioſorum præcepta prohibentia in virtute ſanctæ obedientiæ ingreſſum in cellas ob aliqua incommoda euitanda, obligare etiam in caſu, in quo aliquis certò ſcit non adeſſe ibi periculum, ſeu ſe non ingredi gratia eius, cuius euitandi cauſa lex illa eſt ſtatuta; quia illa lex non fundatur in præſumptione incommodi in quouis caſu particulari; ſed in præſumptione moralis periculi, ſeu vt plurimum præſumit eſſe incommodum; quare eſto non adſit periculum in illo caſu, adeſt tamen generaliter, & vt plurimum, & hoc ſufficit, quia hæc fuit cauſa legis condendæ, quæ cauſa cum non deficiat, ſed ſemper ſubſiſtat, nec etiam legis obligatio ceſſat. Et idem tenet Rodriquez loco allegato ob aliam tamen rationem, ait enim talem legem non fundari in præſumptione, ſed eſſe inductam non ſolum ad euitandum peccata, ſed etiam ad euitanda colloquia ſtatis horis, quæ communitatem conturbant; ac proinde ſi ingrediantur ad colloquia honeſta, nihilominus eos peccare, cum prohibitio talium ingreſſuum non ſolum edatur ad euitanda dicta peccata, ſed etiam ad obſeruationem ſilentij à S. Patribus maximè commendati: Excipit ingreſſum ad charitatis, & neceſſitatis opera exercenda, v. g. ad iuuandos infirmos. 13.

Quid igitur dicendum. Certum eſt aliquas leges Canonicas, & Eccleſiaſticas fundatas in præſumptione periculi moralis alicuius incommodi vt plurimum contingentis, ad quod euitandum ſunt conſtitutæ, obligare in conſcientia etiam in caſu particulari, in quo ceſſat incommodum, ſeu periculum incommodi, vt oſtendunt allata exempla. Et crediderim ſimiles leges obligare ſemper in conſcientia in quocunque particulari caſu, ſi alioqui per ſolam obligationem in foro externo, lex redderetur fruſtratoria, & vix, vel rarò poſſet ſuum finem conſequi: Et quia leges de ſolemnibus teſtamentorum, & contractuum per ſolam obligationem in foro externo ſatis probabiliter poſſunt finem fraudum euitandarum obtinere; ideo valdè probabile eſt tales leges in foro conſcientiæ non obligare in caſu particulari, in quo conſtat in teſtamento, vel in contractu nullam interueniſſe fraudem, & iniuſtitiam præter alias rationes quæ ſupra ſuis locis iuxta varias opiniones ſunt adductæ. 14.

Si quis quærat qua ratione dignoſci poſſit, quandonam lex fundetur ſolum in præſumptione facti, quod reuera ſit in particulari caſo, an vero in præſumptione periculi moralis, & in eo, quod vt frequentius accidit. Suarez *dict. cap.* 13. *num.* 10. reſpondet de hac re non poſſe certam regulam in particulari aſſignari; ſed ex materia, & verbis legis adiuncto vſu, & interpretatione Doctorum id eſſe colligendum. 15.

TITVLVS



TITVLVS DECIMVS-SEPTIMVS, HVIVS TOMI QVINTVS.

TITVLVS QVINTVS,

De onere & ratione probandi locupletationem ex pecunia, seu re semel ad alium peruenta, seu locupletiorem minorem, vel quempiam alium factum esse ex pecunia, re, vel fructibus ad illum peruentis quomodo probetur.

SVMMARIVM §. I.

Minor, qui rem alienatam vult vendicare, & petit restitutionem in integrum ob defectum solemnitatis, vel ob læsionem tenetur restituere pretium acceptum, in quantum est factus locupletior. num.1.

Minorinè, an emptori, qui cum contraxit, incumbat onus probandi locupletationem, vel non locupletationem, qui Doctores tractent. ibidem.

Triplex sententia circa hanc controuersiam. ibidem fine.

Prima indistinctè, siue minor agat pro rescissione, siue pro nullitate contractus, asserit Emptori conuento incumbere onus probandi minorem fuisse factum locupletiorem, & non sufficere probare pecuniam, vel rem ad eum peruenisse. num.2. ad 7.

Iuxta Glossam probatur quis factus locupletior, si probetur pecuniam extare apud eum, qui accepit, aut in sumptus necessarios erogatam, vel aliquid ex ea emptum. n.4.

Tempus litis contestatæ inspiciendum, vt sciatur an aliquis factus sit locupletior. ibidem.

Ex hoc solum, quod pecunia, vel res, aut fructus ex prædio bona fide possesso ad aliquem peruenerint, qui consumpsit, non præsumitur factus locupletior, etiamsi probetur eam rem consumpsisse, & in suos vsus conuertisse, sed auctor tenetur probare pecuniam, rem, & fructus in accipientis vtilitatem conuersos, & ex eis factum esse locupletiorem iuxta multorum sententiam. num 5.

Contrarium, & præsumi factum locupletiorem in dubio, ex eo quod pecunia, aut fructus ad aliquem peruenisse probatur, nisi ipse probet se pecuniam, vel fructus malè consumpsisse, tenent alij. num.11.

Et iuxta hanc sententiam bonæ fidei possessor, vt non condemnetur in restitutione fructuum, ad quorum restitutionem non tenetur nisi quatenus est factus locupletior, debet probare se eos consumpsisse in malam partem. ibid.

Debitori minoris non contingit plenissima liberatio, vbi solùm sine iudice soluit, nisi minor factus sit locupletior. n.6.

Quoties duo talia sunt, quorum vnum sine alio esse non potest, si vnum probetur, & non probetur alterum, nihil fit, & quoties duo desiderantur, non sufficit vnum interuenire. ib.

Secunda sententia docet, minorem, si agat ad restitutionem in integrum, & ad rescissionem contractus facti cum debita solemnitate, & iudicis decreto, teneri restituere, quod accepit, vel probare illud malè perditum, & se non factum locupletiorem, si vero agat ad nullitatem contractus facti sine iudicis decreto, emptorem conuentum teneri probare pretium fuisse conuersum in vtilitatem minoris, seu minorem fuisse factum locupletiorem. n.7. & 8.

Minor petens restitui allegans se læsum ex eo, quod pretium sibi solutum malè consumpsit, tenetur probare amissionem, si vero petat restitui, & allegat se læsum in eo, quod vendidit, quia vendere sibi non expediebat nil dicens de mala pretij consumptione, & aduersarius dicat velle rem pro pretio in illius vtilitatem conuerso, aduersarius probare debebit minorem fuisse factum locupletiorem iuxta Bartholum, & plures alios. n.9.

Tertia sententia affirmat siue minor agat ad restitutionem propter solam læsionem, siue ad nullitatem contractus facti sine solemnitate, & iudicis decreto, si constet eum habuisse pretium, semper præsumi factum locupletiorem in dubio, & teneri probare malam consumptionem, seu non versionem in eius vtilitatem. n.10.

Argentum pignori datum creditori censetur extare apud creditorem, nisi probet manifestissimis rationibus se perdidisse. ibidem fine.

Res, quam quis semel habuit, præsumitur apud eum extare actu, vel virtute, nisi probetur amissa, & malè consumpta. n.10. & 11.

Possessori facilè est probare amissionem, actori autem difficile strictè probare, quatenus possessor effectus fuerit locupletior. n.11.

Agens ad fructuum restitutionem, aut narrat reum conuentum rem suam possedisse, & tot fructus ex ea percepisse, & inde locupletatum, & tunc actorem ipsum teneri hoc probare, si reus negatiuè respondet; aut reum simpliciter conuenit ad restitutionem fructuum ab eo perceptorum, & Reus excipit se non esse locupletiorem factum, & tunc reum ipsum teneri id probare tradunt alij Doctores n.11. post medium.

Quando agitur de Maioribus, vel non priuilegiatis, tunc satis esse probare, rem ad eos peruenisse, vt præsumantur locupletiores effecti, secus vero vbi negotium peragitur cum minore, vel Ecclesia, & cæteris priuilegiatis, nec iuris solemnia fuerunt seruata, tradunt alij. n.11. fine.

Hæc materia probationis, quem ex re semel accepta præsumi, vel non præsumi in dubio locupletiorem factum, est valdè intricata, & iura ipsa circa eam varia sunt, diuersimodeque loquuntur. n.12.

Resolutio Authoris. ibidem.

§. I.

Cùm minor agit contra Emptorem ad restitutionem, vel rescissionem contractus, vel vt iterum sibi soluatur pretium rei suæ alienatæ sine decreto iudicis, an debeat ipse probare se ex contractu non factum locupletiorem, an verò Emptori, seu Reo incumbat onus probandi contrarium, scilicet minorem factum esse locupletiorem, & an maior ex pecunia, re, vel fructibus ad ipsum peruentis, ex hoc solum, quod constat pecuniam, vel rem ad ipsum peruenisse, præsumatur factus locupletior, nisi ipse probet contrarium.

RAtio cur hoc peculiari titulo tractetur hæc materia est, quia supra *titulo tertio num.* 57. & 184. dictum est, minorem, qui rem venditam, seu alienatam

vult vindicare, & petit restimtionem in integrum propter defectum solemnitatis contractus, vel propter læsionem, teneri restituere pretium, quod accepit, in quantum est factus locupletior, vel pretium in eius vtilitatem versum est; quod præter Doctores vtroque loco allegatos tradunt Mænochius *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 84. *num.* 1. & alios latè cumulans Octauius Simoncellns *de decretis lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 17. qui etiam *num.* 18. multorum auctoritate subiungit teneri etiam restituere vsuras, & impensas melioramentorum. Hocque habeat locùm noo solùm in foro coosciẽtiæ, sed etiam in foro eaterno, vt constat ea *l. non solum in fin. Cod. de præd. minorum* & *l. si à te Cod. de pactis inter Empt. & vendit.* & tradunt iidem Simoncellus, & Mænochius, & alij *numeris citatis* allegati, ideo oportuit eaplicare quisnam probare teneatur minorem fuisse, vel nun fuisse factum locupletiorem, seu pretium fuisse, vel oon fuiise versum in minotis vtilitatem; oempe an ipse minor vindicans rem, vel de nouo petens pretium, dicens primo solutum petdidisse, vel malè consumptum teneatur probare pretium non fnisse versum in eius vtilitatem, sicque non factum locupletionem; an vero ipse Emptor, & qui cum minore contraait, teneatur probare tale pretium io eiusdem minoris vtilitatem versum, eumque factum locupletiorem, de qua quæstione præter plutes alios Glossa io *l. Prædiorum* verbo, *constiterit*, & aliis locis *infrà* allegandis, Octauius Simoocellus *d. tit.* 7. *num.* 20. Andreas Fachioeus *lib.* 2. *contron. cap.* 48. Sfortia Oddus *de restit. in integ. q.* 47. *art.* 5. Mænochius *d. præsumpt.* 84. & *lib.* 6. *præsumpt.* 27. *n.* 10. Mascardus *de probat. concl.* 1162. *aliàs* 1167. *n.* 18. *cum seqq.* Iacobus Cancerius *tom.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 170. *cum seqq.* & Augustinus Barbosa *in lib.* 5. *Codicis collectaneo ad d. l. Prædiorum Cod. de prædiis minorum* circa quam quæstionem Fachineus quatuot sententias Doctorum refert. Sed quarta quoad minorem non differt à secunda loco ab eo posita. Vnde alias tres tantum referam: igitur

2. Prima (quæ apud eundem Fachioeum est secunda) absolutè, & indistinctè siue minot agat pro resciſſione, siue pro nullitate contractus, asserit, Emptori conuento incumbere onus probandi, mioorem noo perdidisse pretium, sed fuisse factum locupletiorem, pretiumque in illius vtilitatem versum esse. ita Arias Pianellus in *l.* 2. *Cod. de rescin. vend. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 25. & *p.* 1. *cap.* 4. *n.* 66. (vbi docet, quod aut versamur io contractu cũ minore facto, & tunc probandum est minorem fuisse locupletatum aliundè quàm ex eo solum, quod pecunia ad illum peruenerit, aut versamur in contractu facto cum maiore, & tunc si probetur pecuoiam ad eum peruenisse, & eo ipso locupletior factus probatur) Sfortia Oddus *d. art.* 5. *n.* 25. Facbineus *d. c.* 46. versic. *ego autem*, Augustinus Barbosa *d. collectaneo ad d. l. prædiorum n.* 7. & idem videtur sentire Stephaous Gratianus *tom.* 1. *discept. for. c.* 27. *n.* 12. vbi dicit in minore præsumi læsionem, nisi esset probarum fuisse factum locupletiorem; pro hac sententia à Fachineo allegantur aiij Doctores *infrà* allegaodi, qui agentes, cuinam incumbat onus probandi aliquem factum, vel non factum fuisse locupletiorem ea re, seu pecunia, vel fructibus ad illius manus peruentis, aiunt rem, seu pecuniam consumptam præsumi, & probandum esse conuersam fuisse in vtilitatem accipientis. igitur

3. Probatur hæc sententia primo tum ex *d. l. prædiorum Cod. de prædiis minorum.* ibi: *quam in facultates tuas erogatam esse constiteris.* tum ex *l. si prædium rusticum Cod. eodem* ibi: *Emptor autem si probare potueris,* tum ex *auth. hoc ius porrectum. Cod. de sacros. Eccl. fine* ibi: *Et is creditor hic intelligitur, qui, quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus processisse.* tum ex *auth. vt nulli iudicium §. & illud.* ibi: *nisi manifestè probetur, quia pecunia in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensa sunt.* tom ex *l. ciuitas mutui ff. de rebus creditis,* & *si certum petat,* ibi: *si ad vtilitatem eius pecunia versa sunt;* tum ea *l.* 1. *Cod. si aduersus creditorem* ibi: *nec doceri potuisse,* &c. & ex *l.* 2. *Cod. eod.* ibi *nec ea in rem tuam versa est.* Ex prædictis enim textibus satis constare videtur, pretium, seu pecuniam minori, vel Ecclesiæ, vel mulieri à creditore, aut Emptore datam versam fuisse in eorum vtilitatem probandum esse ab emptore, seu creditore, alioqui datur restitutio in integrum minori, vel Ecclesiæ, vel creditori oegatur actio aduersus minorem, & Ecclesiam, & mulierem.

4. Secundo probatur à Fachineo tum ea Glossa (quam dicit communiter receptam) *in l. vlt. Cod. de vsu cap. pro emence.* nempe probari, quempiam esse factum locupletiorem, si probetur pecuniam extare apud eum, qui accepit, aut in sumptus necessarios erogatam, aut aliquid ea ea emptum. tum ex *l. in pupillo ff. de solutionibus* dum *ibi* dicitur tempus litis contestatæ inspiciendum esse, vt sciatur, an aliquis factus sit locupletiori; oon sufficit igitur probare pecuniam, vel rem ad eum peruenisse, tum ea *l. verum ff. de petit. hered.* dum *ibi* dicitur verbum *peruenissent*, accipieodum esse cum effectu, scilicet, si bonæ fidei possessor ex eo factus sit locupletior.

5. Et propter hæc argumenta ad illam quæstionem, an ex pecunia, rebus, aut fructibus semel ad possessorem, aut alium peruentis præsumatur ipse factus locupletior, ita quod agenti sufficiat probare pecuniam, vel rem, seu fructus semel ad conuentum peruenisse, vt semper præsumatur ex ea factus locupletior in dubio, vt sic conuentus eo ipso condemnari debeat, nisi probet se rem malè consumpsisse, vel alteri donasse, vel aliud cootigisse, quo cooster peruentionis effectum non durasse, nec conuentum factum fuisse locupletiorem; an vero è contra, pecuniam, rem, aut fructus ad possessorem, vel alium peruentos iste in dubio præsumatur coosumpsisse absque sua vtilitate, neque ad pecuniam, rem aut fructus consumptos teneatur, si est possessor bonæ fidei, & actori propterea incumbat onus probandi noo solum rem, aut fructus ad eum peruenisse, sed etiam in eius vtilitatem fuisse conuersa, & illum ex eis factum fuisse locupletiorem. Ad hanc, inquam, quæstionem ex hoc solum, quod pecunia, vel res, aut fructus ea prædio bona fide possesso ad aliquem peruenerint, qui consumpsit, illum non præsumi factum locupletiorem, etiamsi probetur illum eam rem consumpsisse, & in suos vsus conuertisse; sed actorem teneri probare, pecuniam, rem, aut fructus in accipientis vtilitatem conuersa, & ex eis factum esse locupletiorem; tradiderunt Aogelus *cons.* 133. & 160. Decius *ad l. certi conditio §. quoniam n.* 3. *ff. si certum petatur.* Gomesius *in §. actionũ n.* 21. *instit. de actionibus.* Mænochius *lib.* 6. *d. præsumpt.* 27. *n.* 6. & *de recuper. poss. remed.* 15. *n.* 568. Fachineus *d. cap.* 46. Iason, Felinus, Curtius, Castrensis, Alciatus, Cagnulus, Hypolitus, & plures alij, quos referunt Mænochius, Fachineus & latiùs Mascardus *de probat. concl.* 1169. *n.* 9. & Vincentius de Franchis *decis.* 31. *n.* 2. versic. *contrarium.* Præfati enim omnes ob dicta iura asserunt non satis esse auctori, si probet pecuniam, seu rem esse consumptam, sed teneri probare vtiliter fuisse consumptam, seu in accipientis vtilitatem fuisse conuersam, addit Mænochius rationem, quod accipiens potuit in vsus suos malos conuertisse, lautè minus viuendo, & idcirco actor probare debet conuersionem, seu consumptionem factam fuisse in vtilitatem eiusdem accipientis. Et iuxta hanc sententiam probandum esse pecuniam io vtilitatem accipientis versam esse, non satis esse probare ad minorem vel alium peruenisse. Confirmat Fachineus. Nam si ea eo, ait, quod pecunia ad aliquem peruenerit, præsumeretur ex ea factus locupletior, non erat necesse, vt illud à lege requireretur, nempe ex ea pecunia, vel ex alia re, quæ ad quempiam peruenit, eum factum esse locupletiorem, sed dicendum erat eum teneri, nisi probaret se consumpsisse sine vtilitate, quia solet iuris præsumptio transferre onus probandi in eum, contra quem viget. *l. non est verisimile ff. de eo, quod met. causa.* At leges requirunt probationem vt colligitur tum ex textibus in duobus numeris præcedentibus adductis; tum ea *l. si sine §. interposito ff. de administrat. tut.* vbi

teatus

textus ita dicit: *Quare, an cum ex hac venditione melior factus non sit, neque in rem suam quidquam versum probetur, pretium emptori restituere non debeat.* quibus verbis apparet id probari debere nempe pretium in vtilitatem versum, quod probandum non esset, si præsumeretur versum ex eo quod solutum fuisset minori tum ex *l. patri §. item ex diverso ff. de minoribus*, vbi ait textus. *iuuenis autem eatenus ex pretio reddere » quatenus ex ea pecunia factus est locupletior.* tum ex *l. verum ff. de petit. hered.* ex qua constat, ex eo, quod res ad aliquem peruenerit, non statim præsumendum ex ea cum locupletiorem factum. verba textus sunt. *Et verbum quidem peruenisse ambiguum est: solumne hoc contineat, quod prima ratione fuit, an vero id, quod perdurer, & puto sequentem clausulam senatusconsulti sequentem* (nempe eam, quæ requirit, vt ex eo, quod peruenit factus sit locupletior vt *in l. item veniunt §. eos ff. eod. tit.*) *& si hac sit ambigua, vt ita demum computet, si factus sit locupletior.* hæc Fachineus. Qui ad id, quod absolutè dicitur *in l. quod si minor §. restitutio ff. de minoribus* & *in l. 1. Cod. de reputat.* & *alibi* minorem, pretium, quod ad eum peruenit, restituere debere, ait intelligendum, si ex eo factus est locupletior; & hoc pacto iuxta Cuiacium *ad lib. 1. sententiarum Pauli tit. de minoribus* dicit esse intelligendas omnes leges, quæ minorem in integrum restitutum ad pretium restituendum condemnant. Addit idem Fachineus *in fine d. cap. 46.* illam præsumptionem, scilicet, neminem iactare suum, ad hanc speciem accommodari non posse; quia lex requirit probationem, nec illa præsumptione contenta est, vt patet (inquit) ex legibus allegatis.

6. Cæterùm tertiò probatur hæc prima sententia, quia non contingit debitori minoris plenissima liberatio, vbi solùm sine iudice soluit, nisi minor factus sit locupletior, ergo non sufficit probare se soluisse, nisi probet minorem locupletiorem factum esse: quoties enim duo talia sunt, quorum vnum sine alio esse non potest, si vnum probatur, & non probetur alterum, nihil fit. vt *l. neque l. ad probationem Cod. de probat.* & quando duo desiderantur non sufficit vnum interuenire, si deficiat reliquum *arg. l. liberis §. 1. Cod. de liber. educ.* & *l. si vnus Cod. de testibus* Denique probatur eadem sententia, quia pro minore debemus interpretari, cum sit persona priuilegiata, & fauorabilis *arg. l. quoties dubia ff. de reg. iur.*

7. Secunda sententia distinguit, nempè, quod vel contractus cum minore initus fuit validus, quia factus cum decreto, & interuenerunt in eo solemnitates requisitæ, & petitur rescindi, seu restitutio in integrum; & tunc minor tenetur restituere pretium, quod accepit, vel probare illud malè perditum, & inutiliter consumptum: vel contractus fuit nullus, quia in alienatione, seu venditione non interuenerit iudicis decretum, minimeque adhibitæ debitæ solemnitates, & tunc emptor, seu qui contraxit cum minore conuentus tenetur probare pretium fuisse conuersum in vtilitatem, & commodum minoris. ita Glossa *in d. l. Prædiorum verbo constiterit in fine ff. de prædiis minorum.* quam sequuntur *ibi* Bartholus, Baldus, Salicetus, Natta *consil. 631. n. 5. lib. 3.* Octauius Simoncellus *d. tit. 7. num. 20.* Franciscus Caldat Peretia *ad l. si curatorem v. hunc contractum num. 11. versic.* aduerto autem *Cod. de in integ. restit* Mænochius *d. lib. 3. præsumpt. 80. num. 1. cum seqq.* & *d. lib. 6. præsumpt. 27. num. 10. Mascardus de probat. d. conc. 1167. num. 18. & 19.* Iacobus Cancerius *d. cap. 1. num. 270.* & innumeri alij ab iisdem relati, & alij, quos refert Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. l. Prædiorum num. 6. Cod. de prædiis minorum.* Et hæc sententia est communis, vt patet ex numero Doctorum, qui à præfatis authoribus pro ea allegantur, & communem testantur Oddus, & Mascardus. Atque iuxta primum huius distinctionis membrum Glossa ait loqui textum *in l. nam & postea §. si minor ff. de iniuriis.* & iuxta secundum membrum intelligi prædictam *l. Prædiorum* & *l. si prædium ff. de prædiis*: & tandem in hanc sententiam videtur descendere etiam Oddus

Hæc sententia quoad vtrumque membrum distinctionis probatur; quia quando alienatio, seu venditio facta est cum iudicis decreto, & minor dicit se læsum, & agit ad restitutionem, emptor habet præsumptionem pro se, quod pecunia illa tanquam pretium data bene per eum collocata fuerit, & in eius vtilitatem versa; quia decretum omnem fraudis, & doli præsumptionem tollit, vt late probant Simoncellus *d. tit. 7. num. 45.* & Mænochius *præsumpt. lib. 2. præsumpt. 75.* & quamuis Oddus *d. art. 5. num. 25.* contra hanc rationem dicat non videri verum quod quando adest iudicis decretum, præsumatur pretium bene à minore collocatum. Nam (inquit) bene potest esse quòd iudex decretum interposuerit, quia causam cognouit, & iudicauit, quod minori expediret vendere. sed quod propterea bene collocatum fuerit pretium post venditionem celebratam, licet hoc iudici promissum fuerit, non bene sequitur, neque præsumitur. Nibilominus subdit Glossæ, & aliorum distinctionem ab hac obiectione defendi, quod iudex non decreuisset solui debere pecuniam venditori minori, nisi vidisset, quod statim erat applicanda pro solutione debitorum, vel collocanda ad honestum lucrum, vel de ea erant emenda bona stabilia; & quod si hoc modo præsumptio ista fundatur, & deducatur bene procedit. Econtra vero, quando contractus est nullus, quia non sunt obseruatæ solemnitates, & defuit iudicis decretum, tunc emptor, seu is, qui cum minore contraxit, habet præsumptionem contra se, quia ob non seruatas solemnitates, & decreti iudicis carentiam præsumitur mala fides in eo, qui cum ipso minore contraxit iuxta *cap. qui contra de reg. iur. in 6.* & ideo eidem emptori non sufficit probare pecunias, seu pretium ad manus minoris peruenisse; sed necesse est, vt probet pretium fuisse versum in vtilitatem minoris, eumque ex eo factum locupletiorem, & etiam species locupletationis deducat, vt notat idem Simoncellus *d. num. 10. fine.* Qui etiam *eodem num. 20.* confirmat hanc sententiam quoad vtrumque membrum distinctionis hac ratione, nempe quia vnusquisque debet probare, quod est causa suæ intentionis *l. actor cum similibus Cod. de probat.* At in nullitate emptor censetur agere quoad pretium, quod sibi restitui vult; in restitutione vero minor in totum agit; ac proinde vnusquisque probabit fundamentum suæ intentionis. limitat autem Simoncellus in eo, qui mutuo dedit pecuniam minori asserens illum semper teneri probare pecuniam versam fuisse in vtilitatem minoris iuxta *l. 1. Cod. si aduersus creditores*, & addit, ita limitare etiam Bartholum, Castrensem, Salicetum, *ibidem* Ioannem Fabrum *in breuiario ad l. si prædium Cod. de præd. min.* & Matthesilanum *sing. 58* & eandem limitationem videtur approbare Cancerius *d. cap. 1. num. 271.* de qua tamen re infra *hoc eodem Paragrapho.* 8.

Porro quoad primum membrum huius sententiæ alij tradunt hanc distinctionem, nempe quod si minor petit restitui allegans se læsum ex eo, quod pretium sibi solutum malè perdidit, seu consumpsit, tunc ipse minor probare debet amissionem tanquam fundamentum suæ intentionis iuxta *l. minoribus Cod. de in integ. restit.* & iuxta *d. l. nam & postea §. si minor ff. de minoribus*; si verò petat restitui, & alleget se læsum ex eo, quod vendidit, quia vendere sibi non expediebat, nil dicens de mala pretij consumptione; & aduersarius afferat se velle rem pro pretio, quod dedit minori, tanquam in illius vtilitatem verso retinere; & hoc casu ipse aduersarius probare debebit minorem fuisse locupletatum tanquam suæ hoc intentionis fundamentum videatur; modò tamen minor se læsum doceat in eo, quod vendidit per *l. patri §. 1. & 2. ff. de rebus eorum.* & *l. si res §. 1. ff. de iure dotium.* ita Bartholus *in d. l. 1. Cod. si aduersus venditorem.* ibidem Baldus *num. 5.* & Salicetus 9.

num.3.& plures alij quos referunt Pinellus ad d.l.2.Cod. de rescin. vend.p.2.cap.1.n.25. & Mascardus d.concl.1187. num.24.& concl.1169. num. 14. quos & videtur sequi, & idem docuit Duarenus ad dictum tit. Cod. si aduersus creditorem relatus à Fachineo d. cap. 46. versic. aliam hac in re distinctionem fine. & licèt Simoncellus d.tit.7. num.20. dicat se inuenire non potuisse Bartholum id dicentem; nihilominus Fachineus dicto versic. aliā hac in re Bartholi verba refert, & sunt sequentia. Quando minor repetit rem suam alienatam dicens contractum ipso iure nullum, reus autem vult retinere rem dicens pretium conuersum in vtilitatem minoris; & tunc Reus probare debet minorem locupletatum; ita loquitur l. si prædium Cod. de prædiis minorum: Quando minor repetit rem suum per restitutionem in integrum, vel alias petit se restitui; & tunc aduerte, quia si minor dicit se læsum in eo, quod vendidit, quia non expediebat sibi vendere, aduersarius vult retinere rem pro pretio, quod dedit, quod versum est in vtilitatem minoris; tunc aduersarius debet probare minorem locupletatum, quia est causa suæ exceptionis l. patri §. 1. & 2. ff. de minor. l. si res §. 1. ff. de iure dotium. Quandoque minor petit, se restitui, quia læsus est in eo, quod pretium perdidit, & tunc debet ipse probare se perdidisse, quia est causa suæ intentionis l. minoribus Cod. de in integ. restit. l. nam & postea §. quod si minor ff. de iureiur. fallit in fœneratore hic est casus. hæc Bartholus.

10. Tertia sententia non distinguens inter restitutionem, & nullitatem tenet siue minor restitutionem petat aduersus alienationem ex eo, quod in venditione, vel pretio læsus fuerit, siue nullam dicat venditionem ex defectu decreti, & aliarum solemnitatum, semper ipsum minorem, quem constat habuisse pretium præsumi in dubio locupletiorem factum, & teneri, seu debere probare pretium perdidisse, in eiusque vtilitatem minimè versum, & nisi hoc probauerit, Emptorem à petitione absoluendum, vel non posse cogi ad rem emptam restituendam, nisi ei pretium solutum reddatur à minore. ita Pileus Modicensis celeberrimus Iurisconsultus, ac Glossator magnus, & vetustissimus in suis quæstionibus q.118. Probat primo per textum in d. l. in pupillo ff. de solutionibus illis verbis: Nam hoc ipso, quod non est pauperior factus, locupletior est. ex quibus videtur satis colligi, minorem censeri locupletiorem factum, nisi se probet pauperiorem; & loquitur textus in casu nullitatis contractus ob defectum authoritatis tutoris. Secundo quia minor restitutionem petens, non obtinet ex eo, quod minorem se dicit, nisi se captum, & circumuentum probet l. minoribus Cod. de in integ. restitut. ibi: in quibus se captos probare possunt allegata l. nam postea §. si minor ff. de iureiurando ibi, Nec enim vtique quod minor est, statim & circumscriptum se docuit & l. verum §. sciendum ff. de minoribus. Vbi sciendum (inquit textus) est autem non passim minoribus subueniri sed causa cognita, si capti esse probentur. & l. quod si minor §. non semper ff. eod. ibi: itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit. ex quibus textibus etiam Glossa in d.l. nam postea d.§. si minor verbo docuit, ait minori incumbere probationem, non enim quia minor, ideo læsus præsumitur, vt dictis textibus, & ad l.1. Cod. si aduersus creditor. vbi dicitur aduersarium debere probare minorem fuisse locupletatum, respondet ibi hoc esse speciale odio creditoris (scilicet, quia sub fœnore mutuauit minori.) Ad auth. autem hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccl. pariter respondet esse speciale in Ecclesia. Ad l. si prædium Cod. de præd. min. vbi etiam aduersarius probat minorem locupletatum. Respondet eadem Glossa de verbo docuit & in l. si Prædium verbo probare, ibi aduersarium sponte & ex voluntate non coacte probare. Tertiò idem Pileus soluens illud pro prima sententia allegatum de separatis, & pluribus necessariis, probat contra, & quod imò minor locupletior factus videtur etiamsi perdidit, nisi ei soluerit perdituro, quia soluere necesse habet per §. penult. d.l. quod si ff. de minor. ibi: itaque si in fundo vendendo circumscriptus restituitur, iubeat prætor emptorem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere, nisi tunc dederit cum eum perditurum non ignoraret, sicut facit in ea pecunia, quæ ei consumpturo creditur. Denique probat idem Pileus onus probandi se perdidisse pretium incumbere minori, quia constat habuisse pretium, ergo & nunc habere præsumitur, nisi doceat qualiter amiserit arg. l. si creditor ff. de pigneratitia actione, vbi dicitur argentum pignori datum creditori, censeri extare apud creditorem, nisi probet manifestissimis rationibus se perdidisse.

Hioc pro hac sententia faciunt, & à Fachineo d.c.46. 11.
versic. Prima sententia, allegantur omnes Doctores, qui in controuersia illa vniuersali quomodo probetur quempiam factum esse locupletiorem ex pecunia, re, vel fructibus ad eum peruentis suprà num.5. proposita contra Doctores eodem num. 5. citatos, opinati sunt id in dubio probari ex eo quod pecuniam, aut fructus ad aliquem peruenisse probetur nisi ipse probet se pecuniam, vel fructus malè consumpsisse: isti sunt Glossa in l. vtrum verbo consumpsisse ff. de petit. hæredit. Angelus sibi contrarius ibidem num. 4. (vbi dictam Glossam summè commendans ait, agenti satis esse probare rem semel ad conuentum peruenisse, vt semper præsumatur ex eo factus locupletior in dubio, vt sic conuentus ipse condemnari debeat, nisi probet se malè consumpsisse, vel alteri donasse; vel aliud contigisse, quo liqueat peruentionis effectum non durasse, nec conuentum factum fuisse locupletiorem; & ex hoc ibidem infert, quod bonæ fidei possessor, vt non condemnetur in restitutione fructuum, ad quarum restitutionem non tenetur nisi quatenus factus est locupletior l. fructus ff. eod. de petit. hæred. debeat probare se eos consumpsisse in malam partem) & in l. illud. §. prædo in fine ff. eodem. & in l. si nanis ad finem ff. de rei vendic. Fulgosus ad l. sed etsi lege. §. quod autem eod tit. Corneus consil.72. num.9. vol. 3. Ruinos consil.24. fine lib.1.& consil.29. fine lib. 2. Socinus senior consil. 24. num. 41. lib.1. Antonius Gabriel com. cond. lib. 1. tit. de probat. concl.7. num. 16. Arias Pinellus in d. l. 2. p. 2. cap. 4. & vlt. num 65. & seq. (vbi tamen conatur probare Glossam in d. verbo consumpsisse, non docuisse hanc sententiam) Mascardus de probat. d.concl. 1169.à n.1. Alexander, Romanus, Decins, Crotus, Berous, Ioannes Lupus, Gozadinus, & alij, quos referunt Mascardus num.2. Mænochius lib.6. præsumpt.27. num.7. Fachineus d. vers. prima sententia, & Vincentius de Franchis d. decis. 30. num.2. initio. Quorum aliqui præter textus adductos, loquentes in specie de minoribus, probant eo principio in fine præcedentis numeri adducto ex Pileo, nempè quod res, quam quis semel habuit, præsumitur apud eum durare, nisi probetur amissa, & consumpta d. l. si creditor Cod. de pignor. act. & l. fin. in fine Cod. de fide instrumentorum. Alij præterea probant, quia nemo præsumitur iactare suum l. cum indebito in princ. ff. de probationibus. ideò non præsumitur malè consumpsisse pecuniam, aut fructus, sed imò potius quis præsumitur locupletior factus l. si defunctus Cod. arbitrium tutelæ. Et quamuis ad primam probationem Mænochius d. præsumpt. 27. num.8. respondeat illam non vrgere, quia in præsenti casu præsupponitur rem amplius non extare, sed consumptam fuisse, & solum esse dubitationem, an ex ea consumptione accipiens factus fuerit locupletior, vel non. Ad alteram etiam probationem idem Mænochius num. 9. respondet iam constare de consumptione, qui ergo vult dicere accipientem esse factum locupletiorem, debet concludenter probare consumptam rem versam esse in vsus necessarios iuxta d. l. in pupillo ff. de solut. Nihilominus etsi verum est in proposito non requiri, vt eadem pecunia, vel iidem fructus in specie durent (vt ex Pinello obseruat Mascardus d. concl.1169. num.18.& 19.) sed an vtiliter consumpti fuerint d. l. sed etsi lege §. quod autem de petit. hæred. non tamen minus versum dicitur in vtilitatem,

litatem, licèt idem non extet, quando ob id releuatus fuit domious à dimissione aliorum bonorum *l.3.& l.si pro parte §.versum ff. de in rem verso.* Quare adhuc videtur subsistere tum prima probatio, quod res semel habita præsumitur extare saltem virtute propter commodum, quod ex eius consumptione reportauit accipiens; tum secunda, quod nemo præsumitur iactare suum; & ideo licet consumpserit rem acceptam, præsumitur vtiliter consumpsisse. Quare Pinellus hanc Angeli sententiam, quod, scilicet, possessor, seu conuentus restituere teneatur id, quod ad eum peruenisse ab agente probabitur, sibique incumbat onus probandi, quod illud perdiderit, vel male consumpserit; ait eiusi tatione, & sensu communi ex rerum vsu, quo frequentius contingit homines non iactare bona sua *d.l.cum de indebito*, magis autem appetere aliena arg. Glossa *in l.defensionis Cod. de iure fisci.* Quemadmodum etiam (inquit) expendendo fructus, vel redditus circa necessaria, præsumitur quis locupletior *d.l.sed et si lege.* Confirmat idem Pinellus ex eo, quod possessori facilè futurum sit probare eam quo damnum, & amissio sibi contigerit; actori autem difficillimum, & ferè impossibile strictè probare, quatenus possessor effectus fuerit locupletior; facultas autem probandi angustari non debet iuxta *l. quoniam Cod.de heredit.* maximè postquam actor probat rem, vel pretium semel ad conuentum peruenisse iuxta *l.fine possidetis Cod.de probat.* Addit autem idem Pinellus tam in agenta, quam in conuento pariter seruandas fore iuris regulas in materia probatoria; nempè quod actor probet rem, vel pretium ad possessorem peruenisse, conuentus autem probet amissionem, quam probare debet eam allegans, vt *loco citato* idem probat, & tradit Mascardus *concl.97.* ita Pinellus, cuius tamen doctrinam non probat omnino idem Mascardus *d.concl.1169.n.12.fine.* Qui *num.13.* circa hanc materiam probandi aliquem ea re accepta fuisse locupletatum necne, tam inter Doctores *numero præcedenti*, & *n.5.* citatos controuersam, & diuersimodè resolutam probat distinctionem Ioannis Stephani Lambertengi *in tractatu de contractibus eorum, quibus à iure &c.* Glossa 1. *in verbo alienationibus q. 68. n.243.* versic. *ex his vides*, vbi ita distinguit, quod aut agens ad fructuum restitutionem, narrat reum conuentum rem suam possedisse, & tot ex ea fructus percepisse, & inde locupletatum fuisse; ideoque ad eorum restitutionem teneri, & tunc actor ipse tenetur hoc probare, si reus negatiuè respondet, quia hoc est suæ intentionis fundamentum: Aut actor reum simpliciter conuenit ad restitutionem fructuum ab eo perceptorum, & reus excipit se non esse locupletiorem factum, ideoque non teneri; & tunc ipsi reo onus id probandi incumbit, quoniam reus tenetur suam exceptionem probare *l. in exceptionibus ff.de probat.* & ad hanc distinctionem probandam adducitur ab eodem Lambertengo & à Mascardo Glossa *in l. si vero §.qui pro rei qualitate* verbo *dubitetur ff.qui satisd. cog.* quæ ait allegantem se velle admitti tanquam pauperem, debere id probare siue sit actor, siue reus. Addit idem Mascardus *n. 14.* ad conciliandas tot sententias discordes eam posse afferri responsionem, scilicet, vt doctrina Angeli in *d.l.verum*, procedat quando agitur de maioribus, vel non priuilegiatis, vt tunc sufficiat probare rem ad eos semel peruenisse (quod idem docuit Pinellus loco supra *n.287.* citato) secùs autem vbi negotium peragitur cum minore, vel Ecclesia, & cæteris priuilegiatis, nec iuris solemnia omnino seruata fuere; & ita procedere multa in præcedentibus in contrarium adducta, in quibus etiam diuersitas rationis, & personarum diuersam præsumptionem, diuersumque ius postulat. ita Mascardus.

12. Ecce quanta diuersitas, & varietas opinionum interpretum iuris ciuilis, & Iurisconsultorum, circa huiusmodi onus probandi aliquem ex pecunia, vel quacunque alia re à se accepta fuisse locupletatum, vel malè eam consumpsisse: nec mirum. Quia etiam leges ciuiles in hac materia tum minorum petentium restitui aduersus emptorem, tum aliorum debitorum, & creditorum variè loquuntur; & cum minor petit restitutionem modo dicunt, vel indicant eundem minorem debere ostendere se læsum, & non locupletatum, expresio rei venditæ accepto; modo dicût, & indicant debere restitui, si reus seu emptor non doceat pretium in minoris vtilitatem versum, vt constat ex tot textibus supra pro vnaquaque illarum trium sententiarum adductis: similiter modo etiam indicant ex sola rei perceptione, de qua constat, quem præsumi adhuc habere, & censeri locupletatum, dum non ostenditur pauperior factus; modo indicant probandum ab creditore agente rem, seu pecuniam in vtilitatem accipientis conuersam. Quare ad tollendam tantum legalium contrarietatem quoad minorem petentem restitui aduersus emptorem, & rescindi contractum onerosum cum illo initum, puto secundam sententiam Glossæ distinguentis inter restitutionem, & nullitatem *n.7.* positam, aliis esse præferendam, seruata tamen quoad primum membrum illius distinctionis, alia distinctione tradita suprà *n.9.* si vero negotium agatur inter maiores, vt cum debitor agit contra creditorem, cui dedit pignus, ad eiusdem pignoris recuperationem; & possessor bonæ fidei conuenitur ad restituendos fructus, quos ex re bona fide possessa constat ad eum peruenisse; & in aliis similibus casibus; potius adhæreo sententiæ *n. 11.* positæ, quam oppositæ sententiæ positæ *n.5.* tum quia videtur magis communis; tum propter illam rationem, quod actori valdè difficile sit probare rem, seu fructus non fuisse malè consumptos, sed versos in vtilitatê accipientis; facile autem Reo cõuento ostendere se perdidisse, vel absque vtilitate consûpsisse.

SVMMARIVM §. II.

Si minori quis dedit mutuo pecuniam, creditori incumbit onus probandi pecuniam mutuatitiam in vtilitatem minoris fuisse conuersam.n.13.

Id procedit siue mutuum fuerit datum sub vsuris, & fœneratitium, siue datum gratis iuxta sententiam plurium Doctorum.ibidem.

Contrarium, & procedere solum in mutuo fœneratitio; in mutuo autem gratuito teneri minorem probare non versum in eius vtilitatem tenet alia sententia magis cõmunis.n.14.

Contrahens cum fœneratore præsumitur læsus, nisi probetur factus locupletior.ibidem.

Ad probandum pecuniam mutuò datam fuisse versam in vtilitatem sufficiunt verisimiles coniecturæ, & præsumptiones versionis pecuniæ in vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ, aut alterius, & qui agant de huiusmodi coniecturis.n.15.

Nonnullæ coniecturæ, seu præsumptiones ponuntur eod.n.15.

Quia ratione minor possit, & debeat probare amissionem pecuniæ, & fuisse malè consumptam.n.16.

In his casibus, in quibus minori incumbit onus probandi se malè expendisse pecuniam, debet probare se imprudenter impendisse dictam, & non tantum casu perdidisse.ibidem.

Creditor Ecclesiæ ex causa mutui an teneatur probare mutuum versum fuisse in Ecclesiæ vtilitatem n.17.

Extra causam mutui nempè in alienatione bonorum Ecclesiasticorum non tenetur quis probare pecuniam versam esse in rem Ecclesiæ.n.18.

§. II.

Quando minori quis dedit mutuò pecuniam, probandi omnis pecuniam mutuatitiam versam fuisse in vtilitatem minoris, vel non, cui incumbat minori ne, an Creditori.

Dixi numero præcedenti *quoad minorê petentem se restitui aduersus emptorê*, & ita quãdo accepit pretiûex alienatione vel venditione rei, aut alio cõtractu oneroso, & petit de nouo pretiû tanquã primû solutû malè perdiderit, vel sibi restitui rê alienatã absque restitutione pretij accepti: si enim minori quis dedit mutuò pecuniã, textus in allegata *l.1.Cod.si aduersus creditorê*, decernit creditori incumbere 14.

incumbere onus probandi pecuniam mutuatitiam in vtilitatem minoris fuisse conuersam. Sed inter iuris interpretes controuertitur an Creditor semper teneatur probare pecuniam mutuatitiam minori datam fuisse in illius vtilitatem conuersam, scilicet, siue mutuum fuerit fœneratiuum, siue gratuitum.

Et creditorem ad id teneri semper siue sub vsuris, siue gratis mutuatus sit minori pecuniam, tenent multi volentes talem esse intellectum *d. l. 1.* ita Doctores citati supra *num. 8. fine.* Fulgosius *in d. l. 1.* Rebuffus *in com. ad constitutiones Galliæ to. 2. tit. de restit. & reuelat. art. 1.* Glossa 3. *num. 21.* Caldas Pereyra *ad l. si curatorem verbo* sua facilitate *num. 30.* Arias Pinellus in *d. l. 2. Cod. de rescind. vendit. p. 3. cap. 1. num. 32.* versic. *ego à primis annis* (vbi mordicus tuetur *dictam l. 2. Cod. si aduersus creditorem* procedere generaliter in omni creditore ex causa mutui, & non tantum in fœneratitio, sed etiam in gratuito, atque adeo creditorem semper debere probare pecuniam mutuatitiam, versam esse in vtilitatem minoris) & nonnulli alij, quos referunt Sfortia, Oddus, Mascardus, & Barbosa locis *infra* citatis.

14. At alij Doctores communiter tenent in mutuo solum fœneratitio teneri creditorem probare versionem in vtilitatem minoris; in mutuo vero gratuito ipsum minorem teneri probare non versionem in eius vtilitatem. ita Cynus *in d. l. 1. Cod. si aduersus creditorem. n. 2. ibidem* Bartholus *in fine*, Baldus, Albericus, Paulus, Angelus, Gomez *var. to. 2. cap. 14. n. 2.* versic. *quinto infertur*, Oddus *de restit. in integ. p. 2. q. 51. art. 5. ex num. 46.* Mascardus *de probat. d. concl. 1167. num. 11. cum seqq.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 8. tit. 6. num. 6. cum duobus seqq.* Decius, Socinus, Alexander, & alij Iurisperiti relati à Mascardo, & idem sentire videtur Mænochius *lib. 3. præsumpt. 82. num. 2.* & ex Theologis Molina *de iustit. tract. 2. disp. 300 in fine.* versic. *quod si is*, & Rebellus *de oblig. iustit. lib. 8. tit. de contractu mutui, & vsura q. 1. sect. 3. num. 21.* & probabiliorem sententiam dicit Augustinus Barbosa *collectaneo ad d. l. 1. Cod. si aduersus creditorem. n. 8. fine.* & ita procul dubio sentit Glossa *in d. l. 1.* & *in l. nam postea §. si minor.* verbo *docuit*, quibus in locis dicit, quod in *d. l. 1.* habetur, scilicet, minorem ex pecunia mutuo accepta non præsumi locupletiorem factum, sed creditorem teneri probare illam versam esse in vtilitatem minoris, esse speciale in odium creditoris, scilicet fœneratoris, & vsurarum, si ergo ob fœneratorum odium, ergo in mutuo fœneratitio tantum iuxta eandem Glossam intelligitur *d. lex 1.* ac proinde in mutuo gratuito minor præsumetur factus locupletior ex pecunia accepta, & creditor non tenetur probare pecuniam versam in illius vtilitatem, sed ipse minor debebit probare non fuisse versam: & quod in *d. l. 1.* decernitur, sit statutum in fœneratorum odium tradunt etiam alij Doctores ibi scribentes, vt notauit Mascardus *d. concl. 1167. n. 7.* addens huius rationem, quod iuxta *cap. illo vos, de pignor.* semper aduersus fœneratores sit præsumendum, cum ipsi, ac alij turpis quæstus cupidi facilius à recto iustitiæ, & veritatis tramite declinare soleant *cap. 1. d. 4.* Hinc minor (vt specialiter etiam notauit Mænochius *d. n. 2.*) contrahens cum fœneratore præsumitur læsus, nisi probetur factus locupletior vt *in d. l. 1. Cod. si aduersus creditorem.* Quod autem creditor minoris ex causa mutui gratuiti non debeat cogi probare pupillum factum locupletiorem, confirmat idem Mascardus *num. 14.* ex eo, quod nimis graue esset (vt manifestè patet) ipsi creditori inuestigare, vbi minor illam pecuniam reposuerit, vel vtiliter expenderit; & facillimum sit minori probare quomodo illam inutiliter profuderit; & si secus sentiendum esset, pauci, aut fere nulli reperirentur, qui velint minoribus mutuo dare pecuniam; quod quidem ipsis non leui esset detrimento. Aduertendum autem (vt notauit etiam Molina) in conscientiæ foro minorem teneri soluere quantum ex mutuo fœneratoris factus fuerit locupletior.

Quod pecunia ex causa mutui, vel ex contractu à minore accepta fuerit versa in vtilitatem eiusdem minoris, vel quod fuerit ab eo deperdita, & malè consumpta quo pacto probetur; & quod sufficit probatio per coniecturas verisimiles.

Quo autem pacto probandum sit à creditore, vel 15.
Emptore pecuniam datam minori fuisse in illius vtilitatem conuersam communis doctrina est, ad id probandum sufficere verisimiles coniecturas, & præsumptiones versionis pecuniæ in vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ, aut alterius accipientis. ita Pinellus *d. l. 2. Cod. de rescin. vend. p. 2. cap. 4. n. 66.* Cancerius *var. to. 2. c. 1. n. 272.* & cum aliis Mascardus *concl. 1166. n. 2.* dicens esse communem opinionem, quod in talibus casibus sufficiat coniecturalis probatio, idque traditur etiam à Mænochio *de arbitr. casu 432. n. 33.* vt enim idem Mænochius *casu 116.* docet, in his, quæ sunt difficilis probationis, sufficit probatio per coniecturas, idem alios allegans, & Rotam tradit Aloysius Riccius *1. p. praxis aurea resolut 3.* & *in collect. decis. p. 7. collect. 3054.* versic. *pretium vere.* & Marcus Antonius Genuensis in practicabilibus *Eccles. q. 139. n. 3.* Quæ autem sint hæ coniecturæ, vbi agitur de probanda conuersione pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ, quando illi, seu Prælato mutuo data est, latè traditur à Mascardo *d. concl. 1166. per totum.* vbi autem agitur de probanda conuersione in vtilitatem minoris, idem Mascardus *concl. 1167. n. 26.* ex Ripa *in l. si ventri §. eadem ratio n. 11. ff. de priuil. cred.* docet debere probari minorem indiguisse illa pecunia, ostendendo æs alienum illius, vel egestatem, aut nuditatem ante mutuum, & quomodo post mutuum debita persoluit, ac nuditatem, & egestatem reparauit; nam ex his colliguntur quidam actus minus cogniti; quod, scilicet, ex illa pecunia emit pannos, aut frumentum, & id genus alia. Vnde Baldus *in auth. hoc ius porrectum n. 8. Cod. de sacros. Eccl.* dixit quod si probetur Monachos proprios fuisse nudos, deinde post mutuum ab Ecclesia receptum illos visos esse vestitos, probatum erit versam esse pecuniam in vtilitatem Ecclesiæ. Quas tamen probationes idem Mascardus cum Ripa & Oddo *d. art. 5. fine* ait procedere, nisi minor probet ex aduerso, quod ipse habebat etiam aliam pecuniam, qua hæc omnia facere potuerit.

Qua etiam ratione minor debeat probare amissionem 16.
pecuniæ, & fuisse malè consumptam, Pinellus, & Cancerius aiunt sufficere verisimiles coniecturas amissionis ob eandem rationem *numero præcedenti* adductam. Mascardus autem *d. concl. 1167. n. 2.* cum Oddo vbi supra *n. 56.* ait facilem esse theoricam; nam si verum est malè consumpsisse, id sine vllo negotio probabitur, etenim res erit gesta cum aliis, veluti lusoribus, meretricibus, scortis, epulonibus, & istius farinæ hominibus. Addunt tamen iidem Oddus, & Mascardus, minorem in iis casibus, in quibus ipsi incumbet onus probandi, se malè expendisse pecuniam, debere probare se impudenter impendisse dictam pecuniam; quia si casu tantum probabit se perdidisse, non sufficiet; quod idem docuit Pet. Bellepert. *in d. l. 2. in fine Cod. de rescin. vendit.*

Creditor Ecclesiæ ex causa mutui an teneatur pro- 17.
bare mutuum versum fuisse in Ecclesiæ vtilitatem, & quod extra causam mutui, nempè in alienatione bonorum Ecclesiasticorũ non tenetur quis probare pecuniã versã esse in rem Ecclesiæ.

Quid autem in mutuo dato Ecclesiæ, an & quando creditor teneatur probare pecuniam esse versam in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ; latè cum aliis tractat Mascardus *concl. 1165.* vbi *n. 6.* docet cum aliis, cum mutuum fuerit fœneratitium, creditorem teneri probare versionem in vtilitatem Ecclesiæ, secus si fuit gratuitum (vt dictum est de minore) nisi concurrant aliæ circunstantiæ, de quibus latè idem Mascardus, & infra *tit. de alienatione bonorum Ecclesiæ post n. 11.*

Dixi

Dixi *in mutuo* &c. Nam extra causam mutui in alienatione bonorum Ecclesiasticorum non teneri quempiam, seu emptorem probare pecuniam in rem Ecclesiæ versam docuerunt Decius *consil.* 36.*num.*8.sub versic. *tertio principaliter.* Arias Pinellus *d.cap.*4.*num.* 70. quos referunt & sequuntur Mascardus *d. concl.* 1165. & esse communem opinionem dixit *loco citato* Decius, & ita etiam magis communiter sentire Doctores in *cap.* 1. *de deposit.* testatur Pinellus, eodem Mascardo referente; & ita emptorem rei Ecclesiæ cum vtilitate eiusdem non teneri probare pretium rei à se empta fuisse versum in vtilitatem Ecclesiæ. Docuerunt etiam Panormitanus *in cap.*1. *num.* 9. *de deposito* Card. *consil.*95. Decius *cons.*36. *num.* 8. Corneus *consil.*181. *num.* 32. *vol.* 2. Ripa *in l. is, qui bona num.* 9. *ff. de pignor.* Menochius *de arbitr. casu* 432. *num.*15. Surdus *decis.*156.*num.* 9. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. c.*89. *num.*7.Stephanus Gratianus *to.* 1. *cap.* 45. *num.* 1. & Doctores communiter quos latè refert,& sequitur Aloysius Riccius *p.*1.*praxie aurea resolut.*2. vbi addit ampliationem, & limitationes quasdam, de quibus insta in *titulo de alienatione rerum Ecclesia.*

TITVLVS DECIMVS-OCTAVVS, HVIVS TOMI SEXTVS.

TITVLVS SEXTVS,

De Alienatione Bonorum Ecclesiasticorum.

SVMMARIVM §. I. & II.

*Alienatio bonorum Ecclesiasticorum immobilium inter Ecclesias, & monasteria cum vtilitate vtriusque Ecclesia, aut monasterij an licitè,& validè fieri possit absque assensu Apostolico: prima sententia negat absolutè de omni alienatione, etiam de permutatione. n.*1.*alij negant de venditione & donatione. ibidem fine.*

*Alij affirmane de omni alienatione n.*2. *Alij tenent de permutatione inter ipsas Ecclesias saculares, vel inter Ecclesias, & monasteria, & inter ipsa monasteria prasertim eiusdem ordinis.n.*2.*&* 3.*& multò magis Episcopum posse absque beneplacito Apostolico donare & alienare suo capitulo de bonis sua mensa Episcopalis. ibid.*

*Imo inter monasteria eiusdem ordinis etiam alienationem, seu translationem per simplicem donationem esse licitam, & validam absque beneplacito Apostolico si fiat ex causa iusta videtur praxis habere.n.*3.*fine.*

*Ecclesia, & Monasterium extra vrgentem necessitatem non admittentem moram an possit absque assensu Apostolico accipere mutuum obligando in genere bona sua Ecclesiastica pro restitutione mutui. negatiua sententia.n.*4.

Sicut Pralatus, & Ecclesia,seu Capitulum simul non possunt alienare bona Ecclesia immobilia, & mobilia pretiosa sine vrgenti necessitate,vel euidenti vtilitate, ita neque indirectè possunt absque vrgenti necessitate, aut euidenti vtilitate recipere mutuum, cuius causa opus sit deinde deuenire ad bonorũ alienationem. ibidem post mediũ.

*Res probibita alienari, censetur etiam probibita pignorari,& hypothecari.n.*4.*additur limitatio.n.*5.*post medium.*

Alienatione simpliciter prohibita, censetur prohibitus omnis actus, per quem alteri quaritur ius aliquod in illa re, & per quem possit sequi alienatio ibidem.

Solemnitas requisita ad alienandum rem, requiritur etiam ad tradendam alteri actionem ad illam rem.ibidem.

*Bona Ecclesiastica immobilia, & mobilia pretiosa, qua seruando seruari possunt absque solemnitatibus in eorum alienatione requisitis non possunt subiici speciali hypotheca n.*4.*&* 5. *aliàs contractus hypothecarius est ipso iure nullus.n.*8.

*Posse subiici hypotheca generali asserunt plures Doctores n.*5. *Contrarium sentiunt alij, & approbatur.n.*4.*&* 6.

*Prohibito aliquo intelligitur prohibitum omne illud, quod contra prohibitionem sequi potest.n.*6.

Solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesia requiritur in constitutione procuratoris ad alienandum Ecclesia bona,& sic etiam assensus Apostolicus.ibidem.

Mulier,& minor prohibiti per statutum donare, censentur etiam prohibiti confiteri in quolibet alio contractu.ibidem.

*Bona Ecclesia generaliter hypothecata sine assensu Apostolico, non possunt pro satisfactione à Pralato vendi sine assensu Apostolico.n.*5.*fine.*

Pecunia ad cambium, vel mutuo acceptio cum solutione lucri cessantis Regularibus est prohibita, & comprehenditur sub decreto S. Congregationis de rebus monasteriorum non alienandis, *ex Declaratione eiusdem S. Congregationis.n* 7.

*Pœna excommunicationis,& alia ipso facto imposita alienantibus res Ecclesia absque solemnitatibus, & assensu Apostolico an incurrantur à Pralato,vel monasterio statim ac ab ipsis bona Ecclesiastica subiiciuntur hypotheca omissis dictis solemnitatibus, an vero solum post traditionem hypothecata.n.*9.

Contractus hypotheca est perfectus absque rei traditione.ibidẽ.

Pralatus, & Capitulum Ecclesia,seu Monasterium absque solemnitate requisita in alienatione rerum; Ecclesia potest accipere mutuum obligando solum fructus bonorum immobilium, & bona mobilia non pretiosa, dummodo monasterium, aut eius Pralatus accipiat mutuum sine obligatione aliquid persoluendi pro interesse. num. 10. *&* 11.

*In hoc casu non est necesse vt constet alienationem dictorum fructuum, & mobilium non pretiosorum fieri in euidentem vtilitatem Ecclesia n.*10.*fine.*

Nec qui dedit pecuniam mutuo tenetur probare pecuniam fuisse in vtilitatem Ecclesia versam.ibidem.

*Pralatus, & Capitulum,seu Monasterium habent liberam administrationem fructuum bonorum immobilium, & mobilium non pretiosorum.n.*10.*&* 13.

*Creditor Ecclesia ex causa mutui regulariter debet probare mutuum conuersum esse in eiusdem Ecclesia vtilitatem; alioqui Ecclesia non obligatur ex illo contractu mutui: idem de creditore Ciuitatis ex causa mutui.n.*12.

*Huius ratio redditur. ibidem. an id locum habeat solum vbi mutuum fuit fœneratitium. n.*17.

*Pralatus accipiens mutuam pecuniam de consensu Capituli, si non agatur de immobilibus, vel mobilibus pretiosis alienandis, sed tantum fructibus, & mobilibus non pretiosis, obligat Capitulum, seu Ecclesiam, & creditor non tenetur probare pecuniam in vtilitatem Ecclesia conuersam fuisse.n.*13.

Quando Pralatus simul & Capitulum acceperunt mutuam pecuniam, & ad mutui solutionem sit necessaria alienatio bonorum immobilium, vel mobilium pretiosorum Ecclesia an tunc creditor repetens teneatur probare versionem in vtilitatem Ecclesia.

*Affirmatiua. n.*14. *negatiua.n.*15. *Distinguere quando adest suspicio fraudis; & quando non adest; vel quando in acceptione mutui interuenerunt debita solemnitates ad alienationem requisita, vel quando mutuum fuit fœneratitium, aut gratuitum.n.*16.*&* 17.

Pecunia

Pecunia mutuo suscepta ob certam, & determinatam causam à Creditore non debet probari in vtilitatem Ecclesiæ conuersa.n.18.

Declaratur id non procedere quando manifestè appareret pecuniam in eam causam non fuisse conuersam.ibidem.

Si Prælatus solum accepit mutuo pecuniam, cui satisfieri potest alienatione fructuum, & aliorum bonorum mobilium non pretiosorum, & adueniente tempore restitutionis idem Prælatus viuit, tenetur ipse pecuniam à se mutuo acceptam restituere, etiamsi Creditor non probet eam in Ecclesiæ vtilitatem versam. n.19.

Ipso mortuo ante tempus restitutionis, an successor teneatur restituere, seu soluere præfatam pecuniam mutuo à prædecessore Prælato acceptam, si à creditore probetur tunc Ecclesiam indiguisse pecunia, an vero debeat Creditor probare versionem in vtilitatem Ecclesiæ; an vero relinquatur iudicis arbitrio, requiraturne probatio versionis.n.20.

Quid in mutuo recepto à Rectore, vel Administratore Ciuitatis recepto nomine eiusdem ciuitatis. n.20.

Si ab aliquo particulari de Ecclesia, puta Canonico, vel monacho, aut ab alio administrationi bonorum Ecclesiæ deputato, cui à Capitulo, Ecclesia, vel Ciuitate data sit facultas suscipiendi mutuo certam summam, mutuum acceptum sit tantum iuxta illam summam, Ecclesia, vel ciuitas tenetur ad solutionem, nec creditor tenetur probare versionem in Ecclesiæ vtilitatem n.21.

An idem dicendum, si mutuum sit acceptum à singulari persona, seu Syndico habente potestatem à capitulo, vel consilio ciuitatis ut mutuo pecuniam acciperet in certam causam, & ipse tempore acceptionis asseruit se in eam causam recepisse. n.22.

Si à Canonico, vel monacho habente liberam administrationem bonorum Ecclesiæ non fuit taxata summa mutuò accipienda, sit accepta mutuo pecunia cum assertione, quod pro vtilitate Ecclesiæ accipiebat, tenetur creditor adhuc probare versionem in Ecclesiæ vtilitatem.n.24.

Si fuit taxata summa, & accepit maiorem summam, creditor tenetur probare versionē excessus in vtilitatē Ecclesiæ.n.23.

Ecclesia agens ad reuocationem rei alienatæ debet probare, quod accepit in eius vtilitatem non fuisse conuersum. num.25.

E contra si creditor agat ad recuperationem pecuniæ mutuatæ tenetur probare versionem.ibidem.

In quibus casibus per Creditorem mutuantem non est probanda versio in vtilitatem Ecclesiæ, si appareat de non versione, puta quia Ecclesia reputaret se læsam, & ob id peteret restitutionem in integrum, debet creditor probare versionem in Ecclesiæ vtilitatem.n.26.

An in hoc casu sufficiat Ecclesiæ allegare læsionem, vel debeat illam probare, & quod sit grauis.ibidem.

Contrahens cum Ecclesia debet esse solicitus de conuersione in eius vtilitatem in mutuo, deposito, & venditione pro soluendis Ecclesiæ debitis.n.27.

Emptor rei Ecclesiæ cum euidenti vtilitate non tenetur probare conuersionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, nisi in prædictis casibus, scilicet, mutuo & c. ibidem

Pecuniam fuisse conuersam in vtilitatem Ecclesiæ coniecturis, & præsumptionibus probatur, & sufficiunt probabiles coniectura, & etiā vna tantum vrgens, & vehemēs.n.28.

Quæ sint hæ coniectura.n.29.ad 39.

Prima coniectura si pecunia mutuo accepta insumpta est in eo, quod Ecclesia facere tenebatur, vel in eo, in quo cautiundem de suis bonis erat insumptura.n.29.

Vt Ecclesia teneatur restituere sufficit pecuniam mutuò acceptam fuisse rationabiliter, licet ex accidenti non cesserit in eius vtilitatem. n. 30. secus si imprudenter, & irrationabiliter fuerit à Prælato impensa.ibidem.

Ecclesia tenetur restituere id solum, in quo est meliorata, & si melioramenta essent maiora, quam pecunia mutuo accepta, & expensa, tenetur solū ad expensam factā.ibidem.

Secunda coniectura. Pecunia ex eo præsumitur, seu probatur in vtilitatem Ecclesiæ conuersa, si constat, seu ostenditur tempore contractus mutui Ecclesiam illa indiguisse. num. 31. Contrarium defendunt alij ibidem, nisi probata indigentia de tempore contractus mutui confestim, vel paulopost appareat indigentiam cessasse, seu illi consultū.n.32.

Tertia coniectura si statim post mutuum appareat Ecclesiam emisse fundum vtilē, vel si facta fuit plures solutiones debiti, quæ non multū distant à sūma iusti pretij.n.33.

Quarta si modica pecunia sit mutuo data.n.34.

Conuersio præsumitur facta in vtilitatem Ecclesiæ, quando pecunia conuersa est in rem Ecclesiæ perpetuo ex natura sua durabilem puta, in emptionem agrorum, in ædificium, & similia.n.35. & procedit etiamsi pecunia periisset antequam in Ecclesiæ vtilitatem verteretur, vel res ex ipso euentu non perdurauerit.ibidem.

Præsumitur, etiam conuersio, si ostendatur facta in vtilitatem temporalem, veluti in culturam agrorum, collectionum fructuum, victum, aut vestitum Monachorum, vel pecuniā expensam pro necessitatibus ipsius Prælati.ibidem.

Conuersionis coniectura etiam sumitur a prudentia, probitate administratoris, ab antiquitate temporis, vel si negotium fuit tractatum cum Generali ordinis, & concurrat debitum præexistens, & sequens debiti solutio.n.37.38. & 39.

Conuersionem in causam expressam, & commodum Ecclesiæ probat confessio Prælati, aut Syndici concurrentibus aliis adminiculis, secus si sit sola confessio.n.39.

Sacri Canones, & constitutiones Pontificum prohibentes alienationem rerum Ecclesiæ absque iustis, & debita solemnitate; & Doctores de alienatione bonorum Ecclesiasticorum scribentes.n.40. & 41.

§. I.

Vtrum inter Ecclesias, & Monasteria licita, & valida sit bonorum immobilium permutatio cum vtriusque Ecclesiæ, vel Monasterij vtilitate prætermissa solemnitate assensus Apostolici, de qua in Extrauaganti Ambitiosæ de rebus Ecclesi.non alien.

PRo negatiua stant Doctores sustinentes in alienatione rerum immobilium, vel mobilium pretiosorum ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ facta, & solum permutatione requiri solemnitatem d. Extrauag. *Ambitiosæ*, seu alias de iure debitam hi sunt Nauarrus *de spoliis Cler.* §.3. *in 7. Notabili n.*1. versic. *sed pro contraria parte*. Quaranta v. alienatio *n.*15. Camillus Borellus *in summa decisio.*1.*tit.*15.*n.*33. Hugolinus *de potestate Ep. cap.*14.§.4. *n.*1. Augustinus Barbosa *collect. ad cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien.n.*1. Stephanus Gratianus *discep.for.*to.1.*cap.*517.*n.*9. & *to.*4.*cap.*674.*n.*4. & 5. Pyrrhus Corradus *de stipulatione lib.*9.*cap.*10.*n.*8. Bonacina *de contract. disp.*3.*q.*8. *p.*4.*n.*24. & *de alienat.bonorum Ecc.d.*2.*q.vnica.p.*2.*n.*14. & 17. Peyrinus *to.*1. *priuil.minim. in constit.*2. *Iulij n.*76. & Lezana *quæst.reg.to.*2.*cap.*19.*n.*56. & to. 3. verbo *alienare n.*11. & alij à Gratiano allegati. Fundatur Nauarrus *in cap. fine exceptione* 12.*q.*2.*cap. nulli de reb. Eccl. non alien.*& præcipuè *in cap.* 1. *eod. tit. in* 6. quibus in locis prohibetur etiam Ecclesiarum Prælatis, Episcopis alienatio rerum Eccl. sine debitis solemnitatibus *ibidem* præscriptis, & licet (inquit Nauarrus) alienatio sit maior cum fit in laicum, aut in vsus laicos, quam si fiat in Ecclesiam, tamen etiam quando fit in Ecclesiam, alienatio est, quod idem probant Gratianus, Bonacina & alij, qui eodem ferè fundamento nituntur, nempè quod in iure & d. Paulina, & in Decreto Vrbani VIII. absolutè, simpliciter, & indistinctè prohibetur alienatio sine debitis solemnitatibus, inter quas enumeratur Apostolicum beneplacitum. Ex quo Peyrinus infert, Prælatos regulares cum consensu suorum Capitulorum non posse bona immobilia fructum reddentia, aut mobilia pretiosa de vno monasterio diuite in aliud esuriens transferre sine assensu Apostolico, quia, inquit, huiusmodi translatio est species alienationis, & quoad venditionem, aut donationem hanc eandem sententiam tenet Castrus Palaus

in

to.1.tract.12.disp.vnica.puncto 15.§.3.n.7.circa medium.

At affirmatiuæ assistunt plures alij Doctores asserentes io alienatione (siue sit venditio, siue permotatio) ab vna Ecclesia alteri facta oon requiri solemoitatem extrauag. *Ambitiosæ* quoad assensum Apostolicum, sed sioe illo fieri posse. Hi sunt Treuisanus *decis. 56.p.2.* Riccius *in praxi rerum fori Eccl. decis.38. & 74.* & *1.p. praxis aureæ resolut. 35. & 71.* Peregrious *in compendio nouissimo priuil. suæ religionis* verbo alienatio booorum *in scholio dubitatione 7.* Diana *p. 4.tract.4.resolut. 223.* Et quoad permutationem bonorum vnius Ecclesiæ cum alia eam sine Apostolico assensu ooo obstante d. extrauag. *Ambitiosæ*, & Decreto Vrbani VIII. fieri posse affirmant etiam Nauarrus *cons.15.de reb. Eccl. non alien.* idem Riccius *1. p.praxis aureæ post resolut.99.in annotationibus fine*, Augustinus Barbosa *de pot. Ep. alleg. 95. num.55. & de iure vniuerso Eccl.lib.3.cap.30. num.38.* & Castros Palaus *d. num. 7.* iura enim negatiua adducta, & extrauagans *Ambitiosæ*, ad quam de refert decretum Vrbani procedunt solum in alieoationibus, & permutationibus fiendis cum personis sæcularibus, ne bona Ecclesiæ profanis vsibus applicentur cum detrimento diuioi cultus, inquiunt Treuisanus, Riccius & Barbosa. Vnde sic firmatur ratio huius affirmatiuæ: Finis probibitioois de non alienandis booïs Ecclesiæ fuit io consulendo Ecclesiæ indemnitati secundum Monaldum *cons.91.num.3.vol.1.*& Rub. *decis. vlt.* & ne bona Ecclesiæ profanis vsibus applicarentur, vt deducitur ex textu in d. extrauag. *Ambitiosæ*, ibi: *profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento exquisitis medis vsurpare præsumunt*; quæ verba, cum sint procemialia, causam finalem dispositionis indicaot *l. fin. & ibi* Bartholus *num.3. de hered. instit.* & Iason *in l. si pacto, quo num.14.Cod.de pactis.* Et Ecclesiæ nomine *in d. extrau.* dum dicit *bona Ecclesiæ, &c.* Ecclesia accipitur pro *vniuersali* non quacunque particulari, quæ Ecclesia vniuersalis, etiam si vnius particularis booa sæcularibus alienet, præiudicium sibi vniuersali infert (Riccius *d.decis.38.& d.resolut.35.*) & summis pro tempore sedentibus Pontificibus; sed si vna particularis alteri per venditionem, aut per permutationem, aliúmve contractum alienet Ecclesiæ itidem particulari, nihil deperit vniuersali, bonáve Ecclesiastica Ecclesiæ terminos non traosgrediuntur, nec prophanis applicantur vsibus, sed eodem modo Ecclesiæ manent sicut antea; ac proinde cum cesset causa finalis prohibitionis cessat etiam prohibitio, iuxta textum in *cap.cum cessante de appellat.* & ea quæ latè Tiraquellus *in tract.cessante causa p.1.limit.23.n.1* Notat autem Barbosa *d. num. 38.* qood si alterius Ecclesiæ prædium valore præponderet pecunia alterius partis compensare posse & deberi *C. ad quæstionem & cap. hoc ius porrectum.*

3. Et hanc sententiam saltem quoad permutationem, puto veram, scilicet in praxi inter particulares Ecclesias ex iusta causa consentiente Prælato Ordinario licitam esse absque assensu Apostolico permutationem de rebus Ecclesiasticis, cum hæc permutatio expressè, & in terminis sit à iure communi concessa *cap. hoc ius porrectum §. sibi inuicem 10. q. 2. cap.1. de reb. Eccl. non alien. & cap. ad quæstionem de rerum permut.* quibus iuribus euidens est per d. extrauagantem *Ambitiosæ* non fuisse derogatum, sed neque per decretum Vrbani VIII. qood ad dictam extrauagantem refertur. Neque obstant alij textus pro negatiua adducti, & similes, qui intelligendi sunt, de alienatione per donationem, vel ad summum per venditionem, ne alioqui cogantur dicere iura sibi inuicem contrariari, vel admittendam correctionem iurium sine vlla aperta, vel probabili ratione, & puto etiam Nauarrum loqui de translatione bonorum ex vna in alteram Ecclesiam cum detrimento, & damno Ecclesiæ, à qua transferuntur, præsertim si translatio sit contra voluntatem eorum, qui bona Ecclesiæ donarunt. Et licet Augustinus Barbosa *d.collect.95.num.57.fine*, Riccius, & *d.resolut.35.& 71.in fine.* (quod idem repetit & testatur Pyrrhus *d.num.8.*) dicant in praxi in Curia Romana seruari contrarium, & non solum io venditione, aut donatione, sed etiam io permutatione inter ipsas Ecclesias solere obtineri Apostolicum assensum; nihilominus neque hoc obstat, tum quia Treuisanus, & idem Riccius locis *suprà* allegatis, Peregrinus, & Diana aiunt io praxi esse licitam permutationem prædictam sine assensu Apostolico, nullum ponentes obstaculum contrariæ consuetudinis Curiæ: tum quia non constat de tali consuetudine, vel qood sit inducta tamquam obligatoria, cum possit habuisse originem ex nimia facilitate Ecclesiarum particularium adinuicem alienantium, & permutantium, & etiam Episcoporum recurrendi ad curiam in casibus, in quibus oon oportet, idque solùm ad tollendos scropulos, & videmus sæpissimè ad tollendos scrupulos, aliasque ob causas multorum negotiorum expeditionem (vt dispensationes, indulta, & similia) ad curiam re vera, & iure etiam claro inspecto non spectantem seu non necessariam reportari. Cum ergo habeamus iura clara permittentia permutationem rerum Ecclesiasticarum inter ipsas Ecclesias ex iusta causa, seu com vtilitate earum solo Prælatorum Ordinariorum consensu, & etiam Capituli fieri posse sine vllo Apostolico assensu, quibus constat non fuisse derogatum; vel saltem noo constat de derogatione; non video, cur Prælati Ordinarij timere debeant admittere similes permutationes ex iusta causa, alióqui trepidabunt, vbi non est timor, auctoritati propriæ (quam tenentur sustinere) detrahent, & sæpè suis Ecclesiis notabiliter nocebunt. Et verè ego sæpè miratus sum, quod Episcopi sese difficiles reddant ad interpretandam suam authoritatem in multis, ad quæ, vel citra omne dubium, vel iuxta grauium Doctorum opinionem probabilem illorum potestas extenditur remittendo ad curiam causas facultatum, dispensationum, & absolutionum, quos ipsi per se absoluere possunt; & sæpe non sine detrimento spiritoali subditorum. Et in praxi quoad Regulares, dum bona vnius Monasterij etiam per simplicem donationem transferuntur in aliud Monasterium eiusdem religionis, noo seruari præfatam curiæ assertam consuetudinē; sed ex sola Prælatorum facultate sine licentia Congregationis fieri tales donationes asserit etiam Lezana *d. verbo* alienare *eodem n. 11.* & ita passim videmus fieri in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus; vel ab ipsis Generalibus, aut Prouincialibus; & in aliquibus religionibus etiam sine consensu Capituli, à quo bona in aliud transferuntur hoc religionis constitutionibus permittentibus. De hac re vide etiam infra *num.284.* Ex quibos à fortiori dicendum videtur Episcopum posse absque beneplacito Apostolico aliquid de bonis suæ mensæ Episcopalis donare & alienare Canonicis siue aliis personis suæ Ecclesiæ, etiam oon obstante iuramento per ipsum posito de oon alienandis rebus suæ mensæ inconsulto R. Pontifice: quod etiam censuit Rota *decis.756. n.3.& 4.p.1.* dicens per hæc verba: *Ad primum responsum fuit quod in re applicatio facta Canonicis fuit valida: quia Episcopus poterat donare & alienare Capitulo sine solemnitatibus, non obstante iuramento de non alienando sine superioris licentia*, iuxta *cap. & super, de reb. Ecclesiæ non alien.* Idem paucis expressè tradidit Glossa in Clem.2. v. Ecclesiarum *de rebus Eccles. non alien.* dicens Episcopum suo Capitulo de eo quod spectat ad mensam suam posse alienare, maximè quando Capitulum tali re eget etiam non obstante soo iuramento; cùm hæc non sit propriè alienatio rei quæ in dominio suæ Ecclesiæ remanet *l.vn. ex familia ff.de leg.* contrariū tamē obseruari in praxi curiæ Romanæ ait Pyrrhus *d.c.10.n.12.* & etiā Glossa io *d. Clem.2.*& Rota *loco cit.* aiunt quod in hoc casu tutius esset vt hæc fierēt authoritate superioris. Ex qua doctrina fortè ortum traxit Romanæ Curiæ obseruātia si talis est.

§. II.

Vtrùm sicut bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, & Monasteriorum à Prælato, & Ecclesia extra vrgentem necessitatem non admittentem moram, non possunt alienari absque assensu Apostolico, ita etiam absque eodem assensu Apostolico Prælatus, seu Ecclesia, aut Monasterium nequeant accipere mutuum obligando in genere Ecclesiæ, vel Monastery bona immobilia, vel mobilia pretiosa, pro restitutione mutui.

4 Videtur negaodum, si enim Prælatus, & Ecclesia, aot Mooasterium noo possuot booa Ecclesiæ immobilia, & mobilia pretiosa directè alienare absque beneplacito sedis Apostolicæ (vt decernitur d. Paulina *Ambitiosæ*, & io Decteto S. Congregationis de speciali iussu summi Pontificis Vrbani VIII. die 7. Septembris 1624 edito) ita oec possunt ioditectè recipiendo mutuum, cuius causa deinde opus est, vel potest deueniri ad bonorum alienationem arg. *cap. cum quid vna via de reg. iur. in 6.* & est simile quod docuit Bartbolus *in l. quorum ff. de pignoribus.* scilicet quod si res prohibetur alienari, prohibita etiam ceosetur, pignorari, seu hypothecari *cap. nulli de reb. Ecclesia non alienandis & l. vltima Cod de reb. alien. non alien.* vbi prohibita alienatione simpliciter, videtur prohibitus omnis actus, per quem alteri quæritur ius aliquod in re; & quod qui non potest alienare, neque possit facere aliquem actum, per qué possit seqoi alienatio, vt per textum in *d. l. vltimam, & in l. Codicillis §. penult. ff. de leg. 2.* tradunt Glossa *in l. item quia ff. de pactis, & in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig.* Bartholus io *d. l. Codicillus §. mater* Salicetus in *d. l. vltimam.* & alios allegantes Couartuulas *lib. 2. var. cap. 16. n. 6.* Pinellus in *l. 1. Cod. de bonis mater. p. 3. num. 19.* Petrus Barbosa *in l. 1. ff. soluto matr. p. 3. n. 39.* Fusarius *de substit. q. 694. ex num. 1.* (& io fine ampliat siuè immediatè, siue mediatè ex actu proueoiatur ad alienatiooem) Surdus *decis. 254. n. 2. in decis. 326. n. 27.* Fraocifcus Leo in *praxi foro Eccles. cap. 15. n. 20. & 22.* Quaranta io summa Bullarij *v. alienatio n. 17.* Stephanus Gratianus *discept. for. to. 4. cap. 745. n. 63.* Vetsllus *decis. 17.* Aloysius Riccius *in collect. decis. collect. 466 d. p. 1. resolut. aurear. resolut. 89. n. 2. & in decis. Curia Neap. decis. 93. n. 2.* Augustinus Barbosa *de potest Epis. p. 2. alleg. 19. n. 86. & collect. ad cap. nonnlli n. 6. de reb. eccles. n. a. ten.* qoi enim habet actionem, videtur rem ipsam habere *l. qui actionem ff. de reg. iuris*; ac proindè quæ solemnitas requiritur ad rem alienandam, requiritur etiam ad tradendam alteri actionem ad illam rem: ad quod faciunt tradita à Stephano Gratisno *d. to. 4. cap. 674. n. 11.* Ad idem facit doctrina Paoormitani (quam amplectitur Molina *de iustit. tract. 2. disp. 300. n. 1.*) *in cap. penult. de fideiussoribus n. 4.* quod sicot Prælatus, & Ecclesia, seu Capitulū simul non possunt alienare bona Ecclesiæ immobilia, & mobilia pretiosa sioe vrgenti necessitate, vel euidenti vtilitate. *Can. sine exceptione 12. c. 2.* ita Prælatus, & Capitulum simul, neque ioditectè possunt absque vrgenti necessitate, aut euidenti vtilitate recipere mutuum, cuius causa opus deiode est deuenire ad bonorum alienationem; oititurque Panormitanus arg. *d. cap. nulli*, & dicta doctrioa Bartholi, qui si res prohibetur alienari, prohibita censetur pignorari, cum per pignorationem peruenitur ad distractionem. Propterea iuxta Paulinam *Ambitiosæ*, solemnitates, quæ ibi requiruotur ad alienationem bonorum Ecclesiæ immobilium, & mobilium pretiosorum, requiri etiam in hypothecatione, seu obligatione oon solum speciali certæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ, sed etiam generali, asserunt in terminis Nauarrus *in comm. de alien. rerum Eccl. num. 2.* Quaranta *d. n. 17. & Additionator post num. 37. lit. H. H.* Augustinus Barbosa *d. alleg. 19. n. 85. & de iure vniuerso Eccles. lib. 3. cap. 30. n. 29. & d. collect. ad cap. nulli n. 6.* Filiucius *to. 3.* seu in *appendice tractatu 44 cap. 2 n. 24.* Peyrinus *to. 1. priuil. circa constitut 9 Iulij 2. n. 13.* & alij, qui fundaotur tum in traditis iuxta præallegata iura, & Doctores allegatos, quod prohibita alienatione, censetur prohibitus omnis actus, per quem possit sequi alienatio; seu alteri quæritur ius: aliquod in re; tum quia in d. extrauaganti *Ambitiosæ* prohibetur non solum specialis pignoratio, & hypotheca, scilicet certæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ (de qua sola Auctores mox citaodi, & nonnulli alij intelligunt *d cap. nulli*) sed etiam generalis, quia loquitur simpliciter de hypotheca, & ita etiam loquitur S. Congregatio io dicto decreto de rebus Ecclesiarum, & Monasteriorum non alienandis iussu Vrbani VIII. die 7. Septembris 1624. quod de verbo ad verbū refert Augustinus Barbosa de *iure vniu. Eccl. d. cap. 30. n. 16.* vt coostat ex illis verbis: *Omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosiorum mobilium alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudum, vel Emphiteusim, præterquam in casibus à iure permissis fieri perpetuò prohibet, atque interdicit absque illius Congregationis Concilij expressa licentia in scriptis, & gratis danda sub pœna*, &c.

Et quod booa Ecclesiæ immobilia, vel pretiosa mobilia non possint io particulari hypothecæ, vel pignorationi subijci, seu speciali hypotheca obligari absque debitis solemnitatibus constat etiam expressè ex *d. cap. nulli*, & ex *§. nos igitur* Auth. *de non alienandis*, vt præter paulo ante allegatos Doctores tradunt alij communiter Tiraquellus de *iure mariti glossa 5. n. 167.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q. 2. cap. 6. & q. 51. cap. 29.* Couartuoias *libro 1. var. cap. 16. num. 7.* Antonius Gomez *lib. 40. Tauri num. 83.* Ciarlinus *contron. p. 2. cap. 183. num. 116.* Molina *de iustit. tract. 2. d. disp. 300. num. 1.* Layman *lib. 3. tract. 4. num. 2.* Lezaoas in *summa quæst. reg. tom. 2. cap. 19. num. 55. & to. 3. v. alienatio num. 5.* Scribentes in *d. cap. nulli*, & alij. Quo verò ad hypothecam generalem dissentiunt Couartuuias *d. num. 7.* Redoan. *locis citatis*, Molina *eadem disp. 300. n. 2.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 9. num. 31. fine.* Layman & Lezana *locis citatis*, & latius Ciarlinus *d. cap. 183. num. 107. ad 113.* & plures alij relati à Ciarlino *num. 8.* præsertim Bordoous *quæst. 27. num. 13.* asserentes non esse prohibitam generalem hypothecam, sed fas esse Prælatis absque solemoitate obligare bona Ecclesiæ suæ in communi titulo hypothecæ, eo quod sic res singulæ minus obligatæ remaneant; aiuntque Couartuuias, & Molina à cōtrario sensu colligi ex *d. cap. nulli*, & ex *d. §. nos igitur.* Et quamuis (addit Molina) Paulus secundus in d. extrauag. *Ambitiosa* de hypotheca indistinctè, ac sine restrictione loquatur, ibidem tamen excipit casus à iure expressos, atque adeo nihil dicto capiti *nulli* aduersatur, ita etiam fuisse decisum per S. Congregationem sub die 14. Iulij 1638. in speciali declaratione, in qua censuit in prohibitione præfata edita de rebus regularium non alienandis, non esse comprehensam hypothecam generalem refert Ciarlinus, ait etiam ita censuisse Rotam in Amerina bonorum coram Verospio 19. Aprilis 1641. & coram Roya 21. Februarij 1642. & 2. Iunij 1645. Quibus fauet Mænochius *de arbitr. casu 432. num. 13.* vbi quod *num. præcedenti* dictum est, eum non posse pignori dare, qui nec distrahere, ait procedere, cum agitur de speciali alicuius rei pignore, vel hypotheca, non autem de generali, additque, quod id in specie probat textus *in §. si autem creditor in fine, auth. de non alien. reb. Eccles.* Addit Layman *d. num. 2.* quod loquendo de alienatione prohibita in materia odiosa, sub ea noo debet comprehendi hypotheca, aut pignus, nisi sit constitutum pro tanta quantitate, vt non sit spes facilis redemptiois, 5

nis, ideoque probabili alienationis periculo expoatur; & cum hoc ait debere intelligi illam communem doctrinam, quod prohibita alienatione, censetur prohibitus omnis actus, per quem sequi potest alienatio, & doctrinam Salicetì *in d. l. vltimam Cod. de reb. alienis non alien.* quod si prohibetur alienari non solùm prohibetur dominij directi translatio, sed pignoris obligatio, & vsusfructus, & seruitutum constitutio. Ex quibus concludit Ciarlinus, quod quando Ecclesia, seu Prælatus, & Capitulum ex iusta causa celebrat sine assensu Apostolico aliquem contractum, ex iusta causa non prohibitum in d. extrauaganti *Ambitiosa* nec in *d. cap. nulli*, puta, venditionem, emptionem, locationem, mutuum, commodatum, & similia, quæ permittuntur etiā Prælatis ecclesiasticis ob societatem humanam conseruandam, pro eius obseruatione possunt licitè & validè omnia bona obligare absque assensu Apostolico. Quod etiam confirmat, quamnia incommodum, inquit, esset ecclesiarum Prælatis, & Ecclesiasticis si huiusmodi contractui licito, & permisso per se, & ex quo Ecclesia acquirit, & penes se recipit pecunias, vel bona secum contrahentis, non posset absque alia solemnitate assensus Apostolici addere hypothecam generalem omnium bonorum & Ecclesiæ, & Monasterij, leges enim hypothecas prohibentes loquuntur de hypotheca nullum supponente contractum licitum ex parte hypothecantis, non autem quando contrahens ecclesiasticus suo contractui licito, & ex causa iusta adiungit huiusmodi tra hypothecam, quia tunc illa sequitur naturam contractus, cui apponitur, sicut accessorium suum principale; & ideo sicut permittitur ille contractus licitus emptionis, vel mutui, aut similium sine beneplacito Apostolico; ita generalis hypotheca ei accessoria. Ita Ciarlinus *num* 107. Qui tamen *num.* 114. censet, quod si Prælatus Ecclesiæ vellet ex se vendere bona, stabilia generaliter hypothecata pro satisfaciendo creditoribus, non posset id facere sine assensu Apostolico, quia tunc venditio est potius voluntaria, quàm necessaria per tradita à Quaranta *Verbo* alienatio *num.* 56.

6. Ad hanc sententiam probandam non arbitror primo, quia contrarium conuincere videntur tradita *num.* 4. iura *ibidem* adducta, & Doctores *ibidem* allegati, & alij communiter docentes prohibita alienationa prohiberi etiam omnem actum, per quem potest sequi alienatio; & aliquo prohibito intelligi prohibitum omne illud, quod contra prohibitionem sequi potest *cap. vnt. in fine de instit. de re al. faci.* Baldus *in l. quoties* 1. *num.* 1. *Cod. de fideicomm.* & cum aliis Franciscus Leo *d. cap.* 15. *num.* 20. Vnde sicut io alienatione rerum ecclesiasticarum requiritur ad eius valorem solemnitas, & assensus Apostolicus, ita eandem solemnitatem assensus Apostolici, requiri ad eius valorem in Procuratoris constitutione ad alienandum bona Ecclesiæ tradunt Socinus *consil.* 87. *vol.* 2. & *consil.* 52. *num.* 4. Rota apud Seraphinum *decis.* 1080. *num.* 2. & cum aliis Riccius *d. p.* 1. *praxis aurea resolut.* 89. *num.* 1. & *in collect. decis. collect.* 3054. Inde etiam minorem, vel mulierem prohibitos per statutum donare, prohiberi etiam confiteri in quolibet alio contractu, quia per talem confessionem posset alias statuto fieri fraus, & in fraudem præsumi talem confessionem tradunt idem Socinus *consil.* 69. *vol.* 1. Puteus *decis.* 55. *lib.* 3. Achilles de Grassis *decis.* 1. *de confess.* Crescent. *decis.* 2. *eod. tit.* Riccius *d. resolut.* 89. *num.* 3. ex eadem communi doctrina, quod prohibita alienatione, censeatur prohibitus omnis actus, per quem transfertur dominium, vel potest sequi alienatio plures alios actus in hac materia alienationis bonorum Ecclesiæ prohiberi, neque absque solemnitate in ipsa formali alienatione requisita posse validè fieri tradunt, & enumerant cum aliis Franciscus Leo *d. cap.* 15. *num.* 22. *& seqq.* & Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 2 *collect.* 466. Secundò quia sustinendo solùm hypothe-cam specialem, & non generalem prohiberi inter antiquo, & dicta extrauaganti *Ambitiosæ*, facilè fieri posset fraus legi per tradita à Socino *vbi suprà*, Panormitano *in cap. cum tempore de arbit.* & Riccio *de resolut.* 89. *num.* 4. Tertiò, quia verba d. extranag. *Ambitiosa* & d. decreti S. Congregationis sunt ita generalia, vt nulla ratione admittant interpretationem à Molina Ciarlino, & aliis datam, vt debeant intelligi de sola hypotheca speciali; & dum iam io Paulina *Ambitiosa*, quàm in dicto decreto excipiuntur casus à iure permissi, intelliguntur casus permissi à iure scilicet necessitas Ecclesiæ, vel alendorum pauperum, vel Ecclesiæ vtilitas; intelliguntur etiam casus, qui expressè non sunt in iisdem Paulina, & decreto veriti, cuiusmodi est hypotheca omnis, cum sub nomine hypothecæ comprehendatur tam generalis, quam specialis; & colligitur etiam ex fine summorum Pontificum in d. Paulina, & in d. decreto, qui fuit excludere omnem viam, per quam Ecclesiis, & Monasteriis sequi posset detrimentum ex bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium facili alienatione, & distractione inconsulto Romano Pontifice, vt constat ex proœmio dicti decreti. Hine

Pecunia ad cambium, vel mutuo accepta cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis comprehenduntur sub decreto S. Congregationis, quod prohibet regularibus quamcumque alienationem bonorum Monasteriorum immobilium, & pretiosorum mobilium.

Hinc sub prohibitione alienationis contenta in clausola dicti decreti S. Congregationis suprà *num.* 4. *fine* adducta, eadem sacra Congregatio approbante summo Pontifice, declarauit comprehendi etiam pecuniam ad cambium, vel mutuo acceptam cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis. tenor declarationis est sequens: *Cum post editum decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit Regulares, qui eodem decreto prohibentur census imponere super bonis ad eorum monasteria pertinentibus, loco censuum huiusmodi pecunias ad cambium, vel mutuò accipere cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Cúmque ex huiusmodi contractu eiudatur mens Sanctissima Congregationis, cui imprimis in votis fuit consulere Religionum indemnitati, quæ ex impositione censuum huiusmodi plurimum læduntur S. D. N. approbante dictauit & declarauit huiusmodi contractum esse contra mentem decreti vt supra editi: ideóque non licere Regularibus pecunias, vt proponitur accipere; & si acceperint in ipsius decreti pœnas ipsò facto incidere. Datum Romæ* 21. *Maij* 1626. Cosm. Cardinalis de Torres. Locus † sigilli, P. Fagnanus. 7.
Præfatam declarationem de verbo ad verbum refert Augustinus Barbosa *de iur. vniuers. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 16. eiusdem mentionem faciunt idem Barbosa *in summa decis. Apostolicarum* v. *alienation.* 9. Ioannes Antonius Nouar. *in summa Bullarum tit. de alienation. rerum regularium prohibita numer.* 12. Ioannes Maria Nouar. *in lucerna regul.* v. *alienatio num.* 1. *fine*, Lezana *in summ. quæst. regular. tom.* 1. *cap.* 10. & *tom.* 3. verbo *alienatio num.* 5. Peyrinus *tom.* 2. *priuil. circa constit.* 8. *Vrbani VIII. num.* 1. Gauantus *in Man. Episcoporum* verbo *alienatio num.* 40. & Pyrrhus Corradus *de dispensat. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 12.

Ad tradita à Ciarlino, & etiam Bordono *num.* 5. *fine* adducta. Respondetur non posse dici legitimum contractum, per quem Ecclesia contrahit debitum pro cuius satisfactione, seu solutione debeant alienari, vel deueniri possit ad alienationem bonorum immobilium,

vel pretiosorum mobilium, si celebratus fuit sine assensu Apostolico, vel licentia expressa S. Congregationis supposita d. extrauagante *Ambitiosæ*, & d. decreto S. Congregationis, in quibus prohibetur bona prædicta Ecclesiæ, vel Monasteriorum obligari, ac subiici hypothecæ cuicunque absque assensu Apostolico, aut licentia eiusdem Congregationis; & ita prorsus sentit Additionator ad Quaranta loco *n. 4.* citato, vbi aduertit quod *tunc dicitur debitum legitimè contractum ab Ecclesia, quando fuit cum assensu Apostolico, alioquin non possunt bona Ecclesiæ obligari, vt fuit dictum suprà ampliatione tertia*, scilicet, vt tradit Quaranta *allegato n. 17.* Quo autem ad illam declarationem S. Congregationis à Ciarlino citatam, si extat, videtur illa repugnare alteri declarationi mox adductæ.

Prælatus, seu Capitulum, aut Monasterium sine iusta causa, & non seruata solemnitate requisita ad alienationem subiiciens bona Ecclesiastica hypotheca speciali, vel generali, an statim incurrat pœnas statutas contra sic obligantes bona Ecclesiastica.

8. Ex quibus infertur esse nullum, & ipso facto irritum contractum, quo bona Ecclesiæ, & monasteriorum immobilia, & pretiosa mobilia hypotecæ speciali, vel generali subiiciuntur absque solemnitatibus ad alienandum requisitis; & de contractu continente hypothecam specialem tradunt etiam Couarruuias, & Molina locis suprà *n. 5.* citatis; sed idem est de continente generalem, quæ non minus, quam specialis prohibita est, vt probatum est.

9. Addit tamen Couarruuias *d. n. 7. fine*, quod quamuis nullus sit talis contractus, quo res Ecclesiæ subiicitur hypothecæ speciali sine causa iusta, & non seruata solemnitate ad alienationem requisita, pœnæ tamen aliter alienantibus res Ecclesiæ iniunctæ non prius incurruntur, quàm res tradatur: quia ante traditionem non censetur consummata alienatio. At contrariũ rectius asserit Molina *d. n. 2.* tum quia iura pœnas statuunt subiicientibus res hypothecæ; tum quia si vera esset Couarruuiæ doctrina, non sufficeret rei traditio in pignus, vt pœnæ incurrerentur, sed amplius necesse esset pignus distrahi ad debiti solutionem: nam ante illius venditionem, & traditionem illi, cui venderetur, aut permutaretur, vel traderetur in solutum, non esset consummata pignoris alienatio: tum quia data ea doctrina, dicendum esset pœnas à iure statutas non incurri nisi propter solam alienationem strictè sumptam, qua dominium saltem vtile transferretur. Contrarium verò sonant iura allegata, & Doctores communiter tradunt; tum demum, quia pœnæ statutæ sunt subiicientibus res Ecclesiasticas pignori, aut hypothecæ particulari, & etiam vniuersali iuxta tradita *n. 4.* propter periculum, cui ipso facto subiiciuntur, ne necesse sit eas vendi, & omninò alienari; actus vero subiiciendi res hypothecæ omninò consũmatur eo ipso, quod res eo modo obligatur, tametsi res non censeatur perfectè vendita, aut permutata antequam tradatur.

Prælatus, & Capitulum, seu Monasterium possunt absque solemnitate ad alienationem requisita accipere mutuo pecuniam obligando tantum fructus, & bona mobilia non pretiosa, dummodo non interueniat obligatio soluendi lucrum cessans, & damnum emergens.

10. Cæterum *in titulo huius paragraphi* dixi *obligando in genere bona immobilia, vel pretiosa mobilia*; nam obligando solum fructus bonorum immobilium, & mobilia non pretiosa Prælatus, & Capitulum Ecclesiæ, seu Monasterium poterit absque solemnitate, quam iura ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requirunt, pecuniam mutuo accipere; cum Prælatus, & Capitulum, & Monasterium habeant liberam administrationem fructuum, & aliorum bonorũ mobilium non pretiosorum vt etiam tradunt Panormitanus *in d. c. penult. n. 5. de fideiussorib.* & Molina *to. 2. de iusti. d. disp. 300. n. 2.* versic. *Quando vero.* Qui proinde dicunt, quando Prælatus, & Capitulum accipiunt mutuum, ad cuius solutionem non est necesse deuenire ad alienationem bonorum immobilium, vel pretiosorum mobilium, sed posse satisfieri fructibus, & aliis bonis, cum Prælato, & Capitulo competat libera administratio horum bonorum, ad illorum alienationem non esse necesse quod id cõstet in Ecclesiæ vtilitatem euidentem fieri; atque adeo etiã qui mutuo dedit pecuniã Prælato, Capitulo consentiente illam recipientem non teneri probare pecuniam fuisse in vtilitatem Ecclesiæ versam.

Declaro tamen id procedere si mutuum sit acceptum absque vlla obligatione aliquid pro eo soluendi: nam si à Regularibus accipitur petetur cũ obligatione soluendi lucrum cessans, vel damnum emergens, id non posset fieri etiam si tantum fructus, & alia bona mobilia & non immobilia nec pretiosa mobilia obligarentur pro restitutione pecuniæ mutuo acceptæ, & solutione lucri, & damni: hoc enim Regularibus prohibere intendit, & citra dubium prohibet S. Congregatio in dicto decreto *n. 7.* adducto. 11.

An, & quando Creditor probare teneatur pecuniam mutuo datam esse versam in vtilitatem Ecclesia.

An vero, & quibus in casibus creditor Ecclesiæ ex causa mutui teneatur probare pecuniã mutuo datã fuisse versam in vtilitatẽ eiusdẽ Ecclesiæ. Inter Ecclesiæ priuilegia enumeratur hoc, vt illius creditor teneatur probare mutuum versum fuisse in illius vtilitatẽ, seu vt non obligetur Ecclesia ex cõtractu mutui, nisi à creditore probetur pecuniam mutuò datam in eiusdem Ecclesiæ vtilitatem versam fuisse, vt de ciuitate habet *l. Ciuitas ff. si certum petatur*, & de eadem Ecclesia habetur in *auth. hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccles.* & *in cap. penult. de fideiussoribus*, & tradunt Panormitanus *in d. c. vlt. de fideiussoribus* Couarruuias *lib. 2. var. cap. 17. n. 3.* Rodoanus *de alien. rer. Eccl. q. 56. per totam*, Mascardus *de probat. concl. 1165. n. 2.* Stephanus Gratianus *to. 1. cap. 196. n. 8.* Molina *de iustit. tract. 2. d. d. 300. n. 2.* Marcus Antonius Genuensis *in pract. Eccl. q. 139. n. 1.* alios allegans, & communem Doctorum testatur Couarruuias *loc. cit.* Ratio autem, cur in mutuo peculiariter iura statuerunt, vt mutuãs probare teneatur, quod mutuo dedit in Ecclesiæ, aut Ciuitatis vtilitatem fuisse conuersum, non vero in aliis cõtractibus Ciuitatis, aut Ecclesiæ nomine ab habentibus ad id facultatem, hanc afferunt post Innocentium, Panormitanum *in cap. 1. n. 9* versic. *ratio specialiter de deposito.* Mascardus *d. concl. 1165. n. 5.* & Molina *d. disp. 300. n. 7.* scilicet quod Prælati, & Rectores, & alij qui bona Ecclesiarum, vel Ciuitatum administrãt sunt faciles, & promptiores ad recipiendum mutuum; & fœneratores promptiores ad dandum mutuò; vnde si indifferenter tenerentur Ecclesia, aut Ciuitas, tunc facile alienarentur, & perirent earum bona; ac proinde merito fuit succurrendum. Quare in cæteris contractibus illi, qui cum Ecclesia, aut Ciuitate contrahunt, probare non tenentur, quod ex sua parte dederunt in Ecclesiæ, aut Ciuitatis vtilitatem fuisse conuersum, vt ex parte Ecclesiæ, aut Ciuitatis sit obligatio. 12.

Verum pro explicatione difficultatis propositæ oportet distinguere, & plures casus sigillatim examinare; nam pecunia est mutuo accepta vel à Prælato, vel à solo aliquo Canonico, vel regulari, vel alio administrationi Ecclesiæ deputato.

Igitur si Prælatus accepit mutuum pecuniam de consensu Capituli; & non agitur de alienandis bonis immobilibus, vel pretiosis mobilibus, sed ad satisfaciendum creditori satis sunt fructus, & alia bona mobilia: hoc casu creditor, qui pecuniam mutuo dedit non tenetur probare illam fuisse in vtilitatem 13.

vtilitatem Ecclesiæ conuersam. ita Panormitanus *in d. cap.penult.de fideiussoribus n. 5.* Mænochius *de arbitr. casu 432. n. 3. & seqq.* Mascardus *d. concl. 1165. n. 16.* Marcus Antonius Genuensis *d. q. 139. n. 2.* Molina *d. disp. 300. n. 2.* versic. *quando vero* Redoanus *de rebus Eccl. non alien. q. 4. §. 1. a n. 1.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. vltimum n. 9. de fideiussoribus* Rebellus *de oblig. iust. p. 2. lib. 8. q. 3. n. 13.* & alij Doctores communiter, quos Mænochius, & Mascardus referunt & colligitur *ex d. cap. vltimo de fideiussoribus*, vbi argumento à contrario sensu manifeste constat; quod quando particularis Religiosus de consensu Prælati, & Capituli pecuniam mutuò accepit, non tenetur creditor probare conuersionem in vtilitatem Ecclesiæ, sed esse pecuniam persoluendam à monasterio, estò in illius vtilitatem non sit conuersa; ac proinde potiori iure quando accepta fuit à Prælato simul, & Capitulo soluenda similiter erit, nec exigitur probatio conuersionis in Ecclesiæ vtilitatem; & ratio est, quia Prælatus, & Capitulum habent liberam administrationem fructuum, & aliorum bonorum mobilium, *vt suprà dictum est.* & propterea liberum eis fuit mutuo recipere pecuniam; & ex fructibus restituere, & creditori satisfacere tenentur, licèt non probetur versio in Ecclesiæ vtilitatem. Confirmat Abbas tum arg textus *in cap. 1. de deposito*, vbi versum exigitur, quando contractus fuit initus cum particulari, non cum tota Ecclesia: tum quia si delictum Prælati consentiente Capitulo detrimentum Ecclesiæ adfert *l. iubemus nullam Cod. de sacros. Eccl. cap. 1. de ordine cognit. & cap. delictum de reg. iur.* ita etiam detrimentum adferri poterit ipsi Ecclesiæ ex mutui receptione, tale enim genus argumenti valere, cum adest termini paritas, vt hic, tradunt Decius *in d. l. Ciuitas n. 4. ff. si certum petatur.* & Mænochius *d. casu 432. n. 5. & 6.* id aliis exemplis declarans. & prædicta sunt certa.

14. Sed difficultas est, quando pecunia à Prælato simul & Capitulo fuit mutuo accepta, & ad solutionem mutui gratia Ecclesiæ accepti necessaria sit alienatio bonorum Ecclesiæ immobilium, vel pretiosorum mobilium; an hoc in casu creditor, qui mutuò dedit teneatur probare pecuniam fuisse versam in vtilitatem Ecclesiæ.

Prima sententia asserit creditorem teneri probare conuersionem in Ecclesiæ vtilitatem. ita Panormitanus *in d. cap. penult. n. 4. & 5.* Molina *d. disp. 300. n. 2.* Rebellus *d. sect. 3. n. 21.* & alij Iurisperiti à Mænochio *d. casu 432. n. 7. relati.* Ratio eorum est, quia, cum bona immobilia & pretiosa mobilia nec à Prælato simul, & capitulo validè alienari directè possint sine vrgenti necessitate, aut euidenti vtilitate *cap. sine exceptione 12. q. 2.* præmissaque alia solemnitate à iure, & constitutionibus summorum Pontificum, quarum mentio facta est suprà; ita neque indirectè occasione mutui suscepti alienari possunt absque manifesta Ecclesiæ necessitate, & vtilitate, & solemnitate à iure requisita *arg. cap. cum quid vna via de regulis iuris in 6.* & prohibita alienatione, censeatur etiam prohibita hypotheca, & pignoratio, & omnis actus, per quem alienatio sequi potest iuxta tradita suprà *n. 4.* & Doctores ibidem allegatos, ex quo fit, vt si certa solemnitas ad alienationem requisita seruata non sit in mutui acceptione, & non constat mutuum in vtilitatem Ecclesiæ fuisse acceptum, & consumptum, quamuis authoritas Prælati, & Capituli simul interuenerit ad illud accipiendum, alienari pro illius solutione, non poterunt bona immobilia, vel pretiosa mobilia, nisi mutuator probet in vtilitatem Ecclesiæ fuisse versum: nec Ecclesia, aut successor in vtroque foro, quam diu de versione in rem Ecclesiæ constiterit, ad solutionem tenebitur, sed intentanda erit mutuanti actio contra mutui receptorem, aut eius hæredes: & in hoc casu aiunt Panormitanus, & alij præcitati procedere authenticam citatam *hoc ius porrectum*, quæ statuit, vt creditor teneatur probare in vtilitatem Ecclesiæ id fuisse conuersum, quod Ecclesiæ dedit, vt Ecclesia id soluere teneatur. Diuersam autem esse rationem (aiunt idem Panormitanus, & alij Doctores allegati post eum) de Senatu, seu Concilio totam ciuitatem repræsentante, & mutuum accipiente absque euidenti necessitate, vel vtilitate Ciuitatis; nam cum habeat facultatem alienandi validè bona immobilia Ciuitatis etiam absque euidenti vtilitate, tenebitur soluere mutuum in vtroque foro, absque eo quod creditor probet in vtilitatem Ciuitatis versum fuisse, etiam si pro solutione bona immobilia alienare opus sit; & ita docet etiam Barthulus *in dicto lege Ciuitas.* Addens etiam si aliquis alius de mandato Concilij, seu Ciuitatis aliquid mutuo Ciuitati acciperet non teneri mutuantem probare idem conuersum fuisse in Ciuitatis vtilitatem, vt communitas id soluere teneretur; eo quod Ciuitas ipsa, seu Concilium mutuò illud recepisse videretur.

15. Secunda sententia tenet creditorem non teneri probare pecuniam mutuo datam versam esse in Ecclesiæ vtilitatem, quando à Prælato cum consensu Capituli accepta fuit, licèt ad solutionem necesse sit alienare bona immobilia, vel mobilia pretiosa. ita Barthulus *in d. l. Ciuitas n. 13.* & *in d. auth. hoc ius porrectum n. 17.* Decius *in d. l. Ciuitas n. 6* (vbi plures adfert responsiones ad rationem Panormitani suprà adductam, quas tamen reiicit Mænochius *d. casu 432. n. 10. & 11.*) Couarruuias *d. cap. 37. n. 3.* Pinellus *in l. 2. Cod. de rescind. vendit. p. 2. cap. 4. n. 68. fine.* Mascardus *d. concl. 1165. n. 21.* Marcus Antonius Genuensis *d. q. 139. n. 5.* Augustinus Barbosa *d. collectaneo ad cap. penultimum de fideiussoribus n. 10. fine & n. 17.* Bellettus *disp. cler. p. 1. tit. de clerico debitore §. 3. n. 44.* Butrius, Socinus Senior, Paulus de Castro, Rolandus à Valle & alij Iurisperiti à Mænochio *d. casu 432. n. 13.* Mascardo *n. 17.* Genuense, & Belletto *locis citatis* relati: & esse receptam opinionem testatur loco citato Couarruuias. Probant per textum, *in d. cap penultimo*, iuxta quem (vt suprà dictum est) non exigitur probatio versionis in vtilitatem Ecclesiæ, quando mutuum fuit à particulari religioso receptum cum consensu Prælati, & Capituli. Præterea probant quia nec quando Concilium Ciuitatis accepit mutuum, creditor tenetur probare versionem *d. l. Ciuitas* & etiam quando minor, seu pupillus contraxit cum Tutoris, & curatoris authoritate, tunc idem minor, & pupillus obligatur, nec est necesse probare versum in vtilitatem minoris, aut pupilli iuxta tradita præcedenti titulo *n. 7. & 8.* Denique quia aliàs (vt in minore, qui accepit gratis mutuum dictum est eodem tit. præcedenti *n. 14.*) magnum esset incommodum Ecclesiarum, quia non possent de facili reperire, qui in necessitatibus vellent eis mutuum pecuniam dando subuenire; & quod earum fauore inductum esset, in odium verteretur.

16. Tertia sententia est Mænochij *d. casu 432. d. n. 11.* præfatas opiniones contrarias conciliantis hac distinctione; nam, inquit, aut aliqua subest coniectura fraudis in suscepto mutuo (quæ fraudis suspicio præsertim potest habere locum cum à fœneratore mutuum datum est) & tunc ait Mænochius quemadmodum impediretur alienatio bonorum immobilium, ita & obligatio ex suscepto mutuo, & hoc in casu dicit rectè sentire Panormitanum, licèt non admittat cum eodem Panormitano, quod eo ipso, quod susceptum est mutuum, sit fraudis suspicio; cum præsumendum non sit totum Capitulum voluisse delinquere. Aut cessat omnis coniectura & suspicio fraudis; & ait rectè sentire Doctores secundæ sententiæ; cum etiam minor, & pupillus, qui non potest sine decreto Iudicis alienare immobilia, cum sui tutoris, & curatoris consensu rectè mutuo suscipit pecuniam per not. *in l. verum cum l. seq. ff. de minoribus* & *l. 1. §. pupillus ff. quod iussu.* & hanc distinctionem approbare videtur etiam Mascardus *d. concl. 1165. n. 22.*

 Quoad

17. Quoad has sententias secunda omninò tenenda est, si mutuata pecunia fuerit à Prælato, & Capitulo, seu ab Ecclesia, aut monasterio recepta seruatis debitis solemnitatibus, nempe præmissis tractatu, & aliis ad alienationem rerum immobilium, & pretiosarum mobilium requisitis, nam tunc mutuum præsumitur versum in Ecclesiæ vtilitatem, & commodum, vt notat Couarruuias loco citato, & post eum Rebellus item loco citato: si vero omnes solemnitates ad præfatam alienationem requisitæ non fuerunt à Prælato, & Capitulo adhibitæ, & mutuum non fuit fœneratitium, sed gratis datum, tunc etiam secunda sententia videtur approbanda, vt creditor non teneatur probare versionem, sicut etiam in mutuo non fœneratitio dato minori creditorem non teneri probare versionem in illius vtilitatem, probatum est præcedenti tit. *num.* 14. in huiusmodi enim casu cum cessat suspicio, seu præsumptio fraudis, nisi aliunde appareret de non versione in vtilitatem ipsius Ecclesiæ; non videtur cogendus creditor ad probandam versionem præfatam, alioqui pauci, aut ferè nulli reperirentur, qui velint Ecclesiæ mutuo dare. Et id confirmatur sententia eorum, qui dixerunt regulam, quod creditor, qui Ecclesiæ mutuo dedit pecuniam, debeat probare eam in ipsius commodum fuisse conuersam, debere intelligi de mutuo fœneratitio in odium fœneratorum, & vtilitatem Ecclesiarum; non vero in mutuo gratis concesso. Quam sententiam tenuerunt Hostiensis, Ioannes Andreas, & alij scribentes *in cap.* 1. de deposito (vbi Imola *n.* 17. dicit communem) & alij, quos refert, & sequitur Mascardus *d. concl.* 1165. *num.* 8. iuncta *concl.* 1167. *n.* 11. *cum seqq.* licèt Innocentius *in d. cap penult. de fideiussoribus.* & plures alij ab eodem Mascardo citata *concl.* 1165. *num.* 8. allegati teneant regulam indistinctè procedere in mutuo siue fœneratitio, siue gratis concesso. Quod si mutuum prælato & Capitulo datum fuerit fœneratitium tunc videtur admittenda prima sententia Panormitani; vt creditor teneatur probare, vt præcedenti tit. *n.* 13. ostensum est.

18 Ampliatur etiam secunda sententia, vt procedat, quando mutuum fuit acceptum ob certam, & determinatam causam, nam tunc in dubio non esse probandum à creditore pecuniam fuisse versam in eam causam, cum non sit præsumendum Prælatum, & Capitulum in aliam causam, quàm à se determinatam, impendisse illam summam, tradunt Mænochius *dicto casu* 432 *num.* 14 & Mascardus *d. concl.* 1165. *n.* 23. & 24. Contrarium asserentes quando constaret apertè, & re ipsa pecuniam non esse versam in eam causam hac distinctione conciliantes contrarias sententias imolæ, & Butrij. Et prædicta quando Prælatus, & Capitulum simul pecuniam mutuo acceperunt.

19. Si vero pecunia mutuo accepta sit à solo Prælato, & de fructibus, aut alijs bonis mobilibus non pretiosis persolui potest, & tempore restitutionis, seu solutionis idem Prælatus viuat, tunc non teneri creditorem probare pecuniam fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, tradidit Panormitanus *in d. cap. penult. n.* 6. *de fideiussoribus*, quem reliqui Doctores communiter sequuntur Mænochius *d. casu* 412. *n.* 17. Mascardus *d. concl.* 1165. *n.* 30. Augustinus Barbosa *d. collectaneo ad d. cap. penult. n.* 10. *de fideiussoribus* Molina *d. disp.* 300. *n.* 2. *versic. eodem modo* Rebellus *d. sect.* 3. *n.* 17. & alij: & in hoc casu, ait Mænochius, se non legisse quenquam dissentientem à Panormitano, qui tum authoritate textus *in d. cap. penultimo*, in quo probatio versionis exigitur quando particularis de Ecclesia, seu Religiosus recepit mutuum sine licentia Abbatis, in Abbate ergo non est necesse probare versionem; tum ratione supra adducta; scilicet, quia Prælatus habet liberam administrationem fructuum, & aliorum bonorum mobilium non pretiosorum. Secus autem dicendum esse, ait idem Panormitanus, in Rectore, seu Administratore ciuitatis, quia non habet tam plenam administrationem bonorum ciuitatis, vnde posset (addit idem Panormitanus) tunc ipsa Ciuitas solutionem impedire, nisi probaretur in Ciuitatis vtilitatem mutuum fuisse conuersum, quando id non constaret: hocque tradi *in d. l. Ciuitas* aiunt idem Panormitanus, Molina, & Rebellus locis citatis.

20. Quod si tempore restitutionis faciendæ Prælatus non viuit; & pariter non agatur de satisfaciendo cum distractione bonorum immobilium, aut pretiosorum mobilium; tunc creditori necesse esse probare versionem docuerunt Innocentius *in cap.* 1. *de solutionibus* Butrius *in d. c. penultimo n.* 9. *de fideiussoribus*, & Paulus Castrensis *consil.* 338. *n.* 2. *lib.* 1. eo quod, inquit Innocentius, Ecclesiæ Successor non teneatur ad debita contracta per prædecessorem, nisi probetur illa versa esse in vtilitatem Ecclesiæ. Alij autem Doctores magis communiter affirmant, satis esse mutuantem probare, quod tempore mutui suscepti imminebat necessitas Ecclesiæ recipiendi mutuum, nempe, quod Ecclesia erat tunc in manifesta indigentia talis pecuniæ mutuo datæ, neque opus esse probare pecuniam conuersam re ipsa in vtilitatem Ecclesiæ. ita post *Hostiensem*, & Guilelmum de Cuneo, Panormitanus *in d. cap. penultimo n.* 7. Molina *d. disp.* 300. *n.* 2. versic. *post mortem* id probantes tum ex *d. cap.* 1. *de solutionibus*, vbi, vt successor Prælatus teneatur soluere debita sui prædecessoris, solum exigitur illa pro Ecclesiæ necessitate fuisse contracta. tum ex *d. cap. penultimo*, vbi exigitur probatio versionis, quando à particulari Religioso absque licentia Abbatis mutuum est receptum: tum quia si non sufficeret probare necessitatem, sed probanda esset versio, id esset nimis graue onus imponere mutuò dantibus (si enim inquiunt Guilielmus, & Panormitanus mutuans daret pecuniam Prælato eunti Romam, esset opus, quod mitteret aliquem, qui esset solicitus, & diligens, vt omnis pecunia impenderetur pro vtilitate Ecclesiæ; & etiam qui pro colendis agris mutuum daret, necesse haberet ire, & mittere testes, qui tuti essent, & viderent quod bene pro Ecclesiæ vtilitate pecunia illa erogaretur, quæ omnia sunt dura, & penè impossibilia) Prælatis, quod in Ecclesiarum detrimentum, & præiudicium vergeret, quia nullus vellet pro necessitatibus Ecclesiæ mutuare Prælatis. Neque obstat dicta auth. *hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccl.* vbi à creditore mutuatore exigitur, quod probet in vtilitatem Ecclesiæ conuersum fuisse mutuum: nam (inquiunt) id procedit, quando ad solutionem non sufficerent mobilia non pretiosa; in mutuo autem recepto à Rectore Ciuitatis, aut Administratore nomine Ciuitatis recepto Molina, & Rebellus aiunt non satis esse probare necessitatem; sed probandam conuersionem in vtilitatem Ciuitatis iuxta *d. l. Ciuitas*, & hanc opinionem æquiorem dicit Panormitanus loco citato, quamuis non omninò, & absoluè placeat Mænochio *d. casu* 432. *n.* 2. 11. 12. & 23. vbi ad primum argumentum ait probationem necessitatis esse vnum ex modis probandi versionem in vtilitatem de quo infra; & ad tertium quod sit durum, & absurdum, ait, hoc esse adscribendum negligentiæ creditoris, qui dum potuit habere consensum Capituli, illum habere neglexit, iura enim fauent vigilantibus, non dormientibus *l. si pupillus in fine ff. de his quæ in fraudem credit.* Quare ipse (& in hoc eum sequitur Mascardus *d. concl.* 1165. *n.* 35.) dicit id esse iudicis arbitrio relinquendum, qui iudex poterit considerare, an iste Prælatus consueuerit hoc modo sumere mutuò pecunias, & expendere pro Ecclesiæ vtilitate; considerabit etiam, an summa sit magna, an tenuis, ita vt verisimile sit, eum mutuò accepisse, & insumpsisse ad Ecclesiæ vtilitatem; & si verisimile hoc adsit, pronunciabit pro creditore, cui nisi tunc Ecclesia satisfaceret, locupletaretur cum eius iactura aduersus & leges, & rationem naturalem. ita Mænochius.

Denique si à solo aliquo particulari de Ecclesia, nempe Canonico, vel Regulari, vel alio administratore bonorum Ecclesiæ deputato nomine Ecclesiæ acceptum

acceptum sit mutuum; distingoendi sunt tres sequentes casus.

21. Primus si tali particulari, puta, vni Monacho, vel Canonico ab Ecclesia, seu toto Capitulo, vel Concilio Ciuitatis data sit facultas suscipiendi certam summam, quam ipse non excessit, sed illam tantum suscepit; Ecclesia, vel Ciuitas tenetur ad solutionem, nec creditor tenetur probare eam summam versam esse in Ecclesiæ vtilitatem, quia non illi singulari personæ, sed ipsi Ecclesiæ mutuum videtur concessum. ita etiam constat ex *d.cap.penultimo de fideiussoribus*, & tradunt Panormitanus *in d.cap. penult. n.7. versic. quando mutuum* Mænochius *d. casu* 431. *n.*25. *&* 26. Mascardus *d. concl.* 1165. *n.*29 alij Iurisperiti antiqui ab iis citati. Molina *d.d.*300. *n.*3. Marcus Antonius Genuensis *d. q.*139. *n.*2. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. penult. n.*12.13. & Rebellus *d. sect.* 3. *n.* 21. Declarant tamen Molina, & Rebellus id procedere, si non sit necesse alienare bona immobilia, vel mobilia pretiosa; nam si horum alienatio fuiet necessaria, aiunt, quod, tunc debet creditor probare mutuum fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, & sicut etiam quando Prælatus cum Capitulo pro se recepit non præmissa debita solemnitate, tenetur creditor versionem probare iuxta tradita *n.* 14. & talis declaratio videtur etiam de mente Panormitani iuxta ab eo tradita *n* 4. *&* 5. At alij Doctores præallegati indistinctè, & absolutè tradunt Ecclesiam in hoc casu teneri ad solutionem non probata versione per creditorem, atque adeo etiam si pro solutione opus esset distrahere bona immobilia, vel mobilia pretiosa, & ratio est, quia, vt dixi, mutuum videtur concessum ipsi Ecclesiæ, scilicet ipsi Prælato, & Capitulo, quo casu etiam si necessaria sit alienatio immobilium, vel pretiosorum mobilium, non tenetur creditor probare versionem iuxta eosdem Doctores & tradita *num.* 15.

22. Quod autem dictum est de singulari persona, quia suscepit mutuò solum certam summam, & taxatam sibi à Prælato, & Capitulo dicendum etiam est, quando singularis persona, seu syndicus habet mandatum à toto Ecclesiæ Capitulo, vel à Concilio Ciuitatis, vt mutuam pecuniam accipiat in certam causam, & ipse tempore, quo accepit pecuniam, asseruit se in eam causam recepisse, tunc enim non est per creditorem probanda versio, ita tradunt Bartholus *in d.l. Ciuitas n.*7. *per l.*1. §. *non autem ff de exercit. act. Genuensis d. q.*139. *n.*2. Salicetus, Alciatus & Hordedeus à Genuensi citati. Quamuis, & quando alienatio fit ob aliquam causam determinatam, debere Emptorem docere pretium fuisse versum in illam causam affirmauerint Butrius, & post eum Imola *in cap.*1.*n.*17. *de deposito* Alexander 4. *n.*8. *lib.*3. & Decius *in d.l. Ciuitas in fine*, quoa ad id refert Rota *decis.* 338. *n.* 8. apud Seraphinum, quæ circa hoc nihil ibi resoluit, & cum aliis Stephanus Gratianus *cap.*570.*n.*15. sed Bartholi sententiam confirmant tradita à Mascardo *concl.*1166.*n.*8. vbi tradit, quod quando quis ab homine 25. annorum habet mandatum specificum ad recipiendum in certa causa, sufficit vt recipiat pecuniam mutuo ob illam causam, licet postea in illam causam non conuertat *l.* 1. §. *non autem ff. de exercit. act.* & creditor mutuans tunc solum probare tenetur causam extitisse tempore mutui, puta mandatum fecit ad recipiendum pro reficienda naui, satis est probare quod tempore mutui nauis reparatione indigebat, quod idem tradit Surdus *decis.* 156. *n.*1.

23. Secundus casus, si summa pecuniæ mutuo suscipienda fuit ab Ecclesia, seu Capitulo tali Monacho, vel syndico taxata, & ille accepit maiorem summam, tunc Ecclesia non tenetur quoad excessum, nisi creditor probet talem excessum versum fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, vt decernitur *d.cap.penultimo* & tradunt ibidem Panormitanus *n.7. fine* Mænochius *d. casu* 432. *n.*30. *&* 31. Mascardus *d. concl.*1165. *n.*12. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. penult. n.* 8. alij Iurisperiti communiter, Molina, & Rebellus *locis citatis*. Ampliant Mænochius *n.* 32. & Mascardus *n.* 15. vt si certa summa mutuò suscipienda ex ordinatione Ecclesiæ fuit suscepta a Canonico, vel Monacho sine mandato ei facto, adhuc creditor teneatur probare eam summam fuisse versam in Ecclesiæ vtilitatem; eo quod imputandum, seu adscribenda sit culpa facilitati creditoris, qui mutuum concessit non habenti facultatem accipiendi, & obligandi Ecclesiam ad eius restitutionem.

Tertius casus si Canonico, vel Monacho habenti administrationem alicuius villæ, vel alterius rei, vel etiam omnium bonorum Ecclesiæ cum libera potestate non fuit ab Ecclesia taxata summa pecuniarum mutuo accipienda; & ipse suscepit mutuo pecuniam asserendo se pro vtilitate illius villæ, vel Ecclesiæ suscipere; hoc casu non tenetur Ecclesia ad solutionem, nisi ipse creditor probet versionem. ita post alios Mænochius *n.*27. *&* 28. & Mascardus *n.* 9. *&* 11. ob eam rationem, quod libera illa potestas administrandi non se extendit ad hunc casum suscipiendi mutuò, cum hoc modo videatur facta quædam donatio illi creditori; & facultas donandi non includatur sub libera bonorum administratione, vt ibidem probat Mænochius. 24.

Vltra prædicta Mascardus *d. concl.* 1165. *n.* 36. regulam illam generalem *num.* 12. positam, quod in mutuò Ecclesiæ dato creditor teneatur probare versionem in Ecclesiæ vtilitatem declarat procedere, quando creditor agere vellet ad pecuniam mutuatam; tunc enim, inquit, ex eo probare tenetur versionem; quod ipsius sit fundamentum actoris ad victoriam obtinendam; secus autem, ait, si creditor non agat ad pecuniam, sed Ecclesia ad reuocationem rei alienatæ volens ex hoc capite reuocare, quia quod ille soluit, non fuit versum in vtilitatem Ecclesiæ; nam tunc etiamsi simus in casibus, in quibus iuxta tradita creditor tenetur probare pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ, ipsa Ecclesia tenebitur hoc probare per textum & quod ibi not. *l. ei. qui dicit ff. de probation. cum vulgat.* ita Mascardus dicens ita declarare etiam Socinum *cons.* 15. *n.* 29 *vol.*1. & idem tradunt Mænochius *de præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 55. *n.*1. *&* 2. & Augustinus Barbosa *d. collect. ad dict. cap. penult. num.* 16. 25.

Aduertendum etiam quod in omnibus suprà dictis casibus, in quibus per creditorem mutuantem non est probanda versio in vtilitatem Ecclesiæ, si appareat de non versione in eiusdem Ecclesiæ vtilitatem, & ob iustam causam, puta, quia reputaret se læsam Ecclesia peteret restitui in integrum, tunc erit restituenda, si non probetur versio pecuniæ ab ipso creditore in ipsius Ecclesiæ vtilitatem; cum Ecclesia læsa possit petere restitutionem in integrum ad instar mutui facti minori cum authoritate tutoris, qui potest restitui in integrum si petat ob læsionem, nisi probetur versio in illius emolumentum *l.* 1. *&* 2. *Cod. si aduersus creditorem*; Ecclesia enim sicut & minor debet semper illæsa seruari *c.* 1. *de in integrum restit. &* ita in his terminis post Cynum *in d. auth. hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccl.* Alexandrum *in d. l. Ciuitas*, & Imolam *in cap.* 1. *n.* 17. *de deposito* tradunt Couarruuias *lib.*2. *var. d. cap.*17. *n.*3. *fine* Mænochius *d casu* 431. *n.*15. Mascardus *d. concl.* 1165. Augustinus Barbosa alios allegans *collect. ad d cap. penultimum n* 14 *de fideiussoribus* & Marcus Antonius Genuensis *in practicab. Eccl. d q.*139. *n.*3. Vbi addit in hoc casu sufficere Ecclesiæ allegare læsionem, licèt non probet, aitque ita singulariter docuisse Imolam loco citato, & esse notandum, quia alias Ecclesia, vt restituatur, debet probare læsionem *ad not. d. cap.*1. *de restitut. in integrum.* Quamuis Mænochius *n.* 16. & Mascardus dicant tunc læsionem ab Ecclesia esse probandam, & manifestè iuxta Butrium *in d. cap.*1. *n.*4. *de in integrum restit.* & Corneum *consil.*181. *n.*53. *vol.*1 & eandem læsionem debere esse grauem iuxta eundem Butrium *in c. auditis n.* 14. *de in integ. restit.* & Iasonem *consil.*54. *n.*5. *vol.* 1. 26.

27. Ex quibus patet contrahentem cum Ecclesia & monasteriis contractu mutui, præsertim quando dant mutuo pecuniam personæ particulari, puta, Prælato, Canonico, vel Monacho dicenti se accipere nomine Ecclesiæ, & pro illius vtilitate, debere esse solicitum de conuersione in Ecclesiæ vtilitatem: quod etiam admonuit Baldus in *auth. hoc ius porrectum n. 6.* versic. *item dicit* vbi sequens *Innocentium* ponit tres casus, in quibus contrahens cum Ecclesia debet esse solicitus de conuersione in eius vtilitatem, scilicet in *mutuo, deposito, & venditione* pro soluendis Ecclesiæ debitis, cum in aliis liberetur debitor si soluat, & non fuerit versum in vtilitatem Ecclesiæ. & hoc idem notauit Marcus Antonius Genuensis in *practicab. Eccl. d. q. 139. fine*, & in *praxi Neapol. cap. 89. num. 7.* vbi tenet ementem rem Ecclesiæ cum euidenti vtilitate non teneri docere de conuersione pretij in vtilitatem Ecclesiæ nisi in casibus supradictis, scilicet in mutuo, deposito, & quando Ecclesia vendit pro debitis soluendis, & prius tradidit Rota *decis.* 338. *num. 7.* apud Seraphinum, & hoc idem docent Surdus *decis.* 156. *num* 9. & alij Doctores communiter prout notaui supra *tit. 3. num.* 303.

Mutuum, vel pretium, quo res Ecclesiæ fuit empta, quomodo, & quibus coniecturis probetur fuisse in vtilitatem Ecclesiæ conuersum.

28. Præfatam autem versionem pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ, vel Ciuitatis non esse necesse probari verè, sed satis esse si per coniecturas verisimiles constat ex traditis supra, tit. præcedenti. *num.* 15. & tradunt Mænochius *dicto casu* 432. *num.* 31. Mascardus *consil.* 1166. *num.* 1. Panormitanus *in d. cap. penult. num. 8. de fideiussoribus* Rodoanus *de alien. rer. Eccle. quæst. 56. cap. 2. num.* 3. Marcus Antonius Gennensis *in praxi. Neapol. cap. 89. num* 7. & *practicabilibus Ecclesiæ d. quæst.* 139. *num.* 3. Aloysius Riccius *p. 1. praxis aurea resolut.* 1. & *in collectaneis decis. p. 7. collect.* 3054. versic. *pretium vero*, Cassadorus *decis. 7. num. 7. de dolo, & contum.* & *decis. 1. p. 2. de vsurp.* Rota *decis. 244. num. 2. p. 2. diuersorum & deuolutionis domus de Piccionibus* 17. *Nouembris* 1581. & 12. *Februarij* 1587. *coram Rubeo*, vt patet in *decis. 162. & 258 lib. 2.* & Romana Casalis Palazotti 29. *Maij* 1587. *coram Robusterio*, & alij Doctores communiter relati, tum à me *d. num.* 15. & Riccio *d. resol.* 3. & quamuis Glossa *in §. si vero quis in auth. de alienat. & emphiteu.* Socinus *consil.* 15. *vo.* 1. & *Rebuffus de alienat. num.* 41. dixerint non esse satis probare per coniecturas, sed debere probari verè, cum agatur de obliganda Ecclesia, vel ciuitate, eorum dictum videtur intelligendum in coniecturis friuolis, vt notauit Genuensis *d. cap. 89. num. 8. fine.* Qui etiam *d. q.* 139. notat coniecturas debere esse, & sufficere probabiles, quia si Ecclesia subtilitatibus vteretur, tempore vrgentis necessitatis non inueniret, cum quibus contrahere posset *l. verum §. si locuplet. ff. de minoribus*, Glossa *in cap. 2. §. hoc ius porrectum* 10. *q.* 2. & Federicus *consil.* 119. & Cassadorus *d. decis. 1. de vsurp.* & Rota *d. decis. 244. cit. num.* 3. aiunt quod sufficiat vna coniectura, præsertim vrgens, & vehemens Quæ autem sint hæ probabiles, & verisimiles coniecturæ, seu præsumptiones tradunt Mænochius *d. casu 432. à num.* 32. Mascardus *d. concl.* 1166. *per totum*, & Genuensis *locis citatis*, pono sequentes.

29. Primò igitur vniuersaliter loquendo, id dicitur conuersum in Ecclesiæ, vel ciuitatis vtilitatem, quod insumptum est in eo, quod Ecclesia, vel Ciuitas facere tenebatur, aut in eo, in quo Ciuitas, aut Ecclesia tantundem de suis bonis erat insumptura, seu verisimiliter fuisset de proprio. ita Panormitanus *in d. cap. penult. num 8. de fideiussoribus*, Rodoanus *q. 56. cap. 2. num.* 14. Mænochius *d. casu* 432. *fine*, Mascardus *d. concl.* 1166. *num.* 33. Molina *d. iustit. tract. 2. d. disp.* 300. *num. 3. & 4.* Rebellus *de oblig iustit. p. 2. lib. 8. q. 1. sect. 3. num.* 23. Et ratio est, quia tunc Ecclesia, aut Ciuitas in ea tota quantitate facta censetur locupletior, cum tantundem de aliis suis bonis fuisset insumptura; id quod colligitur *ex l. in pupillo ff. soluto matr.* & ex his facile resolui possunt nonnulla dubia circa obligationem Monasterij ex mutuo à Prælato, vel Religioso administratore bonorum Monasterij. vel existente in scholis, vel in alio negotio extra Monasterium ex legitima licentia superioris, causa administrationis, studij, negotij, vel morbi curandi accepto, de quibus Sanchez *in summ. lib. 3. cap. 31. num. 13. ad finem.*

Si verò quod mutuo acceptum est, fuerit insumptum in eo, in quo Ecclesia, vel ciuitas nihil fuisset insumptura, idque factum sit rationabiliter, & prudenter, quia ita fieri expediebat, atque adeo vtiliter cæptum est, esto ex aliqua inopinata circunstantia, aut euentu non cesserit in Ecclesiæ aut Ciuitatis commodum, tunc etiam aiunt Molina, & Rebellus Ecclesiam, aut Ciuitatem teneri totum soluere, præsertim si is, qui accepit, & insumsit, facultatem mutuo accipiendi habebat, sed non taxatam, additque Molina id colligi aperte ex textu *in l. quod si vltro §. si autem ff. de negot. gest.* & tradi etiam à Glossa *in l. si pupilli eod. tit.* & colligitur etiam ex Alciato *in d. l. Ciuitas num. 7. ff. si certum petatur.* & Mænochio *d. casu* 432. *n.* 41. Confirmat insuper, quia administratori Ecclesiæ in eo euentu competit actio negotiorum gestorum aduersus Ecclesiam, vt sibi mutuum soluat, quod Ecclesiæ nomine prudenter eius minister accepit. Quod si imprudenter, & irrationabiliter mutuum a Prælato, vel ministro Ecclesiæ, aut Ciuitatis fuit insumptum v. g. curasset ædificandum nobile ædificium in luco non expedienti, vel effodiendam insignem piscinam, aut exornandum nobilibus marmoreis lapidibus fontem, adeo vt graue esset Ecclesiæ, & damnosum illum sumptum fuisse; hoc casu Ecclesia, vel Ciuitas tenetur solum soluere quantum inde meliorata est, & facta locupletior, licet fuerit plus expensum. vt latè tradunt Panormitanus *in d. cap. penult. num.* 9. & Mascardus *d. concl.* 1166. *num.* 33. *& duobus seqq.* & notant etiam locis citatis Molina, & Rebellus, & si plus fuerit meliorata, quam expensum, seu plus vtilitatis inde Ecclesia, aut Ciuitas perceperit, quam fuerit mutui quantitas, solùm tenetur ad expensum, seu ad solam mutui quantitatem persoluendam, vt iidem Panormitanus, Mascardus, & Molina tradunt *arg. l. in fundo ff. de rei vindic.* & quia hoc casu Ecclesia, aut Ciuitas non tenetur ex contractu, cum non dederit mandatum, sed actione de in rem verso; ac proinde solum tenetur ad id, in quo est meliorata. 30.

Secundo coniecturam probabilem versionis esse, quando constat, quod tempore contractus mutui Ecclesia, vel Ciuitas valdè indigebat pecunia, tradunt Glossa in *d. auth. hoc ius porrectum Cod. de Sacros. Eccl.* & *in cap. hoc ius porrectum* verbo *probat.* 10. *q.* 2. Azo relatus à Glossa *in §. si vero quis* verbo *profecerunt circa finem auth. de alien. & emphit* & multi alij, quos referunt Alciatus in *l. Ciuitas ff. si certum petatur*, & Mænochius *d. casu* 432. *num.* 34. ita oportet sentiant Hostensis, Guilielmus de Cuneo, Panormitanus, & Molina locis supra *n.* 20. relatis. Et probant primo ex responso Affricani in *l. vltima ff. de exerc. act.* vbi I. c. apertè consuluit creditori agenti ad pecuniæ restitutionem, quam Sticho alieno seruo mutuo dederat ad reficiendam nauim, satis esse, si hoc solum probet, quod cum pecunia crederetur, nauem in ea causa fuisse vt refici deberet. Secundo ex inconuenienti, quod alioqui contrarium tenendo sequeretur, scilicet, quod si creditor semper teneretur scire ad quem vsum conuerteretur illa pecunia, nullus inueniretur ex hoc, qui cum Ecclesia contraheret; & ob id satis esse probare, quod tunc temporis Ecclesia egebat illa pecunia; ne si minima subtilitate circa res Ecclesiarum laboremus, illa subtilitas eis in perniciem vertatur. Et hæc sententia est probabilis. 31.

probabilis. Contrarium tamen hanc coniecturam non admittentes, sentiunt Glossa *in a §. si vero quis auth. de alien. & emphit.* Alexander *in d.l. Ciuitas n.11.* dicens esse communem. & multi alij, quos referunt, & sequuntur Mænochius *d. n.34.*& Mascardus *d.concl.1166.n.8.* & ita etiam sentit Genuensis *d.q.139. n.4.* & faciunt alij suprà *tit.præcedenti n.15.* loquentes in creditore minoris ex mutuo illi dato. Non enim ex necessitate sequitur Ecclesia indiget pecunia ob talem causam, ergo pecunia mutuo data in eius vtilitatem versa est. ad textum autem *in d.l. vltima de exercit. act.* respondet Mascardus procedere in mutuo dato ei, qui habebat mandatum saltem implicitè, & ex consequenti, quod posset recipere pecuniam mutuo pro reparatione nauis; tunc enim, inquit, ad hoc vt creditor mutuans tali v. g. præposito nauis habeat actionem contra illum, qui naui præposuit Stichum, non sufficit simpliciter mutuare, sed oportet quod probet, quod tempore mutui nauis indigebat reparatione, licet aliter non doceat de reparatione nauis. Addunt ergo Mænochius *n.35.* & Mascardus *n.10.* cum Alciato *in d.l. Ciuitas n.10.* totam hanc controuersiam relinquendã Iudicis arbitrio, qui cognoscat, an probabiliter pecunia in Ecclesiæ vtilitatem versa sit, necnè.

31. Prior autem sententia (& sit tertia coniectura) procedit, vt præsumatur pecuniam versam esse in vtilitatem Ecclesiæ, vel Ciuitatis, si probata, vel constante indigentia de tempore mutui, confestim, vel paulo post mutuum necessitati illi Ecclesiæ consultum est, seu repetitur satisfactum illi causæ, ob quam mutuum fuit susceptum; vt quia reperiatur Ecclesiam esse reparatam vel Monachos indutos pannis, vel pane, & vino nutritos, licèt non appareat specificè, quod pecunia mutuo accepta conuersa fuerit in indigentiam Ecclesiæ, vel Monachorum, satis enim hac præsumptione probatur versio, & præsumitur subuentum indigentiæ ex pecunia mutuata *arg.l.fin.ff.de alim.pupillo præstandis.* & *l.si ventri §.vltimo ff. de priuil.Cred.* & cum aliis Mascardus *d.concl.1166.n.11.& 12.* Mænochius *d.casu 432.n.38.* & Genuensis *loco citato.*

33. Item (& sit quarta coniectura) si statim post mutuum appareat Ecclesiam, vel Ciuitatem emisse fundum vtilem alicuius æstimationis, præsumitur enim emptus ex ea pecunia mutuata. ita post Albericum *in d.auth.hoc ius porrectum Cod.de sacros.Eccl.* Cynum, Baldum, & alios scribentes, *ibidem*, Mænochius *n.39.* Mascardus *n.15.* & Genuensis *d.n.4.* vel si factæ sunt plures solutiones debiti, quæ non multum distant à summa iusti pretij, vt fuit dictum à Rota in Romana *deuolutionis domus 12. Feb. 1582. coram Rubeo*, & notant Genuensis *in praxi Neap. d.cap.89 n.8.* & Riccius *1.p.praxis aurea resol.3.n.1.*

34. Item (& sit quinta coniectura) cum modica pecuniæ summa fuit mutuo data, tunc enim præsumendum esse summam illam in Ecclesiæ vtilitatem fuisse conuersam post Alciatum *in d. l. Ciuitas n. 6.* tradunt Mænochius *n.37.* & Mascardus *n. 27.*

35. Item conuersio præsumitur, & dicitur facta in vtilitatem Ecclesiæ, quando conuersa est in rem Ecclesiæ perpetuo ex natura sua duraturam, puta in emptionem agrorum, seu in ædificium, vel aliam rem similem natura sua perpetuo durabilem. ita Panormitanus *in d.cap. penult.n.8.de fideiussoribus*, Alciatus *in d.l. Ciuitas n.7.* Mænochius *d. casu 432.n.40.& 41.* Mascardus *d.concl. 1166. n. 19.* Stephanus Gratianus *discept. for. cap. 45. n. 6.* Genuensis *in praxi Neap. d. cap. 89. n.7.* & alij à Menochio relati per textum *in d.cap. penultimo de fideiussoribus* & *in l. 1. & 2. ff. de impen. in reb. dot. factis*: & idem esse ait Alciatus quando pecunia fortuitò periit, antequam in Ecclesiæ vtilitatem verteretur, quod confirmant tradita suprà *n. 30.* approbat Mascardus *n. 37. & 38.* quia sufficit quod tempore contractus dicatur vtilis, licet postea efficiatur deterior, quia attenditur tempus contractus *l.si voluntate Cod.de rescind. vendit.* Rota *decis.18. p. 2. diuersorum decis. 367.n. 1.* apud Seraphinum & *alibi*, & alios cumulans Aloysius Riccius *1. p. praxis aurea resol. 1.* de quo infra *n. 101.* Et quando pecunia fuit impensa in causam natura sua perpetuo duraturam, & si ex ipso euentu non perdurauit Mænochius *d. n. 41.* ex Castrensi *consil. 338.* Mascardus *n. 39.* & Gratianus *d. n. 6.* vbi etiam ex Castrensi *consil. 337. in principio lib. 1.* ait dici vtilitatem perpetuo duraturam esse tum refectionem domorum, & emptionem stabilium; tum etiam quamcumque aliam impensam necessariam Ecclesiæ, vel alimenta Monachorum, vestes, solutionem debitorum & similia.

Item probatur, seu dicitur conuersio in vtilitatem Ecclesiæ, etiamsi Ecclesia non haberet perpetuam vtilitatem sed tantum temporalem, vt si mutuum datum sit pro colendis agris, & colligendis fructibus, & alij *vt l.fundo* & *l. sumptus* & *l. si fundi ff. de rei vendic.* & per huiusmodi textus tradunt Rebuffus *in tract. de alien. rer. Eccl. num. 72.* versic. *quæro quando dicatur*, Mascardus *d. concl. 1166. n. 32.* & Genuensis *d. cap. 89. n. 7.* Vnde etiam dicitur conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, si mutuum datum sit pro necessario Monachorum victu, aut vestitu, aut infirmitate; ita quod satis est probare, mutuum fuisse datum, & acceptum pro vestitu, aut victu, vel pro infirmitate. ita Calderinus *consil. 14. tit. de solut.* Hostiensis *in cap. 2. de solut.* Mascardus *d. concl. 1166. n. 30. & 31.* Marcus Antonius Genuensis *in practicab. Eccl. d. q. 139. n. 4.* Quare similiter dicitur versum in vtilitatem Ecclesiæ, quod fuit impensum pro necessitatibus ipsius Prælati, seu Episcopi: ita quod successor tenetur ad mutuum Prædecessoris factum pro tali necessitate tanquam pro necessitate Ecclesiæ, nam Prælatus est in Ecclesia, & Ecclesia in Prælato; & vnum alteri æquipollet *cap. scire debes 7. q. 1.* & *cap. requisisti de testamentis.* ita Panormitanus *in cap. 1. de solut.* Calderinus *consil. 1. eod. tit.* Felinus *in cap. cum dilecta n.85. de rescript.* Mascardus *d. concl. 1166. n. 31. &* Genuensis *d. n. 4.* 36.

Item plurimi facienda est coniectura, quæ ducitur seu sumitur à prudentia, & probitate administratoris, qui consueuit Ecclesiæ vtilia diligenter, & summa fide agere, vt post Glossam, Gemin. Odofr. Cynum, Albericum, & Paulum de Castro notarunt Mænochius *d. casu 432. n. 36.* & Mascardus *d. concl. 1166. n. 28.* 37.

Item optima coniectura est antiquitas temporis vt post Crauettam *de antiquit. p. 2. cap. 17. n. 13.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. d. cap. 89.* Iacobus Thoming. *decis. 22.* Riccius *in praxi aurea p. 1. de resolut. 3. n. 1.*

Item si negotium fuit tractatum coram Generali Ordinis, hoc enim videri sufficere ad præsumendam versionem, vbi concurrit præexistens, & sequens debiti solutio, tradunt Bartholus & Baldus *in auth. hoc ius porrectum. Cod de sacros. Eccl.* & notant Genuensis *d.n.8.* & Riccius *d. resolut. 3.* 38.

Denique versionem in causam expressam, & Ecclesiæ commodum probat confessio Prælati, aut Syndici concurrentibus vnà cum ipsa confessione adminiculis, seu aliis præsumptionibus; non probat autem sola confessio Prælati, & Syndici absque adminiculis. ita Baldus *in d. auth. hoc ius porrectum* Card. *in Clem. 1. de rebus Eccl. non alien. q. 30.* Mynsing. *cons. 30. n. 13. & seqq.* Rota *in Romana deuolutionis domus de Piccionibus 12. Feb. 1582. coram Rubeo*, & *decis. 258. lib. 2. diuers.* Mascardus *d. concl. 1166. n. 19. ad 27.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. d. cap. 89. num. 8.* Aloysius Riccius testans ita practicari *d. resol. 3.* & alij à Mascardo relati. 39.

Iura

Iura prohibentia alienationem rerum Ecclesiæ absque debita solemnitate; & Doctores de alienatione bonorum Ecclesiasticorum scribentes.

40. Et prædicta de præfata materia mutui ab Ecclesia, seu eius Prælato, Capitulo, vel administratore accepti, animos erat nil aliud addere ex aliis pluribus, quæ ad latissimam materiam de alienatione rerum Ecclesiasticarum spectant: verum postea maximè accedente rogatu amici, consultius duxi alia magis necessaria, vel vtilia, & in praxi frequentia scribere; & maiori, qua fieri posset breuitate, exactè tamen notare ex iuribus, & Doctoribus, qui infra allegantur. Iura autem, in quibus prohibetur alienatio bonorum immobilium, vel pretiosorum mobilium Ecclesiasticorum absque aliqua ex legitimis causis in iure expressis, & sine certis solemnitatibus, nempe consensu eorum, qui ad alienationem concurrere debent, tractatu præcedente, & Apostolico beneplacito, aliis omissis, quæ Authores *infra* allegandi recitant; sunt præcipuè can. *sine exceptione* 12. *q.* 2. totus titulus *de rebus Ecclesiæ non alienandis liber* 3. *&* 26. *Decretalium.* Clementina 1. *eodem tit.* vbi in specie prohibetur alienatio rerum Monasterij. Extrauagans Pauli 2. *Ambitiosæ eod. tit.* inter communes, in qua rerum Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac piorum locorum prohibitio fit his verbis *Ambitiosæ cupiditati illorum præcipuè, qui diuinis, & humanis affectati damnatione postposita immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque; & eorum Ministri sibi alimoniam vendicant profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento exquisitis mediis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes, omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur; concessionem, hypothecam, locationem, & conditionem vltra triennium; nec non infeudationem, vel contractum emphiteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphiteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc in Ecclesiarum euidenti vtilitate; ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetuò valitura constitutione præsenti prohibemus* &c. & alienatio aliter facta ipso facto irritatur sequentibus verbis; *alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris, vel momenti.* Et quia Religionibus concessa fuerunt varia priuilegia alienandi bona monasteriorum etiam immobilia, & mobilia pretiosa, de quibus Rodriquez *to.* 3. *quæst. reg. q.* 27. confectum compendium priuilegiorum Societatis Iesu, & Theatinorum v. *alienatio*; quibus forte Regulares nimis laxè vtebantur cum notabili Monasteriorum detrimento; ideo accessit decretum S. Congregationis iussu Sanctissimi D.N.PP. Vrbani VIII. editum die 7. Septembris 1624. cuius suprà *num.* 4. mentio facta est, in quo abrogatis omnibus indultis & priuilegiis quomodolibet Religionibus concessis S. Congregatio alienationem omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecã, locationem, & conductionem, vltra triennium, concessionem in feudum, vel Emphiteusim præterquam in casibus à iure permissis, Generalibus, & Prouincialibus, Capitulis, vel Cõgregationibus, Abbatibus, & quibuscumque Superioribus Regularibus cuiussuis ordinis intra fines Europæ existentibus sub pœna nullitatis ipso iure, absque ipsius Congregationis expressa licentia prohibuit, cuius tenorem de verbo ad verbum referunt Augustinus Barbosa *de iure vniuers. Eccl. l.* 3. *c.* 30. *n.* 16. Ioan. Anton. Nauar. *in summa Bullar. tit. de alien. rer. reg. n.* 12. Pyrrhus Corradus *de dispens. l.* 9. *c.* 1. *n.* 11. & Lezana *in sum. qq. reg. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. cui decreto eadem S. Congregatio iunxit declarationem supra *nn.* 7. adductam. Nonnulla etiam circa alienationem bonorum Ecclesiasticorum decreuit Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 11. *de reform.* item alienatio rerum Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice per pactum, earum concessio, hypotheca, locatio, conductio vltra triennium prohibita est à Paulo II. *constitut.* 2. incipiente: *Cum in omnibus*, apud Laertiũ Cherubinũ *to.* 1. *pag.* 227. similis prohibitio habetur in cõstitutione Pauli IV. & Pij IV. de quibus infra *n.* 186. De huiusmodi etiam prohibitione extant constitutiones aliorum summorum Pontificium, de quibus infra *num.* 290. & alia iura canonica & Imperatorum, quæ latè refert Pyrrhus Corradus *d. cap.* 1. *num.* 4. 5. *&* 6.

Doctores vero de rerum Ecclesiasticarum alienatione tractantes, ex quibus potissimum summariè colliguntur, quæ infra traduntur, sunt ex Iurisperitis Redoanus in tractatu speciali de hac materia, Nauarrus in commentatio *de alienatione rerum Ecclesiæ*, Couarruuias *lib.* 2. *var. cap.* 16. *&* 17. Rota Romana præsertim apud Seraphinum, Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolitana*, Camillus Borellus *in sum. decis. to.* 1. *tit.* 15. Stephanus Quaranta *in summa Bullarij* verbo, *alienatio.* Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea rerum quotidianarum fori Eccle. tit.* 1. & *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 466. & *p.* 7. *collect.* 3054. & *aliis locis.* Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. §. 4. *cum sequentibus*, Franciscus Leo *in praxi rerum fori Eccl. cap.* 15. Piasetius *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 29. *ad* 34. Ciarlinus *controu. iuris p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 105. & *p.* 2. *cap.* 183. Augostinus Barbosa *in collectaneis ad dicta iura* supra *allegata*, & *de potest. Episc. alleg.* 95. *de iure vniuerso Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. & *in summa Apostolicarum decis.* v. *alienatio* Pyrrus Corrados *d. lib.* 9. *per totum.* Ex Theologis Ludouicus Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 463. *cum seqq.* Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *cum seqq.* Valerius Reginaldus *lib.* 30. *n.* 61. *cum pluribus seqq.* Castrus Palaus *p.* 2. *tract.* 11. *disp. vnica puncto* 13. Bonacina *in tractatibus variis quæst. vnica de alienatione bonorum Ecclesiasticorum*, Layman *lib.* 3. *theol. mor. tract.* 4. *cap.* 10. Filiuccius *to.* 1. *tract.* 14. *cap.* 7. *quæsito* 6. & *to.* 3. seu *in appendice tract.* 40. (quæ appendix est opus P. Soprani) Ioannes Baptista Lezana in *summa qq. regularium p.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *cum aliquibus sequentibus to.* 2. *num.* 55. *cum aliquibus seqq.* & *to.* 3. *verbo alienatio*, Pottel *in dubiis reg.* v. *alienatio* Peyrinus *to.* 1. *priuil. Minim. in constit.* 9. *Iulij* 2. Noster Gauantus *in enchir. Episc.* v. *alienatio* & Bordonus *in qq. reg. to.* 1. *q.* 27. Igitur sit 41.

SVMMARIVM §. III.

Ad legitimam, & validam alienationem rerum Ecclesiæ duo requiruntur iusta causa, & forma, seu solemnitas legitima; & in quibus ista solemnitas consistat. n. 42.

Causa assignatur quadruplex, vrgens Ecclesiæ necessitas, euidens vtilitas, Pietas, incommoditas. n. 43. *licet rectè tantum duæ causæ possint assignari. n.* 44.

Huiusmodi causæ dicuntur casus à iure permissi, in quibus licita est bonorum Ecclesiasticorum alienatio, quæ nec per statutum potest impediri, & ad hos casus reducuntur omnes, qui in iure reperiuntur expressi. n. 43.

Quando, & quibus in casibus dicatur, & sit necessitas num. 45. *& seqq.*

Ecclesiæ res etiam immobiles, & mobilia pretiosa etiam consecrata alienari possunt pro alimentis pauperum, redemptione captiuorum, & pauperum, qui in carcere detinentur, & vniuersim pro grauibus necessitatibus non solum eorum, qui sunt de eadem Ecclesia, sed & aliorum, qui sunt de aliis. n. 45. *&* 46.

Res Ecclesiæ an possint alienari ad alendos eos pauperes, & redimendos eos captiuos, seu carceratos, qui sponte, & propria culpa in talem necessitatem inciderunt. num. 47.

Bona

Bona fideicommisso supposita an possint alienari, ad subueniendum posito in necessitate ex sua culpa ad factum non premeditata. ibid.

In alienatione pro graui necessitate seruandus est ordo, & alienari prius debent res minus vtiles, & incipiendum à mobilibus minus pretiosis, deinde ad pretiosiores, postea ad stabiles minus damnosas deueniendum &c. n. 48.

Necessitatis causa concessa eatenus valent, quatenus vrget necessitas. ibidem.

Non est sufficiens causa alienationis rei immobilis Ecclesiæ pro restauratione domus ruinosæ, quæ pauca impensa restaurari potest. ibidem.

Alienandi rem Ecclesiæ necessitas non dicitur, vbi ex fructibus Ecclesiæ absque alienatione necessitatibus potest prouideri. n. 49.

Necessitas debet esse manifesta, vt bona Ecclesiæ immobila, & mobilia pretiosa possint alienari. n. 50.

De necessitate, seu debitis, vt hac de causa liceat alienare bona Ecclesiæ, constare debet aliunde, quàm ex assertione alienantis, seu partium. n. 51.

Non creditur Notario in instrumento dicenti ex causa iusta fieri alienationem. ibidem.

Ecclesia pro necessitatibus alienans debet probare non posse aliter sibi subuenire. n. 52.

In alienatione bonorum Ecclesiæ ex causa necessitatis, vt pro æris alieni solutione Emptor tenetur probare versionem pretij in causa expressam, & Ecclesiæ vtilitatem n. 52. & 53. limitatur si alienatio fuerit facta præmissis debitis solemnitatibus. n. 54. fine.

Alienatio facta pro extinguendo censu dicitur causa vtilitatis, non necessitatis, & in hoc casu non tenetur Emptor probare versionem. n. 53.

Vt alienatio rei immobilis Ecclesiæ ex causa necessitatis seruatis seruandis facta valeat, sufficit quod sit vtiliter capta, qualemcumque finem, & exitum postea habeat. n. 55.

Bona Ecclesiæ immobilia etiam in casibus à iure permissis regulariter non possunt alienari sine assensu Apostolico. n. 57.

Si necessitas sit talis, vt non admittat moram adeundi superiorem, & adhibendi solemnitates, bona Ecclesiæ possunt alienari sine solemnitate, & assensu Apostolico. ibidem. etiam non obstante iuramento de non alienando inconsulto Romano Pontifice. ibidem.

Talis tamen alienatio sine solemnitatibus propter vrgentem necessitatem requirit postea Papæ confirmationem. n. 60.

In casu vrgentis necessitatis, vbi aliter non potest subueniri, an possint alienari bona Ecclesiæ donata cum conditione, vt non alienentur vel relicta ad certum vsum n. 57.

Relicta Ecclesiæ ad certum vsum eroganda à solo Papa possunt alienari. ibidem.

Prohibita alienatione non præsumitur prohibita alienatio, quæ fit ex causa necessaria. ibidem.

Bona Ecclesiæ pro soluendo ære alieno non possunt vendi sine assensu Apostolico, nisi creditores vrgeant coram iudice, & huius sequatur sententia, & executio n. 58.

Bona prohibita non possunt pro ære alieno soluendo alienari nisi creditores vrgeant. ibidem.

Pro soluẽdis debitis hæreditariis an absque assensu Apostolico bona hæreditatis ad Ecclesiam, vel Monasterium peruenta, & incorporata per hæreditatis aditionem possint sponte alienari, an vero solum coactè per iudicis sententiam, & executionem. eod. n. 58.

Ecclesiæ bona immobilia alienantur sine solemnitate, & assensu Apostolico pro solutione debitorum vrgentibus creditoribus, & iudice cogente, & quæ in tali alienatione considerare, & facere debeat iudex n. 59.

Pro debitis Rectoris Ecclesiæ bona Ecclesiæ alienari non debent, nec in illis exequi. n. 61.

Alia summaria vide post. num. 61.

§. III.

Notantur ea, quæ spectant ad legitimam causam alienationis rerum Ecclesiarum, aut Monasteriorum immobilium, vel mobilium pretiosorum: vbi latè de alienatione ex causa necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ.

AD alienationem legitimam, & validam bonorum immobilium, vel pretiosorum mobilium Ecclesiæ imprimis duo requiruntur, legitima, & iusta causa, vt constat ex præfatis iuribus *d. cap. sine exceptione c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* & aliis & tradunt omnes Doctores *suprà* allegati; præsertim mox allegandi. Rota apud Seraphinum *decis.* 508. & 1490. & alij allegandi infra *num. 96.* & forma, seu solemnitas legitima, quæ iuxta ius antiquum continet quatuor, scilicet, vt interueniat authoritas Prælati, tractatus, consensus Capituli, vel rectoris, & Subscriptio, & hodie iure d. extrauag. *Ambitiosæ* requiritur assensus Apostolicus, vel respectu Regularium licentia expressa S. Congregationis: hoc §. colligam tantum spectantia ad legitimam & iustam causam. 42.

Quotuplex causa, ob quam alienari possunt bona Ecclesiæ.

Quadruplex autem causa à Doctoribus assignatur. Prima vrgens necessitas Ecclesiæ, puta, si Ecclesia ære alieno grauata sit. Secunda euidens Ecclesiæ vtilitas. Tertia pietas, puta, si pauperes alendi, vel captiui ab hostibus redimendi sint. Quarta incommoditas Ecclesiæ, vt quia res magis damnosa Ecclesiæ, quam vtilis est, seu plus illi incommodi affert, quam fructus vt si longè distet, seu existat in loco remoto, & admodum incommodo, sitque modici fructus, aut alia incommoda illi adferat, ob quæ res ipsæ sunt magis damnosæ, quam vtiles ipsi Ecclesiæ, qualis esset domus Ecclesiæ, quando in singulos annos plus exponitur in illius reparationibus, quam ex eius redditibus percipitur. ita Glossa *in summa sua principio 12. q. 2.* ex Doctoribus *n. 41.* relatis Nauarrus *d. commentario n. 3.* Couarruuias *d. cap. 16. n. 8 & 9.* & *c. 17. n. 2.* Mœnochius *de arbitr. casu* 171. *in addit. n. 18. ad* 34. Quaranta *n. 3.* Aloysius Riccius *in collect. decis. p. 6. collect.* 2201. Augustinus Barbosa *d. alleg. 95. n. 23.* & *d. c. 30. n. 12. & seqq.* Camillus Borellus *d. tit. 15. n. 2.* Ciarlinus *d. cap. 105. n 46.* Redoanus *q 19. n. 2. & 3.* & alij Iurisperiti à Borello, Quaranta relati, Pyrrhus Corradus *d. lib. 9. cap. 1. n. 18. ad finem.* & ex Theologis præallegatis Molina *disp. 448. n. 2.* Azorius *cap. 1. q. 3. n. 66.* Layman *d. cap. 10. n. 3.* Bonacina *p. 4 n. 5.* Bordonus *n. 22.* Filiuccius *d. tract. 4. cap. 5. n. 1.* & alij. Et hæ causæ dicuntur casus à iure permissi, in quibus licita est bonorum Ecclesiæ alienatio, ad quos reducuntur omnes, qui in iure reperiuntur expressi Glossa *vbi suprà.* & *in cap. 2. in verbo* casibus *de reb. Eccl. non alien. in 6.* Quaranta *d. n. 3* & alij Doctores, & ob dispositionem statuti non potest impediri facultas alienandi bona Ecclesiæ in prædictis casibus permissis, ita dicit Lancelottus *in decis. nouiss. Rota* 181. 43.

Verum rectè assignari possunt tantum duæ causæ, scilicet vrgens necessitas, & euidens vtilitas; nam ad causam vrgentis necessitatis reuocatur causa pietatis, & sub causa euidentis comprehenditur quarta causa incommoditatis. Quare duas tantum causas sufficere in alienatione bonorum immobilium, scilicet necessitatem, & euidentem vtilitatem Ecclesiæ tradiderunt Rota *decis. 473. n. 1. p. 1. diuersorum*; & *in Romana inualiditatis census 24. Maij 1591. coram Pamphilio* Cantucius *in decis. nouiss. Rom. 65. num. 17. & 19.* & *decis 78. num. 3.* & *decis. 60.* & cum aliis Camillus Borellus *d. tit. 15. n. 3.* & Aloysius Riccius *in collect. decis. collect.* 2201. versic. *at solemnitatibus.* & *p. 7. collect.* 3054. versic. *causa in alienatione.* 44.

En

Ex causa necessitatis possunt alienari bona Ecclesiæ etiam immobilia; quibus in casibus censeatur esse necessitas, qua ratione de ea constare debeat, & de versione pretij in causam necessitatis an alienatio, est causa necessitatis requirat assensum Apostolicum ante, vel postea confirmationem; & alia de alienatione ex huiusmodi causa necessitatis.

45. Igitur quoad causam necessitatis; vrgentem necessitatem esse iustam causam alienandi bona Ecclesiæ immobilia, & mobilia pretiosa constat ex 1. *de reb. Eccl. non alien. in 6.* & *in Clem.* 1. *eod. tit.* & primò necessitas dicitur, & est quando est generalis, vt cum gerendum est bellum aduersus infideles Reginaldus *d.n.* 66. secundò quando est specialis; vt quando debita vrgent Ecclesiam *Auth. sancimus.* & *Auth. hoc ius porrectum. Cod. de sacros. Eccles.* Marcus Antonius Genuensis *in practicab. Eccl.* 4459. & Doctores *n.* 43. & alij, aut alia similis necessitas, putà, vel emendi cibaria ad victum, vel necessitaria ad vestitum, aut pro infirmitate Monachorum, aut Ministrorum Ecclesiæ, seu eorum, qui sunt de Ecclesia. ita Ciarlinus *d. cap.* 183. *n.* 46. & *d. cap.* 105. *n.* 58. Mænochius *in addit. ad d. casum* 172. *n.* 19. & alij præallegati, vel reparandi, seu restaurandi ædificia ruinosa. Seraphinus *decis.* 1490. Mænochius *d. n.* 19. secundò necessitas dicitur, causa alendi pauperes, alioqui fame perituros, vel redimendi captiuos *can. sacrorum. can. aurum*, & *can. gloria* 12. *q.* 2. Et quod Ecclesiæ res etiam immobiles alienari possint pro alimentis pauperum, & redemptione captiuorum tradunt omnes Doctores *n.* 43. allegati, locis ibidem citatis Mænochius *casu* 182. *n.* 4. Mascardus *de probat. concl.* 277. *n.* 5. & 7. *cum seqq.* Franciscus Leo *d. tit.* 15. *n.* 9. & 10. Baldus *decis.* 23. Couarruuias *d. cap.* 16. Rebellus *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 16. *quæst. vnica de obligat. contract. pignorat. n.* 4. alij relati ab Augustino Barbosa *collect. ad d. can. aurum*, & alij *infrà allegandi*. Item posse alienari, & vendi ad alendos, & redimendos pauperes in carcere detentos tradunt Baldus *d. decis.* 23. & cum aliis Couarruuias *d. cap.* 16. versic. *cæterum*, & versic. *Quarto.*

46. Ampliatur, vt res Ecclesiæ alienari possint ad redimendum, & subueniendum non solum extremis, sed etiam grauibus necessitatibus tum eorum, qui sunt de eadem Ecclesia, tum eorum, qui sunt de aliis proximis, ita Molina *d. disp.* 468. *n.* 2. & colligitur ex præfatis textibus, & allegatis Doctoribus. Possuntque ad id vendi, vel pignori dari non solum bona immobilia, & mobilia pretiosa, quæ non sint consecrata, sed etiam quæ sint consecrata, vt calices, vt constat ex textibus *num. præcedenti* allegatis & ex *l. sancimus Cod. de sacros. Eccles.* & notarunt Couarruuias *d. cap.* 16. *n.* 8. & Molina *d. n.* 2. Non autem pro quacumque proximorum necessitate licitum est alienare bona Ecclesiæ, sed pro admodum graui, & præsertim bona, sine quibus competens diuinus cultus non relinqueretur, vt idem Molina aduertit.

47. An hæc causa necessitatis comprehendat necessitatem, in quam quis spontè se coniecit, scilicet, an res Ecclesiæ alienari, vel in pignus dari possint ad alendos, vel redimendos eos, qui vel propria culpa, & prauis moribus, vel propter crimen in paupertatem, & inopiam, aliamuè necessitatem inciderunt, & carceribus publicis inclusi maximam alimentorum inopiam patiuntur, aut vinculis grauissimis, & perpetuis opprimuntur, non habentes vnde hæc tormenta redimere valeant. Negant aliqui apud Seraphinum *decis.* 653. *num.* 4. pro eadem negatiua faciunt Glossa *in cap. quæ in Ecclesiarum*, & alij Doctores relati à Couarruuia *d. cap.* 16. *num.* 9. versic. *Tertiò*, & quos refert, & sequitur Mænochius *d. casu* 182. *num.* 43. & *seqq.* asserentes, quod licèt aliàs ob necessitatem fatalem, seu casu contingentem, & sine culpa, vt cum quis in latrones fortuitò incidit, vel alias absque sua culpa ad inopiam redactus est, iustè possint alienari bona feudi, vel fideicommissi; non tamen iustè possint alienari ob necessitatem, in quam sua culpa incidit, etsi non præmeditata, & ordinata ad casum eiusdem necessitatis, vt si quis iuuenili calore non cogitans de crastino, multa luxu, & alea profudit, credens alia sibi superesse debere, & ideo incidit in magnam paupertatem, vel postea ære grauatus carcere mancipatus fuit; vel casu homicidium commisit: Et præter plures alias à Mænochio adductas, ratio esse videtur, quia non pium, sed impium censeri potest, res Ecclesiarum vendere, aut pignori dare ad subueniendum his, qui in paupertatem, & carceres ob propria scelera, & luxuriam inciderunt; hanc rationem adducit Glossa *loco citato* dicens, indignum esse subueniri ei, qui sua culpa eget. Contrarium, & res Ecclesiæ alienari posse ad alendos pauperes etiam eos, qui in paupertatem propria culpa inciderunt; item & ad redemptionem eorum, qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur, affirmarunt Glossa *in d. canon. sacrorum* 12. *q.* 2. & plures alij Iurisperiti, quos refert Couarruuias *d. cap.* 16. *n.* 9. versic. *contrariam sententiam*; & pro hac affirmatiua faciunt plures Doctores à Mænochio *d. casu* 182. *num.* 58. relati, asserentes posito in necessitate ex sua culpa ad factum non præmeditata & absque fraude iustè succurri posse alienando bona fideicommisso supposita; & ita videtur sentire etiam Rota apud Seraphinum *d. decis.* 653. *eod. n* 4. Couarruuias soluit difficultatem *d. num.* 9. & versic. *primum*; dicit certum esse quoties, quis constitus sit in paupertate, ita vt fame periturus sit, nisi ei subuentum fuerit, eleemosynam ei exhibendam esse, bonaque Ecclesiæ ad eius alimenta vendi posse, etiamsi is in eam paupertatem propria culpa, luxuria, prauisque moribus deuenerit *cap. pasce d.* 88. quod etiam tradunt post eum Vasquez *in opusc. de reddit. cap.* 2. §. 1. *dub.* 10. *num.* 37. & 38 Molina *d. disp.* 468. & Palaus *disput.* suprà *n.* 41. citata *p.* 15. *n.* . . versic. *sed quid.* culpa enim antecedens non impedit obligationem charitatis, quæ est de subueniendo proximo indigenti, præsertim cum præsumi possit illius culpæ pœnitere. Versiculo autem Quarto idem Couarruuias censet esse quidem pium, & licitum res Ecclesiarum vendi ad subleuandam famem eorum, qui etiam ob crimina publicis carceribus detinentur, non tamen id licere ad soluendam pœnam ipsorum delinquentium, vt à carceribus, quibus iustè opprimuntur, liberentur, & redimantur, cum hæc punitio, iusta sit, & Reipublicæ conueniens, atque adeo non expediat res Ecclesiarum alienari, & vendi ad leuitandum iustam hanc punitionem, & hoc idem probat Molina *d. disp.* 468. *num.* 2. & Palaus. *loco citato.* Addit etiam idem Couarruuias pro redimendis à carceribus his, qui ob æs alienum, & debita, inibi detinentur, non esse temere alienandas res Ecclesiarum, nisi debitores ipsi, eorum parentes vel filij ex ea carcerum oppressione fame alioqui perirent, in eoque sint constituti periculo, vt nisi à carceribus liberentur, fame sint perituri, à qua ob eorum industriam, artem, & laborem à carceribus soluti verisimili coniectura liberabuntur, qua in re, ait, omninò Prælatorum arbitria præuio diligenti examine esse exhibenda.

Porro in præfatis casibus summæ, vel grauis necessitatis ad illi subueniendum alienatio incipienda est à rebus mobilibus minus pretiosis, &, si hæ non sufficiant, distrahendæ erunt magis pretiosæ; & deinde res stabiles minus damnosæ; & denique aliæ; si enim fieri potest, parua res 48.

debet

debet prius vendi, sufficit, nec pro paruo debito Ecclesiæ res magna vendi debet, ita constat ex auth. *hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccles.* & ex *l. magis puto ff. de rebus eorum.* Redoanus *q.* 19. *num.* 91. 92. *&* 93. Mascardus *concl.* 73. *num.* 13. Quaranta *v.* alienatio *num.* 36. Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 570. *num.* 10. *&* 12. Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 51. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 89. *num.* 4. cum aliis vt Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ rerum fori Eccles.* in annotationibus ante resolutionem primam versic. *Amplia tertio*, Rota apud Seraphinum *decis.* 1490. *num.* 9. quatenus dicit non esse sufficientem causam alienationis rei immobilis Ecclesiæ pro restauratione domus ruinosæ, quæ parua impensa reparari poterat; alij Iurisperiti a Quaranta & Ciarlino relati; & indicant alij Doctores Iurisperiti, & Theologi *num.* 43. relati, qui omnes aiunt in casu summæ necessitatis bona immobilia, vel pretiosa mobilia Ecclesiæ tunc alienari posse, cum ex aliis mobilibus necessitatibus non potest succurri. Ea enim quæ propter necessitatem conceduntur, eatenus sunt valida, quatenus necessitas viget, non vltra Bartholus *in l.* 1. *§. vlt. num.* 1. *ff. de fer iis.* Gabriel *consil.* 118. *num.* 15. Redoanus *q.* 23. *num.* 14. *&* 15. Mascardus *d. num.* 13. Mænochius *d. casu* 182. *num.* 32. *ad* 35. & cum aliis Gratianus *d. cap.* 570. *num.* 11. & Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 52. & *d. cap.* 105. *num.* 65. Et de his quoad praxim latius Pyrrhus Corradus *de disp. ansat. lib.* 9. *cap.* 8. *a numer.* 13. *quia n.* 14. in huiusmodi alienatione pro necessitate Ecclesiæ ait hunc ordinem seruari solere, nempe quod si Ecclesia habet mobilia superflua, illa primò sunt alienanda, & primo loco non sacra, postea verò sacra: quæ si alienantur alteri Ecclesiæ, possunt alienari in eadem forma & figura, si verò Laicis sunt vendenda conflata & confracta *cap. hoc eius porrectum* 10. *q.* 2. Deficientibus verò mobilibus superfluis, recurrendum ad immobilia, cum sine mobilibus necessariis Ecclesia non possit deseruiri, sed bene sine immobilibus; & ex his primò minus vtilia Ecclesiæ.

49. Quare alienandi rem Ecclesiæ necessitatem non dici, vbi ex fructibus Ecclesiæ absque alienatione necessitatibus potest prouideri, censuit Rota *in decis. diuersorum* 1578. *num.* 6. *p.* 2. & apud Seraphinum *d. decis.* 1490. & cum aliis Aloysius Riccius *in praxi fori Eccl.* post *decis.* 103. *in notabilibus alienationis rei Eccles.* versic. *alienari.* & *d. collect.* 3034. versic. *alienandi rem Eccl.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap.* 1. *num.* 13. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. & Pyrrhus, *d. cap.* 8. *num.* 13. Quia licèt Prælatus seu Rector (inquit idem Pyrrhus) possit fundum Ecclesiæ pro se retinere; hoc procedit quando non subest necessitas alienandi: & sic debet ex ipsis fructibus procedere, non autẽ bona ipsa alienare, vt Rota & præfati Doctores.

50. Vt etiam sufficiat ad alienationem immobilium, vel mobilium pretiosorum Ecclesiæ vt illi prouideatur, necessitatem debere esse manifestam, & indubitatam, vt nulla tergiuersatione possit celari censuit Rota apud Cencinum *decis.* 27. & *decis.* 28. & *decis.* 36. & post Giouanonum *d. cons.* 22. *num.* 10. & alios tradit idem Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 54. & *d. cap.* 183. *num.* 37. & colligitur etiam ex Rota apud Seraphinum *decis.* 508. *num.* 11. quatenus dicit tractatum, seu inquisitionem non requiri, quando alienatio ab Ecclesia, seu monasterio fit ex causa necessitatis, quia tunc, inquit, sufficit necessitas absque alia inquisitione.

51. Propterea de necessitate, puta de debito, cui satisfieri non possit nisi alienatione bonorum immobilium Ecclesiæ, aut Monasterij aliunde debere constare, quam ex alienantis, seu partium, aut Prælati assertione tradunt Rota apud Cencium iam allegatis, Guido Papa *decis.* 152. idem Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 57. *&* 47. & *d. cap.* 183. *num.* 44. *&* 60. alij apud eundem. & dixit etiam Osascus *decis.* 171. dicens non sufficere æris alieni narrationem, sed illud subesse, probari debere, & prius Redoanus *q.* 26. *num.* 69. quia facile aperiretur via fraudibus; & ideo etiam Notario in instrumento dicenti ex causa necessitaria fieri seu factam esse alienationem non credi, post Redoanum *q.* 23. *num.* 38. Manticam *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 13. *tit.* 15. *num.* 41. & plures alios tradit idem Ciarlinus *d. n.* 47. & *d. num.* 60. & in simili de vtilitate tradunt alij Doctores à Botello *d. tit.* 15. *num.* 10. & à Mascardo *concl.* 75. *num.* 18. vbi etiam in genere tradit non credi Prælato asserenti se ex causa iusta alienasse: & communiter omnes, vt infra dicetur cum de euidenti vtilitate.

Vnde Prælato, aut Monasterio alienanti bona immobilia, vel mobilia pretiosa pro Ecclesiæ, vel Monasterij necessitatibus incumbere onus probandi non extitisse alia bona, ex quibus posset iisdem necessitatibus prouideri, tradunt Stephanus Gratianus *d. cap.* 570. *num.* 10. *&* 13. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 60. & *d. cap.* 183. *num.* 48. Giouanonus *consil.* 22. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. (vbi etiam inquit, probandum esse, quod tantum vrgeret necessitas, quantum fuit alienatum) Surdus *decis.* 316. *num.* 1. & *consil.* 148. *lib.* 1. Paulus Castr. *cons.* 247. *lib.* .. & alij, quos iidem Gratianus ad id referunt 52.

Item licet in alienatione bonorum Ecclesiæ immobilium facta ex causa vtilitatis non teneatur Emptor probare versionem pretij in Ecclesiæ vtilitatem, vt tradunt communiter Doctores, quos allegaui supra *tit. præcedenti num.* 18. tamen in alienatione facta ex causa necessitatis teneri Emptorem probare pretium versum in causam expressam, tradunt plures Doctores relati à Rota *decis.* 238. apud Stephanum, & à Riccio *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 2. *num.* 3. Stephanus Gratianus *to.* 1. *cap.* 45. *num.* 36. *&* 37. Rota in *Romana census* 29. *Ianuary* 1591. *coram Bubalo*, quam idem Riccius *ibidem* & *collect. decis.* 3054. versic. *declaro hoc procedere*, refert, & sequitur. De hoc tamen videnda sunt tradita supra *num.* 22 & adhibenda limitatio, *vt num. sequenti.* Notant autem Rota *in d. Romana census*, & Gratianus *d. num.* 37. alienationem factam pro extinguendo censu dici causa vtilitatis, non autem necessitatis, ac proinde Emptorẽ in tali casu non teneri probare versionẽ. 53.

Hinc vbi alienatio mobilium Ecclesiæ facta est pro soluendis debitis Ecclesiæ, & æris alieni solutione, emptorem teneri probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, & in eius commodum expensum tenent alios allegantes Couarruuias *lib.* 2. *var. d. cap.* 17. *num.* 3. Rota apud Seraphinum *decis.* 338. *num.* 7. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 89. *num* 7. Riccius *d. resolut.* 2. *num.* 7. & *d. collect.* 354. versic. *item limita in venditione*, Castrus Palaus *disp. sup. num.* 41. *citata p.* 15. *num.* 6. in hoc autem, & præcedenti casu ab hoc onere probationis eximi emptorem, si præmissis tractatibus, & solemnitatibus à iure requisitis pecuniam tradiderit, & res Ecclesiæ receperit, tradunt Couarruuias *d. num.* 3. *fine*, Rebellus *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 8. *q.* 3. *num.* 21. & Palaus *d. num.* 6. eo quòd tunc præsumendum sit in Ecclesiæ vtilitatem pecuniam versam esse. 54.

Vt autem alienatio rei immobilis Ecclesiæ ex causa necessitatis facta seruatis aliis seruandis valeat, sufficit quod sit vtiliter cæpta, ita quod Ecclesia non sit in damno, quocumque modo, seu qualemcunque finem, seu exitum habeat. ita Rota *diuers. decis.* 65. *n.* 4. *p.* 1. Riccius *in prima p. praxis aureæ resolut.* 14 *n.* 1. & *post resol. qq. in annotat.* & latè alios allegans Quaranta *v.* alienatio *num.* 3. secus tamen, si alienatio fiat ex causa vtilitatis, nam tunc non sufficere illam vtiliter cæptam, sed omninò, & in principio, & in fine debere esse vtilitatem, requirique Ecclesiam fieri locupletiorem, dixerunt Rota *d. n.* 4. Riccius *loco citato* & *d. collect.* 3054. versic. *si vero fiat*, & Quaranta alios allegans *d. n.* 3. de qua re *infrà.* 55.

Quamuis autẽ etiam ad alienãda bona Ecclesię immobilia, vel mobilia pretiosa etiã in prędictis casibus à iure 56.

permissis, atquè adeo etiam in casibus vrgentis necessitatis, & manifestæ requiratur assensus Apostolicus, vt tradunt Rota *decis.* an 3. *p.* 4. *diuers.* Quaranta *d. verbo* alienatio *num.* 5. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 60. *n.* 2. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 2. & 3. Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2164. versic. *& alienatio*, alij à Riccio *ibidem* relati, ac Doctores suprà *num.* 41. relati, & qui mox allegantur, & alij Communiter, quos refert Barbosa *d. num.* 3. & latius infrà *num.* 196. probabitur: tamen si immineret summa necessitas requirens tantam celeritatem alienandi; vt Papa, aliusue superior non posset adiri, & consuli absque periculo in mora, veluti, si vrgeret necessitas redimendi captiuos, vel grauis necessitas pascendi pauperes, tunc licitè, & validè fieri potest bonorum immobilium (aliis non existentibus, vel non sufficientibus) alienatio sine consensu Papæ, vel alterius Superioris, etiamsi Papæ, vel alteri fuerit iuramentum præstitum de non alienando eo minimè requisito. ita Panormitanus *in cap. fin. num.* 8. *de Eccles. ædific.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 25. *titulo* 6. *num.* 14. Saytur *decis.* 1. *tit. de reb. Eccl. non alien.* Viuius *decis.* 323. Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 1164. versic. *& Prælatus* Camillus Borellus *to.* 1. *tit.* 15. *n.* 54. Marcus Anto. Genuensis *in practicab. Eccl. q.* 458. alij Iurisperiti, & Canonistæ à Genuensi ibi, & à Quaranta *locis* mox *citandis* relati, & ex Doctoribus suprà *num.* 41. enumeratis Couarruuias *d. cap.* 16. *num.* 8. Quaranta *num.* 42. Rodoanus *quæst.* 9. *num.* 51. *q.* 13. & *quæst.* 35. *num.* 5. Piasecius *d. cap.* 5. *num.* 33. versic. *esset item licita* Hugolinus *d. cap.* 24 §. 7. *num.* 5. *versic.* 3. Augustinus Barbosa *d. alleg.* 95. *n.* 58. Ciarlinus *d. cap.* 105. *n.* 55. & *d. cap.* 183. *n.* 55. & alij.

57. An autem in casu huiusmodi vrgentis necessitatis, cui aliter non possit prouideri, possint alienari etiam bona Ecclesiæ donata cum conditione, vt non alienentur, resoluendum est affirmatiuè ex mente prohibentis tacita, seu interpretatiua, vt contra Glossam vltimam *in fine versic.* alij dicunt *in cap. verum de condit. appos.* quam sequuntur Tiraquellus *de retract. connub. ad fin. tit. n.* 15. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 7. *n.* 2. & alij relati à Botello *tit.* 15. *num.* 59. tradunt Redoanus *q.* 19. *num.* 98. & 108. Barbosa *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 14. Syluester *cum aliis v. alienatio q.* 28. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 9. & alij, quos iidem Redoanus, & Barbosa referunt, & faciunt Rota *decis.* 423. *in nouiter nouiss. Farinac.* Quaranta *num.* 36. & Doctores communiter, quos refert Mascardus *concl.* 1242. *num.* 43. asserentes prohibita alienatione, non præsumi prohibitam alienationem, quæ fit ex causa necessaria, & idem puto dicendum de bonis Ecclesiæ relictis ad certum, & determinatum vsum erogandis. Quamuis alioqui bona huiusmodi Ecclesiæ relicta ad certum vsum eroganda à solo Papa possint alienari, & ad alium vsum conuerti, vt Mastrillus *decis.* 77. Riccius *in collect. decis. collect.* 2164. Botellus *d. tit.* 15. *num.* 48. Redoanus *q.* 19. *num.* 109. & 110. & prius Baldus *in l. orphanotrophos Cod. de Episc. & cler.* versic. *sexto non* vbi tenet, quod res hospitalis potest alienari, nisi sit relicta ad certum vsum, puta, domus sit relicta ad hospitalitatem, & quando ad certum vsum quod possit mutari, & alterari vsus de authoritate Papæ, & de hac re videantur tradita infrà *num.* 133. & 134.

58. Aduertendum autem, quod licet alienatio, quæ fit ob soluendum æs alienum, quo grauatur Ecclesia, dicatur fieri ex causa necessitatis seu necessaria: Nihilominus res Ecclesiæ stabiles non possunt spontè, & ex se ab Ecclesia, seu Prælato, aut Monasterio alienari, & vendi pro ære alieno, & debitis soluendis absque assensu Apostolico, sed oportet, vt creditores vrgeant apud iudicem, accedentibus eiusdem iudicis sententia, & sententiæ executione, vt constat ex *auth. hoc ius porrectum*, & tradunt ibidem Scribentes, Quaranta *v.* alienatio *num.* 36. Redoanus *d. q.* 19. *num.* 95. (vbi dicit quod non deuenitur ad alienationem bonorum Ecclesiæ nisi vltimo loco, quando fit executio per iudicem) Rota *in collect.* à Farinacio *p.* 4. *in decis.* 203. Riccius *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 706. (vbi ampliat cum eadem Rota *in decis.* 224. etiamsi aliquis habuisset sufficiens mandatum ad alienandum, Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 58. & *d. cap.* 183. *num.* 45. & 46. & alij ab iisdem Quaranta, & Ciarlino relati;) & faciunt communiter Doctores, quos refert, & sequitur Mascardus *d. concl.* 1242. *num.* 44. docentes, quod quamuis alienatio, quæ fit ob æs alienum, dicatur ex causa necessaria, atque adeo non censeatur prohibita per prohibentem alienari bona, tamen ad eam faciendam non sufficit simpliciter subesse æs alienum, nisi etiam creditores vrgeant. Quare idem Quaranta cum Lupo *alleg.* 25. concludit, quod quando res immobiles, quæ peruenit ad Ecclesiam erat antea obligata creditoribus non potest pro illis satisfaciendo alienari absque assensu Apostolico per Prælatum ex se alienantem, licet sine præfato assensu alienatio, seu venditio fieri possit à iudice Ecclesiastico ad instantiam creditorum, sicut potest fieri propter vrgens debitum legitimè contractum ab Ecclesia, vt Glossa *in principio* 12. *q.* 2. & Panormitanus *in cap. ad nostram de reb. Eccl. non alien.* Quæ doctrina aduersatur Rotæ resolutioni *in decis.* 203. *num.* 8. *in nouissimis* Farinacij, vbi dicit, quod alienatio rei Ecclesiæ facta pro soluendis debitis hæreditariis beneplacitum Papæ non requirit, etsi per aditionem hæreditatis bona facta sunt propria ipsius Monasterij.

Vnde notandum hunc esse vnum ex casibus, in 59.
quibus inconsulto Romano Pontifice non obstante illa extrauag. *Ambitiosæ* alienatio rei immobilis Ecclesiæ fieri potest; nempè si fit ex causa necessitatis soluendi æs alienum, seu debita ab Ecclesia contracta coactè, scilicet creditore apud iudicem vrgente. ita præter Glossam, & Panormitanum *locis citatis*, Quaranta *d. num.* 36. Redoanus *d. q.* 19. *num.* 95. & Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 124. & constat ex *auth. hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccl.* & *can.* 3. §. 1. 10. *q.* 2. in huiusmodi tamen casu ad euitandas fraudes, vt notat Quaranta, primo debet adhiberi causæ cognitio, scilicet, debet iudex Ecclesiasticus examinare, vtrum debitum sit legitimè contractum, & versum in vtilitatem Ecclesiæ, iuxta *d. can.* 3. §. 1. & an verè existat causa vrgens alienandi; secundo per discussionem bonorum constare debet iudici, quod debitum ex bonis mobilibus Ecclesiæ non possit solui. Tertio vendi debet res minus damnosa, & pro paruo debito non debet vendi res magna: Quartò debet interuenire iudicis authoritas, decretum eiusdem præcedens; & denique debet fieri subhastatio, ita quod res plus offerenti detur. de qua re iterum infrà *n.* 129.

Cæterùm casu vbi summa est necessitas, & periculum 60.
in mora, si Papæ, vel alterius superioris licentia, seu assensus peteretur, tunc possit sine tali assensu fieri alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ, vt *num.* 57. dictum est: Nihilominus postea debere peti confirmationem à Papa, tradunt Redoanus *d. q.* 19. *n.* 228. Hugolinus *d.* §. 7. *num.* 5. versic. *Tertio*, & Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 55. per doctrinam generalem, quod in casu alienationis factæ sine solemnitate ob vrgentem necessitatem, postea requiritur necessariò solemnis ratificatio illius superioris, ad quem spectat licentiam concedere, vt per textum in *l. Pomponius ff. de negot. gest.* Baldus *in cap.* 1. *n.* 13. versic *ego puto* & *ibidem* Iason *n.* 1. versic. *quod dictum qui feud. dar. poss. in vsib. feud.* & rationi consentaneum est, vt superior possit examinare, an vera fuerit necessitas, vel mentita, aut mendicata, & vt tollantur fraudes, cum Prælatus eadem facilitate inducatur ad fatendā necessitatē, qua mouetur ad alienandū.

Pro complemento aduertendū etiam pro debitis curati Ecclesiæ, bona capi, aut alienari nō debere, nec in illis

exequi

exequi, vt arresto decisum refert Rebuffus *tit. de regia ad Prælaturas* §. 1. & eum referentes Riccius *p. 6. collect.* 2164. *fine.* & Botellus *d. tit.* 15. *num.* 75. quibus addo Pyrrhum Corradum *de dispens. lib. 9. c. 1. n.* 18. vbi etiam ait, quod hoc bene aduertunt ipsius Datariæ officiales in supplicationum receptione, qui illas non recipiunt, nisi in eis explicetur, quod per alienationem efficiatur melior conditio tam ipsius Rectoris, quam Ecclesiæ, cuius bona petuntur alienari. & *cap.* 8. *num.* 17. pariter dicit quod ob necessitatem personæ, scilicet Rectoris, seu beneficiati non potest ipse alienare bona Ecclesiæ, sed solùm satisfacere creditoribus de fructibus. & prædicta quoad causam necessitatis

---

SEQVITVR SVMMARIVM §. III.

Propter vtilitatem Ecclesiæ maiorem possunt bona Ecclesiæ immobilia, & mobilia pretiosa alienari. n. 62.

Vtilitas debet esse euidens, manifesta, & indubitata; nec sufficit æqualis, aut quod Ecclesia non lædatur, damnumuè patiatur. n. 64. & 65. & debet conditio Ecclesiæ fieri melior. n. 68.

Ex impositione vnius census, vt alter omninò similis extinguatur, Ecclesia non dicitur effecta melioris cõditionis. n. 64.

Vtilitas est, vbi plus habetur, quam prius. ibidem.

Alienatio vtilis non dicitur, vbi Ecclesia dimisit propria bona habita fide de re sibi in cambium assignanda, vel si facta sit, vt discedatur à lite. num. 65. & 66.

Euidens vtilitas non dicitur, cum dantur in Emphyteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata fuerunt, & data re, seu pretio æquiualente non dicitur constare de vtilitate Ecclesiæ. n. 68.

Vtilis Ecclesiæ non dicitur alienatio, nisi bona, quæ debent alienari specificentur; & præsertim in rescripto si in euidentem *requiritur talis specificatio. ibidem fine.*

Euident vtilitas alienationis in dubio non præsumitur, si facta sit sine debitis solemnitatibus. n. 69. præsumitur vero si facta sit adhibitis solemnitatibus, & assensu Apostolico, vel si per Commissarios fuerit pronunciatum pro euidenti vtilitate. n. 70.

Ecclesia asserens se in alienatione fuisse læsam, & petens restitutionem debet probare læsionem, seu non euidentem vtilitatem, vbi alienatio est facta cum assensu Apostolico; secus si sine solemnitate, & assensu Apostolico, nam tunc vtilitas probanda est per emptorem. n. 71.

Si Rector asserat causas alienationis esse falsas, onus probandi ei incumbit, vbi alienatio rei Ecclesiæ fuerit confirmata. ibidem fine.

Non obstante alienationis confirmatione, & quod facta fuerit cum debitis requisitis, Ecclesia adhuc potest probare se læsam ad effectum, vt restituatur in integrum. n. 72.

Damno, seu defectu iusta causa probato per Ecclesiam, nulla erit alienatio, licet à iudice vigore gratiæ si in euidentem *fuerit confirmata. ibidem.*

Euidens Ecclesiæ vtilitas debet plenè, & euidenter probari. num. 73.

Ideo eam non probat sola confessio, seu assertio Prælati alienantis, seu partium ibidem.

Notario etiam in Instrumento asserenti in alienatione bonorum Ecclesiæ interuenisse vtilitatem Ecclesiæ, & solemnitates non creditur. ibidem.

Instrumentum locationis licet non sufficiat ad probandum verum rei valorem, sufficit tamen ad probandum non vtilitatem, & damnum Ecclesiæ. ibidem.

In dubio pro decreto Commissariorum præsumitur, & sic quod euidens vtilitas adfuerit. n. 74. & 81.

Admittitur tamen probatio in contrarium, & quod non subsit euidens vtilitas. iisdem numeris.

Si in confirmatione, seu interpositione decreti non præcesserit diligens, & debita causæ cognitio non præsumitur vti-

damnum. ibidem.

Commissarius per gratiam si in euidentem *delegatus super euidenti vtilitate, an, & quando debeat examinare testes cum citatione partis, seu iudicialiter, siue extraiudicialiter se informet. n. 75. 76. & 77.*

Clausula si sibi legitimè constiterit *importat causæ cognitionem, & partis citationem. n. 78. & 88.*

Clausula extraiudicialiter *non tollit partis citationem. ibid. & num.* 88.

In tali tamen casu non in quolibet actu, sed vnica citatio sufficit pro valida informatione. ibid.

Commissarij assertioni quoad euidentiam vtilitatis an stetur, donec contrarium probetur. n. 77.

Si in commissione adsit clausula vocatis vocandis *requiritur partis citatio, & iudicialis informatio. n. 78.*

Eadem clausula vocatis vocandis *intelligitur de habentibus interesse, non de his, qui pro solemnitate adhibentur. ibidem.*

Si in commissione adsit clausula, si sibi legitimè constiterit, *requiruntur plenæ, & veræ probationes. ibidem.*

Sufficit citatio Rectoris alienantis, licèt non comparuerit, sufficit etiam quod fuerit præsens, licet non fuerit citatus, nec requiritur citatio quando Rector Papæ supplicaret, tamen esset clausula vocatis vocandis, *quæ esset intelligenda de aliis. n. 79.*

Testes, qua ratione deponere debeant super euidenti vtilitate, vt fidem faciant. n. 80.

Etsi in dubio præsumitur pro decreto Commissarij, & hic pro euidenti vtilitate, & admittatur probatio in contrarium, hæc tamen probatio requiritur valdè clara per testes valdè graues. n. 81.

Quando cesset præsumptio pro decreto. ibidem.

Diuturnitas temporis non sufficit ad præsumendum decretum, & confirmationem Commissariorum, nisi appareat contenta in rescripto commissionis verè fuisse exequuta. num. 82.

Quæ requirantur ad præsumendum decretum Commissariorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ. ibid.

Sententia vigore gratiæ si in euidentem *à Commissario lata non est necesse, vt iustificetur ex actis. ibid.*

Nec validitati alienationis obstat, quod fuerit lata eodem die præsentationis gratiæ. ibidem.

Confirmatio alienationis rei Ecclesiæ à Commissario contra formam, & qualitatem Commissionis est nulla. n. 83.

Commissarius non potest excedere fines commissionis. ibid.

Quod fit præter formam commissionis, est ipso iure nullum. ibidem.

Commissarius nihilominus Apostolicus de consensu partium potest ad maiorem Ecclesiæ vtilitatem augere canonem, licèt in rescripto de hoc nihil dicatur. n. 84.

Quando commissio pinguius adimpletur, Commissarij non dicuntur egredi commissionis formam. ibid.

Commissarius de subreptione assensus Apostolici cognoscere potest, & malè impetrantem condemnare ad expensas, & abutentem rescripto Apostolico in expensis, & damnis alteri parti. n. 85. & 86.

Commissio facta, in si in euidentem, *expirat mortuo Pontifice concedente, si ante eius obitum non præsentetur. n. 87.*

Commissio cum clausula, si ita est, seu ita esse inueneris, & vocatis vocandis, *ad sui exequutionem requirit causæ cognitionem, & per eum non constituitur Commissarius merus executor, sed mixtus. ibid.*

Executorie mixti potestas expirat morte concedentis re integra; secus cum quis est merus executor. ibid.

Intellectus ad cap. Si super gratia de offic. deleg. in 6. *ibid.*

Commissarij, quibus committitur, si in euidentem *sunt veri iudices, & non meri exequutores & quare.* 88.

Debent esse in dignitate aliqua constituti. ibid.

Possunt tamen esse Canonici Ecclesiæ Cathedralis. ibid.

Alteri vices suas demandare non possunt. n. 89.

Alia summaria de spectantibus ad causam euidentis vtilitatis, vide post num. 90.

Ea, quæ spectant ad causam euidentis vtilitatis alienationis bonorum Ecclesiasticorum notantur à num. 62. ad 141. *vbi qualis, & in quo consistat hæc euidens vtilitas; qua ratione de ea constare debeat; an tollat subreptionem; sola reddat alienationem validam; quo tempore attendatur, in ea consideranda, quæ attendenda; an eius causa res liberanda plus offerenti; alienari possint relicta cum conditione, vt non alienentur, & relicta ad certum vsum, & valeat alienatio facta contra iuramentum non alienandi.*

63. Quoad causam vtilitatis, quod propter Ecclesiæ vtilitatem maiorem, vt scilicet res melior, atque vtilior habeatur, seu compareтur, licita sit & permissa alienatio bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium pretiosorum constat tum ex iure ciuili *l. iubemus circa finem Cod. de sacros. Ecclesiis §. si vero aliquis Auth. eodem. Auth. de non alien. aut permut. §. hæc igitur; Auth. de alien. & Emphyt. §. si vero aliquis quamlibet rem immobilem.* & *§. si vero quis voluerit circa finem Auth. & §. Sanctissimi vero.* quos textus ad id adducit, & expendit Redoanus *q. 20. n. 16.* tum ex iure canonico *cap. fine exceptione 12. q. 2. cap. nulli de reb. Eccl. non alien. c. 1. de reb. non alien. in 6. & Clem. 1. eodem tit. & ita Doctores omnes* suprà *n. 43. allegati*, & qui infra allegantur

63. Ista autem vtilitas debet esse euidens, clara, manifesta, & indubitata, vt nulla tergiuersatione celari possit, ita vt conditio Ecclesiæ patenter clarè, & manifestè melior fiat, & locupletior. ita Corneus *consil. 243. l. 2.* Rota *decis. 40. p. 1. diuers. decis. 65. num. 19.* & *decis. 178. num. 10. p. 2. diuersorum. decis. 544. num. 5.* & *decis. 624. num. 3. p. 2. in recentior.* Farinacij. *decis. 430. num. 4. p. 2. in iisdem recent.* Farinacij., in Romana inualiditatis census 24. *Maij* 1591. *decis. 243. num. 5.* apud Paulum de Rubeis *to. 3.* diuersorum quinto. & alibi sæpè prout eam Aloysius Riccius *locis refert infra allegatis*, Cæsar de Grassis *decis. 4. num. 7. tit. de reb. Eccl. non alien.* Marcus Antonius Genuensis in practicab. Ecclesiæ *q. 125. num. 4.* & *in praxis Neapol. cap. 89. num. 1.* Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum 172. num. 23.* & ex Doctoribus suprà *num. 41. allegatis* Redoanus *q. 20. num. 83. & seqq.* Quarantа *num. 3. & num. 12.* Ciarlinus *d. cap. 105. num. 48.* & *d. cap. 183. num. 37.* Riccius 1. *p. praxis aureæ in initio sub rubrica, causæ num. 1. 2. & 3.* & *in collect. decis. p. 7. collect. 354.* versic. *& ista vtilitas p. 8. collect. 3874.* & *p. 9. collect. 4214.* versic. *infertur quartò & infertur quintò. & alij ab eodem* Riccio *d. num. 2. & 3.* relati ac Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 4. num. 51. & 52.* (vbi ex Redoano *q. 20. num. 8.* notat euidentem, seu maiorem vtilitatem attendi ex valore proprietatis rei, redditu, vel prouentu, æque vicina, æque commoda, & æque causa) *cap. 5. num. 40. & 43.* & *cap. 10. num. 11.* & constat *ex d. c. sine exceptione* ibi *nisi forte aliquorum horum faciat, vt meliora prospiciat*: & ibi *quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ.*

64. Vnde alienatio rei Ecclesiæ non dicitur vtilis, vbi Ecclesia recipit quantum dimisit. ita Rota *in d. decis. 430. n. 6. p. 2. recent.* apud Farinacium, & *in d. Romana inualiditatis census* (in qua Domini dixerunt ex impositione vnius census, vt alter omninò similis extinguatur, non dicitur Ecclesiam effectam melioris conditionis) Mænochius in *addit. ad d. casum 172. n. 33.* Riccius *d. collect. 4214.* versic. *infertur tertio* & 1. *p. praxis aureæ resolut. 107.* & Augustinus Barbosa *collect. ad cap. 1. n. 3. de reb. Eccl. non alien.* & *collect. ad cap. fine exceptione n. 2. 12. q. 2. & de iure vniu. Eccl. lib. 3. cap. 30. n. 17. fine.* vtilitas enim est (vt bene Mænochius) quæ plus haberi præsupponit, quàm habeatur prius. Quamuis cōtrarium dixerint Panormit. *cons. 41. l. 1.* Felin. *cons. 42. n. 4.* ver. tertio *moueor.* & Azor. *p. 2. l. 9. c. 2. q. 8.* asserentes sufficere ad valorem alienationis, si rei pretium conuertatur in rem; ex qua Ecclesia percipiat redditum parem; quæ tamen traditio non est admittenda.

Censuit etiam Rota *in d. decis. 430. n. 5. p. 2. recentior.* alienationem vtilem non dici, vbi Ecclesia diuisit propria bona habita fide de re sibi in cambium assignanda.

Sicut etiam alienationem factam ab Ecclesia, vt discedatur à lite non dici vtilem, dixit Rota *decis. 312. num. 5. diuersorum*, & refert Riccius *d. collect. 4214.* versic. *infertur decimo.* 66.

Ex quibus contra Panormitanum, Felinum, & Azorium locis *num. 64.* allegatis infertur in alienatione facta ex causa vtilitatis vt valeat non sufficere, quod Ecclesia non patiatur læsionem, seu damnum, sed omninò requiri, vt adsit vtilitas. ita Geminianus *in d. cap. fine exceptione*, Petrus Rebuffus *in compendio alienationis rerum Eccl.* versic. *vt meliora num. 71. litera* M. & Genuensis *d. q. 125. num. 4.* & post alios Riccius *d. resolut. 107.* Augustinus Barbosa *d. cap. 30. eodem n. 17.* vt enim alienatio rei Ecclesię facta non ex causa necessitatis, sed vtilitatis, valeat, debet esse vtilis; ad effectum autem vt vtilis Ecclesiæ dici possit, necesse est, vt eius conditio melior, & locupletior efficiatur, vt constat ex dictis *num. 63.* & *Doctoribus ibidem allegatis.* & in specie tradit Rota *d. decis. 65. n. 4.* & *decis. 23. p. 2. diuersorum* per textum *in l. pupilli ff. de negot. gest.* Vnde in locatione rei Ecclesiæ non sufficere, vt Ecclesia non sit damnificata, sed requiri præterea, vt lucrum sentiat, post alios tradit Riccius loco citato, & Pyrrhus *d. c. 10. n. 11.* vbi propterea ait quod in permutatione rei Ecclesiæ non sufficit quod Laicus det Ecclesiæ rem æquiualentem ad hoc vt permutatio dicatur facta cum vtilitate, eo quod Ecclesiæ non est dandum æquiualens pro re Ecclesiæ, sed res quæ sit maioris pretij; nam cum datur res æquiualentis pretij; tunc dicitur, constare de damno, vt præiudicio facto Ecclesiæ ex dubio *cons. 142. num. 3.* relato per Redoanum *q. 20. n. 172. 173.* 67.

Ex quo non dicetur euidens Ecclesiæ vtilitas, cum dantur in Emphiteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata fuerint, ob idque alienari non possunt. ita Borginus Cacalianus *decis. 45. num. 36.* (vbi concludit, quod debet esse pretium maius, vel aliquid Ecclesiæ donari; & quod conditio debet esse melior quàm antea) Barbatia *consil. 12. num. 20. lib. 3.* Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ, initio sub* d. rubrica causæ versic. *Amplia secundo*, alios allegans præsertim Imolam *in cap. ad aures de reb. Eccles. non alien.* vbi censuit non sufficere, quod detur æquiualens pretium, quia alienatio non erit vtilis Ecclesiæ, sed damnosa, ex quo vtili dominio priuatur; quod etiam resoluit Rota *in Romana bonorum 12. Decembris 1599. coram Canturio*; & data re æquiualenti Ecclesiæ non dici constare de vtilitate, sed de damno post Decium *cons. 142.* Tradunt Riminaldus minor *consil. 233. lib. 3.* & Redoanus *d. q. 20. n. 173.* 68.

Amplius alienatio bonorum Ecclesiæ non potest iudicari facta in euidentem vtilitatem, nisi bona, quæ alienari debent, specificentur. Rota *decis. 624. n. 3. p. 1. in recentior.* Farinacij. Humanum enim iudicium circa manifesta fertur non circa occulta *can. erubescat d. 32.* Quod fortius procedit cum in rescripto *si in euidentem*, requiritur talis specificatio vt Rota ibidem *n. 1.* & necessitate specificationis bonorum alienandorum faciendorum in supplicatione, & in resumpto iuxta stylum hodiernum Romanæ curiæ Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 4. num. 20. & 21.* 69.

Alienatio

Alienatio Rei Ecclesiæ in dubio an præsumatur vtilis.

69. Infertur etiam ex eo, quod ista vtilitas debet esse euidens, alienationem rei Ecclesiæ in dubio non præsumi vtilem, cum absque causæ cognitione, & debitis solemnitatibus facta est, & etiam ita Mænochius in *d. addit. num.* 23. Caualcanus *d. decis.* 45. *d. n.* 36. *&* 52. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 50. Quaranta *n.* 12. versic. *& licet* Borellus *in summa decis. tit.* 15. *num.* 27. & alios allegans Aloysius Riccius vbi supra *n.* 5. & alij etiam à Mænochio *relati*. & Rota *decis.* 181. *num.* 3. *&* 4. *parte* 1. *diuersorum*; & ratio est, tum quia cum hæc vtilitas sit quid facti, non præsumitur; tum quia quando integralis forma non est seruata, non præsumitur vtilitas Ecclesiæ, sed damnum, vt post Baldum *in l. quicunque Cod. de seruis fug.* tradit Auendan. *de exequen. mand. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 31. & post eum Riccius *loco citato*. Quapropter addit Mænochius, quod is, qui asserit alienationem factam fuisse in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, probare debet, quod idem tradunt alij relati à Riccio vbi supra *num.* 5. imò eiusmodi vtilitatem debere euidenter probari, fuisse decisum testatur Polidorus Ripa *decis.* 394. quem Riccius loco citato refert.

70. Quod si alienatio rei Ecclesię facta sit seruata forma, & adhibitis debitis solénitatibus, & cum assensu Apostolico, tunc præsumi vtilem tradunt communiter Doctores, quos referunt & sequûtur Mænochius *n.* 25. Couarruuias *l.* 2. *var. cap.* 7. *n.* 2. *versus finem*, & Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 13. *n.* 2. & *p.* 7. *collect. collect.* 3054. versic. *alienatio rei Ecclesiæ*. & Rota *d. decis.* 481. & *decis.* 479. *num.* 1. *p.* 1. *diuersorum*, *decis.* 370. apud Seraphinum & alibi sæpè vt videre est apud Riccium, & idem tradit Genuensis *in practicab. Eccl. q.* 126. idem post alios tradit Mænochius *in d. addit. ad casum* 172. *num.* 24. & etiam si per Commissarios fuerit pronuntiatum pro euidenti vtilitate alienationem præsumi vtilem tradit Rota *decis.* 479. 1. *p. diuers. decis.* 508. *n.* 5. & *decis.* 1125. *n.* 5. apud Seraphinum *decis.* 201. *n.* 31. *p. in recentioribus* Farinacij, *& decis.* 684. *n.* 1. *p.* 2. in iisdem recentioribus: & latè Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 11. *n.* 13. *circa finem*: & ratio est quia in dubio præsumitur pro executoribus vt Abbas *consil.* 41. Decius *consil.* 341. *n.* 12. Capycius *decis.* 6. *n.* 4. & sæpissimè censuit Rota præsertim *in Senogalliensi soluta.* 13. *Febr.* 1580. coram Costa.

71. Hinc Ecclesiam asserentem in alienatione fuisse læsionem, seu petentem restitutionem propter læsionem debere probare læsionem, seu non euidentem vtilitatem tradunt Couarruuias *d. n.* 2. Mascardus *de probat. concl.* 1179. *n.* 5. Genuensis *d. q.* 126. & *q.* 139. *n.* 3. Riccius *d. resolut.* 13. *n.* 2. & *p.* 7. *collect.* 3054. versic. *unde dicemi*. Augustinus Barbosa *collect. ad cap. ad nostram n.* 4. *de reb. Eccl. non alien.* alij à Mascardo & Riccio allegati, & Rota *decis.* 78. *n.* 3. *p.* 2. *diuers.* & *decis.* 684. *n.* 1. *in recentioribus* Farinacij in Mediolanensi *bonorum* 10. *Ianuarij* 1594. coram Pamphilio: & in Romana *deuolutionis domorum* 26. *Martij* 1594. *coram eodem Pamphilio & in decis.* 78. *n.* 3. *p.* 2. *diuersorum* & *decisione allegata* 1125. *n.* 5. apud Seraphinum facit vt alienatio præsumatur vtilis Ecclesiæ donec contrarium probetur. Quare quod eadem Rota *decis.* 607. *n.* 1. 1. *p. diuers.* dicit (& repetit Riccius *in collect. decis. p.* 9. *d. collect.* 4214. *versic. infertur duodecimo*) scilicet vtilitatem Ecclesiæ esse probandam per emptorem, non per Ecclesiam, quæ semper læsa præsumitur, procedit, quando alienatio facta est absque solemnitatibus, & assensu Apostolico; loquitur enim in conductore rei Ecclesiasticæ, qui absque assensu Apostolico reconduxerat, & non constabat de vtilitate Ecclesiæ tempore reconductionis, quod attendendum erat iuxta Paulinam *Ambitiosæ*, & ideo dixit Rota euidentem vtilitatem fuisse tempore reconductionis probandam per conductorem, non per Ecclesiam.

Et ita quando alienatio rei Ecclesiæ est confirmata Rectori Ecclesiæ asserenti causas esse falsas, incumbit onus probandi; vt post Abbatem, & Parisium Couarruuias *d. num.* 1. & Riccius *d. resolut.* 13. *n.* 4. & Rota *in Bononiensi Sancti Apollinaris* 24. *Martij* 1586. *coram* Orano.

72. Verum cum non obstante, quod alienatio fuerit facta cum debitis solemnitatibus, possit ad effectum, vt restituatur in integrum, probare se læsam, seu non vtilitatem, & non adfuisse causam vt tradunt Couarruuias *d. n.* 2. Mænochius *n.* 26. Genuensis *d. q.* 126. Augustinus Barbosa *d. collect. ad cap. ad nostram* 3. Riccius *p.* 7. *collect.* 3054. *versic. alienationis contractus.* & *versic. in alienatione rei Ecclesiæ.* Pyrrhus *d. num.* 13. *initio*, alij Iurisperiti à Barbosa, & Genuensi allegati; & Rota *in lucerna de Cabitrano* 24. *Nouembris* 1570. coram Lancelloto relata à Riccio vbi supra, & apud Seraphinum *decis.* 508. *num.* 5. si læsio, vel damnum probetur, alienatio erit nulla non obstante iudicis decreto, seu etiamsi à iudice Commissario fuerit confirmata vigore gratiæ, *si in euidentem*, & solemnitas sit adhibita; ita Mantica de *tacitis, & ambiguis convent. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 55. Quaranta *v.* alienatio *num.* 12. versic. *licet*, Genuensis *d. q.* 126. *n.* 2. Riccius *d. resol.* 13. *num.* 3. & *d. collect.* 3054 versic. *& quando potest* Pyrrhus *d. num.* 13. alij Iurisperiti à Genuensi, & Riccio relati. & Rota *d. decis.* 181. *num.* 4. 1. *p. diuersorum.* Deficiente enim causa alienandi, quæ est necessitas, vel vtilitas, vt *suprà* dictum est, alienatio ipso iure est nulla, vt Rota *d. decis.* 181. *num.* 1. alij à Genuensi, & alij citati supra *num.* 43. *&* 44. & Doctores communiter asserentes alienationem bonorum Ecclesiæ esse nullam, si causa deficiat.

Euidentiam vtilitatis non probat sola assertio Prælati alienantis, seu partium, neque assertio instrumentalis Notarij, neque Commissariorum decretum, quin admittatur probatio contrarij.

73. Ex eodem capite, quod vtilitas in alienatione rei Ecclesiæ debet esse euidens, & clara, ac manifesta, vt *n.* 63. probatum est, infertur debere plenè probari, & ideo non probari per solam assertionem Pręlati alienantis, seu partium. ita Rota *d. decis.* 181. *num* 3. & 475. *num.* 1. & *decis.* 716. *n.* 1. *p.* 1. *diuers.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol cap* 89. *num.* 2. Borellus *d. tit.* 15. *num.* 10. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ initio*, rubrica *causa num.* 4. & *decis.* 3. *num.* 1. & *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 2201. versic. *infertur secundo*, & *p.* 8. *collect.* 3874. versic. *infertur quinto*, Caualcanus *d. decis.* 45. *num.* 49 Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *d. cap.* 30. *num.* 16 Doctores citati supra *num.* 51 & *num.* 55 & alij apud præallegatos & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *num* 47. & *cap.* 5. *num.* 1. 53. *& seqq.* item de huiusmodi vtilitate debere euidenter apparere aliter quam per scripturam publicam, atque adeo non credi Notario, si in instrumento asserat in alienatione bonorum Ecclesiasticorum interuenisse vtilitatem Ecclesiæ, & alias solemnitates, tradunt Redoanus *q.* 20. *num.* 130. Caualcanus *d. decis.* 45. *num.* 30. Mænochius *in d. addit. ad casum* 172 *num.* 22. Guido Papa *decis.* 151. Borellus *d. num.* 10. Riccius, Pyrrhus *locis citatis* Rota apud Cencium de censibus *decis.* 27. *num.* 4. *&* 5. & *decis.* 18 *num.* 5. & *decis.* 36 *num* 7. & alij à Riccio allegati. In præsenti enim materia vtilitas nedum debet esse euidens, vt tradit post alios Rota *decis.* 508 *num.* 12. *fine* apud Seraphinum; sed euidenter probari, vt suprà *num* 69. dictum est. Porrò Rota *decis.* 65. *num.* 24. *p.* 2. *diuersorum* censuit, quod licèt Instrumentum locationis non sufficiat ad probandum verum valorem rei, sufficiat tamen ad probandum non vtilitatem, & damnum Ecclesiæ.

74. Imò licèt Commissarij declarauerint alienationem cessisse in vtilitatem Ecclesiæ euidentem, & pro eorum decreto in dubio præsumatur, & sic fuerit euidens vtilitas, vt dicit Rota apud Seraphinum *d. decis.* 508. *n.* 5. Botellus *dicto tit.* 15. *num.* 11. & alij qui infra *num.* 81. allegantur. tamen poterit probari contrarium, quod non subsit neque necessitas, neque euidens vtilitas; vt præter Doctores *n.* 72. *initio* citati tradunt. Rota *in decis.* 508. *n.* 8. & *dec.* 178. *n.* 4. *p.* 2. *diuersorum.* Caualcanus *d. decis.* 45. *n.* 78. plures alios allegās, Pyrrhus *d. cap.* 5. *n.* 45. & Riccius *p. praxis aurea initio*, sub dicta rubrica *causa. n.* 4. & *resol.* 8. *num.* 2. & præsertim quando istud contrarium ostenderetur ex actorum inspectione vt Alciatus *de præscript. reg.* 3. *præsumpt.* 5. *limit.* 4. Addit *ibidem* Riccius ex Caualcano *d. n.* 52. quod licèt præsumatur pro decreto, non tamen præsumitur, quod adsit euidens vtilitas. Quod (ne aduersetur traditis suprà *num.* 70.) videtur intelligendum, quando non apparet, quod præcesserit causæ cognitio diligens, & debita iuxta tenorem rescripti, *si in euidentem*; quia forma integrè non seruata, non præsumitur Ecclesiæ vtilitas, sed damnum, vt supra *n.* 69. dictum est.

Commissarius, cui commissum est si in euidentem *an teneatur super euidenti examinare testes, & citare partes; in dubio præsumitur pro eius decreto, eiusque assertioni de euidenti vtilitate stetur; admittat probationem in contrarium, & ex diuturnitate temporis præsumatur Commissariorum decretum in alienatione interuenisse, & nonnulla alia Commissariis delegatis per,* si in euidentem.

An autem ad prædictæ causæ cognitionem Commis-
75. sarius in gratia *si in euidentem* à Papa delegatus teneatur super euidenti vtilitate examinare testes, & citare partes. Commissarium deputatum in *si in euidentem*, debere quidem examinare testes sed non teneri citare partes, sed satis esse si se extraiudicialiter informet non seruatis solemnibus iudicij tradidit Panormitanus *consil.* 41. *n.* 1. *l.* 1. quē sequitur Rodanus *q.* 23. *n.* 73. & 74. & sequuta etiā fuit Rota *in Laudensi bonorum* 8. *Iunij* 1588. *coram Gypsio.*

76. Verùm contrarium, & debere euidenter constare de vtilitate Ecclesiæ per testes citata parte examinatos, & alias legitimas probationes tradunt Rota Bononien si *decis.* 1. Petr. Benini; Rubin. *decis.* 22. Crescentius *decis.* 12. *de priuileg.* & Seraphinus *dec.* 1307. (vbi expresse dicitur processum super alienatione rei Ecclesiæ non citata Ecclesia esse nullum & *decis.* 716. *n.* 3. *diuers.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neap. cap.* 60. *n.* 21. & alios allegans Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 104. & post resolut. 106. *in annotat.* versic. *secundo.* & constat ex Stylo hodierno, quo in Breui Apostolico ponitur clausula, *si sibi legitimè constiterit*, quæ importat causæ cognitionem, & partis citationem, vt Glossa *in Clem. præsenti de censibus* Crescentius *d. decis.* 12. & alij à Riccio, & eodem Crescentio allegati. Imo etiamsi Papa dixerit, quod se extraiudicialiter de euidenti vtilitate informet, & constito summariè, & extraiudicialiter de ipsa confirmet alienationem (vt solere fieri à Papa commissionem ait Crescentius *d. decis.* 12.) per illa verba *extraiudicialiter*, non censeri sublatam citationem partis tradunt idem Crescentius *ibidem.* Bellemera *decis.* 672. alij citati ab Additionatore ad *d. decis.* 12. Crescentij. & Rota *in Conchensi bonorum* 13. *Iunij* 1591. *coram Mantica*; cùm tamen non procedatur iudicialiter, non in quolibet actu, sed vnicam citationem pro informatione sufficere post alios tradit idem Crescentius. Quamuis contrarium, & in huiusmodi processibus super euidenti vtilitate, in quibus non proceditur iudicialiter, sed inter volentes non esse necesse, vt testes examinentur parte citata, & datis articulis post Panormitanum *d. consil.* 41. Decium *consil.* 242. & Capyciū *decis.* 16. dixit Rota *dec.* 479. *n.* 2. & *in Leodiensi census* 15. *Ianuarij* 1597. *corā Cord.* Et hanc opinionē hodie practicari testatur Riccius *d. resolut.* 104. *n.* 1. *fine.*

At in hac materia informationis super vtilitate Rota 77.
d. decis. 716. *n.* 4. *p.* 1. *diuersorum* & *decis.* 160. *n.* 8. *p.* 2. *diuers.* distinguit, nam vel Papa simpliciter committit alicui, vt se informet derogando Paulinæ, aut committit, vt se informet per receptionem testium, & probationum, & sic iuxta formam Paulinæ, illi non derogando; si hoc secundo modo fiat commissio, testes sunt examinandi citata parte, & etiam informatio aliundè probari debet, quam ex assertione Commissarij. ita tradit Rota *d. decisionibus citatis & numeris*, & post eam Quaranta *v. alienatio n.* 12. versic. *licet.* & procedunt tradita *num. præcedenti.* Si verò commissio fiat primo modo tunc non est necesse examinare testes parte citata, inquit Rota *dictis decisionibus.* & *dicta decis.* 716. *eodem n.* 4 ait in his terminis Panormitanum *d. consil.* 41. fuisse loquutum, & hoc idem cum aliis dicit Aloysius Riccius *d. resolut.* 104. *n.* 5. & *p.* 2. *collect.* 3054. versic. *in confirmatione alienationis*, & ita hodie saluari similes processus ait Rota *d. n.* 4. quia delegato committitur, vt se informet; *& si ita reperierit &c. confirmet derogando Paulinæ*, & in simili casu *ibidem* dicit stari assertioni Commissarij, quoad euidentiam vtilitatis, donec contrarium probetur; & idem post eam Quaranta *loco citato.* & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 10. & *num.* 44. & ita intelligendi erunt Doctores supra *n.* 74. & infra *n.* 81. & alij relati à Botello *dicto tit.* 15. *num.* 11. dum asserunt, si Prælatus Commissarius delegatus à Papa facit in Instrumento assertionem in alienatione rerum Ecclesiæ adhibuisse diligentiam, seu per ipsum fuisse obseruatas solemnitates & requisita, & pro euidenti vtilitate alienationem factam fuisse, stari eius assertioni Quamuis Marcus Antonius Genuensis teneat indistinctè semper debere constare euidenter de vtilitate Ecclesiæ, & non sufficiat per solam assertionem Commissariorum in instrumento, seu decreto; quod idem indicat Caualcanus *d. decis.* 45. *num.* 181. & Quaranta *d. num.* 12. vt notatur infra *num.* 81. *fine.*

Quod si in commissione adesset clausula *vocatis vocandis*, tunc requiritur citatio partis, & iudicialis informatio, vt per textum *exhibita* Panormitanus *ibidem n.* 6. *de iudiciis*, Decius *consil.* 273. *num.* 2. Pyrrhus Corradus *de dispensationibus lib.* 9. *c.* 5. *n.* 7. Rota *decis.* 300. *de rescriptis in nouis decis.* 624. *num.* 5. *p.* 1. *in recent. Farinacij.* & *in Leodiensi Census* 29. *Ianuarij* 1596. *coram Orano.* & Riccius *locis citatis.* Huiusmodi autem clausulam *vocatis vocandis*, Rota *decis.* 338. *num.* 3. apud Seraphinum ait intelligendam de his, quæ habent interesse, non vero de his, quæ pro solemnitate adhibentur, & Ecclesiæ bonorum alienationem admissam à Papa, *si in euidentem* &c. non esse validam nisi citato Episcopo vel eius Promotore, maximè quando adest clausula *vocatis vocandis*, tradit Rota *decis.* 624. *num.* 4. & 5. *p.* 1. *Farinacij.* 78.

Item si in commissione adsit clausula, *si tibi legitimè constiterit*, tunc requiruntur plenæ, & veræ probationes iuxta tradita *num.* 76. & Doctores *ibidem* relatos & Rotam *in d. Leodiensi*, ac Riccium *d. collect.* 3054. versic. *limita etiam.* & processum formatum à Commissario in alienatione rei Ecclesiæ non citata ipsa Ecclesiam esse nullum ipso iure tradit Rota *decis.* 1307. *num.* 2. apud Seraphinum, & Ægid. *decis.* 187.

In alienatione autem rei Ecclesiæ *si in euidentem* suf- 79.
ficit citatio Rectoris alienantis, licet non comparuerit, & fuerit indefensus, Rota *in Romana Casalis* 16. *Martij* 1567. & *in decis. quotidian.* 95. *lib.* 2. vt refert Riccius *d. collect.* 3059 versic. *in alienatione rei Ecclesiæ impune*, & alij relati ab eodem Riccio 1. *p. praxis aureæ resolut.* 6. *num.* 1. & sufficit quod fuerit præsens, licet non fuerit citatus, tametsi citatio pro forma requireretur. Rota *in Anconitana bonorum* 2. *Martij* 1584. *coram Bubalo*

&

& *Auximana bonorum 3. Maij* 1585. *coram Rubeo.* teste eodem Riceio ibidem *versic.* & sufficit, & *d. resol.* 6. *n.* 2. alios allegans.

Neque etiam requiritur quando Rector Papæ supplicaret, Rota *in d. Romana Casalis, & alibi* vt Riccius *d. collect.* 3054. *vers. item nec requiritur*, & *d. resol.* 6. *n.* 4. Quod procedit etiamsi esset clausula *vocatis vocandis*, quam intelligendam de aliis, quàm de ipso Rectore, qui essent vocandi; tradit Rota *in Romana bonorum* 20. *Maij* 1580. *coram Lancelloto & Cortonen. rescissionis contractus* 26. *Ianuarij* 1390. *coram Orano*, vt idem Riccius *locis citatis* testatur. Non est autem vocandus Patroous si ipsa Ecclesia vel beneficium fuerit de iure Patronatus etiam cuius coosensus non requiritur, vt dictum est suprà *num.* 173. & ita etiam post alios Pyrrhus *dict. cap.* 3. *num.* 14. forct vero citandus habens ex aliqua causa regressum ad beneficium cuius bona alienantur ex quo de illios præiudicio & interesse agi posset, vt Pyrrhus *d. num.* 14.

80. Circa testium depositionem aduertere debet Commissarius, quod testes super euidenti vtilitate interrogati, & de diuerso pretio deponentes fidem non faciunt; vt Rota *decis.* 211. *p.* 4. & *decis.* 207. *num.* 17. *eadem p.* 4. & refert Riccius *in collect. decis. p.* 9. *collect.* 4214. versic. *infertur decimo*, & quæ regula sit seruanda, quando ex attestationibus adesset variatio circa veram rei Ecclesiæ valorem liquidaodum. Dom. *de ann. in præfat. cons.* 38. *num.* 5. satis autem est, quod testes deponant, quod communi omoium opinione, & æstimatione alienatio est, vel fuit euidenter vtilis vt post alios Mænochius *in arbitr. in ad d. ad d. casum* 172. *num* 28.

81. Aduertendum etiam, pro decreto Commissariorum in dubio præsumi, & sic quod fuerit euidens vtilitas, vt dictum est suprà *num.* 74. *initio* & præter Doctores *dict. num.* 74. relatos tradunt Mohadanus *decis.* 12. *de sent. & re iud.* Seraphinus *decis.* 1073. & *decis.* 1109. *num.* 2. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 12. versic. *licèt.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *dicto cap.* 5. *num.* 10. & alij relati à Riccio *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 8. *num.* 1. & idem cum Panormitauo tradit Mareus Antooius Geouensis *in practicab. Eccl. quæst.* 126. *num.* 2. Quo tamen non obstante, admittitur probatio in contrarium, quod non subsit neque necessitas, oeque euidens vtilitas, vt supra *num.* 74. traditum est. & vltra Doctores *ibidem* citatos Rodoanus *quæst.* 20. *num.* 161. Panormitanus *consil.* 41. *lib.* 1. & alij Canonistæ relati à Riccio *d. resolut.* 8. *num.* 1. etsi Alexander *consil.* 30. *num.* 3. Quaraota *loco citato*, Marcus Antonius Geonensis *d. num.* 2. Rota *decis.* 21. *p.* 2. *diuersorum* Pyrrhus & Riccius addant in hoc casu volentem probare contrarium onerari grauiori probatione: ita vt requiratur probatio valdè clara per testes valdè graues. Cessaret autem præfata præsumptio in dubio pro decreto, quando appareret non fuisse formæ congruitatem seruatam: vt post Baldum *cons.* 23. *vol.* 3. Iason *consil.* 122. *col.* 3. & Annan. *consil.* 38. *num.* 31. Auendao. *de exeq. mand. p.* 1. *cap.* 1. Quaranta *loco citato*, & Riccius *d. resolut.* 8. *num.* 2. ob rationem supra *num.* 74. *fine* adductam. Item cessaret, quando dubitaretur, si præcessetit sufficiens causæ cognitio, vt si appareret præcipitanter fuisse interpositum decretum. ita Caualcanus *d. decis.* 45. *num.* 81. alios latè allegans Mæoochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 75. *num.* 35. Quaranta *loco citato.* & Riccius *d. resol.* 8. Quæ præcipitatio, seu nimia acceleratio videretur extitisse, si ferè eodem tempore, vel post paruum temporis interuallum præsentata commissione deuentum fuerit ad decreti interpositionem, vt per Mæoochium *loco citato.* Debet enim Commissarius vti diligenti inquisitione, & non procedere perfunctoriè ad cognoscendam necessitatem, & vtilitatem Ecclesiæ, prout illi semper mandat S. Pontifex, vt notat Caoalcanus *d. decis.* 45. *num.* 77. *fine.* ac proindè *num* 81. ait, quod de ista diligenti perquisitione, & causæ cognitione, & euidenti vtilitate, vel necessitate non per solam Commissarij relationem, sed expresse, & clarè apparere debet per testes, & ex actis. Quod idem tradit Quaranta *num.* 12. id tamen est declarandum iuxta tradita supra *num.* 77.

82. Aduertendum insuper, quod si appareret de supplicatione, & petitione assensus Apostolici; ac de commissione à Papa facta Commissariis delegatis ad confirmandum, *si in euidentem, &c.* & de ipsa confirmatione, seu Commissariorum decreto subsecuto non constet; licèt aliàs ex diuturnitate temporis 30. vel 40. annorum aliæ solemnitates præsumantur in actu alienationis interueoisse (vt Doctores, quos referuot Quaranta *verbo* alienatio *num.* 46. & Riccius *d p.* 1. *praxis aurea resolut.* 4. *num.* 1. De qua re *infrà*) nihilominus nisi appareat omnia contenta, & mandata per Papam in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis per ipsos verè fuisse executa, ex sola diuturnitate temporis non præsumi in alienatiooe iotcruenisse decretum eorundem Commissariorum, seu ad præsumendum prædicta fuisse exequuta non sufficere diuturnitatem temporis decursi traduot Quaranta *d. n.* 46. versic. *ex præcedentis articuli*, Alyosius Riccius *d. resol.* 4. *n.* 2. & Aug. Barbosa *collectaneo ad cap.* 4. *n.* 17. *fine de fideiussoribus.* Et ratio (omissis aliis adductis per Riccium) satis conoiocens ab eodem Quaranta adducitur, scilicet, quod potius esset tunc maxima præsumptio, quod Commissarij noluissent decretum interpoocre, eo quod non inoenissent exposita in supplicatione verificari. Verùm addit idem Quaraota, & post cum Riccius vbi cum temporis curriculo concurrat etiam iustitia contractus, & euidens vtilitas Ecclesiæ, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris successoris, aliter respondcodum fore. Vt autem sit valida alienatio rei Ecclesiæ pro cuius confirmatione à Commissario lata est sententia, non est necesse, vt præfata sententia obtenta vigore gratiæ *si in euidentem* iustificetur ex actis, vt resoluit Rota Romana *decis.* 479. *p.* 1. *diuersorum*, & *alibi*, vt testatur Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 19. *num.* 1. vbi ampliat, etiamsi acta essent amissa, vel integra non reperirentur, & ita etiam ait resoluisse Rotam io *Romana deuolutionis domorum* 26. *Martij* 1590. *coram Pamphilio.* & *in Romana Casalis Turricella* 29. *Aprilis* 1594. *coram Seraphino*, & rationem, cur non sit necesse sententiam obtentam ex actis iostificari, eam ait esse idem Riceius, quia potuit Iudex se informare extraiudicialiter iuxta tradita suprà *n.* 76. Crescentium *d. decis.* 12. *de priuileg.* & alios, tum *ibi* citatos; tum ab eodem Riceio *d. resolut.* 29. *num.* 2. relatos. Addit Rota *d. decis.* 479. *num.* 3. *p.* 1. *diuersorum*, validitati præfatæ sententiæ, & consequenter alienationis rei Ecclesiæ in virtute illius factæ non obstare, quod eodem die, quo gratia fuit præsentata, lata sit, cum etiam illo die Iudex posset adhibere causæ cognitionem, & supra vtilitate se iosormare; quod etiam tradidit eadem Rota *alibi*, vt notat Riccius *d. resolut.* 29. vbi etiam allegat Gabrielem de senteotia *concl.* 5. *num.* 34 Bursatum *concl.* 10. *num.* 3. & *con.* 122. *num.* 6. *vol.* 1. & Mænochium *consil.* 337. *vol.* 2.

83. Aduertendum rursus, quod confirmatio alienationis rei Ecclesiæ contra formam, seu non seruata forma rescripti Apostolici est nulla, nulliusque roboris, & momenti ita Caualcaous *d. decis.* 43. *num.* 81. *p.* 1. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 12. & post alios Rota apud Seraphinum *decis.* 1195 *num.* 2. Vbi etiam addit ita sæpius fuisse io eadem Rota resolutum. & confirmant, quæ tradit post alios Riccius 1. *p. praxis aurea resol.* 102. scilicet, Commissarios non posse excedere fines commissionis, *cap. cum dilecta de rescriptis* & seruare debent qualitatem commissionis *cap. cum venissent de eo, qui vult in possess.* & quod fit præter formam commissionis, esse ipso iure nullum *l. item eos §. sed si ita ff. quid quis vniuer.*

84. Quibus tamen non obstantibus potest Commissarius

Apostolicus de consensu partium adj maiorem Ecclesiæ vtilitatem augere censum, aut caoonem, licèt in rescripto Apustolico de hoc nihil dicatur. ita Rota *decis.* 1307. *num.* 9. *apud Seraphinum.* cuius verba sunt; *Iudices Commissarij excesserunt fines commissionis, quam Papa mandabat confirmari, quatenus in euidentem; quia processerunt legitimè confirmando locationem eo modo, quo facta fuerat: deinde augentes canonem de partis consensu ad maiorem vtilitatem quod facere potuerunt pinguius adimplentes id, quod per se iam sustineri poterat sine augmento,* & per hoc satisfit obiectioni de excessu commissioois. Quando enim commissio pinguius adimpletur, ptout feceruot Commissarij, non dicuntur egredi commissionis formam, vt ootauit Riccius *d. resolut.* 102. *num.* 2. per textum *in l. si quis mihi bona §. penult. versic.* quod si ex parte *ff. de acquir. hared.* & tradideront etiam Iason *in l. si Procuratorum.* 6. *Cod. de procurator.* &, Alexander *in l. puberem Cod. de iure delib.* quos refert Riccius, qui etiam addit duas alias responsiones. Prædictis tamen aduersatur Pyrrhus Cortadus *de dispensat. lib.* 9. *c.* 4. *num.* 58. dicens se non videre, quomodo præfata traditio possit io pretium deduci, quia si ponamus, (inquit) casum quòd annuus redditus fuerit in supplicatione & io literis expressus ad nouem ducatos auri de camera, & ideo literæ fuerint expeditæ per officiales officij minoris gratiæ, si postea Commissarij in executione literar. reperierint conductionem ex noua coodu̇ctione inita cum Rectore villæ neque canonē ad summam duodecim ducatorum similium dictæ literæ expeditæ cum dicta expressione nouem ducatorum ex defectu intentionis concedentis, reputaotur nullæ ob præiudicium, quod inde infertur aliis Officialibus per quorum officium debent literæ expediri sub dicta expressione ducatorum duodecim. cum sæpe nunquam intendat præiudicare ipsis officialibus qui ob hanc causam vfficia à sede Apostolica emerunt, vt iode eorum emolumenta capiant ex eorum manuum appositione. Et addit Pyrrhus se ita pluries audiuisse ab DD. Abreuiatoribus maioris residentiæ, licet subdit, nonoulli à se illis in contrariam sententiam militauerint. hæc Pyrrhus

85. Non omittendum etiam (postquam hic necesse fuit notare multa ad Commissarium Apostolicum delegatum in *si in euidentem*) eundem Commissarium posse cognoscere super validitate, seu subreptione assensus Apostolici; ptout communem opinionem tradit Panormitanus in *cap. super literis num.* 31. *de rescriptis*, & tenet etiam Riccius *d. p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 103. *num.* 4. & probant textus *in Clem.* 1. *de rescriptis*, textus *in cap. ceterum eod. tit.* & textus in *cap. cætero*, vbi Scribentes *de sentent. & re iudic.* Quapropter si assensus fuit impetratus per mendacium, cognoscet Commissarius, vt per eundem Ricciū iuxta Glossam in *l.* 2. *Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam*

86. Et propterea idem iudex Commissarius potest etiam condemnare ad expensas tum dictum impetrantem *cit. Clem.* 1. & post Alexaodrum *consil.* 16. *num.* 4. *volum.* 1. & Mænochium *consil.* 304. *vol.* 2. Riccius *d. resolut.* 103. *n.* 5. tum abutentem rescripto Apostolico, vt ex Glossa *in cap. fin.* verbo *expensis de rescriptis* Buæb. *in consil.* 22. & Henriq. *consil.* 16. idem Riccius *num.* 6.

87. Commissionem porro factam in *in euidentem*, expirare mortuo Pontifice concedente, si ante eius obitum non præsentetur, ita vt Commissarius noo possit postea interponere validè decretum, censet Balbus *decis.* 29. & ita iudicasse Senatum Carhalon. dicit Peguer *decision.* 118. & tenet etiam Riccius *p.* 7. *collect.* 3054. *versic.* supplicatio *d. p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 105. per textum *in cap. si cui. §. secus de prab. in* 6. vbi si de prouisione facienda certæ personæ fuerit collata potestas alicui executori, illa expirat omniò, si concedeus re integra moritur, & ita etiam censuit Rota *decis.* 12. *de officio deleg. in nouis.* vbi tenet, si Papa mandet alicui executori vt vocato possessore certi beneficij, & aliis, qui fuerunt vocandi, *si est ita, vel ita esse inuenerit, prouideat Titio de dicto beneficio*, quod idem Titius exposuit Papæ certo modo vacare, & Papa concedens moriatur re integra ante præsentationem, & receptionem dictarum literarum; huiusmodi potestatem expirare, quod idem asserit Additionator ibidem *num.* 2. & 3. iuxta Rotam, & Additionatorem: idem etiam tradit Rota *decis.* 41. apud Manticam, & *decis.* 479. *num.* 3. & 4. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij.* Fundamentum est, quia ad exequendam talem commissionem requiritur causæ cognitio, & iuris ordo propter illa verba, *si ita est vocato possessore*, & etiam illam clausulam *vocatis vocandis*, & ita per talem delegationem Commissarius non constituitur merus executor, sed mixtus, cuius potestas re integra expirat morte coocedentis; licèt quando quis est constitutus merus executor, qui sine causæ cognitione potest procedere, & prouidere, eius potestas duret mutuo mandatore, ex quo gratia durat. Quare ad textum *in cap. si super gratia de officio delegati in* 6. vbi dicitur *gratiam non expirare morte concedentis etiam re integra*, respondet Rota procedere quando gratia Summi Pontificis est iam perfecta, & datus merus executor, secus si datus sit executor mixtus, adhibeodaque sit causæ cognitio, vt in præsenti casu; quod idem tradunt Bellemera *decis.* 301. & 542. & alij, quos referunt Riccius *d. resolut.* 105. *n.* 1. & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. si cui n.* 6. *de offic. deleg. in* 6.

88. Quare hic notandum est, Commissarios Apostolicos, quibus committuntur, *si in euidentem*, non esse meros executores, sed esse vere Iudices, enim in *si in euidentem* adsit clausula *vocatis vocandis*, quæ importat partes esse citandas, & iudicialiter audiendas, & etiam si Papa mandasset, quod extraiudicialiter de euidenti vtilitate Ecclesiæ se ioformaret, adhuc *citatio partis foret necessaria*, cum non censeatur sublata propter illa verba *extraiudicialiter* vt supra *num.* 76. & probat latè Crescentius *d. decis.* 12. *ibidem* allegata. Bellemera *decis.* 78. & 672. & adsit etiam clausula, *si ita est*, vel *si ita tibi constiterit*, quæ importat causæ cognitionem, & iuris ordinem, atque virtute præfatarum clausularum coniunctim, & etiam seorsim positarum Delegatos censeri verè iudices, & eis iurisdictionem, non autem nudum ministerium fuisse commissam, tradunt Rota *d. decis.* 12. & *ibidem* Additionator *de offic. deleg. in* 6. eadem Rota *decis.* 32. *de rescriptis in nouis*, Guido Papa *decis.* 70. Bellemera *decis.* 302. Mascardus *concl.* 75. *num.* 19. & 20. & alij qoos refert Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 100. *n.* 5. & 7. Ex quo sequitur, vt Commissarius, cui committitur, *si in euidentem*, debeat esse necessariò coostitutus in dignitate Ecclesiastica, vt probat latius Pyrrhus *d. lib.* 9. *c.* 3. Riccius *d. resolut.* 100. qui tamen *resolut.* 101. asserit & probat posse committi Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, cum censeantur constituti in dignitate, si non ex propria, saltem ex lata acceptione vocabuli. Licèt contrarium teneat Pyrrhus *d. c.* 3. *num.* 4 5. 6. & 31. addens tamen hîc cessare omninò difficultatem, quia licèt Papa committat in supplicatione executioοem simpliciter dicendo, *& dignitatem obtinenti*, (quibus verbis alioqui viderentur comprehendi etiam Canonici Cathedralis per ea, quæ *ea decis.* 17. *Achilius de Grassis* tradit idem Pyrrhus *d. num.* 6.) nihilominus stylus, & vsus inueteratus Cancellariæ Apostolicæ est, vt hæc rescripta non dirigat, nisi propriè dignitatem habenti specificando oomen ipsius dignitatis; subditque ita esse mentem Papæ. Plura de hac re videant, apud eundem Pyrrhum *dicto c.* 3.

89. Licèt autem huiusmodi Commissarij sint verè iudices, & delegati à Papa, & non meri executores; nihilominus ob grauissimum negotium publicam vtilitatem concernens. & propter industriam personæ ad quam respicit Papa delegans, non possunt vices suas alteri demandare; vt latius probat idem Riccius *resolut.* 106. & Pyrrhus Cortadus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 33.

Signatura

Signatura quidem iustitiæ etsi non potest concedere licentiam alienandi bona Ecclesiæ, bene tamen potest Iudices Commissarios subrogare, vt fuisse in Rota resolutum *in Auximana prædij 15. Nouembris* 1585. refert Seraphinus *decis.*1307. *num.*8.

SEQVITVR SVMMARIVM §. III.

Continens spectantia ad euidentem vtilitatem alienationis rei Ecclesiæ.

Euidens vtilitas est finis, seu causa finalis, qua Papa mouetur ad concedendam alienationem rerum Ecclesiæ. num. 91.

Intentio Papæ tota est circa euidentem vtilitatem. ibidem.

Subreptio, & expressio falsæ causæ, quæ non versatur circa vtilitatem, non attenditur in gratia si in euidentem. *num.* 92.

*Concessio, seu alienatio rei Ecclesiæ sine euidenti vtilitate facta est nulla, etsi à Papa confirmata, & si probetur non vtilitas, rescinditur, seu nulla declaratur. n.*94.

Clausula in confirmatione alienationis, dummodo debito pretio sit facta, *intelligitur de pretio communi, vel in euidentem vtilitatem. n.*95.

*Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, cum notoria Ecclesiæ vtilitate facta absque assensu Apostolico, & solemnitate facta an valeat in vtroque foro; affirmatiua. n.*96. *&* 98. *negatiua. n.*97. *valet Ecclesia violento. n.* 99. *& nullitas nullo alio, quàm ab Ecclesia potest allegari, excusat à pœnis Paulina, & aliis. n.*98.

*Deficiente euidenti vtilitate, aut necessitate tametsi facta fuerit cum solemnitatibus requisitis, alienatio est nulla. num.*100.

Vt valeat, sufficit vtilitas putatiua, si sit seruata forma à iure requisita, probata tamen læsione Ecclesiæ datur ei restitutio in integrum. ibidem.

*Vtilitas, & læsio Ecclesiæ, & valor rei attenditur de tempore contractus alienationis. n.*101.

*Intelligitur de tempore regulari, & ordinario, non de momentaneo, calamitoso, & insolito. n.*102.

*In alienatione rei Ecclesiæ facta tempore belli, pestis, & alterius calamitatis, quæ attendenda, vt dicatur facta cum euidenti vtilitate & valeat. n.*102. *&* 103.

*In contractu Emphyteutico quod tempus attendatur. num.*103.

Contractus Emphyteuticus quando dicatur perfectus, & continuatus. ibidem.

*In reconductione rei emphyteuticæ vtilitas attenditur de tempore vltimæ concessionis. n.*104.

*Ad valorem alienationis rei Ecclesiæ factæ ex causa vtilitatis sufficit vtiliter esse cœptam seu vtilitatem euidentem fuisse ab initio contractus, nec attenditur quid postea fortuito accidat. n.*105.

Vbi alienatio rei Ecclesiæ ex causa vtilitatis facta fuit ab initio contractus vtilis, emptor non tenetur probare conuersionem pretij rei venditæ in Ecclesiæ vtilitatem. num. 106.

Et præsertim si pretium fuit ex consensu Papæ in gratia si in euidentem *actualiter depositatum. ibidem.*

Concessa à Papa licentia alienandi rem Ecclesiæ cum clausula dummodo pretium subrogetur in aliud, *sufficit Emptori soluere pretium, nec tenetur procurare conuersionem. n.*107.

Dicta clausula, quod pretium subrogetur in aliud prædium *quid importet. ibidem.*

Dictio dummodo *regulariter importat modum, non conditionem. ibidem.*

Emptor non tenetur curare, quod pretium rei maioratui suppositæ in aliud prædium conuertatur, licèt in facultate alienandi adsit illa clausula dummodo pretium conuertatur in aliud prædium. *ibidem.*

Emens ab executoribus habentibus licentiam vendendi pro soluendis legatis, non tenetur probare, quod pecunia legatariis fuerit soluta. ibidem.

In considerando valore rei Ecclesiæ distrahendæ, & pro dignoscenda euidenti vtilitate multa arbitrio iudicis relinquuntur. ante numerum 108.

*Considerantur tamen sequentia scilicet primo si Ecclesia non habet directum dominium rei alienandæ. n.*108.

Secundò in locatione perpetua rei Ecclesiæ habetur ratio diminutionis sextæ partis, quæ regulariter in tali locatione, seu emphyteusi perpetua fit. ibidem. Cur fiat talis diminutio. ibidem. In ea quæ damna sint computanda, & quando non sit habenda ratio dictæ diminutionis. ibidem.

*Tertiò censetur vtilis concessio in perpetuum pro pensione, pro qua singulis annis locabitur, vel si aucta sit pretio. n.*110. *&* 111.

*Quartò habenda est ratio pacti, quod ad Ecclesiam reuertantur melioramenta; quod tamen non habet locum in locatione perpetua. n.*112.

*Quintò considerandus prouentus ex aquarum emptione. num.*113.

*Sextò considerandi sunt redditus, prout res verè reddunt, non habenda ratio communis æstimationis ad rationem quinque pro centenario, & cur talis æstimatio sit introducta. n.*114.

Septimò habenda ratio non solum maioris fructus, seu redditus, sed etiam valoris ipsius rei. ibidem.

*Octauò habenda ratio vicinitatis fluminis, & accessus banditorum, & quod res indigeat reparatione in commodum Ecclesiæ, secus si commodum eius, cui fit alienatio, vel eius successorum, vt contingit in Emphiteusi. Nulla etiam habetur ratio reparationis prædij, vel domus, quando Rector ipse absque illius alienatione potest reparationem facere. n.*116.

*Nonò habenda est ratio, quod res sit vtilis non solum re, sed etiam spe, & sic eorum quæ possunt verisimiliter contingere in diminutionem valoris, & fructuum. n.*117.

Decimò alienatio dicitur vtilis Ecclesiæ, vbi creditur actio liquida pro maiori summa, quàm res valeat. num. 118. *& vbi fit pro extinguendo alio censu, quo grauatur maiori interesse, secus si census sit similis. n.*119.

Non censetur vtilis alienatio stabilium, sed est prohibita, vt inde ematur census, vel fabrica monasterij. num. 121. *&* 122.

*Item alienatio census regularium pro solutione æris alieni fieri non potest. n.*123.

*Censetur autem vtilis impositio census pro sustinendis expensis litis. n.*120.

*Vndecimò habenda est ratio vicinitatis, vel distantiæ rei distrahendæ à Monasterio. n.*124.

*Vtilitas euidens non probatur ex eo, quod Ecclesia, vel Monasterium alienans pretium receptum in meliora prædia alienare potuerit. n.*125.

Ex diuturnitate temporis v.g. 30. *annorum cum obseruantia subsequuta à supplicatione obtenta sicut præsumitur assensum Apostolicum, & solemnitates alias requisitas interuenisse, ita etiam præsumitur vtilitas, licèt contrarium possit apparere, quoties titulus inualidus exhibetur. num.*126.

Vna præsumptio qua ratione possit ex alia oriri. ibid.

*Subhastatio an requiratur in vendendis bonis Ecclesiæ, & minorum siue spontè alienentur, siue authore iudice à num.*129. *&* 129.

*Vbi non est præco pro subhastatione sufficit, vt ponantur schedula in locis publicis. n.*130.

*In alienatione rei Ecclesiæ, vel Monasterij, quæ fit cum subhastatione, vel concursu plurium volentium emere, an res sit liberanda plus offerenti, vel possit, & debeat liberari offerenti iustum pretium, quo Ecclesia sit locupletior, relicto eo, qui per æmulationem offert plus iusto pretio. n.*131. *&* 132.

Pœna stellionatus est infligenda ei, qui plus iusto pretio offert

offert non animo emendi, sed ad inducendos alios ad magis emendum. n. 131.

Ex causa euidentis vtilitatis an res Ecclesiæ relictæ, seu donata cum conditione vt non alienentur, possint licitè, & validè alienari, etiamsi in assensu Apostolico non sit facta mentio talis conditionis. num. 133. Quid si is, qui donauit in casu alienationis apposuit caducitatem. ibid.

Res donata Ecclesiæ ad certum vsum ex causa euidentis vtilitatis potest alienari cum licentia Papæ. n. 134.

Episcopi, & Prelati in sua promotione præstant iuramentum de non alienandis rebus suæ Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, & quæ sit forma talis iuramenti. num. 135.

Hoc iuramentum est difficilis probationis, quia de eo scriptura non conficitur. n. 136.

An extendatur etiam ad casus in iure permissos, scilicet, necessitatis, vel euidentis vtilitatis alienationis. n. 137.

Non extenditur ad alienationem rerum inutilium, vel exiguarum, & modici valoris. ibidem.

Persistendo in iure antiquo, & seclusa Paulina Ambitiosæ *Prelatus contra iuramētum inconsulto Romano Pontifice alienans res suæ Ecclesiæ in casibus permissis validè alienat, licèt sit periurus; stante autem vsu dictæ Paulinæ & periurus est, & alienatio est nulla. n. 138. & 139.*

Actus factus contra iuramentum, cui ius assistit, tenet, contra faciens vero periurus. ibidem.

Prælatus, qui iurauit non alienare bona suæ Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, si eas locauerit ad longum tempus v. g. 25. annorum an sit periurus, negatiuè. n. 140. affirmatiuè. ibidem.

Ob remunerationem meritorum Ecclesiæ bona (non immobilia tamen sed tantum mobilia) Prælatus potest alienare, & vsque ad quam quantitatem, & quam ingentia debeant esse merita, & qualiter de his meritis debeat constare. num. 141.

Euidens vtilitas Ecclesiæ est causa finalis, qua Papa mouetur ad concessionem alienationis bonorum Ecclesiasticorum, qui nil aliud curat, & non attenditur subreptio, & expressio causæ falsæ, non versans circa vtilitatem, secus si circa illam, & vtilitate non existente nulla est alienatio etiam à Papa confirmata, & an sola euidentissima vtilitas absque solemnitate reddat alienationem validam, & an vtilitas putatiua sufficiat.

91. Cæterum prosequendo causam euidentis vtilitatis in alienatione bonorum Ecclesiæ, vt valeat, requisitam, euidens Ecclesiæ vtilitas est finis, seu causa finalis alienationis, scilicet, ob quam mouetur Papa ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum concedendam, & confirmandam; ita quod in alienatione huiusmodi bonorum intentio Papæ est, vt cedat in vtilitatem Ecclesiæ, & nihil aliud curat. ita Rota *decis.* 178. *num.* 8. *p.* 2. *diuersorum*, & apud Seraphinum *decis.* 443. *num.* 2. 280. *num.* 2. 508. *num.* 10. 1174. *num.* 7. & *decis.* 1235. *num.* 1. & apud Manticam *decisione* 101. *numero quinto* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neap. cap.* 89. *num.* 5. Riccius *p.* 1. *praxis aurea* verbo *causa num.* 7. & *resol.* 24. *num.* 5. *in collect. p.* 8. *collect.* 3712. versic. *Amplia* & *p.* 7. *collect.* 3053. versic. *in alienat. res Ecclesiæ*, alij à Rota, & Riccio relati, & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 5. *num.* 30.

92. Quare in gratia, *si in euidentem*, non attenditur subreptio, & expressio causæ falsæ, quando non est circa vtilitatem, cum hæc sit sola intentio Papæ, vt alienatio sit vtilis Ecclesiæ, & dummodo adsit euidens vtilitas, aliæ præsumptiones non attenduntur. Ita Rota *in citatis decis.* Genuensis, & Riccius *locis citatis.* † Si
93. verò subreptio, & falsa expressio versatur circa vtilitatem, tunc reddit nullam gratiam *si in euidentem*, vt Rota *iisdem decisionibus*, & *iisdem* Genuensis, & Riccius *locis citatis*, Decius *consil.* 142. *num.* 6. & Mænochius *consil.* 122. *volum.* 2.

94. Hinc etiam concessio, seu alienatio rei Ecclesiæ sine euidenti vtilitate facta nulla est, & rescindenda, etiamsi accederet Papæ consensus, seu confirmatio vigore, *si in euidentem*, quia deficeret causa finalis, circa quam solùm versatur intentio Papæ, qui semper censetur præstare suum consensum sub hac conditione, *si in euidentem, &c.* vel si hanc conditionem non exprimit, tacitè subintelligitur; ac proindè supposita non vtilitate Ecclesiæ, & læsione non sufficit consensus confirmationis Apostolicæ; Colligitur ex traditis, & tradunt post alios Rota *decis.* 181. *p.* 1. *diuersorum*, & 178. *p.* 2. & *decis.* 96. *num.* 3. *p.* 2. *in recent.* Farinacij & Riccius *in collect. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *intellig.* 18. & *p.* 7. *collect.* 305. versic. *& quando potest*, & *p.* 8. *d. collect.* 3712. versic. *Amplia.* Marc. Anton. Genuens. *practicab.* Ecclesiæ *quæst.* 126. *num.* 2. vbi ex eo quod vtilitas Ecclesiæ est causa finalis alienationis bonorum Ecclesiasticorum rectè infert, si ea non probetur alienationem esse nullam, & rescindi, si Ecclesia voluerit, vt per Rotam apud Marches. *de commission. in* 1. *p.* apud Gonzalem *ad reg.* 8. *cancell. glossa* 56. *num.* 95. & apud Cencium *de censibus decis.* 264. & 265. *num.* 1. & 5. & *decis.* 133. *num.* 11. *p.* 2. *diuersorum*, & non obstante quod sit seruata forma, & adhibita debita solemnitas, alienationem esse nullam, si non adfuit causa legitima, scilicet, necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, tradunt Redoanus *quæst.* 77. *cap.* 1. Rota, & Doctores infra *num.* 96. allegati & alij communiter contra Glossam *in summa* 12. *q.* 2. & *in cap. sine exceptione, eadem q.* & paucos alios à Couarruuia 2. *var. cap.* 17. *num* 2. relatos, qui asseruerunt si forma, seu solemnitas debita seruatur, estò non adsit legitima causa alienationem esse validam, rescindendam tamen, si Ecclesia sit notabiliter læsa, & ita petat restitui in integrum, quam etiam opinionem sequitur Borellus *dicto tit.* 15. *num.* 19. allegans Guido Pap. Mænochius *de arbitr. in additione ad casum* 172. *num.* 36. vbi alios allegat, & ita etiam sensit Rota *decis.* 2. *num.* 1. *tit. de reb. Eccl. non alien. in antiquioribus.*

95. Quapropter etiam clausula in confirmatione alienationis, *dummodo debito pretio sit facta* intelligitur de pretio communi, vel in euidentem vtilitatem, vt fuit dictum in *Vigleuenensi locationis* 27. *Nouembris* 1596. *coram Corduba*, vt Refert Riccius *d. resolut.* 14. *num.* 6. & *d. collectaneo* 3054. versic. *& clausula.*

96. Etsi etiam non sustineri, seu non valere alienationem bonorum Ecclesiasticorum factam etiam cum euidentissima Ecclesiæ vtilitate absque solemnitate, & assensu Apostolico, & in huiusmodi alienationibus copulatiuè requiri vtilitatem, seu causam, & solemnitatem, ita vt vnum sine altero non sufficiat, asserant magis communiter Doctores, vt notaui supra *tit.* 3. *num.* 62. præter Doctores ibidem relatos & tradunt Rota *decis.* 160. *num.* 1. *p.* 2. *diuersorum decis.* 508. *num.* 1. *decis.* 1174. *num.* 1. & *decis.* 1490. *num.* 1. *apud Seraphinum decis.* 361. *p.* 2. apud Farinacium (vbi quod alienatio bonorum Ecclesiæ non valet etiam in vtilitatem Ecclesiæ, si absque speciali licentia Pontificis sit facta, nisi bona essent incognita, & incerta, vel difficillimæ probationis) *decis.* 243. *num.* 12. apud Paulum Rubeum *p.* 7. & alibi sæpè, prout refert Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 7. *num.* 3. *p.* 2. *resolut.* 383. *num.* 3. & *in collectan. p.* 8. *collectan.* 3712. idem tradunt Petrus Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matr. p.* 5. *num.* 9. Rolandus *consil.* 33. *num.* 12. Couarruuias *var. lib.* 2. *d. cap.* 17. *num.* 2. Mascardus *conclus.* 75. *n.* 10 *paulo ante n.* 10. Molina *de iustitia tract.* 2. *disput.* 468. *num.* 14. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 1. *num.* 18. Aloysius Riccius *locis citatis*; Augustinus Barbosa *collectaneo in cap* 1. *num.* 2. & *in cap.* 8. *num.* 7. *de rebus Ecclesiæ non alien.* & *in collectan. in cap* 1. *num.* 10. & 17. *eod. tit. in* 6.

in 6. & innumeri alij relati à Masçardo *d. concl.* 75. *num.* 6. Augustino Barbosa & Riccio *locis allegatis*, & Borello *in summ. decis. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 1. & hanc sententiam veriorem esse dicit Mascardus, & in praxi, & iudicando seruari asserit Riccius *d. resol.* 7.

97. Nihilominus propter euidentissimam, & notoriam Ecclesiæ vtilitatem bona Ecclesiastica posse non seruatis solemnitatibus alienari, & vbi apertè constat vtilitas, in alienatione rei Ecclesiæ nullam requiri solemnitatem, & propter solam notoriam, & manifestissimam vtilitatem sustineri, præter Glossam, & Decium, quos ad id supra *tit.* 3. *num.* 161. allegaui, tenent Baldus, & Angelus *in l. cum hi §. eam transactionem ff. de transact.* Petrus de Ancharan. *consil.* 197. *n.* 2. & 3. Felinus *cons.* 42. *num.* 2. (vbi tenet, quod cantor successor non potuit reuocare concessionem domos factam à prædecessore cum euidenti vtilitate) Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 28. Afflictus *in rubr. de Vassallo qui contra constit.* Lothar. *benef. num.* 2. Tiraquellus *de leg. connub. glossa* 8. *num.* 87. Mænochius *in addit. ad casum* 172. *num.* 66. Redoanus *quæst.* 36 & *quæst.* 42. Marcus Antonius Genuensis *in practic. Eccles. quæst.* 136. & plures alij, quos referunt Mascardus *d. concl.* 75. *num.* 7. & *seqq.* Genuensis *d. quæst.* 136. & Riccius *d. resolut.* 7. *n.* 1. videtur colligi ex traditis *num.* 92. & 93. nam si in alienatione rei Ecclesiasticæ, & eius concessione hæc est tota intentio Papæ, vt sit in euidentem vtilitatem, & dummodo adsit euidens vtilitas, aliæ præsumptiones non attenduntur, iuxta Rotam *in decisionibus diuersorum*, & apud Seraphinum, & Manticam *d. num.* 92. adductis, rectè infertur alienationem rei Ecclesiæ cum euidentissima, & notoria Ecclesiæ vtilitate factam sine assensu Papæ, & solemnitatibus esse conformem eiusdem Papæ intentioni, & ita esse validam. Quare præallegati confirmant, quia assensus Papæ, & solemnitas requiritur, & adhibetur tantum, vt liqueat de vtilitate; in claris autem non est opus aliis coniecturis arg. *l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligationibus.* Quare vbi in aliquo actu, seu dispositione debet intercedere aliqua solemnitas, quæ respiciat certum finem, habito fine, & effectu propter quem introducitur solemnitas illa, licèt non interueniat solemnitas illa; nihilominus valere actum, tradunt Cersetus in *sing.* verbo *pupillus* Socinus iunior *consil.* 20. *num.* 10. *volum.* 2. Felinus *in cap. causam num* 8. *de iudiciis*, & alij relati à Mascardo *d. concl.* 75. *num.* 8. & 9. Addit Genuensis, quod in facto Notario solemnitas relaxatur *cap. ad nostram* 3. *de iureiurando.*

98. Verum dato, quod talis alienatio esset nulla in foro externo, valere in foro conscientiæ tradunt Doctores relati *d. tit.* 3. *num.* 161. & 164. & plures alij recentiores, & videtur probabilius: licèt contrariom teneant alij *eodem tit.* 3. *num.* 162. relati, & etiam alienationem rei Ecclesiæ ex iusta causa absque solemnitatibus factam bona fide, facere, vt alienans non incidat in pœnas Paulinæ tanquam alienans in casu à iure permisso, & seruet formam necessariam iure naturali dixi *locis citatis*, & post Abbatem, Felin. & Maur. tradit Quaranta *verbo* alienatio *num.* 50. & etiam Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 931. *n.* 2.

99. Debet autem intelligi esse nullam, si ipsa Ecclesia velit illam rescindi, secus si ipsa velit illam esse validam, & tenere, adeo quod hæc nullitas non posset ab emptore, & ab alio allegari, quam ab ipsa Ecclesia, vt tradunt Doctores *eod. tit.* 3. *num.* 163. allegati, & præter eos Quaranta alios allegans *verbo* alienatio *num.* 34. Rota *decisionibus apud Gonzalem*, & *apud Marches. & Cencium*, & *p.* 2. *diuersorum supra num.* 94. adductis, & alios allegantes Botellus *d. tit.* 15. *num.* 26. & Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 63. Quare nullitas contractus ex defectu solemnitatis non potest contra Ecclesiam ab Emptore allegari iuxta eosdem Doctores, & tradit Rubeus *decis.* 310. *lib.* 1. & *decis.* 363. *num.* 5 *lib.* 2. & alij allegati à Riccio *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 9. *num.* 1. & est communis contra Capellam Tholosanum *decis.* 97. dicentem venditionem rei Ecclesiæ sine solemnitatibus posse non solum reuocari ab Ecclesia venditrice, sed etiam ab emptore. Quod tamen admittitur solum ante actum consummatum, vel quando Ecclesia vellet pro parte contractum valere, & pro parte dicere nullum, vt post alios tradit Riccius *d. resolut.* 9. *num.* 3. & 4.

100. Si autem è contra seruata sit solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ, sed deficiat vtilitas, aut necessitas, seu legitima causa in vtroque foro alienatio est nulla, vt supra *num.* 94. dictum est, & tradunt Doctores communiter. Verum quidem est, quod vt valeat alienatio rei Ecclesiæ sufficit vtilitas putatiua (scilicet, quod contrahentes existimauerint adesse causam legitimam vtilitatis, quando alienatio facta est, licèt postea insufficiens reperiatur) vbi ab initio adfuit causa primaria vtilitatis, vt quia bona erant sterilia, vel essent terrulæ licèt postea contrahentes non vtiliter contraxissent in pretio, tunc enim contractus, seu alienatio tenet, & valet, sed Ecclesiæ datur restitutio in integrum, secus si ab initio non adfuisset prædicta causa primaria vtilitatis mouens contrahentes ad contrahendum, vt quia bona erant fertilia. ita Rota *decis.* 180. *num.* 2. & latius *decis.* 181. *num.* 1. & 2. *p.* 1. *diuersorum* & *decis.* 444. *num* 5. *apud Cauinum* Couarruuias *lib.* 2. *var. d. cap.* 17. *num.* 2. *circa medium* versic. *sed opinio posterior.* Molina *de iustit. tom.* 2. *disput.* 48. *num.* 14. & alios cumulans Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 15. vtilitati vero putatiuæ non statur, quando est seruata forma à iure requisita vt Rota *d. decis.* 181. *num.* 3. post alios, quos allegat, & plures alios allegans Riccius *d. resolut.* 15. versic. & *vtilitati.*

Vtilitas, & læsio in alienatione rei Ecclesiæ consideratur de tempore contractus alienationis, *& quid in alienatione rei facta* tempore calamitoso pestis, belli, *& simili; an sufficiat alienationem vtiliter captam, & an emptor teneatur probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, & concessa à Papa licentia alienandi rem Ecclesiæ cum clausula*, dummodo pretium conuertatur in aliud prædium, *an emptor teneatur curare talem conuersionem.*

101. Vtilitas, vel læsio Ecclesiæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum attendenda seu inspicienda, & consideranda est tempore contractus alienationis, attento enim tempore contractus iudicandum est de valore, & fructu rei Ecclesiæ, nec aliter inspiciendum est tempus superueniens, quo res Ecclesiæ alienata vel melioris, vel deterioris conditionis effecta reperitur: ita Rebuffus *in compendio alienationis num.* 7. *fine.* Redoanus *quæst.* 20. *num.* 137. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 56. *num.* 78. & *tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 10. Rota *decis.* 18. *n.* 4. & *decis.* 65. *num.* 15. *p.* 2. *diuersorum*, & *decis.* 677. *p.* 3. *diuersorum*, *decis.* 101. apud Manticam *decis.* 366. *num.* 1. apud Seraphinum, *decis.* 627. & *decis.* 1073. *num.* 4. apud eundem, & alibi, & apud Riccium loco *infra* citato, Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 29. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 12. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 89. *num.* 3. Stephanus Gratianus *tom.* 1. *c.* 45. *num.* 8. & 9. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 1. *num.* 1. & *resolut.* 5. *num.* 2. Camillus Botellus *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 72. Augustinus Barbosa *collect. ad cap.* 7. *num.* 3. *de reb. Eccl. non alien. de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 27. & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 17. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 4. *num.* 38. 39. & alij Doctores communiter à Rota, Mænochio, & Riccio relati. Dicit autem Rota *d. decis.* 677. (& notant etiam Quaranta) quod Ecclesiæ læsio, quod fuerit tempore contractus,

contractus, probanda erit ex communi æstimatione non vnius tantum terrulæ, sed aliorum prædiorum, quæ circumcirca sunt.

Hæc autem communis doctrina quod vtilitas, vel læsio, seu quod idem est, valor, & æstimatio rei debeat considerari attento tempore contractus alienationis, intelligitur de tempore regulari, ordinario, & successiuo, non de momentaneo, & breui duratiuo, quale est tempus calamitosum, & insolitum, puta, pestis, vel belli, & simile, quo res minoris valeot, tunc enim iustus rei valor non est considerandus solum iuxta tempus præsens, sed etiam iuxta tempus anterius, & posterius per multos annos cessante bello, peste, & similibus. ita Rota *d.decis.65.num.13.& seqq.* & *decis.78.num.1. & 2. p.2. diuersorum decis. 792. num. 5.* & *decis.1073. num. 4.* apud Seraphinum & *d. decis. 101. num. 4.* apud Manticam, Caualcanus *decis.45. num. 53.* & *decis.46. num. 26.* Mænochius vbi suprà *num. 30.* Quaranta *d.l. num. 12.* & Riccius *d.resolut.1.num.2.* Pretium enim rei diminutum causa belli, aut pestis, aut inundationis non est iustum pretium, cum sit temporale, & momentaneum, quod speratur cessaturum, & ob id non debet attendi iuxta *l. pretia rerum ff. ad l.falcid.* ibi *ex caritate rarò contingente*, & notant *ibidem* scribentes, itaque licèt in alienatione rei Ecclesiæ valor rei inspiciendus sit tempore contractus, tamen ad agnoscendum, & æstimandum iustum valorem rei tempore contractus, non est attendendum solum tempus contractus, sed etiam anterius, & posterius per multos annos. ita post Afflictum *decis.316. num. 9.* & alios Rota *d. decis.65. num.13. 15. & 20.* & *d.decis.1073. num.4.* apud Seraphinum, & Quaranta *d.num.12.* versic. *Tertio:* Rota enim *dict. decis. 65. num.15. & 20.* dicit veram esse communem conclusionem Doctorum, quod valor rei inspiciendus sit tempore contractus, tamen in articulando probationem valoris ipsius rei tempore contractus considerati non restringi solum ad tempus breue celebrati contractus, sed debere fieri attendendo etiam tempus anterius, & posterius per multos annos iuxta theoricam Bartholi, & aliorum in *d. l. pretia rerum*, & hoc idem dicit Quaranta *loco citato*.

102. Quare non sustinetur alienatio rei Ecclesiæ de tempore belli, quo Ecclesia parum percipiat, facta iuxta æstimationem, seu pretium rei illius tantum temporis. ita Rota *d. decis.65. num.7. 14. & seqq. d. decis.101. n. 4.* apud Manticam, & *d. decis.1073. num 4* apud Seraphinum, alij Doctores citati *in præcedenti*, & alij, quos refert, & sequitur Riccius *d. resolut. 1. num. 3.* si autem alienatio tempore belli facta sit iuxta pretium, seu valorem, & æstimationem rei ante bellum, seu tempus calamitosum, tunc esset valida, vt eadem Rota *d.decis.101. num.4.* apud Manticam & *d. decis.1073. num. 4. & seqq.* apud Seraphinum; vbi resoluit locationem Casalis Ecclesiæ tempore calamitoso factam pro pensione triginta ducatorum fuisse validam, quia Casale erat solitum etiam ante tempus calamitosum locari pro triginta ducatis. Si etiam tempore belli, pestis, aut alterius similis calamitosi res distrahenda effecta esset deterior, veluti si domus ruinis deterior sit effecta, vel si ager qui alienatur per cessationem culturæ sterilis, & infructuosus redditus esset, seu sylnosus effectus, vel quia ab eo arbores succisæ sint (vt contigit Vigleuani paucis ab hinc annis à Gallis capti) valeret alienatio facta iuxta valorem, & æstimationem temporis contractus, vt notarunt Quaranta *d. num. 12.* Mænochius *in addit. ad casum 172. num.32.* Gratianus *d. cap. 45. num. 10.* & prius Rota *dict. decis. 65. num. 22.* & alij relati à Gratiano *dict. num 10.* vbi ex Ioanne de Platea *in l. 2. ad finem in 5. notab. Cod. de prad. & omni reb. nauicul. lib. 10.* dicit notandum contra alienantes rem Ecclesiæ modici valoris, seu domum ruinosam, qui prætextu læsionis postquam est facta fructifera volunt reuocare alienata, quasi Ecclesia sit decepta, quod non licet, cum valor temporis contractus sit attendendus, & industria emptoris rem augentis non debeat esse sibi damnosa *l. fin. Cod. de alluu. & palud.*

Communis etiam sententia, quod vtilitas attendatur tempore contractus, limitatur in contractu Emphyteutico, in quo euidentem vtilitatem esse inspiciendam non tempore conclusionis contractus, sed tempore confectæ scripturæ alienationis dixit Rota *dict. decis.627. num.3.* apud Seraphinum & post eam Marcus Antonius Genuensis *dict. cap. 89. num. 3.* & Aloysius Riccius *dict. resolut. 1. num. 4.* eo quòd contractus emphyteuticus requirit scripturam, & tunc eius perfectio datur, quando in instrumentum redigitur, vt per Iasonem *in l. 1. num. 61. Cod. de iure emphyt.* Afflictum *decis. 72. num.7. l. contractus Cod. de fide instrum.* & per alios à Riccio relatos, & ideò sufficit verificare, quod eo tempore adfuerit vtilitas; nam attendi debet tempus, quo actus perficitur, vt Rota *dict. decis. 627. eodem num.3.* post Baldum in *l. si quis cum §. si suo in 3. not. ff. de vulg. & pupillari*; & ita etiam euidens vtilitas inspicienda est tempore interpositionum decreti per Commissarios, non autem tempore contractus, quando sumus in Confirmatione, cum ipse actus fuerit nullus absque assensu Apostolico, & propterea in hoc casu non habeat locum fictio, seu retrotractio per textum in *l. si is qui pro tempore ff. de vsucap.* idque notauit etiam Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.9. cap.5. num.50.* vbi tamen id declarat procedere, si rescriptum emanauerit in forma communi absque eo, quod in supplicatione, & ipsis literis fuerint Papæ explicata pacta in instrumento contenta; secus vero, si ex certa scientia nempe cum expressione omnium in instrumento contentorum: nam tunc ait attendi tempus contractus ad textum *in l. adoptiu ff. de adopt. vt Genuensis in princ. cap. 89. num.3.* 103.

In eodem etiam contractu emphyteutico euidens vtilitas Ecclesiæ considerari debet, & adesse de tempore reconductionis, seu nouæ, vltimæve concessionis, ita vt non sit satis, quod in prima, seu antiqua concessione fuerit habita ratio vtilitatis, & aliter facta concessio, seu reconductio non valeret, quamuis esset de re solita dari in emphyteusim. ita Rota *decis. 607. paulo ante n.1.p.1.diuersorum*, & apud Paulum de Rubeis *decis. 252. num. 16 tom.3. diuersorum*, alias *parte 7.* Grassus *decis.4. de rebus Ecclesiæ*, Stephanus Gratianus alios allegans *discept. for. cap. 389. num. 22. & duobus sequentibus* & *cap. 813. num. 37. & 41.* & Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccles. lib.3. dict. cap. 30. num. 17.* & *de potest Episc. allegat. 95. num. 34.* & probat Rota *dict. decis. 607.* ponderando verba constitutionis Paulinæ, *& tunc in Ecclesiarum euidentem vtilitatem*; ex quibus colligitur non dari simpliciter facultatem alienandi res alienari solitas, sed cum illa qualitate præsentis vtilitatis Ecclesiæ, siquidem dictio, *tunc*, denotat extremitatem temporis *l.4. §.1. ff. de condit. & demonstrat.* & *l.penultima ff. de testam. tut.* Vide etiam infra *num. 299.* 104.

Vtrùm verò ad valorem alienationis rei Ecclesiæ factæ ex causa vtilitatis sufficiat, illam vtiliter fuisse cæptam, & si non sufficere esse vtiliter cæptam, sed requiri Ecclesiam fieri locupletiorem per textum *in l. si pupilli in princip ff. de negot. gest.* post Innocentium, & plures alios sentiunt Rota *decis. 65. num.4. parte 2. diuersorum* & Quaranta *d. verbo* alienatio *num.3.* Nihilominus alij, & plures asserunt sufficere quod vtilitas adsit ab initio, alienatioque tempore contractus fuerit cum euidenti vtilitate, nec attendatur, quia postea fortuitò, vel ex inopinata aliqua circumstantia accidat. ita præter alios à Riccio *1. p. praxis aurea resol. 14. num.3.* relatos, Alciatus loco supra *num. 35.* allegato, & *consil. 35. num. 5.* Molina & Rebellus, & alij suprà *num.30.* relati locis *ibidem* citatis Mascardus alios allegans *conclus. 1166. num.37. & 38.* Riccius *dict. num. 3.* 105.

Rora

Rota *d. decis.* 366. *num.* 2. apud Seraphinum *in Florentina bonorum* 7. *Maij* 1591. *coram Pamphilio*, & *in Romana Casalis* 7. *Iunij* 1591. *coram Gipsio* probatur tum ex dictis supra *dicto num.* 30. & *d. num.* 35. tum ex traditis supra *num.* 91. & 92. quod intentio Papæ est, vt alienatio cedat in Ecclesiæ vtilitatem, & nil aliud curat; tum ex communi doctrina tradita supra *num.* 101. quod vtilitas, & læsio attenditur de tempore contractus: sufficit enim quod alienatio dicatur, & sit vtilis, licet postea reddatur deterior, cum attendatur tempus contractus *l. si voluntate Cod. de rescind. vendit.*

106. Qua propter vbi alienatio rei Ecclesiæ ex causa vtilitatis facta fuit ab initio contractus vtilis, emptor non tenetur probare conuersionem pretij rei venditæ in Ecclesiæ vtilitatem, id quod præter Doctores supra præcedenti titulo *n.* 18. allegatos, tradunt alios allegantes Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 89. *n.* 7. Riccius *in collectan. decis. p.* 7. *collect.* 3054. versic. *alienatio rerum Ecclesiæ*, & *in* 1. *p. praxis aurea d. resolut.* 2. *num.* 1. Gratianus *discept. for. cap.* 45. *num.* 35. Rota *decis.* 338. *num.* 7. & *d. decis.* 366. *num.* 2. apud Seraphinum & alibi sæpe, vt Riccius *loco citato* refert. Quod eo magis procedit, si pretium fuit ex consensu, seu concessione Papæ in gratia *si in euidentem*, actualiter depositatum. vt Rota *d. decis.* 366. apud Seraphinum, & *decis.* 349. apud eundem vbi dicit bene factum depositum, quando fuit factum auctoritate Commissariorum etiam penes ipsum Emptorem. Vnde Rota *d. decis.* 366. resoluit stante beneplacito Papæ in alienatione cum clausula, quod Emptor faciat depositum, satis fuisse Emptori facere depositum, & non compellendum ad probandam emptionem aliarum rerum. Dum autem Baldus, & Castro in *auth. hoc ius porrectum Cod. de Sacros. Eccles.* Butrius, & Imola *in cap.* 1. *de deposito*, aiunt, scilicet, Emptorem rei Ecclesiæ teneri docere de conuersione, Rota *d. decis.* 366. & Marcus Antonius Genuensis aiunt illos loqui in mutuo deposito, & quando res Ecclesiæ venditur pro debitis soluendis, in quibus aiunt speciale esse, vt Creditor probet versionem in vtilitatem Ecclesiæ; quod latius cum alijs tradit Riccius *d. resol.* 2. *num.* 5. & *duobus seqq.* sed an, & quando in mutuo facto Ecclesiæ creditor teneatur probare versionem latiùs traditum est supra *à num.* 13. *ad* 26. Quando etiam alienatio rei Ecclesiæ facta est ex causa necessitatis, vel pro soluendis debitis an emptor teneatur probare versionem pretij in Ecclesiæ vtilitatem declaratum est supra *num.* 53. & 54.

107. Si etiam Papa concedat licentiam alienandi rem Ecclesiæ cum clausula *ita tamen*, vel *dummodo pretium subrogetur in aliud prædium*, emptori sufficit quod pretium soluat, nec tenetur idem Emptor curare, vt pretium conuertatur in emptionem prædiorum, sed hoc onus incumbit venditori, cui licentia suffragatur, cum quis non debeat esse sollicitus de persona contrahentis *l.* 1. §. *non autem ff. de exercit. l. fin. eodem tit.* ita in his terminis Stephanus Gratianus *to.* 1. *cap.* 45. *num.* 25. & 26. & Riccius *p.* 1. *praxis aurea resol.* 96. & in similibus terminis Ludouicus Molina *de primog. Hispan. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 20. Vbi ait, quod concessa licentia alienandi rem maiorat⟨us⟩ tui suppositam, dummodo pretium conuertatur in aliud prædium emendum, non tenetur Emptor curare, quod ematur prædium ex ea pecunia, sed scit est, quod pretium soluat: & subdit sic fuisse iudicatum sæpius; & multa similia adducit Surdus *decis.* 156. *num.* 1. *cum pluribus seqq.* & post eum Riccius *d. resolut.* 96. *num.* 1. præsertim ex Bartholo *in l. alio herede num.* 24. *ff. de alim. & cib. leg.* vbi dicit, quod qui emerunt ab executoribus, qui habebant licentiam vendendi pro soluendis legatis, tuti sunt, si pretium eis actualiter soluerint, licet non probent, quod legatarijs pecunia fuerit soluta. Confirmatur ratione, quia licentia concessa cum illa clausula non est sub conditione, sed sub modo, *ita tamen*, seu *dummodo pretium vertatur in emptionem alterius rei.* vt post Baldum *consil.* 219. *num.* 5. *vol.* 2. & plures alios tradunt Surdus *d. decis.* 156. *num.* 5. Riccius *d. resolut.* 96. *num.* 2. Rota *d. decis.* 349. *num.* 1. apud Seraphinum, vbi dicit dictionem, *dummodo*, regulariter importare modum iuxta Baldum *in cap. dudum num.* 27. *de elect.* sed quando consensus sub modo est præstitus tunc consentiens videtur fidem eius sequi, cui modum adiecit, & ideo si non impleatur, non agitur contra tertium, sed contra implere debentem, vt declarat Bartholus in *l. sicut* §. *illud. ff. quibus modis pignus soluatur*, prout illum refert. & sequitur Surdus *d. num.* 5.

Quæ attendenda sint in considerando valore rei Ecclesiæ distrahendæ, & ad agnoscendum illius alienationem esse Ecclesiæ vtilem, vbi etiam an euidens vtilitas præsumatur ex cursu longissimi temporis, & probetur coniecturis.

In considerando autem valore rei Ecclesiæ ad dignoscendam euidentem vtilitatem alienationis licèt multa relinquantur iudicis arbitrio, vt notauit Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 35. Nihilominus in particulari sunt attendenda sequentia. &

Primò in alienatione bonorum, in quibus Ecclesia non habet directum dominium; illius est habenda ratio deducendo æstimationem Rota *decis.* 792. *num.* 6. apud Seraphinum. 108.

Secundò in consideranda vtilitate in locatione rei Ecclesiæ in perpetuum, seu in Emphyteusi perpetua debet haberi ratio diminutionis sextæ partis, quæ in tali locatione, seu emphiteusi perpetua fit *auth. perpetua Cod. de sacros. Eccles.* Rota *decis.* 1598. *num.* 8. & *decis.* 720. *num.* 6. *p.* 1. *diuersorum*, & alios allegantes Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 89. *num.* 6. & Aloysius Riccius *in collectan. decis. p.* 7. *collect.* 3054. versic. *adde tamen* in qua diminutione sunt computanda damna, quæ inferuntur tam à facinorosis hominibus, quam ex vi, & impetu fluminis; nec habenda est ratio huiusmodi damnorum vltra diminutionem sextæ partis, nam dicta diminutio fit in computationem futuri periculi: ideo enim conceditur diminutio sextæ partis, quia Ecclesia habet certitudinem percipiendi quolibet anno tantum nomine pensionis, & liberatur à futuris periculis. ita post alios Genuensis *d. num.* 6. & latius Rota *d. decis.* 720. *num.* 6. & 7. Addit etiam iuxta Bartholum *in auth. qui rem Cod. de sacros. Eccles.* non fieri diminutionem, quando inuenitur alius, qui velit plus dare, cui Prælatus debet concedere, & ita etiam dixisse Rotam in Anconitana *bonorum die* 2. *Martij* 1584. *coram Bubalo.* 109.

Hinc tertiò si res Ecclesiæ in perpetuum concedatur pro eadem pensione, pro qua singulis annis locabatur, Ecclesiæ dicitur vtilis, vt Rota *in Romana domus in Burgo* 30. *Martij* 1590. *coram Mantica* & Riccius *d. collect.* 3054. versic. *inde si res.* 110.

Quartò, si etiam aucta sit pensio, alienationem dici vtilem, & per talem augmentum canonis satis constare de euidenti vtilitate Ecclesiæ dixit Rota *d. decis.* 792. *num.* 5. apud Seraphinum, & notauit etiam Riccius *in collect. decis. p.* 9. *collect.* 4214. versic. *infertur nono.* 111.

Quintò in considerando valore rei Ecclesiæ ad hoc, vt videatur, an alienatio sit vtilis, habenda est ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea; quia cum hoc pactum respiciat commodum alienantis, est pars pretij *l. fundi partem ff. de contrah. empt.* Tiraquellus *de retract.* § 1. *glossa* 18. *num.* 38. & 68. Rota *in Bononiensi de Pipinis* 20. *May* 1578. *coram de Grassis* vt 112.

*in decis.*136. alias 5. *de reb. Eccles. non alien.* & *in Romana deuolutionis domorum 26. May* 1590. *coram Pamphilio*, vt refert Riccius *d. collect.* 3054. versic. *in considerando* & 1. *p. praxis aurea resolut.* 10. *num.* 1. Secus autem esset si bona nunquam ad Ecclesiam essent reuersura, puta, quia locatio esset facta in perpetuum pro quibuscumque hæredibus, quia tunc pactum illud nullam respicit alienantis vtilitatem. ita Decius *cap.* 142. *num.* 5. & alios allegans Riccius *d. resolut.* 10. *num.* 2.

113. Sextò vtilitas Ecclesiæ est consideranda etiam respectu redditumm prouenientium in emptione aquarum, & augmentum redditnum, quod sine aquis haberi non potest, dicitur prouenire ex ipsis aquis, non ex terris. ita post Syluestrum *v.* alienatio *num.* 24. Rota *decis.* 651. *num.* 3. *p.* 1. *diuersorum* & *decis.* 480. *num.* 5. apud Seraphinum.

114. Septimò vtilitas Ecclesiæ sufficit, quod colligatur respectu redditumm, prout verè reddunt. ita post Corneum *consil.* 181. *n.* 34. *vol.* 2. Rota *d. decis.* 651. *n* 4. & *decis.* 480. *n.* 4. & 8. apud Seraphinum, quæ proinde ad illud, quod communiter redditus bonorum solent æstimari ad rationem quinque pro centenario ad Gloss. *in auth. perpetuo Cod. de sacros. Eccles* Cagnolus *in l.* 2. *n.* 263. *Cod. de rescind. vendit.* respondet hoc fuisse magis introductum ad cognoscendum pretium rerum, quam ad taxandos redditus, & absurdum esset, velle taxare non secundum rei veritatem, sed secundum opinionem. Etsi etiam ad iudicandam Ecclesiæ vtilitatem habendam esse rationem non solum maioris fructus, seu redditus, sed etiam valoris ipsius rei, ita quod si detur Ecclesiæ res maioris fructus, & minoris valoris non sit euidens vtilitas, si è conuerso per Ecclesiam detur res maioris valoris, licet minoris fructus tradiderit Ioannes de Anan. *in cap.* vt super *in fine de reb. Eccl. non alien.* Rota *decis.* 444. *n.* 4. *apud Coccinũ* & *d. decis.* 480. *n.* 7. *apud Seraphinum*; Dicit tamen Rota *d. n.* 7. per hoc non tolli, quin possint vendi res minus vtiles & emantur res maioris vtilitatis prout Syluester *d. num.* 24. Addit etiam ibidem Rota non obstante dicta doctrina Ananiæ, cum euidens vtilitas deducitur ex fructuum collectione, hoc casu habendam esse rationem istorum redditum, prout re vera reddunt: quia hoc respectu colligitur vtilitas, quæ sufficit per Corneum loco citato, de qua re Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 4. *n.* 36. vbi cum Redoano *q.* 1. *n.* 107. dicit quod pretium consideratur secundum redditum, & quod Romæ dicitur valere mille quod communiter locatur & conducitur quinquaginta ducatis: si vero euidens vtilitas deducatur à partibus ex valore bonorum, tunc Ecclesiam debere recipere æquiualentem valorem rei suæ. Notat autem Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 25. iuxta stylum curiæ Rom. debere æstimari ad mensuram vniuscuiusque regionis, non autem ad corpus, cùm hoc modo facilè Ecclesia possit decipi; atque ita non debet constitui vnum pretium totius prædij, sed debet distribui in singula modia, seu in singulas perticas, Ludouisius alios allegans *decis.* 104. *num.* 3.

115. Octauo in inspicienda vtilitate habetur ratio vicinitatis fluminis, & accessus bannitorum. ita Rota *decis.* 720. *n.* 10. *p.* 1. *diuersorum*, Rubeus *decis.* 59. *num.* 16. Mascardus *decis.* 18. *lib.* 3. & Riccius *d. collectan.* 3054. versic. *in inspicienda*, & *d. resolut.* 10. *n.* 2.

116. Nonò in consideranda vtilitate habetur ratio, quod res indigent reparatione, quando reparatio tendit in commodum alienantis. ita Rota *d. decis.* 720. *n.* 7. & 8. Balbus *decis.* 29. & Riccius *d. decis.* 10. *n* 3. secùs si reparatio non tendat in commodum Ecclesiæ. Quare in consideranda vtilitate in concessione emphiteusis in perpetuum, & pro quibuscunque hæredibus non habetur ratio, quod res indigeat reparatione, quia reparatio non tendit in commodum Ecclesiæ sed emphiteutæ, & eius successorum, ad quos res est peruentura. ita Rota *d. decis.* 720. *d. n.* 7. & 8. Riccius *d. resolut.* 10. *d. n.* 3. & *d. collect.* 3054. versic. *in consideranda vtilitate*. Nulla etiam habetur ratio repationis prædij, vel domus, quando Rector ipse absque illius alienatione potest reparationem facere. ita Rota *d. decis.* 720. *n.* 9.

Decimò in alienatione rei ex causa vtilitatis, habenda est ratio, quod res sit inutilis non solum re, sed etiam spe. constat ex traditis suprà *n.* 102. & tradunt Caualcanus, & alij Doctores *eodem num.* 102. allegati, locis *ibidem* citatis. 117.

Quare vt alienatio rei Ecclesiæ dicatur damnosa, debet haberi etiam ratio eorum, quæ possunt verisimiliter contingere in diminutionem valoris, & fructuum ipsius. ita Rota *decis.* 684. *n.* 7. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij*.

Vndecimò alienatio dicitur Ecclesiæ vtilis, vbi ceditur actio liquida, & indubitata pro maiori summa, quam res valeat. ita Rota *in Volaterrana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto.* vt refert Riccius *d. collect.* 3054. versic. *alienatio dicitur*. In transactione autem super re immobili Ecclesiæ, vt dicatur vtilis, quæ consideranda sint explicatur infra *n.* 260. 118.

Duodecimò impositio census dicitur vtilis, vbi fit pro extinguendo alio censu, quo grauatur maiori interesse. ita Rota *in Gadicensi censuum 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino*, & est *decis.* 1109. *n.* 1. *apud eundem Seraphinum*, Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 46. *n.* 2. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 16. *num.* 24. secus pro extinctione alterius similis census; tunc enim non diceretur constare de euidenti vtilitate. ita Rota *in Romana inualiditatis census 24. May 1591. coram Pamphilio*, quam refert Flauius Cherubinus in compendio Bullarij *to.* 1. *scholio* 2. *in secundam constitutionem Pauli IV.* Pyrrhus *d. cap.* 9. *n.* 23. 119.

Decimotertiò etiam impositio census, si fiat à capitulo pro sustinendis expensis litis, dicitur vtilis. vt Rota *d. decis.* 1109. *n.* 2. *apud Seraphinum*, & alios allegans Riccius *d. resolut.* 46. *n.* 3. vt Pyrrhus Corradus *d. cap.* 9. *n.* 23. 120.

Decimoquartò alienatio stabilium, vt inde ematur census, non censetur vtilis, ideo est prohibita Regularibus, vt S. Congregatio Concilij 13. *Martij* 1619. declarauit, vt testantur noster Grauantus *in man. Episc.* v. *alienatio rerum Ecclesiasticarum n.* 39. Lucerna *reg.* v. *eod. n.* 5. & Augustinus Barbosa *in sum. Apostolicarum decis.* verbo *alienatio num.* 3. 121.

Item prohibita est Regularibus alienatio stabilium pro fabrica Monasterij, vt eadem S. Congregatio *ibidem* prout testantur iidem Grauantus *n.* 38. Lucerna reg. *n.* 4. & Barbosa *n.* 11. 122.

Item alienatio census Regularium pro solutione æris alieni fieri minimè potest vt eadem S. Congregatio 19. *Aprilis* 1619. prout referunt iidem Grauantus *n.* 40. Lucerna *n.* 3. & Barbosa *n.* 1. 123.

Decimoquintò in considerando valorem rei Ecclesiasticæ distrahendæ, & Ecclesiæ vtilitatem; habenda est ratio vicinitatis, vel distantiæ à Monasterio: Ex commoditate enim vicinitatis, scilicet, quia bona adhærent Monasterio, & ex incommoditate distantiæ augeri, & minui pretium ad effectum inducendi, vel tollendi læsionem, & solum valorem non attendi post Pinellum *in l.* 2. *p.* 3. *cap.* 4. *n.* 17. *cum seq. Cod. de rescind. vendit.* tradit Rota *decis.* 711. *n.* 4. *in nouiter noviss. apud Farinacium*, & appellatur *pars quarta diuersorum.* in colligendis enim, & transportantis fructibus à locis distantibus multæ sunt necessariæ impensæ, quibus non subiacent bona Monasterio adhærentia vt Rota *ibidem.* Quare cæteris paribus diceretur vtilis permutatio prædij à Monasterio multum distantis cum alio eidem monasterio adhęrenti. Item si Monasterium, aut Ecclesia habet petiam terræ distantem ab aliis suis bonis, cæteris paribus dicetur vtilis huius petiæ permutatio cum alia petia aliis bonis contigua, vel vicina, ex contiguitate enim, seu vicinitate hac ob bonorum vnionem resultat maior commoditas Ecclesiæ. 124.

Vtilitas autem euidens non probatur eo, quod Ecclesia, seu Monasterium alienans pretium receptum in

meliora

meliora prædia collocare potuerit. ita Rota *d.decis.211. n.5. & 6.*

126. Ex lapsu quidem longissimi temporis, puta, trigin-ta annorum cum possessione, seu obseruantia subsequuta, ac supplicatione obtenta sicut præsumitur beneplacitum Papæ, seu alienationem fuisse à Papa confirmatam, & in ea interuenisse solemnitates requisitas Rota *decis.* 179. *p. 2. diuersorum decis.* 101. *num.2. apud Manticam. decis.792.*1080.*&* 1235.*apud Seraphinum.* ita etiam præsumitur vtilitas. ita Rota *d.decis.*101 *n.3.apud Manticam*, vbi ad illam communem doctrinam, quod vna præsumptio, non oritur ex alia; & ita ex præsumpta solemnitate ex lapsu longissimi temporis non posse oriri aliam præsumptionem euidentis vtilitatis, respondetur vnam præsumptionem ex alia etiam oriri, quando venit in consequentiam alterius; at si alienatio præsumitur solemniter confirmata; necessariò sequitur, vt intelligatur etiam vtilis Ecclesiæ. Contrarium tamen apparere potest, quoties titulus inualidus exhiberetur. Rota *d.decis.*1235. *n.4. apud Seraphinum.*

127. Ad probandam vero euidentem vtilitatem Ecclesiæ, quomodo sufficiant coniecturæ, & verisimilitudines ostensum est suprà *num* 18. & tradunt Doctores *ibidem* citati; & quæ sint hæ coniecturæ explicatum est *à d. num.* 18. *ad* 39.

In alienatione rei Ecclesiæ immobilis an res debeat liberari, & dari plus offerenti, an vero offerenti iustum pretium.

128. Vtrùm autem ratio euidentis vtilitatis in alienatione rei Ecclesiæ requisita exigat, vt cum bona Ecclesiastica alienantur fiat subhastatio, vt deinde plus offerenti. verius est in alienatione voluntaria, & quæ non fit authore Iudice, subhastationem, & alias solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ iuxta ius ciuile *in auth. hoc ius porrectum*, non esse necessarias de iure canonico; imò certum est sine illis valere alienationes, cum hodie de consuetudine seruentur tantum solemnitates iuris canonici, & subhastationes in alienationibus Ecclesiæ voluntariis non adhibeantur. ita Rebuffus *consil.* 112. Guido Papa *decis.* 149. Marcus Antonius Genoensis *in praxi Neapolit. cap.* 89. *num.* 9. Ciarlinus *controu. iur. to.2. cap.*183. *num.*143. & alios cumulans Stephanus Gratianus *to.3. cap.*419. *num.*14. vbi *num.*9. ex Doctoribus communiter etiam in alienationibus, quæ fiunt de bonis pupillorum hodie de consuetudine subhastationes non requiri, & in totum esse sublatas, & ita seruari in praxi teste Alberico *in l. etsi fine* 8. §. *quæsitum num.*3. *ff. de minor.*

129. Dixi *in alienatione voluntaria*, nam in alienatione rerum Ecclesiæ coacta, quæ fit à iudice vrgentibus Ecclesiæ creditoribus, ad satisfaciendum iisdem creditoribus requiri subhastationem, vt res detur plus offerenti. tradunt Quaranta *v.* alienatio *n.* 36. & Ciarlinus *to.1. cap.* 105. *n.* 58. & *d.cap.*183. *n.*125. & *n.*145. vbi probat per *l. à Diuo Pio de re iudicata.* & quia subhastatio semper est vtilis, & probat diligentiam, vt Postius *de subhastat. insp.4 n.*56. & Gratianus *d.cap.*479. *n.*22. At idem Gratianus *n.9.*12.14 22.*&* 23. sentit contrarium; quia dum iudex adhibet causæ cognitionem particularem super qualitate, & valore bonorum, & quantitate pretij permittendam alienationem, iudicauit illud, quod faceret subhastatio; & quia subhastatio fieri solet ad probandam diligentiam, ac proinde quomodocumque illa probetur, sufficit; dum autem iudex adhibet præfatam cognitionem super qualitate bonorum, & quantitate pretij, ac aliis necessariis, satis dicitur probata diligentia.

130. Aduertit autem idem Gratianus *d. cap.*479. *n.*4. data necessitate subhastationem, quod loco illarum voce præconia, vbi non est præco, satis est, vt ponantur schedulæ in locis publicis, quæ æquipollent voci præconis, vbi aliàs res erat præconizanda.

131. Sed posito, quod alienatio rei Ecclesiæ præcedentibus assensu Apostolico, & solemnitate requisita fiat cum subhastatione, aut alio modo concurrentibus pluribus emere volentibus, an res sit liberanda plus offerenti, etiam si offerat plus iusto pretio; alioqui fiat contra vtilitatem Ecclesiæ euidentem à iure in alienatione bonorum Ecclesiasticorum requisitam. Vincentius Carocius *decis.*89. relatus à Quaranta *n.*12. testantur plures iudices voluisse esse liberandum ei, qui etiam plus iusto pretio offert, tanquam magis vtile Ecclesiæ. Verum etsi bona Ecclesiæ immobilia alienari non possunt nisi in eius euidentem vtilitatem, tamen huius euidentis vtilitatis nomine non intelligitur quæcumque maior vtilitas, quæ haberi possit, sed vtilitas, qua Ecclesia fiat locupletior, quam antea, vt suprà *n* 63.*& seqq.* dictum est, & ideo Doctores communiter asserunt res Ecclesiæ, dum alienantur, esse liberandas, vel posse liberari ei, qui in subhastatione, seu concursu obtulerit iustum pretium, quo Ecclesia redditur locupletior, nec audiri offerentem plus vel ob æmulationem, vel plus iusto, vt vltra debitum valorem. ita Carocius *loco citato.* Viuius *decis* 145.*n.5.&* 6. Quaranta *d.n.*12. Camillus Borellus *in sum. decis.tit.*15.*n.*56. Aloysius Ricc. *in praxi aur.* 1. *p. resol.*57. vbi testatur esse communem, & alios refert, & multos cumulat etiam Carocius. & ex Theologis Bonacina *de reb. Eccles. non alien.q.vnica p.*2. *n.*3. & Soptanus in *to.* 3. Filiuccij *tract.*44. *cap.*5. *n.*4. Ecclesia enim est cultrix iustitiæ, non auctrix iniustitiæ *cap. consultationibus de donationibus.* & licet illud dicatur iustum pretium, quod per subhastationem discernitur *auth. hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccles.l.fin.* §. *penultimo Cod. de iure dom.l. officium C. comm. diuid.* tamen id non procedit vbi per æmulationem, aut aliquo alio simili respectu, causa, vel occasione oblatio facta satis excedit iustum pretium; ideo tunc Ecclesia debet rem liberare offerenti iustum pretium, non autem plus offerenti cognita æmulatione inter emere cupientes. Licet etiam contrahentes possint se ad inuicem decipere *l. Imperatores ff. de contrah.empt.* & *l. in causa* §. *fin. ff. de minor.* hoc tamen Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis non conuenit, nec debent accipere nisi iustum pretium vt cum aliis Carocius: imò qui offert plus iusto, non vt emat, sed vt alios inducat ad plus emendum tenetur crimine stellionatus, scilicet, pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda *l.3.* §. *item quis imposturam ff. de crimin. stell.* Viuius *d. decis.* 145. *fine* & post alios Riccius *d. resolut.c.7.n.*7. Addo, quod Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, quæ ipso iure non transeunt ad Ecclesiam, vt infra ostenditur, ac proinde potest dare offerenti iustum pretium cum lucro Ecclesiæ, relicto eo, qui plus offert.

132. Aduertit tamen Riccius *d.n.*7. quidquid sit iuris; hodie seruari, vt res Ecclesiæ liberentur plus offerenti subhastationis tempore; secus vero si post rei Ecclesiæ alienationem seruata forma, ex iusta causa emanatam, alius plus offerret. vt etiam Berous *consil.*88 *n.*41. *vol.*1.

Subsistente euidenti vtilitate Ecclesiæ an possit alienari res Ecclesiæ donata cum conditione, vt non alienetur, vel relicta ad certum vsum eroganda.

133. Ex causa euidentis vtilitatis Ecclesiæ Glossa *in cap. verum versic. alij dicunt*, Afflictus *decis.* 17. *n.* 15. Tiraquellus *de retract. conuent. ad finem tituli n.*15. & alij, quos Borellus *in sum. decis.p.*1. *tit.*15. *n.* 59. negant res Ecclesiæ donatas cum conditione vt non alienentur, posse alienari. quam sententiam sequitur M. Antoninus *var. lib.*1. *resolut.* 15. *num.* 10. & Pyrrhus Corradus *de dispensat. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 2. *&* 3. Nihilominus alij aiunt subsistente euidenti vtilitate posse alienari, siue prohibitio alienationis

alienationis fiat à lege, siue ab homine, & si alienatio ritè obseruatisque solemnitatibus, iure requisitis sit facta, validam esse. ita Aretinus *consil.* 15. *num* 5. Claud. *in l. filiusfamilias* §. *Diui col.* 3. *ff. de leg.* 2. Baldus *in auth. res, quæ num.* 23. *comm. de leg.* Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 1. Mantica *de tacitis, & ambiguis conu lib.* 25. *tit.* 4. & innumeri alij, quos ad id refert, & sequitur Augustinus Barbosa *de appell. verb. v. alienatio, & de iure vniu. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 14. & 15. & idem post alios tenent Syluester *v.* alienatio *q.* 28. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 9. Sopranus *in appendice ad Filiuccium tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 30. ob eam rationem quod in huiusmodi casu euidentis vtilitatis alienatio non censeatur prohibita, sed potius ea mente prohibentis permissa, ad quod facit regula Glossæ receptæ *in l. tale pactum* §. *fin. ff. de pactis*, nempe id, quod disponens vniuersaliter disponeret, si de eo cogitasset debere pro disposito haberi, quam in id expendit Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 6. & quamuis Doctores præfati exceptis Barbosa, Syluestro, Azorio, & Soprano loquantur in alienatione ex causa vrgentis necessitatis iuxta tradita supra *num.* 57. Nihilominus videtur idem admittendum, vbi alienatio est euidenter, & notoriè vtilis Ecclesiæ ob eandem rationem præsumptæ voluntatis donatoris, & quia si illa conditio extenderetur etiam ad casus necessitatis, & euidentis vtilitatis à iure permissis, tanquam turpis foret reiicienda, vt aiunt Syluester, Azorius, & alij ab ipsis relati. Hanc eandem sententiam admittit Bonacina *de alien. rer. Eccles. quæst. vnica p.* 4. *num.* 12. si alienatio fiat cum assensu summi Pontificis, & ei in supplicatione exponatur talis conditio; secus si non fuisset expressa, quia fortè ea expressa Papa non concessisset alienationem, & sic illius omissio vitiaret rescriptum. At vbi recepta est Paulina 2. requiritur quidem assensus Apostolicus, & tutius esset Papæ exponere, & ita practicatur: quam praxim latè explicat Pyrrhus *d. cap.* 7 *num.* 7. 8. & 9. At attento tantum iure antiquo, & vbi non esset in vsu dicta Paulina, alienatio subsistente euidenti vtilitate, etiam non accedente consensu Papæ fieri posset iuxta præfatos Doctores, & ostenduntur rationes adductæ. Quo casu si ageretur de venditione pretium ex huiusmodi venditione habitum foret conuertendum in emptionem tot bonorum stabilium vtiliorum in locum rei venditæ subrogandorum, quæ eidem alienationis prohibitioni subiacerent. & ita stante Paulina, vbi petitur à Sede Apostolica concessio alienandi bona Ecclesiæ prohibita alienari à donatore vel testatore, consueuit (vt notat Pyrrhus *num.* 10.) dari decretum quod sententia alienationis seu confirmationis non feretur per commissarios (si de venditione agatur) nisi postquam pretium ex hac venditione habitum in emptionem tot bonorum stabilium vtiliorum pro dicta Ecclesia, quæ in locum rei venditæ in omnibus & per omnia subrogata sint & esse censeantur, ac eidem alienationis prohibitioni subiaceant realiter, & cùm effectu integrè fuerit conuersum, aliàs irritum est, etsi à testatore seu donatore fuerunt prohibita alienari sub pœnis caducitatis & deuolutionis, additur aliud decretum scilicet, & assignatis aliis bonis stabilibus vtilioribus, eidem caducitati & deuolutioni subiectis. Videatur Pyrrhus *d. cap.* 7. *num.* 10. & 11.

234. Si etiam res donata Ecclesiæ sit relicta ad certum vsum, puta, domus ad hospitalitatem, ea causa euidentis vtilitatis poterit alienari cum licentia Papæ: vt tradunt Baldus, Redoanus, Mastrillus, Riccius, & Borellus locis supra *dicto num.* 57. citatis. Aduertendum autem, quod si res Ecclesiæ donata ex conditione, vt non alienetur vel ad certum vsum subiecta sit caducitati, & adiecta pœna vt reuertatur ad hæredes, vel alios substitutos, tunc si extra casus à iure permissos alienaretur; daretur locus caducitati, vt post alios tradunt Syluester, Azorius *locis citatis*, Sopranus *num.* 31. & fusè Nauarrus *consil.* 8. *de venditione*; testatoris enim voluntas iusta, & rationabilis seruanda est; rationabile autem est, vt quis velit rem, quam Ecclesiæ relinquit, & donat sine iusta causa, non alienari. Ac proinde quæ res simpliciter legata, vel donata fuerit cum conditione, vt non alienetur, poterit quidem ex iusta causa, & seruata solemnitate sine vlla caducitatis pœna alienari. At extra casus à iure permissos alienata eo ipso ad substitutos deuoluetur iuxta eosdem Doctores.

Alienatio in euidentem Ecclesiæ vtilitatem inconsulto summo Pontifice facta à Prælato contra iuramentum non alienandi bona Ecclesiæ Papa inconsulto an valeat, & an Prælatus locans ad longum tempus peccet contra tale iuramentum.

Ad vero alienatio rei Ecclesiæ in euidentem Ecclesiæ vtilitatem cum debitis requisitis facta à Prælato contra iuramentum ab eo præstitum de non alienando inconsulto Romano Pontifice valida sit ratione euidentis vtilitatis, licet non fuerit Papa consultus. pro resolutione

Aduertendum Episcopos, & alios Prælatos à summo Pontifice promotos, vel de ipsius mandato consecratos præstare iuramentum se non alienaturos bona Ecclesiæ immobilia etiam de consensu sui Capituli inconsulto Romano Pontifice. ita Panormitanus *in cap. vt super de reb. Eccles. non alien. num.* 8. & 15. Redoanus *q.* 55. *initio*, Quaranta *v.* alienatio *num.* 6. Crescentius *decis.* 1. *tit. de iureiur.* alij Doctores, qui infra allegantur, & constat ex consuetudine, & stylo Curiæ Romanæ; & formula iuramenti habetur in Pontificali *fol.* 81. & 120. his verbis, *Pro Episcopis, & aliis Prælatis maioribus. Possessiones vero ad meam mensam pertinentes non vendam. &c. vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ inconsulto Romano Pontifice, etsi ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas incurrere volo.* & iisdem verbis iuramentum præstant Abbates; sed pro *ad mensam*, dicunt, ad *Monasterium*, & loco *Capituli* dicunt *Conuentus, Monasterij mei.* 135.

Quod iuramentum quia est difficilis probationis, cum de eo scriptura non conficiatur, nec Notarius rogetur, sed solo verbo fiat in manibus Officialium, vel Decani Diaconorum Cardinalium (vt Crescentius *d. decis.* 1. & Borellus *in sum. decis. tit.* 15. *num.* 50.) & sit necessarium de mandato Papæ, & fieri solitum, in dubio præsumitur præstitum, quamuis de eo non constet, vt post alios Crescentius, & Borellus *locis citatis*. Factum enim præsumitur, quod fieri solitum est, vt Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 81. *num.* 4. & 6. & ego cum aliis *to.* 1. *var. moral. tit.* 1. vbi de conscientia dubia. 136.

Et licet hoc iuramentum non extendi ad alienationem in casibus à iure permissis, sed solum ad alienationem in casibus illicitis, & non permissis, & sine formula iuris factam, eo quod iuramentum sit stricti iuris, senserint aliqui tacitis nominibus à Crescentio *decis.* 3. *num* 3. *eodem tit.* relati, & quos referunt Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *q.* 9. versic. *hoc posito*, & Castrus Palaus *to.* 2. *tract.* 12. *disp. vnica p.* 15. *n.* 4. versic. *alij vero*, qui & illos sequitur, tamen extendi etiam ad alienationem in casibus à iure permissis, & in qua adsit euidens Ecclesiæ vtilitas tradunt Panormitanus *in d. cap.* super his Ioannes Andreas *in cap. fin de Eccl. ædific.* Redoanus *d. cap.* 55. *num.* 81. Crescentius *d. decis.* 3. *num.* 1. *de iureiur.* Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 11. & esse communem scribentium *in d. cap. final. de Eccles. ædific.* testatur Crescentius. Et ex Theologis ita sentiunt etiam Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 468. *num.* 8.

*n.*8. versic. *Quoniam iuramentum.* & Azotius *d.q.* 9. versic. *altera est sententia*, ob eam rationem, quod iuramentum debet aliquid operari, in casu autem illicito etiam sine iuramento non potest Prælatus alienare. Quare propter hoc iuramentum Episcopi, & alij Prælati, qui illud in sua prouocatione præstant, etiam in casibus à iure permissis, & ex causa euidentis vtilitatis, etiam vbi Paulina *Ambitiosæ* non est vsu recepta, non possunt alienare bona immobilia suæ Ecclesiæ, vel sui Monasterij; nam ea vi Paulinæ, vbi est in vsu omnes fatentur Prælatos non posse in casibus etiam permissis alienare inconsulto Romano Pontifice, vt suprà *n.* 56. dictum est, & ostenditur etiam infrà. Non omittam tamen aduertere Glossam *in cap. vt super de rebus Eccl. non alien.* Calderinum *consil.* 7. *eod. tit.* & Federicum de Senis *consil.* 210. asserente Prælatum, qui iurauit non alienare res Ecclesiæ, posse alienare saltem res inutiles absque periurio: item posse alienare res modicas tradit Panormitanus *in cap.vlt. n.*9. *de Eccl.ædif.* id probant ex *cap.terrulas* 12.*q.*2. & quod iuramentum Prælati de non alienando non se extendat ad rem exiguam docent etiam Redoanus *q.* 13.*n.* 11. & Quaranta *v.alienation.*41. Imò cum factum est simpliciter de rebus Ecclesiæ non alienandis, hoc iuramentum extendi tantum ad alienationes illicitas tradidit idem Panormitanus *in d. cap. vlt. n.* 3. Quare iuxta hanc sententiam superior, qui hac ratione iurauit, poterit nihilominus alienare necessitatis, & euidentis vtilitatis causa, vt iura ipsa concedunt; & ratio iuxta eosdem Doctores est, quia iuramentum in materia iuris interpositum restringitur ad ipsius iuris terminos; nam pari ratione Episcopus, qui iurauit se in Ecclesia sua perpetuo commoraturum, potest nihilominus abesse, si id Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas postulet.

138. Aduertendum secundo difficultatẽ propositam procedere secundum iura antiqua, & vbi non est in vsu Paulina, quæ ad valorem alienationis etiam in casu licito requirit assensum summi Pontificis. Difficultas ergo in hoc consistit, an ex eo præcisè, quod Prælatus rem Ecclesiæ immobilem in casu licito, & cum euidenti vtilitate, & aliis requisitis adhibitis alienat inconsulto summo Pontifice, seu sine eius licentia, cum iurauerit se eo inconsulto non alienaturum, non solum committat periurium, sed etiam inualidè alienet, ita vt alienatio sit ipso facto nulla.

139. Plerique igitur Doctores (vt notat Crescentius *d. decis.* 3. *num.* 1.) loquuntur per verbum impeditiuum potestatis, & in casu licito, vt *non potest*, *non valet*, *impeditus*, vt Lupus, *allegat.* 30. Baldus *consil.* 374. *fine lib.* 3. & alij à Crescentio *vbi suprà*, & Riccio *d. resolut.* 11. relati: per quæ videntur sentire alienationem sequutam contra iuramentum etiam in casu à iure permisso esse nullam; & ita videtur voluisse Hondedeus *consil.* 61. & Laurentius de Rodulphis *in cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. *relati* à Crescentio *d. decis.* 3. Nihilominus, quod alienatio in casu permisso à iure valeat non obstante periurio, tenuit Rota *in Romana locationis* S Andreæ *coram Piccolomineo*, *vt testatur* Crescentius *d.decis.*3.*n.*1. idem approbans, & docuerunt Panormitanus *in cap.vt super n.* 15. *de reb. Eccl.non alien.* & *in cap. fin.de Eccl. ædif. à num.* 30. & alij, quos allegat Azotius *d. q.* 9. versic. *Quoad secundum* & Riccius *d. resol.* 11. & *resolut.*66. *n.*6. Molina *d disp.*468. *n.*8. versic. *transgressio* Azotius *d. q.*9. versic. *hac in re.* & esse communem sententiam testatur Crescentius *d. decis.* 3. *n.* 3. Ratio iuxta Crescentium ibidem sumitur ex regula, quod iuramentum est præstitum in casu, in quo ius non resistit, imò assistit, scilicet, in casu vtilitatis, aut necessitatis, ac proinde actus contra iuramentum factus valet, licet contrafaciens sit periurus, vt per Doctores *in l. si ita quis §.ea lege ff.de verb. oblig.* & est casus *in cap. licet mulieres de iureiur. in* 6. & *in cap. cum contingat eod. tit.* Corneus *consil.* 732. *vol.*1. *& plures alij*, quos refert Crescentius *d. decis.* 3. *n.* 3. dicens secus fore, vbi Paulina esset vsu recepta, quia tunc iuramentum haberet resistentiam iuris, & actus contra factus esset nullus.

Qui etiam Couarruuias *lib.* 1. *var.cap.* 16. *num.*2. *sequutus* Calderinum *in cap. cum contigat*, asserit non esse periurium, seu non peccare contra iuramentum Prælatum, qui iurauit non alienare res Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, si eas locauerit etiam ad longum tempus puta viginti annorum; licet prohibita alienatione rerum Ecclesiæ, censeatur etiam prohibita conductio, & locatio ad longum tempus, & contractus talis locationis contra prohibitionem alienandi non teneat. Qui ad id mouetur ex eo, quod locatio ad longum tempus, & contractus quilibet, quo non transfertur dominium directum, sed tantum vtile; non sit propriè alienatio, sed impropriè, & ea lata significatione *l.si fundum ff.de fundo dotali.* cum aliis per eundem Couarruuiam adductis: iuramentum autem, cum sit quid odiosum, strictè sit intelligendum iuxta proprium verborum sensum. Quare sub nomine alienationis vult Couarruuias ob latam significationem comprehendi locationem ad longum tempus, ad hoc vt contractus non teneat, non autem quoad pœnam infligendam locandi, & multo minus quoad periurium committendum. Et idem quod Couarruuias tradit Rota *decis.* 26. *n.* 2. *&* 3. *p.* 2. *diuersorum*, idem tenet Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 116. *n.* 3. vbi allegat etiam Calderinum *in cap. cum contingat de iureiur.* & Borellus *in sum. decis. to.* 1. *tit.* 16. *n.* 15. Quamuis huiusmodi Prælatum, qui iurauit non alienare, &c. inconsulto summo Pontifice peccare contra iuramentum, si inconsulto Romano Pontifice locat ad longum tempus bona Ecclesiæ teneant Panormitanus *in cap. intellecto num.* 10. *de iureiur.* Molina *d. tract.* 2. *disp.* 466. *n.* 6. & *d. disp.* 468. *n.* 8. Vasquez *de reddit.cap.* 1. §. 2. *dub.* 3. *n.* 24. & Castrus Palaus *d.p.* 15. *n.* 3. ob eam rationem, quod iuramentum non alienandi absolutè sumptum intelligendum est iuxta materiam subiectam; in hac autem materia alienationis bonorum Ecclesiasticorum alienatio sumitur non solum pro venditione, donatione & permutatione, quibus transfertur dominium directum, sed etiam pro qualiber actione, qua transfertur dominium vtile, & locatione ad longum tempus, vt tradit idem Couarruuias *d cap.*16.*n.*1.*&* 2. & Doctores magis communiter, de qua re infrà suo loco; ac proinde iuramentum se extendet etiam ad locationem ad longum tempus, pignus, specialem hypothecam, feudum, & emphiteusim; & iuxta Paulinam *Ambitiosæ* certum est per talem locationem vltra nullitatem contractus incurri pœnas dictæ Paulinæ, vbi est in vsu, etiam quoad pœnas. Et prædicta quoad causas legitimas alienationis rerum Ecclesiæ, scilicet, necessitatis, & euidentis vtilitatis. 140.

Ob remunerationem meritorum alienari à Prælato possunt res Ecclesiæ prohibitæ, & quæ, & vsque ad quam quantitatem; & qualia debeant esse merita, & qualiter de iisdem meritis debeat constare.

Quibus addo (hæc enim causa reducitur ad causam vtilitatis) Prælatum posse res Ecclesiæ alienari prohibitas in remunerationem meritorum obsequij, & laboris alienare. ita Tiraquellus *in l.si vnquam v.donatione largitus n.* 27. Mænochius, *de arbitr. casu* 434. Caebetanus *decis. Prad.*99. Magonus *decis. flor.*67. *num.*1. Rota *decis.* 1490. *num.* 10. apud Seraphinum *&* *decis.* 243 *à num.* 3. apud Paulum Rubeum *p.* 7. & alios allegantes Borellus *in sum.decis.to.*1.*tit.*15.*n.*12. Riccius *in collect.decis.p.*6.*collect.* 1101. versic. *intellige quarto.* August. Barbosa *de potest.* 141.

Episc.allegat.95.n.62. & *collect.ad cap.3.n. 4. de reb. Eccl. non alien.* & *aly communiter ab iisdem relati.* Declaratur tamen procedere in boois mobilibus, oon autem immobilibus, ita Cacheranus, Magonus, Riccius, Augustinus Barbosa *locis citatis*, & post alios Borellus *num.* 13. Declaratur etiam dummodo Prælatus noo excederet remunerationis metas, & limites, hos enim non potest, nec debet excedere. ita Mænochius *d. casu* 434. *n.* 3. Rota *d. decis.*243. *n.*6. & *aly prææallegati*, *nec non alij*, quos referunt Borellus *n.* 14. & Riccius *loco citato*. & quando debitos renumerationis terminos excedere dicatur, iure definitom oon esse, & propterea iudicis arbitrio relinqui rectè dixit Mænochius *n* 4.*post Castrensem cons.*285. Oportet etiam, vt merita sint ratione obsequiorum præstitorum Ecclesiæ, cuius booa pro renumeratione alienentur. ita Rota *d. decis.* 1490. *n.* 10. apud Seraphinum, vbi ad id allegat Accotan. *decis.* 43. & addit ita aliàs fuisse dictum in Posnanieosi *bonorum* 15. *Februarij.* 1599 *coram* Laocelloto. Dicit etiam eodem *n.* 10. Rota hæc merita ad sustineodam alienationem pro remunetatione factam esse aliuodc probanda, quam ex attestatione alicoaotis iuxta Iasonem *consil.* 75. *lib.* 3. & Federic.*cons.* 143. & *d. decis.* 243. *n.* 5. vbi ait debere esse clata, & euidentia oon aotem turbida, ita vt conditio Ecclesiæ patentet melior fiat, & locupletior & *n.* 7. addit quod non sufficit, si beoeficia sint colorata, & in occasionem sumpta, sed debeot esse vigentia, & insignia.

SVMMARIVM §. IV.

Episcopus, & quiuis Prælatus bona tam propria mensæ, quam communia cum Capitulo sua Ecclesia non potest alienare absque solemnitate iuris in cap. sioe exceptione. *12. q. 2. num.* 143.

Et ita non potest illa alienare absque consensu Capituli. num. 144.

Non requiritur consensus Capituli in alienatione bonorum mensæ, quando Episcopus alienat cum euidenti vtilitate probata, interueniente assensu Apostolico. num. 145. *&* 146.

Assensus Capituli in tali alienatione magis solemnitatem, quam substantiam respicit. num. 146.

Quid in tali alienatione bonorum mensæ Capitularis cum beneplacito Apostolico, an tunc requiritur ad valorem consensus Capituli. ibid.

Si Episcopus ex aliquo accidenti careat canonicis in alienatione, quorum consensum adhibere debeat, an Superioris Prælati, an aliorum clericorum. num. 147.

Iuxta ius antiquum in alienatione rei Ecclesiæ Cathedralis sufficit consensus Episcopi, & Capituli. ibidem.

Consensus Capituli debet esse expressus, nec sufficit tacitus. n. 148. *sufficit maioris partis præsentis, nec est necessarius consensus absentium. num.* 149.

Huiusmodi consensum an sit necesse præstari à Canonicis congregatis & in communi, an sufficiat à singulis seorsim præstari. num. 151.

Etsi alienatio rei immobilis Cathedralis, vel alterius Ecclesiæ collegiatæ facta à Prælato absque consensu Capituli sit ipso iure nulla, tamen per subuenientem consensum Capituli efficitur valida à tempore præstiti consensus. num. 152.

Consensus iste non probatur ex eo, quod concessionis instrumentum in libro contractuum Ecclesiæ reperiatur. ibidem.

*Absque huiusmodi consensu Prælatus potest res solitas concedi in Emphiteusim, &c. cui vult conferre. num.*153.

Item alienare res inutiles, & res modici valoris. ibidem.

Absque Capitulo, & solemnitate an Prælatus solus possit bona de mensa Episcopali, vel abbatiali concedere alicui vita durante. num. 154.

Et quid quando habens rem Ecclesiæ in feudum, & non vult illam reddere propriæ Ecclesiæ, sed alteri Ecclesiæ, vel Monasterio. ibid. fine.

Capitulum Cathedralis Ecclesiæ non potest Ecclesiæ, & mensæ suæ bona alienare nisi consentiente maiori parte præsentium, nec sunt vocandi absentes. n. 155.

Non potest etiam, alienare nisi cum authoritate, seu consensu sui Episcopi; qui tamen consensus non requiritur per modum Decreti, debet tamen præstari præmissa causæ cognitione. num. 156.

Authoritas, & consensus sunt idem. ibidem.

Consensus, & Decretum quomodo differant. ibidem.

Præfatus consensus debet esse expressus, nec sufficit tacitus, & quæ differentia inter vtrumque. ibidem. limita in alienationibus temporalibus. ibidem.

An sufficiat consensus Vicarij Generalis sine speciali mandato Episcopi. ibidem.

Sufficit autem consensus solius Episcopi, nec requiritur consensus Papæ iure antiquo attento, sicut etiam quando Prælatus alienat sufficit consensus Capituli, nec requiritur Papæ nisi Prælatus iurauerit, &c. ibidem.

Absente Episcopo, vel Abbate si alienatio per Canonicos, vel Capitulum fiat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ cum assensu Papæ, sine Episcopi consensu valet. n. 157.

Assensus Apostolicus supplet alias solemnitates, & omnes defectus. ibidem.

In alienatione rei Ecclesiæ collegiatæ inferioris requiritur consensus maioris partis Capituli, & Rectoris præmisso tractatu, & etiam consensus Episcopi expressus, non autem Capituli Cathedralis, nisi Episcopus esset principalis author alienationis. n. 158. *&* 159.

Nomine collegij in hac materia intelligitur non solum communitas Canonicorum, sed etiam aliorum Beneficiatorum. num. 158.

In alienatione rei Ecclesiæ non habentis Capitulum, seu Collegium, vt est simplex Parochialis, si Rector est principalis author requiritur præmissa cognitione causæ consensus Episcopi, cui Ecclesia subiecta est, nec requiritur consensus Capituli Cathedralis, nec Episcopi loci, in quo res distrahenda sit sita. n. 160. *si Episcopus absit, an sufficiat authoritas Iudicis laici. ibidem.*

Si Episcopus esset Author principalis alienationis requireretur Capituli Cathedralis: item consensus Rectoris, vel Administratoris, vel Capellani illius Ecclesiæ cuius bona alienantur; & si Ecclesia careat Rectore Episcopus debet assignare defensorem. n. 161. *limitatur vt n.* 162. *versic. Quæ autem.*

Consensus Rectoris potest valide interuenire post obtentum rescriptum si in euidentem. *n.* 162.

Rectoris, & Capituli, seu Collegij consensum interuenisse, & valide præsumitur ex antiquitate temporis, puta, annorum 30. *& amplius. Item si Rector supplicaret, & gratiam obtineret. ibidem. versic. iste consensus.*

Alienatio bonorum alicuius Præbendæ distincta à mensa Capitulari, an fieri possit per Canonicum præbendatum cum consensu solius Episcopi absque consensu Capituli. num. 163.

In alienatione bonorum Monasterij requiritur consensus Abbatis, & fratrum præuio tractatu, & debet præstari à fratribus simul conuocatis, quæ conuocatio in dubio præsumitur. n. 164. *requiritur etiam consensus Episcopi, si Monasterium non sit exemptum. ibidem. versic. Præter. Et si Abbas Monasterij exempti non habet Iurisdictionem quasi Episcopalem requiritur authoritas Papæ, vel alterius Prælati immediati superioris habentis Iurisdictionem quasi Episcopalem. ibidem.*

Hodie Monasteria sunt exempta, & eorum Prælati habent Iurisdictionem quasi Episcopalem. n. 165.

In præfata alienatione hodie iuxta ius commune, & seclusa Paulina 2. *sufficit consensus Abbatis, & Capituli adhibitus iuxta constitutiones, & priuilegia cuiusque religionis. n.* 164. *versic. Præter.*

Apud nos præter consensum Capituli requiritur assensus Præpositi Generalis. Apud Benedictinos requiritur licentia

tia Capituli Generalis ; in Societate Iesu sufficit solus Generalis cum tractatu cum suis consultoribus. ibidem.

Absente Abbate sufficit interuentus Prioris, seu illius, qui Abbatis vices gerit. n. 164. versic porro licet.

Interueniente auctoritate Papæ tunc consensus Capituli, & aliorum, nec tractatus requiruntur ; dummodo adsit euidens vtilitas, vel necessitas n. 165.

Abbas etiam maior & in communi etiam capitulo non potest minuere de iure vnius Ecclesiæ subiectæ, nisi ex iusta causa, & possessore vocato. n. 166.

Consuetudo alterans naturam, ac formam alienationis bonorum Ecclesiasticorum valet. n. 167.

Consuetudo vt solus Abbas sine consensu Episcopi, aut Capituli possit de bonis Monasterij dare, & alienare non valet, si sit grauesa Monasterio. ibidem.

Idem de multiplicitate donationum modicarum, si simul considerata grauamen inducunt. ibidem.

Alienatio à Celerario, seu Procuratore Monasterij facta ad modicum tempus valet absque alia solemnitate. n. 168.

Nulla est facta a Procuratore, qui excessit fines mandati, nec eius ratificatio inducitur ex scientia fratrum, aut Canonicorum, sed requiritur scientia Capituli. n. 169. & 170.

Ad eiusdem Procuratoris ad alienandum constitutionem, requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas, quæ in alienatione ; nec sufficit generale mandatum Prælati, aut Monasterij, sed requiritur speciale ad alienandum tale prædium. n. 171. & 172. Huiusmodi mandatum non præsumitur, etiam per mille annos, si de eo non constet. ibid.

Qui emit ab aliquo tanquam Procuratore alterius, præsumitur semper malæ fidei, nisi appareat de illius mandato. num. 172.

Patroni consensus an requiratur in alienatione rei Ecclesiæ patronatæ. n. 173.

Alia summaria vide post num. 173.

§. IV.

Explicantur ea, quæ spectant ad formam, seu solemnitatem legitimam in alienatione rerum Ecclesiæ immobilium, & mobilium pretiosorum seruandam, iuxta ius antiquum. Vbi quinam possint res Ecclesiæ alienare.

142. SVprà *num.* 49. dictum est, præter iustam causam in alienatione rerum Ecclesiæ immobilium, & mobilium pretiosorum debere interuenire formam, seu solemnitatem legitimam ; & hanc iuxta ius antiquum ante Paulinam 2. consistere in his quatuor scilicet, vt interueniat consensus Prælati, Capituli, vel Rectoris, tractatus præcedens, & subscriptio Canonicorum, seu fratrum vt constat *ex cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. & pluribus *aliis textibus iuris canonici, præsertim in titulo de rebus Ecclesiæ non alienan.* & *in clem.* 1. *eod. tit.*

Episcopus, & quiuis Prælatus non potest bona mensæ Episcopalis alienare absque consensu Capituli, & qualis debeat esse iste consensus, & nonnulla alia de hac alienatione, quæ fit authore Prælato.

143. Itaque ab hoc inchoando Episcopus, & quiuis Prælatus Superior, vel inferior bona immobilia tam communia mensæ Episcopali, & Capitulo, quàm ea, quæ sunt de mensa Episcopali separata à mensa Capitulari, neque alienare, neque in Emphyteusin aut feudum concedere potest absque solemnitate dicti *c. sine exceptione.* ita Redoanus *q.* 26. *n.* 24. 26. & 27. Mænochius *de arbitr. casu.* 433. *n.* 1. Crescentius *decis.* 1. *n.* 5. *tit. de reb. Eccl. non alien.* Borellus *in summa decis. to.* 1. *tit.* 15. *n.* 36. Augustinus Barbosa *collect. ad cap.* 6. *n.* 3. & *collect. ad cap.* 10. *n.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* & *iure vniu. Ecclesiæ lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 8. & *de potest. Episc. Alleg.* 95. *n.* 70. alij à Mænochio, Borello, & Barbosa, citati Rota, & Doctores *n. seqq.* allegati. Quando autem censeantur bona facta de mensa Episcopali, seu Ecclesiæ laté explicat Mænochius *d. casu* 433. per totum, & traditur infrà *n.* 306.

Hinc in alienatione bonorum immobilium non solum communium mensæ Episcopali, & Capitulari, sed etiam mensæ Episcopalis separatæ à mensa Capitulari requiritur consensus Capituli iuxta *d. cap. sine exceptione.* ita Redoanus *locis cit.* Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *n.* 43. Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 51. & *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 3054. versic. *in alienat. bonorum,* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 95. *n.* 70. & *d. cap.* 30. *n.* 8. Rota *decis.* 338. *n.* 2. & latius *decis.* 443. *n.* 4. apud Seraphinum, & alij, quos Rota *d. n.* 4. & Riccius *d. resolut.* 51. referunt ; & constat *ex cap.* 1. 2. & 3. *de his, quæ fiunt à Prælatis.* & ratio iuxta eandem Rotam, & alios ab ea citatos est, quia interest Capituli, ne possessiones, & bona Ecclesiæ alienentur. 144

Quod si sit, seu probetur euidens vtilitas Ecclesiæ, tunc in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ non requiritur consensus Capituli, & alienatio per solum Prælatum facta cum assensu Apostolico, valet. ita Rota *d. decis.* 443. *n.* 4. vbi dicit, quod si probetur euidens vtilitas, cessat illud interesse, & non est considerabilis defectus consensus Capituli, & idem dicit *d. decis.* 338. *n.* 2. ita etiam sensisse Rotam aliàs in Senogaliensi syluæ coram Costa testatur eadem Rota *d. decis.* 443. *eod. n.* 4. ita etiam cum aliis Riccius *d. resolut.* 51. & Barbosa *d. n.* 70. 145.

Et vtrobique addit eadem Rota aliis allegatis in isto casu consensum Capituli non requiri, vt personæ habentis interesse, neque tanquam quid pertinens ad substantiam, sed solum vt solemnitas, cuius defectum supplet authoritas Papæ, quem *d. decis.* 338. *n.* 4. ex Panormitano *consil.* 41. *n.* 3. ait adhiberi, vt suppleat omnes solemnitates. Nec curare Papam in his de solemnitatibus, sed de vtilitate, vt §. *præcedenti* dictum est. An vero in alienatione bonorum communium mensæ Episcopali, & Capitulo, vel bonorum mensæ Capitularis consensum Capituli suppleat authoritas Papæ Quaranta v. alienatio *n.* 7. dicit assensum Papæ supplere alias solemnitates, sed non consensum Capituli, vel maioris partis ; quia consensus Capituli in hac alienatione spectat non solum ad solemnitatem, sed etiam ad substantiam. Sed an authoritas Papæ subsistente euidenti vtilitate suppleat etiam consensum Capituli, & Rectoris, vel Episcopi explicatur infrà *n.* 165. 146.

Cæterum si Episcopus propter bellum, aut aliud accidens caret Canonicis, alienationem faciendam esse cum consensu superioris, nempè Archiepiscopi, vel summi Pontificis aiunt Glossa *in cap. si qua de reb. Eccl. alien.* & post Rebuffum, Mænochius *in d. addit. ad casum* 172. *d. n.* 43. & in hoc casu intelligo Sotanum in appendice ad Filiuccium *tract.* 44. *cap.* 5. *n.* 12. & Bonacinam *in tract. de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 4. dum dicunt, si Episcopus alienat, debere interuenire consensum Primatis. Quamuis Panormitanus *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis n.* 7. Redoanus *d. q.* 26. *n.* 27. & Molina *de iustit. to.* 2. *disp.* 468. *n.* 6. *fine*, dicant in hoc casu Prælatum carentem Capitulo debere conuocare alios clericos honestos, neque cum illis tractata posse de illorum consensu alienare, quod expedire fuerit iudicatum. Quod verò iuxta ius antiquum in alienatione rei Cathedralis sufficiat consensus Episcopi, & Capituli post alios notat Redoanus *d. q.* 26. *n.* 24. & latius *q.* 41. *n.* 45. addens tamen *n.* 46. Glossam *in c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. tenere, quod si Episcopus alienet rem mensæ suæ præter consensum Capituli, requiri authoritatem Archiepiscopi, quod etiam dixit Baldus *in auth. hoc ius porrectum Cod. de sacros. Eccles.* vbi etiam dicit requiri authoritatem Papæ, si Episcopus non habet Archiepiscopum suprà se. 147.

148. Porro consensus Capituli debet esse expressus, nec sufficit tacitus. ita Panormitanus *in d. cap. 1. n. 3. de his, quæ fiunt a Prælatis* per textum *ibi*, id enim est, quod ibi appellatur, collaudatio, scilicet, approbatio, & consensus expressus. ita etiam Molina *d. disp.* 468. *num.* 6. Castrus Palaus *to. 2. tract.* 12. *disp. vnica punctio* 15. *num.* 10. Panormitanus *in cap. 1. num. 3. de his, quæ fiunt à Prælatis*, Redoanus *q.* 26. *n.* 17. & Rota *decis.* 204. *n.* 8. *in nouiter nouissimis Farinacij*, & cum aliis Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut.* 83.

149. Sufficit autem consensus maioris partis Capituli, nec est necessarius consensus absentium, sed sufficit præsentium. ita Panormitanus *in d. cap. 1. n.* 5. Molina, Castrus Palaus *locis citatis*, & alij, & colligitur *ex d. cap. 1. de his quæ fiunt a Prælatis* & *ex d. c. sine exceptione* 12. *q.* 2. & in alienatione rerum Ecclesiæ Canonicos, absentes non esse vocandos tradiderunt etiam Guido Papa *decis.* 116. Rota *in Mediolanensi bonorum de Naredo* 21. *Martij* 1591. *coram Lancelloto* vt *in decis. quot.* 79. *lib.* 3. & Riccius *d. collect.* 3054. versic. *in alienat. rei Ecclesiæ Canonici.*

150. Qualiter autem Capituli consensum debeat inter Canonicos congregatos præcedere tractatus, seu examen causarum alienationis, & inquisitio, an alienatio Ecclesiæ expediat, & qualiter subsequi debeat subscriptio explicatur infrà *a num.* 174.

151. Huiusmodi autem consensum non esse necesse præstari à clericis, seu Canonicis in communi, & in Capitulo Congregatis, sed sufficere si singuli seorsim præstent, modo iam in communi præcesserit tractatus de re alienanda dixit Syluester *v.* alienatio *q.* 5. quem sequuntur Vasquez *opusc. de redditibus c. 2. §. 2. n.* 43. & Bonacina *d. p. 4. n.* 2. & Augustinus Barbosa *to. 4. collect. ad d. cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. *n.* 4. & docuerunt etiam Glossa *in cap. 1. v. tractatus de reb. Eccl. non alien. in 6.* & Redoanus *q.* 33. *n.* 3. eo quod adhuc dicatur esse consensus Capituli, quamuis singulariter præstetur; sed verius videtur requiri, vt præstetur consensus à Canonicis, seu Capitularibus simul congregatis, vt docuerunt Hostiensis, & alij apud Syluestrum *loco citato*, & Rota *d. decis.* 204. *n. 9. in nouissimis Farinacij*, & sequitur Castrus Palaus *d. n.* 10. singuli enim seorsim sumpti non faciunt Capitulum, aut Collegium; neque talis consensus singulorum seorsim, est consensus Capituli; in dicto autem *c. sine exceptione* 12. *q.* 2. requiritur Capituli, seu Collegij consensus. dicitur enim ibi: *& cum totius cleri tractatu, atque consensu, &c.* & cum tractatus inter Canonicos Congregatos habendus sit, vt de se constat, idem etiā de consensu, cum vterque eodem modo exigatur. idem colligitur *ex c. 1. 2. & 3. de his, quæ fiunt à Prælatis*, cum loquantur de consensu conuentuali, in secundo enim dicitur, *si conuentu sciente* in tertio *reclamante Capitulo.*

152. Et licet alienatio rei immobilis Cathedralis Ecclesiæ ab Episcopo, & quouis alio Prælato facta sine Capituli consensu, & eo reclamante irrita sit *cap. 1. & 2. de his, quæ fiunt à Prælatis*, tamen postea efficitur valida, si capitulum eam habuerit ratam præbendo postmodum consensum præuio tractatu, vt innuitur *c. cum nos de his, quæ fiunt à Prælatis*, & tradunt Panormitanus *in d. cap. 1. n. 5. de his, quæ fiunt, &c.* Rota *d. decis.* 204. *in nouissimis Farinacij*, & *decis.* 1338. *apud Seraphinum*, Molina *d. disp.* 468. *n.* 6. versic. *affirmandum*, & Castrus Palaus *d. n.* 10. Aduertentes tamen reputari validam alienationem, nisi à tempore, quo Capitulum eam ratam habuit, quia tunc solum adsunt requisita ad alienationem iuxta prædicta iura antiqua. Dicit etiam Rota *d. decis.* 204. *n. 4. & 7.* consensum Ecclesiæ, aut ratificationem non probari ex eo, quod concessionis instrumentum in libro contractuum eius reperiatur.

153. Potest autem Prælatus de iure liberè res solitas concedi vel in Emphyteusim, vel feudum, cui vult conferre etiam absque consensu Capituli, vt ex Baldo *in c. 1. col. 1. qui feud. dare poss.* Iasone *ib. n.* 7. Felino *in c. cum causa n. 14. de iudic.* Federico de Senis *consil.* 109. Castrensi *consil. 134. lib. 1.* & Mænochio *consil. 79. num.* 6. tradit Augustinus Barbosa ad ius canonicum *to. 3. collect. ad Extrauag.* Ambitiosæ *num.* 16. & latius *infra.*

Item potest Prælatus absque consensu Capituli alienare res inutiles, & res modicas, ac paruæ vtilitatis, vt constat ex *cap. terrulas* 12. *q.* 2. rem enim Ecclesiasticam modici valoris absque solemnitatibus alienari permissum esse tradunt Guido Papa *decis.* 156. Caualcanus *decis. 46. p. 2.* Quaranta *v.* alienatio *num.* 41. Redoanus, *q. 24. num.* 12. & alij à Quaranta relati; & latius *infra.*

154. An autem Prælatus bona de mensa Episcopali, vel Abbatiali separata à Capitulo possit solus absque consensu Capituli, & absque alia solemnitate concedere alicui durante eiusdem Prælati vita; Panormitanus *in cap. continebatur num. 7. de his, quæ fiunt a Prælatis* Fredericus de Senis, & Hostiensis ab eodem Panormitano citati affirmant etiam non obstante Paulina 1. eo quòd & hoc non sit alienare, neque locare ad longius tempus, quam triennium, quod in *d. Paulina* non est prohibitum, & neque cedat in præiudicium Capituli, & Ecclesiæ, sed solius Prælati concedentis; neque videtur esse aliud quam concedere commoditatem ex re illa ad vitam concedentis; idem censuit Mohedanus *decis. 9. de locato, & conducto. aliàs* 250. *num.* 1. vbi dicitur quod alienatio, seu locatio siue iurata, siue non, siue sit de rebus separabilibus puta Episcopi, vel inseparabilibus, videlicet, Episcopi & Ecclesiæ simul vel Capituli durante vita præfati locantis est valida, nec potest Episcopus locator eam reuocare iuxta Aretinum *consil.* 114. idem colligitur ex *decis. Verallis* 165. & alios allegans Riccius, & *collect. decis. p. 6. collect.* 201. versic. *intellige quinto*; vbi affert illam rationem, quod Prælatus alienando vita durante successori præiudicium facere non potest. Ad Molina *de iustit. to. 2. d. disp.* 468. *num.* 10. tenet contrarium, & Episcopum, seu Prælatum absque consensu Capituli non posse dicta bona etiam separata, & non communia alteri concedere vita sua durante, eo quod hæc concessio videatur improbari *c. 3. de arbitris*, & rationem esse an, quia est vltra triennium, & est perniciosa Ecclesiæ; cum sæpè eueniat vt ea res difficile, & non sine lite eruatur è manibus laici. Et hæc sententia mihi videtur verior, & conformior iuri, & rationi; & vbi Paulina est recepta, si talis concessio facta sit absque beneplacito Apostolico longè probabilius videtur esse nullam, & inualidam, vti eidem Paulinæ aduersantem, de quo infra *num. 329. 331. & 338.* Quod si res aliqua data esset alicui laico in feudum perpetuum; neque vellet illam reddere propriæ Ecclesiæ, tunc si eam donare vellet alicui alteri Ecclesiæ, aut Monasterio, sufficeret authoritas Episcopi ad valorem donationis absque consenso, & tractatu cum Capitulo, & absque consensu clericorum, & Ecclesiæ, cuius dominium directum illius erat, vt habetur *c. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælatis.* & affirmant idem Panormitanus *num. 7. Glossa in Clem. 2. v.* mensæ *de reb. Eccl. non alien.* & Molina *d. num.* 10. vbi etiam aduertit, quod cum textus *in d. cap. cum Apostolica* dicat id non ram esse Prælatum alienare. quod possidetur ab Ecclesia, quam reuocare ad vsum Ecclesiasticum, quod detinetur à laico, id non aduersari iuramento de alienando inconsulto Summo Pontifice; ac proindè potest eodem S. Pontifice inconsulto fieri, vide etiam Rotam *decis. 631. n. 3. p. 2. in recentioribus Farinacij.* An verò Prælatus absque consensu Capituli possit repudiare hæreditatem, & etiam legatum affirmant Puteos *decis.* 507. *num.* 2. & in hanc sententiam inclinat Panormitanus *in cap. tua de his quæ fiunt à Prælatis num. 9.* & *in cap. 1. n. 9. de in integ. restit.* negat autem post Couarruuiam Molina *d. disp.* 468. *num.* 11. sed de hac re infrà *à num.* 262.

Capitulum

Capitulum Cathedralis Ecclesiæ non potest Ecclesiæ & mensæ suæ bona alienare nisi interueniente authoritate Episcopi, seu Prælati proprij.

155. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ non potest bona immobilia ipsius Capituli alienare sine forma, & solemnitate *dicti c. sine exceptione* 12.*q*.2.vt cõmuniter Doctores; & ita non potest illa alienare nisi præuio tractatu (de quo *infra*)& consentiante maiore parta Capituli,vt omnes Doctores *infra* allegandi, & sufficit maior pars præsentium, nec vocandi sunt absentes iuxta tradita suprà *num.* 149.

156. Item non potest Capitulum bona Capituli alienare nisi cum authoritate, seu consensu sui Episcopi. ita Rebuffus *in compendio de alienat. rer. Eccles.n.* 21. Redoanus *q.30.de auctoritate Prælati n.*1. Gemin. *consil*.48. Berous *consil*.84 *n.6.lib*.1. Couattuuias *lib.2.var.cap.17.n.*1. Mænochius *de arbit.casu* 172.*in addit n*.51.Quaranta cum aliis *v.* alienatio *n.*7. Riccius *p.2.praxis aureæ resolut*.383. Barbosa *d.cap*.30. *n*.9. & Iurisperiti, & Canonistæ communiter; & ex Theologis Molina *to.2.disp*.468. *n*.3.*&* 4. Vasquez *opusc.de reddit.cap*.2.§.2.*dub*.12. Azotius *p.2.lib.9.c*.1.*q*.4. Castrus Palaus *d.p*.15.*n*.11. Layman *lib.3.tract.4.cap.10.n.4.* versic.*Tertio*, & alij ex allegatis suprà *n*.41. Dixi *cum authoritate,seu consensu*,quia authoritas Episcopi nihil aliud est, quam eiusdem consensus, & collaudatio Glossa *in cap*.1. v. *tractatus prope finem de reb. Eccl. non alien.* Vbi ait quod consensus eius, qui ex munere publico præest,authoritas dicitur:idem etiam notat Molina *d.n*.4.Vnde consensus Papæ, Archiepiscopi,Episcopi, aut Prælati dicitur authoritas Papæ, Archiepiscopi, Episcopi & Prælati: eadem Glossa *ibidem*, quam *ibidem* sequuntur Ioannes Andreas,Geminianus,& Francus. Et Innocentius, & Panormitan. *in cap.2. eod.tit*. & Couarruuias *d.n.2.fine*, aduertunt in hac alienatione, quæ fit à Capitulo requiri quidem prædictum consensum, non tamen per modum Decreti, seu non requiri Decretum; est enim magna differentia, vt notant loco citato Glossa, Couatruuias *d.n*.2. & alij, inter consensum, & Decretum. Decretum enim est sententia, qua iudex contractum futurum iustum decernit, authoritatem suam interponens; consensus autem est collaudatio, seu approbatio sine tali sententia, vt Glossa *ibidem*. Igitur licet in alienatione prædicta bonorum Capituli, & in aliis alienationibus rerum Eccelsiasticarum, de quibus *infrà*, non requiritur decretum,sed sufficit consensus præmissa causæ cognitione præstitus, vt iidem Doctores, & etiam Vasquez *d.dub* 11.Debet autem iste consensus Prælati in alienatione rei Ecclesiæ immobilis, vbi requiritur esse expressus, nec sufficit tacitus. ita Glossa *in d.cap*.1.verbo *perpetuis de reb. Eccl.non alien.in* 6.Tiraquellus *de iure mariti* glossa 7. *n*.13. *&* 69. & Augustinus Barbosa *collect.ad d.cap*.1 *n*.15. *de reb. Eccl.non alien.in* 6.& probatur ex traditis suprà *n.* 148. consensus enim idem est quod collaudatio,& approbatio,atque ita debet esse expressus. Quod procedit in alienationibus perpetuis, non vero in temporalibus, in quibus tacitum Capituli consensum sufficere tradunt Glossa d.verbo *perpetuis* per textum *ibi*, Tiraquellus *loco citato* Redoanus *q*.26.*n*.16. & alios allegans Augustinus Barbosa *to*.3.*collect.in cap*.1.*n*.5. *de reb. Eccl.non alien.* Dicitur autem expressus qui verbis exprimitur; tacitus qui ex factis resultat. Debet etiam adhiberi causa prius cognita, vt Glossa, Couattuuias, & alij *suprà* allegati Rebuffus loco *suprà* citato. Socinus *consil*.15.*n*.5.*lib*.1.& alios allegans Mænochius *in d.addit.ad casum* 172.*n.* 52. Debet etiam in alienatione rei Ecclesiasticæ præstari solum per Episcopum, & non sufficere authoritatem Vicarij, seu officialis Episcopi sine speciali Episcopi mandato tradunt Redoanus *q*.41.*n*.60. Canalcanus *decis*.45. *n*.40. & Cappella Tholos. *decis*.97. quem refert, & sequitur Aloysius Riccius *in collect. decis. p.6. collect.* 2201. versic. *intellige octauo* Rota, *in Placentina domus* 15. *Decembris* 1629. *coram Coccino*, & *in Cremonensi bonorum* 9. *February* 1607. *coram Lancellotto iuniore.* & Ferentillus *addit. ad decis.* 930. *Burati.* Etsi loco Episcopi id præstare posse eius vicarium vbi ita consueuit, sic fieri dixit Berous *consil*. 32. & *consil*. 83. *num.* 19. & post eum Mænochius *d num.* 52. & vt alienatio iuxta ius antiquum valeat non requiritur consensus, seu confirmatio Papæ, sed sufficit authoritas & consensus solius Episcopi, vt tradunt Redoanus *q*. 26.*num*. 20. & Mænochius *d. num*. 52. & esse communem opinionem Doctorum testatur *loco citato* Redoanus. Vnde etiam hodie vbi non est recepta Paulina 2. non foret necessarius Papæ consensus, neque in hoc casu, quando Capitulum est author alienationis; neque in casu supra explicato, quando ipse Prælatus est author; nisi idem Prælatus iurauerit non alienare inconsulto Romano Pontifice, nam tunc præter consensum Capituli deberet accedere consensus Papæ (vt etiam notat Redoanus *num*.21.) saltem ad euitandum periurium iuxta tradita suprà *n.* 139.

Porro si alienatio rei Ecclesiæ facta per Canoni- 157.
cos, vel Conuentum absente Episcopo, Præposito, vel Abbate (cuius etiam consensus de iure requiritur ad alienationem rerum Conuentus, vt infra explicatur) vel à Prælato sine consensu Capituli est vtilis Ecclesiæ, & adsint solemnitates, & assensus, seu confirmatio Papæ sustinetur, & valet, Rota *in decis. quotid.* 79. *lib*. 3. & latè *decis*. 1080. vbi *num*. 6. *&* 8. dicitur, quod beneplacitum Papæ supplet omnes defectus, & facit quod non requirantur aliæ solemnitates; & quod assensus Apostolicus suppleat tractatum, & consensum Prælati Superioris tradunt Panormitanus *consil* 41. Decius *consil*. 152. Capycius *decis*. 16. Redoanus *q*. 38. Riccius *p*. 2. *praxis aureæ resolut.* 383. & cum nonnullis aliis Quaranta *v*. alienatio *num*. 7. vbi tamen aduertit assensum Papæ non supplere consensum Capituli, vel maioris partis, quod tamen potest solum intelligi in alienatione bonorum ipsius Capituli; non vero in alienatione bonorum mensæ Episcopalis facta authore Episcopo, seu Prælato iuxta tradita suprà *num*. 145.*&* 146. Quando autem Capitulum sede vacante non possit alienare bona Ecclesiæ vide infra *num*. 197. An etiam transactio sede vacante possit fieri à Capitulo, vide infrà *num*. 261.

In alienatione rei Ecclesiæ inferioris habentis Capitulum, seu Collegium præter tractatum præmissum debet interuenire consensus Rectoris, & maioris partis Capituli, & etiam consensus Episcopi; & si non habeat Capitulum sufficit consensus Rectoris cum consensu etiam Episcopi: vbi vero Episcopus est principalis author alienationis in vtroque casu requiritur etiam consensus Capituli Cathedralis.

Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ inferioris, seu 158.
non Cathedralis etiam si Parochialis sit, in alienatione rei Ecclesiæ debet seruare solemnitatem eandem quam Cathedralis Capitulum, scilicet, debet præmisso tractatu interuenire consensus Rectoris eiusdem collegij, & maioris partis Capituli, nec sufficit consensus Capituli absque consensu Rectoris, neque consensus Rectoris sine consensu Capituli, & etiam requiritur consensus Episcopi, cui Ecclesia subiecta est. ita Glossa *in summa*, seu *principio* 12. *q*. 2. Panormitanus *in cap*.1. *num*.5.*de his, quæ fiunt à Prælatis,* Redoanus

Redoanus *q.24.n.14.& 15.&* *q.26.n.25 & 27.* Mænochius alios allegans *de arbitr.in addit.ad casum* 172.*n.*54. Molina *d. disp.*468.*n.*15. Crescentius *decis.* 2. *de reb. Eccl. non alien.* & alij. & manifestè constat ex *can. Abbatibus*, & *can. placuit* 12. *q.* 2. consensus autem Episcopi debet esse expressus præmissa cognitione causæ, iuxta dicta *n.*156. & Doctores *ibidem* citatos. Et hic nomine Capituli, seu collegij intelligitur non solum communitas Canonicorum, sed etiam communitas aliorum beneficiariorum eiusdem Ecclesiæ, si ea Ecclesia vltra Rectorem, aut Priorem beneficiarios alios habet. vt tradunt Gamma *decis.*49.*n.*2. & post eum Molina *d. n.* 5. *fine.* Et quando Rector cum suo Capitulo, seu Collegio est author alienationis sufficit consensus Episcopi, nec requiritur consensus, vel consilium Capituli Cathedralis, cum de eius interesse non agatur, sed Capituli eiusdem Ecclesiæ. ita Panormitanus, Mænochius, Molina *locis citatis*, & Redoanus cum aliis *d.cap.*26. *n.*27.

159. Quod si Episcopus esset principalis author alienationis, tunc fore necessarium præmisso tractatu consensum Capituli sui proprij Ecclesiæ Cathedralis tradit Panormitanus *d.n.*5. Redoanus *d.n.*26. & Molina item *d.n.*15. & colligitur *ex cap.*1. *de his, quæ fiunt à Prelatis.* Et cur in hoc casu, quando Episcopus est principalis author alienationis, requiratur consensus sui proprij Capituli Cathedralis, & non in alio casu, quando Rector cum Collegio est author alienationis rationem afferunt Panormitanus & Molina *locis citatis*, Redoanus *d.n.*26. quia vbi Episcopus est author, videtur solus, & singularis in alienatione rerum, ideo merito debet habere consensum sui Capituli, ne per eum dissipentur bona Ecclesiæ inferioris, sed quando est author Rector cum suo Capitulo, alienatio non procedit ab ipso Episcopo, sed ab Ecclesia inferiori, ideo sufficit sola authoritas eiusdem Episcopi. Addit tamen Redoanus, quod vtile esset requirere consilium Capituli sui.

160. Quod si Ecclesia inferior non habeat Capitulum, seu Collegium, puta si simplex Parochialis, & Rector illius velit alienare bona illius, id facere debet cum consensu sui Episcopi, cui Ecclesia est subiecta. ita Panormitanus, & Molina *locis citatis* Redoanus *d.q.*26.*n.*26. & alios allegans Mænochius *in d. addit. ad casum* 172. *n* 56. & 57. & constat ex *can. Abbatibus.* & *can. placuit* 12.*q.*2. *can. hoc ius porrectum* 10. *q.*2. & *can. in venditionibus.* 17. *q.*4. & debet Episcopus hunc consensum præstare præmissa causæ cognitione, an scilicet subsit iusta illa causa alienandi à Rectore narrata; vt constat ex dictis *n.*156. & ex *d. can. hoc ius porrectum in princ.* & post alios tradit etiam Mænochius *d. n.* 57. Non requiritur vero vltra consensum Episcopi, consensus Capituli, vt tradunt Panormitanus, Redoanus, & Molina, & alij Doctores *n.*158. relati. Dial *hoc, & num. præcedenti, cum consensu Episcopi, cui Ecclesia subiecta est*, ita quod si Ecclesia, cuius res alienatur, est in vna Diæcesi, & sub vno Episcopo, vel Prælato, res verò, quæ alienatur est in alia diæcesi, & sub alio Episcopo, vel Prælato, in alienatione requiritur consensus Episcopi, vel Prælati, in cuius Diæcesi est Ecclesia, cuius res alienatur. ita Doctores communiter, quos refert, & sequitur Redoanus *q.*41.*n.*19. & Barbosa *de iure vni. Eccl. lib.*3. *cap.*30. *n.*9. & colligitur ex aliis præcitatis contra Glossam *in d. cap. in venditoribus* v. *Episcopi* 17. *q.*4. vbi dicit nullum prædium posse alienari inconsulto Episcopo loci, in cuius Diæcesi situm est prædium. Addit tamen idem Redoanus *n.*40. & 41. ex nonnullorum sententia tutius esse, quod vtriusque Episcopi consensus interueniat, licet id non sit de necessitate. idem Redoanus *d.q.*41.*n.*37. notat etiam quod si Episcopus abest, potest interuenire authoritas iudicis laici, hancque sufficere iuxta Bertachinum *in tract. de Episc.*4.*p.q.*34. *n.*104. allegantem Glossam *in cap. sine exceptione* 12 *q.*2. quæ tamen ibi nihil de hoc, vt notauit etiam idem Redoanus. Nomine etiam Episcopi intelligitur, & Prælatus inferior ab Episcopo habens iurisdictionem Episcopalem, & exemptus à iurisdictione Episcopi: Is enim Prælatus, seu Abbas potest alienationem rei Ecclesiæ sibi subiectæ priuatiuè quoad Episcopum authorizare. vt post alios Redoanus *d. q.*41. *n.*60.64. & 76.

161. Si vero Episcopus esset Principalis author alienationis, tunc requireretur consensus sui Capituli Cathedralis, vt per dictum textum *in cap.*1. *de his, quæ fiunt a Prælatis*, & per rationem *n.*159. adductam tradunt Panormitanus, Redoanus, & Molina locis *d.n.*159. citatis. Præter etiam consensum sui Capituli Cathedralis debet interuenire consensus Rectoris Ecclesiæ, cuius bona vult alienare, sicut enim Rector bona suæ Ecclesiæ non potest alienare sine consensu Episcopi; ita nec Episcopus sine consensu eiusdem Rectoris. vt tradunt Panormitanus, Molina locis *suprà* citatis, & post alios Redoanus *d q.*16. *num.*27. versic. *in alienatione ergo.* & constat manifestè ex *canone, si quis Episcopus* 10. *q.*2. & *d. can. placuit* 12. *q.*2. Notat autem Redoanus *d.cap.*26.*n.*28. nomine Rectoris, cuius consensus requiritur, intelligi quemlibet, qui Ecclesiam regit, & administrat, vel in ea cum titulo inseruit; ita quod si Ecclesia sit Parochialis, requiritur Rectoris consensus, si Capellania, requiritur consensus Capellani & huiusmodi. Vbi vero Ecclesia careret Rectore, ab Episcopo loco Rectoris debet constitui defensor, qui partes Ecclesiæ agat, & consideret an alienare expediat, vel sit necessitas vrgens alienandi, cui aliter nequeat prouideri, vt constat ex *cap.*1. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. & tradunt *ibidem* Glossa verbo *defensore*, Molina *loco citato*, & alij.

162. Huiusmodi autem consensus Rectoris in alienatione rei suæ Ecclesiæ sufficit, quod interueniat etiam post obtentum rescriptum *si in euidentem.* ita post alios Rota *decis.*1138. *n.*2. & constat ex traditis suprà *n.*152. & Doctoribus *ibidem* citatis.

Iste etiam consensus Rectoris, sicut & Capituli, seu Collegij talis, qualis de necessitate requirebatur siue expressus, siue tacitus ex antiquitate temporis putà annorum triginta, & amplius cum obseruatione contractus interuenisse præsumitur. ita Rota *decis.*1027.*n.*9. *apud Seraphinum.* vbi etiam dicitur ita fuisse resolutum *in Conchensi fructuum* 10. *Februarij* 1586. *coram Gypsio.* ita etiam Puteus *decis.*100.*n.*7. *lib.*.. idem si Rector ipse supplicaret, & gratiam obtineret. Rota *in Conchensi fructuum* 2. *Decembris* 1585. vt refert Riccius *in collect. decis. p.*6. *collect.* 3054 versic. *idem si Rector.*

Quæ autem dicta sunt, scilicet, Episcopum non posse alienare res Ecclesiæ inferioris sine consensu Rectoris illius, & Capituli, seu Collegij, si illud habeat: Declaratur non procedere si Episcopus vellet talem rem alienare pro necessitate Ecclesiæ, & Rector. seu Clerici eiusdem Ecclesiæ inferioris nollent consentire, nam in hoc casu necessitatis posset Episcopus absque eorum consensu. vt constat *ex d. cap. si quis Episcopus* 17. *q.*4. & *d. cap. placuit* 12. *q* 2. & tradunt Redoanus *d.q.*26. *n.*26. Panormitanus, & Molina locis *n.*158. citatis, & alij à Redoano relati.

163. An vero in alienatione rerum Ecclesiasticarum alicuius præbendæ distinctæ à mensa Capitulari sufficiat consensus Canonici Præbendarij, seu illa possit fieri per Canonicum tantum absque consensu Capituli cum consensu Episcopi, sicut alienatio quæ fit per Rectorem Ecclesiæ parochialis, vel per Capellanum, videtur affirmatiuam sententiam tenere Redoanus *q.*41.*n* 8. & videntur ita suadere dicti textus *in c. Abbatibus.* & *cap. placuit* 12. *q* 2. & *in d. cap venditione* 17. *q.*4. Ac contrarium resoluit Crescentius *d. decis.*1. *tit. de reb. Eccl. non alien.* vbi etiam ait, quod Rota in *Parmensi bonorum coram Ioanne Paulo* item censuit dicens, quod etiam quod præbenda esset distincta, non valet alienatio sine consensu Capituli *ad cap. ad audientiam* & *ibi* Abbas, & Doctores *de reb. Eccl. non alien* Additque quod facit aliquid Castrensis *cons.*74. *lib.*1. & Ancharanus *consil.*116.

In

In alienatione bonorum immobilium Monasterij requiritur consensus Abbatis , seu Prælati & Conuentus, & etiam Episcopi, si Monasterium non est exemptum, secus si sit exemptum ab Episcopi iurisdictione, vt regulariter sunt hodie omnia monasteria. Quam alienationem possit facere Procurator Monasterij, vel Capituli Canonicorum. Quæ requirantur in Procuratoris constitutione ad alienandum bona Ecclesiæ : & mandatum ad alienandum præsumitur ex lapsu temporu.

164. Alienstionem bonorum immobilium Monasterij non potest facere solus Abbas, sed in ea requiritur præuio tractatu etiã consensus conuentus, seu Capituli, ita quod nec solus conuentus fratrum sine Abbate, nec Abbas sine Monachorum consensu potest validè res Monasterij immobiles alienare constat *ex d.can.* Abbatibus 12.*q.*1.*Clem.* 1.*de reb. Eccl.non alien.*& *cap.*ea noscitur *de his,quæ fiunt à Prælatis.*& ita tradunt communiter Doctores, Couarruuias *lib.*1.*var.cap.*3.*n.*9.Redoanus *q.*24.*n.*13.& *quæst.*17.*n.*1.& *seqq.*& *q.*41.*n.*61.Mænochius *in d.addit.ad casum* 172. *n.*44. Riccius *p.*1.*praxis aureæ resolut.*48. Rota *decis.*1080. *n.*1.& *decis.*207.*n.*5.*in nouiter nouissimis Farinacij*, quæ dicitur *pars* 4.*diuersorum* , & alij apud præcitatos.

Quem consensum conuentus pro forma inductum esse ad rigorem iuris conseruandi in fauorem publicum , ne Ecclesiæ depauperentur , & propter interesse ipsorum Monachorum post Tiraqoellum *ad l.conn.glossa* 6.*n.*64.& plures alios tradit Rota *decis.* 107. *eodem n.* 5. & notauit etiam Riccius. Qui consensus debet præstari à fratribus in Capitulo conuocatis , & congregatis iuxta tradita *n.* 151 Præsumuntur autem conuocari, vbi de contrario non apparet, vt Rota *decis.*1080.*n.*5.*apud Seraphinum*,& Guido Papa *decis.*151. quia conuocatio est de iis, quæ de iure fieri solent, & debent ; & solita fieri, & de iure fieri debent, præsumuntur vbi contrarium non constat.

Præter consensum Abbatis , & conuentus requiritur etiam consensus Episcopi.vt constat *ex d.can.* Abbatibus 12.*q.*2.& tradunt Redoanus *d.q.*24.*n.*13. & *d.q.*41.*n.*61. & post alios Mænochius vbi supra *n.*45.si vero Monasterium sit priuilegiatum,& exemptum à iurisdictione Episcopi , tunc cum consensu conuentus sufficit sola authoritas ipsius Abbatis iuxta ius commune.ita Redoanus *locis citatis*, alios allegans Mænochius vbi supra *n.*46.Molina *de iustit.tract.*2.*disp.*468.*n.*12.& alij recentiores communiter. Quare cum hodie regulariter Monasteria omnia sint priuilegiata , & exempta à iurisdictione Episcoporum , satis est consensus Capituli , & Prælati adhibitus iuxta constitutiones, & priuilegia cuiusque religionis. Iuxta nostras constitutiones requiritur præter consensum Capituli assensus Præpositi Generalis ; in alienatione bonorum Ecclesiasticorum Ordinis Monachorum Benedictinorum iuxta cõstitutiones illius ordinis requiritur licentia Capituli Generalis pro vt refert Rota *decis.* 1070. *num.*1.*apud Seraphinum :* In Societate Iesu iuxta illius priuilegia non est necessarius consensus Capituli , sufficit solus Generalis cum tractatu cum suis consultoribus , & cui Generalis commiserit , vt testantur Molina , *loco citato* , & Castrus Palaus *to.*2.*tract.* 12. *disp. vnica p.* 15. *num.* 11. in aliis ordinibus præsertim mendicantium requiritur consensus Prouincialis. Imò quoties Abbas Monasterij exempti non habet quasi Episcopalem iurisdictionem de iure communi requiri authoritatem Papæ , vel alterius immediati Superioris habentis quasi Episcopalem Iurisdictionem tradit Couarruuias *d. num.* 9. alios allegans. Iurisdictionem vero huiusmodi quasi Episcopalem in suis Monasteriis & in suos subditos habent Prælati Regulares , Generales , Prouinciales , & etiam locales Nauarrus *com.* 5. *de reg. num.* 63. Zerula *in praxi Episc. p.* 1. *v. excommun. causa materialis versic.* 2. Rodriquez *qq. reg. to.* 3. *q.* 43. *num.* 2. vbi loquitur de Prouincialibus , & ego cum aliis *in tract. de triplici iubilei priuileg. sect.* 1.*casu* 10. §. 10. *num.* 219. & 220.

Porrò licet in alienatione bonorum Monasterij immobilium requiritur consensus Abbatis ; Abbate absente sufficit authoritas , & interuentus Prioris , qui Abbatis absentis locum tenet , & vices gerit. vt tradit Rota *d. decis.* 1080. *num.* 2. quidquid enim potest explicari per Abbatem , potest etiam fieri per eum , qui est loco Abbatis. Rota *ibidem num.* 3. ex Abbate *in c. causam , quæ num* 9. *prope finem de iudiciis.* Si vero Abbas non habeat conuentum aut Capitulum in alienatione rei suæ Ecclesiæ debet adhibere Prælati Superioris consensum Clem. 1. *de reb. Eccl. non alien.* ibid. Glossa v. *proprij* , & latè Tiraquellus *de iure mariti glossa* 8. *num.* 21.

165. Interueniente auctoritate Papæ tunc nec consensum Capituli , aut Abbatis , nec tractatum requiri , eo quod illa faciat cessare inferioris authoritatem , tuncque alias solemnitates non requiri , & beneplacitum Papæ supplere omnes defectus , dummodo adsit euidens vtilitas , vel necessitas tradit Rota locis suprà *num.* 145. & 46. allegatis & *decis.* 1022. *num.* 8. & *d. decis.* 1080. *num.* 6. & 8. apud Seraphinum & *d. decis.* 207. *num.* 7. *in nouissimis Farinacij* , dictis *quarta pars diuersorum* , Redoanus *q.* 27. *num.* 12. & alij quos referunt Rota *d. decis.* 1080. Quaranta *v.* alienatio *num.* 7. Riccius *d. decis.* 48. *num.* 6. & *decis.* 383. *p.* 2. *eiusdem praxis aureæ.* Mænochius *in d. addit. ad casum* 172. *num.* 37. & Borellus *in sum. decis. tit.* 15. *num.* 8. qui omnes asserunt , quod vbi in alienatione rerum Ecclesiasticarum interuenit authoritas Papæ , solemnitas aliqua requisita non erit. De qua re iterum infrà *hoc* §. . .

166. Abbatem etiam maiorem in communi etiam Capitulo non posse minuere de iure vnius Ecclesiæ sibi subiectæ nisi ex iusta causa , & possessore vocato Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2164. versic. *nec Abbas* refert resolutum per Rotam *in nouissimis decis.* 347.

167. Addit ibidem Riecius , quod si esset consuetudo alterans naturam , ac formam alienationis bonorum Ecclesiasticorum , valida est , & ita censuisse Rotam *decis.* 135. sed de huiusmodi consuetudine augente , vel diminuente , aut alterante solemnitatem à iure communi requisitam in alienatione rerum Ecclesiasticarum videndus est Redoanus , qui latè de ea agit *q.* 24. & nonnulla alia tradit *q.* 27. vbi cum Bellamera *in cap. Abbatibus* 12. *q.* 2. *col.* 24. versic. *oppositionibus* , ait quod consuetudo , vt Abbas solus sine consensu Episcopi , aut Capituli fratrum possit de rebus sui Monasterij dare , & alienare de iure non valet , si sit grauosa Monasterio ; puta , quia alienatio , quæ per consuetudinem huiusmodi defenditur , esset notabiliter grauosa ; & idem cum eodem Bellamera loco citato ait dicendum de multiplicatione donationum modicarum , si simul consideratæ simile grauamen inducerent ex identitate rationis ; si verò consuetudo non sit grauosa , quia contineat leuem donationem , tunc ait cum eodem Bellamera consuetudinem tolerari etiam in Prælato regulari per notata *in cap. cæterum de donat.* & multò magis in Prælato sæculari. Qui etiam de rebus Ecclesiæ aliquid de iure donare non potest , vt per Mænochium *de arbitr. casu* 434.

168. Alienatio autem , seu concessio bonorum Ecclesiæ , iam Monasterij si fieret à Celerario , seu Procuratore Monasterij , aut Capituli ad modicum tempus , valeret etiam absque alia solemnitate , Parisius *cons.* 48. *vol.* 4. & ita fuisse resolutum à Rota *in Romana Tiburtina nullitatis locationis* 8. *Decembris* 1597. *coram Millino* refert Riccius *d. resolut* 48. *num.* 3.

Caret

169. Caret verò robore, & est nulla alienatio facta à Procuratore; qui excessit fines mandati, Rota *in Crotonien. bonorum 29. Martij 1588. coram Plato, Crotonien. bonorum 9. Iunij 1589. coram eodem. & in Perusina rescissionis contractus 28. Martij coram Comitulo*, vt refert Riccius *in collect. decis. p. 7. collect.* 3054. versic. *alienatio facta.*

170. Nec ratificatio huiusmodi alienationis inducitur ex scientia fratrum, vel Canonicorum, sed requiritur scientia Capituli. Rota *in d. Tiburtina nullitatis locationis coram Millino*; & alibi vt refert Riccius *d. collect.* 3054. vbi suprà.

171. Et in constitutione Procuratoris ad alienandum bona Ecclesiæ, vel Monasterij requiritur eadem solemnitas, quæ requiritur in alienatione; aliàs mandatum redditur nullum, vt dictum est suprà *n. 6.* & præter alios Doctores *ibidem* citatos tradunt Decius *consil. 282. num. 3. de rescriptis* Couarruuias *lib. 2. var. cap. 16. num. 6.* versic. *Quarto.* Rota *decis.* 1080. *n. 2.* ibidem Additionator *apud Seraphinum* & Riccius *1. p. praxis aurea resolut. 89. num. 1.* apud quem alij. Qui propterea ibidem rectè asserit in constitutione Procuratoris ad alienandum bona Ecclesię immobilia requiri assensum Apostolicum. Ratio autem (vt notauit Additionator *ad d. decis.* 1080.) & adducta suprà *n. 4. & 6.* scilicet, quia qui non potest alienare, nec etiam potest actum facere, per quem alienatio sequi possit, vt Glossa *in l. item quia ff. de pactis* Bartholus *in l. Codicillis §. matre ff. de leg. 1.* & alij Doctores suprà *d. n. 4.* allegati.

172. Vt etiam Alienatio facta per Procuratorem valeat, non sufficit mandatum generale Prælati, vel Monasterij, aut Capituli ad alienandum bona Ecclesiæ, sed requiritur speciale ad alienandum tale prædium. vt Decius *consil. 142. col. 5.* versic. *& in simili alienatione num. 8. vol. 1.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 6. num. 9.* & alios allegans Riccius *d. resolut. 89. num. 4. & resolut 52. num. 2. & in collect. decis. p. 6. collect.* 2164. versic. *Tertio alienatio.* & facit doctrina Baldi *in rubr. Cod. de Contrah. empt. q. 3. fine.* Scilicet, quod generalis Syndicatus ad vendendum bona non sufficit, sed requiritur particulare mandatum. Huiusmodi autem mandatum si de eo non constet, non præsumitur etiam per mille annos. ita Afflictus *decis. 345. n. 7.* Caualcanus *decis. 45. num. 11. p. 1.* & Mastrillus *decis. Siciliæ 77.* & cum sit quid facti, non præsumitur adhoc vt factum dicto nomine teneat. ita Bartholus *in l. 3. §. si causa cognita ff. de bonorum possess.* (vbi ait hac procedere etiam ea antiquitate temporis per mille annos) Afflictus *d. decis. 345. num. 7.* Cassadorus *decis. 3. de Procurat.* Veralhis *decis.* 350. *num. 4 p. 2.* & alij, quos refert, & sequitur Riccius *d. resolut. 52. num. 3.* vnde Bartholus *in l. qui fundum in fine ff. de vsucap. proempt.* dixit, quod qui emit ab aliquo tanquam Procuratore alterius, præsumitur semper malæ fidei, nisi appareat de illius mandato: quod idem tradunt Surdus *consil. 28. num. 8. dub. 1.* Caualcanus *d. decis. 45. num. 12. & 22.* & alij relati à Riccio *d. resolut. 52. num. 4.* de hoc vide nonnulla alia infra *num. 192.*

In alienatione rei Ecclesiæ Patroniatæ non requiritur de necessitate consensus Patroni.

173. Vtrùm autem in alienatione rerum immobilium Ecclesiæ patronatæ de necessitate requiratur consensus Patroni. Affirmauit Rebuffus *in compendio alien. rer. Ecclesiæ num. 90.* & nonnulli alij, quos Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccles. lib. 3. cap. 30. n. 9.* refert. At non requiri de necessitate tenent communiter Doctores Panormitanus post Innocentium, Imolam, & alios *in cap. vnicu de benef. Eccl. sine diminut. confer.* Decius *consil. 174.* Redoanus *q. 31. num. 1.* Riccius *2. p. praxis aurea resolut. 383. num. 3.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 3. num. 13.* & alij à Redoano relati. Et ratio iuxta eosdem est, quia ex tali alienatione non præiudicatur iuri patronatus. Addit tamen Redoanus ex Imola, & Ioanne, quod de honestate debeat adhiberi consensus Patroni siue laici, siue Ecclesiastici. At Barbosa *d. n. 9.* dicit in praxi obseruari vt consensus Patroni in alienatione bonorum iuris patronatus laicorum non adhibeatur: & Ratio est, quia ex huiusmodi alienatione nullum eis infertur præiudicium, vt post alios Pyrrhus *d. num. 13.*

Et prædicta quoad forma, seu solemnitatem in alienatione bonorum Ecclesiasticorum iuxta ius antiquum, quatenus consistit in authoritate & consensu Prælati, & Capituli, vel Rectoris Ecclesiæ, cuius bona alienantur.

SEQVITVR SVMMARIVM
§. IV.

Tractatus in præsenti materia alienationis quid sit. num. 174.

Prærequisitur alienationi tractatus Prælati cum Capitulo num. 175. & in perpetuis alienationibus non in temporalibus 177. & tantum in alienatione rei Ecclesiæ collegiatæ sæcularis, vel regularis. num. 178.

Sufficit vnicus de iure communi. num. 176.

In alienatione tamen rerum Monachorum S. Benedicti prærequiruntur duo tractatus in duobus diebus interpellatis. ibidem.

Requiritur in alienatione ex causa vtilitatis, non in ea, quæ fit ex causa necessitatis. num. 179.

Potest Episcopus, vel Prælatus alteri committere quod faciat tractatum cum Capitulo; & per Episcopum, & Capitulum potest idem tractatus alteri committi. n. 180.

Tractatus prærequiritur ad validitatem alienationis, quæ alioqui eo omisso est nulla num. 181.

De hoc tractatu debet constare per instrumentum ad hoc tendens specialiter; & de eo non statur assertioni alienantium nec probatur per verba enunciatiua in instrumento alienationis apposita. num. 182. & quibus alijs modis probetur. ibidem.

Non præsumitur interuenisse etiam ex spatio longissimi temporis. ibidem.

Non requiritur vbi alienatio fit interueniente Papæ authoritate. ibidem fine.

In alienatione rerum Ecclesiasticarum iuxta ius antiquum ad valorem requiritur subscriptio eorum, qui sunt de Capitulo, solum tamen in casibus expressis, & qui sint hi casus. num. 183.

Hodie non est necessaria, sed sufficit rogitus Notarij, & illius subscriptio, qui in instrumento asserit omnibus præsentibus, &c. & debet exprimere singula nomina Capitularium alienationi consentientium. ibidem.

Ordo in alienatione bonorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ Collegiatæ, seu habentis Capitulum. num. 184.

Solemnitates huiusque explicatæ, quando de illis in instrumento alienationis non apparet, præsumuntur interuenisse ex diuturnitate temporis puta 30. vel 40. annorum, & ab hoc tempore an sit deducendum tempus vitæ Prælati alienantis. num. 185. cum cursu temporis requiritur possessio, & obseruantia contractus. ibidem.

Ex diuturnitate temporis omnes solemnitates in contractu, seu actu requisitæ præsumuntur, si cum lapsu temporis prædicti concurrit obseruantia contractus. ibidem.

Præfata præsumptio quando non habeat locum. ibidem.

Papa, & qui ab eo facultatem habent possunt bona Ecclesiæ alienare absque aliqua solemnitate, & huius ratio. num. 187.

Papa omnes defectus, & omnes solemnitates iuris positiui canonici supplet. ibidem. est Dominus Ecclesiarum, & bonorum Eccles. ibidem.

Dispensat in iis, quæ sunt de iure canonico. ibidem.

Vbi in alienatione rerum Ecclesiæ interuenit Papæ authoritas, assensus,

assensus, seu beneplacitum; non requiritur alia solemnitas, non tractatus, non consensus Episcopi &c.n. 188. *& sic, hodie stante Paulina Secunda* Ambitiosæ *ad alienationem rerum Eccles. sufficit beneplacitum Papæ, & iusta causa, scilicet, euidens vtilitas, vel necessitas. ibidem.*

Intelligitur tamen de beneplacito Papæ legitimè obtento, & non per obreptionem, aut subreptionem, & de beneplacito amplo, & absoluto & concesso de certa eius scientia, seu notitia totius tenoris rei confirmandæ, secus si mandatum Papæ ad confirmandum alienationem factum esset cum clausula seruata forma iuris, *vel* Quatenus per diligentem informationem *&c. referendo se ad supplicata.n.*190.

*Vbi interuenit præfata authoritas Papæ an Commissarius delegatus, vt se informet &c. debeat citare conuentum, vel Prælatum, aut Rectorem, vel sufficiat quod alienatio fuerit, & probetur euidenter vtilis.num.*189.

Assensus, seu confirmatio Papæ non supplet causam alienationis. num. 191. *neque defectum mandati. num.*192.

Circa mandatum quæ debeat animaduertere Commissarius à Papa delegatus ibidem.

Mandatum præsumi de antiquo, quomodo debeat intelligi. ibidem.

Impetratio assensus Apostolici facta nomine Rectoris, an probet mandatum eiusdem Rectoris.ibidem.

Mandatum, & ratihabitionem præsumi facit impensa in actu.ibidem.

*In alienatione rei Ecclesiæ facta cum interuentu Papæ non requiritur alia solemnitas.num.*193.*neque in ea, quæ fit ipsi Papæ emptori etiam vt priuata persona.num.*194.

Interuentus Papæ præsertim vt emptoris suppleret defectum mandati.ibidem.

Notabilia circa tractatum ad alienationem rerum Ecclesiæ immobilium, & mobilium pretiosorum iuxta ius requisitum.

174. Quoad tractatum, qui non est aliud, quam cognoscere de causa iusta, & an sit talis, propter quam expediat rem Ecclesiæ alienare, seu est inquisitio, propositio, & discussio, oum expediat alienare examinando, & expendendo causas, & rationes pro, & contra, seu nihil aliud est quam discutere inter Prælatum, & alios de Capitulo de iusta causa alienationis. ita Glossa *in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis*, Panormitanus *ibidem. num.* 6. Rota *decis.* 508. *num.* 11. *apud Seraphinum*, & Doctores communiter, & præsertim Redoanus *q.* 25. *num.*6.vbi ita ait. Tractatus videtur esse quædam discussio, & indagatio circa rem disponendam in futurum; quia congregantur Clerici ad dicutiendum vtrum magis expediat alienare vnam rem, quam alteram, vel vtrum possit subueniri Ecclesiæ sine alienatione. & in permutatione inquisitio vtilitatis fit dilligenti comparatione bonorum.

175. Huiusmodi igitur tractatus Prælati cum Capitulo in alienationibus rerum Ecclesiæ, quæ fieri non possunt nisi de consensu Prælati, & Capituli iuxta supradicta debet necessario interuenire, vt clarè constat ex *cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. *d. cap. sua de his, quæ fiunt à Prælatis* & *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. & tradunt Doctores citati, & *mox* citandi & alij communiter.

Et iste tractatus præcedere debet consensum, & alienationem, ita quod à congregatis prius fiat discussio, & inquisitio, quod potius expediat alienare, & postea præstetur consensus, & ad alienationem deueniatur. ita Panormitanus loco citato *num.* 6. Redoanus *d. q.* 25. *n.* 3. 8. *& seq.* & *q.* 33. *num.*4. Rebuffus *in compendio alien. n.*85. Guido Papa *decis.* 149. Couarruuias *var. lib.* 2. *c.* 17. *num.*11. Rota *decis.* 108. *decis.* 308. *num.* 11. *decis.* 1080. *num.* 6. *apud Seraphinum.* & *in Placentina aquarum.*

10. *Februarij* 1597. Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 48. Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 48. *num.* 4. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 996. & *p.* 1. *collect.* 3054. versic. *item requiritur.* Ciarlinus *controu. to.* 2. *cap.* 183. *num.* 57. Augustinus Barbosa *to.* 3. *collect. ad d. cap.* 1. *num.* 3. *de rebus Eccles. non alien.* & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 7. & alij communiter, & constat *ex d. cap. sine exceptione*, argumento ducto ab ordine scripturæ, quod est validum *c. mandato de præbendis in* 6. facit textus *in l. cum pater* 79. §. *à te peto ff. de leg.* 2. Federicus *consil.* 142. Gomez 1. *var. cap.* 2. *num.* 4. versic. *secundo.* Redoanus cum aliis *dicta quæst.* 25. *num.* 3.

Quamuis autem expediat præmittere plures tractatus, duos aut tres vt regulariter fit, vnicus tamen sufficit, vt colligitur ex textibus *in d. cap. sine exceptione cap. tua.* & *cap.* 1. *de rebus. Eccles. non alien.* qui loquuntur in singulari; & ita sentiunt Panormitanus *in d. cap. tua num.* 3. Couarruuias *d. cap.* 17. *num.* 1. Redoanus *d. cap.* 25. *num.* 28. ibidem Additionator *litera A.* Augustinus Barbosa *d. collect. num.* 4. Molina *to.* 2. *disp.* 468. *num.* 5. Augustinus Barbosa *d. cap.* 30. *num.* 7. Ciarlinus *contro. iuris cap.* 595. *num.* 4. & communiter alij. Nec contrarium probat textus *in cap. tertio loco, de probat.* ibi, *quoties*, vbi textus innuit multoties fuisse tractatum de alienatione, & ita plures requiri; nam id factum fuit, quia vtile, non quia necessarium, vt probant alij textus. In alienatione tamen rerum Monachorum S. Benedicti iuxta illorum constitutiones prærequiruntur duo tractatus in duobus diebus interpellatis ita Grammatic. *decis.* 79. *num.* 18. Redoanus *d. q.* 25. *num.* 29. & Rota *in Romana Casalis* 25. *May* 1594. *coram Seraphino* & Riccius *d. collect.* 3054. 176.

Requiritur iste tractatus in perpetuis alienationibus rerum Ecclesiæ, non tamen in temporalibus Glossa *in d. cap.* 1. verbo *concessionibus perpetuis de reb. Eccles. non alien. in* 6. Panormitanus *in d. cap. tua num.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis*, & cum aliis Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap.* 1. *num.* 5. 177.

Item requiritur tantùm in alienatione rei Ecclesiæ collegiatæ siue regularis, siue sæcularis, non autem si Ecclesia non sit collegiata vt colligitur ex textibus allegatis, & ex ipsa definitione tractatus *num.* 174. tradita, & tradunt communiter Doctores, & præsertim latè Redoanus *dict. quæst.* 25. *num.* 41. & Quaranta *verbo* alienatio *num.* 7. Vnde Rector Ecclesiæ non collegiatæ, neque habens Capitulum, potest suadente vtilitate alienare sine tractato cum authoritate sui Episcopi, idem Redoanus *ibidem num.* 46. & Quaranta *d. num.* 7 178.

Requiritur etiam in alienatione ex causa vtilitatis non in ea, quæ fit ex causa necessitatis. ita Rota *d. decis.* 508. *num.* 11. *&* 12. vbi habet, quod quando alienatio fit ex causa vtilitatis, necessaria est inquisitio, quod potius expediat alienare, quod est inquirere de ipsa causa alienationis; secus est quando fit ex causa necessitatis, quia tunc sufficit, quod subsit necessitas absque alia inquisitione, ita Rota. 179.

Potest Episcopus, seu Prælatus alteri committere, quod faciat tractatum cum Capitulo. ita post Rebuffum, & Rotam Redoanus *d. q.* 25. *num.* 50. Per eundem Episcopum etiam seu Prælatum cum Capitulo posse alteri committi Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *intellige septimo* tradit ex Bisegnetto *decis.* 5. *tit. de reb. Eccl. non alienandis.* 180.

Huiusmodi tractatus, sicut & reliquæ solemnitates in alienationibus rerum immobiliũ, vel mobilium pretiosorum requisitæ ad alienationes validitatẽ requiritur, & eo 181.

omisso, seu non præmisso alienatio est nulla, vt constat ex testibus præallegatis, & præsertim ex *d. cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in 6.* Speculat. *tit. de locato §. sequitur videre* versic. *& nota* Baldus *in rubr. Cod. de rescin. vendit.* versic. *quedam autem sunt de substantia* Redoanus *d. q.* 25. *num.* 11. *&* 41. Rota *d. decis.* 1080. *num.* 6. alij præallegati, & Doctores communiter; etsi pertinet ad solemnitatem extrinsecam, non autem essentialem, & substantialem cum præcedere debeat alienationem. ita Rodauus *d. q.* 25. *num.* 40. & latè probat Barbosa *d. collect. num.* 7. *&* 8.

182. De hoc tractatu, seu inquisitione debet Instrumentum fieri, seu constare per instrumentum ad hoc tendens specialiter. ita post Glossam *in d. cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in 6.* Redoanus *d. q.* 25. *num.* 30. Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 58. & Rota *d. decis.* 1080. *num.* 6. *apud Seraphinum,* quæ dicit ita fuisse resolutum *in Auersana tenimenti* 15. *Februarij* 1581. *coram Cantucio.* Vnde in hoc non statur verbis alienantium, nec probatur tractatus per verba enunciatiua in instrumento alienationis apposita; vt si instrumento venditionis factæ à Capitulo alicuius Ecclesiæ contineatur *precedentibus tractatibus &c.* ista verba inter easdem personas non probant. ita Grammar. *decis.* 79. *num.* 16. Baldus *decis.* 20. Additionator ad Guid. Papæ *decis.* 151. litera *B.* & alios allegans Redoanus *d. q.* 25. *num.* 36. *&* 37. vbi etiam *num.* 39. *&* 40. post Rebuffum *in præcitato compendio alien:* & alios (& tradit etiam Gramm. *d. decis.* 79.) addit tractatum non præsumi interuenisse in alienatione ponens regulam Baldi *consil.* 496. *vol* 5. quod illæ solemnitates inesse, & interuenisse præsumuntur, quæ non sunt extrinsecæ, sed illæ quæ regulariter insunt, & inesse solent; & ea demum inesse, quæ incontinenti fiunt &c. ac proindè tractatum, ex quo debet interuenire in diuersis temporibus, in ipsa alienatione non præsumi inesse; & quod solemnitates, quæ ponuntur ante, vel post actum non præsumuntur adhibitæ etiam ex spatio longissimi temporis, quamuis ex sola inspectione actorum probetur illas non interuenisse, vt notat Stephanus Gratianus *to.* 2. *cap.* 168. *n* 5. dicens id latè tradi à Surdo *decis.* 334. *num.* 20. *p.* 2. at de hoc infra. Tractatum autem non requiri, si alienatio fiat interueniente Papæ authoritate, seu Papæ beneplacito interposito dictum est suprà *num.* 165. & magis explicatur *infra.*

Notabilie circa subscriptionem iuxta ius antiquum in alienatione rei Ecclesiæ requisitam.

183. Demum quarta, & vltima solemnitas, quæ iuxta ius antiquum requiritur in alienatione rerum Ecclesiasticarum immobilium est subscriptio Clericorum seu eorum, qui sunt de Capitulo præbente consensum alienationi, vt expresse habetur *d. cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. & tradunt Panormitanus *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis num.* 4. *&* 6. Redoanus *q.* 24. *num.* 22. *& q.* 40. *num.* 1. & alij communiter. Quætamen subscriptio solum requiritur in casibus à iure expressis vt post Innocentium Panormitanus *d. num.* 4. Redoanus *d. q.* 40. *eodem num.* 1. & Molina *tract.* 2. *disp.* 468. *num.* 7. & huiusmodi casus in iure expressi sunt *venditio, permutatio, & donatio* vt *d. cap. sine exceptione* exprimitur, & tradunt *locis citatis* Panormitanus, Redoanus, & Molina, & alij à Redoano allegati. Hodie tamen ex communi consuetudine non est necessaria ipsorum Canonicorum, aut Monachorum, seu fratrum, aut Religiosorum subscriptio, sed sufficit Notarium esse rogatum, scilicet quod omnibus Canonicis, Monachis præsentibus & nominatis Notarius in instrumento alienationis, & aliis adiiciat rogitum, seu subscribat. ita Rebuffus *in Compendio alien. num.* 17. Redoanus *d. q.* 40. *num.* 2. post Socinum seniorem *consil.* 15. *num.* 48. *lib.* 1. Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 50. Molina *d. num.* 7. & alij. Dixi *omnibus nominatis*, quia in ipso alienationis instrumento exprimi debent singula nomina Capitularium Canonicorum, vel Monachorum alienationi consentientium. ita Rebuffus *in d. compendio num.* 16. & plures alios allegans Mænochius *d. addit. ad casum* 172. *num.* 4. & alios pariter allegans Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 996.

Ordo in alienatione rei Ecclesiæ habentis Capitulum seruandus.

Ex dictis patet qualis esse debeat solemnitas adhibenda in alienatione rei Ecclesiæ, quæ fit per Capitulum Cathedralis, seu alterius collegiatæ, vel per Capitulum Monasterij. Primo enim ab eo, ad quem spectat conuocatur Capitulum sono Campanæ solito, & congregantur in vnum Canonici, seu Clerici præsentes existentes in vrbe, vel in oppido; vel Monachi, seu fratres existentes in Monasterio, seu conuento; postea fit discussio an subsit causa iusta ad alienandum hoc, vel illud prædium. Deinde consensu maioris partis Capituli resoluitur tale prædium esse alienandum. Tertio fit instrumentum alienationis in quo fit mentio iustæ alienationis, & fit nominatio omnium Capitularium alienationi consentientium, & notarius apponit rogitum; & si sit necessaria iuxta in præcedentibus tradita Episcopus, seu Prælatus suam authoritatem, seu consensum adhibet. hæc iuxta ius antiquum, quæ cum aliis ita explicat Mænochius *d. addit. ad casum* 172. *num.* 47. *ad* 53. nam iuxta Paulinæ secundæ post tractatum, & resolutionem quod expediat alienare rem Ecclesiæ recurrendum est ad summum Pontificem pro eius assensu, seu beneplacito, iuxta ea quæ §. *sequenti* explicantur. 184.

Ex diuturnitate temporis cum possessione, & obseruantia subsequuta supradictæ solemnitates præsumuntur interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ. Quod declaratur non procedere, quando contrarium constat ex instrumento.

Quando autem de illis non apparet, quia in instrumento alienationis non enunciantur prædictæ solemnitates, scilicet tractatus, consensus Capituli, Episcopi, Rectoris, & aliorum, qui fuerunt præsentes eidem instrumento, præsumantur ex diuturnitate temporis nempe triginta, aut quadraginta annorum, cum subsequuta possessione, & obseruantia contractus absque vlla contradictione partium. Ita Rota *decis.* 160 *num.* 6. & *decis.* 179. *parte* 2. *diuersorum, decis.* 101. *num.* 3. *decis.* 671. *num.* 1. *decis.* 1073. *num.* 2. *decis.* 1080. *num.* 7. *decis.* 1125. *num.* 3. *decis.* 1174. *num.* 3. *decis.* . . *decis.* 1307. *num.* 7. & *decis.* 1319. *num.* 3. apud Seraphinum *decis.* 430. *num.* 3. *p.* 2. apud Farinacium, & aliis locis suprà *num.* 163. relatis. Putæus *decis.* 355. *olim* 365. *lib.* 2. Cassadorus *decis.* 3. *num.* 7. *tit. de Procuratoribus*, Redoanus *q.* 39. Caualcanus *decis.* 46. *num.* 21. *p.* 1. Gamma *decis.* 323. *num.* 3. Quaranta *v.* alienatio *num.* 46. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 4. *num.* 1. *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *intellige decimo sexto. p.* 7. *collect.* 354 versic. *in alienat. rei Ecclesiæ ex cursu p.* 9. *collect.* 3944. versic. *ex lapsu triginta annorum* Marcus Antonius Genuensis *in practic. Eccl. q.* 130. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 7. & *in collect. ad Decret. to.* 1. *collect. ad c.* 6. *n.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælatis.* & *to.* 3. *collect ad cap.* 1. *n.* 12. alij communiter apud Rotam, Quarantam, Riccium, & Barbosam *locis cit.* 185.

Ex

Ex diuturnitate enim temporis præsertim triginta annorum omnes solemnitates extrinsecas in contractu, seu actu requisitas licet in instrumento contractus non fuerint enunciatæ, interuenisse præsumi, præsertim si cum lapsu temporis concurrit possessio, & obseruantia contractus, habetur *cap. peruenit de emptione & vendit.* & *l. si filius de petit. hereditatis*, & præter Rotam *locis allegatis* tradunt Capycius *decis.* 16. *num.* 1. Gramm. *decis.* 79. *n.* 3. Gamma *decis.* 49. *n.* 3. & *decis.* 83. *num.* 2. Surdus *decis.* 231. *num.* 19. & 27. Aymon Craueta *de antiquitate temporis p.* 3. *num.* 40. *fine*, Mascardus *concl.* 75. *num.* 14. & *concl.* 1316. *num.* 1. Vasquius *controu. Illustrium cap.* 63. *num.* 1. Redoanus, Quaranta, Genuensis & Barbosa, & alij, quos latè cumulant Surdus, Quaranta, & Barbosa *locis citatis.* Nec sufficit obseruantia præsumpta, vt probatur infrà *num.* 203. Hoc autem tempus triginta, vel quadraginta annorum Caualcanus *d. num.* 25. Quaranta *d. num.* 46. versic. *hinc non immerito*, & Barbosa *d. allegat.* 95. *n.* 72. aiunt non intelligi currere viuente illo Prælato, seu Rectore, qui fecit alienationem, nec post illius mortem, nisi data scientia, & patientia Rectoris, seu Prælati successoris; & maximè quando plures successores intra dictum tempus successissent, & tam longo tempore non vixissent; eo quod mors vnius impediuisset præsumptionem, & scientiam alterius; & ideo præfatam scientiam, & tolerantiam debere probari per eum, qui se fundat in dicta præsumptione, tradunt iidem Caualcanus, & Quaranta *locis citatis*: etsi contrarium, & in considerando cursum temporis ad præsumendum solemnia non deducendum tempus vitæ Prælati alienantis, licet secus sit ad effectum præscriptionis dicit Rota Romana *in Sarzanensi terrarum* 20. *Iunij* 1593. *coram Casta* vt in, *decis. quotid.* 86. *lib.* 2. & *decis.* 142. apud Seraphinum, & Riccius *d. collect.* 3054. versic. *& inconsiderando.*

186. Præfata tamen præsumptio non habet locum, vbi ex inspectione instrumenti alienationis, seu contractus appparet non interuenisse, vel fuisse defectuosam, & minus legitimam, vel fuisse excessum in facultate alienandi, tunc enim cursus temporis non iuuat possessorem Palat. *in cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem notab.* 1. §. 1. *num.* 8. Boërius *decis.* 115. *fine*, Cassadorus *d. decis.* 3. *num.* 7. Redoanus *d. decis.* 39. *num.* 29. Caualcanus *decis.* 129. *num.* 24. *p.* 2. Mænochius *de præsumpt. l.* 3. *præsūpt.* 132. *n.* 79. Mascardus *d concl.* 1316. *à n.* 33. & *concl.* 1140. *à num.* 25. Quaranta *d. num.* 46. versic. *præsumuntur*, Marcus Antonius Genuensis *d. q.* 130. Stephanus Gratianus *to.* 2. *cap.* 268. *num.* 4. Augustinus Barbosa *d. allegat.* 95. *num.* 73. alij apud eosdem, & communem testatur Caualcanus, & etiam Rota *d. decis.* 430. *num.* 3. *apud Farinacium.* Notat autem Marcus Antonius Genuensis ex declaratione Pauli de Castro *consil.* 48. *vol.* 1. & Alexandri *consil.* 1. *vol.* 4. quod quando in instrumento enunciatur solemnitas, sed non est integrè descripta, tunc clarè constat ex inspectione de solemnitate non adhibita; licet secus sit, quando in instrumento nihil dicitur de solemnitate, tunc in facto antiquo (vbi contrarium non apparet) præsumitur iuxta tradita *num. præcedenti*, & latè tradita per Felinum *in cap. sicut num.* 33. *de re iudicata*, & Crauetam *d. p.* 3. *num.* 27. quos ad id idem Genuensis allegat. Eidem autem præsumptioni non obstat Pauli IV. constitutio secunda incipiens *Iniunctam nobis* apud Laertium Cherubinum *in to.* 1. *pag.* 729. in qua omnes alienationes rerum Ecclesiasticarum in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus, aut alias nulliter factas irritas declarat, nullaque temporis præscriptione illas validari posse decernens; nam illam constitutionem Pius IV. *constitut.* 11. incipiente *prouida* apud eundem Laertium *to.* 2. reduxit ad terminos iuris communis.

Papa potest alienare bona Ecclesiarum sine vlla solemnitate, & vbi eius authoritas in alienatione rei Ecclesiæ interuenit, necessaria non est aliqua solemnitas, & quomodo id intelligatur, & an suppleat defectum mandati Procurationis.

Porro Papa res Ecclesiæ absque aliqua solemnitate potest alienare, & alij etiam ex eius ordine, & delegatione facere poterunt, Panormitanus *consil.* 41. *n.* 3. *lib.* 1. Redoanus *q.* 27. *n.* 12. & *q.* 43. Capycius *decis.* 16. *n.* 1. Rota *decis.* 65. *n.* 1. *p.* 2. *diuersorum in Senogaliensi spolij decis.* 207. *n.* 2. & 8. *in nouiter nouiss. Farin. decis.* 508. *n.* 2. *decis.* 1042. *n.* 1. *decis.* 1307. *n.* 1. & in aliis decisionibus *n.* 145. 146. & 165. adductis, Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *n.* 37. Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *Papa autem.* & *p.* 9. *collect.* 4214. versic. *infertur vigesimo*, Borellus *in sum. decis. to.* 1. *tit.* 15. *n.* 5. & alij ab eodem Borello, & Mænochio relati. Panormitanus, Rota *decis.* 65. 508. 1045. 1307. & *d. Senogaliensi*, & alij relati à Borello, rationem reddunt, quod Papæ authoritas omnes defectus, & solemnitates supplet. Alia ratio à priori redditur, quia Papa dicitur esse Ecclesiarum, & bonorum Ecclesiasticorum Dominus, & dispensator, in illisque habere liberam potestatem *arg. cap. proposuit de conc. præb. c. constitutus de relig. domibus can.* 1. *d.* 12. & ideo de eisdem bonis Ecclesiarum potest ad libitum disponere. ita Capycius *d. decis.* 16. Rota *in d. Senogaliensi spolij d. n.* 2. Mænochius *d. n.* 37. Borellus *d. tit.* 15. *n.* 6. Addo etiam solemnitates illas esse de iure canonico, in quo summus Pontifex dispensare potest. 187.

Et ideo, vbi in alienatione rerum Ecclesiasticarum interuenit Papæ authoritas, seu beneplacitum, tunc non requiruntur aliæ solemnitates, non tractatus, neque consensus Episcopi, Rectoris, aut Capituli, neque subscriptio singulorum de Capitulo saltem per Notarium, cum Papæ authoritas suppleat, vt dictum est, defectum solemnitatum, & faciat cessare authoritatem inferioris. ita Abbas, Capycius, Redoanus, Mænochius, Borellus locis *numero præcedenti* allegatis, Quaranta *v.* alienatio *n.* 7. Riccius *p.* 2. *praxis aureæ resolut.* 383. & *p.* 1. *resol.* 48. *num.* 6. & aliis locis *num. præcedenti* relatis Rota *d. decis.* 65. *num.* 1. & *decis.* 178. *num.* 2. *p.* 2. *diuersorum d. decis.* 207. *num.* 1. *in nouissimis Farinacij decis.* 473. *num.* 3. *p.* 2. *recentiorum eiusdem Farinacij*, & in aliis decisionibus apud Seraphinum allegatis *num. præcedenti*, & suprà *num.* 145. 146. & 165. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 22. & ex Theologis Soprānus *in appendice ad Filliucc tract.* 44. *cap.* 5. *q.* 4. & Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 4. *num.* 6. Quare hodie attenta Paulina *Ambitiosa* iuxta quam alienatio rerum Ecclesiasticarum non potest fieri nisi cum authoritate, & beneplacito Papæ, in eadem alienatione sufficit, & requiritur tantum causa iusta, scilicet, euidens vtilitas, vel necessitas, & solemnitas, scilicet, interpositio dictæ authoritatis, seu beneplaciti summi Pontificis; vt in terminis Riccius *d. resolut.* 383. Rota in decisionibus suprà *num.* 101. & 102. allegatis, & colligitur ex aliis decisionibus *num. præcedenti* citatis, & ex aliis Doctoribus citatis. 188.

Neque etiam hoc casu, interuenit authoritas Papæ, seu eius beneplacitum, aut confirmatio eius, qui à Papa delegatus est, vt se informet de supplicatis; & si ita constabit, alienandi facultatem concedat, requiri citationem Conuentus, aut Prælati inferioris, vel Rectoris, sed sufficere quod alienatio sit verè, & probetur euidenter vtilis. tradit post alios Rota; *in d. Senogaliensi decis.* 207. *num.* 8. & 9. *in nouissimis Farinacij.* & *decis.* 338. *num.* 2. & *seqq.* & *decis.* 443. *num.* 4. apud Seraphinum, sufficit enim inquit Rota *d. decis.* 189.

207. *num.*9. interuentus vnius Prælati legitimi: Prout est Papa (& idem de Delegato ab eodem Papa) qui potest ea, quæ Prælatus, & Conuentus vt Abbas *d. consil.* 41. & alij præcitati & Rota etiam *decis.* 1027. apud Seraphinum; & quia si alienatio tendit in euidentem vtilitatem, cessat Capituli, vel Connentus, & aliorum interesse (vt supra *num.*145. dictum est, & tradit Rota *d. decis.* 207. *num.*9. & *dictis decisionibus* 338. & 343. apud Seraphinum) vnde etiam citati non possunt contradicere. Alia de citatione huiusmodi Capituli, vel Conuentus videantur *in d. decis.* 207. *in nouiter nouissimis Farinacij à num.* 18. *ad finem*, vbi *num.*18. habetur, quod Domini de Rota in alienatione bonorum mensæ communis Prælato, seu Abbati, & Capituli, seu Monachorum dixerunt requiri citationem Monachorum.

190. Quod autem dictum est *num.* 188. vbi interuenit Papæ authoritas, & beneplacitum in alienatione rei Ecclesiæ solemnitatem aliam non requiri, intelligitur quando Papæ authoritas validè, & legitimè interponitur, seu interposita fuit; secùs vero si illa per obreptionem, vel subreptionem interuenerit, tunc enim nihil operatur, & alienatio nulla erit. vt post alios Rota *d. decis.*65. *num.* 2. *p.* 2. *diuersorum* Mænochius *in d. addit. ad casum* 172. *num.*38. Pyrrhus Corradus *d. cap.*1. *num.* 23. & Borellus *d. tit.* 15. *num.* 9. Item intelligitur quando beneplacitum Papæ est amplum, & absolutum, & simpliciter obtentum, & constat, confirmationem factam fuisse de certa eius scientia, scilicet, quod Papa habuerit notitiam totius tenoris rei confirmandæ. ita Quaranta *v.* alienatio *num.* 7. versic. *inde elicitur.* post Ioan Baptistam Ferrat *consil.* 249. *n.* 11. *vol.* 1. secùs vero si mandatum Papæ ad confirmandum factum esset cum clausula *seruata forma iuris*, vel cum clausula, *quatenus per diligentem informationem &c.* conditionaliter rescribendo *si ita est* referendo se ad supplicata. ita idem Quaranta *d. versic. inde elicitur* post Antonium Mellam *de cambiis*, & Canalcanum Redoanus *d. q.* 41. & ita omnino debent intelligi alij Doctores *num.* 188. relati, loquuntur enim absolutè, & simpliciter quando authoritas Papæ interuenit in alienatione, indicat etiam Rota *d. decis.* 207. *num.* 5. *in nouiter nouissimis Farinacij.*

191. Authoritas autem, & consensus, ac confirmatio Papæ nunquam supplet causam, & ideo deficiente euidenti vtilitate alienatio semper erit nulla, constat ex traditis supra *num.* 71. 94. & tradunt Doctores *ibidem* & *num.* 91. citati, & præsertim Rota *decis.* 178. *num.* 2. *p.* 2. *diuersorum*, & *decis.* 96. *num.* 3. *p.* 2. apud Farinacium, & vlta *ibidem* citatos Quaranta *v.* alienatio *num.* 7. d. versic. *inde elicitur*, & decisionibus supra *num.* 187. & 188. citatis & alij Doctores *iisdem numeris* allegati, & Redoanus *q.* 30. *num.* 11. 12. & 13.

192. Item assensus, seu beneplacitum Papæ non supplet defectum mandatum procurationis, scilicet, si Procurator alicuius Prælati, aut Rectoris alienauit prædium Ecclesiæ virtute mandati quod sibi asserebat esse præstitum, pro qua causa impetrauit breue *si in euidentem*, cum tamen nullum habuisset mandatum procurationis; alienatio hoc modo est nulla, licet accesserit beneplacitum & authoritas Papæ. ita Rota *d. decis.* 207. *num.* 24. & 29. *in nouiter nouissimis Farinacij*, & Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 52. *num.* 1. & ratio est, quia alienatio facta per procuratorem ast nulla, si non constat de mandato, vt post alios Caualcanus *decis.* 45. *num.* 22. *p.* 1. & alij, quos allegat Riccius *d. resolut.* 52. *num.* 1. quod mandatum debet esse speciale, seu indiuiduale ad alienandum tale prædium Ecclesiæ vt supra *num.* 172. traditum est; nec præsumitur, vt ibidem dictum est: & ideo iudex Commissarius Delegatus à Papa per *si in euidentem* debet aduertere ad videndum mandatum, & si non appareat, & indiuiduale non debet admittere alienationem, vel iam factam annullare. Circa autem quod modo dictum est, & supra *num.* 172. scilicet mandatum non præsumi etiam per mille annos, aduertendum quod eum Cassadorus *decisione* 3. *de procuratoribus* dicit mandatum præsumi de antiquo tempore. Verallus *decis.* 194. *p.* 2. dicit hoc intelligi in iudicialibus, & quando solemnitas extrinseca est enunciata in instrumento, videlicet si diceretur talis Syndicus, vel Procurator de cuius mandato fuit rogatus talis vel prout constat in actis mei Notarij vt per Abbatem, & Felinum *in cap. sicut de re iudicata*, & dicit Verallus ita fuisse resolutum *in Capuana montium* 29. *Aprilis* 1552. *coram Vestano.*

An autem impetratio assensus Apostolici facta nomine Rectoris probet mandatum eiusdem Rectoris, licet alioqui impensa in actu faciat præsumi mandatum, & ratihabitionem, vt latè post alios Mascardus *concl.* 107. *num.* 39. & facit Crescentius *decis.* 1. *de præsumpt.* Nihilominus in hoc casu Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 85. notat contrarium asserendum iuxta communem praxim: Nam etsi alienatio Ecclesiæ facta fuerat simpliciter absque assensu, vel reseruatione summi Pontificis, & postea fuit impetratus assensus, & Rector alienans ostendit reuocationem alienationis, & pariter negat eius voluntate fuisse impetratum assensum, non per hoc probatur eius mandatum, ex eo, quod in præfato assensu fuerat enunciatum pro eius parte fuisse supplicatum summo Pontifici. & ratio, inquit Riccius, est, quia illa verba assertiua non probant contra tertium nisi aliunde probentur iuxta Bartholum *in l. ex hac scriptura ff. de dotal.* Gemin. *consil.* 44. & Oldradus *consil.* 136. & *ibidem* refert Riccius ita fuisse dictum à Rota Romana *in Cotton. bonorum* 26. *Ianuarij* 1590. *coram Platto.*

Contractus alienationis bonorum Ecclesiæ factus coram Papa, vel cum Papa etiam vt priuata persona non requirit aliam solemnitatem.

In alienatione etiam rei Ecclesiæ facta coram Papa, seu in qua ipsemet Papa actu interuenit, non requiritur alia solemnitas, quia eius præsentia, & scientia supplet omnes defectus. ita Rota *decis.* 1027. *num.* 1. & *decis.* 1042. *num.* 1. apud Seraphinum. 193.

Idem si cum ipso Papa contrahatur scilicet, alienatio bonotum Ecclesiæ fiat ipsi Papæ, qui sit Emptor. ita Rota *d. decis.* 1027. *num.* 4. & *d. decis.* 1042. *eod. n.* 2. quod procedit etiamsi contractus fieret cum Papa qui vt priuata persona contraheret ad acquirendum sibi vt priuatæ personæ, non sibi vt Papæ, seu non Ecclesiæ. ita Capycius *decis.* 101. *n.* 15. & Rota *d. decis.* 1027. *num.* 4. apud Seraphinum. Vbi quod alienatio bonorum Ecclesiæ facta Papæ qui contraxit tanquam priuata persona, & vti Maffeus v.g. non autem vti Papa, operatur tantum, vt res non acquiratur sedi Apostolicæ, sed ipsi Papæ vti priuatæ personæ: ob id tamen non potest dici non interuenisse consensum Papæ ratione solemnitatis vti Papæ, cum non possit vt Maffeus, & priuata persona consentire alienationi, & vti Papa dissentire. ita Rota *ibi.* Vtrum verò in his casibus præsentia, seu interuentus Papæ præsertim vti Emptoris suppleret defectum etiam mandati procurationis; affirmandum videtur; nam eo ipso quod non requireret de mandato, quod scit de iure requiri, (cùm in Papa non præsumatur iuris ignorantia) videretur dispensasse etiam super mandato. 194.

SVMMA

SVMMARIVM §. V.

Iure antiqua bona Ecclesiastica poterant alienari absque assensu Papæ.n.195.

Hodie vero vbi Paulina Ambitiosæ est vsu recepta, assensus Apostolicus de necessitate requiritur ad valorem alienationis bonorum Ecclesiæ, & etiam in casibus à iure permissis. ibidem. etiam in alienatione bonorum monasteriorum, & regularium, quorum priuilegia alienandi inconsulto Romano Pontifice hodie sunt reuocata.ibidem. requiritur in ratificatione alienationis.n.197.

Alienatio rei Ecclesiæ etiam aliis de iure adhibendis seruatis non potest dici solemnis, quando non constat de beneplacito Sedis Apostolicæ.ibidem.

Etiam iuxta ius antiquum Capitulum Sede vacante non potest Ecclesiæ vacantis bona alienare absque assensu Apostolico.n.196.

Potest tamen idem Capitulum tempore vacationis Ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti auctoritatem interponere.ibidem.

Item absque solemnitatibus potest alienare ea, quæ seruando seruari non possunt.ibidem.

Item pro instante necessitate ipsius Ecclesiæ absque licentia superioris potest pecunias mutua accipere, ex quo mutuo obligabitur Ecclesia, & Prælatus successor.ibidem.

Assensus Apostolicus, & aliæ solemnitates non supplentur iuramenta, ita quod alienatio rei Ecclesiæ absque assensu Apostolica iuramenta non confirmetur.n.198.

Bona Ecclesiastica ex natura sua alienari non possunt, & quare.ibidem.

Notario asserenti in rei Ecclesiæ alienatione assensum Apostolicum interuenisse non creditur, sed de eo est facienda scriptura separata.n.199.

Præsumitur assensus interuenisse stante fide Clerici Registri supplicationum, seu si reperiatur in libro rubricella notatus.n.200.

Sumptum ex Registro supplicationum, & bullarum facit fidem.ibidem.

Beneplacitum Apostolicum non enunciatum in instrumento alienationis præsumitur ex cursu longi temporis, puta triginta, vel quadraginta annorum ante litem motam, etiamsi beneplacitum fuerit reseruatum in vim conditionis, nisi adsit præsumptioni contrarium, vel appareat de confirmatione inualida intra illud tempus.n.202.

Cum cursu tamen dicti longi temporis debet concurrere obseruantia contractus, quæ debet esse vera non præsumpta. num.203.

Diuturnitas temporis sine obseruantia licet non faciat præsumere solemnitates, inseruit tamen pro adminicule ad præscribendum.ibidem.

Ad præsumendum ex cursu longi temporis beneplacitum Apostolicum interuenisse, an, & quando requiratur scientia Papæ.n.204.

Ad præsumendam confirmationem superioris necessariam sufficit diuturnitas temporis absque scientia actus eiusdem superioris, si agatur tantum de præiudicio inferioris, & non de præiudicio superioris.ibidem.

Assensus Apostolicus ad validitatem alienationis debet ipsam præcedere, nec sufficit subsequi.n.205.

Facta alienatione sine assensu Apostolico, si postea ille impetretur, nulla facta mentione de alienatione iam facta, contractus est nullus.n.206.

Quando in alienatione non fuit reseruatum beneplacitum Apostolicam, in petenda alienationis confirmatione requiritur nouus consensus Rectoris.ibidem.

Quando aliquid est de forma actus, debet præcedere non subsequi.n.205.

Assensus Apostolicus, & Domini directi non extenditur ad alienationem iam factam.n.207. Contrarium tamen probabile.ibidem.fine.

In Breui Apostolico debet fieri mentio de alienatione iam facta per traditionem possessionis ad hoc, vt assensus trahatur ad præterita.ibidem.

Assensus expeditus eodem die, quo facta est alienatio, præsumitur præcessisse alienationem.n.208.

Illud præsumitur præcessisse, quod de iure præcedere, & prius fieri debet.ibidem.

Idem assensus prærequiritur etiam si res alienanda momentaneo tempore fuerit in dominio Ecclesiæ, si interueniant duo actus separati; secus si vnus tantum sit actus, quo fiat acquisitio.n.209.

Alienatione rei Ecclesiæ facta cum reseruatione assensus Apostolici ante illum obtentum nullum ius partibus acquiritur.n.210. & interim est locus pœnitentiæ. n.211. secus post eundem assensum obtentum per Emptorem, vel conductorem.n.212.

Reseruatio assensus facit contractum conditionalem.n.210.

Liquidatio illius, quod alienatio cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ non suspendit gratia si in euidentem effectum.num.212. licet si postea probetur non adesse euidentem vtilitatem alienatio rescindatur.ibidem.

Donec constet beneplacitum non posse obtineri, an interim conductor lucretur fructus.ibidem fine & n.215. fine.

Alienatione facta cum reseruatione dicti assensus nulliter confirmata Ecclesia non potest amplius cogi ad contrahendum, sed eius electio est, an velit stare contractus.n.213.

Beneplacitum simpliciter reseruatum intelligitur, quatenus est necessarium. n. 214. reseruatum cum clausula vt non alias, aliter, aut alio modo, est omninò necessarium etiam, quod aliàs in tali casu non esset necessarium.n.215.

Dicta clausula importat conditionem, & formam, & est resolutiua contractus, limitatiua voluntatis, & preseruatiua sui iuris.ibidem.

Alienans rem Ecclesiæ reseruato simpliciter beneplacito Apostolico, & ante impetrationem tradens rem, seu rei possessionem incidit in pœnas extrauagantis Ambitiosæ. n.216. Quid si reseruatio fuit facta cum illa clausula nec alias, aliter, aut alio modo, vel cum protestatione reseruãdo assensũ directi Domini in actu traditionis.ibidẽ.

Licet traditio sit apta transferre dominium, intelligitur tamen, dummodo præcedat contractus habilis.ibidem.

Per alienationem bonorum Ecclesiæ nulla sequuta traditione non est translatum dominium.ibidem.& n.218.

Procurator habens mandatum generale alienans rem Ecclesiæ nomine Domini reseruato assensu, & tradens rei possessionem non facit suum Dominum, seu Principalem incidere in censuras, & alias pœnas Ambitiosæ.n.217.

Mandatum speciale requiritur ad faciendum cadere Dominum in pœnam.ibidem.

Faciens contractum alienationis rei Ecclesiæ etiam sine reseruatione assensus Apostolici sine traditione possessionis rei, non cadit in cẽsuras, & pœnas dictæ Ambitiosę.n.218.

Ante traditionem quis non dicitur alienare.ibidem.

Alienans rem Ecclesiæ absque debitis solemnitatibus, seu assensu Apostolica per solam traditionem possessionis, absque translatione proprietatis incidit in pœnas dictæ Ambitiosæ.n.219.

Alienari restrictè loquendo non dicitur, nisi quando dominium transit in alium, longè vero etiam si sola possessio transferatur.ibidem.

Translatio solius possessionis censetur comprehensa, quando prohibetur omne genus alienationis.ibidem.

Alienans rem Ecclesiæ, vel feudi, qui ante assensus Apostolici, vel Domini expeditionem constituat se nomine Emptoris possidere incidit in censuras extrauagantis Ambitiosæ.n.219.

Constitutum est fictus modus acquirendi possessionem, tamen per illud vera possessio acquiritur, & pro vera traditione habetur.ibidem.

Qui conduxit prædium Ecclesiæ per trienium à Beneficiario, quique eo tempore elapso ab eodem obtinuit concessionem in perpetuam Emphyteusim reseruata assensu Apostolico, si continuet in retinendo dictum prædium ante expeditionem assensus an incidat in pœnas, & censuras dictæ extrauagantis Ambitiosæ.n.220.

Voluntas vniuscuiusque dispositioni iuris consentanea esse prasumitur. ibidem. etiam iure communi regulanda est. ibidem.

Habens titulum validum non censetur mutare velle cum inualido. ibidem.

Titulus nouus facit mutare causam possessionis. ibidem.

In reseruatione assensus Apostolici non prascripta certa forma partes censentur se conformasse stylo Dataria. n. 221.

Cuius expensis alienantis ne, an Emptoris debeat assensus impetrari. ibidem.

Ad expensas tenetur, cuius gratia actus celebratur, & ponuntur plura exempla. ibidem.

Quando non fuit conuentum quis contrahentium soluat gabellas, constringi potius debet Emptor, quam venditor. ibidem.

Beneplacitum Apostolicum pro validitate confirmationis, & alienationis debet seruari ad vnguem. n. 221.

Si in eo contineatur, quod fieret specificatio bonorum alienandorum, & non est facta, nulla est alienatio. n. 225. limitatur quando venditio esset facta cum licentia Episcopi vendendi rem Ecclesia minus damnosam. ibidem.

Licentia alienandi septem petias terra concessa si in alienatione fuisset dictum de omnibus petiis terra valet alienatio, si Ecclesia in illo loco non habet plures petias. ibidem.

Si litera Apostolica concedunt dari in Emphiteusin perpetuam, nullus est contractus, si initus fuit titulo concessionis in censum perpetuum n. 225.

Emphyteusis, & census quomodo differant. ibidem.

In dubio an prasumatur potius contractus censualis, quam emphyteuticus. ibidem.

Si licentia alienandi sit restricta ad filios, & descendentes, non potest extendi ad extraneos. n. 226.

Quoties in supplicatione si in euidentem *narratur factum aliomodo, quam verè factum sit, ad validitatem, vel inualiditatem attenditur supplicatio non instrumentum. ibidem.*

Confirmatio obtenta à superiori contra formam in Instrumento contentam nulla est. ibidem.

Vnde si in confirmatione Apostolica dicatur concessionem fuisse factam ad tertiam generationem; & facta sit in perpetuum, confirmatio est nulla. n. 227.

Alienatio facta vltra facultatem concessam, puta vltra summam limitatam est nulla. n. 228.

Confirmatio facta non exhibito instrumento est nulla. n. 229.

Si in gratia adest clausula, vocato Abbate, *& non constet de eius citatione alienatio est nulla. n. 230.*

Existente in rescripto clausula vocatis vocandis *necessaria ad valorem actus est citatio vocandorum. ibidem.*

Si à Papa sit data licentia alienandi plures petias terra, vel alienandi ad summam maiorem puta 800. *censetur Papa dedisse licentiam etiam de vna tantum petia, & de minori summa, puta, vsque ad.* 300 *n. 231.*

Si per vnum ex Canonicis Cathedralis porrecta sit supplica Papa pro assensu ad alienandam petiam territorij prabenda eiusdem Canonici, & Papa apposuerit clausulam consentientibus dilectis filiis Canonicis aliis Ecclesiæ *necessarius est consensus expressus n. 232.*

Assensus Apostolicus impetratus ad alienandam rem Ecclesia litigiosam redditur subrepititius, si in rescripto litis pendentia expressa non fuerit. n. 233.

Assensus Apostolicus non est subrepititius, si Episcopus permutans bona ad mensam suam spectantia cum bonis mensa Capitularis in impetratione assensus non faciat mentionem Capitulum bona diuisa habere. n. 234.

In gratia si in euidentem *non attenditur subreptio, qua non versatur circa vtilitatem. n. 235.*

Clausula si in euidentem *posita in fine supplicationis restringit totam supplicationem, & omnes clausulas, ita quod tota dispositio dicitur conditionalis. n. 236.*

In gratia si in euidentem *licet non inseretur Paulina* Ambitiosæ, *sufficit tamen quod ei sit derogatum. n. 237.*

Gratia si in euidentem *expirat per obitum concedentis, si ante eius obitum non fuit prasentata. n. 238.*

§. V.

Notabilia circa assensum, seu beneplacitum Apostolicum ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum immobilium, vel mobilium pretiosorum requisita.

HVIusmodi assensum Apostolicum supra *num.* 42. enumerani inter solemnitates alienationis rerum Ecclesiæ, & hodie est præcipua solemnitas, vt ex dictis colligitur, hoc igitur paragrapho præcipua, quæ ad eum spectant, comprehenduntur.

Assensus Apostolici necessitas in alienatione rerum Ecclesiæ; vbi an etiam in casibus licitis, & à iure permissis requiratur.

Licèt olim iure antiquo ad alienandum bona Ec- 195.
clesiastica etiam immobilia, & mobilia pretiosa sufficeret iusta causa, & solemnitates in præcedenti paragrapho explicatæ, nec saltem ad valorem in casu licito, non obstante iuramento de non alienando inconsulto Romano Pontifice, quod à Prælatis emittitur requireretur assensus, seu beneplacitum Papæ vt supra *num.* 139. ostensum est. Hodie tamen attenta Extrauaganti *Ambitiosæ* Pauli secundi relata supra *num.* 40. requiritur dictus assensus, seu beneplacitum Papæ; vt constat ex dicta extrauaganti, ibi *Alienatio vero bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice &c.* & quamuis Redoanus *q.* 36. *num.* 2. & *quæst.* 42. & 43. teneat per huiusmodi extrauagantem non prohiberi alienationem inconsulto summo Pontifice in casibus à iure permissis, scilicet, *cum vtilitate Ecclesiæ.* Nihilominus iuxta eandem extrauagantem etiam in casibus à iure permissis, & seruatis aliis solemnitatibus non posse bona immobilia Ecclesiarum, vel mobilia pretiosa alienari inconsulto summo Pontifice, sed eius assensum ad valorem alienationis requiri tradunt communiter Doctores. ita Quaranta *v.* alienatio *num.* 5. Hugolinus *de potestate Episcopi cap.* 14. §. 2. *num.* 1. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolitana cap.* 60. *num.* 2. Franciscus Leo *in praxi fori Eccles. cap.* 115. *num.* 7. & 57. Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 7. *num.* 3. *resolut.* 12. *num.* 1. & *p.* 2. *resolut.* 183. & *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2164. versic. & *alienatio* & *p.* 8. *collect.* 3712. *initio.* & *p.* 9. *collect.* 3944. *initio* Magonus *decis.* 69. *Floren. num.* 4. Gratianus *discept. for. cap.* 846. *num.* 16. Augustinus Barbosa *to.* 4. *collect. ad cap. fine exceptione num.* 1. & *de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 2. & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. Ciarlinus *controu. iuris to.* 1. *cap.* 45. *num.* 23. & 24. Marcus Autoninus 5. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 5. *num.* 15. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 22. Bonacina *tract. de alienat. rer. Eccles. q. vnica p.* 4. *num.* 6. & 20. Paulus Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. versic. *Quod si rei*, Rota Romana *decis.* 203. *num.* 1. *in nouiter nouissimis Farinacij* quæ dicuntur *quarta pars diuersorum, decis.* 631. *p.* 2. *in recentioribus eiusdem Farinacij decis.* 1490. *num.* 1. & 4. *apud Seraphinum*, & in omnibus decisionibus allegatis supra *num.* 96. & 185. Doctores *tit.* 3. *num.* 62. & supra hoc titulo *d. num.* 96. allegati, & alij (quos latè cumulant Riccius locis *supra* allegatis præsertim *d. collect.* 3712. *d. resolut.* 7. & *d. resol.* 183. Borellus *d. tit.* 15. *num.* 1. & Augustinus Barbosa ad Decretales *to.* 1. *collect. ad c.* 1. *n.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *de reb. Eccl. non alien* & *to.* 3. *collect. ad cap.* 1. *n.* 10. & 17. *eodem tit. in* 6.) tenentes ad valorem alienationis rerum Ecclesiasticarum

earum requiri copulatiuè causam, & solemnitatem, nempè assensum Apostolicum, & vnum sine altero non sufficere. idem etiam docent alij Doctores relati supra *num.* 41. & idem probat praxis, cum etiam in alinationibus rerum Ecclesiæ in casibus permissis, & ex causa vtilitatis euidentis, & etiam necessitatis (si mora admittat) recurri soleat ad summum Pontificem, vt suum præstet assensum, seu beneplacitum. Quapropter Rota *d. decis.* 1490. *n.* 4. dicit alienationem rei Ecclesiæ etiam aliis de iure adhibendis seruatis, non posse dici solemnem, quando non constat de beneplacito sedis Apostolicæ: Et prædicta procedunt etiam in alienatione bonorum Monasteriorum, & Regularium, in qua siue fiat ex causa vtilitatis, siue ex causa necessitatis requiritur assensus Apostolicus, vt iidem Doctores tradunt, & constat ex *d. Paulina secunda*, & ex Decreto sacræ Congregationis supra *num.* 40. adducto, in quo reuocantur priuilegia aliter alienandi absque licentia, & consensu eiusdem sacræ Congregationis, quæ illum præstat ex authoritate summi Pontificis. Procedunt autem solum in locis, vbi dicta Paulina secunda est in vsu recepta; secus si non esset recepta, nam tunc sufficeret solemnitas iuris antiqui; nec assensus Apostolicus esset necessarius nisi ob iuramentum Prælatorum de non alienando inconsulto summo Pontifice; an vero vbique sit vsu recepta, & ad quem spectet probare esse, vel non esse vsu receptam infra explicatur.

196. Iuxta ius autem commune antiquum Capitulum sede vacante non potest Ecclesiæ vacantis bona alienare, absque assensu Apostolico. ita Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 80. *num.* 1. post Ancharanum per textum expressum *in can. si qua de rebus*, & *in can. precaria* 12. *quæst.* 2. in quibus textibus dicitur, cum Episcopus non adest, clericus nihil posse de rebus Ecclesiæ disponere: quod idem tradit Gloss. in *d. can. si qua verbo recessio*: si ergo vacante sede volunt disponere, necesse est, vt accedat assensus, vel confirmatio Papæ, qua existente cum vtilitate alienationis, tunc valet alienatio, vt dictum est, supra *num.* 157. Poterit autem consentire, & interponere authoritatem Ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti, vt Panormitanus *in cap. cum olim quæst.* 3. *de maiorit. & obed.* Rebuffus *in praxi tit. de deuol. num.* 104. & Riccius *d. resolut.* 80. Poterit etiam ea, quæ seruando seruari non possunt libere alienare, vt idem Riccius *post alios*. Item pro instantibus necessitatibus ipsius Ecclesiæ vacantis etiam sine superioris authoritate potest pecunias mutuo accipere, si in hoc sit Ecclesiæ vtilitas, & negotium dilationem non caperet, & de facili superioris authoritas haberi non posset (alias secus) ita quod ex tali mutuo obligabitur Ecclesia, & Prælatus successor. ita post alios Redoanus *quæst.* 30. *num.* 17. & Riccius *d. resolut.* 80.

197. Porrò sicut in alienatione rei Ecclesiæ, ita in ratificatione alienationis sine eo factæ requiritur assensus Apostolicus, vt etiam in terminis Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 981. *num.* 44. eadem enim forma, & solemnitas, quæ debet interuenire in actu ipso, vt valeat, requiritur etiam in ratificatione, Socinus *consil.* 92. *num* 11. *lib.* 3. alios allegans Rota Romana *decis.* 165. apud Farinacium *post tom.* 2. *consil. criminalium*, & in *Romana donationis coram Seraphino*, vt dicitur *in d. decis.* 165. Lambertengus super statuta *de contract. mulierum in fine quæst.* 57. *num.* 182. *ad* 185. & alij, quos cumulat Gratianus *d. num.* 44.

Assensus Apostolicus non suppletur iuramento Alienantis.

198. Prædictus assensus Apostolicus non suppletur iuramento alienantis, seu alienatorum, ita quod alienatio facta absque dicto assensu, & aliis solemnitatibus, licet in ipso contractu repetiatur interpositum iuramentum de stando contractui, est nulla ita rectè Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 66. & constat ex praxi. Rationem adducit Riccius, scilicet quod res Ecclesiæ alienari non possunt ex propria natura cum humano conuentioni non sint subiectæ, vt post Afflictum *decis.* 75. & Vrsillum *ibidem num.* 1. de hoc latè agentes idem Riccius notat. Ad proindè huiusmodi contractus, seu alienatio non confirmatur iuramento, & consequenter si iuramentum præstitum fuerit ab alienante; nequaquam iure alienationis posset in Emptorem transferri, cum iurantis potestati non subsit *l. apud Iulianum* §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. inter stipulantem* §. *sacram ff. de verbor. oblig.* Panormitanus *in cap. cum contingat num.* 22. *& seq. de iureiur.* & alij ab eodem Riccio citati.

Assensus Apostolicus non probatur sola assertione Notarij, præsumitur verò expeditus si reperiatur notatus in libro Rubricellæ.

Quamuis etiam alioqui Officiali in spectantibus ad suum officium credatur *cap. ad audientiam*, cum ibi notatis de præscriptionibus Bartholus *in l. Diuus num.* 8 *ff. de cust. reo.* Ruinus *consil.* 56. *num.* 5. *vol.* 1. Gram. *consil.* 24. *vol.* 2. Rota Romana *decis.* 292. *num.* 3. *apud Seraphinum*, & alij, quos refert Riccius 1. *p. praxis aurea resol.* 30. *n.* 1. 2. & 3. Nihilominus Notario asserenti in instrumento alienationis rei Ecclesiæ interuenisse assensum Apostolicum in eadem alienatione non credi, neque per talem Notarij assertionem præstatum assensum probari, tenuit Rota Bonon. vt refert Petrus Benint. *decis.* 2. quem refert & sequitur Riccius *dict. resolut.* 30. ita seruari in praxi in alienationibus feudorum traduct Afflictus *in c.* 1. *de alien. feud.* Garzias *decis.* 47. & alij ab eodem Riccio relati. Imò quando agitur de alienatione rei Ecclesiæ debet fieri instrumentum separatum, seu scriptura separata de assensu Apostolico, quæ debeat præcedere de per se, vt tradunt *d. Rota Bonon.* Speculator *tit. de Procuratoribus* §. 1. versic. *sed qui si solum* Castrensis *consil.* 91. & Alciatus *consil.* 21. *num.* 3. *& seqq.* quos ad id allegat Riccius, in quibus autem casibus sit, vel non sit credendum Notario aliquid in suo instrumento asserenti videndus est Mascardus *concl.* 711. 199.

Præsumitur autem beneplacitum Apostolicum fuisse expeditum stante fide Clerici registri supplicationum asserentis, quod in libro suarum Rubricatum expeditionem vnius *si in euidentem* inuenerit de eo tempore, licet registri liber non inueniatur. ita Rota Romana *decis.* 792. *num* 2. *apud Seraphinum*, & in *Bononiensi affictus domorum* 6. *Ianuarij* 1597. *coram Mantica* & Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 31. & ratio est, quia sumptum ex registro supplicationum, & Bullarum facit fidem, vt Crescentius *decis.* 2. *tit. de fide instrum.* Verallus *decis.* 233. Rota *decis.* 28. *de probat. in antiq.* & alios latè cumulans Mascardus *d. concl.* 711. *à num.* 66. 200.

Non probatur tamen non fuisse expeditum ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, vbi non reperitur vt Rota *d. decis.* 792. *n.* 4. *apud Seraphinum*. 201.

Assensus Apostolicus, præsumitur interuenisse ex diuturnitate temporis, & qua ratione.

Idem beneplacitum Apostolicum, licèt non fuerit enunciatum in instrumento, præsumitur interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ ex cursu longi temporis ante litem motam puta, triginta, vel quadraginta annorum. ita Rota Romana *decis.* 169. *n* 6. & *decis.* 179. *p.* 2. *diuersorum decis.* 694. *n.* 5. *p.* 1. in recentioribus Farinacij *decis.* 506. *n.* 2. & 4. *p.* 2. in iisdem recentioribus Farinacij, *decis.* 671. *n.* 1. *decis.* 792. *num.* 1. (vbi quod ex cursu longi temporis præsumitur beneplacitum Apostolicum secundum opinionem Doctorum, quos eadem Rota allegat dummodo non sit cursus decem tantum annorum) *decis.* 1042. *num.* 2. *decis.* 1080. *decis.* 1125. *num.* 2. & *decis.* 1228. 202.

P 4

decis. 1228. apud Seraphinum, *decis.* 101. *num.* 3. apud Maoricam, & in aliis decisioolbus supra *num* 185. relatis, Puteus, Quaranta, Marcus Anton. Genuensis, & Barbosa locis *d. n.* 185. notatis. Capycius & alij post euodem Capycium *eodem num.* 185. allegati, Borellus *tom.* 1. *tit.* 15. *num.* 29. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 5. *n.* 49. Riccius locis supra *eodem num.* 105. allegatis & præsertim io *collect. decis. p.* 9. *collect.* 3944. & 1. *p. praxis aurea resolut.* 33. & alij ab eodem Riccio & Rota Romana allegati, & est communis opinio, vt testatur eadem Rota apud Seraphinum. Quæ commuois opinio procedit, etiamsi beneplacitum esset reseruatum io vim cooditionis, Riccius *d. collect.* 3054. versic. *amplia etiamsi beneplacitum.* & colligitur ex *d. decis.* 1041. *decis.* 792. *num.* 5. & *decis.* 671. *num.* 8. & etiam si non fuisset reseruatum, Rota *d. decis.* 506. *num.* 3. *p.* 2. *in recentioribus Farinacy.* Nec præsumptio beneplaciti Apostolici ex cursu temporis longi resultans interrompitur per interpellationem factam, si post interpellationem effluxerint tot anni (puta trigiota) qui sufficiant ad præfatam præsumptiooem inducendam. ita Rota *d. decis.* 792. *num.* 5. *apud Seraphinum.* Non procedet autem dicta præsumptio beneplaciti ex cursu triginta, vel quadraginta annorum, si adsit præsumptio io contrarium. ita Rota *d. decis.* 671. *num.* 8. vbi dicitur quod contraria præsumptio insurgit ex rescripto obtento de tali tempore, cuius nulla exequutio reperiatur, & ab eo tempore vsque ad tempus motæ litis non effluxerint triginta anni, sed tantum viginti nouem, & quod non requiritur litem fuisse iormatam, sed sufficit habuisse notitiam ante illud tempus trigesimi aoni. Neque etiam procedit præfata præsumptio beneplaciti per lapsum triginta annorum, quaudo apparet de confirmatione Apostolica intra illud tempus inualida. ita Paulus *consil.* 21. *num* 110. *lib.* 1. Rota *in Esenen. Nuneriorum* 16. *Decembris* 1585. *coram Orano*, prout refert Riccius *d. collect.* 354. versic. *limita quando* & *p.* 9. *collect.* 3944. si etiam contrarium appareret ex inspectione instrumenti, non haberet locum talis præsumptio iuxta tradita supra *num.* 185.

203. Ad præsumendum etiam beneplacitum Papæ, seu coofirmationem Apostolicam, sicut & ad præsumendum alias solemnitates & euidentem vtilitatem noo sufficit sola diuturnitas temporis etiam triginta, vel quadraginta annorum. sed cum dicto tempore debet concurrere obseruantia contractus. ita Rota *d. decis.* 1042. *num.* 2. *decis.* 1073 *num.* 2. *decis.* 1080. *num.* 7. *decis.* 1125. *num.* 3. *decis.* 1307. *num.* 7. & 1319 *num.* 3. apud Seraphinum, *decis.* 301. *num.* 3. *decis.* 364. *num.* 6. apud Coccinum, & *d. decis.* 101. *num* 3. apud Mantieam, & *d. decis.* 694 *p.* 2. *in recentioribus Farinacy*, & alij Doctores supra *num.* 185. & *præcedenti* citati. Nec præsumpta obseruantia sufficit ad præsupponendum beneplacitum, sed requiritur vera, ne ex eodem cursu temporis dentur duæ præsumptiones. Rota *d. decis.* 301. *num.* 4. apud Coccinum, & *decis.* 1042: *fine* apud Seraphinum & alibi vt *in d. decis.* 301. & Ferentillus *addit. ad decis.* 45. *Buralti.* licet autem diuturnitas temporis siue obseruantia non faciat præsumere solemnitates; inseruit tamen pro adminiculo ad præscribendum, ita Rota *decis.* 453. *num.* 5. apud Coccinum.

204. An vero vt assensus, seu confirmatio Papæ ex antiquitate, seu diuturnitate temporis præsumatur, requiratur licentia Papæ, scilicet sciuerit actum, seu contractum alieoatioois. Alexander *consil.* 9. *lib.* 3. allegatus à Craueta *de antiquit. temp. p.* 3. *num.* 29. & Felinus *in cap. sicut de re iudicata num.* 33. quem ad id refert, & sequitur Marcus Antooius Genuensis *in practic. Eccl. quæst.* 130. *num.* 1. tenent quod requiratur; quia non sequuta continuata ootitia actus, cessat ratio, quare ex diuturnitate temporis, præsumitur actui à superiori confirmando interuenisse consensum, & confirmatiooem. Ratio enim (inquit Felinus) est diuturna obseruantia, & scientia, & patientia eorum, cum quibus res est gesta, quæ facit præsumi, quod si à primordio actus fuisset minus solemnia, non fuisset toleratus, sed impugnatus ab habente notitiam defectus solemnitatis. At dicendum est requiri scientiam Papæ, & de ea apparere debere, quando lapsus temporis diuturni est minor triginta annorum; non requiri autem si sit trigiota annorum, & non agatur de alio præiudicio Papæ. ita colligitur ex Rota Romana decisionibus supra *num.* 202. adductis, vbi quando sumus io spatio trigiota, vel quadraginta annorum ad præsumendum beneplacitum Papæ solum requirit Rota obseruantiam actus, nullam vero meotionem facit scieotiæ Papæ; & ita etiam Quaraota, & alij Doctores *ibidem* citati; & ita etiam tenet Craueta *dict. num.* 29. vbi ad præsumendam confirmationem Superioris necessariam actui, tenet sufficere diuturnitatem temporis absque scieotia actus eiusdem Superioris, si agatur tantum de præiudicio inferioris, & noo de præiudicio Superioris, idem io terminis tenet Riccius *in collect. decis. p.* 9. *collect.* 3944. & *p.* 1. *praxis aureæ resol.* 33. vbi etiam refert ita fuisse resolutum à Rota Romana *decis.* 237. *lib.* 2. *diuersorum*, *in Romana domus de tribus montibus* 29. *Octobris* 1582. *coram Aldobrandino in Messan. præeminentiarum* 28. *Iunij* 1581. *coram Blanchetto*, & *in Romana Casalis* 7. *Iunij* 1591. *coram Gipsio.* Quod si ageretur de ipsius Papæ præiudicio, tunc necessaria esset illius licentia. ita Craueta *d. num.* 29. & cum aliis Riccius *locis citatis* & Rota *in d. Messan. præeminentiarum.* Porro ex præfata temporis diuturnitate cum obseruantia contractos subsequuta omnia necessaria præsumuntur legitimè interuenisse io alienatiooe iuxta Rotam, & allegatos Doctores non solum quando in instrumento concessionis non repetitur enuotiatum nec reseruatū beneplacitum Apostolicum; sed etiam si Rector Ecclesiæ allegaret literas super dicto beneplacito licet obtentas, non tamen fuisse exequutas, vt Pyrrhus *dict. cap.* 5. *citato num.* 49. post Gonzales *ad reg.* 8. *Glossa* 12. *num.* 76. vbi expressè docet, quod beneplacitum Papæ, si aliter non probetur præsumitur obtentum, & exequutum stante obseruantia cuiusuis contractus per spatium 30. annorum per Glossam *in cap. peruenit de empt. & vend.* & Gabr. *cons.* 32. *num* 30. *lib.* 2.

Assensus Apostolicus præcedere debet alienationem, & præstitus super alienatione facienda non extenditur ad iam factam; expeditus eodem die, quo facta est alienatio, præsumitur præcessisse, & prærequiritur, etiamsi res alienanda momentaneo tempore fuerit in dominio Ecclesiæ.

Vtrum autem assensus Apostolicus debeat præcedere 205.
contractum alienationis. Qoamuis Rebuffus in *compendio alienationis rei Eccles. num.* 34. Redoanus *q.* 42. *n.* 15. Franchus *decis.* 162. *num.* 12. & 13. & alij relati à Riccio loco *mox* allegando, affirmauerint ad valorem alienationis sufficere, si solemnitas, & assensus subsequatur; quia si alienatio erit vtilis ex post facto operabitur assensus; si non erit vtilis, non præstabitur assensus. Nihilominus contrarium, & assensum debere præcedere contractum alienationis; alioqui alienationem esse nullam tradunt Panormitanus *in cap. vt super de reb. Eccl. non alien. num.* 17. & alibi, Quaranta *verbo* alienatio *n.* 8. Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 24. Pyrrhus *d. cap.* 5. *num.* 64. & Rota Romana *decis.* 805. *num.* 8. *apud Seraphinum*, dicens alienationem rei Ecclesiæ factam cum reseruatione beneplaciti Apostolici non tenere, nec transferri dominium donec beneplacitum sit obtentum. Colligitur etiam ex d. Extrauag. *Ambitiosæ* ibi: *nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice:* quibus verbis denotatur actum esse nullum nisi præcedat assensus; vt Panormitanus, & Quaranta *locis citatis* & alij à Riccio relati. Quando etiam aliquid est de forma actus, vt

præfatus

præfatus assensus, debet illa forma præcedere, vt Panormitanus *in cap. nulli num.7. de reb. Eccl. non alien.* & alios allegans Quaranta *d. num.* 8. Accedit, quod huiusmodi assensus fundatur super euidenti vtilitate, quæ tempore alienationis consideratur, vt *suprà* probatum est.

206. Hinc si alienetur res Ecclesiæ immobilis absque assensu Apostolico, si postea impetretur assensus, non validatur contractus, si non fiat mentio de alienatione iam facta: ac proinde necesse esset celebrari de nouo contractus, & valebit vt nunc tempore assensus, vt fuisse resolutum in Rota Romana *in Bononien. locat.* 20. *Aprilis* 1589. *coram Litta*, & Rebuffum, ac Capycium tradidisse refert idem tenens Riccius *d. Resolut.* 24. & ita quando in alienatione non fuit reseruatum beneplacitum Apostolicum in petenda alienationis confirmatione requiri nouum consensum Rectoris, dixisse Rotam Romanam *in clenen. numeriorum 16. Decembris* 1585. *coram Orano* & Tholosa: *decis.* 55. refert Aloysius Riccius *in collect. decis. p. 7. collect.* 3054. versic. *Adde etiam quod.*

207. Neque etiam assensus Apostolicus præstitus super venditione facienda extenditur ad venditionem, seu alienationem iam factam, vt de assensu feudali à Domino directo præstito feudatario super alienatione facienda, quod non extendatur ad iam factam, affirmarunt Afflictus, *decis.* 355. *num.* 1. & 2. & *in constit. Reg. diuæ Memoria num.* 19. Franchus *decis.* 103. & communiter Doctores, quos referunt Afflictus *d. decis.* 355. & *ibidem* Vrsillus *num.* 1. (quamuis ipse pro contraria parte multa adducat *numeris seqq.* & teneat assensum extendi ad alienationem factam) & Riccius idem in assensu feudali, & Apostolico sentiens *p. 1. praxis aureæ resolut.* 28. eo quòd assensus Apostolicus, & Domini sit stricti iuris, ac proinde non se proroget de persona ad personam, neque de re ad rem, sed tantum ad expressa tantummodo suas vires extendit, vt Decius *consil.* 55. *num.* 5. Ann. *allegat.* 36. Balbus *decis.* 23. & alij relati ab Vrsillo vbi supra *num.* 6. & Riccio *d. resol.* 24. Et quia assensus declaratur à supplicatione argumento textus *in l. si defensor § qui interrogatus ff. de interrog. actione.* Alexander *consil.* 146 *vol.* 5. & alios allegans Riccius *d. resolut.* 28. Quapropter in Breui Apostolico debere fieri mentionem de alienatione etiam facta per traditionem possessionis, ad hoc vt assensus trahatur ad præterita, tradit ibidem Riccius ex Rebuffo *in compendio alienat.* versic. *casu*, & Franco *decis.* 168. Contrariam tamen sententiam reddunt satis probabilem ea, quæ tradit Vrsillus ad *dict. decis.* 355. Afflicti.

208. Si autem assensus Apostolicus reperiatur expeditus eodem die, quo fuit facta rei Ecclesiæ alienatio, assensus ipse præsumitur præcessisse, non alienatio, prout decisum refert in materia feudali Franchus *decis.* 649. illud enim præsumitur præcessisse, quod de iure præcedere, & prius fieri debet, vt post Baldum *in l. cum ex testamento de hered. instit.* & plures alios Rota *decis.* 202. *in nouis.* & *decis.* 316. *in antiquis*, Crescentius *decis.* 6. *tit. de præsumptionibus*, & Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 27. Et præsumitur etiam in dubio, quod actus magis valeat, quam pereat *l. quoties ff. de rebus dubiis*, & Doctores communiter pro vt *alibi* sæpiùs tradidi, & plures Doctores allegans notat *loco citato* Riccius; quare cum validitas alienationis dependeat ab assensu Apostolico, vt *suprà* ostensum est, præsumitur ipse assensus præcessisse.

209. Ex dictis infertur assensum Apostolicum prærequiri ad valorem alienationis rei Ecclesiæ, etiamsi eodem die alienationis fuerit eadem res Ecclesiæ acquisita, & etiam momento temporis in eius dominio; id quod etiam in terminis tradit Rota Romana *decis.* 430. *num.* 8. *p* 2. *in recentioribus Farinacij.* vbi expressè dicit, quod alienatio rei Ecclesiæ absque causa, & solemnitate non sustinetur ex eo, quòd res alienata fuerit eodem tempore acquisita Ecclesiæ, quia sufficit quod momento temporis fuerit in eius dominio: Et agit *ibidem* Rota de certis bonis emptis per hæredes cuiusdam Mathæi à Philippo Sbarra, & eodem die, & coram iisdem Notario, & testibus postea assignatis Ecclesiæ pro implemento alterius contractus, & rursus ab Ecclesia per contractum, de quo ibidem agitur, concessis eidem Philippo absque debita solemnitate, quam concessionem ait fuisse inualidam, quia ex eo, quod iam semel in dominium Ecclesiæ illæ terræ transiuerunt per actum separatum antecedentem alienationem, non poterant ab ea alienari absque solemnitate, & causa. idem docent Franchus *d. decis* 14. *num.* 26. Peregrinus *decis.* 30. *lib.* 6. & Riccius *p.* 7. *collect.* 3050. versic. *declara tamen hoc.* Qui iuxta resolutionem factam in *d. decis.* 430. aiunt ad effectum alienationis faciendæ cum solemnitatibus considerari etiam momentaneam acquisitionem, si fierent eodem tempore duo actus separati; vnus quo Ecclesia acquireret rei dominium, alius postea, quo res alienaretur, vt in proposito exemplo, seu casu *dictæ decis.* 430. secus vero si ex actu, qui fit ad alienandum, seu renunciandum resultat acquisitio, vt iidem Franchus *d. decis.* 14. *num.* 25. Peregrinus *d. decis.* 30. de hac re vide infra *num.* 270. & 271.

Quare si Ecclesia, seu monasterium eodem tempore, & actu emeret vineam, vel domum mille v. g. scutis impositis ad censum super ipsam vineam, vel domum, tunc constitutio census absque assensu Apostolico valeret, & licita esset; quia in tali casu Ecclesia non tam alienaret, quàm acquireret bonum illud immobile tali onere affectum, & ex eodem actu, qui fit ad imponendum censum, resultat acquisitio: intelligitur tamen dummodo alia bona Ecclesiæ, vel Monasterij non subiicerentur hypothecæ præsertim speciali. ita & Lezana *tom.* 3. *verbo* alienatio *num.* 5.

Alienatione rei facta cum reseruatione beneplaciti Apostolici ante illud obtentum an acquiratur aliquod ius; an sit locus pœnitentiæ ante & post illius impetrationem nondum facta executione illius, an beneplacitum intelligatur reseruatum solùm quatenus est necessarium: an vero semper importet conditionem.

Ex prædictis etiam infertur, quod alienatio rei Ecclesiæ facta cum expressa reseruatione assensus Papæ, seu cum clausula accedente assensu sedis Apostolicæ, ante huiusmodi assensum obtentum aliquod ius partibus non acquiri. Ita etiam Rota *dict. decis.* 805. *num.* 8. (vbi dicitur, quod alienatio facta saluo beneplacito Sanctissimi, donec obtentum sit beneplacitum, non tenet & interim impeditur dominij translatio) *decis.* 61. *num.* 5. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij* (vbi dicitur, quod quando beneplacitum Apostolicum reseruatur in aliqua concessione, eo non obtento deficit concessio) & *decis.* 624. *num.* 12. (vbi dicitur quod reseruatio beneplaciti operatur, vt actus ante gestus nullum producat effectum, & allegatur Verallus *decis.* 205. *num.* 3. *p.* 3. & Mohedenus *decis.* 1. *de lim.*) Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 81. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 67. & *c.* 6. *num.* 37. & alios allegans Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 514. *num.* 7. & 8. Et ratio est, quia reseruatio assensus facit actum, seu contractum conditionalem iuxta Glossam *in l. item laboo* §. 1. *ff. familiæ ercis.* Brun. *con.* 41. *fine.* Curtium iun. *consil.* 77. *num.* 3. Rotam *decis.* 731. *num.* 2. *in nouiter nouissimis Farinacij*, & alios allegans Riccius; conditio autem nihil ponit in esse *l. substituto ff. de acquir. rer. domin.* & consequenter nullum ius etiam ad rem ante assensum præstitum quæsitum est. 210.

Hinc quando alienatio rei Ecclesiæ est facta cum reseruatione assensus Apostolici, sicut quando facta est sine 211.

sine tali reseruatione, ante eiusdem assensus impetrationem locum habet pœnitentia, vt Rota Rom. *decis.* 206. & *decis.* 731. *in nouiter nouissimis Farinacij* & *decis.* 755. *n.* 2. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij*, vbi etiam ad id allegat Puteum *decis.* 2. *de transact.* & *d. decis.* 624. *num.* 12. Verallus *decis.* 12. *num.* 3. *p.* 3. & Achill. *decis.* 2. *n.* 3. *de pactis*, Gratianus *vbi supra*. Quia conditio, sub qua est contractum, non adhuc est purificata. ita Rota *d. decis.* 731. *num.* 5. vt etiam notat Verallus *d. decis.* 12. & post eum Rota *decis.* 736. *num.* 5. apud Burattum, vbi beneplacitum promissum, & non obtentum intra tempus promissum fecit deficere conditionem, & Prædicta procedere etiam si supplicatio fuerit signata, nondum tamen registrata tradit Pyrrhus *d. num.* 37. eo quòd antequam registretur nullum ius acquiratur partibus, & possit à Papa lucrari. Item prædicta procedunt respectu Ecclesiæ non autem personæ cum ea contrahentis, cui non licere aliquo modo pœnitere notat Pyrrhus *dict. cap.* 6. *num* 40. & colligitur ex Rota *locis citatis* & aliis Doctoribus: quia ista solemnitas fuit introducta fauore Ecclesiæ, cuius respectu d. extrauagans *Ambitiosæ* est fauorabilis. Verallus *decis.* 215. *num* 6. *p.* 3. Et ideo si ipsa velit stare contractui non poterit altera pars venire contra, & contractus claudicat fauore Ecclesiæ. Vt constat ex dictis supra *tit.* 3. *num.* 163. & *hoc tit. num.* supra 94. & 99. & infra *n.* 496. Vt post alios tradit Pyrrhus, *d. num.* 40.

212. Etsi autem Ecclesia ante obtentum beneplacitum in contractu reseruatum possit pœnitere, tamen post obtentum beneplacitum per emptorem, vel conductorem super contractus confirmatione in forma, *si in euidentem*, etiam antequam alienatio confirmetur, non potest pœnitere, & ex sola pœnitentia recedere. ita Rota *dict. decis.* 206. & 731. *decis.* 15. *num.* 6. apud Burattum, & idem tradit Rota *decis.* 41. *num.* 4. apud Manticam, dum dicit, quod gratia *si in euidentem* locum habeat etiam priusquam vtilitas Ecclesiæ probetur, addens aliàs etiam ita dixisse Rotam: ita etiam Gratianus *d. cap.* 514. *num.* 9. & Pyrrhus *d. cap.* 6 *n.* 40. & rationem affert Rota *dict. decis.* 206. scilicet, quia ex quo illud, quod alienatio cedat in vtilitatem, vel non est certum in rerum natura: illius liquidatio non suspendit gratiæ *si in euidentem* effectum. Quod si postea probetur non adesse euidentem vtilitatem, tunc alienatio rescinditur non ex parte pœnitentiæ tantum, sed quia deficit authoritas Papæ, cuius intentio semper versatur circa euidentem vtilitatem. Vt Rota *d. decis.* 731. *num.* 6. & in huiusmodi alienatione, seu locatione bonorum Ecclesiæ ad longum tempus puta 15. vel viginti annorum cum reseruatione beneplaciti Apostolici, interim donec constet beneplacitum non posse obtineri vel donec constet de non euidenti vtilitate, conductor lucratur fructus, vt colligitur ex *d. decis.* 731. de qua etiam infra *num.* 215.

213. Quod si alienatio facta saluo assensu Apostolico, hoc impetrato esset confirmata nulliter; tunc non posset agi ad alienandum cum sit primus contractus perfectus; nec possit Ecclesia ad contrahendum de nouo cogi; vt fuisse dictum *in Cortonen. bonorum* 26. *Ianuarij* 1590. *coram Platto*, refert Riccius *d. collect.* 3054. versic. *limita quando esset*. Quare hoc casu non potest peti, quod de nouo confirmetur, nec ad id Ecclesia cogi, sed eius est electio, an velit stare contractui, vel potius abeo recedere, & ita dixisse Rotam *in Cortonen. bonorum* 3. *Iulij* 1598. *coram eodem Platto* refert idem Riccius *d. collect.* 3054. versic. *vnde hoc casu*.

214. Porro beneplacitum sedis Apostolicæ in alienatione rei Ecclesiæ simpliciter reseruatum regulariter intelligitur, quatenus opus est, seu illud est necessarium. ita Gabriel *consil.* 92. *num.* 5. *lib.* 2. Rota Romana *decis.* 519. *n.* 3. 1. *p. diuersorum decis.* 404 *num.* 6. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij decis.* 1027. *num.* 7. & *decis.* 1319. *num.* 2. apud Seraphinum.

215. Si vero in contractu, seu alienatione sit facta reseruatio beneplaciti cum clausula, *& non aliàs, aliter, aut alio modo*, illud est omninò necessarium, etiam quod aliàs eo casu non sit de iure necessarium; ita Rota *decis.* 374. *num.* 1. & 12. apud Burattum & *ibi* Additionator, & *decis.* 192. *num.* 1. apud Ludouisium, & *ibi* Additionator, & *in Papiensi bonorum* 12. *May* 1628. *coram Coccino* Pyrrhus *d. num.* 62. licet contrarium probare conetur Gabriel *consil.* 82. *num.* 19. & *seqq. lib.* 2. & ratio est, quia prædicta clausula importat conditionem, & formam, etiamsi beneplacitum alioqui non fuisset necessarium. vt Parisius *consil.* 19. *num.* 18. *lib.* 2. Rolandus *consil.* 63. *num.* 13. *lib.* 4. & *consil.* 63. *num.* 14. *lib.* 2. Rota *d. decis.* 374. apud Burattum, *decis.* 650. *in fine p.* 1. *diuersorum*, & *decis.* 420. *num.* 6. apud Seraphinum & alij, quos allegat Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 53. *num.* 1. ideo tali conditione non existente contractus resoluitur, & corruit ex defectu consensus, qui censetur deficere eo ipso, quod deficit conditio beneplaciti, sub qua fuit præstitus. Vt Rota, præfati Doctores, & alij, quos allegat Additionator ad Burattum *d. decis.* 374. Qui omnes volunt præfatam clausulam ex eo, quod importat conditionem, seu facit contractum conditionalem, esse resolutiuam contractus, & facere proinde, ac si nihil gestum esset, & eandem clausulam esse voluntatis limitatiuam, & præseruatiuam sui iuris in casu contrario, tradunt Parisius 285. *vol.* 1 & Verallus *decis.* 82. *num.* 3. & *decis.* 84. *num.* 10. *p.* 3. quos ad id refert Riccius *loco citato*. An vero si facta fuerit concordia sub beneplacito sedis Apostolicæ, & illius confirmatio sit ab vno Papa denegata, possit altera pars instare quod expectetur ad voluntatem alterius Papæ successoris, cum sedes Apostolica non deficiat & non fuerit facta concordia cum beneplacito nominis proprij sed dignitatis Rota *decis.* 290. *num.* 2. *p.* 3. *diuersorum* (quem referunt & approbant Gonzales *ad reg.* 8. *canc. glossa* 12. *num.* 99. & Pyrrhus Corradus *d cap.* 4. *num.* 99.) respondit quòd non: nam ex quo sunt semel denegata, conditio defecit.

In alienatione porrò cum reseruatione beneplaciti an interim donec constet, non posse obtineri beneplacitum, emptor lucretur fructus? videndum est *in Romana locationis* 21. *May* 1595. *coram Blanchetto* & *in decis* 14. *p.* 1. *diuersorum*, in qua dicitur non lucrari quoad tempus, in quo fuerit in mala fide ob non petitum beneplacitum tempore præfinito in instrumento alienationis.

Alienans rem Ecclesiæ cum, vel sine reseruatione assensus Apostolici, eo nondum impetrato tradens rem, an incidat in censuras & pœnas extrauagantis Ambitiosæ, *& quid si tradat solam rei possessionem sine translatione dominij.*

Sed nunquid alienans res Ecclesiæ immobiles saluo assensu Apostolico cum præfata clausula *nec aliàs, aliter, & alio modo*, si ante ipsius expeditionem, seu ante beneplacitum Apostolicum obtentum tradiderit possessionem, incidat in censuras, & pœnas *extrauagantis* Ambitiosæ *de rebus Ecclesiæ non alienandis*.

Dixi, *cum clausula non aliàs*, &c. quia si reseruatio facta sit simpliciter his verbis *saluo assensu Apostolico* per traditionem rei ante assensum impetratum alienantem incidere in præfatas pœnas tradunt communiter Doctores, quos referunt illos sequentes Quaranta *verbo* alienatio *num.* 9. & Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 653. *num.* 29. & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap* 5. *num.* 65. & idem tenet Iason in *l.* 2. *Cod. de iure Emphyteutico*, quatenus dicit, quod Emphyteuta alienans irrequisito Domino rem Emphyteuticam saluo assensu Domini, & postea illo non requisito tradit rem, seu rei possessionem, cadit à iure, ex quo est protestatio contraria facto per traditionem enim transfertur Dominium 216.

minium supposito contractu habili, vt post Bartholum *in l. 1. num. 4. ff. pro dote*, & *l. 3. ff. de iure dotium* Seraphinus *decis.* 196. *num.* 2. vbi eom eodem Bartholo dicit, quod licèt traditio sit apta transferre dominium, intelligitur dummodo præcedit contractus habilis, & *decis.* 540. *num.* 6. vbi dicit, quod per alienationem bonorum Ecclesiæ nulla sequuta traditione non est dominium translatum. Difficultas ergo est, quando reseruatio assensus Apostolici facta est cum præfata clausula, & ante assensum sequuta est rei traditio. Et boc casu tradentem rem ante obtentum assensum non incidere in pœnas alienantis absque assensu Apostolico tenet Gratianus *d. cap.* 633. *num.* 28. & probatur ex doctrina Iasonis, & Grammatici *locis citatis* volentium, quod alienana rem Emphyteuticam saluo assensu Domini cum illa clausula, *non aliàs*, *nec aliter*, & *alio modo*, & tradens rem ante assensum Domini obtentum non cadat à iure suo, eo quod ista clausula operatur, quod actus non valeat, & banc esse communiorem opinionem dicit Grammaticus *decis.* 79. & Doctores eos sequens refert Gratianus *d. cap.* 633. *num.* 27. & confirmatur ex tradita *num. præcedenti*, scilicet, quod dicta clausula importat conditionem, & est resolutiua contractus, & limitatiua voluntaris, ac præseruatiua sui iuris in contrario casu, faciique proinde ac si nihil gestum esset. Vt Rota decisionibus *num. præcedenti* allegatis, & alij Doctores *ibidem* citati tradunt.

Nihilominus tenendum est, tali clausula non obstante alienantem, & tradentem rem nondum impetrato assensu incidere in præfatas pœnas, vt in his terminis tenent Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap.* 44. & Riccius *d. resolut.* 53. *num.* 3. & ita etiam puto sentire Quaranta *citato num.* 9. & alios communiter, quos *ibidem* citat absolutè asserentes alienantes, seu contrahentes saluo assensu Apostolico ante impetrationem tradentes possessionem incurrere pœnas prædictæ extrauagantis, cum innitantur illa ratione, quod protestatio sit contraria facto. Nam adhuc protestatio cum illa clausula *non aliàs*, *nec aliter*, est contraria facto, vt voluit Baldus *in l. 1. Cod. de his, quæ pœnæ nomine num.* 56. & tenuit Consilium Neapolitanum, vt testantur Grammaticus *d. decis.* 49. & Franchus *decis.* 267. & in his terminis resoluit (vt testatur Genuensis *d. cap.* 44.) curia Neapolitana in causa cuiusdam Rectoris, qui alienauerat quoddam Territorium suæ Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice cum clausula præfata *saluo assensu Apostolico, & non aliàs, &c.* & ante assensus impetrationem dicti territorij possessionem tradiderat. Quam resolutionem idem Genuensis dicit fuisse approbatam à Clemente Octauo, qui Vicario Neapolitano rescripsit, quod dictum Rectorem absolueret in vtroque foro à censuris, dummodo prius reuocaret alienationem, & reintegraret Ecclesiam in suo statu, aut saltem faceret pro posse, &c. Riccius *d. resolut.* 53. *fine.* Bona autem fides, vt post Nauarrum *in comm. de reb. Eccl. non alien. num.* 16. notat Quaranta *d. verbo* Alienatio *citato num.* 9. excusat in prædictis casibus traditionis rei ante obtentum beneplacitum Apostolicum in alienationis contractu reseruatum à pœnis eiusdem extrauagantis, quia in ea dicitur *Præsumentes*, lex autem positiua contra præsumentes aliquid facere non comprehendit eum, qui absque dolo, vel contemptu, bona fide, vel simplicitate facit, vt post alios Nauarrus *loco citato*, & *in man. cap.* 27. *num.* 74. & *in cap. accepta opposit.* 8. *de restitutione spoliatorum* & Quaranta *d. num.* 9. & ego ipse *in tractatu de triplici iubilei priuilegio*, & *de contractu matrimonij*, & Doctores communiter agentes de censuris. Euitantur etiam prædictæ pœnæ si fiat protestatio reseruando assensum directi Domini in actu traditionis Minador. *decis.* 24. & etiam limitationem approbat Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam* verbo *alienatio post num.* 14. lit. *B.* & faciunt tradita à Magono *decis.* 91. *florent. num.* 10. vbi quod talis reseruatio dominij facit transire contractum in aliam speciem contractus, scilicet, locationis. Quamuis contrarium, & talem reseruationem Dominij, & talem protestationem tanquam contrariam facto, nempe traditioni non releuare nec à pœnis alienantem sine assensu, tradunt Decius *consil.* 160. *num.* 4. & alij relati à Magono *d. decis.* 91. *num.* 3. nec non alij, quos refert, & sequitur Molina *de pign. lib. 1. cap.* 20. *num.* 24. & 25. & idem tenet Riccius *dict. resolut.* 53. *fine.*

Si etiam procurator habens mandatum generale cum libera, &c. iuxta tradita in *l. Procurator, cui generaliter ff. de procurat.* alienauerit rem Ecclesiæ nomine Domini, seu sui Principalis reseruato assensu Apostolico, & ante illius impetrationem tradiderit rei possessionem, non facit Dominum in censuras, & pœnas præfatæ extrauagantis *Ambitiosæ* incidere, vt notauit Riccius *d. p.* 1. *resolut.* 54. Quia præterquam quod excommunicatio non ligat ignorantem *cap. à nobis de sentent. excomm.* & Doctores communiter, Procurator non censetur habere mandatum, vt faciat incidere Dominum in censurarum pœnas, vt post Alexandrum *consil.* 39. *vol.* 1. Natta *consil.* 445. Ioseph Ludouic. Lucen. *decis.* 50. *num.* 52. Crescentius *decis.* 5. *tit. de præsumpt.* & alij à Riccio relati, & requiri mandatum speciale ad faciendum cadere Dominum in pœnam ex Benintendo *decis.* 94. tradit idem Riccius. 217.

Dixi quoque in propositione difficultatis, *ante obtentum assensum Apostolicum tradiderit possessionem*, quia si alienationis rei Ecclesiæ contractus fiat cum, vel sine reseruatione assensus Apostolici sine traditione possessionis, seu rei alienans non incidit in aliquam pœnam, quidquid secus sentiat Bonacina *de alien. rer. Eccl.* 9. *p.* 5. *num.* 2. versic. *obiicies secundo*, quia ante alienationem quis non dicitur alienare *l. alienatum* 37. *ff. de verb. obligatione*, & in alienante Emphyteusim hoc ipsum firmant Surdus *de alimentis tit.* 9. *quæst.* 16. *num.* 67. & *q.* 26. *num.* 65. & Caldas Pereira *de resolut. Emphyt. cap.* 5. *num.* 28. & *cap.* 6. *num.* 35. & *cap.* 10. *num.* 6. & in his terminis Couarruuias 2. *var. cap.* 16. *num.* 7. *fine* Pyrrbus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 19. & 20. de quo infra *num.* 561. Per alienationem enim nulla secuta traditione non censetur translatum dominium, Seraphinus *decis.* 540. *num.* 6. Notandum etiam quod in alienatione rei Ecclesiæ habita fide de pretio non transfertur dominium Rota *decis.* 96. *num.* 1. & 3. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij*, & idem in permutatione, si babeatur fides de re in permutatione accipienda. ita eadem Rota *in eadem decis. & eadem num.* 1. vbi etiam *num.* 3. ampliat, tametsi in vtroque casu interueniat beneplacitum Apostolicum, quia illud, inquit, facit contractum validum, non autem transfert dominium. 218.

Etsi autem non dicitur strictè loquendo alienari res, nisi quando dominium transit in aliam *l. 1. Cod. de fundo dotali*, & *l. alienationis verbo ff. de verborum significatione*; tamen alienari res largè dicitur, si sola possessio transferatur in alios vt Redoanus *Cod. Pereira de extinct. Emphit. num.* 40. Rota *decis.* 146. *p.* 1. *diuersorum*, & alij, quos refert, & sequitur Marcus Antonius Genuensis *in practic. Eccl. quæst.* 448. quæ proinde censetur comprehensa, quando omne genus alienationis prohibetur, vt Cald. *loco citato* & Augustinus Barbosa ad Decretales *tom.* 1. *collectan. ad cap.* 37. *num.* 3. *de officio delegati*, & fauore Ecclesiæ comprehenditur sub alienatione, vt Genuensis *d. quæst.* 488. *num.* 1. post Innocentium *in cap. Episcopi de reb. Eccles. non alien.* vbi asserit quod Delegatus, cui Papa commisit, vt ea, quæ reperiret alienata de bonis talis Ecclesiæ deberet in ius & proprietatem Ecclesiæ reuocare, babet iurisdictionem super rebus Ecclesiæ inuentis, & malè detentis, in quibus possessio tantum transiuit in alios; quod etiam *ibidem* tradunt Doctores communiter, & ratio est iuxta dictum Innocentium, quia duplex ius babemus in re nostra, ius proprietatis, & ius possessionis; vnde licet non sit facta alienatio 219.

alienatio quoad proprietatem, est tamen alienata possessio, & largo modo dicitur res alienata, cum recedit à libera facultate, & fauore Ecclesiæ rescriptum debet latè interpretari. *cap. cum Eccles. in fine de causa possessionis, & proprietatis*, & alios allegans Genuensis *dict. quæst.* 488. & ita etiam alienatio fauore Ecclesiæ latè accipitur: da quo etiam § *sequenti initio*. Et ideo alienans rem Ecclesiæ per solam traditionem possessionis absque debitis solemnitatibus, & assensu Apostolico absque translatione dominij aut proprietatis incidit in pœnas dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*, & alias pœnas à iure statutas contra alienantes bona Ecclesiæ absque solemnitatibus requisitis. An vero alienans, seu venditor rei Ecclesiæ, qui ante assensus Apostolici expeditionem constituit se nomine Emptoris possidere incidat in censuras. Affirmatiuè respondet Ricciu *p. 1. praxis aurea resolut.* 56. quia licet constitutum sit fictus modus acquirendi possessionem, vt Bartholus *in l. ab emptione ff. de pactis* Tiraquellus *in tract. de constitut. possess. quæst.* 12. & alij ab eodem Riccio allegati: tamen per constitutum vera possessio acquiritur *l. quod meo* vbi Bartholus & alij *ff. de acquir. possess.* & constitutum haberi pro vera traditione etiam in instituendis, & ad effectum, vt habeatur pro executione, & ex eo inferatur, executionem esse factam in contractu innominato tradunt Tiraquellus *d. tract. de constit. p. 3. limit.* 26. *n.* 5. & 6. Crauetta *cons.* 192. *n.* 22. Decius *cons.* 289. & alij ab eodem Riccio relati, & ita etiā facta feudi alienatione cū reseruatione assensus Domini, si ante assensus expeditionē facta esset traditio per constitutum amittitur feudum, ac si verè, & realiter tradidisset, vt cum aliis Thesaurus *dec.* 53. & Riccius *loco citato*. quod ampliat ex Gamma *decis.* 174 procedere etiam si statim res sit recuperata, ergo à simili iudicati debet constituentem incidisse in censuras, quemadmodum possessionem transferens antequam fuerit assensus impetratus: limitatur tamen id vbi contractus alienationis rei Ecclesiæ fuisset nullus, tunc enim venditor se constituendo, vt supra antequam fuisset assensus impetratus in censuras non incidit, vt tradit idem Riccius ex Iasone *l. si ex testamento Cod. de fideicom.* Castora, *decis.* 35. & aliis.

Cum quis rem sibi locatam ad triennium obtinuit in Emphyteusim ab Ecclesia saluo assensu Apostolico, an si continuet locationem post triennium ante obtentum beneplacitum incidat in censuras Paulina.

220. Vtrùm etiam, cum quis conduxit prædium Ecclesiæ per triennium (vltra quod iuxta extrauagantem *Ambitiosæ* non potest fieri locatio bonorum Ecclesiasticorum absque beneplacito Apostolico) à beneficiato, quo tempore elapso ab eodem obtinuit concessionem in perpetuam emphyteusim saluo, & reseruato assensu Apostolico; si dictus conductor continuet in retinendo dictum prædium sequenti anno ante expeditionem præfati assensus incidat in censuram excommunicationis *dicta Ambitiosa*; quemadmodum si in eum esset translata vera possessio. Pro parte negatiua Riccius *1. p. praxis aurea resolut.* 88. adducit sequentia. Primò, quia huiusmodi continuatio non censetur rei Ecclesiæ translatio, sed potius detentio titulo locationis, seu tacita reconductio; nam qui conduxit rem pro aliquibus annis; si postea continuet sequenti; censetur tacita reconductio *l. qui ad certum* vbi Bartholus *ff. de locat.* Secundò quia ab initio ille conductor retinuit dictum prædium titulo locationis sibi factæ, & per continuationem sequentis anni non præsumitur mutasse voluntatem; quia voluntatis mutatio in iure non præsumitur, vt latè post alios Mascardus *de probat. concl.* 1423. Tertiò, quia voluntas in actibus hominum, quænam fuerit ex iuris communis dispositione rectè colligitur, cum vniuscuiusque voluntas iuris dispositioni consentanea esse præsumatur; & à iure communi reguletur vt Baldus *in l.* 1. *Cod. de sacros. Eccl.* & Anchar. *consil.* 6. *num.* 8. & *consil.* 393. & Doctores communiter agentes de vltimis voluntatibus. Quartò, quia titulus quo iste conductor cæpit retinere dictum prædium Ecclesiæ, scilicet, conductionis est bonus, & validus, quando autem quis habet titulum bonum ab initio, si continuet, non censetur velle mutare cum titulo inualido; secus si ab initio habuisset titulum inualidum Caroccius *decis.* 21 *num.* 27. maximè quia præsumitur quis possidere rem ex voluntate absoluta potius, quam ex conditionata. His tamen non obstantibus idem Riccius resoluit contrarium esse in praxi tenendum, quia talis videtur possidere rem Ecclesiæ absque summi Pontificis assensu; & sic protestatio saluo assensu est facto contraria, argumento eorum, quæ notantur *in cap. cum M. Ferrariensis* verbo *sine præiudicio*, vbi Glossa, & alij allegati à Barbosa *collect. ad d. cap. cum n.* 4. *de constitutionibus*, quæ protestatio contraria facto non suffragatur, vt *ibidem* tradit Barbosa ex Mantica *decis.* 100. *num.* 2. Surdo *decis.* 246. *num.* 4. & aliis. Addit Riccius confirmationem, quod nouus supervenerit titulus retinendi & possidendi, ex cuius supervenientia intelligitur mutata causa possessionis absque alia animi declaratione per Rotam *decis.* 4. apud Achillem de Grassis *tit. de caus. possess. & propriet. decis.* 165. alias 170. apud Potenm *lib.* 2. & *decis.* 5. apud Crescentium *tit. de restitut. spoliatorum*, per quæ idem Riccius ait patere responsionem ad contraria, & subdit iuxta hanc opinionem fuisse decisum per Curiam Archiep. Neapolitanam Anno 1615. coram Petro Antonio Ghiberto tunc Generali Vicario. Ego existimarem conductorem incidere in censuram *Ambitiosa*, si ex parte ipsius, vel concedentis fuit negligentia petendi assensum Apostolicum, & conductor ipse detinuit tanto tempore, quo potuit præsumere beneplacitum Apostolicum peti potuisse, & non fuisse impetratum, quia in tali casu esset in mala fide, & retinuisset bona Ecclesiæ tanquam affrancata absque debita solemnitate nempe assensu Apostolico contra dispositionem dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*; secus verò si statim post contractum concessionis à partibus beneplacitum procuraretur adhibita conuenienti diligentia, & interim dum gratia expeditur, vel negatur, continuaret in possessione, nam tunc conductor non esset in mala fide, & posset censeri pro tempore continuari in possessione veluti reconductor, videatur *decis.* 13. & 14. Rotæ 1. *p. diuersorum*.

In reseruatione assensus Apostolici non præscripta certa forma partes censentur se conformasse stylo Datariæ, & cuius expensis debeat assensus impetrari.

Verùm prosequendo materiam reseruationis assensus Apostolici facta in contractu alienationis, partes contrahentes cum reseruatione beneplaciti Apostolici non præscripta certa forma, censentur se conformasse cum stylo Datariæ. Rota Romana *decis.* 110. *num.* 15. apud Buratum. 221.

Cuius autem expensis debeat assensus Apostolicus expediri resoluit Riccius 1. *p praxis aureæ resol.* 15. sequentibus conclusionibus. Prima, quod de iure certum est teneri ad expensas, cuius gratia actus celebratur *l. sed si hereditas* § 1. *ff. ad exhibendum*. Vnde debitor ad instantiam creditoris carceratus eius expensis alimentari debet. Afflictus *decis.* 71. & expensis petentis quem carcerari carcerandus est Franc. Marc. *decis.* 134. *p.* 2. & expensis petentis depositionem testium absentium examinari debent Cacharanus *decis.* 45. & delinquentium remissio facienda est expensis petentis remissionem, Boërius *decis.* 303. & idem *de remissione Clericorum ad eorum iudicem Ecclesiasticum*. Guido Papa *decis.* 211. secunda conclusio, vbi adest particularis consuetudo regionis, 222.

per

per quam declarauit, cuius expensis sit assensus Apostolicus expediendus, illa est obseruanda, si ius non resistat; in stipulationibus enim, & cæteris contractibus attenditur id, quod per consuetudinem inductum fuit, Castrensis *consil.* 32. Tertia conclusio, vbi non constat de particulari consuetudine, inspici debet, quid fuerit conuentum inter contrahentes, quia in contractibus primò, & principaliter attendi debet, quod actum est à partibus, & quod gestum est, & contrahentes voluerunt *l. sed Celsus §. si fundus ff. de contrah. empt. l. fin. Cod. plus valere*, & *l. fin. Cod. quæ res pign. oblig.* Quarta, & vltima conclusio, vbi nullum istorum euidenter appareat, condemnandus est Emptor ad præfatas expensas. ita in facti contingentia ait Riccius *d. resolut.* 25. *n.* 4. se iudicasse, motumque ad id se fuisse ex *decis.* Capellæ Tholosanæ 451. vbi quando non fuit conuentum quis contrahentium soluat gabellas, potius constringi debet Emptor, quàm venditor.

Notantur ea, quæ spectant ad valorem, & validam executionem assensus Apostolici, seu gratiæ, si in euidentem, *quod debet seruari ad vnguem, & ponuntur plures casus, in quibus non valet confirmatio alienationis non seruata conditione, seu forma beneplaciti Apostol..., vel ipse assensus obtentus est nullus & inutilis.*

223. Quod autem spectat ad valorem, & executionem beneplaciti Apostolici, seu gratiæ, aut rescripti *si in euidentem* beneplacitum Apostolicum debet obseruari ad vnguem, aliàs nihil operatur, & confirmatio alienationis rei Ecclesiæ non seruata forma tradita in eodem rescripto, *si in euidentem*, vel non adimpleta qualitate, aut conditione, sub qua idem assensus Apostolicus fuit obtentus, est nulla. ita Rota *decis.* 224. *in nouiter nouissimis Farinacij*, quæ est *decis.* 1195. apud Seraphinum, *decis.* 624. *n.* 1. *p.* 1. & *decis.* 430. *n.* 2. & *decis.* 776. *n.* 5. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij decis.* 868. *n.* 1, apud Seraphinum *decis.* 106. *n* 7. *in Cortonensi rescissionis locationis 26. Ianuarij* 1590. *coram Orano* citata *in d. decis.* 624 & alibi sæpè, alij Doctores à Rota citati, Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 55. & *resol.* 69. & *in collect. decis. p.* 8. *collect.* 3874. & latissimè Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9 *cap.* 5. *n.* 31.

224. Hinc primò, si fuerit dictum in gratia *si in euidentem*, quod fieret specificatio bonorum alienandorum, si non est facta specificatio, alienatio est nulla, nec suffragatur confirmatio. Rota *d. decis.* 624. *num.* 2. & 3. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij*, & in *dicta Cortonensi*, & *alibi* prout refert Riccius *dict. collect.* 3874. & ratio suprà *n.* 68. adducta est, limitatur tamen, quando venditio esset facta cum licentia Episcopi vendendi rē Ecclesiæ minus damnosam; nam tunc etiamsi non specificet, nec illius pretium exprimat, nihilominus alienatio valebit, quāuis Episcopus malè fecerit in non exprimendo. ita Riccius *p.* 8. *collect.* 3874. *fine*, & Gratianus *c.* 766. *n.* 12. & *decis.* 70. item si licentia fuisset data alienandi septem petias terræ, & postea in alienatione fuisset dictum de omnibus petiis terræ, valet alienatio, si Ecclesiam non habuisse in illo loco plures petias constaret. Rota *in Bononiensi domorum de Morino 16. Iunij*, & 20. *Nouembris* 1595. *coram Millino*, prout refert Riccius *p.* 8. *collect.* 3874. versic. *limita primo.*

225. Secundò, si literæ Apostolicæ concedentes licentiam alienandi obtentæ fuerunt sub narratiua concessionis in perpetuam Emphyteusin & nihilominus contractus initus fuit titulo concessionis in censum perpetuum, & nomine, ac titulo perpetui census, ita quod de natura Emphyteusis nullatenus participare intelligatur, alienatio est nulla, vt pote repugnans rescripto Apostolico, ita Rota *dict. decis.* 224. *in nouiter nouissimis Farinacij* & 1195. apud Seraphinum; quod autem talis alienatio repugnet rescripto patet, cum longè, latéque differat contractus censuarius ab Emphyteotico, siquidem in hoc transfertur tantum vtile dominium, & possessio naturalis, ciuili vero penes Dominum directum remanente; in illo vero transferatur directum, & vtraque possessio, vt Redoanus *quæst.* 2. *cap.* 37. *num.* 3. Rota *dict. decis.* 224. *seu* 1195. cum Glossa & Panormitan. *num.* 20. *in cap.* constitutus *de relig. domib.* Imola *in cap. ad audientiam num.* 4. *de reb. Eccl. non alien.* & Aluaro Velasco alios allegante *de iure Emphyt. quæst.* 32. *num.* 27. in dubio autem præsumi potius contractum censualem quam Emphyteuticum tradunt post alios Quaranta *verbo* alienatio *num.* 16. & Crescentius *decis.* 1. *de censibus*, addens in dubio attendi contra illum, qui se fundat in instrumento contractus; sed de hac re Mascardus *concl.* 281. Mænochius *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt* 106. Notandum autem quod Papa in confirmatione rei Ecclesiæ solet aliquando limitare concessionem & si sit perpetua, illam restringere ad certum tempus, vt Rota in *dict. Cortonensi rescissionis locationis.*

Tertiò verba licentiæ alienandi, seu concedendi in 226.
Emphyteusin restricta ad filios, & descendentes contenta in rescripto Apostolico attendi debent, ita vt alienatio, seu locatio non transeat ad extraneos, licèt in instrumēto alienationis fiat mentio extraneorum, & confirmatio facta contra formam rescripti loquentis in filiis, & descendentibus est nulla. ita Rota *decis.* 868. post Clarum in *verbo* Emphyteusis *quæst.* 28. versic. *primus casus.* Quare quoties in supplicatione *si in euidentem*, narratur factum alio modo, quàm verè factum sit; ad validitatem, vel inualiditatem attenditur supplicatio, non autem instrumentum, iuxta Rotam *dict. decis.* 868. Imò confirmatio à superiore obtenta contra formam in instrumento conuentam est inutilis, & proinde ac si obtenta non esset. ita Rota *insignia Castrorum 3. Aprilis* 1615. quæ est decisio 106. *num.* 6. *apud* Burattum, & *decis.* 676. *n.* 4. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij.*

Hinc quartò si in confirmatione Apostolica dicatur, 227.
concessionem fuisse factam ad tertiam generationem & verè facta in perpetuum, confirmatio est nulla etiam respectu concessionis ad tertiam generationem, colligitur ex dictis *num. præcedenti*, & tradit etiam Rota *in dict. Cortonensi rescissionis locationis 26. Ianuarij* 1590. *coram Orano*, quam allegat Rota *d. decis.* 624. *num.* 1. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij* & Panormitan. *consil.* 41.

Quintò si alienatio rei Ecclesiæ facta est vltra facul- 228.
tatem concessam, est nulla. ita Rota *in d. decis.* 430. *n.* 2. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij*. Quare quando datur licentia alienandi limitata pro certa summa, alienatio vltra summam erit nulla. *d. decis.* 430. Et is, qui alienare nititur, debet probare alienationem fuisse intra summam. Parisius *consil.* 17. *n* 28. *lib*... Decius *consil.* 60. *n.* 3. & Rota *in Romana deuolutionis domus de Piccionibus 28. Maij* 1582. *coram Rubeo.*

Neque etiam confirmatio facta non exhibito instru- 229.
mento, erit valida. Rota *in d. Cortonensi rescissionis locationis 26 Ianuarij* 1590. *coram Orano*, & Riccius *p.* 7. *collect.* 4054. versic. *Confirmatio facta.*

Sextò si in gratia, *si in euidentem*, adest clausula (vo-
cato Abbate, aut Episcopo) & de eius citatione non 230.
constat, alienatio est nulla. Quando enim in rescripto continetur clausula *vocatis vocandis*, necessaria est citatio vocandorum; aliàs confirmatio sine citatione facta est nulla. Rota *decis.* 30. *tit. de rescriptis in nouis decis.* 601. *fine* apud Seraphinum, & *decis.* 624. *n* 4. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij*. vbi quod defectu citationis Episcopi necessariæ vigore clausulæ *vocatis vocandis*, positæ in gratia, *si in euidentem*, confirmatio alienationis bonorum Ecclesiæ est nulla; & idem constat *ex cap. exhibita*, vbi Abbas in vltimo notabili *de iudic.* & alij relati à Rota *d. decis.* 624.

Quod si licentia fuisset à Papa data alienandi plures 231.
petias terræ; censetur Papa etiam de vna tantum licentiam dedisse. ita Rota *decis.* 401. *num.* 1. apud Seraphinum per textum *in cap. Pastoralis §. item cum tornm* & Felinum

ibidem *num.* 3. *de officio deleg.* & similiter si data fuerit facultas respectu summæ maioris, v.g. alienandi ad summam 800. & alienatio fiat in summa minori, puta vsque ad 300. tantum valet alienatio. Rota *d. decis.*401. *eodem num.*1. ex Abbate *consil.*41. *fine lib.*1.

232. Si per vnum ex Canonicis Cathedralis porrecta sit supplicatio Papæ, pro assensu præstando super alienatione partis territorij præbendæ eiusdem Canonici, & Papa in assensu apposuerit clausulam *consentientibus Dilectis filiis Canonicis aliis Ecclesiæ*, necessarius est consensus expressus iuxta tradita supra *num.*48. & *num.*156. versic. *debet autem iste consensus*, & Doctores *ibidem* citatos, & alios, quos citat Riccius *p.*1. *praxis aureæ resolut.*83. quæ fortius vrgent in hoc casu, in quo consensus exigitur pro forma, vt per *cap. cum ab vno*, iunctis Glossa in verbo *mandantibus*, ex Gemioiano ibidem *num.*2. *de re iudicata.* Riccius *d. resolut.*83. alios etiam allegans: & dicitur consensus expressus, qui verbis exprimitur: tacitus vero, qui ex factis resultat, vt Glossa *in Clem. sæpe §. fin.* verbo *contradicentibus* versic. *secundo nota de verb. signif.* & alij per Riccium *d. resolut.*83. allegati, & dictum est *supra*.

233. Si quis alienet bona Ecclesiæ litigiosa, & super quibus pendet lis mediante assensu Apostolico, in cuius impetratione non est facta mentio, qualiter bona alienata erant litigiosa, præfatus assensus dicitur, & est subreptitius ob taciturnitatem dictæ litis, seu ex eo, quod in eo tacetur litis pendentia, idque ob regulam iuris expressam habentem, quod rescriptum redditur subreptitium, si non fiat mentio de litis pendentia. Lancellottus *de attentatis p.*2. *cap.*4. *num.* 630. *cum seqq.* Afflictus *decis.*220. *num.*13. Flam. Parisius *de resig.*2. *q.*3. *num.*60. *cum seqq.* Gænedo ad Decretales *collect.* 53. *& seqq.* & alij, quos referunt, & sequuntur Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 74. *num.* 1. & Augustinus Barbosa *tom.*1. *collect. ad cap.*20. *num.*13. *de rescriptis.* Ampliatur, & nec mentio generalis pendentiæ litis sufficeret, vbi specifica, & particularis requiritur iuxta eundem Afflictum *d. decis.*220. *num.*16. & de fiatu causæ esse faciendam mentionem traduot Lancellotus *d. cap.* 4. Masc. *concl.*7. *num.* 649. Mænochius *de arbitr. casu* 202. *num.*6. Flamio. *d. quæst.*3. *num.*64. Stephanus Gratianus *tom.*1. *cap.*100. *num.*37. & Marcus Antoninus *var. lib.* 1. *resolut.*104. *num.*10. vbi *num.*11. cum Gomesio, Parisio, Gabriele & Lancelloto ac aliis resoluit clausulas *cuius litis statum, & merita*, &c. *pro expressis, &c.* hoc vitium tollere. Vnde etiam fieri debet mentio de appellatione interposita tam propria, quam partis aduersæ; tam iudiciali, quàm extraiudiciali, tam si appellatum sit ad Papam, quam ad inferiorem, tam per appellantem, quam per appellatum. Lancellottus *d. tract. tit. de inualid. rescripti, lite pend.* Gabriel *de indic. conclus.*4. & Augustinus Barbosa *tom.*1. *collect. ad cap.* 57. *num.*9. *de appellationibus.* Ampliatur secundo tametsi præfata lis penderet virtute citationis executæ, non tamen reproductæ in actis; quæ licèt dicatur circunducta *cap.*1. *de dolo & contum. in*6. Vestrius *in praxi lib.* 4. *eod. tit. in princip.* Gratianus *decis.* 209. Nihilominus de ea debet fieri mentio, vt Riccius *d. resolut.*74. *num.* 6. Limitatur tamen primo quando lis est nulla, quia tunc de ea impetrans non tenetur facere mentionem siue sit nulla ipso iure, siue veniat annullanda, seu elidibilis sit exceptione, vel replicatione. Lancellotus *d. cap.*4. *n.* 651. Mænochius *d. casu* 202. *num.*81. Cænedo *d. collect.* 53. *num.*4. Mascardus *de probat. concl.* 846. *à num.* 20. & alij relati à Riccio *d. resolut.*74. *num.*7. *& seqq.* & facit Romanos *consil.*483. vbi dicit quod valet impetratio confirmationis beneficij non facta mentione de prouisione alteri facta; quæ erat nulla. Limitatur secundo, quando lis esset deserta. Mænochius vbi supra *num.*14. & Cænedo *d. collect.*53. *num.*5.

234. Si verò Episcopus volens permutare bona ad suam mensam spectantia cum bonis mensæ capitularis in impetratione assensus Apostolici non fecisset mentionem huius circumstantiæ, quod Capitulum habens bona diuisa permutauit cum Episcopo, assensus ita impetratus non est subreptitius, vt notauit Riccius *d. p.* 1. *praxis aureæ resol.*59. Et ratio est, quia ea tantùm omissa, seu tacita reddunt gratiam subreptitiam, & nullam, quæ sunt expressa in iure, vt exprimi debeant, non verò redditur, seu dicitur gratia subreptitia non facta in supplicatione mentione de qualitate non considerata in iure, etiamsi expressa redderet difficiliorem impetrationem, vt Felinus *in cap. super literis de rescriptis*, Vetallus *decis.* 310. *num.*3. *p.*1. *decis.*46. *num.*2. *p.*2. & *decis.*224. *num.*1. *p.*3. Mobedanus *decis.*7. *de rescriptis*, & *ibidem* Additionator, & alij à Riccio relati, in iure autem non requiritur hoc expressum, & sic prædictus assensus non potest censeri subreptitius.

In eadem gratia *si in euidentem*, non attenditur subreptio, seu expressio falsæ causæ, quando non est circa vtilitatem; secus si versetur circa vtilitatem, vt supra *num.*92. *&* 93. dictum est, & tradunt Rota decisionibus *num* 91. adductis, & alij Doctores *ibidem* citati. 235.

Clausula, *& si in euidentem* posita in fine supplicationis restringit totam supplicationem, & omnes clausulas, ita vt dicatur tota dispositio, & omnes clausulæ conditionales. ita Riccius *p.*7. *collect.* 3054. versic. *clausula notat.* ex Paleoto *decis.* 323. & Rota *in Mediolanensi bonorum.* 2. *May* 1586. *coram Seraphino.* 236.

In gratia, *si in euidentem*, licèt non inseratur Paolina *Ambitiosæ*, sufficit tamen quod ei sit derogatum, quia licèt sit inserenda, tamen eum non adsit clausula annullatiua actus, valet, quamuis contra faciens puniatur. Rota *in Bonon. bonorum de Marano* 20. *Nouembris* 1594. *coram Mellino*, & *in eadem* 27. *May* 1596. *coram Arigonia*, prout refert Riccius *p.*7. *collect.* 3054 versic. *in gratia.* Et quod licèt Paulina *Ambitiosæ* non inseratur, non ideo literæ ipsæ *si ineuidentem* annullantur, latius probat Pyrrhus Corradus *de disp. lib.*9. *cap.*5. *num.*12. 237.

Denique supplicatio, seu impetratio *si in euidentem* expirat per obitum concedentis, si ante eius obitum non fuit præsentata, vt dictum est supra *num.* 88. & tradunt Rota *decis.*41. apud Manticam, & aliis decisionibus *ibidem* relatis Pyrrhus Corradus *d. c.*5. *num.*61. ac cæteri Doctores *ibidem* citati. Formulas porro supplicationis pro rerum Ecclesiarum, vel Monasteriorum alienatione in Dataria pro oratoribus sæcularibus, vel Sacræ Congregationi Concilij pro Regularibus porrigendas, item formulas literarum concessionis *si in euidentem* describit exactè Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.*9. *cap.*2. 3. vbi *num.* 30. aduertit pro Regularibus non expedire literas, sed tantùm porrecto supplici libello in S. Congregatione Concilij Tridentini, ac proposita materia de qua agitur extendi tantum modo decretum in calce ipsius libelli, quo ordinatio tantùm modo & quandoque etiam dignitatem in illius Ecclesia obtinenti, si ita qualitas, & grauitas materiæ suadeant, committitur, vt procedant seruatâ formatâ literarum Pauli II. 238.

SVMMARIVM §. VI.

In extrauagant Ambitiosæ renouantur iura antiqua prohibentia alienationem bonorum Ecclesiasticorum. initio §.

Alienatio propriè, & strictè est omnis actus, per quem in alium transfertur rei dominium. num. 239. *an intelligatur solum de actu translatiuo dominij directi, an etiam de translatiua dominij vtilis solius. ibidem.*

Alienationis verbum est generale, & comprehendit sub se omnes actus, per quos dominium directum, vel vtile transfertur. ibidem.

Bona alienari prohibita non possunt infeudari, neque in Emphyteusin dari. ibidem. & ita nomine alienationis venit Emphyteusis. ibidem.

Alienatio largo modo accepta comprehendit non solum omnem actum translatiuum dominij directi, vel vtilis, sed & omnem

*omnem actum per quem alteri acquiritur ius in re, vel rei alienatio sequi potest. num.*240.

Hypotheca, pignus, vsusfructus, & seruitutis constitutio comprehenduntur sub alienatione large sumpta, non sunt tamen propriè alienatio. ibidem.

Alienatio iuxta hanc latam acceptionem sumitur in c. nulli de reb. Eccl. non alien. *& in extrauag.* Ambitiosæ, *& in* decreto S. Congregationis, *dum prohibetur alienatio bonorum Ecclesiæ vel Monasterij. ibidem fine.*

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum probibita fieri absque iusta causa & solemnitate à iure requisita, vel absque assensu Apostolico in d. extrauag. Ambitiosæ *præscripte, comprehendit alienationem strictè, & largo modo acceptam, & omnem contractum. vel actum, per quem in alium transfertur dominium directum, vel vtile, aut per quem alteri ius in re quæritur, & ad alienationem deueniri potest. num.*242.

*Nomine alienationis rei Ecclesiæ probibita comprehenditur donatio, venditio, & permutatio bonorum Ecclesiasticorum, vt proinde non possint fieri absque assensu Apostolico, & iusta causa. num.*243.

Hodie an inter Ecclesias absque Apostolico possit fieri alienatio. ibidem fine.

In promissione de alienando, v. g. donando, vendendo, permutando, locando rem Ecclesiæ vltra triennium an requiratur assensus Apostolicus, ita quod promissio de non alienando contineatur sub alienatione. numero 244. *&* 145.

*Consensus in alienationem rei Ecclesiæ an indigeat assensu Apostolico. num.*246.

Datio in solutum comprehenditur sub alienatione prohibita fieri de rebus Ecclesiæ absque solemnitate, & assensu Apostolico, & iusta causa. num. 244.

Item venditio rei Ecclesiæ cum pacto de retrouendendo, in qua retrouenditione cum tali pacto de retrouendendo requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas requisita in alienatione. num. 250.

In emptione rei immobilis facta per Prælatum nomine Ecclesiæ nondum soluto pretio potest ipse Prælatus discedere absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. ibidem.

*In cessione iuris, seu actionis actu competentis Ecclesiæ, seu Monasterio. ad rem immobilem requiritur iuris solemnitas, & assensus Apostolicus. num.*251. *Huiusmodi cessio venit nomine alienationis. ibidem.*

*Quando dimittitur alicui possessio rei immobilis, ad quam Ecclesiæ competit ius, & actio, requiritur solemnitas requisita in actione rei Ecclesiæ. num.*252.

*In transactione super re immobili Ecclesiæ, in cuius possessione ipsa existit, requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas requisita in alienatione. num.*253. *si Ecclesia non sit in possessione, & agatur vt possessio remaneat penes aduersarium, an tunc in transactione requiratur assensus Apostolicus & solemnitas. num.*254. *&* 255.

Si agatur, vt res debeat remanere apud Ecclesiam, non requiritur assensus Apostolicus. num. 256. *neque si transactio fieret super rebus nondum Ecclesiæ incorporatis. ibidem.*

*Res litigiosa qua ratione possit esse Ecclesiæ incorporata. num.*257.

Bordoni sententia reiicitur. ibidem.

Compromissum super re immobili Ecclesiæ, vel Monasterij, si per compromissum res non debeat manere penes Ecclesiam, non potest fieri valide absque consensu Papæ, vel Episcopi, aut Prælati, & solemnitatibus in alienatione requisitis. num. 258.

Laudum ex compromisso sine tali consensu sequutum non præiudicat successoribus. ibidem.

*In transactione, & concordia super decimis an requiratur assensus Apostolicus remissiue. num.*261. *fine.*

Transactio de rebus Ecclesiæ facta cum debitis solemnitatibus præsumitur vtilis. num. 259. *Item quando dubius est litis euentus. num.* 260. *& quomodo in transactione attendatur læsio, & qualis, læsio vt rescindi possit. ibidem.*

*A Capitulo Sede vacante qua ratione fieri possit transactio de rebus mensæ Episcopalis, & mensæ Capitularis. num.*261.

Repudiatio hæreditatis, vel rei donatæ, aut legatæ Ecclesiæ nondum sequuta aditione, vel acceptatione an comprehendatur nomine alienationis prohibitæ fieri de rebus Ecclesiæ absque solemnitatibus iuris communis, & assensu Apostolico iuxta extrauag. Ambitiosæ, *an vero possit à Prælato Ecclesiæ, vel Monasterio fieri absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, & referuntur plures sententiæ à n.*262. *ad* 270.

*Resoluitur Prælatum solum absque solemnitate iuris communis & Beneplacito Apostolico posse validè repudiare hæreditatem nondum aditam, donationem, & legatum, quæ Ecclesia, seu Prælatus nondum acceptauit. num.*265. *ad* 270.

*Prælatus solus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis. num.*268.

*In cessione hæreditatis delatæ Ecclesiæ, seu Monasterio, vel legati eidem relicti ad fauorem alterius, qui aliàs non succederet, an requiratur assensus Apostolicus, & solemnitas iuris pro illius valore, & ad euitandas pœnas Paulinæ affirmatiua. num.*270. *negatiua. n.*271.

Momentanea rei acquisitio facta ab Ecclesia nihil operatur, vbi actus non est ordinatus principaliter ad acquirendum. num 271. *operatur autem necessitatem solemnitatis, quando essent duo actus separati, puta quia Ecclesia prius adiisset hæreditatem, vel acceptasset legatum, deinde incontinenti cederet. ibidem.*

*Facto legato Ecclesiæ sub conditione, qua non impleta Ecclesia sit priuata legato, si Prælatus non impleat conditionem non censetur alienare, nec incurrit pœnas dictæ Paulinæ, licet præiudicet Ecclesiæ. n.*272.

*In remissione iuris Ecclesiæ acquisiti per contrauentionem alterius non requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ requisita, licet Prælatus tali remissione præiudicet Ecclesiæ; explicatur res exemplo. num.*273.

*Per Prælatum, Beneficiatum, Ecclesiam, aut Monasterium absque beneplacito Apostolico, & solemnitatibus iuris non seruatis sine periculo incursus censurarum potest remitti caducitas Emphyteosæ Ecclesiæ, qui non soluit Canonem. num.*274.

Prælatus Ecclesiæ an absque consensu sui Capituli possit validè remittere præfatam caducitatem. ibidem.

Si res deuoluta ad Ecclesiam propter canonem non solutum iam est incorporata Ecclesiæ, Emphyteuta non potest restitui in integrum absque assensu Apostolico, & solemnitatibus, &c. ibidem. Quando censeatur incorporata. ibidem.

*In refutatione, seu alienatione bonorum, quæ Monasterio per alicuius ingressum, seu possessionem quæruntur requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ requisita, & quare. num.*275.

Prælatus solus in talibus bonis nec tacitè, nec expressè Ecclesiæ potest præiudicare, etiamsi ageret iure successionis, non autem ingressus, seu professionis, & quare. ibidem.

*Prælatus sine iusta causa repudians hæreditatem, vel legatum Ecclesiæ, vel Monasterio relicta peccat mortaliter contra iustitiam, & tenetur de suo satisfacere Ecclesiæ. num.*276.

In hoc autem casu Ecclesiæ, vel Monasterio competit beneficium restitutionis in integrum, ita quod eius electio est agere contra Prælatum repudiatorem, vel contra possessorem petendo restitutionem, nisi hæreditas repudiata peruenisset ad aliam Ecclesiam. ibidem.

Etiam Capitulum, vel Monasterium sine iusta causa talem repudiationem, vel cessionem faciens peccat mortaliter contra charitatem, vel aliam virtutem, & datur ei restitutio in integrum. ibidem.

Ex iustis causis Prelatus, & Capitulum, & Monasterium possunt absque peccato repudiare hereditatem, vel legatum, & quæ sint iusta causa. ibidem.

*Alienatio rerum Ecclesiæ prohibita absque solemnitatibus, & assensu Apostolico comprehendit confessionem, quando per indirectum alienatio sequeretur. n.*277.

Alia summaria vide post num. 277.

§. VI.

Nomine alienationis prohibitæ de rebus Ecclesiæ immobilibus, & pretiosis fieri absque iusta causa (de qua supra §. 2.) & absque solemnitatibus à iure communi requisitis (de quibus supra §. 3.) & absque assensu Apostolico (de quo §. præcedenti) *quinam actus, & contractus comprehendantur, ita quod non possint validè fieri absque prædictis causa, solemnitatibus, vel assensu Apostolico, ubi Paulina* Ambitiosæ *est in usu.*

NOtandum in præfata Paulina innouari, & confirmari omnes canones, & iura antiquiora de non alienandis rebus Ecclesiæ absque iusta causa, & necessaria solemnitate, atque adeo explicato quinam actus comprehendantur nomine alienationis in dicta Paulina constabit quinam comprehendantur iuxta ius commune.

Alienatio strictè, & largè sumpta quos contractus, & actus comprehendat.

239. Imprimis omnione alienationis propriè, & strictè sumptæ continentur omnis contractus distractus, omnisque actus per quem dominium transfertur in alium. ita per textum clarum *in l. vnica Cod. de fundo dotali & in l. alienationis verbo de verborum significatione* tradunt Iason *in l. quæ de legato ff. de leg.* 1. *n.*27. Decius *consil.*660. *num* 8. Afflictus *decis.* 260. *num.* 7. ibidem Vrsillus *in annotatione num.*7. Lapus *alleg.* 4. *in princip.* Nauarrus *in comm. de reb. Eccl. non aliena. num.* 1. Ludouicus Molina *de primog. lib.*1.*cap.*20. *num.* 24. Spino *in speculo testam. glossa* 19. *num.* 75. Molina *de iustit. tract.* 2. *disput.* 464. Rota *decis.*196. apud Seraphinum *decis.* 608. *p.* 1. *diversorum*, & *alibi sæpè*, Aloysius Riccius *p.*2. *collect.* 466. & *p.*8. *collect.*3483. Augustinus Barbosa *tract. de appell. ver.* verbo *alienatio num.*1. *collectaneo in l. Sancimus n.*21 *Cod. de reb. alien. non alien.* & *collect. ad l. vnicam num.*17. *Cod. de fundo dotali* & alij communiter, quos Vrsillus, & Barbosa *locis citatis* allegant. Et quamuis Molina *d. disp.*64. *num.*1. Castrus Palaus *p.* 5. *tract.* 12. *disput. vnica p.* 15. § 2.*num.*1.& Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 2. *initio*, dicant *dictam l. vnicam Cod. de fundo dotali* intelligi de translatione dominij directi, & proprietatis. ita vt alienatio propriè, & strictè sit tantum actus, per quem in alium transfertur dominium directum, vt sunt venditio, donatio, permutatio, & hoc idem scilicet alienationem propriè, & strictè non esse, in qua transferatur dominium directum dixerunt Alciatus *in l. Alienationis in* 1. *notabili*. Salicetus *in l.*1. *num.*1. *Cod. de iure Emphyt.* & post eos Rota Romana *d. decis.* 608. & alij, quos refert P. Barbosa *de præscript. ad legem secundam num.*423. Alij tamen Doctores citati, & alij, quos citat Augustinus Barbosa loquuntur absolutè, & indistinctè dicentes alienationem esse omnem actum, per quem transfertur dominium iuxta *d. l. vnic.* & ita etiam per quem transfertur dominium vtile, & in terminis alienationis verbum generale esse, & comprehendere sub se omnes actus, per quos dominium directum, vel vtile transfertur, tradunt Ludouicus Molina *loco citato* Barbosa *d. collect. ad d. l. Sancimus num.*21. Petrus Barbosa vbi supra *num.* 414. Bartholus, & Salicetus *in d. l. Sancimus*. Alexander *consil.* 1. *num.* 15. Cacharanus *consil.*26. *num.*14. & alij, quos latè refert & sequitur Fusarius *de substit. quæst.*701. *num.* 2. asserentes vtile dominium non posse transferri in alium ab eo, qui alienationem facere est prohibitus; Vnde idem Fusarius *dict. quæst.*701. *post num.*2. infert bona alienari prohibita non posse in feudari, neque in Emphyteusim concedi, nisi essent solita in feudum, vel Emphyteusin dari, & ita etiam nomine alienationis venire etiam concessionem in Emphyteusim tradunt etiam Tuscus *pract.* 1. *concl. tom.*1. *concl.*257. *num.*16. Rebuffus *ad l.* 28. *versic. septimo. ff. de verb. signific.* Ludouicus Molina *dict. cap.* 20. *num.*21. alij, quos refert Augustinus Barbosa *de appellat. ver. &c. verbo* alienatio *num.* 16. & alij relati à P. Barbosa ad *d. legem secundam num.* 414. vbi tamen notat alienationem propriissimè dici, quando transfertur vtile dominium & directum: propriè autem quando tantum transfertur vtile: Quare sub prohibitione alienationis venit concessio in Emphyteusim non solùm in materia fauorabili, sed etiam in odiosa vel exorbitanti, vt contra Cæpbalum *consil.*178. *à num.* 19. *lib.* 2. & Vasquium Lud. *decis. hac* 64. *à num.* 1. Petrus Barbosa *ad d. l. secundam d. num.*414.

Alienatio autem largè, seu largo modo comprehendit non solum dominij translationem, seu omnem actum per quem in alium transfertur dominium directum, aut vtile, sed & omnem actum, per quem alteri ius aliquod in re, vel rei alienatio sequi potest, & ita comprehendit hypothecam, pignus, vsusfructus, & seruitutis constitutionem. ita accipitur alienatio *d. l. Sancimus Cod. de reb. alienis non alien.* vt tradunt Alexander *consil.* 29. *num.* 15. *lib.* 7. Antonius de Fano *de pignoribus* 2. *p. membro* 3. *num.* 71. Nauarrus, & Molina *locis supra citatis*, Stephanus Gratianus *discept. for. cap.*674. *num.*9. & 10. & *cap.*745. *num.* 63. alij quos refert Pinellus *in l.*1. *p.*3. *sub num.*18. *Cod. de bonis maternis*, & Augustinus Barbosa *dict. collect. ad l. vnicam num.*19. *Cod. de fundo dotali* contra Pinellum *loco citato* volentem hypothecam, & seruitutem esse propriè alienationem iuxta *d. l. sancimus*. ita accipitur alienatio etiam *cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* & in extrauaganti *Ambitiosæ*, & *in decreto S. Congregationis* de quo supra *num.*40. 240.

Hinc per textum *in dict. l. sancimus Cod. de rebus alien. non aliena.* Doctores communiter constituêre hanc regulam generalem quod prohibita alienatione simpliciter, & absolutè censentur prohibitus omnis actus, per quem aliquod ius in re constituitur, & per quem alienatio sequi posset. ita præter Doctores, quos supra *num.*4. ad id allegaui Baldus *in l. sancimus.* Gomez 2. *var. cap.*14. *num.*16. & *in l.* 40. *Tauri num.* 81. Surdus *decis.*101. *num.*21. *decis.*278.*num.*2. & *decis.*326. *num.* 27. Fontanella *de pactis nupt. tom.* 1. *clausula* 1. *num.*79. Nauarrus loco *supra* citato, Mascardus *conclus.* 1241. *num.*95. Rota *decis.*480. *num.*2. *p.* 1. *diuersorum*, Augustinus Barbosa *collect. ad d. l. sancimus à num.* 1, *ad* 8. & *num.* 21. innumeri, quos Surdus, Fontanella, Rota *locis citatis* & latius Barbosa *numeris allegatis* & *in tract. de appellat. verb.* &c. *verbo* alienatio *num.*1. & *sequentibus* referunt, & Fusarius multos alios etiã allegans *de substit. quæst.* 694. *ex n.*1. vbi ampliat regulam siue immediatè siue mediatè ex actu perueniatur ad alienationem. Et Ratio est, quia prohibito vno censentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud vnum. Notat autem Augustinus Barbosa *dict. collect. ad d. l. sancimus num.* 7. regulam procedere tantum in his, per quæ necessariò peruenitur ad rem prohibitam, non vero in illis, per quæ ad illam perueniri potest contingenter, aut possibiliter, iuxta tradita per Bartholum *in l. ambitiosè num.*22. *ff. de decret. ab ordine facien.* & *in l.* 2. *ad fin. ff. de iurisd. omn. iud.* 241.

Igitur

242. Igitur alienatio bonorum Ecclesiæ prohibita fieri absque causa iusta, solemnitate à iure communi requisita, & absque assensu Apostolico, de quo in Paulina *Ambitiosæ*, comprehendit alienationem strictè, & largo modo acceptam, & sic omnem contractum, omnemque actum, per quem in alium transfertur dominium directum, aut vtile, aut per quem alteri ius in re quæritur, & per quem ad alienationem deueniri potest, ita Panormitanus *in cap. nulli de reb. Eccl. non alien.* Redoanus *quæst.1. cap.32.* Nauarrus *d. comm. de alien. rer. Eccl. n.1. & 2.* Hugolinus *de potest. Episc. cap.14. §.4. num. 1.* Augustinus Barbosa *collect. ad cap. nulli per totum, & ad cap. sequens num.3. de reb. Eccl. non alien.* Quaranta *verbo* alienatio *num.16. & seqq.* Molina *d. disput.* 464. Paiaus & Soptanus locis supra *num.*239. citatis. Bonacina *tract. de reb. Eccl. non alien. quæst. vnica p.1. num.1.* Couarruuias Alterius *de censuris tom.2. disput.16. cap.2.* Suarez *de censuris disput.21. sect.6. num.6.* Azorius *p.2. lib.2. cap.1. quæst.2.* & alij Doctores supra *num.*41. allegati, & alij, qui *infrà* allegantur.

Donatio, venditio, permutatio rei Ecclesiæ immobilis, vel pretiosæ non potest fieri absque assensu Apostolico, & an assensus præfatus requiratur ad promissionem de alienando, & ad consentiendum alienationi; Anque prohibitus alienare, prohibeatur promissionem de alienando facere, & consentire alienationi.

243. Quare primò nomine alienationis rei Ecclesiæ, quæ non potest fieri absque iusta causa, & sine necessaria solemnitate, & assensu Apostolico comprehenditur donatio, venditio, & permutatio bonorum Ecclesiasticorum; cum per hos actus transferatur in alium dominium directum rei, constat ex d. Paulina *Ambitiosæ*, & etiam ex *cap. nulli de reb. Eccl. non alien.* & tradunt omnes Doctores *num. præcedenti* allegati. Prohibitus enim alienare, non potest dominium directum alienare iuxta tradita *num.*239. & 240. constat ex *d. l. sancimus*, ibi, *non solum dominij alienationem*, & tradunt etiam in terminis post alios Augustinus Barbosa *collect. ad l. sancimus num.8. Cod. de reb. alien. non alien.* & Fusarius *de substit. q.*701. *num.*1. vbi dicunt textum in *d. l. sancimus* illis verbis *non solum dominij alienationem*, loqui de directo dominio. Et quod prohibitus alienare non possit rem vendere, post alios tradunt Redoanus *quæst.2. cap.18.* Caldas Pereira *de resolut. Empt. cap.5. num.46.* & Augustinus Barbosa *collect. ad cap. nulli num.10. de reb. Eccl. non alien. & in tract. de appellat. verb. verbo* alienatio *num.5.* Fusarius *de substit. quæst.695. num.5.* & alij apud eosdem. Item quod prohibitus alienare non possit rem donare tradit Redoanus *quæst.19.* si enim prohibetur vendere, multò magis prohibetur donare. & si venditio rerum Ecclesiæ prohibetur, ea qua Ecclesia non in totum afficitur incommodo, quia recipit pretium; multò magis donatio. Prohibitus quoque alienare non potest rem permutare, vt Rebuffus *ad l. alienationis verbum 28. vers.12. ff. de verb. signif. & in cap. alienario, num.66.* Caldas Pereira *d. cap.5. num.36.* Redoanus latè *quæst.1.* Augustinus Barbosa *tract. de appellat. verb. &c. verbo* alienatio *num.7. & dict. collect. ad cap. nulli num.16.* & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.9. cap.10. num.1. 2. & 3.* vbi etiam quod appellatione venditionis venit permutatio, & venditione permissâ intelligitur etiam permissa permutatio *l. statu liberi. ff. de statu lib.* An autem sine assensu Apostolico non obstante extrauaganti *Ambitiosæ* hodie etiam inter Ecclesias possit fieri alienatio, donatio, venditio, vel saltem permutatio actum est *supra* §.1.

244. Vtrum vero ad promissione de alienando, nempè donando, vendendo, vel permutando rem Ecclesiæ solemnitas, & assensus Apostolicus requiratur. Negatiuè respondet Riccius (quem sequitur Bonacina *p.2. n.29.*) *p.1. praxis aureæ resolut.62.* nam ista, inquit, prohibent contractum, per quem acquiritur ius in re Ecclesiæ, & sic effectualem illius venditionem, donationem, & similes alienationes; per solam autem promissionem alienandi nulla fit alienatio; cum aliud sit donare, aut vendere, aliud promissio de donando, vel de vendendo. *l. in bona fidei ff. de eo quod cer. loc. & cap. penultimo de electione*; Et dispositio iurium loquentium de alienatione non habet locum in promissione de alienando, inquit idem Riccius, prout tradidere Alexander *cons.32. vol.2.* Rubeus *cons.106. num.3. & seqq.* & alij ab eodem Riccio relati. Nec Emphyteuta per promissionem de vendendo rem Emphyteoticam cadit à iure suo iuxta Alexandrum *consil.173. vol.2.* & plures alios ab eodem Riccio relatos; sicut nec promittens alienare feudum cadit à feudo iuxta Baldum *in cap.1. §. autem si libellarium, quibus modis feud. amitt.* & alios ab eodem Riccio allegatos. Quorum omnium rationem esse ait idem Riccius, quia per promissionem de vendendo non acquiritur ius in re. *l. si sterilis §. si fundus ff. de act. emphyt.* & *l. si ita quis §. si ea lege ff. de verb. oblig.* Angelus *in l. qui Romæ §. cohæredis ff. eod. tit.* & Afflictus *in constitut. Diuæ memoriæ num.6.*

245. Quamuis contrarium, & requiri assensum Apostolicum videatur probari ea eo, quod prohibitus alienare non possit facere promissionem de vendendo, vel alienando, vt tradunt Baldus *l. fin. post princip. Cod. ad l. falcid.* Alexander *consil.106. n.2. lib.7.* Decius *consil.502. num.4.* Mascardus *concl.1242. n.98.* Petrus Barbosa dicens esse receptam in *l.1. ff. soluto matr. p.3. num.57. initio*, alij ab eodem Petr. Barbosa *ibidem* allegati, & Augustinus Barbosa *coll. ad d. c. nulli n.10. de reb. Eccl. non alien.* vbi etiam allegat Bellemeomb. *tom.2. comm. opin. lib.9. tit.34. num.339.* Tiraquellus *de retract. conuen. ad fin. tit.1. n.30.* Mænochius *consil.1. num.130.* Velasco *consil.* 67. & 83. & Cald. Pereira *de extinct. Emphy. cap.1. n.36. & cap.16. num.84. & de empt. cap 8. num.5. & cap.13. num.11.* Quorum ratio est quia prohibita alienatione prohibitus censetur omnis actus, ex quo sequi potest alienatio, vt supra *num.*241. ostensum est; ea promissione autem alienationis natura sua sequi potest alienatio. Ex quibus etiam infertur, cum in extrauaganti *Ambitiosæ* sit prohibita locatio rerum Ecclesiæ vltra triennium, ita etiam esse ibi prohibitam promissionem locandi vltra triennium; licet secus sentiant Soptanus in appendice ad Filliuccium *tract.44. cap.2. quæst.8.* & Bonacina *de alien. rer. Eccl. quæst. vnica p.2. num.24. versic. Adde cum Molina.* Cæterum per promissionem de alienando factam absque assensu Apostolico nulla sequuta rei promissæ traditione non incurruntur pœnæ dictæ extrauagantis *Ambitiosæ* per tradita supra *num.*219.

246. Addit Riccius, (& sequitur Bonacina *d. num.29.*) *d. resolut.62. fine*, prædictam doctrinam, seu conclusionem à se traditam de promissione de non alienando, vt non indigeat assensu Apostolico, procedere etiam in eo, qui consentit alienationi, cum aliud sit vendere, aliud vendenti consentire *l. aliud est vendere ff. de reg. iuris.* At in contrarium est, quia alienationi prohibitæ per alium factæ non potest consentire, qui & ipse prohibetur per se alienare, & consentiens dicitur alienare, & prohibitus alienare, alienationi consentire non potest, vt Redoanus alios allegans *quæst.2. cap.8* Stephanus Gratianus *discep. for. cap.730. num.10.* Magonius *decis. flor.101. n.6.* Mascardus *d. concl.1141. n.100.* Rota Romana *decis.23. num.2. p.1. diuersorum, & decis.321. num.15.* apud Seraphinum, in vtraque enim dicitur, quod consentiens alienationi rei prohibitæ alienari cadit à iure suo, & ita substitutum consentientem alienationi rei fideicommissi prohibitæ alienari factæ ab instituto excludi vna cū eo.

247. In constitutione autem Procuratoris ad alienandum res Ecclesiæ immobiles requiritur assensus Apostolicus vt supra *num.6. & 171.* ostensum est, & tradunt Rota, & Doctores *ibidem* citati.

Sub alienatione rei Ecclesiæ prohibita fieri absque solemnitate, & assensu Apostolico comprehenditur datio in solutum.

248. Secundò sub alienatione prohibita fieri de rebus Ecclesiæ absque solemnitate, & assensu Apostolico comprehenditur datio in solutum; Dationem enim in solutum alienationis saltem largo modo sumptæ nomine venire, & probibitum alienare non posse dare in solutum; cum hoc emptioni, & venditioni comparetur tradunt Afflictus *decis.* 335. *num.* 18. Cæpbalus *consil.* 252. *num.* 34. & *consil.* 255. *num.* 3. *cum seqq. lib.* 2. Mascardus *de probationibus conclus.* 1147. *num.* 14. Redoanus *quæst.* 2. *cap* 17. Gurierez *practicarum lib.* 2. *quæst.* 157. Ioseph. Lud. Perus *decis.* 60. *num.* 5. & alios latè allegantes Fusarius *de substit. quæst.* 696. & Augustinus Barbosa *tract. de appellat. verb. &c. verbo* alienatio *num.* 14. & *collect. ad cap. nulli num.* 10. *de reb. Eccl. non alien.* Intelligitur id, quod prohibitus alienare non possit dare in solutum, quando datio est voluntaria, vt quia prohibitus emat, vel alium contractum faciat, & dat in solutum bona prohibita alienari; si vero sit necessaria iudicis authoritas ob æs alienum prohibiti, tunc esse permissam respectu fructuum durante vita prohibiti, post alios tradunt Mascardus *conclus.* 1242. *num.* 55. Augustinus Barbosa *d. verbo* alienatio *eod. num.* 14. & Fusarius allegata quæstione *num.* 3. vbi tradit pro ære contracto à testatore posse dati in solutum bona alienari probibita.

In retroæditione rei Ecclesiæ alienatæ cum pacto de retrouendendo, an requiratur solemnitas, & assensus Apostolicus, & an in discessa ab emptione facta per Prælatam nondam soluto pretio.

249. Tertiò in venditione rei Ecclesiæ com pacto de redimendo, cui adiicitur pactum de retrouendendo, requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus. Venditio enim cui adiicitur pactum de retrouendendo est propriè alienatio, & perfecta venditio, & per eam transfertur dominium, & Tiraquellus latè alios allegans *de retract. conuent.* §. 2. *glossa* 1. *num.* 34. & Anthon. Thesaurus *decis. Pedemont.* 75. *num.* 2. vnde pro venditione rei Emphyteoticæ cum pacto de retrouendendo solui deber laudemium, vt tradunt Tiraquellus *d. tract.* §. 6. *Glossa* 1. *n.* 19. Mansuetus *in practic. tit.* 1. *de empt. & vendit. num.* 16. & *tit. de locat. & conduct. num.* 2. Thesaurus vbi supra *n.* 3. & alij communiter, quos refert, & sequitur Camillus Borellus *in summ. decis. tit.* 35. *n.* 72.

250. Sed quid si res stabilis, quæ ad Ecclesiam peruenit, & transiuit in eius dominium, subiecta erat redemptioni, seu retrouenditioni, quia is, à quo ad Ecclesiam peruenit, emerat eum pacto retrouendendi, vel si Ecclesia ipsa emit prædium eum pacto retrouendendi, an in hac retrouenditione rei Ecclesiæ alienatæ cum pacto retrouendendi requiratur solemnitas, & assensus. Affirmant Marcus Antoninus *var. reso. lib.* 1. *resol.* 99. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolutione* 49. Bonacina *tract. de reb. Eccl. alien. quæst. vnica p.* 2. *num.* 16. quia retrouenditio est vera, & propria alienatio, nam ex ea transfertur dominium, & ius in re. Vnde in retrouenditione rei emphyteoticæ alienatæ cum pacto de retrouendendo vltra laudemium solutum pro venditione, deberi etiam laudemium pro ipsa retrouenditione, tenent Cephalus *in l.* 2. *num.* 237. *Cod. de pactis inter Empt.* Redoanus *de alien. rer. Eccles. q.* 66. *num.* 10. & alij relati ab iisdem, & Tiraquello, & Thesauro *locis* supra *allegatis.* In contrarium autem facit, quod retrouenditio, quando pactum de retrouendendo, & retroemendo est factum in eodem instrumento ipsius contractus emptionis, & venditionis, sit simplex resolutio primi contractus, seu venditionis ex causa præambuli contractus, & fingitur retro res non esse vendita. Vt *l. fin.* §. *qui nostra Cod. comm. de legatis,* & *ibidem* Cyrus, & notat Mansuetus *locis allegatis.* qui *d. num.* 2. addit retrouenditionem in hoc casu censeri esse partem contractus, & quod venditor aliter non erat vendituros iuxta *l.* 2. *ff. de in diem addit.* Vnde in retrouenditione rei emphyteoticæ venditæ cum tali pacto de retrouendendo in eodem instrumento venditionis apposito non deberi laudemium, tradunt Tiraquellus *d* §. 6. *n.* 19. Thesaurus *d. num.* 3. Boërius *dec.* 182. *num.* 39. & *decis.* 229. *num.* 2. Mansuetus *locis citatis,* & aliàs plures allegans Camillus Borellus *d. tit.* 35. *n.* 73. Et hoc ampliat Mansuetus etiam si tale pactum fieret in alio instrumento incontinenti tamen; cum ea, quæ fiunt incontinenti inesse videantur *l. lecta ff. si certum petatur,* & præsumatur præcogitatum. Tiraquellus tamen, & Thesaurus, & cum aliis Borellus *d. num.* 73. volunt esse soluendum laudemium de retrouenditione, quoties pactum de retrouendendo appositum est separatè perfecto iam primo alienationis contractu. Et propter hæc Bonacina ait non videri impossibile non requiri solemnitatem in huiusmodi retrouenditione. Hæc tamen non obstare aiunt Marcos Antoninus, & Riccius, eo quòd non videatur posse negari retrouenditionem esse veram alienationem rei, quæ erat sub dominio Ecclesiæ, cum per eam transferatur denuò dominium in primum venditorem, & ita babere locum extrauagantem *Ambitiosæ.* Verùm cum hæc retrouenditio sit necessaria ex vi primi contractus; ita quod etiam hæredes, & legatarij, ad quos peruenit res tali pacto empta teneantur retrouendere. Vt Gomez *lib.* 2. *var. c.* 2. *num.* 27. Boërius *d. decis.* 182. & Molina *de iustit. tom.* 2. *disp.* 376. *n.* 8. Existimo eam non requirere assensum Apostolicum etiamsi non fieret authore iudice. ita etiam Rota *decis.* 1080. *n.* 9. apud Seraphinum, vbi fuit dictum in affrancatione deducta in pactum in prima concessione non esse necessarium seruare formam, seu solemnitatem in alienatione rerum Ecclesiæ requisitam, ob eam rationem, quia alienatio in vim pacti de affrancando est necessaria, non voluntaria.

Si autem Prælatus nomine Ecclesiæ, vel religiosos emerit rem pro Monasterio, & velit antequam totius pretij solutio fiat, ab emptione discedere, id facere poterit absque solemnitate, & authoritate Superioris, seu Papæ; non enim in hoc requiritur solemnitas requisita in alienatione rei Ecclesiæ; quia non soluto adhuc pretio non est translatum dominium, nec res empta est in bonis Monasterij, in acquirendis vero Prælatus Ecclesiæ præiudicare potest, vt Vincentius de Francbis *decis.* 14. *n.* 16. & alij, qui *infrà* allegantur vbi de repudiatione hæreditatis, & ita in terminis etiam tenent Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *intellige vigesimo* & alios allegans Borellus *in summ. decis. tit.* 15. *num.* 34. & ita etiam absolutè resoluit Bordonus *p.* 1. *resol.* 27. *n.* 8. & 57.

In cessione iuris, actionis, litis, & causæ, quando actio Ecclesiæ competit ad rem immobilem, & etiam in dimissione possessionis, requiritur solemnitas, & assensus prout in alienatione.

Quartò In remissione, & concessione iuris, seu actio- 251.
nis, litis, & causæ, quam Ecclesia, seu Monasterium babet ad rem immobilem, requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus. ita Panormitanus *in cap.* 1. *num.* 8. *de deposito.* & *in cap. nulli de reb. Eccl. non alien.* Verallus *decis.* 106. *num.* 3. *p.* 1. (vbi quod si Prælatus cederet liti, & causæ, quando actio competebat ad rem immobilem Ecclesiæ, non valeret cessio, nisi interuenisset debita solemnitas) & *decis.* 318. *p.* 3. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 22. & 26. Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 674. *n.* 9. 10. 11. & 12. Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2201. versic. *intellige decimotertio.* Alienationis enim nomine,

vbi

vbi prohibita est super re aliqua, continetur iurium, & actionum cessio; & prohibitus alienare non potest iura & actiones cedere *l.* 1. *Cod. aduersarius transactionem* Corneus *consil.* 128. *num.* 2. *in princ. Vol.* 1. Mascardus *de probat. concl.* 1242. *num.* 109. Augustinus Barbosa *tract. de appellat.* verb. &c. *num.* 4. & alij ab eodem, & Gratiano relati: sicut enim habens actionem videtur habere rem ipsam *l. qui actionem ff. de reg. iur.* ita qui remittit, seu cedit actionem videtur remittere, & cedere ipsam rem; qui autem possidenti rem dimittit, dicitur illam alienare, & ideo requiritur solemnitas adhibenda per Prælatum, vel administratorem, vt etiam post alios Surdus *consil.* 451. *num.* 4. *ad* 8. & *num.* 25. *lib.* 3. videantur etiam tradita infra *num.* 386.

253. Hinc etsi quando dimittitur alicui possessio rei, quæ prohibita est alienari, tunc non dici fieri alienationem, ideoque non esse necessarium beneplacitum dixerit Natta *consil.* 441. *num.* 9. licet dubitatiuè: nihilominus contrarium dicendum est, quia dimittere possessionem, sicut & habere rem pro derelicta, venit appellatione alienationis, quia dimittens rei possessionem, vel illam habens pro derelicta, videtur propriè eam alienare: vt post alios Redoanus *q.* 2. *cap.* 7. & in his terminis quod quando alicui dimittitur possessio rei immobilis; ad quam Ecclesiæ competit ius, seu actio, requiratur solemnitas, & assensus superioris, & Papæ tenet Stephanus Gratianus *d. cap.* 674. *num.* 7. *& sequentibus* eam reddens rationem, quod sicut est necessarium decretum in contractu, ita etiam in distractu *l. si minor ad soluendum Cod. de prædiis minorum.* idem etiam tenet idem Gratianus *cap.* 846. *num.* 11. & confirmabitur mox *in sequentibus.*

In transactione, & cōpromisso super re immobili Ecclesia vel ad quā Ecclesia habet ius, & actionem an requiratur solemnitas, & beneplacitum Apostolicum prout in alienatione, vbi etiam quandonam transactio præsumatur, vel dicatur vtilis; & an possit fieri à Capitulo sede vacante.

253. Quintò in transactione super immobili Ecclesiæ, in cuius possessione ipsa Ecclesia existit, si eam dimittat per transactionem ipsam, requiritur solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ requisita, & beneplacitum Apostolicum, ita Panormitanus *in d. cap.* 1. *num.* 8. *de deposito* Redoanus *q.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. & *q.* 51. *cap.* 17. Quaranta *v.* alienatio *num.* 20. & *q.* 3. versic. *duodecimo limitea* Rota Romana *decis.* 625. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij.* & *decis.* 755. *num.* 2. *p.* 2. *in iisdem recentioribus Farinacij,* & in aliis decisionibus *infra* allegandis. Verallus *d. decis.* 106. *p.* 1. & *d. decis.* 318. *p.* 3. Coccinus *decis.* 301. Sesse *decis. Arragonensi* 121. *num.* 12. Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 624. *num.* 9. *& seqq.* & latiùs *cap.* 846. *num.* 3. 6. *&* 11. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 63. *collect. ad cap. nulli num.* 13. *de reb. Eccl. non alien.* & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 41. Belletrus *disq. cler. p.* 1. *tit. de Cler. deb.* §. 5 *num.* 21. Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 43. Caualcanus *decis.* 46. *num.* 86. cum pluribus sequentibus *p.* 1. Franciscus Leo *in Thesauro fori Eccl. cap.* 15. *num.* 8. Lucerna regularium *v.* transactio *num.* 1. *&* 2. & innumeri alij à Gratiano *dictis num.* 3. 6. *&* 11. Barbosa *d. num.* 13. & Riccio *d. resolut.* 43. allegati. Vbi enim prohibetur alienatio, censetur etiam prohibita transactio, quasi illa veniat sub nomine alienationis, sitque eius species *l.* 1. §. *verum in fine.* §. *ne quid in fraudem patron.* & præter Doctores allegatos Rebuffus *in compendio alie. num.* 2. *&* 66. Ioseph Sesse *Arragon. decis.* 121. *num.* 12. Caldus Pereira *de resol. emphyt. cap.* 9. *num.* 36. & præter plures alios à Gratiano *d. cap.* 846. & à Barbosa *de appellat. verborum* &c. *v.* alienatio *num* 17. allegatos Molina *d. primogeniis lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. *&* 20. vbi propterea ad validitatem transactionis super re feudali ait requiri eandem solemnitatem, quæ in alienatione feudi, scilicet, authoritatem, & licentiam Principis, id quod dixerunt Afflictus, Pinellus, Vasquius & Padilla *locis allegatis* à Gratiano *d. cap.* 846. *num.* 7. Hinc transactionem à regularibus de bonis monasterij, cuius possessio reperiebatur apud ipsum Monasterium factam sine solemnitatibus fuisse nullam Lucerna regularium *d. v.* transactio *num.* 1. testatur declarasse S. Congregationem post promulgationem *decreti* eiusdem S. Congregationis Episcoporum & Reg. 254.

Quid verò si agatur de transactione super re immobili, cuius possessio non sit penes Ecclesiam, sed penes aduersarium, an tunc in transactione requiratur solemnitas, & assensus Apostolicus iuxta Paulinam: in hoc casu non requiri solemnitatem requisitam in alienatione tradunt Quaranta *d. num.* 43. versic. *duodecimo.* Augustinus Barbosa *d. allegat.* 95. *num.* 63. & *d. collect. citato num.* 13. Castrus Palaus *to.* 2. *tract.* 12. *disp. vnica p.* 15. §. 3. *num.* 2. & Bonacina *de contractibus disp.* 3. *quæst.* 8. *p.* 4. *num.* 20. versic. *Hoc tamen*: & licet ipsi non adducant rationem probatur tamen ex eo, quod quando bona dimittuntur apud possessorem, non dicatur propriè alienatio tanquam non dicantur vnquam possessa; & ideo poterit valere talis transactio super huiusmodi bonis aliquo recepto per prohibitum alienare facta absque solemnitate alioqui ad alienationem requisita. vt tradunt Iason *in l. vltima num.* 121. *Cod. de iure Emphyt.* Natta loco supra *num.* 252. citato Mænochius *de arbitr. casu* 171. *num.* 74. Oddus *de fideicomm. per prohibit. alien. induc. q.* 19. *num.* 173. Surdus *consil.* 418. *num.* 116. & *consil.* 451. *num.* 15. *lib.* 3. & alij à Mænochio, & Oddo relati. Declarant tamen Quaranta, & Barbosa id debere intelligi primo si res sit dubia, alioqui non dicitur transactio *l.* 1. *de transactionibus,* secundo dummodo sit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem. 255.

Verùm etiamsi res sit penes aduersarium si in transactione agatur, vt penes illum remaneat, requiri easdem solemnitates, quæ requiruntur in alienatione, ita vt aliter facta sit nulla, tradunt Panormitanus *in c. contingit num.* 3. versic. *concludenter,* Iason & Bartholus *in l. nulli ff. de transactionibus* Redoanus *d. q.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Verallus *decisionibus supra num.* 253. *citatis* Coccinus *d. decis.* 301. *num.* 2 (vbi dicit ita etiam fuisse dictum in causa *Auersana Termin.* 27. *Iunij* 1583. *coram Rubeo,* & *in Mediolanensi rescissionis permutationis* 10. *Ianuarij* 1597. *coram Pamphilio*) Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 27. Marcus Antonius Genuensis *in practic. Eccles. q.* 395. Barbosa *d. cap.* 30. *num.* 40. *fine.* Stephanus Gratianus *d. cap.* 674. *num.* 10. *&* 11. & *d. cap.* 846. *num.* 11. *& tribus seqq.* Aloysius Riccius *d. resolut.* 43. *num.* 2. (vbi ait ita etiam fuisse dictum *in Mediolanensi Emphyt.* 1. *Maij* 1591. *coram Mantica*) Tiraquellus, Pinellus, Verallus, & plures alij relati à Genuense, Coccino, Riccio *locis citatis,* & à Gratiano *d. cap.* 846. *d. num.* 11. Et ratio est, quia remissio, seu cessio iuris, actionis, litis, & causæ, reique dimissio per modum transactionis dicitur alienatio, & sub eius nomine comprehenditur. Nam qui rem suam penes alium existentem apud eum dimittit ex titulo ad transferendum dominium, dicitur in eundem dominium transferre, quamuis non tradat, §. *per traditionem* versic. *planè. instit. de rerum diuisione* cum aliis iuribus per Gratianum *d. num.* 11. ad id allegatis & quemadmodum habens actionem videtur habere rem ipsam iuxta textum *num.* 251. allegatum; ita qui dimittit actionem, videtur remittere eam rem possidenti, & dicitur illam alienare. 256.

Quod si res debeat apud Ecclesiam remanere, seu apud eam dimitti per transactionem aliquo dato, vel facto per Prælatum, tunc in transactione super re dubia non requiritur solemnitas, quæ in alienatione. ita Redoanus, Genuensis, Riccius *locis citatis,* & alij

numero praecedenti allegati, nec non alij allegati à Riccio. Non etiam requireretur solemnitas requisita in alienatione, si transactio fieret super rebus nondum Ecclesiæ incorporatis. vt post alios Quaranta *d. v.* alienatio *num.* 10. & Riccius *d. resolut.* 43. *num.* 3.

257. Ex dictis *n.* 253. *&* *n.* 255. patet Bordonum *d. resolut.* 27. *quæsito* 5. & *quæsito* 19. haud rectè, & contra communem Doctorum sensisse, dum asseruit non requiri assensum Apostolicum in transactione rei immobilis litigiosæ, etiamsi Ecclesia existat in illius possessione; & per transactionem res debeat dari aduersario; nec rationes, quas affert sunt alicuius momenti ad id probandum: & quod *d. quæsito* 19. dicit absolutè scilicet rem litigiosam non dici Ecclesiæ adhuc incorporatam, falsum est, si Ecclesia illam sibi legatam acceptauit, vel illam emit, aut aliquo alio titulo habuit, & est in illius possessione, vel ad illam nondum possessum ius, & actionem habeat titulo translatiuo dominij v. g. ex hæreditate adita, aut legato acceptato, aut emptione; in his enim casibus licet res sit litigiosa dicitur incorporata Ecclesiæ. vt colligitur ex Doctoribus *dictis numeris* 253. *&* 255. allegatis.

258. Quod autem dictum est de transactione, idem dicendum de compromisso super re immobili Ecclesiæ, si per compromissum res non debeat remanere penes Ecclesiam; in huiusmodi enim compromisso requiritur solemnitas, quæ in alienatione, alioqui non valebit: cum tale compromissum se habeat instar transactionis. vt in *auth. vt diff. iu. l.* §. 1. & *in auth. si vero contigerit.* & *in auth. si quando Cod. de iudiciis* & Glossa *in cap. exposita de arbitr.* & in terminis compromissi super rebus Ecclesiæ Redoanus *d. q.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. & *cap.* 36. & Stephanus Gratianus *d. cap.* 674. *num.* 15. & Bellottus *d. tit. ff.* 6. Compromissum enim venit nomine alienationis, ita vt alienare prohibitus non possit compromittere, vt Redoanus *d. cap.* 36. & *q.* 79. *cap.* 8. *num.* 10. & *cap.* 9. *num.* 37. Parisius *consil.* 134. *num.* 11. *lib.* 4. Decius *consil.* 475. *fine.* Rolandus *consil.* 15. *num.* 43. *vol.* 1. Mascardus *de probat. concl.* 1. 242. *num.* 106. Caualcanus *decis.* 45. *num.* 34. *p.* 1. Fusarius *de substit. q.* 708. *num.* 3. idem Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 379. *num.* 10. *&* 11. Augustinus Barbosa *de appellat. verborum* &c. *v.* alienatio *num.* 17. & alij communiter à Caualcano, Fusario, & Barbosa allegati: cum enim ex compromisso possit sequi alienatio, vt Panormitanus *in cap. cum tempore num.* 3. *de arbitr.* & Lopus *allegat.* 101. merito comprehenditur sub alienationis nomine, & prohibita alienatione censetur prohibitum compromissum iuxta tradita supra *num.* 241. & Doctores *ibidem* allegatos. Atque adeo compromissum de rebus Ecclesiasticis non potest fieri absque consensu Papæ, vel Episcopi, seu Prælati, & laudum ex compromisso sine tali consensu sequutum non præiudicare successoribus. Verallus *decis.* 165. *p.* 1.

259. Porro transactio de rebus Ecclesiæ solemniter facta à Prælato, vel Capitulo, scilicet, cum consensu Papæ præsumitur vtilis; & qui læsionem allegat, probare debet. Rota *d. decis.* 625. *num.* 5. & constat ex traditis supra *num.* 70. *&* 71. & Doctoribus *ibidem* citatis, ex quibus aliquos ad id allegat Rota *d. num.* 5.

260. Eadem transactio de rebus Ecclesiæ, quando dubius est litis euentus, eo ipso dicitur Ecclesiæ vtilis. Rota *d. decis.* 625. *num.* 6. Mohedanus *decis.* 8. *num.* 1. *de locato.* Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 354. versic. *transactio de re Ecclesiæ.* Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 41. Læsio enim in transactione non consideratur habito respectu ad rei valorem, sed ad dubium litis euentum. eadem Rota *d. decis.* 625. *num.* 6. *&* 7. & alibi vt testatur eadem Rota *dicto num.* 6. Afflictus *decis.* 220. *num* 2 & alij per Rotam allegati. Et ad rescissionem transactionis sub prætextu læsionis non sufficit qualiscunque etiam grauis læsio, sed requiritur enormissima, vel saltem enormis, & in magna summa. ita eadem Rota *d. decis.* 625. *num.* 7. & *decis.* 235. *p.* 2. *diuersorum* Mantica *de tacitis, & ambiguis conu. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 23. & alij à Rota *d. num.* 7. citati.

261. Notat etiã Rota *d. decis.* 625. *n.* 1. quod cum trãsactio sit species alienationis, vt supra probatũ est, ideoque regulariter fieri de rebus Ecclesiæ non possit à solo Capitulo sede vacante, & Ecclesia carente legitimo defensore *c. si qua de rebus* 12. *q.* 2. atque adeo in tali casu fore eligendum per Papam legitimum administratorem iuxta *cap. si episcopus de supplenda neglig. Prælat. in* 6. Addit tamen eadem Rota *num.* 2. cum Redoano *q.* 6. *num.* 5. transactionem sede vacante fieri posse à Capitulo, si in transactione non ageretur de præiudicio aliquo mensæ Episcopalis, sed tantum de bonis non spectantibus ad mensam Episcopalem, scilicet, solummodo de Decimis, & rebus mensæ Capitularis, in quibus Episcopo nullum ius competere potest; & vbi transactio aliàs requireret consensum Episcopi à solo Capitulo sine consensu Episcopi facta valere ait Rota *num.* 3. quando est confirmata à Papa, idque propter tradita, & Doctores allegatos supra *num.* 157. *&* 188.

In transactione, & concordia super decimis an requiratur assensus Apostolicus, vide infra n. 285. & sequentibus. *In repudiatione hæreditatis Ecclesiæ datæ, vel legati rei immobilis relicti Ecclesiæ an requiratur iuris solemnitas, & assensus Apostolicus; vbi an Prælatus solus possit repudiare, & Ecclesiæ in acquirendis præiudicare.*

262. Verùm autem nomine alienationis prohibitæ fieri de rebus Ecclesiæ absque solemnitatibus; & assensu Apostolico stante Paulina *Ambitiosæ*, comprehendatur repudiatio hæreditatis, vel donationis, vel legati rei immobilis, vel mobilis pretiosæ relictæ, vel relicti Ecclesiæ, aut Monasterio, ita quod si Prælatus solus, vel Capitulum, aut Monasterium sine solemnitatibus à iure communi in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis, vel sine beneplacito Apostolico repudiet; repudiatio sit nulla, & incurrat pœnas dictæ Paulinæ. An vero talis repudiatio à solo Prælato, vel à Monasterio possit validè fieri omissa quacunque solemnitate tam iuris communis, quam dictæ Paulinæ. Circa hanc difficultatem Lambertinus *de iure patronatus lib.* 3. *quæst.* 9. *art.* 2. *n.* 21. *concl.* 5. negat tam hæreditatem, quam legatum posse à Prælato, seu Ecclesia, vel Monasterio repudiari absque solemnitatibus requisitis in alienatione rei Ecclesiæ: & quoad legati repudiationem probabitur numero sequenti. Quo autem ad repudiationem hæreditatis probatur, quia per hæreditatem nondum aditam etsi non acquiritur Ecclesiæ, seu Monasterio ius in re, seu dominium; acquiritur tamen ius ad rem, cuius abdicatio videtur species alienationis, & ideo Prælatus, aut Ecclesia, vel Monasterium repudians censetur alienare iuxta tradita supra *num.* 251. *&* 252. & hanc eandem sententiam videntur tenere Molina, & Layman *locis* mox *allegandis*, cum eadem ratione vtantur ad probandam sequentem sententiam.

263. Alij loquentes solùm in legato rei immobilis, vel mobilis pretiosæ relicto Ecclesiæ, vel Monasterio asserunt Prælatum, vel Ecclesiam, aut Monasterium non posse illud repudiare sine solemnitate iuris communis, & dictæ Paulinæ. ita Alexander *in l. legatum num.* 2. *&* 3. *de leg.* 2. vbi tenet, quod Prælatus non potest repudiare legatum relictum Ecclesiæ absque consensu Capituli, & aliis solemnitatibus de iure requisitis in alienationibus rerum Ecclesiæ. idem tenent Paulus de Castro *in d. l. legatum.* & *consil.* 11 Ancharanus & Imola *in cap.* 1. *de reb. Eccle. non alien.* Felinus *in cap. contingit num.* 5. *de sentent. excom.* Verallus *decis.* 106. *p.* 1. & *decis.* 319. *p.* 2. (vbi dicit Rota, quod Prælatus solus tam in acquirendis, quam in acquisitis non potest præiudicare

Ecclesiæ

Ecclesiæ fine consensu Capituli asserens esse communem opinionem, & fuisse aliàs ita tentum à Rota) Vasquius *de successionum progressu lib. 3. §. 27. num. 23.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg. 95. num. 54.* & plures alij Iurisperiti, quos latè referunt Vasquius *loco citato*, Redoanus *q. 2. cap. 11. à principio.* & Sanchez *de matrimo. lib. 6. disp. 4. num. 12. initio* & ex summistis, & Theologis ita sentiunt Angelus *v.* alienatio *num. 16.* Rosella *v.* eodem *num. 10. & 11.* Naldus *v. eodem.* Azorius *p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 12.* Molina *de iustitia tomo 2. disp. 468. num. 11.* Peregrinus *in compendio priuileg. in 2. edit. v. alienatio in scholio dub. 8. versic. sed reconciliando,* Sopranus *in appendice ad Filliuccium tract. 44. cap. 4. num. 34.* Et in hanc sententiam magis inclinate videtur Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 7.* Probatur hæc sententia, quia mortuo testatore legatum in specie relictum ipso iure fit legatarij; eique ante apprehensionem, vel acceptationem etiam ignoranti statim acquiritur dominium rei legatæ *l. cum pater §. surdo 2 ff. de leg. 2. l. Titio ff. de furtis l. 1. §. sed virum. ff. si quid in fraudem patroni l. Sempronius Attalus ff. de vsufruct. legat.* & *l. magis puto §. si pupillus* versic. *fundum*, ibi: *cum res sit pupilli ff. de rebus eorum.* Glossa *in l. 1. §. 1. Cod. de caducis tollenda*, & latè Guilielmus de Benedictis *in cap. Raynaldus ff. si absque liberis 2. num. 150. de testamentis.* Ergo legatum in specie Ecclesiæ, vel Monasterio relictum, non potest per Prælatum, vel Ecclesiam, aut Monasterium repudiari absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, quia per talem repudiationem alienatur res iam Ecclesiæ acquisita. Quod confirmatur dupliciter. Primo quia in cessione iuris, & actionis ad rem immobilem Ecclesiæ competentis requiritur solemnitas, quæ in alienatione rei Ecclesiæ, vt supra *num. 25. & seqq.* probatum est: sed mortuo testatore statim absque apprehensione, vel acceptatione Ecclesia acquirit ius ad rem sibi legatam; ergo absque solemnitatibus in alienatione requisitis non potest legatum repudiari per Prælatum, aut Ecclesiam. Secundò confirmatur ex *d. l. magis puto* d. versic. *fundum*, vbi decernitur tutores prædium minori legatum repudiare non posse absque solemnitate debita, scilicet, decreto iudicis, sine quo res pupilli immobilis à tutoribus alienari non potest. Et huius ratio affertur, quia rei legatæ dominium pupillo iam acquisitum est. Verba legis sunt: *fundum autem legatum repudiare pupillus sine Prætoris autoritate non potest; esse enim, & hanc alienationem, cum res sit pupilli nemo dubitat*, ergo idem in legato Ecclesiæ relicto. Ad *l. qui autem in principio* & *§. 1. ff. quæ fiunt in fraudem creditorum*, vbi dicitur, quod creditor negligens acquirere, & repudians hæreditatem, vel legatum non dicitur facere in fraudem creditorum; Vasquius respondet quoad Creditores satis esse, vt debitor in fraudem bona non diminuat, etiamsi in fraudem desinat augere. Diuersum autem esse in Prælato, seu Abbate, qui ad augendum, si commodè potest, tenetur, non secus quam tutor respectu pupilli: Ad illud etiam quod Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis iuxta Iason, & alios Doctores, qui infra allegantur, respondetur iuxta hos Doctores huius sententiæ hoc non procedere in acquirendis, quæ ipso iure nullo actu Prælati, sed Ecclesiæ acceptantis, aut admittentis ad Ecclesiam suppositione aliqua facta proueniunt, seu transeunt; sed solum in acquirendis, quæ ipso iure ad Ecclesiam non transeunt; sed dependenter ab actu Prælati acceptantis, aut admittentis.

164. Quoad donationem rei immobilis factam Ecclesiæ nondum ab Ecclesia acceptatam Castrensis *d. consil. 11.* dicit quod Prælatus potest illam repudiare fine solemnitate in alienatione requisita, eo quod res donata non acquiritur nisi volenti, & non ignoranti, eum secus contingat in legato, quod vt acquiratur legatario sufficit factum testatoris solius, & ideo acquiritur ignoranti licet reuocabiliter iuxta iura *numero præcedenti* adducta. Contrarium tamen, & idem in donationis, quod in legati repudiatione tenent Rosella *d. num. 11.* Azorius *d. q. 12. fine*: eo quia res donata Ecclesiæ sub modo statim fit Ecclesiæ, nec reuocatur modo non seruato, nisi hoc in contractu fuerit expressum, iuxta Panormitanum *in cap. verum de condit. appos.* per textum ibi, ergo per donationem ius est acquisitum ipsi Ecclesiæ etiam ignoranti licet reuocabiliter, sicut per legatum, quia in vtroque tacitè intelligitur si volet; quæ tamen tacita conditio non facit legatum, vel donationem conditionalia *l. conditiones ff. de condit. & demonst.* Prædictis tamen non obstantibus

Imprimis asserendum posse Prælatum, Episcopum, Capitulum, aut Monasterium repudiare hæreditatem absque solemnitate iuris communis & Paulinæ secundæ, & sine incursu pœnarum eiusdem Paulinæ, quando hæreditas non est acceptata. ita Doctores *num. sequenti* allegandi, Castrensis *d. consil. 11.* Baldus *in auth. si qua mulier col. fin. versic.* sed an Monasterium *Cod. de sacros. Eccles.* & etiam Sopranus *d. num. 34. fine.* Et ratio est quia ius adeundi hæreditatem antequam per Ecclesiam, seu Monasterium agnoscatur per aditionem, seu antequam ea acceptetur, non est in bonis Ecclesiæ seu Monasterij *l. pretia rerum ff. ad leg. falcid.* Neque hæreditas ipso iure transit in hæredem, sed præuia acceptatione; & in acquirendis Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ iuxta Doctores numero sequenti allegatos. Item repudiatio non est alienatio *l. alienationis ff. de verb. signif.* Idem dicendum de Donatione nondum acceptata, eum res donata non acquiratur nisi volenti, & acceptanti, & ita ante acceptationem res donata non est acquisita Ecclesiæ, sed acquirenda, atque adeo inter bona Ecclesiæ non computatur, sicut nec hæreditas solùm delata, non acceptata: Et hoc idem tenet Sopranus *d. num. 34.* vbi ait quod potest Prælatus solam oblatam pecuniam ingentem, aut aliquid aliud repudiare, quia hæc, & similia ipso iure non transeunt in Ecclesiam, sed intelligent interuentu voluntatis Prælati acceptantis; & ita illorum repudiatio non potest dici alienatio. 165.

Præterea probabilius, & verius est Prælatum, seu Episcopum, aut Ecclesiam, vel monasterium posse legatum Ecclesiæ, vel Monasterio relictum nondum acceptatum repudiare absque solemnitate in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisita, & absque metu Paulinæ. ita Panormitanus *in cap. tua nos num. 9.* vbi etiam Cardin. & Imola *de his quæ fiunt à Prælatis*, & *in cap. 1. de dolo.* Federicus de Senis *consil. 9.* Iason *in l. legatum num. 16. ff. de leg. 2.* Lupus *alleg. 16.* Quaranta *v.* alienatio *num. 23.* Ioannes Valetus *d. diff. in vtrumque forum v.* restitutio *differentia 25.* Vincentius de Franchis *decis. 14.* Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 92.* Nauarrus *in cap. si quando de rescriptis except. 7. num. 2.* Bellottus *disquisit. cler. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 5 num. 11. 13. 23. 24. & 25.* Augustinus Barbosa *collect. ad cap. nulli num. 9. de reb. Eccl. non alienandis*, & *de iure vniu. Ecclesiastico lib. 3. cap. 30. num. 42.* Buttius, Baldus, Barbosus, Corneus, Ripa Aretinus, Serapbinus, Spino, & alij Iurisperiti, quos referunt Vasquius *vbi supra*, Riceius, & Barbosa *locis citatis.* & ex Theologis idem sentiunt Sanchez *de matr. lib. 6. disp. 4. num. 12.* Bonacina *de alien. rer. Eccl. quæst. vnica p. 2. num. 33. versic. sed mihi.* & *disp. 3. de contractibus q. 8. p. 4. num. 38.* Castrus Palaus *to. 2. tract. 12. disp. vnica p. 15. §. 1. num. 11.* Peytinis *de priuil to. 1. in consit. 9. Inly secundi num. 16.* & Lezana *qq. reg. to. 2. cap. 19. num. 6.* Et hoc idem, quod repudiatio; imo etiam cessio hæreditatis, & legati rei immobilis relictæ Ecclesiæ, Monasterio, vel loco pio facta per Prælatum, aut Monasterium, vel locum pium valeat, etsi facta absque solemnitatibus requisitis per Paulinam *Ambitiosæ*, nec per repudiationem, seu cessionem ante acceptationem hæreditatis vel legati factam incurri pœnas eiusdem Paulinæ pluries resoluit Rota Romana 166.

decis. 30.

decis.30.lib.2. & *lib. 3. decis. 533. num.6. & 7. p. 3. diversorum.* & *decis. 506.* alias 119. *lib.* 2. apud Puteum. Ex quibus decisionibus hodie apparet non seruari in praxi opinionem, quam olim tenuit Rota, non posse Prælatum absque solemnitatibus de iure in alienationibus rerum Ecclesiasticarum requisitis legatum, seu quouis modo relictum repudiare: sed seruari hanc opinionem.

267. Quæ probatur quia legatum, seu rei legatæ dominium ipso iure non transfertur omninò in legatarium, sed imperfectè, & reuocabiliter ante acceptationem, & sub tacita conditione, si legatarius illud acceptauerit, vel non repudiauerit, vnde cum postea repudiatur, fingitur non esse quæsitum dominium, vt expresè dicitur *l. 1.* versic. *verum autem ff. si quid in fraudem patroni*, ibi: *Quamuis enim legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, attamen cum repudiatur, retro nostrum non fuisse palam est.* vt tradunt Glossa, & alij à Sanchez *d. disp.4.num* 8. relati: Ex quo fit vt res legata ante acceptationem expressam, vel tacitam non possit dici absolutè esse in bonis Ecclesiæ, & illi incorporata, potest ergo repudiari absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis; nam ius commune, & Paulina solemnitates requirunt, cum alienantur bona Ecclesiæ incorporata; alienatio enim (quæ sola prohibetur absque solemnitatibus) est distractio rei iam appropriatæ Præterea iure communi, & in dicta Paulina prohibentur alienationes, non acceptatio autem, seu repudiatio legati, sicut & hæreditatis, quando nondum sunt acceptata, non est alienatio, sed solum non acquisitio *d. l. alienationis ff. de verborum signific.* & *d. l. qui autem ff. quæ in fraudem creditor.* vbi dicitur prohibita alienatione suorum bonorum debitori in fraudem Creditoris, non prohiberi repudiationem hæreditatis, & legati, quia non videtur alienare de suo patrimonio; *noluit enim* (inquit lex) *acquirere, non suum proprium patrimonium diminuere.* & regula *non fraudentur* 177. *ff. de reg. iur.* vbi, *non fraudantur*, ait, *creditores, cum non acquiritur à Debitore, sed cum quid de bonis diminuitur.* Facit etiam *l. si sponsus §. si maritus ff. de donat. inter virum & vxor.* quo loco probatur. quod licet viro prohibeatur suum patrimonium profundere donationibus in vxorem; tamen relicto legato à testatore ea conditione, vt si maritus illud repudiauerit, ad vxorem deferatur, valet legati repudiatio mariti facta animo donandi vxori rem legatam, quia non minuitur

268. patrimonium. † Demum probatur ex illa doctrina communiter approbata à Iurisperitis, Prælatum posse in acquirendis præiudicare Ecclesiæ, quantumcunque Ecclesiæ esset quæsita actio: quam doctrinam tradunt Glossa *in cap. fin.* verbo *meliorem* 16. *q. 6.* Felinus *in cap. verum num.11. de foro compet.* Iason *vbi supra.* Ripa *resp.62.num* 8. & *in l. legatum num. 9. de leg.* 1. (vbi dicit communem) Rota Romana in omnibus decisionibus *supra* allegatis, & alij, quos locis supra allegatis referunt Ioannes Valerus, Quaranta, & Barbosa. Quemadmodum etiam seruus potest nocere Domino in quærendis, & non in quæsitis *l. seruus cum Glossa Cod. de pactis.* Quare solum Prælatum absque consensu Monasterij, aut Capituli posse repudiare hæreditatem relictam Monasterio, vel Monacho tradunt ferè omnes Iurisperiti, & Theologi præallegati, & alij, quos latè refert Bellettus *d. num.* 11. Quamuis *num.* 12. dicat, quod Prælatus sine consensu Capituli, & aliis solemnitatibus de iure requisitis in alienatione bonorum Ecclesiasticorum nequeat repudiare legatum relictum Ecclesiæ ex Verallo *decis.359.num.2.p.8.*

269. Neque huic opinioni obstat si dicatur repudiationem esse quandam legati alienationem, cum ea facta transeat legatum ad hæredem; nam hic transitus non est ex repudiatione, sed ex successione, quæ impediebatur legato facto, & per repudiationem tollitur solum impedimentum. Neque obstat etiam legatum ipso iure transire ad Ecclesiam, illique acquiri dominium rei legatæ ante acceptationem, vt dicitur in ratione secundæ sententiæ positæ *num.264.* quia non transit, neque acquiritur absolutè, & perfectè, sed imperfectè, & reuocabiliter, & sub conditione, si non repudietur, vt numero præcedenti ostensum est. Non obstant quoque iura, & actiones ad immobilia, quæ Ecclesiæ competunt, computari inter immobilia, nec cedi posse alteri absque solemnitate iuxta tradita supra *num.251.* Nam id intelligitur de iuribus, & actionibus omninò acquisitis, & absolutè competentibus Ecclesiæ; ius autem ad hæreditatem, & legatum, quando nondum sunt acceptata, non est omninò acquisitum legatario, & absolutum, sed sub tacita conditione, si legatarius acceptauerit, vel non repudiauerit, ac proinde est ius reuocabile, & imperfectum, nec incorporatum, & appropriatum, & consequenter etiam non dicitur esse inter bona legatarij *d. l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* & facta repudiatione censetur nunquam nostrum fuisse *d. l. 1. ff. si quid in fraudem Patroni.* Denique non obstat *d. l. magis puto d. §. fundum* adducta *num. 263.* in secunda confirmatione, respondetur enim ex Gomez 2. *var. cap.14. num.14.* & Sanchez *d. disp.14.num.12.* versic. *ad legem*, minori non solum alienationem & dilapidationem bonorum prohiberi, sed etiam lucri omissionem, ideoque cum per repudiationem hæreditatis, aut legati omittat lucrari, illa appellatur quodammodo alienatio, quia perinde in ipso prohibetur, ac si esset alienatio; in bonis autem Ecclesiæ à iure communi, & Paulina solum requiritur solemnitas, quando verè, & propriè alienatur, seu lucri acquisiti fit alienatio, non quando non acquiritur, seu omittitur lucrum.

In cessione hæreditatis delatæ Ecclesiæ, vel legati Ecclesiæ relicti ad fauorem alterius, an requiratur solemnitas iuris & Assensus Apostolicus

Sed maior difficultas videtur, quando non simplex repudiatio, seu renunciatio, sed per Prælatum, aut Episcopum, seu Ecclesiam, vel Monasterium fieret cessio, seu renunciatio hæreditatis, aut legati in beneficium, seu fauorem alterius, qui aliàs non succederet nisi ex hac successione in fauorem eius facta; an in huiusmodi cessione, vt valeat, & euitentur pœnæ malè alienantium bona Ecclesiæ, requiratur solemnitas requisita in alienatione bonorum Ecclesiasticorum Et ratio difficultatis est, quia differentia est inter repudiare, & cedere; nam ex simplici repudiatione, seu renunciatione non inducitur aditio, seu acceptio hæreditatis, vel legati, sed sola repudiatio. vt Crauetta *consil.100.* Federicus de Senis, Rota decisionibus supra *num 268.* citatis, & cum aliis Vincentius de Franchis *d. decis.14* & ita simplex repudiatio non est alienatio, sed tantum non acquisitio: At cessio, seu renunciatio in beneficium alterius videtur vera donatio, & alienatio rei iam acquisitæ Ecclesiæ; cum eo ipso, quod quis cedit, tacitè, & prius natura adeat, vel acceptet; non enim posset cedere, nisi prius saltem ordine intellectus intelligeretur adiisse, seu acceptasse, cum hoc sit necessarium antecedens ad illud. Quare per vnicum actum duo in instanti fiunt, scilicet acquisitio ex parte cedentis, seu donantis, & translatio dominij in cessionarium, seu donatarium, vt Paulus de Castro per textum ibi *in l. auia Cod. de iure delib.* Ruinus *consil. 170. col.2. vol.2.* Rota *allegata decis.30. lib.2. p.3. diuersorum.* & *d. decis.506.* apud Puteum Quaranta *d. v.* alienatio *num.43.* & cum aliis Vincentius de Franchis *d. decis.14.* & Sanchez *d. disp. 4. num. 17.* Facta autem ista acquisitione dominij modo prædicto succedit iuris communis, & Paulinæ prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ, quarum quæsitum est dominium, & facta incorporatio, seu appropriatio, & ita cessionem non tenere 270.

nere absque solemnitatibus in alienatione requisitis, & Prælatum ita cedentem incurrere pœnas d. Paolinæ; & ita ob id in huiusmodi cessione requiri solemnitatem in alienatione rerum Ecclesiæ asseruot Parisius *moder. in consuetud. Parif. tit.1. §.9. Glossa 4. num.* 4. idem videntur sentire Paulus de Castro, Guido Papa, Ioannes Crotus locis à Vinceotio de Franchis citatis *d. decis.* 14. Federicus de Seois *d. consil. 9. fine.* idem asserunt Sanchez *d. num.*17. Augustinus Barbosa *d. alleg.* 95. *num.*54. Soptanus in appendice ad Filliuccium *tract.*44. *cap.*4. *n.*34. Bonacioa *de rer. Eccl. alien. q. vnica. p.*2. *num.* 34. & Bellottus *d.* §. 5. *num.*13. *fine.*

271. Contrarium tamen tenuerunt Socinus *consil.*63. *vol.*3. Phaouccius *in tract. de lucro dotis in Glossa* 8. *num.* 18. Vincentius de Franchis *d. decis.*14. *à num.*25. Quaranta, & Ioannes Valetus locis supra *num.*268. allegatis Riccius 1. *p. praxis aurea d. resolut.* 92. *resolut.* 95. & . *resolut.* 129. & *in collectaneis decis p.*7. *collect.*3054. versic. *nec ad effectum.* Peregrinus *decis.*30. *lib.* 2. & Rota *d. decis.* 30. *lib.*2. *p.*3. *diuersorum.*& *d. decis.*506. & *alibi* sæpe. vt refert Riccius *d. collect.* 3054. Et Rotæ atque aliorum fundamentum est: Quia quamuis quando quis cedit, videatur per prius acquirere, & postea cedere iuxta supra adducta; nihilominus eum illa cessio non sit principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum, sed ad statim renunciandum; illa acquisitio momentanea non habetur in consideratione, & debet haberi perinde ac si renunciasset ius non incorporatum: ita in terminis Rota, & præallegati. Addunt verò Rota *præfatis decisionibus,* Phanuccius *loco citato,* Vincentius de Franchis *d. decis.*14. *num.* 26. & Peregrinus *d. decis.* 30. quando essent duo actus separati, vt quia prius adiisset, seu acquisisset, deinde incontinenti cessisset, etiam quod sit in eodem instrumento; tunc requiri solemnitates iuris, tametsi acquisitio sit momentanea, quod etiam notatum est supra *num.* 209. & tradit etiam Rota decis. *ibidem* allegata.

Facto legato Ecclesiæ sub conditione, si Prælatus Conditionem non impleat, præiudicet Ecclesiæ.

272. Ex dictis *à numero* 267. colligitur, si legatum sit relictum Ecclesiæ, vel Monasterio sub certa conditione implenda, aliàs ipso facto conditione non impleta Ecclesia remaneat legato priuata; si per Prælatum, aut Ecclesiam, vel Monasterium conditio non impleatur, & ideo legato priuetur per omissionem conditionis non censebitur Prælatus, vel Ecclesia, seu Monasterium alienasse legatum, sed solum noluisse acquirere, & licet Ecclesia, vel Monasterium priuabitur solo Prælato non implente conditionem, ipse tamen Prælatus non incurrit pœnas alienantium bona Ecclesiastica absque solemnitate: ita etiam Sanchez *d. disp.* 4. *num.* 23. post Panormitanum *in d. cap.* 1. *num.* 23. *de dolo.* & alios, quos *ibidem* citat.

In remissione iuris Ecclesiæ acquisiti per contrauentionem alterius non requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas iuris.

273. Item colligitur, quod si testator hæredi prohibuit bonorum alienationem, & in casu contrauentionis voluit alienantem cadere à iure suo, & applicauit bona Ecclesiæ, & si statim ac hæres alienat, cadit à iure suo, & caducitas inducitur, atque Ecclesiæ acquiritur ius ad dicta bona alienata etiam ante acceptationem, Ecclesia potest huiusmodi ius quæsitum cedere, & remittere absque assensu Apostolico, & solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ à iure requisita: iste enim est casus *præfata decis.* 14. Vincentij de Franchis, & ita etiam in terminis resoluisse Rotam Romanam *in Regiensi bonorum.* 1. *Aprilis* 1585. *coram Clemente octauo tunc Auditore* refert Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.*95. *fine.* licet enim per contrauentionem, & secuta alienatione etiam ante acceptationem contrauenientes cadat à iure suo, & Ecclesiæ ius acquiratur, tamen huiusmodi acquisitio non est absoluta, & irreuocabilis, & irremissibilis ab Ecclesia, sed imperfecta, & reuocabilis, illud enim ius acquiritur reuocabiliter, & sub conditione, si Ecclesia acceptauerit, seu voluerit, vel nisi remiserit (sicut supra dictum est de iure, quod acquiritur legatario ad legatum ante eius acceptationem) pœna enim apposita actui in fauorem alicuius intelligitur habere locum, si is in cuius fauorem apponitur, voluerit. vt Iason *in l. posthum. col.* 6. versic. *pro ista opinione Cod. de contr.* & *in l.* 2. *in* 5. *not. Cod. de iure emphyt.* & cum aliis Rota *decis.*8. apud Puteum *lib.*2. & alij à Riccio relati *d. resolut.* 95. qui de hoc eo to latius.

Per Prælatum, vel Ecclesiam, aut Monasterium sine assensu Apostolico & solemnitatibus iuris non seruatis potest remitti caducitas Emphiteuta Ecclesiastico absque censurarum incursu; & an solus Prælatus sine Capitulo possit remittere.

Item colligitur Prælatum, & Beneficiatum, & Ecclesiam, seu Monasterium posse remittere caducitatem Emphyteutæ, qui in illam ob canonem non solutum incidit absque assensu Apostolico, & incursu censurarum contra alienantes bona Ecclesiæ: id quod in terminis traduot post alios Quaranta *v.* alicnatio *num.* 44. Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 129. Hugolinus *de offic. Episc. cap.*14. §. 7. *num.*5. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. potuit. num.*121. & *de potest. Episc. allegat.*95. *num.*64. & *de iure vniu. Eccl. lib.*3. *cap.* 30. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *d. disp.* 4. *num.* 13. Bonacina *d. q. vnica p.*2. *num.*21. & Bordonus *resolut.* 27. *num.* 50. & ita fuisse decisum à Rota Romana *in Hyporigen. Emphyt.*17. *Ianuarij* 1580. *coram Lita* refert idem Riccius *d. decis.*129. talis enim remissio non est cessio, vel donatio alicuius iuris quæsiti Ecclesiæ, appropriati; Emphyteuta enim cessans à solutione canonis ipso iure non cadit, & amittit Emphyteusin, nisi sub conditione, si Dominus velit, seu nisi dependenter à voluntate Domini. vt Bartholus *in auth. qui rem Cod. de sacros. Eccl.* & alios allegantes Clarus §. *Emphit. q.* 9. *ibidem* Additiooator *litera* B. Riccius *d. resolut.*29. & Barbosa *d. collect. num.*135. & ita aotequam Prælatus, seu Ecclesia, aut Monasterium declarauerit se velle ab Emphyteuta incursam caducitatem, res nondum est Ecclesiæ incorporata, vnde remissio caducitatis non est alienatio, sed tantum non acquisitio. Et cum in acquirendis possit Prælatus Ecclesiæ præiudicare, vt supra *num.* 266. dictum est, si Prælatus remittat caducitatem, non poterit Emphyteuta amplius priuari; quod omnes admittunt, quando est Prælatus, seu Rector Ecclesiæ non collegiatæ: At si sit Prælatus Ecclesiæ collegiatæ, eum solum non posse remittere caducitatem in præiudicium Ecclesiæ absque consensu Capituli, & si fine tali consensu remittat, Ecclesiam posse expellere Emphyteutam, nisi Capitulum postea ratificaueri, tradunt Glossa *in cap. potuit* verbo, *expelli de locato.* Cardinalis *in cap.* 1. *qui feud. dar. poss. col.*5. Clarus §. *emphyteusis q.* 10. *n.* 3. Mascardus *concl.* 151. *num.*12. alios allegans, Belletus *disq. cler. p.*1. *tit. de clerico debitore* §. 5. *num.* 17. Redoanus *de alien. rer. Eccl. quæst.*2. *cap.* 22. *num.* 33. & *q.* 60. *num.* 4. Bonacos *to.* 1. *com. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 64. Borellus *in sum. decis tit.*33. *num.* 153. Augustinus Barbosa *d. collect. in cap. potuit allegato num.* 21. vbi etiam allegat Alexandrum *consil.* 14. *num.*12. *vol.*2. & Stephanum Gratianum *decis.* 49. *num.* 24. & hanc sententiam esse communem Doctorum testantur Clarus, Mascardus 274.

dus & etiam Redoanus *d. num.* 4. ex Cardinali *loco citato*. Declarat tamen Redoanus *d. num.* 4. fine, hanc opinionem procedere, quando res, quæ per caducitatem deuoluitur spectaret tam ad Capitulum, quam ad Prælatum, & ad vtrumque spectabat ius inuestiendi de Emphyteusi, vel feudo. Contrarium tamen, & Prælatum etiam Ecclesiæ collegiatæ posse solùm & sine consensu Capituli remittere caducitatem ob canonem non solutum, neque Ecclesiam posse postea expellere emphyteutam tenent Imola *in d. cap. potuit*, ibidem Panormitanus *num.* 15. Speculator *tit. de locat.* §. . versic. 26. Augustinus Barbosa *d. allegat.* 95. *num* 65. & Sanchez *locis citatis*, vbi etiam allegant Iasonem *in l. legatum seruo num.* 22. *ff. de leg.* 1. Quia non est concedere de nouo, sed rem concessam nolle habere, & in acquirendis solus Prælatus præiudicare potest Ecclesiæ, vt tradunt Doctores *num.* 268. allegati. Quamuis Iason *in l.* 2. *num.* 130. *versic.* 3. *& vltimo quæro. Cod. de iure Emphyt.* pro vt eum refert Redoanus *d num.* 4. dicat solum Prælatum Ecclesiæ collegiatæ posse remittere caducitatem, quando res deuoluta spectat ad solum Prælatom, puta, quia sit de eius mensa; secus si spectet etiam ad Capitulum; & multi etiam ex Doctoribus à Barbosa *d. num.* 65. allegati, loquuntur in Prælato, qui solus est administrator rerum Ecclesiæ, vt est Rector, seu Prælatus Ecclesiæ non Collegiatæ quoad bona ad suam propriam mensam spectantia. Quando autem, & quibus modis censeatur remissa caducitas, latissimè declarat Mænochius *de præsumpt. lib.* 3. *præsump.* 112. & Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap. potuit de locato*. Quod si res deuoluta ad Ecclesiam ob canonem non solutum iam est incorporata ipsi Ecclesiæ, tunc Rector, seu Prælatus Ecclesiæ etiam non collegiatæ non potest amplius reintegrare Emphyteutam non seruatis iuris solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis. vt Alexander *consil.* 79. *fine vol.* 1. & Doctores communiter tradunt, & est certum. Incorporata autem tunc res dicetur, quando post cessationem à solutione canonis, Dominus expressè declarauerit Emphyteutam excidisse à iure suo, & propterea describi fecerit rem reuersam inter bona mensæ, vel tacitè declarauerit, scilicet, quod mensa collegerit fructus ipsius, & tenuerit illam per annum, vt notant Curtius iunior *de feudis q.* 5. Clarus §. *feudum. q.* 13. *n.* 3. Mænochius *consil.* 79. Genuensis *in praxi Neapolit. cap.* 60. *num.* 6. Barbosa loco *supra* allegato, & latiùs Bellottus *d.* §. 5. *num.* 16.

Assensus Apostolicus, & iuris solemnitas requiritur in refutatione, seu alienatione bonorum, quæ Monasterio per alicuius ingressum quæruntur.

275. Vtrùm verò per Prælatum, aut Monasterium absque assensu Apostolico, & solemnitatibus à iure requisitis possint refutari bona ingressi in Monasterium, in hisque Prælatus solus absque eisdem iuris solemnitatibus præiudicare Monasterio cum huiusmodi bonorum ingressi monasterium dominium, & possessio sit penes ingredientem Monasterium, & profitentem, & vti accessoria ad personam statim ac emissa est professio, ipso iure, & absque aditione, apprehensione, & traditione transeant in Monasterium tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem, dummodo in ingressu antequam in Monasterium transirent, actum non fuerit, quod illi non acquirantur *l. si paterfamil. ff. de adoptionibus* & *l. si adoptauero ff. de precario.* Bartholus *in auth. ingressi num.* 28. ibidem Baldus *oppos.* 3. *num.* 5. Tapia *v.* ipso ingressu *in princ. num.* 2. *&* 3. *Cod. de sacros. Eccl.* idem Baldus in *auth. si qua mulier in fine num.* 15. *Cod. eodem.* Alexander *consil* 80. *num* 4. *lib.* 2. Vasquius *de success. creat. lib.* 2. §. 16. *num.* 13. Stephanus Gratianus *discept. for. to.* 1. *cap.* 118. *num.* 33. Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 97. Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 12. *num.* 23. & communiter Iurisperiti, & etiam Theologi (quidquid secus contra hanc communem senserit Senatus Pedem. vt *in decis.* 48. Antonij Thesauri dicens, quod in casibus, in quibus dominium transfertur sine traditione, non transfertur possessio) quos latè referunt Tapia, & Sanchez. Ideo in alienatione, seu refutatione horum bonorum requiritur assensus Apostolicus, & Prælatus in eis nec tacitè, nec expressè potest præiudicare Monasterio sine solemnitatibus, quæ de iure in alienatione bonorum Ecclesiæ requiruntur, cum non agatur de acquirendis, sed de acquisitis, quamuis Monasterium egisset ad dicta bona tanquam sibi delata ex successione, non autem ex ingressu, seu translatione cum ipsa persona ingressi. & ita tradunt Baldus *in d. auth. si qua mulier num.* 1. Alexander *d. consil.* 88. *num.* 1. Gratianus, & Riccius *locis citatis* qui etiam testantur ita fuisse decisum per Rotam Romanam *in Perusina bonorum de Bertolinis* 19 *Nouemb.* 1584. *coram Pamphilio*; ideoque etiam in huiusmodi bonis tanquam in quæsitis ipso iure requiri bonam fidem ad hoc vt intret præscriptio *cap. fin. de præscript.* tradunt Rota *in d. decis. Perusina*, Gratianus, & Riccius *locis citatis*, cum tamen aliàs bona fides non requireretur in quærendis vt ex Socino *consil.* 74. *num.* 7. *vol.* 1. Tiraquello *in l. si vnquam v. reuertantur num.* 391. *Cod. de reuocanda donat.* & aliis, notant Gratianus, & Riccius.

Prælatus absque iusta causa repudians, vel cedens hæreditatem aut legatum peccat, & tenetur de suo satisfacere Ecclesiæ, cui etiam competit beneficium restitutionis in integrum.

Cæterum circa tradita *num.* 68. & sequentibus aduertendum, quod licet Prælatus solus repudians, seu renuncians, aut cedens hæreditatem, vel legatum, aut aliquod aliud ius Ecclesiæ reuocabiliter acquisitum, non incurrat censuras, & alias pœnas latas contra malè alienantes bona Ecclesiastica; & repudiatio, seu cessio teneat, & validè repudiet, & cedat: nihilominus si absque iusta causa repudiauerit, vel cesserit, peccat mortaliter contra iustitiam, & obligationem sui officij, cum ex officio teneatur benè administrare, ac proinde tenetur in vtroque foro conscientiæ, & iudiciali ex iustitia de suo damnum Ecclesiæ ex sua mala administratione, scilicet, repudiatione, vel cessione, aut negligentia Ecclesiæ sequutum, resarcire; sicut & tutor, qui negligentia sua pupillo non acquirit, tenetur de suo satisfacere pupillo *l. quidquid Cod. arbitr. tut.* & ita in terminis tradunt Panormitanus *in cap. tua num.* 9. *de his, quæ fiunt à Prælatis.* Felinus *in cap. Eccl. de constit.* Rebuffus *in compendio alien.* versic. *sexto.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. q.* 2. *cap.* 7. *à num.* 11. Sanchez alios allegans *lib.* 6. *de matr. d. disp.* 4. *num.* 15. Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum* v. restitutio *d. differentia* 25. *fine*, Sopranus ad Filliuccium *d. tract.* 44 *cap* 4. *num.* 35. & Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica puncto* 2. *num.* 33. In hoc etiam casu Ecclesiæ competit beneficium restitutionis in integrum, quod ei competit etiam ratione lucri cessantis, seu quando agitur de lucro captando, quod ex facilitate, & negligentia Prælati amittit; nec desinit ei competere ex eo, quod possit agere contra Prælatum, qui illi præiudicauit in non acquirendo. ita Rimioaldus *consil.* 315. *vol.* 2. Quaranta *v.* alienatio *num.* 43. & alios allegans Sanchez *d. num* 15. Quare in optione ipsius Ecclesiæ erit conuenire Prælatum, vel petere beneficium restitutionis vt Glossa *in cap. auditis* verbo *restituimus de in integ. restit.* Spino *in speculo test. Gloss.* 8. *num.* 64. Quaranta, & Sanchez. Quod tamen limitatur quando Ecclesia ob repudiationem vellet beneficium restitutionis implorare ob huiusmodi repudiationem, seu renunciationem contra aliam Ecclesiam, cui hæreditas repudiata esset iam acquisita, tunc enim 276.

non

non admitteretur petitio; eum potior sit conditio Ecclesiæ possidentis certantis de iure sibi quæsito admitteodo, quam alterius Ecclesiæ certantis de lucro. vt Diaz *reg.* 119. alios referens & Sanchea *d. num.* 15. *fine.* Sicut autem Prælatus absque iusta causa repudians peccat contra iustitiam; ita etiam Capitulum, vel Monasterium similiter, si repudiationem seu cessionem absque rationabili causa faciat, peccaret mortaliter cootra charitatem, vel aliam virtutem prodigè renuociando emolumento, quod ex illa hæreditate, vel legato successoribus euenire posset; & non obstante huiusmodi renunciatione adhuc posset vti priuilegio restitutionis in integrum iuxta tradita, & Doctores allegatos. Excusaretur autem à peccato Prælatus, & Mooasterium repudiando hæreditatem, vel legatum, si id ex rationabili causa facereot, puta quia hæreditas sit damnosa, vel subiecta vexationibus, & ne eius occasione io lites religiosi prosiliaot, & cogantur per tribunalia sæcularia vagari; vel si ad id mouëtur ex pietate, & charitate erga eos, ad quos hæreditas, vel legatum facta repudiatione debet peruenire, qoia essent consanguinei testatoris, & pauperes; vel si causa alicuius scandali grauis vitaodi vel malæ opinioois, quod regulares viderentur facoltatibus sæcularium acquirendis nimis inhiare, vel alia simili causa ad repudiandum inducerentur. ita Redoanus *de alien. rer. Eccles. q.* 2. *cap.* 12. Ioannes Valerus *v.* restitutio *diff.* 15. *fine*, & alios allegans Bellottus *d.* §. 5. *num.* 23.

Alienatio rerum Ecclesiæ probibita absque solemnitatibus comprehendit confessionem, quando per indirectum alienatio sequeretur.

277. Sextò eum oomine alienationis Ecclesiæ prohibitæ de bonis immobilibus veoiat omnis actus, per quem alienatio sequatur iuxta tradita supra *num.* 241. & Doctores *ibidem* allegatos, sicut Ecclesia non potest directè alienare bona immobilia absque solemnitatibus iuris, ita nec potest confiteri se debitricem, vel facere aliam confessionem, quando iode per ioditectum alienatio bonorum immobilium ioduceretor. ita Glossa *in cap. dudum* v. *de veritate dicenda de elect.* Romanus *consil.* 389. *in princip.* & Ferentillus *in additione ad decis.* 560. *Buratti.* & quod qui non potest alienare, nec possit confiteri, post alios tradunt Tiraquellus *d. leg. connub. p.*16. *glossa* 5. *num.* 116. Rota *d. decis.* 560. *n.*4. apud Burattum. & *decis.* 607. *num.* 2. *p.* 1. *diuersorum.* & *decis.* 2. *de confess.* apud Cresceotium. & Stephanos Gratianus *discept. for. cap.* 555. *num.* 30. & *cap.* 669. *num.* 3. & 4. Quod proeedere tam in confessione expressa, qoam in tacita ex productione iuriom resultaore tradunt Craueta *consil.* 175. *num.* 5. & 6. Riminaldus iuo. *consil.* 19. *num.* 172. & *seqq.* & notat etiam Ferentillus *loco citato*, vbi tamen versic. *limitatur tertio* ait huiusmodi confessionibus concursu alicuius coniecturæ, vel præsumptionis adminiculatis stati, vt tradunt Rota *decis.* 24. *num.* 5. post tract. Zacch. *de fonit officiorum.* Achilles *decis.* 1. *de confess.* & alij, quos refert, & sequitur Gratianus *d. cap.* 555. *num.* 31.

SEQVITVR SVMMARIVM
§. VI.

Bona Ecclesiastica immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt hypothecari, & pignori dari absque iusta causa, & iuris solemnitatibus, & assensu Apostolico non possunt. n. 278.

An id procedat tantum in hypotheca speciali, an vero etiam in generali, quæ etiam sine solemnitatibus, & assensu Apostolico fieri sit probibita. ibidem.

Data affirmatiua sententia, bona Ecclesiastica absque solemnitate, & assensu Apostolico hypotheca generali subiecta non possunt sponte vendi absque assensu Apostolico; & quid si creditores cogant coram iudice. num. 280.

Super re immobili Ecclesiæ absque solemnitate, & assensu Apostolico non potest constitui vsusfructus propriè, seu ius vsusfructus. num. 281. *neque quæcunque alia seruitus siue personalis, siue prædialis. n.* 282.

Neque etiam absque eodem assensu, & solemnitate potest remitti seruitus Ecclesiæ acquisita. ibidem.

An Prælatus, & Beneficiatus possit absque dictis assensu, & solemnitatibus concedere alteri vita sua durante commoditatem percipiendi fructus beneficij sui, & vtendi re, aut seruitute. affirmant plures. n. 282. *fine.*

In impositione census super re immobili Ecclesiæ, vel Monasterij requiritur solẽnitas & assensus Apostolicus. n. 283.

Vnde impositio census sub re Ecclesiæ, si non appareat præcessisse assensum Apostolicum, est nulla. ibidem.

In tali tamen casu Ecclesia tenetur restituere pretium acceptum, quatenus facta est locupletior. ibidem.

In reductione etiam census bonorum Ecclesiæ, & diminutione requiritur solemnitas, & assensus &c. ibidem.

Census potest imponi super fructibus, scilicet, cum sola obligatione fructuum rei Ecclesiæ durante vita Prælati. n. 284.

Stante tamen decreto S. Congregationis id Regularibus est vetitum fieri absque licentia S. Congregationis. ibidem.

Licet census impositus in rebus probibitis alienari sit ipso iure nullus, & propterea fructus soluti, postquam dictum est de nullitate census, computentur in sortem, tamen fructus antea percepti non debent computari in sortem. n. 285. *Quod procedit etiam in censu imposito super rebus absque assẽsu Apostolico, donec dictũ fuerit de nullitate ibi.*

Census Ecclesiæ actiue non potest alienari validè absque solẽnitate, assensu Apostolico. n. 285. versic. *& quemadmodũ.*

Dismembratio dicitur vera, & propria alienatio. n. 286.

Ideo in dismembratione vnius beneficij, vel Ecclesiæ requiritur ea solemnitas, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria est. ibid.

Prælati Regulares ex priuilegio possunt legata suis locis facta ad vnum vsum commutare in alium cessante scandalo, & facta vni monasterio transferre in alium locum religionis indigentem. n. 287.

Hodie stante decreto S. Congregationis an possint Prælati regulares bona vnius Monasterij ex iusta causa transferre ad aliud Monasterium absque licentia Sacræ Congregationis. ibidem. Quid possit noster Præpositus Generalis circa translationem bonorum de vno ad aliud Collegium. ibid.

Vnio beneficiorum, & Ecclesiarum est propria alienatio. n 288. *in ea interuenire debent solemnitates, quæ à iure requiruntur ad alienandas res Ecclesiæ, & an requiratur etiam præmissio tractatus. ibidem.*

Quibus in casibus hodie iure nouo Tridentini dismembratio, & vnio beneficiorum, & Ecclesiarum sit permissa Episcopis, & Prælatis remissiuè ibidem.

In vnione decimarũ, & in transactione, & concordia seu compositione super eisdem decimis inter Clericos, & personas laicas, vt sit perpetua, & liget successores requiritur assẽsus, & confirmatio Papæ, nec sufficit cõsensus Episcopi. n. 289.

Limitatur si adesset difficultas in exigendo decimas. ibidem. versic. *Limitatur etiam.*

Quid etiã si facta solo authoritate Episcopi sit vtilis Ecclesiæ, an tũc valeat, & liget successores. ibid. versic. *limitat quoque.*

Transactio, & compositio inter personas Ecclesiasticas, vt Decima vni Ecclesiæ debita alteri soluatur vt liget successores requirit tantum confirmationem Episcopi. ibid.

Alia sumaria vide post num. 189.

Alienationis appellatione comprehenditur pignus, & hypotheca, quibus absque assensu Apostolico, & solemnitate iuris non possunt subijci bona Ecclesiæ immobilia, vel mobilia pretiosa, & an id procedat etiam in hypotheca generali.

Septimo eadem de causa sub alienatione rerum Ecclesię prohibita absque iusta causa, & solẽnitatibus à iure communi,

communi, & à Paulina *Ambitiosa* requisitis veniunt hypotheca, & pignus (differunt autem hæc duo, vt tradit Panormitanus *in cap. nulli num.* 12. & Molina *de iustit. to.* 2. *disp.* 464. *num.* 3. quod *hypotheca* est, quando res, quæ creditori obligatur, ei non traditur, sed manet penes obligantem; *pignus* verò est, quando res, quæ creditori obligatur illi traditur) & ita res immobilis, vel mobilis pretiosa Ecclesiæ nisi ex iusta causa, & seruatis solemnitatibus à iure communi, & in dicta extrauaganti *Ambitiosa* requisitis non potest hypothecari; vel tradi in pignus, id quod etiam clarè habetur *d. cap.* nulli *de reb. Eccles. non alien.* & d. extrauaganti *Ambitiosa*, & in decreto Sacræ Congregationis supra *num.* 40. relato. Et confirmatur, quia alienationis largè sumptæ (pro vt in hac materia accipitur iuxta tradita supra *num.* 242.) appellatione venit pignus, & hypotheca, & prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus hypothecare, vel pignorare, vt constat ex *l. sancimus Cod. de reb. alien. non alien.* & tradunt Doctores relati supra *num.* 4. 5. 239. 240. *&* 1541. Zuuardus *decis. Luc. num.* 74 Mascardus *concl.* 1242. *n.* 108. & communiter alij Doctores, quos latè referunt Mascardus *d. num.* 108. & Augustinus Barbosa *collect. in d. l. sancimus num.* 14. & *tract. de appell. verb.* &c. *v.* alienatio *num.* 9. Quare bona Ecclesiastica immobilia, vel mobilia pretiosa absque solemnitate iuris, & vbi est recepta Paulina *Ambitiosa* absque assensu Apostolico non possunt subiici hypothecæ speciali, vt constat *d. cap. nulli*, & tradunt Doctores relati *d. num.* 4. *&* 5. & alij communiter. Et licèt plures negent *in d. cap. nulli*, & etiam in d. extrauaganti *Ambitiosa*, & consequenter etiam in decreto S. Congregationis prohiberi hypothecam generalem, qui Doctores referuntur suprà *d. num.* 5. Nihilominus saltem attentis *d. extrauaganti*, & *decreto* S. Congregationis contrarium tenui, & probaui supra *num.* 4. *&* 6. & tenent etiam Nauarrus, Quaranta & alij Doctores *d. num.* 4. citati, & alij. & faciunt Doctores qui asseruot censeri prohibitam etiam hypothecam generalem, quando verba prohibitionis sunt generalia (quia sunt verba d. extrauagantis *Ambitiosa*, & *dicti decreti* S. Congregationis) hi autem sunt Surdus *consil.* 73. *num.* 61. versic. *vltimo non obstat lib.* 1. & *consil.* 87. *num.* 7. *& sequenti lib.* 2. Osascus *decis. Pedem.* 94. *num.* 10. Magon. *decis. Lucens.* 54. *num.* 19. *& seq.* & Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. l. sancimus num.* 20. vbi plures alios allegat. Faciunt quoque Doctores asserentes prohibitum alienare non posse hypothecare etiam generali hypotheca, seu obligatione, quando prohibitus non habet alia bona, nisi prohibita alienari, ac proinde hæc in generali bonorum obligatione non venire, hi sunt Gerardus à Petra Sancta *sing.* 35. Antonius Gabr. *com. opin. tit. de reg. iuris concl.* 12. *num.* 4. Peregrinus *consil.* 50 *lib.* 4. Fusarius *de substit. q.* 203. *num.* 9. & eos allegans Augustinus Barbosa *d. collect. n.* 19.

279. Notandum autem prohibita alienatione censeri prohibitam pignorationem siue fiat pro magno, siue pro modico pretio, vt per Antonium Gomez *in l.* 40. *Tauri num.* 83. *in fine*; Petrum Barbosam *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio p.* 3. *num.* 59. & Perez de Lara *de Capell. & anniu. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 35. quos ad id refert, & sequitur Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. l. Sancimus num* 15.

280. Aduertendum etiam data opinione, quod bona Ecclesiæ absque solemnitate, seu beneplacito Apostolico, etiam iuxta extrauagantem *Ambitiosa* possint hypothecari generaliter ex iusta causa; nihilominus si Prælatus, seu Ecclesia, aut Monasterium vellet sponte, & ex se vendere bona stabilia sic generaliter obligata pro satisfaciendo creditoribus, non posset id facere sine assensu Apostolico, & colligitur ex Quaranta *v.* alienatio *num.* 36. & ex traditis supra *num.* 58. & in terminis tradit Ciarlinus *controu. iur. p.* 2. *cap.* 183. *n.* 114. Quia tunc venditio potius est voluntaria, quam necessaria secùs verò si creditores vrgerent coram Iudice, & ex fructibus, vel ex aliis bonis Ecclesiæ mobilibus non posset debitum solui, idque liqueat iudici; tunc enim authore iudice possent vendi bona stabilia generaliter hypothecata iuxta tradita *d. num.* 58. & Doctores *ibidem* allegatos, seruatis tamen aliis traditis *num.* 59.

Super re immobili Ecclesiæ absque solemnitate iuris, & beneplacito Apostolico non potest constitui vsusfructus aut alia seruitus. vbi quod prohibitus alienare rem, non potest in ea constituere vsumfructum vel seruitutem.

Octauò cum omnis alienatio rei Ecclesiæ etiam largè sumpta, sit prohibita fieri absque iusta causa, & solemnitatibus à iure, & in d. extrauaganti *Ambitiosa* requisitis, ad constituendum super bonis Ecclesiasticis seruitutem vsusfructus, seu ius vsufructus, seu vsumfructum propriè requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus. ita Rebuffus *in compendio alien. num.* 4. *&* 6. *fine.* Redoanus *q.* 2. *cap.* 16. *cap.* 33. & *cap.* 44. *num.* 2. *fine q.* 14. *num.* 22. *q.* 15. *num.* 7. *&* 8. & *q.* 79. *cap.* 9. *num.* 39. Quaranta *v.* alienatio *num.* 21. Augustinus Barbosa *collect. ad cap. nulli num.* 14. *de reb. Eccles. non alien.* Molina *de iustit. to.* 2. *disp.* 464. *fine.* & alij infra *num. sequenti* citandi. Alienationis enim nomine venit constitutio vsusfructus, & prohibitus alienare bona, non potest super illis constituere vsumfructum *l. sancimus Cod. de reb. non alien.* & præter Doctores *mox* allegatos Ludouicus Molina *de primog. lib. cap.* 20. *num.* 8. *& seqq.* Peregrinus *de fideicom. art.* 4. *num.* 114. Caualcanus *de vsufructu mulieri relicto num.* 66. Petrus Barbosa *in l. vsufructu* 58. *à num.* 15. & alij Doctores communiter, quos latè refert Augustinus Barbosa *collect. ad d. l. sancimus num.* 11. vbi etiam affert rationem, nempè quod prohibitus alienare rem, non potest nec illius partem minimam alienare vt Baldus in *d. l. sancimus*, & Tiraquellus *in l. si vnquam v. partem aliquam num.* 14. *Cod. de iure donat.* vsusfructus autem est pars rei *l. qui vsumfructum ff. de verb. oblig.* & *l. si à reo § reo ff. de solutionibus.* item vsusfructus dicitur pars dominij *l.* 4. *ff. de vsufructu.* & ideo etiam computatur inter immobilia. Panormitanus *in d. cap. nulli num.* 10. *de rebus Eccles. non alien.* Redoanus *d. q.* 12. *num.* 22. & Quaranta *d. num.* 21. 281.

Eadem de causa absque solemnitate iuris, & assensu Apostolico in re Ecclesiæ immobili constitui non potest quæcunque alia seruitus. ita Panormitanus, Rebuffus, Quaranta locis *supra* allegatis. Redoanus *d. q.* 2. *cap.* 16. & *d. q.* 14. *num.* 22. Bellottus *disq. Cler. tit. de Clerico debitore §.* 5. *num.* 27. Augustinus Barbosa *d. collect. ad cap. nulli num.* 13. *de reb. Eccles. non alien.* & Molina *de iustit. d. disp.* 464. *fine*; constitutio enim iuris realis, quale est ius seruitutis siue personalis, siue prædialis, seu realis alienatio quædam est; & prohibitus alienare rem prohibetur quoque constituere seruitutem tam prædialem, quam personalem, vt constat ex *d. l. Sancimus Cod. de reb. alien. non alien.* & *ibi* Bartholus, Baldus, Salicetus, Angelus, & omnes Scribentes notant, & tradunt etiam Ludouicus Molina, Peregrinus, Petrus Barbosa locis *num. præcedenti* citatis, & alij communiter, quos referunt Redoanus *d. cap.* 16. & *d. q.* 14. *num.* 22. & Augustinus Barbosa *collect. ad d. l. Sancimus d. num.* 11. ius enim seruitutis computatur inter immobilia, cum adhæreat rebus immobilibus *l. si aliena §.* 1. *ff. de vsucap.* Redoanus *d q.* 14. *n.* 22. Panormitanus, & Quaranta *suprà* citati. vnde dicitur pars rei, & dominij *d. l. qui vsumfructum ff de verb. oblig.* & *d. l.* 4. *ff. de vsufructu,* Baldus, & Tiraquellus locis *numero præcedenti* allegatis, & 282.

Peregrinus

Peregrinus *d. art.* 40. *num.* 112. vt autem notat Gomez *var. to.* 2. *cap.* 15. & Antonius Picchardus *in instit. lib.* 2. *tit.* 3. *de seruitutibus initio n.* 4. seruitus personalis est, quæ à re personæ debetur, vt vsus, habitatio, & vsusfructus; realis vero, quæ à re rei debetur, quales sunt seruitutes rusticorum, prædiorum (vt iter, actus, via, aquæ ductus, & similes de quibus Picchardus *d. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 1.) & seruitutes Prædiorum vrbanorum, scilicet, quæ constituuntur super ædificiis vt seruitus ligni mittendi, stillicidij auertendi, altius non tollendi, vel altius tollendi ædificium, & similes, de quibus idem Picchardus *d. tit.* 3. §. *prædiorum*. Eadem autem ratione sicut prohibitus alienare rem, non potest constituere seruitutem, ita etiam non potest seruitutem constitutam remittere, vt Peregrinus *d. num.* 114. per textum *in l. vaus ex sociis ff. de seruit. rust. præd.* vtrùm vero Prælatus prohibitus alienare rem Ecclesiæ, & quiuis alius prohibitus rem alienare, licet non possit ius vsusfructus, aut ius seruitutis personalis, vel prædialis in re constituere; possit tamen vita sua durante, aut pro tempore iuris sui, & tantum in sui præiudicium non successorum alteri dare, seu concedere, aut cedere commoditatem percipiendi fructus, & vtendi re, seu seruitute, affirmant Redoanus *de alien. rer. Eccles. q.* 79. *cap.* 9. *num.* 39. Petrus Barbosa *in d. l. vsumfructum* 50. *num.* 14. & 15. Lodouicus Molina *d. cap.* 20. *n.* 10. & 13. & Peregrinus *d. art.* 40. *num.* 117. Petra *de fideicom. q.* 8. *num.* 103. & 104. qui alios allegant: eo quod id non sit alienatio, sed tantum quædam permissio, aut personalis obligatio, quæ personam tantum adstringit: vnde est quid diuersum ab ipso iure vsusfructus, & seruitutis, quia non ipsam rem, sed solam personam concedentis sequitur. Quare iuxta hanc sententiam Prælatus posset absque solemnitatibus à iure, vel in Paulina *Ambitiosa* requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ concedere pro vita sua præfatam commoditatem; sicut iidem Doctores de Emphyteuta, vel feudatario prohibito alienare res feudales, vel Emphyteoticas posse sine consensu Domini talem commoditatem alteri concedere pro tempore vitæ suæ, & sui iuris, & quod beneficiarius possit obligare se obligatione præfata personali ad dandam commoditatem, & ius percipiendi fructus sui beneficij ad multos annos, & durante vita ipsius beneficiatij, eo quod hoc pacto non dicitur rem Ecclesiasticam alienare, cum nullum ius rei in alterum transferat, sed solum obligatur personaliter, tradunt Rebuffus *in compendio de alienat. num.* 16. versic. 6. Quaranta *v.* alienatio *num.* 18. versic. *tertio declaratur.* Gutierez *canon. qq. lib.* 1. *cap.* 13. Augustinus Barbosa *collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 8. Molina *de iustit. to.* 1. *disp.* 466. *num.* 5. Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 2. *q.* 8. & Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica. p.* 2. *num.* 24. versic. addo *cum Molina.*

In impositione census super bonis Ecclesiæ requiritur solemnitas, & Beneplacitum Apostolicum; vbi quod alienatione bonorum prohibita, censetur prohibita census impositio, quæ si fiat, est ipso iure nulla, & qua ratione valeat, donec dicatur de nullitate, & quando fructus soluti computari, vel non computari debeant in sortem, & quod etiam in alienatione census Ecclesiæ requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus.

283. Nonò à fortiori in impositione census super re Ecclesiæ, vel Monasterij debent interuenire solemnitates illæ, quæ requiruntur in alienatione, & ita requiritur in ea assensus Apostolicus. ita Redoanus *q.* 2. *cap.* 27. Rota *decis.* 1109. & 1195. apud Seraphinum, & alibi. & Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 46. & *resolut.* 68. & constat ex *cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* & extrauag. *Ambitiosa*, vtrobique enim prohibetur hypotheca absque solemnitate iuris, & dictæ extrauagantis fieri super bonis Ecclesiæ; & expressè ac in terminis constat *ex decreto* S. Congregationis supra *num.* 4. *adducto*, in quo Regularibus prohibetur census tam perpetuos, quam vitalitiis fieri absque expressa licentia S. Congregationis; & ratio est, quia cum in contractu censuali transferatur in Emptorem ius reale, & dominium directum, & vtraque possessio naturalis, & ciuilis, vt dictum est supra *num.* 225. & tradit Rota *d. decis.* 1195. & Redoanus *d. cap.* 27. *num.* 3. impositio census est species alienationis, & alienationis appellatione venit, & prohibitus alienare rem prohibetur super eam censum imponere Redoanus *d. cap.* 27. & Rota *decis.* 757. *num.* 5. & 785. *num.* 1. apud Seraphinum *decis.* 304. *in nouiter nouissimis Farinacij*, & alibi; & *decis.* 17. *num.* 2. apud Verallum *p.* 1. & *decis.* 480. *num.* 1. & 2. *p.* 1. *diuersorum.* & *decis.* 111. *num.* 5 *p.* 2. Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 43. *num.* 21. & 24. & *cap.* 201. *n.* 26. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 18. & constat ex *l. Sancimus Cod. de reb. alien. non alien.* & ex traditis supra *n.* 239. & *tribus sequentibus.* Ac proinde census impositus super rebus alienari prohibitis est nullus. vt Rota *d. decis.* 757. 785. 304. 481. & 121. & Gutierez *d. num.* 24. post alios; & consequenter potest Emptor rescindere impositionem census, & compellere Venditorem ad restitutionem pretij. Decius *consil.* 101. *n.* 10. & Rota *in Romana census de Coppinis* 17. *Martij coram Seraphino*, & *in Spoletana terrarum* 11. *Nouembris* 1599. *coram Mantuano*, & Riccius *d. resol.* 68. *num.* 1. Quare etiam impositio census super re Ecclesiæ, si non appareat præcessisse assensum Apostolicum, erit ipso iure nulla, vt sæpius dixit Rota Romana & præsertim *d. decis.* 1195. & *in Romana inualiditatis census* 14. *Maij* 1591. *corā Pamphilio.* & *decis.* 301. *n.* 1. *in nouiter nouissimis Farinacij.* vbi tamen dicitur quod existente nullitate contractus ex defectu solemnitatis, vel iustæ causæ impositionis census, Ecclesia tenetur restituere pretium acceptum, si facta est locupletior; cum non sit æquum Ecclesiam cum aliena iactura locupletari, & cum sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiudicare; & idem tradunt Doctores, quos ad id allegaui supra *tit.* 3. *num.* 57.

Ampliatur, vt etiam in reductione census bonorum Ecclesiæ ex causa sterilitatis, & refectionis melioramentorum facta interuenire debeat solemnitas, & assensus Apostolicus; & aliter facta est nulla; & ita etiam fuit dictum à Rota Romana *decis.* 1218. *num.* 1. apud Seraphinum idem Riccius *num.* 4. addit eandem solemnitatem requiri in diminutione census, vt eodem referente accidit in Ciuitate Neapolitana, quæ cum habuisset plures contractus censuales cum diuersis Ecclesiis, ac locis piis, & pro quolibet centenario septem annuos aureos soluebat, cum in anno 1613. dicta Ciuitas vniuersaliter omnes contractus tam cum laicis, quam cum Ecclesiis ad sex pro centenario reduxerit, in tali diminutione fuit petitus, & obtentus assensus Apostolicus.

Quod si census non imponatur super re vnà cum hypotheca, sed tantum super fructibus, seu si obligatur tantum persona ad soluendum de fructibus rei Ecclesiæ, id non comprehendi sub alienatione prohibita, & fieri posse absque solemnitate, & assensu Apostolico, eo quod census hoc modo constitutus in bonis Ecclesiæ, & emphyteuticis non sit alienatio. tradunt Rota *d. decis.* 480. *n.* 1 *p.* 1. *diuersorum* Corduba *de iure emphyt. ampliat.* 40. Caroccius *decis.* 103. Stephanus Gratianus *d. cap.* 43. *n.* 20. Follet. *iur. de censib. v. huiusmodi censualia num.* 21. versic. *illud etiam.* & Riccius *d. resolut.* 68. *num.* 5. per doctrinam Bartholi *in l. Codicillis* §. *instituto ff. de leg.* 3. Crauetta *consil.* 217. *num.* 4. & Gabr. *consil.* 47. *num.* 11. *lib.* 1. & facit etiam doctrina Redoani, Petri Barbosæ, Ludouici Molinæ, & Peregrini tradita supra *num.* 181. *fine.* Hoc tamen casu, in quo à Prælato super 284.

fructibus rei Ecclesiæ, & à vassallo, vel Emphyteuta super solis fructibus rei Ecclesiæ vel feudalis, vel emphyteuticæ imponitur, durabit census tantum vita Prælati, vel vassalli, aut Emphyteutæ durante, eo autem mortuo obligatio peribit, vt Follerus, & Gratianus etiam notarunt; cum enim tantum persona obligetur non res, nec in emptorem ius reale per talem censũ transferatur, solã personam imponentis adstringit.

Stante autem, & attento *decreto* Vrbani Octaui supra *num.* 4. *relato*, quo reuocatis omnibus priuilegiis eorum prohibentur Regularibus non solùm census perpetui, sed etiam vitalitij. Prælatos Regularis, vel Monasterium absque licentia S. Congregationis non potest neque super fructibus bonorum Monasterij imponere censum. Quod etiam magis expressè constat ex *declaratione* Sacræ Congregationis *relata* supra *num.* 7. in qua declaratur in præfato decreto Vrbani Octaui comprehendi etiam pecuniam ad cambium, vel mutuo acceptam cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis.

285. Porrò licet impositio census in rebus prohibitis alienari sit ipso iure nulla, vt *num.* 283. dictum est, & propterea fructus soluti, postquam dictum est de nullitate census, computatur in sortem, tamen fructus antea perceptos non debere computari in sortem, censuit Rota Romana *in Romana census* 23. *Iunij* 1600. *coram Millino* relata à Gonzalez *ad reg.* 8. *glossa* 59. *n.* 96. *& seqq.* Gratianus *d. cap.* 43. *num.* 25. si quidem impositio est nulla ope exceptionis volente eo ad cuius præiudicium actus est nullus, vnde dum non opponit, & tacet fructus exigendo, videtur habuisse actum pro valido, neque nullitas postea declarata ad hunc effectum potest retrotrahi. vt Rota *in d. Romana* censet, & Gratianus ex Panormitano *in cap. si quis presbiterorum de reb. Eccles. non alien.* & Crescentius *decis.* 1. *de locato.* Data tamen Emptoris scientia nullitatis census, non possent recipi fructus, & percepti computentur in sortem, licet stante ignorantia excusetur emptor, vt idem Gratianus *num.* 26. post Nauarrum. Quare etiam census impositus super re Ecclesiæ ab ipsa Ecclesia, vel Monasterio absque solemnitatibus in alienatione requisitis valet, quamdiu non dicitur, nec excipitur de nullitate, & emptor facit fructus suos sibi solutos, quatenus adsit implicitus actus validitatis; ita vt licet postea dicatur de nullitate per Ecclesiam, & contractus declaretur nullus, tamen nonquam talis declaratio ad hunc effectum possit retrotrahi. ita expressè Rota *in d. Romana census coram Millino.* Gonzales *d. gloss.* 56. *num.* 96. *& seqq.* & Stephanus Gratianus *d. cap.* 559. *num.* 64. vbi *num.* 65. addit ad id facere similia de minore, muliere & aliis contrahentibus absque solemnitatibus, quorum contractus licet sit ipso iure nullus, tamen requiritur declaratio, seu petitio, cum ipsis volentibus sit validus §. 1. *instit. de auct. tutorum. l. Iulianus* 13. *§. si quis à pupillo ff. de action. Emphyt.* Iason *in §. actionum num.* 42. *instit. de actioni*: Pinellus *in l.* 1. *p.* 1. *num.* 34. *Cod. de bonis mat.* Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 21. *fine*: & dixi alias allegans suprà *tit.* 3. *num.* 57. & *n.* 187.

Quando autem impositio census dicatur vtilis, explicatum est supra *num.* 119. *&* 120. & quomodo liceat census impositio absque assensu Apostolico, quando eodem actu fit acquisitio rei, & census impositio super illa vide supra *num.* 209.

Quemadmodum autem in impositione census super rebus Ecclesiæ, ita etiam in alienatione census actiui ipsius Ecclesiæ requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus, & si aliter alienatur, alienatio est nulla. ita Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 981. *num.* 37. Rota *decis.* 580. *num.* 8. apud Buratrum, (vbi quod prohibita stabilium alienatione, dicitur etiam prohibita census alienatio) & cæteri Doctores asserentes nomine immobilium Ecclesiæ alienari prohibitorum comprehendi census actiui Ecclesiæ. Ratio ergo necessitatis solemnitatis est, quia census venit nomine stabilium, seu immobilium, vt cum aliis Rota *d. num.* 8. & Gratianus *d. num.* 17. & alij Doctores qui allegantur infra §. *septimo*, vbi explicatur, quæ bona comprehendantur sub immobilibus Ecclesiæ.

Quod etiam non liceat alienare censum pro solutione æris alieni vide supra *n.* 123. & quomodo alienatio bonorum, vt emantur census prohibita sit vide suprà *n.* 121.

In dismembratione bonorum vnius beneficij, & Ecclesiæ, & in vnione beneficiorum, & Ecclesiarum requiritur solemnitas, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ interuenire debet.

Decimò etsi per dismembrationem (scilicet cum bona alicuius Ecclesiæ, aut Monasterij, per Prælatum aliquem, vel Legatum à latere dismembrantur, & alteri Ecclesiæ traduntur, seu vniuntur) non extinguitur beneficium, seu Ecclesia, cum tamen per eam beneficium, seu Ecclesia alteretur, & diminuatur in bonis, & fructibus, ideoque dismembratio sit vera, & propria alienatio. Redoanus *q.* 2. *cap.* 43. Rota Romana *decisionibus mox citandis.* & alij Doctores pariter mox citandi, alij ab ipsis, & à Rota citati, ideò in eadem dismembratione requiruntur iusta causa, & solemnitates, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ, vt constat ex *cap.* 5. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. & Clement. 1. *eodem tit.* & tradit Glossa *in d. Clem. vnica* verbo *Defensor.* ibidem Ioannes Andreas, Redoanus *d. c.* 43. Rota Romana *decis. vnica tit. de his, quæ fiunt à Prælatis in nouis*, & *decis. vnica tit. de reb. Eccles. non alien.* pariter *in nouis* (vbi quod in dismembratione alicuius Ecclesiæ, seu bonorum einsdem requiritur Rectoris vocatio, causæ expressio, causæ veritas, tractatus & aliæ solẽnitates iuris, de quibus *in c. sine exceptione* 12. *q.* 2.) *decis.* 1. apud Achillem de Grassis *tit. de rebus.* & *alibi* sæpius (vt testatur Riccius locis *modò* citandis) præsertim *in Mersicana dismembrationis fructuum* 14. *Februarij*, & 28. *Martij coram Pamphilio.* Rebuffus *in compend. alien. num.* 68. & post plures alios Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolitana c.* 60. *in annot.* Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 44. (vbi refert dictam Mersicanam, quam etiam prius annotauit Genuensis *d. n.* 17.) Augustinus Barbosa *collect. ad Clem.* 2. *num.* 10. *versus finem.* & Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 517. *n.* 9. *&* 10. & *cap.* 674. *n.* 4. vbi quod requiritur Beneplacitum Apostolicum, etiam quando alienatio rei immobilis fit ab vna in alteram Ecclesiam, præsertim quando vna Ecclesia nihil recipit: quod idem tradunt Nauarrus, Quaranta, Hugolinus, Camillus Borellus, Barbosa, Bonacina, Peyrinis & Lezana locis supra *num.* 1. citatis. 286.

Quare, etsi vt referunt Henriquez *lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 7. *fine in textu*, & Glossa *litera B. C.* Rodriquez *quæstion. regul. to.* 2. *q.* 125. *artic.* 9. Peregrinus *in compend. priuileg. Theatinorum*, verbo *commutatio* §. 4. & Peyrinis *de priuil. Minim. in constit.* 2. *Iuly secundi n.* 7. Prælati Regularium per priuilegium à Sixto IV. Ordini Min. concessum possint commutare legata locis suis facta ad vnum vsum in alium, sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet; & etiam facta in vno loco transferre in alium locum, vbi sit indigentia per aliud priuilegium eidem Ordini Minorum concessum per Leonem X. qui eandem concessionem ampliauit ad donationes factas inter viuos, dummodo non sequatur scandalum; ac proinde prædicti Prælati vigore dictorum priuilegiorum possint bona vnius Monasterij in aliud indigens transferre (vt Henriquez, Rodriquez Peregrinus & Pereynis *loco citato.* ac Lezana *qq. reg. to.* 2. *cap.* 19. *n.* 56.) non obstantibus vltimis testatorum voluntatibus cum consensu tamen (vt in priuilegio Leonis X. à Rodriquez relato præscribitur) duarum partium 287.

Conuentuum

Conuentum, à quibus dicta bona sunt transferenda. Nihilominus hodie stante decreto Sacræ Congregationis de mandato Vrbani VIII. edito supra *n.7.* relato, in quo reuocantur omnia Regularium priuilegia alienandi bona Monasteriorum immobilia, & mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, nisi accedat licentia Sacræ Congregationis, non posse dictos Prælatos bona immobilia fructum reddentia, neque etiam mobilia pretiosa de vno Conuentu diuite in alium indigentem, etiam cum consensu Capituli Conuentus diuitis absque assensu Apostolico, seu licentia Sacræ Congregationis, asserunt Peirinis, & Lezana *locis citatis*; rationem ex dictis *numero præcedenti* assignantes, scilicet, quia ista translatio, seu dismembratio est quædam alienationis species; omnes vero alienationes rigorosæ *in d. decreto* prohibentur fieri absque licentia Sacræ Congregationis. Ampliant etiam si dicta bona empta sint immediatè conuentibus, à quibus sunt transferenda, non autem eis in testamento relicta, cum currat eadem ratio; & his consonant Nauarrus, Quaranta, Stephanus Gratianus, Augustinus Barbosa, Borellus, Hugolinus, & Bonacina locis supra *num. 1.* citatis, dum volunt etiam in alienatione bonorum immobilium, vel mobilium pretiosorum ab vna Ecclesia in aliam requiri beneplacitum Apostolicum in extrauaganti *Ambitiosæ* præscriptum. Vnde iuxta hos Doctores bona tantum mobilia non pretiosa, & pretiosa, quæ seruando seruari non possunt absque assensu Apostolico, seu licentia Sacræ Congregationis possunt alienari, |& ab vno Monasterio in aliud transferri per Prælatos. Verùm per doctrinam supra *num. 2.* traditam ex Treuisano, Riccio, Monaldo, Rubeo, & Diana non videtur improbabile etiam hodie absque assensu Apostolico, seu licentia S. Congregationis per Prælatos Regularium, vel Monasteriorum ex iusta causa, & seruata forma, seu solemnitate, de qua supra *à numero* 164. nisi aliter cautum sit in constitutionibus alicuius ordinis, posse bona etiam immobilia vnius Monasterij dismembrari, & alteri applicari: Et in praxi, ac de facto etiam hodie ex sola facultate Prælatorum sine licentia S. Congregationis fieri huiusmodi translationes, seu dismembrationes bonorum vnius Conuentus ad alium testatur Lezana *to.3.* verbo *alienatio num.11.* vt notaui supra *num. 3.* vbi etiam notaui de facto fieri in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, & in aliquibus Religionibus etiam sine consensu Capituli à quo bona in aliud Monasterium transferuntur; id religionis constitutionibus permittentibus. Et apud Nos, id facere potest Præpositus Generalis cum suorum Assistentium consensu, nam iuxta Nostras Constitutiones *lib. 4. cap. 12. §. ita bonorum* iunctis declaratione facta in Capitulo Generali de Anno 159. & Decreto eiusdem Capituli Generalis de Anno 1613. penes Generalem cum suis Assistentibus est tota auctoritas Administrationis etiam immediatè bonorum, & iurium vniuersæ Congregationis. Aduertendum Lezanam tenere Prælatos Regulares non posse vti præfato priuilegio commutandi de consensu hæredis legata facta ad vnum vsum in alium, eo quod esset viuæ vocis oraculum, & viuæ vocis oracula sunt sublata; at tale priuilegium videtur haberi in dicta constitutione Iulij secundi, & ita Peyrinis absolute admittit etiam hodie vsum talis priuilegij.

288. Sicut autem in dismembratione, ita, & multo magis in vnione beneficiorum, & Ecclesiarum debent interuenire iusta causa, & solemnitates, quæ à iure ad alienandum res Ecclesiæ præscribuntur *in d. cap. sine exceptione 12. q. 2. & in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis*, cum huiusmodi vnio, ex eo, quod ipsa Ecclesia vnita in alterius potestatem transit; & ita eius status quodammodo immutatur, sit alienatio vera, & propria. ita per textum *in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. & in d. Clem. 2. de reb. Eccles. non alien.* Panormitanus *in cap. tua num. 4. de his, quæ fiunt à Prælatis*, Redoanus *q. 2. cap. 40.* Rebuffus *in praxi tit. de vnionibus glossa 11. num. 2. & in compendio alienat. num. 14.* Quaranta *v.* alienatio *num. 3.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. Clem. 2. num. 102. circa medium*, & Rota Romana *d. decis. 1. tit. de reb. Eccles. non alien. in antiquis.* Quamuis Rebuffus *locis citatis*, & Rota *d. decis. 1.* dicant ad huiusmodi vnionem debere interuenire authoritatem Episcopi, seu Prælati, & consensum Capituli, & requiri, quod Rector Ecclesiæ vniendæ vocetur, si non sit Ecclesia vacans, tamen aiunt non prærequiri tractatum sicut in dismembratione, & aliis alienationibus, præsertim quando beneficium vnitur alteri beneficio existenti infra diæcesim, infra quam beneficium est vnitum, idque per textum *in d. Clem. 2. de rebus Eccles. non alien.* in quo ad vnionem faciendam non cauetur de tractatu, sed de consensu Capituli. Hæc autem procedunt de iure ordinario. Plures autem casus, in quibus dismembratio, & vnio beneficiorum, vel Ecclesiarum Episcopis, & Prælatis specialiter, & iure nouo permittuntur, habentur in concilio Tridentino *sess. 21. cap. 4. & 5. & de reform. sess. 23. cap. 18. & cap. 24. cap. 13. & 15. de reform.* de quibus vnionibus latè Augustinus Barbosa *collect. ad d. Clem. 2. & collectaneis ad d. cap. concilij Tridentin. & de potest. Episc. allegat. 66.* Garzias *de benefic. p. 12. cap. 2. à num. 145.* & Sanchez *in sum. lib. 7. cap. 20. quæst. vltima* scilicet *à num. 145.*

In vnione Decimarum, & in transactione, vel concordia super eisdem decimis an requiratur assensus Apostolicus.

Etiam in transactione, vel compositione, seu concordia (differt autem transactio à compositione, quod compositio est gratis, & liberaliter facta conuentio, vt fieri solet inter amicos; transactio vero est de re dubia, & lite incerta aliquo dato, 289.
vel retento *l. 1. ff. de transactionibus. l. transactio Cod. de transactione & cap. super eo de transactionibus*) inter Clericos, & personas laicas super Decimis facta, vt Decimæ vel in totum à laicis non soluantur, vel vt diminuantur, vt sit perpetua valeat, & liget successores requiritur assensus, seu authoritas, & confirmatio summi Pontificis *cap. veniens de transactionibus*, Panormitanus *in cap. ex multiplici num. 1. & cap. cum homines num. 4. de Decimis* Verallus *decis. 165. n. 3.* Belletus *disquis. Cler. p. 3. tit. de Clerico debitore §. 5. num. 21.* Marcus Antonius Genueosis *in praxi Neapolitana cap. 60. num. 19. in annot.* Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 38.* (vbi refert *decis. 29. Rota Veneta* apud Thomam Franciscum *p. 1.* vbi fuit dictum, quod alienatio, præscriptio, vel compositio de Decimis fieri nequit nisi de assensu Summi Pontificis) Azorius *p. 1. lib. 7. cap. 27. q. 5. versic. deinde*, Rota Romana *decis. 340. num. 1.* apud Coccinum *decis. 362. num. 3. apud eundem. & in Messanensi praeminentiarum 1585. coram Blanchetto in Conchensi limitum Decimarum 4. Martij 1596. coram eodem. & in Nauariensi Decimarum 28. Maij 1593. coram Arragonio*, in qua (vt referunt Genuensis, & Riccius *locis citatis*) fuit dictum Concordiam super dimissione partis Decimarum debitarum à laicis factam à personis Ecclesiasticis non valere sine confirmatione Apostolica; nec sufficere consensum Episcopi; prout sufficit in terminis *cap. 2. de transactionibus*, scilicet, quando transactio, vel compositio sit inter personas Ecclesiasticas, vt Decimæ vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur, quæ vt valeat, & liget successores, sufficit, & requiritur assensus Episcopi, vel si is nolit Archiepiscopi iuxta *dictum caput secundum*, & tradunt Rebuffus *de de-*

cimis 13. num. 14. cum sequentibus Azorius *d. q. 5. initio.* Moneta *de decimis cap. 5. q. 6. concl. 2.* & alios allegans Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. 2. num. 2. de transactionibus.*

Limitatur autem, vt si adesset difficultas in exigendo, valeat concordia cum laicis facta etiam sine authoritate Pontificis, Munaldus *consil. 22.* & Rota Romana *in Eualicensi confirm. concordia 20. Februarij 1595. coram Seraphino*, in qua, vt referunt *locis citatis* Genuensis, Riccius, & Bellottus fuit visa Rotæ iusta concordia super reductione decimarum ad vigesimam stante exactionis difficultate, & paupertate soluentium. Ex quo infertur, quod paupertas excusat à soluendis Decimis, *vt loco citato* Riccius, cum Fracisco Merlo *decis. 198. p. 2.*

Limitatur etiam vt valeat, si talis compositio, vel transactio inter laicos, & Clericos, seu personas Ecclesiasticas sit firmata magno temporis interuallo cum obseruantia triginta annorum, licet non appareat de confirmatione Apostolica, quia ex cursu tanti temporis, cum obseruantia continuata præsumitur. ita in his terminis Rota *d. decis. 350. num. 2.* apud Coccinum & cum aliis Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. 2. de transactionibus.*

Limitant quoque Glossa in *d. cap. 2. v. personam Ecclesiasticam*, & Moneta *d. concl. 2. fine*, vt compositio super decimis facta à Clericis cum laicis sola auctoritate Episcopi absque Papæ confirmatione valeat, & liget successorem, si sit vtilis Ecclesiis, quasi propter vtilitatem Ecclesiarum sufficiat Episcopi authoritas, cum sic multum consuletur Ecclesiæ. arg. *cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælatis.* & hoc idem sentire videtur Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. veniens num. 3.* cuius capitis *Veniens* dispositionem Moneta ait non obstare, vel quia ibi agebatur de magno præiudicio videlicet soluenda tantum tertia parte decimarum; vel quia nulla causa interuenerat vtilitatis, aut necessitatis, aut alia similis, vel quia illa erat propria transactio, non compositio; vel quia in ea parochia, in qua erant prædia Coloni Monasterij, quod transegerat, & composuerat de non soluenda nisi tertia parte Decimarum, recipiebant etiam Ecclesiastica sacramenta. ita Moneta, & post eum Barbosa. Huic tamen limitationi apertè obstat Rota in dictis decisionibus, in quibus, & in aliis absolutè resoluit transactionem, & compositionem super decimis cum personis laicis factam non valere, neque ligare successorem, nisi interuenerit Beneplacitum, seu confirmatio Papæ: obstant etiam tradita supra iuxta communem opinionem, & sæpè ac semper approbatam à Rota, quod ad valorem alienationis rerum Ecclesiæ, sub qua certè comprehenditur huiusmodi transactio, seu compositio, requiruntur copulatiuè causa, & solemnitas, seu assensus Apostolicus. Transactio autem, & compositio super decimis inter personas Ecclesiasticas, vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur *d. cap. 2. de transactione* permissa est specialiter, & approbata vt valida, & ligat etiam successores, si sit confirmata Episcopi authoritate, quia Ecclesiæ, saltem in communi nihil perit; sicut etiam eadem de causa permissa est permutatio rerum immobilium inter ipsas Ecclesias cum authoritate Episcopi absque assensu Apostolico. vt *suprà §. 1.* explicatum est.

SEQVITVR SVMMARIVM §. VI.

In infeudatione rei Ecclesiæ non infeudari solitæ, vt valeat, & euitentur pœnæ malè alienantium requiritur Beneplacitum Apostolicum, & solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria. n. 290.

Iure antiquo attento bona Ecclesiæ solita infeudari ad Ecclesiam reuersa possunt iterum infeudari absque dictis solemnitatibus. n. 291. ampliatur etiam in feudo Decimarum solita laicis infeudari, & infeudis, quæ tempore prædecessoris vacauerant nondum per ipsos Ecclesiæ incorporata. ibid. ampliatur etiam vt possint de nouo infeudari consanguineis, & affinibus. ibidem.

Limitatur si prima causa concessionis cessasset. ibidem. item vt in renouatione non fiat alteratio. item si tempore deuolutionis Ecclesia sit depauperata. item si post deuolutionem bona sunt mensæ Ecclesiæ incorporata. ibid.

Hodie quæ bona Ecclesiæ etiam solita infeudari ad Ecclesiam deuoluta non possint iterum infeudari absque beneplacito sedis Apostolicæ. n. 291. fine.

Bona Ecclesiastica non solita ita dari, absque beneplacito Apostolico, & solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis non possunt licitè, & validè concedi in Emphyteusim, vel ad liuellum. n. 292.

Emptor tamen, qui rem pro aliquibus annis retinuit non potest pensionis solutionem euitare sub prætextu, quod solemnitates non interuenerint. ibidem.

Res Ecclesiæ, vel Monasterij inculta, steriles, & infructuosa possunt per Prælatum, Ecclesiam, vel Monasterium alienari, seu concedi alij ad meliorandum absque præfatis solemnitatibus, & quæ dicantur bona infructuosa. n. 293. Extenditur etiamsi res non esset omninò infertilis, sed aliquam afferret vtilitatem. ibidem. limitatur, vt res magnæ inutiles nequeant alienari solemnitate non seruata nisi magna immineat necessitas. ibidem.

Episcopus bona infructuosa ad suam mensam spectantia alienare potest sine consensu Capituli, & tractatu, & Capitulum Cathedralis è contra potest similia bona ad suam mensam spectantia alienare sine consensu Episcopi, & etiam Capitulum Collegiatæ inferioris cum Rectore talia bona suæ Ecclesiæ sine consensu Episcopi potest alienare. ibidem.

Res non vtilis Ecclesiæ, & infertilis potest per Prælatum in perpetuam Emphyteusin concedi. ibidem; concessa pro hæredibus, & successoribus transit ad extraneos. ibidem. an rei sterilis concessio temporalis finita debeat reuocari etiam in fauorem extraneorum. ibidem.

Absque beneplacito Apostolico, & solemnitatibus solitis per Episcopum, & alios inferiores Prælatos, & Rectores ac per Ecclesiam vel monasterium possunt terrulæ resque immobiles modici valoris non vtiles, vel parum vtiles Ecclesiæ alienari concedi in Emphyteusim, & ad longum tempus locari. n. 294.

Prælatus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice absque periurio potest eo inconsulto terrulas, & res modici valoris alienare. ibidem.

Prædicta intelliguntur de terrulis seiunctis, non de modica parte prædij magni. ibidem.

Terrulæ, vineolæ, & res exigui valoris in hac materia, quæ dicantur. n. 295.

Bona Ecclesiæ immobilia solita alienari, scilicet, in Emphyteusin dari, vel locari ad longum tempus reuersa ad Ecclesiam etiam effecta meliora possunt in casibus à iure permissis, & cum euidenti vtilitate iterum locari, & dari in Emphyteusim absque assensu Apostolico, & aliis iuris solemnitatibus. n. 296.

Ampliatur vt ita possit Prælatus absque tractatu, & consensu Capituli. ibidem.

Declaratur primo si in prima concessione obseruata fuerint debita solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ requisita alias secus. n. 292.

Declaratur secundo, si duret causa primæ concessionis; secus si cessauerit ibidem. versic. item.

Declaratur tertio, vt in noua concessione non alteretur concessio, & locatio solita, sed fiat eodem modo, & forma, & non adducantur nouæ conuentiones, aut conditiones in præiudicium Ecclesiæ, nam his additis requireretur solemnitas. n. 298. & quid si alteratio non esset substantialis, sed tantum accidentalis. ibidem.

Quare absque solemnitatibus, & assensu Apostolico noua concessio non possit fieri pro minori canone si res reuersa persineret

perseueret in eodem statu bonitatis. num.299. si verò reuersa sit meliorata in noua concessione, vt valeat, debet augeri canon. ibidem.

In relocatione rei solita locari euidens vtilitas inspiciatur eo tempore, quo fit renouatio. ibidem.

Res primo locata cum pacto, vt non transeat ad heredes extraneos, reuersa ad Ecclesiam non potest absque solemnitatibus de nouo concedi cum extensione ad extraneos heredes. num.300.

Si concessio prima, & solita rei Ecclesiæ facta tantum pro masculis, an noua concessio possit extendi vt comprehendat fœminas, præsertim si præcessissent merita ex parte recipientis. ibidem. &

Qua ratione merita sint causa sufficiens pro concessione bonorum Ecclesiæ. ibidem.

Solitum concedi ad secundam generationem, vel ad tertiam absque solemnitatibus non potest in renouatione concessionis extendi ad tertiam, vel ad quartam. num. 300. fiat.

Concessio in Emphyteusim rei solita dari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico facta vltra tempus permissum, & vltra personas, & generationes solitas nempe pro extraneis, vel pro fœminis, vel vsque ad tertiam, vel vsque ad quartam generationem, cum solitum est tantum pro heredibus, & descendentibus, vel pro masculis, vel vsque ad secundam generationem, vel tantum vsque ad tertiam, an in totum sit nulla, an vero valeat quo ad tempus permissum, seu quoad personas, & generationes solitas, & permissas affirmatiua 301. negatiua 302.

Affirmatiua limitatur pluribus modis, & præsertim quando essent coniectura quod contrahentes non contraxissent nisi in totum concessio valeret, & quæ sint hæ coniectura. num.301.

Eadem affirmatiua approbatur vt æquior. ibidem.

Quando Emphyteusis datur alicui ad eius, vel ipsius tertiam generationem comprehenditur pronepos. num.303.

Quando vero datur vsque ad tertiam generationem an primus acquirens comprehendatur pro prima generatione, & pronepos excludatur, an vero comprehendatur pronepos, maximè si dictum esset vsque ad tertiam generationem finitam. num.303.

Bona Ecclesiæ solita dari in Emphyteusim reuersa ad Ecclesiam debent retineri si Ecclesia prius diues modo sit pauper. num.304.

Et si prima concessio fuit facta personis priuatis non potest noua concessio fieri communitati, vel potentioribus, vel militibus, vel Ecclesiæ aut Ecclesiasticis personis. ibidem.

Eadem bona alienari solita reuersa ad Ecclesiam, etiam mensæ Ecclesiæ, vel Prælati incorporata non possunt absque solemnitate concedi. num.305.

Incorporata quando dicantur. num.306.

Bona eadem alienari solita reuersa potest Prælatus alteri concedere absque solemnitate, licèt tempore Prædecessoris vacauerint si ab eo non fuerunt incorporata. n.307.

Et poterit concedere etiam consanguineis cum eadem tamen Ecclesiæ vtilitate. num.308.

Rem Ecclesiæ esse solitam alienari non probatur per solam assertionem partium, sed per scripturam, & instrumenta, aut per testes. num.309.

Res probatur, & dicitur solita alienari quando vel duæ locationes minus solemnes præcesserunt cursu quadraginta annorum, vel quando vna concessio vt solemniter facta, & valida, tunc enim illicò dicitur res solita locari, nec requiritur cursus temporis. num. 310. præsumitur autem valida ex spatio trigiata annorum. ibidem.

Regula est, quod res Ecclesiæ semel effecta alienabilis cum solemnitate efficiatur semper alienabilis absque solemnitate. num.311.

Vide alia summaria post numerum 311.

In infeudatione rei Ecclesiæ requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas, quæ in alienatione de iure interuenire debet, non autem in renouatione infeudationis rei solitæ infeudari de iure communi; secus hodie ex constitutione Pij V. *& aliarum Summorum Pontificum.*

Vndecimò cum nomine alienationis, quæ de rebus 290.
Ecclesiæ immobilibus, vel mobilibus pretiosis fieri prohibita est, comprehendatur omnis actus, seu contractus, per quem in alium transfertur etiam solum dominium vtile, vt traditum est supra *num.239. & 242.* & tradunt Doctores *ibidem* citati. Bona Ecclesiæ de nouo, seu quæ non sunt solita dari in feudum, non possunt infeudari absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis, & ita in infeudatione rei Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum. ita Doctores supra *d.n.242.*citati. Redoanus *quæst.1.cap.28.*Clarus *§.feudum quæst.13.* De Franchis *in tit. de his, qui feudare possunt in principio*, Marcus Antonius Gennensis *in praxi. Neapolit. cap. 60. num.5. & seq.* Piassecius *in praxi Episc. n.32.* Aloysius Riccius *p. 1. praxis aurea resolut. 76. num. 1.* Franciscus Leo *in praxi fori Eccles.p.1.cap.15. à num.11.* Molina *de iustitia tom.2. disp.464. num. 16.* & Augustinus Barbosa *collect.ad extrauag.* Ambitiosæ *num.5. de reb. Eccl. non alien. de iure vniu. Eccl. lib. 3. cap.30. num. 25.* & *in summa Apostolicarum decisionum* verbo, alienatio *num.3.& seqq.* & expresse decernitur tum in d.extrauag. *Ambitiosæ*, & in decreto S. Congregationis supra *n.40.* relato, tum in *constitut.3.* Sixti V. apud Laërtium Cherubinum *tom.2. bullarij*, in qua prohibetur *alienare, vendere, ac permutare, vltra triennium locare in Emphyteusim, feudum libellum pignus, seu precariam concedere in non vassallos bona stabilia status Ecclesiastici, & quod nemo status Ecclesiastici possit alienare castra, seu arces, ac fortalitia in non subditos Ecclesiæ*; quam constitutionem etiam ampliauit Clemens octauus *constitut.78.* apud Laërtium Cherubinum *tom.3.* tum ex *constitut.51.* Vrbani octaui incipiente *Humanæ, Kalendis Octobris* 1627. apud Angelum Mariam Cherubinum *tomo 4.* in qua prohibet alienare, ac in feudum, vel Emphyteusin quocunque prætextu, vel causa quæcunque bona ad Ecclesias inferiores, & quæuis loca pia pro nunc, vel deinceps spectantia concedere, vel vltra triennium locare, & concessiones huiusmodi renouare, vel prorogare cum plurium pecuniarum impositione: Tum ex constitut. 35. incipiente, *admonet.* Kalendis Aprilis 1567. apud Laërtium Cherubinum *tom.2.* (& refertur etiam à Francisco Leone *d. cap.15. num.12.*) in qua prohibetur alienatio, atque infeudatio ciuitatum, & locorum S. R. E. ac tractatus de illa prætextu etiam euidentis vtilitatis, & illam procurantes ob honorem familiæ Pontificum excommunicantur, infames fiunt, eorumque bona confiscantur: Quam constitutionem innouauit Innocentius IX. *in constitutione Martij* 1592. relata à Francisco Leone *d. cap.15.* in qua declarauit *eadem constitutione* Pij V. prohibitam fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem Ciuitatum, terrarum, oppidorum, & locorum sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè subiectorum, sed etiam antequam deuoluantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem, infeudationem, &c. quæ omnia eodem Innocentio IX. vita functo Clemens octauus confirmauit, & innouauit, vt idem Franciscus Leo *d.num.25.* refert. Supradictas etiam constitutiones Sixti V. & Clementis octaui innouat, & declarat, & ampliat in permutationibus, donationibus etiam reseruato beneplacito sedis Apostolicæ & contrauenientibus pœnas infligit, contractus annullat, ac Notariis harum alienationum instrumenta conficientibus pœnas imponit Paulus V. *constitut.* 10. incipiente *Pastorale* 11. Ka-

len. Decembris 1617. apud Angelum Cherubinum *to.4.* Has etiam constitutiones Sixti, Clementis, & Pauli confirmat, & innouat, & extendit ad quodcunque genus contractuum, irritat, &c. Vrbanus octauus *constit.* 65. incipiente *Decens* Kalendis Iunij 1627. apud Angelum Cherubinum *tom.4.*

291. Quare quamuis alias regulariter de iure bona Ecclesiastica soluta infeudari postquam sunt ad ipsam Ecclesiam reuersa, aliis in feudum concedi possint per Prælatum, modo cum vtilitate Ecclesiæ tradantur *cap. 1. de his, qui feudum dare possunt*, & Doctores qui mox allegantur. Nec in huiusmodi renouatione infeudationis requiruntur solemnitates illæ, quæ in rei Ecclesiasticæ alienatione interuenire debent, vt post alios Panormitanus in *cap. vt super num. 11. de reb. Eccl. non alien.* Clarus §. *feudum num. 1. & 5.* Redoanus *d. quæst. 2. cap. 28. num. 24.* Franciscus Leo *d. cap. 15. num. 29.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap. 60. num. 5. & 6.* Aloysius Riccius *d. resolut. 76. num. 2.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 8. num. 13. & seqq.* & Molina *tom. 2. disput. 68. num. 17.* vbi addit rationem, quia renouatio hæc non censetur alienatio, sed continuatio alienationis prius factæ non incorporando bona deuoluta mensæ. Quod procedit etiam in feudo decimarum solito laicis infeudari, quod si ad Ecclesiam reuertatur, potest Prælatus illud laico concedere, vt post alios, & testantes esse communem Clarus *d. §. feudum quæst. 13. num. 2.* & Riccius *d. resolut. 76. num. 3.* quia licèt regulariter decimæ apud laicos esse non possint, tamen ex quo erant solitæ infeudari, præsumitur eas licitè apud laicos fuisse, & consequenter etiam aliis concedi posse. Procedit quoque etiam in feudis, quæ tempore Prædecessoris vacauerunt, & ab eodem Prædecessore, & nondum fuerunt bona mensæ incorporata, nam & hæc Prælatus poterit infeudare de nouo, vt post alios Clarus *d. §. num. 3.* Riccius *d. resolut. 76. num. 5.* & Molina latè id probans *d. num. 17.* Procedit insuper vt possit Prælatus hæc bona ad Ecclesiam reuersa infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis, & affinibus dummodo præfata infeudatio non sit multum onerosa Ecclesiæ, & aliàs suspecta, sed fiat cum Ecclesiæ vtilitate, & ita etiam de communi praxi testantes Clarus *d. §. num. 4.* ibidem Additionator *litera C.* Riccius *d. resolut. 76. num. 4.* & alios allegans Fachineus *lib. 7. cap. 31.* non posset vero Prælatus de nouo infeudare res solitas concedi vacantes, & deuolutas, quando cessat prima causa concessionis, puta, si res inculta data esset in feudum, vt reduceretur ad culturam, si postea redacta ad culturam rediret ad Ecclesiam, non posset de nouo concedi sine solemnitate. vt Panormitanus *vbi supra*, Redoanus *quæst. 61. num. 4.* Genuensis *d. cap. 60. num. 6.* & Riccius *d. resolut. 76. num. 6.* Neque etiam posset concedi talis infeudatio alterando solitum, ita quod si solitum est concedi masculis, non potest concedi fœminis. ita post alios Clarus *d. q. 13. n. 6.* & Riccius *num 7.* Neque etiam si tempore primæ concessionis Ecclesia erat diues, & tempore deuolutionis depauperata. ita Redoanus *q. 61. num. 3.* Genuensis post Iacobum de Beluisio & alios. Neque si post deuolutionem bona essent iam incorporata mensæ Ecclesiæ. ita Panormitanus, Molina, & Genuensis *locis citatis*, Clarus *d. §. num. 3.* Riccius *d. resolut. num. 8.* & Doctores omnes. Quando autem res solita infeudari deuoluta censeatur incorporata mensæ Ecclesiæ, vel Monasterij dictum est *num. 274. fine*, & dicetur etiam *infrà*, cùm de reuocatione Emphyteusis rei Ecclesiæ solitæ in Emphyteusin concedi; vbi etiam quandonam debet dici, rem solitam esse dari in feudum, vel Emphyteusim.

Hodie tamen, vt constat ex *d. constitut.* Pij V. Innocentij IX. Clementis octaui, & Vrbani octaui ius commune, & omnia supradicta correcta sunt, quoad ciuitates, castra, terras, & oppida, & loca Sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè subiecta, quæ deuoluta, & pro tempore deuoluenda absque vlla alia, & vlteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, & ad ius, proprietatem, & dominium pristinum, ac possessionem rediisse censentur, perindè ac si per quadraginta annos, & vltra ciuitates, & loca prædicta à Sede Apostolica immediatè possessa, & nunquam in feudum, aut alium titulum concessa fuissent: de quibus videndus est præfatus Franciscus Leo *d. cap. 15. à dict. num. 29. ad 40.* & Pyrrhus Corradus *d. cap. 8. num. 18.*

In concessione rei Ecclesiæ in Emphyteusim debet interuenire assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ requisita, id tamen limitatur in terris infructuosis, & rebus modici valoris, quæ absque solemnitate iuris possunt alienari, locari, vel in Emphyteusim dari, & quæ sint dicenda terræ exiguæ, & res modici valoris.

Præterea ob eandem rationem, de qua supra *num. 289. initio* bona Ecclesiastica, quæ non sunt solita ita dari, 292.
non possunt per Prælatum, vel Ecclesiam, aut Monasterium concedi in Emphyteusim absque beneplacito Apostolico, & solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ iure requisita, & concessio aliter facta est nulla; patet ex *cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* & ex extrauaganti *Ambitiosæ*, & ex decreto sacræ Congregationis, & aliis Summorum Pontificum constitutionibus *suprà relatis*, & tradunt Doctores suprà *num. 242.* citati. Redoanus *quæst. 2. cap. 22.* Afflictus *decis. 85. num. 5.* Caualcanus *decis. 45. num. 23. 30. & seqq.* & *decis. 46. num. 4. & seqq.* Capycius *decis. 105.* Botellus *in summ. decis. tom. 1. tit. 33. num. 38. & 123.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. nulli num. 17. collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num. 4. de potest. Episcopi allegat. 95. à num. 26.* & *de iure vniu. Eccl. lib. 3. cap. 30. à num. 20.* Clarus §. *Emphyteusis q. 6. num. 1.* Molina *d. disp. 468. num. 17.* & alij communiter, est enim Emphyteusis species alienationis, & alienatione rei prohibita, prohibetur etiam Emphyteusis, Doctores supra *num. 242.* citati. Redoanus *d. cap. 22.* Flores de Mena *in addit. ad Gammam decis. 16. num. 3.* Caldas Pereira *de Eccles. Emphy. cap. 5. num. 33.* & Fusarius *de substit. quæst. 701. num. 2.* Quamuis autem contractus Emphyteusis de re Ecclesiæ sine solemnitatibus factus sit nullus, nihilominus Emphyteuta tenetur ad census, ac si contractus validus fuisset in beneficium Ecclesiæ. ita Caualcanus *d. decis. 46. num. 7.* Rota *decis. 14. p. 1. diuersorum.* Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 9.* & *resol. 116.* cum aliis, Vincentius de Franchis *decis. 296. num. 1.* Garzias *de beneficiis p. 2. cap. 1. num. 82.* & Redoanus *quæst 47. num. 5.* & *q. 58. num. 55.* Quod autem de concessione in Emphyteusim dictum est, procedit etiam in concessione rei Ecclesiæ ad liuellum, cum contractus Emphyteoticus, & contractus liuellarius idem sint; vt Redoanus *d. quæst. 2. cap. 25.* videndus & Rota *decis. 288. num. 13.* apud Seraphinum.

Hæc autem generalis traditio limitatur primo quoad 293.
terras Ecclesiæ infertiles; terræ enim Ecclesiæ incultæ, steriles, infructuosæ, ac modici valoris, quæ nullam afferre videntur Ecclesiæ vtilitatem, & quæ existunt in loco remoto, & incommodo, & sunt modici fructus possunt per Prælatum, seu Ecclesiam, vel Monasterium absque assensu Apostolico, & solemnitatibus concedi in Emphyteusim ad meliorandum, Authent. *præterea Cod. de sacros. Eccles. can. hoc ius porrectum 10. quæst. 2. can. sine exceptione*, & *can. terrulas 12. quæst. 2.* & *capite ad aures de reb. Eccles. non alien.* Redoanus *quæst. 9. n. 47. & 48.* Guido Papa *decis. 156. & 158.* Matthæus de Afflictis *consil. 29. num. 4.* Capycius *d. decis. 105.* Caualcanus *d. decis. 45. num. 4.* Caldas Pereira *de nom. Emphyt. q. 25. num. 55.*

*num.*55. & alios allegantes Quaranta *verbo* alienatio *num* 41. Camillus Botellus *d. tit.*33. *num.*128. Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.*36. & *p.* e.*resolut.* 383. *num.*3. Molioa *d. disput.* 468. *num.* 5. P. Barbosa *de præscript. ad legem* 2. *num.* 384. *&* 385. & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. ad aures num.* e. *collect. ad d. can. terrulas num.*1 r. *& seqq. d. alleg.*95. *num.* e6. & *d.cap.*30. *num.*eo. vbi inutilia bona enumerat, scilicet, quando sunt ruinæ, quas Ecclesie restaurere non potest, agri inculti, puta aquosi, inundati; extirpatæ syluæ, & alia bona similie sterilia, & infructuosa. Sublimitatur hæc limitatio, vt res magnæ inutiles alienari nequeant sine solemnitate seruate, nisi fortè magna imminetet necessitas. ita Redoanus *quæst.* 13. *num.*20. & Capycius *dict. decis.*105. Ampliatur vero eadem limitatio etiem si res non esset omninò infertilis, sed afferret aliquam vtilitatem, quæ quenta esse debeat iudicis arbitrio relinquitur. ita Aloysius Riccius *in collect. decis.p.*9. *collect.*4214. versic. *infertur septimo* & *p.*7. *collect.*3054. & Rota id letè probans *decis.* 664. *num.* 1. *p.* 1. *diuersorum.* Ampliatur etiam vt talis concessio fieri possit per Prælatum de bonis ed suem mensam spectantibus sine consensu Capituli, & tractatu, & non solum per Episcopum, sed etiam per Prælatos inferiores pariter absque tractatu, & consensu Capituli. ita Panormitanus *in cap. vt super num.*9. *de reb. Eccl. ædific.* & Molina alios allegans *d. num.* 5. & alij Doctores relati supre *num.*153. & constat ex *d. can. terrulas*: sicut etiam de bonis sterilibus, & inutilibus ad suam mensam spectantibus absque consensu Episcopi potest fieri per Capitulum non solum Cathedralis, sed etiam per Collegiatam inferiorem cum suo Rectore. ita Riccius *dicta resolut.*383. *num.*4. vbi alios allegat. Ampliat etiem Caldas *d. quæst.*23. *num.*56. posse Prælatum, si velit terras Ecclesiæ non vtiles in Emphyteusin perpetuam concedere. Et *num.*57. dicit, quod sterilis pro hæredibus, & successoribus concessa transit ad extraneos, & *num.*59. quod perpetua concessio est obseruande sine augmento pensionis, & *num.*60. quod concessio temporalis rei sterilis finita debet reformari, etiam in fauorem extraneorum; de quo idem Caldus *de renouatione Emphyteu. quæst.*12. *num.*e. (de quibus etiam latius & euictius P. Barbosa videndus *d. tract. de præsumptionibus ad d. legem secundam, numero* 372. *ad* 404.) & hæc omnia colligit, & approbat Barbosa *d. collect. ad d. cap. ad aures num.*1. & *d. alleg.*95. *num.* 26. eadem etiam approbet Castrus Palaus *tom.*2. *tract.*12. *disput. vnica p.*4. dicens quod in huiusmodi casu est sufficiens causæ renouandi Emphyteusin remuneratio obsequij in ea facti, quia sic excitantur alij ad similes meliorationes faciendas, & peculium Ecclesiæ augetur, quod fortè cessaret, si scirent Emphyteutæ rem sterilem accipientes finito tempore signato conductionis sibi Emphyteusin non esse reddendam. Vltimum autem dictum Pereiræ patitur difficultatem, & illi obstat doctrina supra *num.*190. versic. *non posset*, & quæ explicantur infrà *num.*197. quod res data in feudum, vel Emphyteusim ad meliorendum, seu vt ad meliorem culturam reduceretur, si postea redacta ad culturem redeat ad Ecclesiam, non posse de nouo alienari renouatione infeudationis, vel Emphyteusis, seu locationis ad longum tempus absque solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, & licèt ratio meritorum, & obsequij præstiti sit causæ sufficiens concessionis ob rationem à Palao adductam, tamen in alienatione rei Ecclesiæ requiritur non solum causa, sed & solemnites, ac beneplacitum Apostolicum, vt sæpius superius dictum est, & in his terminis Rota Romane *decis.*243. *num.*1 e. apud Rubeum *p.*7. vide infra *num.*300. versic. *addit tamen Genuensis.* Non omittam tamen addere in fauorem sententiæ Caldas Pereiræ stare Hyppolitum *sing.*550. relatum, & approbatum à Riccio *p.* 1. *praxis aurea post resolut.* 119. *in annot.* versic. *locatio* asserentem locationem fundi factam puta ad quinquennium, cum esset sterilis, ac inutilis & postea industria, ac diligentie coloni conductoris factus fructuosus, & fertilis, ex hoc reddi perpetuam, vt ad hæredes quoque conductoris transeat etiam extraneos nec tertia generatione finiatur, eandem sententiam confirmant tradita à P. Barbosa *loco citato*, qui etiam est eiusdem sententiæ. Cæterùm ne de hac re iterum postea agendum sit, aduertendum non obstante Paulina *Ambitiosæ*, absque iuris solemnitatibus, & etiam absque assensu Apostolico per Episcopum, & alios Prælatos inferiores, ac per Ecclesiam, seu Monasterium alienari posse terrolas, resque immobiles modici valoris, si non sint vtiles Ecclesiæ, & adsit necessitas. ita habetur *d. can. terrulas* 12. *quæst.*2. cuius verba sunt; *Terrulas, aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus vtiles, aut longè positas paruas, Episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habet potestatem, seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt similiter Episcopis distrahere licet.* ita etiam Doctores communiter, Panormitanus, Quaranta, Riccius locis *num. præcedenti* citatis, Rebuffus *in compend. alien. num.*122. Rednanus *quæst.*9. *num.*52. *&* 57. *& quæst.*13. *num.* 19. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap* 60. *num.*3. Hugolinus *de potest. Epis. cap.*14. §. 7. *num.*4. Franciscus Leo *in praxi fori Eccles. cap.*15. *num.*6. *&* 7. Piaseseius *in praxi Episc. p.*2. *cap.*5. *num.*3e. versic. *vltra prædictos.* Barbosa *ad d. can. terrulas num.*1. & *d. alleg.* 95. *num.* 50. Rota *decis.*401. *num.* 3. apud Seraphinum, & alij Iurisperiti, & Canonistæ relati ab Augustino Barbosa, Quaranta *d. n.*41. & Riccio *d. resolut.*36. *p.* 1. *praxis aurea*, & ex Theologis præsertim Soprenus *in appendice ad Filliuccium tract.*44. *cap.*4. *num.*3. Bonacine *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.*4. *num.*3. Leaana *tom.*3. verbo *alienatio num.*7. & alij recentiores & Pereiris *in constit.*9. *Iulij secundi num.*15. Qui omnes propterea dicunt per d. Paulinam secundam *Ambitiosæ*, & Concilium Tridentinum *sess.*25. *cap.*11. *de reformat.* non fuisse derogatum *d. can. terrulas* 1e. *quæst.* 2. nec *d. cap. ad aures de rebus Eccl. non alien.* & ita fuisse declaratum à S. Congregatione Concilij. Et idem dicendum de decreto S Congregationis adducto supra §. *primo* pro regularibus edito; cum illud sit conforme constitutioni Paulinæ, illius explicatio, & confirmatio pro reguleribus eorum priuilegiis sublatis. Et tertio est quia in generali prohibitione alienationis non veniunt modica, vt Panormitanus *loco citato*, & alios allegantes Genuensis *d. cap.*60. *num.*3. & Riccius *d. resol.* 36. *num.*e. sicut etiam restitutio in integrum pro modica læsione non datur, *cap. penult. de rebus Eccl. non alienandis l. Sejo & le penult. ff. de minor.* Sfortie *de restit. in integr. quæst.*4. *art.*12. *num.*105. & elij à Riccio, *vbi supra* relati veluti etiam redhibitoria non competit pro modica læsione, vt Baldus *in l. fin. ff de redhib. act.* Nec pro modica sterilitate fit remissio mercedis *l. merces* §. *vis maior ff. locat.* Bossius *de remiss. mercedis num.*107. & cum aliis *loco citato* Riccius. Quare Prælatus qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, absque periurio potest eo inconsulto terrulas, & res Ecclesiæ modici valoris alienare, vendere, dare in Emphyteusim, vel locare ad longum tempus, quando non sunt vtiles Ecclesiæ, vt dictum est supra *num.*137. Panormitanus *in d. cap. vt super num.*15. Molina *loco citato* Borgicus Caualcanus *d. decis.* 45. *num.* 75. Capyclus *d. decis.*105. *fine.* Riccius *d. resolut.* 36. *num.* 8. & alij. Dixi *si non sint vtiles Ecclesiæ*, quia si res immobilis exigua, pute, prædiolum, vel aliàs modici valoris esset vtilis Ecclesiæ, tunc non posse alienari absque solemnitete per textum *in d. cap. terrulas* tradunt Quaranta, Hugolinus, Piesecius, Barbosa alios allegans & Genuensis *locis citatis.* Quod limitandum puto, quando aliqualem tantum, & satis modicam arbitrio iudicis Ecclesiæ vtilitatem afferret iuxta tradita *num. præcedenti* versic. *ampliatur hæc limitatio.* Aduertit etiam Marcus Antonius Genuensis *d. num.*3. *circa finem*, fuisse dictum in curia Archiepiscopali Neapolitana aliud esse alienare terrulas,

terrulas, aliud alienare modicam partem magni prædij, hoc enim fieri non potest absque solemnitate; nam hoc modo possent paulatim alienari omnia prædia Ecclesiæ, & fieret fraus legi *l. non dubium Cod. de legibus.* Debent ergo terrulæ, seu res exiguæ esse seiunctæ, & separatæ ab aliis prædiis, seu terris Ecclesiæ.

295. Quæ autem dicantur terrulæ, vineolæ, & res exigui valoris Glossa *in d. cap. terrulas.* verbo *exiguas*, dicit illas posse dici terrolas, quæ non valent vltra viginti solidos, quam Glossam sequuntur Archidiaconus *in cap. si quos* 12. *quæst.* 2. Alciatus *consil.* 23. *num.* 6. *& seqq.* & alij à Riccio *d. resol.* 383. *n.* 5. relati & Pyrrhus Corradus *loco iure citando* idque confirmatur ex *d. cap. si quos*, quid autem, & quanti valoris sit solidus explicat Couarruuias *tract. de numismatibus cap.* 3. *in principio num.* 3. & §. 1. & putat solidum, & aureum differre; aureum esse maioris valoris, quam solidus; etsi magis communiter solidus, & aureus censeantur eadem moneta, & eiusdem valoris. ita Archidiaconus *loco citato* declarans Glossam dixit viginti solidos, id est viginti aureos. Ita etiam Pyrrhus Corradus *de dispensat. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 45. dicens vnum solidum in iure, vt iuxta communem vsum loquendi in ipsa curia Romana esse scutum vnum auri in auro regulariter valoris Iuliorum tredecim. Naldus *verbo* Prælatus *num.* 7. & Genuensis *verbo* alienatio *num.* 24. referunt S. Congregationem Concilij declarasse censeri terrulas, & res exigui valoris, quæ non excedunt valorem viginti quinque aureorum. Stephanus Gratianus *disceptat. for. tom.* 3. *cap.* 452. *num.* 19. ait dici summam modicam quæ non excedit quadraginta scuta: idque esse conforme dicto Glossæ, quia iuxta tempora antiqua magis æstimabantur scuta viginti, quàm hodie quadraginta. Staffileus *de literis gratiæ fol.* 352. *num.* 2. (prout illum refert Riccius *d. resolut.* 383. *num.* 5.) dicit quod dictum *cap. terrulas* extenditur ad valorem centum aureorum, aut ad annuum censum quinque ducatorum, & ita vidisse (eodem Riccio *ibidem* teste) practicatum refert Zerula *in praxi Episcopali p.* 1. verbo *alienatio*, & hoc idem sentit Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. vnica. p.* 1. §. 1. *num.* 2. dum dicit mobilia pretiosa prohibita alienari absque solemnitate debere attingere centum aureos communis tamen opinio asserit hoc iudicis arbitrio esse relinquendum, qui consuetudinem terræ, & temporum locorumque qualitatem, & rei reditæ, seu locatæ quantitatem attendere debet, & inspicere conditionem Ecclesiæ; si sit pauper, aut abundans facultatibus. ita Redoanus *quæst.* 10. & post alios Quaranta *d. num.* 41. Gratianus *d. cap.* 452. *num.* 18. Riccius *d. resolut.* 383. *num.* 5. Piasecius, Augustinus Barbosa, & M. Antonius Genuensis *locis citatis*, & consonat Franciscus Leo *d. cap.* 15. *num* 7. vbi ait rem minorem iudicandam iuxta mentem Prouincialium, & Synodalium decretorum cuiusque Patriæ, cum in his attendatur loci consuetudo *cap. cæterum*, & *ibi* Panormitanus *num.* 4. *de donat.* Quamuis idem Leo *p.* 4. *c.* 1. *num.* 73. (vt fatetur Pyrrhus *d. num.* 45.) putet rem modicam in præsenti materia quæ non excedit valorem 25. ducatorum auri de camera, qui constituunt summam triginta sex scutorum monetæ Romanæ.

Bona Ecclesiæ solita alienari, & dari in Emphyteusim, & ad longum tempus locari ad Ecclesiam reuersa, an & quando possint absque solemnitatibus relocari, & concedi de nouo in Emphyteusim; vbi an res solita concedi ad tertiam generationem, si reuersa ad Ecclesiam absque solemnitate concedatur ad quartam valeat vsque ad tertiam, & sit nulla solum quo ad quartam.

296. Præterea eadem generalis traditio posita supra *n.* 292. limitatur quoad bona Ecclesiæ solita dari in Emphyteusim; bona enim Ecclesiæ immobilia solita alienari, seu in Emphyteusim dari, vel locari ad longum tempus, si reuertantur ad Ecclesiam etiam effecta meliora, possunt in casibus à iure permissis, & cum euidenti vtilitate iterum locari, & in Emphyteusim concedi sine iuris solemnitatibus, & etiam absque beneplacito Apostolico, ita communiter Doctores Panormitanus *in cap.* vt super *de rebus Eccles. non alien.* Redoanus *quæst.* 2. *cap.* 22. Clarus §. *Emphyteusis quæst.* 6. *num.* 1. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 39. Couarruuias *lib.* 2. *resolut.* 17. *num.* 4. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 5. Piasecius *d. cap.* 5. *num.* 32 versic. *secundus casus.* Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 112. & 121. & *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2342. *p.* 7. *collect.* 3054. & *p.* 9. *collect.* 3944. Augustinus Barbosa *collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 15. & 16. *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 22. & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 20. Rota *decis.* 360. *num.* 17. *p.* 1. *diuersorum*, *decis.* 160. *num.* 3. *p.* 2. *diuersorum*, *decis.* 1490. apud Seraphinum, Crescentius *decis.* 1. *de locato*, Cæsar de Grassis *decis.* 3. *num.* 14. *de rebus Eccles. non alien.* & *decis.* 4. *num.* 20. *eod. tit.* & eadem Rota Romana *alibi* sæpiùs (vt videre est apud Riccium *dictis collectaneis*) Borellus *tit.* 33. *num.* 129. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *dicto cap.* 8. *num.* 13. *& seqq.* Molina *d. disp.* 468. *num.* 17. Bonacina *d. quæst. vnica num.* 20. & alij Iurisperiti, & Canonistæ, quos latè referunt Borellus, Quaranta, Rota *d. decis.* 712. & Barbosa *d. collect.* Hæc enim renouatio Emphyteusis, vel locationis non censetur alienatio, sed potius continuatio alienationis iam factæ, vt suprà *num.* 290. dixi, & habetur *in d. decis.* 360. *num.* 12. ac proinde non requiruntur solemnitates, quæ in alienatione rei Ecclesiæ debent interuenire iuxta *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. & iuxta d. extrauag. *Ambitiosæ.* Quare Prælatus huiusmodi res solitas concedi in Emphyteusim reuertentes ad Ecclesiam potest concedere alteri in Emphyteusim absque tractatu, & consensu Capituli vt dixi supra *num.* 153. & præter Doctores *ibidem* relatos Panormitanus, Redoanus, & Molina *locis citatis*: quidquid secus sentire videatur Couarruuias, dum dicit posse tradi iterum in Emphyteusim cum solemnitate, quæ consueta est, & quid secus sentiat Caldas *de renouatione Emphyteusis quæst.* 14. Dixi autem, *si reuertantur*; nam si viueret Emphyteuta, vel locatarius, tunc nec in feudum, nec in Emphyteusim Prælato permissum est dare, nisi aperta sibi Emphyteusi, ita Iacobus Aluarottus, & Cardinalis Alexandrinus *in cap.* 1. *num.* 16. *de Clerico qui inuestituram petit lib.* 2. *feud.* per illum textum & Borellus *d. tit.* 33. *num.* 130.

Ad hoc autem vt res solita dari in Emphyteusim, & alienari solita possit absque solemnitate iterum concedi, oportet, vt in prima concessione adhibitæ sint necessariæ solemnitates Rota *decis.* 13. & 14. & 360. *p.* 1. *diuersorum. d. decis.* 1490. apud Seraphinum, & alios allegans Borellus *d. tit.* 33. *n.* 131. 297.

Item oportet vt duret eadem causa primæ concessionis; secùs si cessauerit, tunc enim in concessione requiruntur solemnitates, sicut in prima concessione, vt dictum est supra *num.* 290. versic. *non possent*, & tradunt Rota *d. decis.* 360. *num.* 7. *p.* 1. *diuersorum*, & *d. decis.* 1490. *num.* 7. apud Seraphinum. Et *decis.* 243. *num.* 17. apud Paolum de Rubeis *tom.* 3. *diuersorum* aliàs *p.* 7. *recent.* Redoanus *quæst.* 61. *num.* 6. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 6. Piasecius *loco citato*, Borginus Cauallcanus *decis.* 30. *n.* 8. 10. 48. 53. & *n.* 85. & *decis.* 31. *n.* 113. *p.* 2. & cum aliis Riccius *d. resol.* 112. *num.* 2. & Augustinus Barbosa *cap.* 30. *num.* 20.

Item oportet vt in noua concessione, seu locatione rei solitæ alienari reuersæ ad Ecclesiam non alteretur concessio, & locatio solita, sed noua fiat eodem modo & forma; ita vt non excedatur forma, & qualitas primæ concessionis, seu locationis additis nouis conuentionibus, aut conditionibus deterioribus in præiudicium Ecclesiæ. Quare si noua concessione, seu renouatione concessionis, 298.

conceſſionis, vel locationis res darentur aliter, quam dati conſueuerunt in præiudicium Eccleſiæ, non valeret conceſſio, niſi interueniſſent ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ neceſſariæ, quia tunc non eſſet continuatio, aut confirmatio primæ conceſſionis, ſed noua conceſſio, & alienatio, ita Rota *d. deciſ.* 306. *num.* 10. *p.* 1. *diuerſorum*, *d. deciſ.* 160. *num.* 9. *p.* 2. *diuerſorum*, *dict. deciſ.* 1490. *fine* apud Seraphinum,& *d. deciſ.* 243. *num.* 16. & 17. apud Rubeum *d. p.* 7. Clarus *dict.* §. *Emphyteuſis quaſt.* 6. *num.* 2. Quaranta *num.* 40. Stephanus Gratianus *tom.* 2. *cap.* 379. *num.* 25. Marcus Antonius Genuenſis *d. cap.* 60. *num.* 6. Piaſeccius *loco citato* Auguſtinus Barboſa *d. cap.* 30. *num.* 20. Magonus *deciſ. Lucenſi* 14. *num.* 10. & 15. Borellus *d. tit.* 33. *num.* 135. Pyrrhus *d. cap.* 8. *num.* 14. & 17. Molina *d. diſput.* 468. *num.* 19. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *diſpu. vnica p.* 15. §. 4. *num.* 4. & alij Iuriſperiti communiter à Rota *d. deciſ.* 243. Quaranta, & Magono relati. Id autem procedere ſolùm, vbi alteratio ex nouis pactis, & conuentionibus eſſet ſubſtantialis, ſeu quoad ſubſtantialia ipſius actus non autem ſi eſſet alteratio accidentalis, ſeu quoad accidentales tantum qualitates declarant Magonus *d. deciſ.* 14. *num.* 30. & 39. ibidem Additionator *litera E.* Quaranta *d. num* 40. alios allegantes & exemplum de quo infra *num.* 300. verſic. *ſimiliter ponentes.*

299. Hinc primò noua conceſſio fieri non poteſt, pro minore pretio, ſeu canone, ſi res reuerſa perſeueret in eodem ſtatu bonitatis, quam tempore primæ conceſſionis habuit. ita Rota *d. deciſ.* 160. *num.* 9. *p.* 1. *diuerſorum*, & *d. deciſ.* 243. *num.* 16. apud Rubeum, Borellus *d. n.* 135. & alij relati à Rota *d. num.* 16. ſi autem res ad Eccleſiam reuerſa ſit meliorata, & vberiores fructus reddat, vt noua conceſſio valeat, debet augeri canon. vt Rota *d. deciſ.* 360. *num.* 8. In relocatione enim, ſeu conceſſione rei ſolitæ alienari debet adeſſe euidens vtilitas, etiam inſpecto tempore, quo fit renouatio, & non tantùm tempore, quo res cæpit alienari, ſeu in Emphyteuſin concedi primo loco, & dictum eſt ſuprà *num.* 104. & præter Doctores *ibidem* relatos, tradunt Rota *dict. deciſ.* 360. *num.* 9. & 10. & *d. deciſ.* 243. *num.* 15. Caualcanus *d. deciſ.* 30. *num.* 15. & 79. *p.* 2. Marcus Antonius Genuenſis *d. num.* 6. *fine*, Molina *d. diſp.* 468. *num.* 17. & alij relati à Rota *d. deciſ.* 243. *num.* 19. vbi etiam allegat plures alias Rotæ deciſiones, in quibus ita fuit dictum. Vnde quod *num. præcedenti* dictum eſt, renouationem Emphyteuſis, ſeu conceſſionis rei ſolitæ alienari fieri debere cum eiſdem qualitatibus non nouis, nec inſuetis, nec poſſe fieri alteratiuam, reſpicit fauorem Eccleſiæ, ſcilicet, quod non poſſit fieri alienatio, & alteratio in præiudicium Eccleſiæ, vt obſeruat Rota *d. deciſ.* 360. *num.* 10. *p.* 1. *diuerſorum*, & ita ſentiunt omnes Doctores *eodem num. præcedenti* allegati, & alij.

300. Secundò, ſi res ſolita concedi fuit alienata cum pacto, quod non tranſeat ad extraneos hæredes, non poteſt ſine ſolemnitatibus de nouo alienari, ſeu concedi, cum hoc quod ad extraneos hæredes vadat; vt etiam Rota *in Imolenſi bonorum* 21. *May* 1593. *coram Pamphilio*, quam ad id refert Riccius *d. p.* 6. *collect.* 2342. *fine.* Similiter ſi conceſſio prima, & ſolita rei Eccleſiæ facta eſt tantùm pro maſculis, noua conceſſio, ſeu renouatio non poteſt extendi, vt comprehendat fœminas, niſi interueniant ſolemnitates. ita Marcus Antonius Genuenſis *d. cap.* 60. *num.* 6. verſic. *quintus caſus*, ex Iacobo de Beluiſio, Cardinali, & Cortio *in cap.* 1. *de Clerico, qui inueſtituram fecit lib.* 2. *Feudorum*, & teſtatur eſſe communem *in d. cap.* 1. Et id probant latè tradita à Magonio. *d. deciſ.* 14 Lucenſi *d. num.* 1. *ad* 28. Quamuis ipſe contrarium *numeris ſequentibus* teneat dicens eſſe alterationem non ſubſtantialem, ſed accidentalem, quàm, quando res eſt ſolita concedi in Emphyteuſim non vitiare etiamſi non interuenerint ſolemnitates tradiderunt Calderinus *conſil.* 11. *de feudis.* Alexander *conſil.* 9. *num.* 2. *lib.* 3. Decius *in auth. qui rem num.* 22. *Cod. de ſacroſ. Eccl.* ab eodem Magono relati *num.* 30. & 39. vbi dicit eſſe communem ex eodem Alexandro, & idem Additionator *ad d. deciſ.* 14. *litera E.* addens rationem, ſcilicet quod accidentia non ſunt in conſideratione, quia poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt not. *in l. pacta conuenta ff. de contrahenda empt.* Ad dictum nouum pactum in renouatione adiectum contra ſolitum, vt comprehendantur etiam fœminæ, cum ſit præiudiciale Eccleſiæ, non videtur poſſe ſubſiſtere; niſi interueniat ſolemnitas iuxta Rotam Romanam, & alios. Doctores *num.* 298. relatos, & alios communiter ab iiſdem citatos, cum omnes abſolutè dicant in renouatione conceſſionis rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, alterationem in præiudicium Eccleſiæ non poſſe fieri abſque ſolemnitate in prima conceſſione requiſita. Addit tamen Genuenſis, quòd res ſolita concedi maſculis, poſſet concedi fœminis ex magna cauſa, vt ſi præceſſiſſet meritum ex parte recipientis, qui fecerit aliquid notabile ſeruitium Eccleſiæ; tunc enim ait, quod poſſet concedi etiam quoad fœminas iuxta præfatos Iacobum, Cardinalem, Cortium, & alios *in d. cap.* 1. Verùm etſi meritorum motiuum ſolet eſſe cauſa ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, vt inuitentur homines ad benefaciendum Eccleſiis, vt Alexander *conſil.* 55. *num.* 6. *lib.* 1. Redoanus *quæſt.* 22. *num.* 23. & 24. & Rota *d. deciſ.* 243. *num.* 3. apud Rubeum; Nihilominus quod Prælatus ob benemerita etiam magna, ac euidentia, & manifeſta poſſit concedere, vel alterare conceſſionem ſolitam abſque ſolemnitate Rota *eadem deciſ.* 243. *num.* 10. ait in puncto iuris eſſe periculoſum, & fieri poſſe negat eadem Rota *eadem deciſ. num.* 11. & 12. quia ſola merita non ſuffragantur, cum non cauſa tantùm, ſed & ſolemnitas, id eſt Beneplacitum Apoſtolicum copulatiuè exigatur in alienationibus bonorum Eccleſiæ, iuxta tradita ſuprà *num* 96. & Rotam, ac alios Doctores *ibidem* allegatos. Rurſum ſi ſolitum eſt rem Eccleſiæ concedi ad ſecundam generationem, abſque ſolemnitate, & beneplacito non poteſt in renouatione conceſſionis extendi ad tertiam, & ſi ſolitum concedi ad tertiam abſque iiſdem ſolemnitatibus non poteſt concedi ad quartam, id enim ſequitur ex dictis *num. præcedenti*, & tradunt Matthæus de Afflictis *deciſ.* 107. Clarus *vbi ſupra*, Borellus *d. tit.* 33 *num.* 153.

Verùm verò in tribus prædictis caſibus conceſſio abſque ſolemnitatibus facta vltra ſolitum, puta in primo caſu eſſe pro extraneis, in ſecundo etiam pro fœminis, & in aliis caſibus facta ad tertiam, vel ad quartam generationem, conceſſio in totum vitietur, & nulla ſit, an vero tantum quoad inſolitum, & inconſuetum, ſcilicet, quoad extenſionem ad extraneos, quoad fœminas, & quoad tertiam aut quartam generationem. Et ſi res Eccleſiæ ſolita ſit concedi in tertiam generationem, ſi abſque ſolemnitatibus conceditur vltra tres valere vſque ad tres, & eſſe nullam quoad reliquas tradunt Cortius iunior *de feudis p.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 11. Baldus *in auth. quas ruinas num.* 2. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in l. ſi pupillum ff. ſicuti in fine ff. de rebus eorum.* Tiraquellus *de retractu conuentionali in fine operis num.* 144. Clarus *d.* §. *Emphyteuſis quæſt.* 6. *num.* 2. & §. *feudum quæſt.* 13. *fine*, Vtſillus *in addit. ad deciſ.* 107. Afflicti, Gamma *deciſ. Luſit.* 72. *num.* 2. Magonus *deciſ.* 14. *num.* 28. Genuenſis *d. cap.* 60. *num.* 6. *fine.* Borellus *d. tit.* 33. *num.* 159. Riccius *p.* 1. *praxis aureæ reſolut.* 115. *num.* 4. Ludouicus Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 18. §. *contrarium*, & § *ſed quamuis*, Auguſtinus Barboſa *de pot. Epiſc. alleg.* 95. *n.* 9. & 15. *fine*, Molina Theologus *tom.* 2. *diſput.* 467. *num.* 1. & *diſput.* 468. *num.* 19. Caſtrenſis, Cagnolus, Decius, Modernus Paris, & alij ab Vtſillo, Claro, Tiraquello, Riccio, Rota *deciſ.* 30. *num.* 1. *in recent.* Farinacy Mantica *de tacitis, & ambiguis lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 19. relati, & eſſe communem teſtantur Clarus, Magonus, Molina, Mantica *locis citatis*, & etiam Couarruuias *var. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 5. verſic. *verum*, & verſic. *ſed præmiſſa*, & ita etiam reſoluiſſe 301.

resoluisse Rotam Romanam in *Vlisbonensi* 2. *Iunij* 1567. *coram Sarmiento* testatur Riccius *d. num.* 4. idque tum per textum *in auth. de non alien.* §. *quod autem* versic. *nec illud*, ibi *duobus heredibus cessantibus caeteris tradere. collat.* 2. quem textum expendit Molina, & vere ex eo maximè confirmatur hæc sententia, cum in eo dicatur Emphyteusim datam ad tres vitas, cum pacto, vt illis finitis tradatur aliis, valere quoad tres vitas, non vero quoad alias deductas in pactum; tum ex eo quod io separabilibus vtile non vitietur per inutile *l.* 1. §. *sed mihi ff. de verb. oblig.* & *reg. vtile ff. de reg. iuris in* 6. in præsenti verò concessio ad personas, & generationes solitas, & consuetas est separabilis à concessione ad personas, & generationes insolitas. Et hæc sententia tutius procedit, quando Emphyteusis vltra tempus permissum, seu solitum ad generationem non esset vnica concessio, veluti si simpliciter, & absolute, ac vnica oratione sit facta ad quartam generationem, sed essent plures concessiones, veluti si Emphyteusis sit concessa in secundam, & in tertiam, & quartam generationem cum distributione casuum, hunc enim casu vnam concessionem valere, quamuis altera non valeat, tradunt etiam Alexander loco *numero sequenti* allegato; & Imola *in l. quod dicitur in fine*, versic. *posses dicere ff. de verb. obligat.* arg. *l. scire eodem tit.* & ita tenet etiam Garzias *de benefic. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 63. Limitatur tamen hæc sententia, quando Ecclesiæ non esset vtile, sed damnosum facere hanc separationem vtilis. ita Vrsillus *in d. addit. num.* 4. & 8. Limitatur etiam, quando ex coniecturis possit demonstrari, quod contrahentes non voluissent aliter contrahere, nisi concessio teneretur in totum, & etiam quoad personas, & generationes insolitas, & non consuetas; tunc enim contractus censetetur indiuiduus, & vtile per inutile vitiantur, & concessio io totum esset nulla. ita Vrsillus *num.* 6. & 9. & Doctores communiter [illegible] quos referunt Couarruuias *d. num.* 5. Ludouicus [illegible] *d. cap.* 21. *num.* 18. versic. *quod intelligendum* [illegible] Molina *d. disput.* 467. *num.* 3. Garzias *de be*[illegible] *cap.* 1. *num.* 53 Augustinus Barbosa *d. alleg.* 95. *num.* 11. & Ciarlinus *controu. iuris tom.* 1. *cap.* 105. *n.* 138. & *tom.* 1. *cap.* 183. *num.* 90. qui etiam ponunt aliquas coniecturas, de quibus Alciatus *in d. l. t.* §. *si mihi ff. de verb. oblig.* & etiam Rota *d. decis.* 30. *num.* 4. & Mantica *d. tit.* 5. *n.* 32. & vna est, si in initio contractus Emphyteusis con luctor Ecclesiæ soluit maximam summam pecuniæ, puta mille aureos pro obtinenda Emphyteusi tam longa, & postea omni anno certam quantitatem, tunc enim præsumitur noluisse contrahere nisi conductio in totum valeret, & ita est nulla etiam quoad generationem permissam. ita Alexander loco citato *num.* 1. & alij, quos refert Mantica *dicto tit.* 5. *num.* 27. versic. *alio igitur*, & *num.* 32. versic *nam supponendo*, & præsumptionem esse, quod contrahentes non fuissent aliter contracturi nisi in totum valeret contractus est, quando alicuius eorum interest contractum pro omni tempore, & generatione durare; & interesse est considerabile tradit Gutierez *can. qq. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 11. & notat Ciarlinus *locis citatis*. Et Rota *decis.* 30. *n.* 4. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij* ponit coniecturam, quod contrahentes non aliter fuissent contracturi quando pro tempore à iure permisso & generationibus solitis, puta secunda, & tertia adest pactum soluendi pensionem longè maiorem, quàm pro tempore non permisso, & pro quarta generatione.

302. Contrarium, & concessionem esse nullam etiam quo ad personas, & generationes solitas, & consuetas, nisi interuenerit solemnitas, & assensus Apostolicus, tenent Bartholus *in auth. qui rem num.* 7. *Cod. de sacrosi. Ecclesiis*, & *consil.* 159. *n.* 1. *lib.* 1. Angelus *in* §. *Emphyteusim n.* 17. *in auth. de non alien.* Iason *in d. auth. qui rem n.* 21. *versic. tenet*, Alexander *consil.* 143. *n.* 4. *lib.* 7. quando est vnica concessio, & vno contextu facta dicens esse communem conclusionem. Couarruuias *d. cap.* 16. *n.* 5. §. *verum* Carolus Molinæus, *versic.* ego profectò, & *versic. tandem*; Garzias *d. cap.* 1. *n.* 58, & *seqq.* si fit vnica concessio Ciarlinus *d. cap.* 183. *à n.* 83. Stephanus Gratianus *discept. for. tom.* 5. *c.* 905. *n.* 10. Vasquez *opusc. de redd. lit. cap.* 2. §. 2. *num.* 28. Castros Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnica, p.* 14. *n.* 7. & præter alios apud præfatos Doctores Rota Romana *d. decis.* 30. *n.* 3. *p.* 1. *in recentioribus Farinacij* per textum, tum *in auth. de non alien. aut permut.* §. *Emphyteusim*, vbi prohibetur dari Emphyteusim vltra tres vitas, & si aliter fiat, dicitur quod nullum habeat robur, & quod accipiens cadit scilicet à iure suo; quæ verba videntur importare nullitatem Emphyteusis in totum. Tum in extrauag. *Ambitiosa* ibi: *Nullius sit roboris, vel momenti*, & *in Clem.* 1. *de rebus Eccl. non alien.* ibi; *Neque ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur*. Ex quibus verbis vtriusque textus videtur satis clarè colligi Emphyteusim, & locationem extra casus permissos vltra tempus permissum omninò non valere, si deficiant solemnitates, & assensus Apostolicus. Confirmat Rota *d. decis.* 30. *n.* 3. *initio*, quia forma à lege præscripta esse videtur, ne rerum Ecclesiæ concessiones fiant vltra tempus permissum, & ita etiam ne extendantur ad personas & generationes, ad quas prohibetur extensionem, seu concessionem fieri absque solemnitate; forma vero est iodiuidua per Decium, & alios, quos citaut ibidem Rota, & Garzias *d. c.* 1. *n.* 58. & hanc eandem sententiam tenent ferè omnes, qui sentiunt locationem rei Ecclesiæ vltra triennium factam absque solemnitate, & assensu Apostolico esse nullam etiam quoad triennium; quamuis aliqui relati à Couarruuia *d. c.* 16. *n.* 5. §. *verum.* Carolus Ciarlino *d. cap.* 105. *n.* 128. & Mantica *d. tit.* 5. *n.* 27. versic. *quamobrem alij*, distinguant inter locationem rei vltra tempus permissum, & Emphyteusim concessam vltra tres generationes, & asserentes locationem vltra triennium esse in totum inualidam; quia fit vnica concessio; Emphyteusim autem valere quoad tres generationes, & esse nullam tantum quoad reliquas, quia contractus Emphyteoticus tot concessiones censeatur habere, quot sunt generationes, & licet fiat in plures generationes in effectu, & virtualiter reperitur, & remouetur concessio in qualibet generatione, & hanc distinctionē amplexus est Riccius *d. resol.* 115. Quam tamen differentiam reiiciunt Couarruuias, & Mantica *locis citatis*; quia si Emphyteusis (inquiunt, conceditur ad tres, vel quatuor generationes, vnus est contractus; ex quo singulis generationibus ius acquiritur, & eadem læsio potest contingere etiam ei, qui in Emphyteusim dedit, vel recepit ratione maioris, vel minoris pensionis; neque enim sub eadem annua pensione quis Emphyteusim reciperet vsque ad secundam, & tertiam, item maior quantitas datur, quando in plures generationes conceditur. Sed de locatione vltra triennium infra: hoc loco volui notare, quæ in specie traduntur de concessione in Emphyteusim rei solitæ concedi vltra personas, & generationes consuetas; Et prima sententia videtur æquior (vt etiam tradit Mantica *d. tit.* 5. *num.* 32. versic. *Nam supponendo*) & regulis iuris conformior, & eam confirmant exempla, quæ Vrsillus *vbi supra* cumulat Et ad textum *in d.* §. *Emphyteusim*, & *in Clem.* 1. & in extrauag. *Ambitiosa* respondent Ludouic. Molina *d. c.* 21. *n.* 18. §. *cui opinioni*, & alter Molina *d. disp.* 467. *n.* 3. *fine*, & *num.* 4. quod quamuis ea iura dicant contractus aliter factos esse nullius momenti, nec recipientibus ex eis aliquod ius acquiri, tamen intelligenda esse quo ad tempus prohibitum, seu quoad excessum, quoad quem neque minima pars est valida; non vero quo ad reliquum tempus permissum, seu quoad vtile, quod iuribus est permissum, quodque coniunctum est cum excessu inutili eis iuribus prohibitum, ac nullum redditum Leges enim generice loquentes non censentur illud reprobare, quod aliis legibus permissum est *l. sciendum ff. qui satisd. cog. l. decernimus cum similibus Cod. de silentiariis lib.* 12.

Quando autem Emphyteusis datur in tertiam, vel quartam generationem, an primus, in cuius persona fit ipsa concessio, intelligatur prima generatio, an vero filius 303.

filius illius, sicut in materia gradum primus gradus à patre intelligitur filius, cum stipes gradum non faciat. Bartholus *in auth. si quas ruinas* ibidem Baldus *n.4. Cod. de sacros. Eccl.* distinguunt, scilicet, quod vbi Emphyteusis, vel feudum conceditur alicui vsque ad tertiam generationem, vnaquæque persona dicitur constituere vnam generationem, ita vt veniant solummodo recipiens, & filius, & nepos; secus autem si addatur ad eius, vel ad ipsius generationem, hoc enim secundo casu veniunt recipiens, filius, nepos, & pronepos; quam distinctionem approbarunt & sequuntur Doctores communiter, quos August. Barbosa *de iure vniu. Eccl. lib.3. d. cap.30. n.24.* Ciarlinus *contron. iur. p.1. cap.105. n.123. & seqq.* Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.9. cap.4. num 62.* latè cumulant, & præsertim Rota Romana *decis.* 18. apud Verallum *p.2.* & *decis.* 305. *n.1. & 2. p.2. in recentioribus Farinacij*, & alibi, *& in inuestitura decis.* Veralli *dicebat te, ac heredes, & successores tuos vsque ad tertiam generationem inclusiuè.* Rationem differentiæ adducit Barbosa *d.n.* 24. quia quando simpliciter dicitur *ad tertiam generationem*, Dominus directus considerat generationes in abstracto, & absolutè, non respectiuè, & tanquam generationes alicuius certæ personæ, & ideo tot terminos, & gradus constituit in concessione, quot sunt personæ, & sic in tertia persona terminatur concessio veluti in tertia generatione; quando autem apponit dictionem *eius*, vel *ipsius*, tunc in concreto, & respectiuè considerat generationes tanquam prouenientes à receptore, & tunc bene intrat distinctio inter generationem, seu causam generationis, & ipsam generationem, & hoc casu debent dari eius successioni successores prouenientes à Receptore, & ab eo distincti, & consequenter ad constituendam tertiam generationem comprehenduntur pronepotes. Quamuis Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. lib.22. tit.25. num.23. cum seqq.* Rosenthal *de feudis cap.7. concl.19. num.16. & in schol.* litera *H.* existiment etiam in concessione facta alicui vsque in tertiam generationem comprehendi pronepotes; idem etiam sentit Clarus §. *Emphyteusis q.* 34. dicens multos alios tenere idem contra Bartholum, & probabile putat Rota *decis.118. n.4. in nouiter nouissimis Farinacij:* dicit enim Clarus nullam esse differentiam in prædictis duobus casibus Bartholi; quia illud verbum *eius*, seu *ipsius* necessariò subintelligitur, etiamsi expressum non fuisset, quod ait considerasse Paulum de Castro *consil.338. num.1. & 2. lib.2.* Ratio pro hac sententia est, quia cum primus acquirens sit causa, & origo generationis, non potest ipse in prima generatione connumerari, vt per multa exempla declarat Baldus *consil.448. lib.3.* & *consil. 375. lib.4.* relatus à Rota *d. decis.218. n.2.* Et vbi Emphyteusis concessa esset alicui, vsque ad tertiam generationem expletam, seu finitam, tunc Clarus *d.q.34.* ait citra dubium comprehendi etiam pronepotes, & ita tenere Doctores communiter, vt testantur ita sentientes Ruinus *consil.116. n.6. lib.1.* Alexander *consil 125. sub n.10. lib.5.* & Gozadinus *consil.25. n.17* & ita etiam fuit resolutum à Rota *d. decis.118.* & *decis.520. in nouiter nouissimis Farinacij*; quæ *d. decis.18. n.4. fine* ait non obstare præfatam decisionem 18. Veralli, quia *ibi* non aderat verbum finitum, sed dicebatur vsque ad tertiam generationem inclusiuè, ita etiam sentit Riccius *p.1. praxis aureæ resol.122.* vbi alios allegat; in qua etiam resolutione videtur sequi sententiam Clari, quod semper comprehendatur pronepos.

304. Sed prosequendo sublimitationes limitationis positæ supra *n.296.* res solita dari in Emphyteusim reuersa ad Ecclesiam non posse per Prælatum iterum concedi alteri, si Ecclesia tempore concessionis erat diues, modo autem depauperata, & ad inopiam redacta; sed tunc debere retineri pro Ecclesia, tradunt Iacobus de Beluisio, Cardinalis & Aluar. *in cap.1. qui feudare*, quos referunt, & sequuntur Redoanus *de reb. Eccles. non alien. q.61. n.3.* & Genuensis *d. cap.60. n.6.* versic. *secundum casum*, & idem tradit Rota Romana *decis.360. n.3. p.1. diuersorum*, dicens ita sentire omnes. Item si prima concessio fuit facta personis priuatis, noua secunda concessio absque assensu Apostolico & debita solemnitate non potest fieri communitati vel potentioribus, vel militibus, aut Ecclesiæ vel Ecclesiasticis personis, secùs non valet aliter facta. Ita Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.9. d. cap.8. n.17.* dicens ita etiam consuluisse Alexandrum *consil.9. vol.3.*

Demum quando res solita concedi deuoluta fuit applicata, & incorporata mensæ Ecclesiæ Prælati; tunc sine solemnitate amplius concedi non potest, vt Doctores allegati suprà *n.290.* versic. *neque si post declarationem*, & præter eos Guido Papa *decis.54.* & Rota Romana *dict. decis.543. n.18.* apud Rubeum *p.7.* vbi alios allegat. 305.

Quando autem dicatur res incorporata mensæ sunt plures opiniones, quas refert Curtius iunior *de feudis a. p. q.5.* communis tamen, & melior opinio est, quod sequiratur expressa Prælati, seu administratoris declaratio, vt si expressè describi faciat rem reuersam inter bona mensæ; vel declaratio tacita, vt si Prælatus, seu Administrator, aut mensa collegerit fructus ipsius, prout solet facere in aliis rebus incorporatis, vel tenuerit eam per annum à reuocatione abstinens. ita Curtius *loco citato*, Clarus § *feudum quæst.13. n.3.* Genuensis *d. cap.60. num. 6.* Piasecius loco supra *num.295.* citato. Riccius *1 p. praxis aureæ resol.76. num.9.* Pyrrhus *d. c.8. n.20.* Molina *tom.2. disput.468. num.19.* Castrus Palaus *tom.2. tract.11. disput. vnica. p.15. §. 4.* & alij Doctores allegati supra *num.274. fine.* 306.

Quare Prælatus non solum bona suo tempore ad Ecclesiam deuoluta, sed etiam reuersa tempore sui Prædecessoris, si is ante mortem ea mensæ non incorporauerit neque expressè, neque tacitè, poterit absque solemnitate iterum alteri concedere, vt Clarus *d.q.13. n.3.* Riccius *d. resol.76. n.5.* Molina *d. disp.468. n.17* & alios cumulans Botellus *in summa decis. tom.1. d. tit.33. n.232.* 307.

Poterit quoque Prælatus bona Ecclesiæ in Emphyteusim dari solita ad Ecclesiam reuersa, & nondum incorporata dare in Emphyteusim non solùm extraneis, sed etiam consanguineis, dum tamen sit in euidenti vtilitate Ecclesiæ, vt tradunt Archidiaconus *in cap. Episcopus 10. q.2.* Baldus *in cap.1. qui feud. dar. poss.* Fachineus *contron. iur. lib.7. cap.30.* Botellus *d. tit. 24. num.13.* alij Doctores relati supra *n.290.* versic *procedit insuper*, & alij relati à Fachineo. vide infra *num.555.* 308.

Res Ecclesiæ quando dicatur solita alienari, seu locari, & dari in Emphyteusim vt possit iterum concedi absque solemnitatibus.

Cæterum rem Ecclesiæ solitam esse alienari, non probatur per solam assertionem partium iuxta Bartholum *in l. si forte ff. de castren. pec.* & alios Doctores communiter, quos refert, & sequitur Rota Romana *decis.160. num.4. p.1. diuersorum.* sed huiusmodi solitum probatur per scripturas, & instrumenta. Rota *dict. decis. 243. num.1.* apud Rubeum *p. 7.* licet possit etiam probari per testes, vbi non posset per scripturas, & instrumenta, quæ non reperirentur, vt constat ex Rota *eadem decis.243.* 309.

Et res probatur, & dicitur solita alienari ad hoc, vt reuersa ad Ecclesiam possit absque solemnitatibus concedi in Emphyteusim, vel ad tempus longum locari, quando vel duæ locationes minus solemnes præcesserunt cum cursu quadraginta annorum; vel vna concessio solemnis fuit solemniter facta, & valida; ita quod per hanc solemnem concessionem dicitur illicò res locari solita, nec requiritur cursus temporis. ita Rota *dict. decis.160. num.5.* & *decis.* 414. apud Seraphinum & *decis.1451. num.2.* apud eundem, & *alibi sæpè*, vt Riccius, & Augustinus Barbosa *locis* mox *allegandis* referunt. ita etiam Clarus §. *feudum dict. quæst.13. num.3.* 310.

Quaranta *verbo* alienatio *num.*40. Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut.*26. *num.*3. & 4. & *resolut.*112. *num.*4. & *in collect. decis. p.*7. *collect.*3054. versic. *Et quod res Ecclesiæ*, ex *p. 9. collect.* 3944. Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccl. lib.*2. *cap.*30. *n.*21. Pyrrhus Corradus *d. cap.*8. *num.*13. & alij Doctores communiter, quos refert Rota *d. decis.*160. & *d. decis.* 434. & *decis.* 1451. quæ etiam testatur esse communem opinionem, quod sufficit vna locatio solemnis & valida, & illicò dicatur res solita locari; nec tunc requiratur cursus temporis. Quod est contra Gammam *decis. Lusit.*342. *num.*4. (quem sequitur Botellus *d. tit.*33. *num.* 136.) & nonnullos alios, quos refert, & sequitur Stephanus Gratianus *tom.*2. *cap.* 379. *num.* 21. asserentes vt res dicatur solita dari in Emphyteusim, vel alienari sufficere quidem vnicam concessionem solemniter factam, sed tamen requiri, vt post eam transactum sit tempus quadraginta annorum, & per illud spatium res fuerit possessa, seu concessio fuerit obseruata. Cùm autem debeat constare de validitate huius vnicæ concessionis solemniter factæ, vt illico absque cursu temporis res dicatur solita alienari, seu locari, vt in locatione non requiratur solemnitas; ad hunc effectum, vt dicatur valida, non præsumitur solemnitas ex spatio triginta annorum, ita Rota *dict. decis.* 1251. *num.*5. apud Seraphinum, vbi ait etiam ita fuisse dictum *in Romana domus coram Blanchetto.* & *alibi*; vt refert, & sequitur Riccius *d. resolut.*26. *num.*4.

311. Itaque regula est, quod res Ecclesiæ semel facta alienabilis cum solemnitate, efficitur semper alienabilis absque solemnitate, ita Franciscus Leo *in praxi rerum for. Eccles. cap.* 15. *num.* 3. Gonzales *ad reg.* 8. *Cancell. glossa* 6. *num.* 194. Magonius *decis. Lucens.* 14. *num.* 29. Riccius *locis supra allegatis.* & *in collect. decis. p.*6. *collect.* 2342. Augustinus Barbosa *vbi supra* & *de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 32. & *collect.* *ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 18. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. vnica p.*5. §.4. *num.*4. *fine.* Cæsar de Grassis *decis.*5. *de reb. Eccl. non alien.* Rota *d. decis.*160. 434. & 1451. & alibi sæpius, vt refert Riccius *d. collect.* 2341. & alij Doctores, quos latè refert Barbosa *locis citatis*, & etiam Magonius *d. n.* 29. & Gonzales *d. num.*194.

SEQVITVR SVMMARIVM

§. VI.

*In affrancatione rei censualis, seu Emphyteoticæ requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione necessaria. num.*312.

Limitatur quandoin contractu censuali, vel Emphyteotica præcedenti solemniter celebrato affrancatio deducta esset in pactum, vel res ad Ecclesiam peruenisset illo onere affrancandi affecta. ibidem.

Et tunc posset absque assensu Apostolico, & solemnitate affrancari, etiam non obstante caducitate. ibidem.

Emphyteuta, qui ob non solutum canonem, vel alienationem sine licentia cadit à iure Emphyteusis non cadit à iure affrancandi, siue pactum affrancandi fuerit positum coniunctim, siue separatim in eodem, vel diuerso instrumento. ibidem.

*In concessione rei Ecclesiæ precariò, & in precariis de rebus Ecclesiæ faciendis requiritur assensus Apostolicus. n.*313. *limitatur vbi tantum vsus, & commoditas rei concederetur sine vlla translatione dominij vtilis. ibidem.*

*In concessione rei immobilis Ecclesiæ ad beneplacitum facta requiritur assensus Apostolicus, & ea solemnitas, quæ in alienatione. num.*314. *Limitatur si sola commoditas absque dominio vtili concederetur. ibidem.*

*Idem in contractu superficiario. n.*315. *& in contractu colonario. num.*316.

*Superficiaria, seu contractus superficiarius quid sit, quomodo differat ab Emphyteusi. n.*315.

Destructa domo non finitur Emphyteusis, & tenetur Emphyteuta soluere pensionem solitam. ibidem.

*Contractus colonarius quid sit, & an differat ab Emphyteusi. num.*316.

*Locatio rei immobilis Ecclesiæ in perpetuum, vel ad longum tempus, vel etiam vltra triennium hodie fieri validè non potest absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. n.*317.

Olim iure antiquo absque solemnitatibus poterat fieri vsque ad nouem annos. ibidem.

Locatio rei Ecclesiæ ad longum tempus, si non esset expresse in sacris Canonibus, & extrauaganti Ambitiosæ *prohibita, an comprehenderetur sub generali prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ. Negatiue. n.*318. *Affirmatiua, & tenenda. n.*319. *&* 321.

*Quæ limitatur, vt censeatur comprehensa locatio quoad nullitatem contractus, non quoad incursum pœnarum, & censurarum. num.*320.

Iure Canonico antiquo, & seclusa Paulina Ambitiosæ *nec licita nec valida est absque solemnitatibus iuris locatio rei Ecclesiæ, ad longum tempus, aut in totam vitam locatarij, nisi fieret sub conditione si ante decennium finiatur. num.*321.

Quod si is, ad cuius vitam fieret locatio esset senex, vt iuxta supputationem l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam *non censeretur victurus decem annos. ibidem.*

Extrauagans Ambitiosæ *quatenus prohibet alienationem rei Ecclesiæ vltra triennium absque assensu Apostolico procedit etiam in regularibus. n.*322.

Procedit etiam quando duo beneficiati in eadem Ecclesia alter alteri locat ad longum tempus, & vltra triennium obuentionis, &c. ibidem.

*Non procedit vbi in contrarium est consuetudo locandi vltra triennium, vsque ad nouennium. n.*323.

*Neque in locatione terrularum, & rei inutilis, & exigui valoris. n.*324.

*Neque in rebus Ecclesiæ, quæ tantum quolibet biennio vel triennio fructus reddunt, nam tunc absque assensu Apostolico possunt locari ad sex annos, vel ad nouem, non tamen anticipatis solutionibus. n.*327.

*Neque in locatione citra triennium. n.*326.

Triennium in d. extrauaganti *permissum potest per statuta Episcoporum limitari ad vnum annum, vel duos. ibid.*

*Beneplacitum Apostolicum an requiratur in mandato ad locandum bona Ecclesiastica vltra triennium, an vero valeat mandatum procuratori absque dicto assensu concessum, vt locet per triennium, & finita prima locatione aliam, & aliam facere possit. n.*327. *&* 328.

Administratio, & gubernatio Hospitalium eidem personæ absque authoritate Papæ non potest committi vltra triennium iuxta Tridentin. sess. 25. cap. 8. de reformat. *nisi aliter in fundatione cautum fuerit. num.*329.

Prædictum decretum non comprehendit alia loca pia, sed tantum hospitalia, & quæ hospitalia. ibidem.

*Vtrum procedat dictum decretum quando hospitale est vnitum alicui Ecclesiæ, vel beneficio. num.*330.

Locatio rei Ecclesiæ absque assensu Apostolico facta ad sex, vel nouem annos, cum clausula vt tot sint locationes, quot triennia, vel quod finito triennio primo ex tunc censeatur locata pro alio triennio an iuxta d. extrauagantem Ambitiosæ *valeat etiam vltra primum triennium, an vero tantum per triennium. Affirmatiua quod valeat etiam vltra triennium. num.*331. *Negatiua. n.* 332. *limitatur si locatio pro secundo triennio diuersa persona fieret. n.*333.

In locatione ad triennium an possit licitè, & validè addi promissio de renouanda locatione vltra triennium, siue promissio fiat per publicam scripturam, siue priuatim, num. 332.

*Vbi locatio fit ad plura triennia modo supra dicta, si pro secundo triennio fieret eidem personæ pro diuersa pensione, an tunc valeret pro eodem secundo triennio. n.*334.

Facta locatione pro triennio iuxta extrauagantem Ambitiosæ, *vel ad nouennium iuxta ius antiquum, an ante finitum triennium, vel nouennium possit eidem personæ renouari locatio ad aliud triennium, vel ad aliud nouennium. ibidem.*

Locationis

Locationis instrumentum de biennio in biennium, vsquequo conductor vixerit est nulla in vim extrauagantis Ambitiosæ. *num.* 335.

Locatio bonorum Ecclesiasticorum absque assensu Apostolico, vel solemnitate requisita à iure facta vltra tempus permissum iuxta d. extrauagantem Ambitiosæ, *nempe triennium, vel iuxta ius commune, nempè vltra nouennium, & ad longum tempus vitietur in totum, vel sustineatur pro tempore permisso, nempe triennio, vel nouennio. Prima sententia affirmans sustineri quoad tempus permissum. num.* 336. 345. & 347. *secunda sententia negans, & tenens vitiari in totum, & etiam quo ad tempus permissum. num.* 340.

Prima sententia affirmans limitatur, vbi ex aliquibus probabilibus coniecturis appareret contrahentes non fuisse aliter contracturos, nisi locatio pro toto tempore valeret, tunc enim etiam quoad tempus permissum esset nulla. n. 337. *Vbi quæ sint hæ coniecturæ.*

Vna est, si multum intersit alteri ex contrahentibus contractum valere pro omni tempore, & non pro minore. ibid.

Secunda si locatio sit facta ad totam vitam conducentis. ibid.

Tertia si locatio sit facta pro vnico pretio, seu vnica pensione; quæ reiicitur nisi concurrant aliæ coniecturæ. ibidem.

Eadem prima sententia limitatur, vt procedat in locatione vltra triennium citra decennium, puta, ad sex, vel nouem annos, secus in locatione ad decennium, & vltra, & cur. n. 338. *Huic limitationi contradicitur. ibidem.*

Assignatur etiam cautela ad locationem ad longum tempus factam sustinendam pro tempore permisso. ibidem fine.

Secunda sententia tenens locationem absque assensu, & solemnitate vltra tempus permissum factam vitiari etiam quo ad tempus permissum, ampliatur etiam si in ea reseruatus fuerit assensus Apostolicus. num. 341.

Limitatur verò, vt non procedat in locatione facta ad sex, vel nouem annos, cum clausula, quod tot sint locationes, quod triennia. n. 342.

Declaratur etiam, vt locatio sit inualida volente beneficiato alienante, seu Ecclesia; secus si Ecclesia velit stare contractui, quoad triennium permissum. num. 343. *Conductor tamen potest cogere Ecclesiam ad declarandum solemniter an velit stare contractui. n.* 344.

Declaratur etiam vt pro annis transactis conductor, qui rem detinuit, teneatur soluere pensionem. n. 343. *fine.*

Locatio rerum beneficij, vel de mensa Prælati absque assensu Apostolica vltra triennium facta an firmetur iuramento in præiudicium ipsius beneficiati, vel Prælati, ita quod non possit contrauenire, & agere contra talem locationem. Affirmatiua. n. 348. *Negatiua & tenenda. n.* 349. & 350.

Prælatus, aut beneficiatus attento iure communi, & in locis, vbi non sit recepta Extrauagans Ambitiosæ, *an rerum commoditates, fructus, & prouentus ad se spectantes ratione beneficij, vel officij possit ad longum tempus, & vita sua durante locare absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis. Affirmatiua communis. n.* 351. *Negatiua. num.* 352.

Prælatus, aut beneficiatus res, & redditus ad Ecclesiam ipsam, Hospitale, aut alium locum pium spectantes vti Administrator locans non potest etiam rei commoditates, & fructus ad longum tempus locare, nisi in ea locatione interueniant solemnitates à iuris canonibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitæ. n. 353.

Commoditates, fructus, & prouentus ad Prælatum, seu beneficiatum ratione suæ dignitatis, vel beneficij, aut officij pertinentes, an possint locari vltra triennium absque solemnitate attenta Paulina Ambitiosæ *Negatiua. n.* 353. & 354. *affirmatiua. n.* 353.

Circa locationes rerum Ecclesiasticarum multa sunt innouata per Tridentinum cap. 11. sess. 25. de reformat. *& S. Congregationem. Et primò prohibentur locationes anticipatis solutionibus (nisi alioquin vrgeat necessitas Ecclesiæ.) licet talis locatio afficiat ipsum beneficiatum locatorem. n.* 355.

Secundò Vicariatus, & cuiuslibet iurisdictionis, & facultatis nominandi, & deputandi Vicarios locatio tanquam simoniaca est prohibita. n. 356.

Locatio Ecclesiæ cum omnibus bonis cum facultate conferendi beneficium pro pretio scutorum bis mille est valida, & non simoniaca, probato, quod absque facultate conferendi bona pro eodem pretio arrendata essent. ibidem.

Redditus Cancellariæ Episcopalis locari non possunt, sed debent per proprios Episcopi ministros exerceri. n. 358.

Emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis prouenientia debent futuro successori reseruari. ibidem.

Quartæ funerales locari non possunt. ibidem.

Decimarum fructus ab Ecclesiasticis personis possunt laicis locari, non autem Ecclesiæ ipsi. n. 359.

Omne pactum in locationibus bonorum vnius Ecclesiæ in præiudicium alterius Ecclesiæ appositum v.g. vt conductor apud Ecclesiam, vel Monasterium locatoris sepulturam eligat est nullum. ibidem fine.

Locationi cum debitis solemnitatibus, & vtilitate euidenti Ecclesiæ facta per Prælatum Beneficiatum, aut Rectorem nomine Ecclesiæ successor tenetur stare. n. 360.

Locationi facta à Prælato, &c. nomine proprio non tenetur successor stare. n. 361.

Nisi iam esset inchoatus annus, vel laborerium, & res non esset integra, tunc enim successor pro anno integro stare debet locationi; sicut etiam eidem locationi stare debet conductor saltem vt colonus partiarius. n. 362.

Item stare debet si ita habeat consuetudo loci. n. 363.

Item quando locatio facta esset de licentia summi Pontificis locandi ad tot annos, vt eo tempore durante conductor neque etiam à successoribus molestari possit, quo casu anticipatæ solutiones non nocebunt successori. n. 364.

Et Canonicus Ecclesiæ vacantis tenetur stare locationi prædecessoris. n. 365.

Resignatarius an teneatur stare locationi factæ per resignantem. Affirmatiua. n. 366. *negatiua: ibidem. qua negatiua admissa renunciator, vel procurator, vel alia causa libera dimittens beneficium ante finitam locationem, & eius heredes tenentur conductioni de euictione pro interesse. ibidem.*

Quoties successor non tenetur stare locationi factæ per Prædecessorem Prælatum, nec colonus aut conductor tenetur ei stare. num. 367.

Successor in beneficio recipiendo canonem, censetur consentire pro anno, pro quo illum recipit, non verò vltra tempus percepti canonis. n. 368.

Vbi etiam successor cogitur stare locationi Prædecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem Prædecessori anticipatè solutam. n. 369.

Quid quando Prælatus sciens se repudiaturum Prælaturam locat. ibidem.

Quid si scholaris locauerit fructus sui beneficij anticipatis solutionibus. ibidem.

An, & qua ratione heredes Prædecessoris, vel eius fideiussores teneantur ad interesse conductoris, quando successor non vult stare locationi per ipsum Prædecessorem factæ, remissiuè. num. 370.

In affrancatione rei Ecclesiæ censualis, seu Emphyteoticæ, an, & quando requiratur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione necessaria.

Quemadmodum autem in rei Ecclesiæ immobilis 312
non solitæ alienari concessione in Emphyteusim requiritur solemnitas, & assensus Apostolicus vt superiùs *num.* 292. ostensum est; ita etiam in affrancatione, vt valeat, requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ necessaria. ita Rota *decis.* 13. & *decis.* 14. *num.* 1. *p.* 1. *diuersorum*, & *decis.* 1080. *num.* 9. apud Seraphinum, & *in Romana pretensæ deuolutionis* 10. *Martij* & 10. *Maij* 1595. *coram Millino.* & *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 77. & *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2408. & colligitur ex traditis per Socinum *in l.* 1. §. *item acquiri-*

*mus num.*18. *& seq. ff. de verbor. obligat.* & Tiraquellum post leges connub. *glossa* 5. *num.* 199. Et rationem adducit Rota *d. decis.*14. scilicet, quia affrancatio est species alienationis *cap. nulli liceat* 12. *quæst.* 2. *cap. si quis presbiterorum.* & *ibi* Panormitanus *in* 4. *notab. de reb. Eccles. non alien.* Limitatur id, si in præcedenti contractu alienationis, seu locationis cum debita solemnitate celebrato affrancatio deducta fuisset in pactum, vel res ad Ecclesiam peruenisset affecta illo onere affrancandi, tunc enim in affrancatione non requireretur solemnitas, quia alienatio non esset voluntaria, sed necessaria. ita Rota *d. decis.*1080. *num.* 9. apud Seraphinum, & Doctores mox allegandi. In hoc autem casu in quo interfuisset assensus Apostolicus in contractu censuali, vel Emphyteotico cum pacto de affrancando finito tempore concessionis in eodem contractu apposito, res censualis, vel Emphyteutica posset absque solemnitate affrancari nonobstante caducitate. ita Riccius *locis citatis*, & ratio est, quia Emphyteuta, qui ob non solutionem canonis, vel alienationem sine licentia Ecclesiæ cadit à iure Emphyteusis, non tamen cadit à iure affrancandi, seu luendi, siue pactum affrancandi positum sit coniunctim, siue separatim in eodem, vel diuerso instrumento, vt fuisse decisum in sacro Consilio Neapolitano refert Vincentius de Franchis *decis.* 567. *fine*, post rem latè disputatam, & ita fuisse decisum in Senatu Pedemontano refert Gaspar Antonius Thesaurus *quæstion. for. tom.*1. *quæst.*12. *num.* 5. ac proinde locus est affrancationi, vt iidem Vincentius de Franchis, & Thesaurus post Manent. *de iure Emphyteut. quæst.* 4. *num.* 4. & alios.

In concessione rei Ecclesiæ precario, vel ad beneplacitum facta an requiratur assensus Apostolicus, & solemnitas, & an requiratur etiam in contractu superficiario, & Colonario de re Ecclesiæ.

313. Etiam concessione rei Ecclesiæ precario, & in precariis de rebus Ecclesiæ faciendis requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ necessaria. ita Redoanus *de alien. rer. Eccl. quæst.* 5. *cap.*24. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 16. Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 61. *num.* 1. & Augustinus Barbosa *de iure vniu. Ecclesiastico lib.*3. *cap.*30. *num.*27. Precarium enim, quod est contractus, per quem transfertur dominium vtile, seu vtilitas ad preces alicuius *l.* 1. *ff. de precario* & *cap.* 3. *de precariis* ibidem Panormitanus, & alij, Quaranta *d. num.*16. Molina *de iustit. tom.*2. *disput.*298. *num.*1. & Azorius *p.* 3. *lib.* 7. *de precario cap.* 1. *initio.* etiam precariæ, quæ vt distinguuntur à precario, sunt contractus concessionis alicuius rei de quinquennio in quinquennium, vel in maius tempus perpetuum, vel ad vitam renouandus de quinquennio in quinquennium. vt Panormitanus *in cap.* 1. *de precariis*, Redoanus *d. cap.* 24. & Molina *d. disput.* 2988. *num.* 13. & *duobus seqq.* sunt species alienationis, vt Panormitanus in rubrica *de precario*, Redoanus *d. cap.*54. & alij à Riccio *d. resolut.*61. relati; sequuntur enim naturam Emphyteusis, vel locationis ad longum tempus vt Redoanus *dict. cap.* 54. Molina *dict. disput.* 298. *num.* 14. & Barbosa *dict. num.*57. Et precarium non finitur morte concedentis, sed transit ad illius hæredes, donec ab eis reuocetur *dict. cap.*3. *de precariis*, & *ibi* Doctores, & alij, quos latè refert Augustinus Barbosa *collect. ad dict. cap.*3. *num.*4.

Limitatur tamen id, vt non procedat, quando concederetur vsus, siue commoditas rei sine vlla translatione dominij vtilis, ita Riccius, & Barbosa, eo quia tunc precarij concessio non est species alienationis. vt Felinus *in cap. quæ Ecclesiar. num.*88. *de constit.* Vnde in casibus, in quibus prohibetur alienatio, permitti tamen eiusdem rei prohibitæ commoditatis translationem docuerunt Baldus *in cap.* 2. *de tut. de nouo benefic. inuest.* & *in l. cum oportet in fine Cod. de bon. quæ lib.* Vincentius de Franchis *decis.* 10. *num.*9. & alij relati à Vincentio & Riccio, qui & illos sequitur. Sed de hoc, an prohibita rei alienatione permissa sit rei commoditatis translatio, *infra* vbi de locatione ad longum tempus. Plura autem de precario, & precariis, & qua ratione inter se distinguantur, videantur apud Redoanum, Molinam, Azorium *locis citatis*, & Augustinum Barbosam *d. num.* 27. Et in collectaneis ad Decretales, *tit. de precariis.*

314. Hinc etiam in concessione rei immobilis Ecclesiæ ad beneplacitum facta requiritur assensus Apostolicus, & solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria. ita Redoanus *d. cap.* 24. *num.* 8. & Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 65. Concessio enim rei ad beneplacitum est quasi precarium *d. cap.* 1. *de precario.* Redoanus *d. num.* 8. & res concessa ad beneplacitum non potest reuocari sine causa, prout tradit Capycius *decis.* 116. *n.* 1. *cum seqq.* id latè probans; & facit Panormitanus (quem etiam in hoc sequitur Azorius *d. lib.* 7. *de precario cap.* 2. *q.* 1.) *in d. cap.* 3. *num.* 13. *de precario*, vbi dicit, quod licet alioqui precarium reuocari possit ad libitum concedentis *d. cap.* 3. nihilominus si precario concedens vellet sine causa reuocare illud cum maximo damno alterius, qui accepit, is posset doli exceptionem opponere, quia negari non potest, quin precarium sit liberalitatis beneficium; beneficio autem iuuandi sumus non decipiendi, & lædendi; sicut idem, inquit Panormitanus, dicimus de eo, qui inuitauit viatorem, & hospitio excepit, quem tamen postea pœnituit, potest agi contra eum de dolo, quia beneficium cum alieno damno reuocauit. Quare poterit contingere, quod causa non eueniat, & sic esset concessio ad longum tempus, quæ in hac materia continetur sub alienatione. Præterea gratia facta ad beneplacitum dicitur perpetua, & non expirat morte concedentis. vt Capycius *d. decis.* 116. *num.* 7. & Doctores, quos latè refero *in tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.* 3. *casu* 2. §. 1. *num.* 10. & alij, quos cumulat Riccius *d. resolut.* 65. Et quod vsusfructus rei, seu ius vsusfructus ad beneplacitum censeatur, ac si esset perpetuum, tradunt Bartholus *in l. sufficit num.* 5. *de condit. indeb.* Alexand. *in l. principalib. in fin. n.* 6. *ff. si certam petatur*, quos refert, & sequitur Stephanus Gratianus *to.* 4. *cap.* 756. *num.* 20. limitat autem Riccius *num.* 9. principalem traditionem, vt non requiratur assensus Apostolicus, quando vsus, siue rei commoditas concederetur, ita tamen quod nullum dominium vtile transferretur iuxta Felinum loco *numero præcedenti* allegato, & alia *ibidem* tradita.

315. Rursus cum superficiaria, seu contractus superficiarius sit species alienationis, cum per ipsum transferatur dominium vtile, vt Redoanus *d. quæst.* 5. *cap.* 25. Quaranta *d. num.*16. & alij ab iisdem relati, non potest fieri de rebus Ecclesiæ absque consensu Apostolico, & solemnitate iuris. Est autem contractus superficiarius secundum Baldum *in rubrica de iure Emphyteotico*, & Redoanum *d. cap.* 25. quando quis vendit alteri superficiem alicuius fundi, cum pacto, vt quolibet anno sibi detur aliquid in recognitionem proprietatis, vel constituendo aliquam pensionem annuam sibi soluendam; & huius alienationis, seu contractus natura est, vt destructa re, v. g. combusta domo, cuius superficies concessa est, finiatur talis contractus per superficiei interitum; ita quod si vellet ædificare nullo modo posset, *l. superficiario ff. de rei vendicat.* Vnde differentia est, vt ex Bartholo *in l. fin. ff. de superfic.* notat Redoanus, an quis conducat solum (vt contingit in Emphyteusi,) an vero superficiem; quia quando conducitur solum, destructa domo, non finitur ius *l. quoties in fine ff. de rei vindic.* at si sit conducta superficies destructa domo, bene & ius destructum, & finitum esse debet *d. l. quoties*, &

& ideo in Emphyteusi combusta, vel destructa domo non finitur Emphyteusis, & teoetur Emphyteuta soluere pensionem, si prius ante destructionem tenebatur, vt ex Angelo §. *lex itaque auth. de non alien.* Redoanus *dict. cap.* 25., item superficiarius meliorationes suas non perdit, si illæ possunt auferri *l. sed addes. §. si inquilinus ff. locati.* & Baldus *in d. rubr. Cod. de iure Emphyt.* vt illum refert Redoanus.

316. Pariter in contractu Colonario de re Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum, vt Redoanus *dict. quæst.* 1. *cap.* 23. & apud eundem quidam Benedictus Cenophilus in repetitione extrauagantis *Ambitiosæ*, iste enim contractus est species alienationis, nec differt ab Emphyteusi, vt iidem Redoanus, & Benedictus: fit enim, quando, Ecclesia domum valentem v. g. solidos centum, & præstantem pensionem solidorum decem, concedit alicui, vt pro pensione soluat eos solidos singulo anno. vt iidem.

Locatio rei Ecclesiæ in perpetuum, aut ad longum tempus, aut vltra triennium non potest fieri absque solemnitatibus, & beneplacito Apostolico, & an seclusa expressa prohibitione locatio ad longum tempus censeatur prohibita per generalem prohibitionem alienandi, & quæ sit dicenda alienatio ad longum tempus.

317. Duodecimò absque beneplacito Apostolico, & solemnitate rei Ecclesiæ requisita bona Ecclesiastica non possunt locari neque in perpetuum, neque ad longum tempus, neque etiam vltra triennium. Quod non in perpetuum, constat ex *cap. ad audientiam de rebus Eccl. non alien.* Panormitanus *ibidem*, Redoanus *de alien. rer. Eccles. quæst.* 2. *cap.* 13. & alij, qui *infra* allegantur. Quod non ad longum tempus constat *ex Clem.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* iuncta glossa *ibidem* verbo *locationes.* idem tradunt Rebuffus *in compend. alien. num.* 19. & 26. Panormitanus *in cap. fin. de Eccles. ædific. num.* 12. Redoanus *dict. quæst.* 2. *cap.* 14. Couarruuias *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. Vincentius Caroccius de locato, & conducto *tit. de effect. locat. ad longum tempus num.* 13. Molina *de iustitia tom.* 2. *disputat.* 466. *num.* 5. Velascus *de iure Emphyteotico quæst.* 29. *num.* 8. Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 3. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. vnica p.* 14. *num.* 1. Borellus *in summa decis. tit.* 16. *num.* 4. Aloysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 116. Augustinus Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 95. *num.* 3. *de iure vniu. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *collect. ad d. cap. ad audientiam num.* 2. *collectaneo ad dict. Clem.* 1. *num.* 10. *de reb. Eccl. non alien.* & *collect. ad extrauagantem* Ambitiosæ *num.* 7. & *sequentibus eod. tit.* & alij relati à Couarruuia, à Riccio, & Borello & alij omnes. Prædicta autem Clementina loquitur de Religiosis, Monasterio, Prioratui, aut cuiuis alteri administrationi præsidentibus (licèt ex ea Doctores sumant argumentum, ad concludendum vniuersaliter bona Ecclesiæ non posse ad longum tempus absque solemnitate alienari.) Quare pœna suspensionis dictæ Clementinæ non extenditur ad alios, vt notauit etiam Molina *d. disputat.* 466. *n.* 5. versic. *apertius.* Quod demum absque beneplacito Apostolico, & solemnitatibus, quæ requiruntur in alienatione, non possint hodie bona Ecclesiastica locari vltra triennium constat ex dicta extrauaganti *Ambitiosæ*, & *ex decreto* sacræ Congregationis edito *pro Regularibus.* Quare etsi olim locatio rerum Ecclesiæ vsque ad nouem annos fiebat, vt Glossa *in cap. vestra de locato*, & *in dict. Clem.* 1. verbo *locationes.* Rebuffus *in dict. compendio num* 2. Barbosa *dict. cap.* 30. *num.* 30. & *dict. collect. ad cap. audientiam num.* 2. & alij à Rebuffo relati, & Doctores communiter. Hodie tamen stante dicta Extrauaganti absque solemnitate, & assensu Apostolico non possunt locari vltra triennium. Vt etiam tradunt Boërius *decis.* 224. *num.* 2. Redoanus *quæst.* 58. *num.* 21. Couarruuias *dict. cap.* 16. *num.* 4. Molina *dict. disputat.* 466. Mascardus *de probat. conclus.* 63. *num.* 28. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 18. Hugolinus *de potest. Episcop. cap.* 14. §. 7. *post num.* 5. Caroccius vbi supra *tit. de rebus Eccles. non alien. num.* 5. Caualcanus *decis.* 43. *num.* 6. 7. & 9. Mænochius *de arbitr. casu* 5. *num.* 5. Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 109. Borellus *dict. tit.* 16. *num.* 1. Augustinus Barbosa *d. alleg.* 95. *num.* 3. *dict. cap.* 30. *num.* 30. & *dict. collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 7. Rota Romana *in Senensi prædij* 8. *Octobris* 1584. *coram Pamphilio.* Vasquez *de redd. cap.* 2. §. 2. *dub.* 1. *cum seqq.* Lessius *de iust. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 68. Bonacina *de alien. rer. Eccl. quæst. vnica p.* 2. *num.* 24. Castrus Palaus *d. p.* 14. *num.* 4. & alij Doctores communiter, quos Barbosa, & Borellus *locis citatis* referunt.

Vtrùm verò si locatio rei Ecclesiæ ad longum tempus non fuisset expressè prohibita fieri de rebus Ecclesiæ, comprehenderetur sub prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ; ita quod prohibita alienatione debeat censeri prohibita etiam locatio ad longum tempus. Glossa in *l. Codicillis §. instituto ff. de leg.* 2. Franciscus Conanus *commentar. iuris lib.* 7. *cap.* 12. Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bonis matr.* 3. *p. num.* 66. Garzias *de expensis cap.* 10. *num.* 31. Aluarus Velascus *de iure Emphyteot. quæst.* 29. *num.* 29. & Sanchez *in summa lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 16. asserunt locationem etiam ad longum tempus, & vltra decennium non esse alienationem, & prohibitum alienare, obligare; vendere, posse locare non solum ad breue tempus, & intra decennium, sed ad longum, & vltra decennium, & amplius, & etiam ad centum annos dicit Glossa *loco citato.* Qui fundantur in eo, quod per locationem ad longum tempus, vltra decennium, & amplius regulariter non transferatur vllum dominium vtile, aut ius in re in conductorem; id quod pluribus nititur comprobare Pinellus *loco citato.* Quare iuxta hanc sententiam nisi in extrauaganti *Ambitiosæ* esset expressè prohibita locatio, & conductio vltra triennium, possent bona Ecclesiastica, saltem quæ non administrantur à Regularibus, locari ad longum tempus absque solemnitatibus in *dict. extrauaganti*, & à iure requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ: Clementina enim prima *de rebus Ecclesi. non alienand.* loquitur tantùm de Religiosis, vt numero præcedenti notatum est. 318.

Communis tamen opinio, à qua in praxi non esse recedendum monet Velascus *loco citato.* tenet locationem ad longum tempus esse speciem alienationis, & alienationis appellatione venire, atque prohibita alienatione rei censeri, & esse prohibitam locationem ad longum tẽpus. ita Panormitanus *in cap. ad audientiam de reb. Eccl. non alien.* & *in cap. fin. n.* 12. *de Eccles. ædific.* Redoanus *de reb. Eccl. non alien. cap.* 13. *n.* 1. & *cap.* 4. *n.* 1. & Glossa *in d. Clem.* 1. verbo *locationes de rebus Eccl. non alien.* Iacobus de Aret. Dynus, Bartholus, & alij scribentes in *d. l. Codicillis §. instituto ff. de leg.* 2. Tiraquellus *de retract. leg.* §. 1. *glossa* 14. *n.* 80. Boërius *decis.* 234. *n.* 1 2. & 3. Sarmiento *lib.* 3. *solut. cap.* 2. *num.* 18. Caldas Pereira *de renouat. Emphyt q.* 16. *n.* 7. & *de Eccles. Emphyt. cap.* 4. *n* 44. & *c.* 5. *n.* 42. Mænochius *de arbitr. casu* 5 *n.* 7. Couarruuias *lib.* 2. *var. cap.* 16. *n.* 1. Ludouicus Molina *de primog. Hisp. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 16. 17. & 18. & *n.* 28. §. *sed quæmuis.* Mantica *de tacit. & ambig. conuentionibus lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 6. & 7. Vincentius de Franchis *decis.* 123. *num.* 8. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 116. Augustinus Barbosa *de appell. var. appell.* verbo alienatio *num.* 11. *collect. ad cap. nulli num.* 12. *de reb. Eccl. non alien.* & *collect. ad Clem.* 1. *num.* 11. *de reb. Eccl. non alien.* Rota Romana *decis.* 288. *num.* 12. apud Seraphinum, & *decis.* 26. *num.* 2. *p.* 1. *diuersorum.* Molina *de iustit. tom.* 1. *disp.* 445. *n.* 6. & *disp.* 466. & innumeri alij Iurisperiti à Mantica, vtroque Molina & ab Augustino Barbosa relati. Quorum fundamen- 319.

tum est, quod per locationem ad longum tempus in conductorem transfertur dominium vtile, & ius in re, ac proinde per eam constituitur ius in re, sicut per alienationem, vt præter allegatos tradunt etiam Ægidius Bellemera *decis.*747. Clarus *lib.*5. *sent.* §. *vltimo quæst.*82. *stat.* 5. *n.*4. Gomez *ad l.*40. *Tauri num.*84. Cæuallos *com. cont. com. quæst.*199. Gutierez, *in reg. l. nemo potest. n.*50. *ff. de leg. l.* & Canon. *qq. lib* 2. *cap.*8. *à n.*22. Moxxius *de contractibus tit. de diuisione locationis num.*7. Botellus *d. tit.*16. *num.*20. & plures alij Iurisperiti relati à Ludouico Molina *cap.*21. *num.*16. & 17. Mantica *d. lib.*4. *n.*6. & Augustino Barbosa *d. verbo* alienatio *citato n.*11. & *d. collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 11. idque præsertim per textum *in l.*1. §. *quod autem ait Prætor ff. de superficiebus*, illis verbis; *Et sanè causa cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competit.* cui textui vterque Molina, ait, congruum responsum adhiberi non posse. Quare iuxta hos Doctores, & communem sententiam locatio ad longum tempus appellatione alienationis rei Ecclesiæ continetur; ac proinde in ea locatione requiruntur solemnitates, quæ in alienatione rei Ecclesiæ etiam seclusa extrauaganti *Ambitiosæ*, & aliis iuribus illam expressè prohibentibus.

320. Quod tamen Calderinus *in cap. cum contingat de iureiurando*, Couarruuias *dict. cap.*16. *num.*2. & Rota *dict. decis.*26. *d. num.* 3. limitant, scilicet, vt prohibita alienatione censeatur prohibita locatio ad longum tempus, id intelligatur, quo ad effectum inualiditatis locationis, non ad effectum incursus pœnarum; ac proinde tales affictantes, seu locantes absque solemnitatibus, & inconsulto Romano Pontifice excusati; nec incidere in censuras, quod idem tenet Riccius *d. resolut.*116. & latè probat Couarruuias *d. num.*2. & notaui supra *num.* 140. Quamuis contrarium teneant Panormitanus, Molina, Vasquez & Palaus locis *eodem num.*140. citatis, & de rigore iuris ita videatur sentiendum; Et Prælatum, seu Rectorem locantem bona Ecclesiæ ad longum tempus, aut ad vitam locatoris attenta Paulina *Ambitiosa* in eiusdem Paulinæ pœnas incidere tradit Nauarrus *consil.*10. *de rebus Eccl. non alien. in* 2. *editione.* Limitans tamen in terris, in quibus prædicta Paulina secunda seruatur quo ad hoc vt locatio, vel datio ad longum tempus non valeat, sed non quo ad hoc vt locans, vel accipiens sit excommunicatus Pœnas vero *d. Clem.*1. *de reb. Eccl. non alien.* afficit tantum Religiosos locantes ad longum tempus, & non extenditur ad alios, vt dictum est supra *num.* 317.

321. Quæ autem sit dicenda locatio ad longum tempus, licet quod sit longum tempus, vel modicum iudicis arbitrio relinquatur, vt post alios Mænochius *d. casu* 5. *num.*11. & *casu* 31. *n.*5. Couarruuias *d. cap.*16. *n.* 1. *initio.* Mantica *d. tit.*4 *n.*8. & Molina *de iustit. d. disp.*445. in hac tamen locationis materia, locatio ad longum tempus dicitur, quando facta est ad decennium, seu decem annos, & vltra. ita Glossa *in l.*2. *ff. si ager vectigalis.* Glossa *in d. Clem.*1. *v.* locationes *de reb. Eccl. non alien.* Tiraquellus *d. glossa* 14. *n.*39. Redoanus *d. c.*14. *n.*3. Boërius *d. decis.*234. *n.*1. Nauarrus *in cap. consideret* § *defleat n.*5. *de pœnit. d.*5. Couarruuias *d. c.*16. *n.*1. Mantica *d. tit.*4. *n.*9. Ludouicus Molina *d. c.*21. *n.*29. Mænochius *d. casu* 5. *n.*8. Augustin. Barbosa *de verb. appell.* &c. v. alienatio *n.*12. & *d. collectan. ad Clem.*1. *n.*14. *de rebus Eccl. non alien.* Molina *de iustit. d. disp* 445 *n.*4. Azorius *p.*2. *lib.*7. *cap.*10. *q.* 3. Rebellus *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.*3. *q.* 5. *n.*6. & Iurisperiti communiter, quos latè referunt Mænochius, Mantica, vterque Molina. & Barbosa *locis citatis.* Similiter dicitur ad longum tempus. quæ fit ad nouem annos, eo pacto, vt finito eo tempore incipiat aliud, quod inductum excedat decennium, ita post Felinum *in cap. quæ in Ecclesiarum n.*87. *de constitut.* & alios Ludouicus Molina *d. cap.*21. *n.*29. §. & *etiam illa*, & faciunt tradita à Couarruuia *d. cap.*16. *num.*4 versic *primo.* De quibus *infrà.* Item dicitur locatio ad longum tempus alia, quæ fit ad vitam vel locatoris, vel conductoris, vt post alios Boërius *d. decis.*234. *num.*3. *fine.* Nauarrus *d. num.*5. & *consil.*10. *de reb. Eccl. non alien. in* 2. *editione.* Ludouicus Molina *d. num.*29. Couarruuias *d. cap.*16. *num.* 3. Mantica *d. tit.*4. *num.*11. Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.*114. Barbosa *dict. verbo* alienatio *num.*13. & Molina *d. disp.*445. *num.*5. Huius autem ratio iuxta Nauarrum, & Molinam Theologum *locis citatis* est, quia vita hominis longè maior decennio reputatur. *l. vltima Cod. de sacros. Eccl.* & *l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam.* Quod si is, ad cuius vitam fit locatio, esset tam senex, vt iuxta supputationem *d. l. hæreditatem* non censeretur victurus decem annos, tunc locationem non dici ad longum tempus, & fieri posse absque solemnitate tradunt *locis citatis* Molina, & Couarruuias. Quamuis Vasquez *opusc. de redditib. cap.*2. §. 2. *num.*23. & Castrus Palaus *tom.*2. *tract.*13. *disput. vnica. puncto* 14. dicant verius esse talem locationem absque solemnitatibus factam non valere, & ita etiam videtur sentire Riccius *loco citato* quia cum contingens semper sit senem illum victurum vltra nouem annos, locatio illa saltem sub dubio extenditur ad longum tempus, quod non licet: Ponatur enim senem viuere decimo anno, in tali casu locatio non valet, vt inquit Vasquez. quia alioqui valeret locatio ad longum tempus contra superius tradita; quælibet autem locatio subest huic periculo, ergo à principio fuit inualida; quia à principio totum illud tempus comprehendit. Quibus tamen non obstantibus sustinenda est sententia Couarruuiæ, & Molinæ; nam consideratio Iurisconsulti *in dict. l. Hæreditatem* etiam in aliis quæstionibus præter legis Falcidiæ rationem admittenda est, vt ex Bartholo *ibidem* notat Idem Couarruuias *loco citato*, & res iudicandæ sunt à communiter accidentibus. Etiam locationem, quæ fit pro tempore, quo conductor, vel locator voluerit, dici ad longum tempus post Decium, Socinum iuniorem, & Pinellum tradit Ludouicus Molina *dict. cap.*21. *num.*29. *fine.* Quamuis alter Molina *d. num.*5. *fine*, Aluarus Velasco *de iure Emphyt. quæst.*19. *num.* 4. id dicant verum esse solum, quando fit in tempus, quo locator voluerit. Ex quibus constat attenta sola dispositione iuris Canonici de non alienando res Ecclesiasticas absque solemnitatibus à iure in tali alienatione requisitis ante dictam. Extrauagantem *Ambitiosæ* Pauli secundi non esse licitam, neque validam locationem bonorum Ecclesiasticorum absque iuris solemnitatibus factam ad longum tempus, aut in totam vitam locantis nisi fieret sub conditione, si ante decennium finiatur, id quod etiam in terminis notarunt Couarruuias *d. cap.*16. *num* 3. *initio*, & *num.*5. *fine*, & Molina *d. disput.* 466. *num.* 5. versic. *hinc constat.* Vbi etiam aduertit, quod quando Panormitanus cum Glossa secunda 2. *cap. vlt. ne Prælati vices suas num.*4. dicit Rectorem Ecclesiæ posse locare fructus pro toto tempore vitæ suæ, intelligit id negatiuè, scilicet, non pro tempore vltra vitam suam, vt in sequentibus se ipsum exponit in eodem capite, quia si locatio nomine proprio sit facta, vt regulariter fit, non tenetur successor stare locationi vltra tempus vitæ prioris locatoris, etiamsi ad modicum, & paucos annos sit facta, non tamen intelligit Rectorem posse locare nomine proprio vnica locatione, seu simul fructus Ecclesiæ in totum tempus vitæ suæ, si vita decennio duret; quia transferret vtile dominium, quod sine causa iusta, & seruata debita solemnitate fieri non potest. ita Molina.

Notantur aliqua circa intellectum Extrauagantis Ambitiosæ, *quatenus in ea prohibetur locatio vltra triennium.*

Et prædicta iuxta dispositionem iuris ante præfatam Extrauagantem *Ambitiosæ* Pauli secundi, in qua omnino prohibetur

prohibetur locatio bonorum Ecclesiasticorum etiam infra decennium,& ad modicum tempus vltra triennium, nisi fiat cum solemnitate, & beneplacito Apostolico vt *num.* 317. dictum est, & tradunt Doctores *ibidem* citati.

322. Circa quam extrauagantem, quatenus prohibet alienationem vltra triennium absque assensu Apostolico, aduertendum procedere etiam in Prælatis Regularibus, & in monasteriis,vt constat ex decreto S.Congregationis, de quo *supra* §. 2. & tradiderunt Rota *in supra allegata decis. Senensis Pradij coram Pamphilio*, & alij Doctores, quos refert Riccius *p.* 1. *praxis aurea decis.* 109. Procedere etiam vt non possint duo beneficiati in eadem Ecclesia alter alteri locare ad longum tempus, puta vita durante, & vltra triennium prædia obuentionis, seu portionem obuentionem, & fructuum suorum absque assensu Apostolico tradunt Nauarrus *consil.* 10. *tit. de rebus Eccles. non alien. in* 2. *edit.* Boërius *decis.* 214.*num.*2. & Riccius *d. decis.*109.*num.*3.

323. Non procederet autem vbi adesset consuetudo in contrarium nempè locandi vltra triennium; nam tunc locatio vltra triennium non requireret solemnitatem *dictæ extrauagantis*, sed seruanda esset consuetudo. ita Parisius *consil.*98. *lib.* 1. Gama *decis. Lusit.* 388. *fine.* Quaranta *v.* alienatio *num.* 18. versic. *Quinto.* Riccius *d. resolut.* 109. *num.* 4. & alij. Dicta enim Extrauagans etiam vbi recepta est, contraria consuetudine tolli potest in totum, vel in parte iuxta *cap. fin. de consuetudine*, & in terminis Couarruuias *d. cap.* 16. *num.*6. versic. *Quinto.* Et Mediolani adesse consuetudinem locandi res Ecclesiæ ad nouem annos triplici locationis contractu testatur Bonacina *tract. de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 2. *num.* 24. versic. *Hoc tamen.*

324. Non procedit etiam in locatione vltra triennium terrularum, & rei inutilis, & exigui valoris iuxta tradita supra *num.* 93.& 94. & iuxta *can. terrulas* 12. *q.*2. quem textum procedere non solum in alienatione, sed etiam in locatione ex Thoming. *decis.* 23. & Crotto *consil.* 96. *num.* 14. *vol.* 1. tradunt Riccius *d. resolut.* 109. *num.* 5. & Augustinus Barbosa *collect. ad can. terrulas num.* 2. & notauit etiam Quaranta *d. num.* 18. versic. *secundo declaratur.*

325. Rursus quod in eadem extrauaganti *Ambitiosa* decernitur de locatione vltra triennium, vt non possit fieri sine solemnitate & assensu Apostolico, intelligitur de rebus Ecclesiæ, quæ quotannis coluntur, & singulo annu fructus reddunt; si vero eius fuerint conditionis, vt tantum quolibet biennio, vel triennio aut quinquennio fructus reddant, earum rerum locatio absque solemnitate potest fieri ad sex annos, & vsque ad nouem & quindecim; ita quod tunc biennium, vel triennium vel quinquennium pro vno anno computari debeat. ita Couarruuias *d. cap.*16. *num.* 6. Nauarrus *in com. de alien. rer. Eccles. num.* 31. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.*3. *n.*22. Quaranta *v.* alienatio *num.* 18. Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 111. Vgolinus *d. cap.*14. §. 7. *post num.* 12. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapol. cap.* 60. *num.* 10. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 4. *de iure vniu. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 30. & *collect. ad d. extrauag.* Ambitiosæ *num.* 9. etiam Vasquez *in opusc. de redditibus cap.* 2. §. 2. *num.* 30. Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 8. & *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 2. Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 3. *num.* 24. & Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 2 *q.* 3. Pyrrhus Corradus *de disp. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 14. & alij relati à Barbosa *d. collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *citata num.* 9. & *d. alleg.* 95. *num.* 4. & à Riccio *d. resolut.* 111. Quare sylua cædua Ecclesiæ hac ratione locari poterit, non tamen anticipatis solutionibus iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess.* 25. *cap.* 2. *de reform.* quia fieret in præiudicium successoris. Hugolinus, & Riccius *locis citatis*. Ex quibus infertur in Emphyteuta rei, quæ non fructificet nisi tertio quoque anno, rem non deuolui Ecclesiæ, si non soluerit per quinquennium, neque per octo annos, si non soluerit; vt etiam *cap. poterit de locat.* & *l.* 2. *Cod. de iure Emphyt.* & tradunt Baldus *consil.* 991. *num.* 16. *vol.* 3. & *consil.* 17. *num.* 4. *vol.*1. Iason *in auth. qui rem*, vbi etiam Alexander *in Cod. de Sacros. Eccles.* & Hypolitus *sing.* 409. quos refert Riccius *d. resol.* 111. *num.* 4. Quod si prædium Ecclesiæ fructus bis in anno attulerit, ipsa locatio ad triennium tantùm fieri potest sine Apostolica authoritate ad præscriptum eiusdem extrauag. *Ambitiosa.* vt etiam expressè Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 14. versic. *è contra*: vbi addit id non esse putandum superuacaneum, cum regiones quædam adsint adeo fœcundæ & vberes vt fructus bis singulis annis ferant; vt euenit in partibus Indiarum, quæ bis æstatem habent, de quibus & aliis similibus. Martianus Capella *lib.* 6. & Tiraquellus *ad l. boues ff. hoc sermone.* & Pyrrhus *loco citato.*

Non prohibetur etiam per dictam extrauagantem fieri locationem citra triennium, cum præfata extrauagans non iubeat locationes fieri vsque ad triennium, sed ne vltra fiant absque solemnitate, & beneplacito Apostolico prohibeat. Quare poterit etiam triennium illud per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos, vt docuerunt Alexander *consil.* 160. *à num.* 6. Ancharanus *consil.* 116. *num.* 15. & Cardinalis *in cap. vlt. num.* 2. *ne Prælati vices suas* quoa ad id refert, & sequitur Barbosa (cui etiam adhæret Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *disp. vnica p.* 14. *num.* 10.) *d. collect. num.* 10. & *d. allegat.* 95. *num.* 18. vbi addit valida etiam esse statuta, quibus ordinatur, ne alia locatio valeat, quam si fuerit à Prælatis confirmata prout eodem Barbosa referente fertur seruari in diæcesi Bracharensi. ita Ancharanus *consil.* 111. & Iason *in l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Trebel.* ab eodem Barbosa allegati; & prædicta procedunt de plano; dubitatur de sequentibus. & 326.

Beneplacitum Apostolicum an requiratur in mandato ad locandum res Ecclesiasticas vltra triennium, sicut requiritur ad ipsam locationem vltra triennium.

Primum dubium est, an prædicta Extrauagans *Ambitiosæ* non solum prohibeat locationem vltra triennium, sed etiam mandatum ad locandum res Ecclesiæ, vel beneficij vltra triennium; ita vt si tale mandatum alteri concedatur absque assensu Apostolico non teneat. Affirmatiuè respondet Couarruuias 2. *var. d. cap.* 16. *num.* 6. versic. *Quarto*, propterea dicens, quod si detur alicui mandatum ad locandas res Ecclesiæ, erit intelligendum vsque ad triennium tantum, quo finito procurator absque nouo mandato non poterit iterum locare; & idem si mandatum expressè detur ad locandum bis, ter, & pluries, ad triennium tamen, mandatum enim finitur elapso primo triennio; prout etiam respondit Decius *consil.* 282. dicens alioqui fieri posse fraudem prohibitioni iuris Canonici, si quis ex mandato Beneficiarij, vel Administratoris posset habere potestatem perpetuam, vel vltra triennium ad locandas res Ecclesiæ, si quidem esset quædam perpetua locatia, etiamsi mandatarius ad triennium tantum locaret eas res, & eo finito, deinde ad aliud triennium: & ita etiam sentiunt Redoanus *q.* 6. §. *vltimo num.* 3. & 4. & Graff. *decis. aur. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 30. relati à Garzi *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 71. & à Riccio 1. *p. praxis aurea resolut.*94. & etiam Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 5. & Vasquez *opusc. de redditibus cap.*2. §.2. *dub.*6. 327.

328. At contrarium, & valere mandatum Procuratori conceſſum, vt finita prima locatione aliam, & aliam eiuſdem rei facere poſſit ſentiunt Garzias *d. cap. 1. num. 72. & 73.* Riccius *d. reſol. 94.* Molina *de iuſtit. to. 2. d. diſp. 466. fine.* & Caſtrus Palaus *to. 1. tract. 11. diſp. vnica puncto 14. num. 9.* aſſerentes ſententiam Couarruuiæ nullo ſolido fundamento, aut iure niti; & quod eſſet irrationabile, quod Beneficiarius ex iuſta cauſa abſens in partes longinquas non poſſet dare mandatum ad locandas res ſui beneficij, ſeu Eccleſiæ toto tempore, quo abſens fuerit. Et cum mandatum poſſit reuocari dici non poteſt fraudem fieri poſſe iuris prohibitioni. Neque conceditur facultas locandi vltra triennium, ſed ad plura triennia ſucceſſiuè, quod nullo iure prohibitum eſt; nam ſicut Beneficiarius, aut Adminiſtrator rei Eccleſiæ poteſt locare ipſam rem Eccleſiaſticam locationibus triennalibus ſucceſſiuis; ita poteſt alteri vices ſuas demandare. Quare vt tale mandatum valeat, non requiritur aſſenſus Apoſtolicus.

Adminiſtratio, & Gubernatio Hoſpitalium eidem perſonæ non poteſt vltra triennium committi niſi interueniente Papæ authoritate; & notantur aliqua ad intellectum cap. 8. ſeſſ. 25. Concil. Trident. de Reformat.

329. Cum autem Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 8. de reformatione fine*, poſt alia de Hoſpitalibus ſtatuerit, quod *adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni, & eidem perſonæ vltra triennium deinceps non committantur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quoad prædicta quacunque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, ſeu priuilegiis, aut indultis quibuſcunque*, cuius triennij tempus ideo (vt ex Stephano VVeims ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concilium Trident. innouatas *conſtitutione 16. num. 32.* notat Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. 8.* verbo. *Quod ſi Hoſpitalia*) determinauit S. Synodus, quia ex maiori temporis anguſtia, ſeu limitatione minor eſſe ſolet occaſio ambiendi, cum nemo facile ſit appetiturus, quod præuidet diu non duraturum; Ad conſtituendum Adminiſtratorem horum locorum duraturum vltra triennium neceſſarium erit beneplacitum Apoſtolicum, vt notauit Riccius *p. 1. praxis aureæ reſolut. 93.* Quod decretum comprehendit etiam hoſpitale, cuius à trecentum annis citra collatio, & inſtitutio in perpetuum titulum adminiſtrationis dari conſueuit, vt cenſuit S. Congregatio, cuius declarationem referunt Farinacius *ad d. cap. 8.* Auguſtinus Barboſa *loco citato.* Riccius *d. reſolut. 93.* & Garzias *de benefic. p. 1. cap. 3. num. 9.* & rationem reddit ſacra Congregatio, quia Concilium excipit vnum caſum duntaxat, videlicet, quando aliter in fundatione cautum eſt: per expreſſionem enim iſtius exceptionis intelligitur generaliter ſuo decreto comprehendiſſe omnes alios caſus, quibus committi non poſſit adminiſtratio vltra triennium; & ſic Sacra Synodus nullam voluit conſuetudinem quantumuis immemorabilem obſtare huic decreto de non committenda vni eidemque perſonæ adminiſtrationem hoſpitalis vltra triennium. Procedit etiam, ſeu loquitur præfatum decretum in Adminiſtratoribus hoſpitalium, non autem aliorum piorum locorum, vt cenſuit eadem Sacra Congregatio, vt teſtatur Garzias *loco citato.*

330. Vtrùm verò præfatum Concilij decretum procedat etiam, quando Hoſpitale eſt vnitum alicui Eccleſiæ, ſeu beneficio, vt vnione non obſtante, eius adminiſtratio ſit committenda alicui vſque ad triennium duntaxat. Pro negatiua Garzias *d. cap. 1. num. 12.* ait facere, quod credendum non videtur eſſe de mente Concilij tollere vnionem, & illa verba, *non obſtante quoad omnia ſupra dicta, quacunque vnione*, quæ habentur in derogatione *in fine* poſita, non videntur referenda ad dicta in eo verſiculo, *Nec adminiſtratio &c.* ad quæ commodè referri non poſſunt, ſed ad ſuperiora, cum ſit facienda diſtributio accommoda ad tradita per Felinum *ad cap. cauſam, quæ de reſcript. num. 4. & 5. limitatione.* & Ant. Gab. *de clauſula concl. 9.* Nihilominus idem Garzias *num. 13.* quem ſequitur Riccius *d. reſolut. 93.* verius eſſe contrarium concludit ex dictis verbis, quæ videntur clara, cum dicitur, *Quoad omnia ſupradicta*; & dici poteſt Concilium non tollere in totum vnionem; ſed quod ea non obſtante Eccleſia, ſeu is, cui facta eſt vnio, non poſſit in perpetuum vltra triennium deinceps adminiſtrare, & gubernare hoſpitalia, ſed quod debeat aliis committere ad triennium.

Locatio rei Eccleſiæ abſque aſſenſu Apoſtolico facta ad ſex, vel nouem annos cum clauſula; Vt ſint tot locationes quot triennia, *non valet vltra primum triennium; vbi quod locatio, quæ vltra certum tempus prohibetur, non poteſt fieri vſque ad tempus permiſſum cum pacto renouandi.*

Dubium ſecundum, an ſi à Prælato, ſeu Eccleſia, vel monaſterio fiat abſque aſſenſu Apoſtolico locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium hoc modo, ſcilicet, *ad ſex, vel nouem annos*, cum clauſula, *quod tot ſint locationes, quot triennia*, vel *quod finito primo triennio ex tunc cenſeatur locata pro alio triennio*, ſeu *quod facta ſit noua locatio*: huiuſmodi locatio valeat vltra primum triennium, nempè pro ſecundo, & tertio triennio non obſtante d. extrauaganti *Ambitioſæ.* Reſpondet affirmatiuè Baldus *in cap. 1 §. libellario quibus mod. feud. admitt.* & *in l. voluntas Cod. de fideicom.* quia etſi locatio ab initio fiat ad plures annos, tamen verè tot ſunt contractus, ſeu locationes, quot ſunt triennia, quę à iure ſunt permiſſa, & conſequenter nulla ex his iuri repugnat. 331.

Contrarium, & huiuſmodi locationem, vt in fraudem legis factam eſſe inualidam vltra primum triennium aſſerunt Doctores communiter ita Lapus *alleg. 12.* Alexander *conſil. 165. lib. 2.* & *conſil. 104. num. 6. lib. 3.* Velaſcus *de iure emphyt. q. 29. num. 15.* Redoanus *de alien. rer. Eccleſ. q. 58. num. 30.* Couarruuias *3. var. cap. 16. num. 4.* Mantica *de tacit. & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 4. num. 20.* Garzias *de benefic. p. 2. cap. 1. num 62.* Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 95. num. 17.* & *collect. ad extrauag.* Ambitioſæ *num. 13.* Molina *de iuſtit. to. 2. diſp. 466. num. 8 §. an vero locatio.* Azorius *p. 2. lib. 9. q. 3.* Caſtrus Palaus *d. p. 14. num. 3.* Vaſquez *d. §. 2. num. 25.* & Iuriſperiti, quos latè referunt Couarruuias, Velaſcus, Mantica & Barboſa. Et quod huiuſmodi locatio tanquam facta in fraudem legis ſit prohibita, cenſuit Rota Romana *in Placentina bonorum 1. Septembris 1585. coram Bubalo* vt teſtatur Mantica, & *deciſ. 30. num. 4 p. 1. in recentioribus Farinacij.* & hæc ſententia probatur concludenter ex auth. *de non alien. reb. Eccl. §. quod autem dictum eſt.* verſic. *nec illud coll. 2.* vbi dicitur (vt notat Angelus, & alij) quod ſicut Emphyteuſis rei Eccleſiæ non poteſt concedi vltra tertiam generationem, ita non poteſt concedi ad tertiam generationem cum pacto renouandi, quia hoc videtur fieri in fraudem conſtitutionis; quamuis ea proprietate ſermonis conceſſio non ſit facta vltra tertiam generationem; ac proinde tale pactum non valere; ex quo textu in præſenti caſu, & ſimili manifeſtè colligitur, quod ſi locatio non poteſt fieri vltra certum tempus non poſſit etiam fieri vſque ad tempus permiſſum cum pacto renouandi eo tempore finito. vt Aretinus *vbi ſuprà,* & *in l. ſi quis ante n. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* 332.

Conarruulas, Mantica, Azorius, Palaus, & alij à Couarruuia & Mantica relati: quia tale pactum est in fraudem legis, vt Conarruuias, & Mantica post alios *locis citatis*. Vnde non est approbandum dictum Soprani *in appendic. ad Filliucium tract.* 44. *cap.* 2. *q.* 8. & Bonacinæ *de alien. rer. Eccles. q. vnica. p.* 2. *num.* 24. versic. *sed aliorum*, assetentium in contractu locationis rei Ecclesiæ ad triennium vbi per publicam scripturam posse addi, seu fieri promissionem de renouanda, seu facienda locatione vltra triennium, eo quod hæc promissio non sit locatio, nec alienatio, sed obligatio personalis locandi, seu alienandi: obstat enim huic doctrinæ præfatus textus in *d. versic. illud.* cùm enim huiusmodi promissio sit pactum, & conuentio renouandi vltra triennium, censetur prohibita per extrauagantem; sicut ipsa locatio vltra triennium; sicut censetur prohibita promissio dandi Emphyteusim vltra tertiam generationem iuxta dictum textum, & id confirmant tradita supra *num.* 245. si vero de dicta promissione relocandi, seu renouandi locationem finito primo triennio non fieret scriptura publica; sed Prælatus, aut Beneficiatius locans solum priuatim promittat se renouaturum locationem elapso triennio Azorius, & Palaus *locis citatis*, & Scontia *in selectas constitut. epitom.* 43. *theoremate* 115. aiunt id non censeri prohibitum *in d. extrauaganti*; quia, inquiunt, hæc priuata promissio non est nec formalis, nec virtualis locatio, nec ex illa dici potest quis locare vltra triennium, sed solum priuatim promittere locaturum; nam sicut futuri matrimonij promissio non est matrimonium; ita nec promissio locationis futuræ, est locatio. Sed neque id puto verum quia prohibita locatione vltra triennium, censeri debet prohibita etiam promissio locationis vltra triennium iuxta tradita suprà *d. num.* 245. sicut etiam prohibito inter aliquos matrimonio est prohibita promissio de matrimonio contrahendo. Vtrùm autem hæc locatio valeat quo ad primum, vel in totum sit nulla explicatur *infra* dubio sequenti.

333. Limitant Alnatus Velascus, Molina, & Castrus Palaus si locatio pro secundo triennio non eidem, sed diuersæ personæ facta esset, quia tunc cessatet præsumptio fraudis.

334. Limitat secundò Velascus, vbi locatio pro secundo triennio fieret eidem personæ pro diuersa pensione, quia non censeretur prorogatus primus locationis contractus; sed initus alius de nouo. Hanc tamen limitationem reiiciunt Molina *d.* §. *at verò locatio*, & Palaus *d. p.* 14. *num.* 4. quia esto varietur pensio, tamen ob id non cessat præsumptio fraudis, quæ cum pensionis variatione facile interuenire potest; nec eadem variatio impedit, quo minus locatio dicatur, & sit facta eidem personæ vltra triennium contra prohibitionem iuris, quod non tam attendit, quod sit pro eadem, aut pro diuersa pensione, quam quod res Ecclesiæ non locetur eidem vltra triennium. Ao verò si facta locatione pro triennio ante illud finitum Prælatus renouet eidem conductori locationem, valeat hæc renouatio. Palaus *d. num.* 4. respondet valere, si fiat post secundum annum, quia tunc videtur cessare præsumptio fraudis, & nouus contractus effici, & res de nouo locari, non verò primus contractus continuari; & quia in tali casu primus contractus censetur finitus, cum partum pro nihilo reputetur; & id mihi videtur indubitatum, & constare ex praxi; nam vt plurimum tertio anno multum ante illius finem solent renouari locationes rerum Ecclesiæ eidem personæ, vel fieri locationes personæ diuersæ: si autem ista renouatio locationis ad aliud triennium eidem personæ, etiam pro diuersa pensione fiat ante captum secundum annum, respondet idem Palaus probabile esse, renouationem esse nullam, quia præsumitur facta ex fraude; & quia verè esset locatio ad quinquennium contra d. extrauagantem *Ambitiosæ* & consonat traditis *num.* 332. & indicat etiam Molina *loco citato*, nam sicut non licet à principio cum eodem facere contractum locationis ad sex annos, etio clausula quod sint duæ locationes; ita etiam non licet in diuersis contractibus, & instrumentis, nisi primus contractus locationis breui sit terminandus. ita etiam sentit Redoanus *q.* 55. *num.* 12. vbi dicit, quod si quis locauit res Ecclesiæ ad nouem annos, quæ iure antiquo valet si elapsis duobus, aut tribus annis relocat ad alios nouem annos inchoaturos in fine primi nouennij non valet hæc relocatio; quia censetur facta in fraudem & contra *Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alienandis.*

An locationis instrumentum de biennio in biennium vsquequo conductor vixerit sit nullum in vim Extrauag. Ambitiosæ.

Ex dictis patet, quod si fiat instrumentum locationis rei Ecclesiæ de biennio in biennium vsquequo conductor vixerit, esse nullum in vim dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*, ac proinde habere locum pœnas eiusdem Extrauagantis, prout etiam ita fuisse tentum per Rotam Venetam refert Thomas Treuisanus *decis.* 21. *p.* 1. relatus à Riccio *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 114. idem asserente; cum in eadem Extrauaganti annullentur quicunque contractus, nempè Emphyteusis, & locationes ad longum tempus; & etiam vltra triennium; & præfata locatio de biennio in biennium ad vitam conductoris sit vltra triennium, & ad longum tempus iuxta tradita supra *num.* 321. versic. *item dicitur*, & Doctores *ibidem* citatos. Et si dicatur non posse dici ad longum tempus, quia vita ipsius conductoris non habet tempus determinatum, nam mors non habet diem, & horam limitatam, nisi quoad Deum, & ob ætatem, vel complexionem, vel ob peccata mors citius præsumitur Glossa *in cap. qua fronte*, verbo *decedat de appellat.* respondetur ex dictis *d. num.* 321. citato versic. *item dicitur* vitam hominis longè maioram decennio reputari; quid vero si conductor sit longæuus ætate, & valde senex excedens annum sexagesimum *ibidem* resolutum est. 335.

An locatio rerum Ecclesiasticarum absque assensu Apostolico facta vltra triennium, & tempus à lege permissum in totum sit nulla, an vero sustineatur pro triennio, & tempore non prohibito.

Dubium tertium est, vtrum locatio bonorum Ecclesiasticorum in singulos annos fructus producentium absque beneplacito Apostolico, & debitis solemnitatibus iuris facta vltra triennium, ad sex, vel nouem annos, vel tempus longum, puta ad decennium, & vltra, vel ad vitam locatoris, valeat quoad triennium, & tempus permissum; an vero in totum vitietur, & sit nulla etiam quoad triennium: de quo dubio latissimè Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 5. *tit.* 5. *per totum* disputans latè in vtramque partem; & esse validam quoad triennium, & tempus permissum tenent Baldus, Curtius iunior, Tiraquellus, Clarus, Gam. Vtsillus, *Magonus* locis *supra num.* 305. allegatis. Quaranta *v.* alienatio *num.* 18. versic. *hunc articulum*. Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. § 7 *num.* 5. versic. *quarto*, Gutierez *can. qq. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 6. Cæuallos *com. cont. comm. q.* 199. *n.* 16. Ludouicus Molina *de primog. Hisp. lib. cap.* 21. §. *contrarium*. Molina Theologus *de iust. to.* 2. *disp.* 467. *per totam*. Botellus *in sum. decis. tit.* 16. *n.* 6. Augustinus Barbosa *de pot. Episc. alleg.* 95. *n.* 8. *& seqq.* & *collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *n.* 12. Paulus de Castro, Alexáder, Romanos, Aretinus, Decius, Sylue ster Aldobrādinus, Claudius de Seyssel, Perez, Vincētius Catoccius & & alij Iurisperiti relati à Ludouico Molina, Botello, Barbosa, Cæuallos *locis citatis*, Redoano *q.* 58. *n.* 31. *& seq.* Rota Romana *decis.* 30. apud Farinacium *p.* 1. Mantica 336.

de

de tacitis, & ambiguis conuent. lib.5. tit.5. num.19. (qui etiam in hanc sententiam potius videtur inclinare) Garzia *de benefic. p. 2. cap. 1. num. 48. & 49.* & à Couarruuia *lib. 2. var. cap.16. num.5.* qui versic. *præmissa Baldi,* ait hanc sententiam esse frequentiori calculo receptam; & magis communem dicit Mantica *d. num.19.* & ab ea non esse recedendum in praxi ait Cæuallos *vbi suprà.* & etiam Flores *in addit. ad Gammam decis.156.* licet secundum rigorem Extrauagantis *Ambitiosæ*, & in puncto iuris ipse verius credat in totum vitiari. Hanc eandem sententiam tenet Rebellus *de oblig. iustitiæ p. 2. lib.14. q.6.* Fundatur hæc sententia præcipuè motiuis suprà *num. 301.* adductis, scilicet, tum ex textu *in auth. de reb. Eccles. non alien. §. quod autem dictum* versic, *neque illud*, vbi emphyteusis concessa vltra generationem permissam, scilicet, vltra tertiam, nempè cum pacto renouandi in quartam generationem, non vitiatur quoad generationes permissas, sed tantum quoad quartam, seu quoad pactum renouandi in quartam generationem, tum ex regula, quod vtile per inutile non vitiatur in diuiduis: in proposito autem sumus in diuiduis, diuidi enim potest pensio vnius anni à pensione alterius anni; & tempus permissum separari à prohibito, tempus enim consistit in quantitate numerali, & discreta, quatenus per annos, menses, & dies diuisionem recipit; ergo si locatio rei Ecclesiæ facta sit longiori tempore, quam lex ipsa patiatur, debet reduci ad tempus à lege statutum. Præter hæc in confirmationem adducuntur alia similia. Quod ob præfatam regulam donatio vltra quingentos aureos non insinuata regulariter valet vsque ad quingentos *l. sancimus coniuncta l. penult. ad fin. Cod. de donat.* Item donatio omnium bonorum generalis præsentium, & futurorum, licet de iure non valeat in totum, valet quoad bona præsentia. vt Dreios post alios *in l. fin. Cod. de pactis.* & Vrsillus *ad decis. 107. Afflicti num. 4.* item si absque assensu Domini concedatur feudum, & allodium licet non valeat concessio feodalis, valet concessio quoad allodium *cap.1 §. ad hoc de pace iur. firm. & ibi* Andreas & alij relati ab Vrsillo vbi supra *num. 2.* Item vnitas locationis, seu conceßionis non facit, vt si vna persona sit inhabilis, in alia habili concessio non valeat *l. si duo rei de verb. oblig.* & *l. 1. §. communis seruus ff. de stipulat. seru.* & Mantica *d. tit. 5. num. 24.* Item si census sit creatus partim pecunia, partim mercibus valet, qua parte respondet pecuniæ numeratæ, nisi constet de mente contrahentium, vt si totus non valeret, nihil fieret. ita Fricianus *to. 2. de censibus lib.2. cap. 4. num.6. & 7.* & Salas *de contractibus tract. de censibus dub. 8. propè finem.* Item concessio indulgentiæ in Ecclesiarum dedicationibus, & aliis quibuscunque casibus per Episcopum facta vltra tempus sibi permissum, puta vltra quadraginta dies, est valida quoad quadraginta, licet sit inualida quoad excessum, vt Glossa *in cap. indulgentia* verbo *non obtinent de pænit. & remiss. in 6.* ita explicans illum textum: licet contrarium teneat Afflictus *d. decis.107. num. 3.* alia similia adducit Vrsillus, in quibus actus, quoad rem permissam valet, licet non valeat quoad rem prohibitam propter illam regulam, quod vtile per inutile non vitiatur in diuiduis.

337. Limitatur tamen hæc sententia vt non procedat vbi ex aliquibus probabilibus coniecturis appareat contrahentes, seu alterum eorum, locatorem, seu conductorem non contracturos, seu facturos locationem, vel conductionem pro minore tempore, quam conuentum fuit; tunc enim contractum censeri indiuiduum, & inseparabilem, quamuis quoad tempus, ac pretium aliàs separationem recipere posset, & consequenter esse nullum etiam quoad breuius tempus inclusum in maiori inualido, & non permisso tradunt Vrsillus, Gutierez, Quaranta locis *supra* allegatis, Ludouicus Molina *d. cap. 21. num. 28. §. quod intelligendum*, Tiraquellus *de retractu leg. §. 23. glossa 1. num.28.* Alter Molina *dicta disp. 467. num.3.* Augustinus Barbosa *d. alleg. 95. num. 12.* Rota *d. decis. 30. num. 4. p. 1. diuersorum in recentioribus Farinacij*, & alij, quos latè referunt Ludouicus Molina, & Barbosa *locis citatis.* Couarruuias *d. cap. 16. num. 5.* versiculo *sed præmissa.* Mantica *d. tit. 5. num. 32.* & Ciarlinus *controu. to. 1. cap. 105. num. 198. & to. 2. cap. 183. num. 90.* Et vna coniectura est, si valdè damnosum esset Ecclesiæ, vel conductori tempus vtile, & permissum separari ab inutili, seu prohibito; seu multum interesit alteri ex contrahentibus contractum valere pro omni tempore, non pro minore; tunc enim censetur contrahentes non aliter fuisse contracturos, ac proinde contractus in totum vitiatur, ita colligitur ex *l. fundus* iuncta Glossa *ibi*, & communi doctrina scribentium; & tradunt post alios Couarruuias, Mantica, Ciarlinus *locis citatis*, Ludouicus Molina *d. n.18. §. illud tamen.* Alter Molina *d. num. 3. versic. addit Molina.* & Rota *d. num. 4.* vbi notat esse interesse notabile ad huiusmodi coniecturam, quando locatio pro tribus primis annis facta est pro libris 4500. & pro reliquis tribus annis pro libris 4000. hinc enim ait Rota præsumi conductores non aliter contracturos, quam pro sex annis. Aliam coniecturam ponit Couarruuias *d. num. 5. versic. eadem ratione*, si locatio facta sit ad totam vitam conducentis, quia non sit credendum contrahentes pro eadem pensione quotannis celebraturos similiter fuisse contractum ad solum triennium, aut ad tempus modicum, longe enim minori pretio res ad vitam, quam ad singulos annos respectu cuiuslibet anni locari solet; & consequenter ex mente contrahentium locatio est indiuidua, nec potest separari tempus permissum à non permisso. Quod vero ae rationi consonum ait vterque Molina *locis citatis*, licet velint id esse verum ex alia ratione, nempè quia locatio ad vitam est alienatio, & Emphyteusis, & sic distinctus specie contractus à locatione ad modicum tempus citra decennium (vt in sequenti limitatione explicabitur) ac proinde à toto tempore, & in toto eo contractu separari non possit tanquam pars illius locatio ad modicum, quæ est alterius rationis.

Tertiam coniecturam ponunt alij, scilicet, quando locatio rei Ecclesiæ vltra tempus permissum ad sex vel nouem annos facta est vnico pretio, seu vnica pensione constituta pro omnibus annis, tunc enim aiunt locationem in totum corruere; & esse nullam etiam quoad primum triennium; non tantum, quod tunc vnica tantum pactio, & locatio censeatur, quæ diuisionem commodè non patiatur, vt vult Couarruuias *d. num. 5. versic. ex his etiam*; sed etiam quia ex illa vnica pretij, seu pensionis assignatione pro omnibus annis videatur satis constare contrahentes pro paucioribus annis non contracturos. ita Tiraquellus *d. Glossa 1. num. 12.* Quaranta loco *supra* citato Mantica *d. tit. 5. num. 21.* Barbosa *d. allegat. num. 13.* Rota *decis. 709. num. 6. p. 1. diuersorum.* Megalius *secunda secunda p. instructionis lib. 2. cap. 8. num. 87. fine.* & alij relati à Mantica *loco citato*, & Ludouico Molina *d. num. 28 §. ex quibus.* Ipse tamen Ludouicus Molina *§. quamuis alter Molina d. num. 3.* Hugolinus loco *supra* allegato, & Clarus *§. Emphyteusis q. 6. num. 2. versus finem* sentiunt contrarium, nisi aliæ sint coniecturæ contrahentes noluisse celebrare contractum nisi pro toto tempore: vnicum enim pretium, seu vnica pensio non est sufficiens coniectura, quando tempus totum locationis est vniforma, & pretium, seu pensio commodè diuidi potest æqualiter per singulos annos, vt in præsenti; potest enim pretium pro rata in singulos annos distribui, & commodam diuisionem in hunc sensum huiusmodi locatio patitur. Neque ex eo quod vno

pretio

pretio pro omnibus annis fit facta locatio, & quod vnica censeatur locatio in totum id tempus, sequitur vtile ab inutili diuidi non posse; sicut in vna donatione vltra quingentos aureos, quæ fine insinuatione fieri non potest, vtile ab inutili separatur, vt dictum est supra. ita vterque Molina *locis citatis*.

338. Limitatur præterea eadem sententia Baldi, & aliorum Doctorum magis communis, vt procedat in locatione rei Ecclesiæ vltra triennium citra tamen decennium, puta facta ad sex, vel nouem annos; non autem si sit facta ad longum tempus, nempè ad decennium, & vltra, aut in totam vitam conductoris, vel locatoris; hoc enim casu locationem vitiari in totum, nec sustineri pro tempore permisso, tradunt Couarruuias *d. num. 5. fine*, Gutierez *d. cap. 13.* Ludouicus Molina *d. num. 28 §. sed quamuis*, Garzias *d. cap. 1. num. 12.* Augustinus Barbosa *d. alleg. 95. num. 14.* alter Molina *d. disp. 467. num. 2.* versic. *hac muris*, Rebellus *d. q. 6. num. 2.* & alij relati à Barbosa. Ratio iuxta Couarruuiam est, quod hæc sit vnica, & ex mente contrahentium indiuidua locatio, in qua non potest separatio congrua fieri temporis permissi à non permisso. At iuxta vtrumque Molinam, Barbosam, & Rebellum ratio est, quia per locationem ad decennium, & longum tempus, vel ad vitam transfertur dominium vtile, vt suprà *num. 319.* ex communi Doctorum opinione ostensum est: Quod tamen vtile dominium non transfertur per locationem ad certum tempus Infra decennium; vnde locatio ad modicum tempus, & locatio ad longum tempus sunt contractus specie differentes; & quæ ad longum tempus, vel ad vitam fit, est species alienationis & spectat ad Emphyteusim in qua nulla pars est, neque primum triennium, quæ non sit eiusdem rationis cum toto, & cum singulis aliis partibus, sed est simplex, & indiuiduus contractus nullam continens partem, quæ habeat rationem locationis strictæ & propriè sumptæ, seu ad modicum tempus; ac proinde in huiusmodi contractu locationis ad longum tempus v. g. decennium, & vltra, vel ad vitam separari non potest tempus vtile, quo habeat rationem locationis ad triennium, aut ad aliud modicum tempus; quod secus est, quando locatio facta est vltra triennium, sed infra decennium, puta ad nouem annos; tunc enim fieri potest separatio temporis vtilis ab inutili, & valet contractus quoad tres annos priores permissos à lege, qui eiusdem rationis, atque speciei locationis sunt cum integris nouem annis, & vitiatur solum quoad reliquos sex posteriores. Confirmat etiam Ludouicus Molina ex eo quòd contractus simpliciter gestus non potest de vna specie in aliam transire *l. cum precario*, & ibi Scribentes *ff. de precario*. Quare cum hi, qui vnum specie contractum celebrare intendunt, si fortè ex aliquo capite iste contractus sit inualidus, non intendant alterius speciei contractum inire, nisi id exprimant; sit vt eadem locatio ad longum tempus, quæ inualida est, non sit valida ad aliquod tempus breue. Confirmat etiam idem Ludouicus Molina; quia cum dominij vtilis translatio ad plures effectus vtilissima sit, atque adeo conductor, qui ad longum tempus conduxit, non consequatur ex minoris temporis locatione id, quod voluit consequi ex longi temporis locatione, quia ex illa vtile dominium in eum non transfertur; tunc præsumitur non fuisse contractorum pro minore tempore; & ita in totum corruit illa locatio; ita præfati Doctores. Quamois Clarus, Cæuallos, Borellus & plures alij ex præallegatis pro hac prima sententia dicant indistinctè locationem vltra tempus permissum non vitiari quoad tempus permissum, & ita sentiendum esset etiam in locatione ad tempus longum (nisi aliunde essent coniecturæ contrahentes noluisse contrahere nisi pro toto tempore conuento) tenenta sententia relata supra *num. 318.* quod etiam locatio ad longum tempus non sit alienatio, nec per eam vtile dominium transferatur. Ad sustinendum etiam pro primo triennio locationem factam ad longum tempus, vti possent contrahentes illa cautela, quam tradiram à Ioanne de Arnon *in singulari 72.* & *in cautela 43.* notat Borellus *de tit 16. num. 7.* scilicet, quod in contractu locationis dicatur, quod vltra triennium vllum dominium rei locatæ non intelligatur translatum. Quam cautelam etiam indicat Quarantia *v.* alienatio *num. 18.* versic. *Tertio declaratur.* Iuxta autem hanc limitationem Ludouicus Molina, & Barbosa aiunt posse intelligi Clementinam *1. de rebus Eccles. non alien.* ibi *nec recipienti &c.* accipiendo verba illa dict. Clem. *ad certum tempus*, scilicet decem annorum ad minus, per quod spatium inducitur alienatio, quemadmodum per locationem ad vitam, de qua ibi fit mentio.

Vitum vero si contractus locationis de rebus Ecclesiasticis fieret hoc modo; loco tibi hoc prædium tribus annis, & illis finitis, ex nunc illud tibi loco quater pro aliis duodecimi annis, vsque ad quindecim contractus, sit validus pro tribus prioribus annis, & inualidus solum quoad reliquos: Affirmat Molina Theologus *d. disp. 467. num. 2. fine*, ob eam rationem, quod primus contractus verè fuit locationis, quoad primum triennium, pro aliis duodecim annis, quæ in fraudem legis simul fuerint subiuncta, nulla fuerunt, nec vitiarunt triennium priori contractus ab eis separabile. hæc quoad hanc sententiam. 339.

Contrariam sententiam, & locationem rei Ecclesiasticæ vltra tempus à lege permissum etiam citra decennium absque solemnitate, & assensu Apostolico factam esse nullam in totum, & etiam quoad triennium alioqui io d. extrauaganti *Ambitiosa* permissum tenent Bartholus licet non clare in auth. *qui rem u. 7. Cod. de Sacros. Eccles.* ibidem Iason *num. 21.* idem Bartholus *cons. 139. num. 8.* Lapus *allegat.* 80. Gutierez *in l. nemo potest num. 53. ff. de leg. 1.* Afflictus *decis.* 107. Couarruuias *d. cap. 16. num. 5.* Pinellus *in l. 1. p. 3. num. 75. in fine, Cod. de bonis maternis*, Redoanus *de alien. rer. Eccles. d. q. 58. num. 38. & seqq.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap. 60. num. 15. in annot.* Garzias *d. cap. 1. num. 55. cum seqq.* Stephanus Gratianus loco supra *num. 302.* citato, & *to. 1. cap. 162. num. 22.* & *to. 4. cap. 713. num. 16.* Aloysius Riccius *1. p. praxis aurea resolut. 113. resolut. 115. & resolut. 117.* Ciarlinus *to. 1. d. cap. 105. à num. 127.* & *to. 2. d. cap. 183. à num. 70.* & non pauci alij Intispetiti, quos late referunt Garzias, Riccius, & Ciarlinus *locis citatis*, Ludouicus Molina *d. cap. 21. n. 28.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 5. num. 1.* Augustinus Barbosa *d. alleg. 95. num 5.* & *collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num. 11.* & ex Theologis Azotius *2. p. lib. 9. cap. 2. quæstio 4.* & *lib. 7. cap. 10. q. 4.* Vasquez *opusc. de reddit. cap. 2. §. 2. dub. 5.* Sopranus *in appendice ad Filliuccium tract. 44. cap. 2. num. 11.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 24. dubio 11. num. 68.* Scortia *in selectas constitutiones theorem. 117.* Emanuel Sà *v.* conductio *num. 13.* Megalius *d. cap. 8. num. 87.* Bonacina *disp. 3. de contract. feud. q. 8. p. 4. num. 32.* & *tract. de alien. rer. Eccles. q. vnica p. 2. num. 23.* & Castrus Palaus *to. 2. tract. 11. disp. vnica puncto 14. num. 7.* Eandem sententiam secuta est Rota Romana sæpiùs *decis. 30. num. 3. p. 1.* in recent. Farinacij, *in Romana deuolutionis 4. Februarij 1583. coram de Rubeis, in Placentina decimarum 2. Iunij 1586. coram Bubalo, in vna spolij Montis Felicis 18. Martij 1596. coram Orano*, & *in comm. locationis 20. Martij 1600. coram Pamphilio*, & in aliis causis, vt testantur *locis citatis* Genuensis 340.

Redoano respondetur præfatam regulam habere locum, quando contractus est nullus propter defectum formæ, vt loquitur *d. §. si quis ita*, vel & melius, quando fuit talis animus expressus, vel tacitus contrahentium, vt contractus alio modo non valeret *l. an inutilis in princip. ff. de acceptilationibus.* Aliud est si sit defectus materiæ; nec voluntas contrahentium deficiat; tunc enim valet contractus eo modo, quo valere potest. *l. si vnus §. si acceptilatio ff. de pactis* & *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig.* ita ad præfatam regulam respondet Mantica *d. tit. 5. num.* 10. & etiam Rebellus.

Ad rationem Castri Palai *in fine dicti numeri* 340. adductam respondetur non constare de tali experientia, præsertim cum locatio non fit ad decennium, & vltra, sed infra decennium; tunc enim non resultat considerabile interesse ex eo, quod locatio ad triennium, vel vltra, infra tamen decennium valeat, cum sit eadem locationis species, vt suprà *num.* 338. ostensum est; ac proinde respectu temporis vtilis datur præsumptiuè consensus partium; & ita respectu ipsius temporis vtilis locatio rectè sustinetur & solum vitiatur respectu temporis prohibiti.

Locatio rerum beneficij vltra triennium absque solemnitate, & assensu Apostolico iurata; an iuramento firmetur in praiudicium ipsius Beneficiati alienantis, vt non possit illam reuocare.

348. Dubium quartum est, vtrum locatio rerum beneficij facta vltra triennium cum iuramento ab ipso beneficiato præstito de non contraueniendo firmetur iuramento in præiudicium ipsius beneficiati, ita quod non possit contrauenire. Dixi *in praiudicium ipsius beneficiati*, quia in præiudicium Ecclesiæ certum est, non firmari, vt ex mox dicendis constabit. Pro affirmatiua sententia stat Mohedanus *decis.* 9. *de locato, & conducto*, vbi resoluit, quod Prælatus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, illa locat ad vitam, & iurauit non contrauenire, non potest contrauenire, nec retractare locationem; quam sententiam sequitur etiam Redoanus. *q.* 77. *cap.* 8. *numero* 15. *&* 16. Pro hac eadem affirmatiua Garzias, & Riccius locis *infrà* citatis adducunt doctrinam Mandosij ad Romanum *consil.* 369. Alexandri Strasiei *in repetitione d. Extrauag.* Ambitiosæ *numero* 69. *&* 70. & Mozzij *de contractibus tit.* 9. *numero* 3. (quam amplexus est Ciarlinus *tomo* 1. *cap.* 105. *numero* 38. *fine*) dicentium, quod licet ille, qui malè alienauit bona Ecclesiæ cum iuramento de non contraueniendo, audiatur volens ea recuperare nomine Ecclesiæ, & ad ipsius Ecclesiæ commodum, vt per Glossam *in cap. si quis presbiterorum* v. *alienator* & per Scribentes *ibi* (& per Rotam *decis.* 14. *numero* 5. *p.* 1. *diuersorum*, & per alios, quos latè refert Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. presbiterorum numero* 8.) ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittendus, imò quod esset priuandus commodo alias ad ipsum peruenturo ex talibus bonis, stante regula iuris, quod quis ex suo delicto non debet pœnam, & commodum reportare *l. Relegatorum ff. de interdictis & relegat. l. fine hareditaria in fine ff. negot. gest.* Et quod magis vrget est, quod per d. extrauagantem *Ambitiosa* beneficiati ipso facto priuantur beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, illaque absque vlla declaratione vacare censentur, & sic etiam si non iurassent, non videntur sibi repetere posse res vltra triennium locatas, vel alienatas.

Nihilominus iidem Garzias *numero* 86. & Riccius *dict. resolut.* 118. respondent verius esse præfatam locationem non firmari iuramento etiam in præiudicium beneficiati, & eo non obstante posse contrauenire; quæ responsio etiam colligitur *ex dict. decis.* 14. 1. *parte diuersorum.* Et ratio est, quia d. extrauagans est prohibitiua, & obligans ad peccatum etiam mortale, vt patet ex ipsius verbis prohibitiuis, & ex pœna excommunicationis, & aliis ipso facto impositis; iuramentum autem non debet esse vinculum iniquitatis *cap. Quintanellus* cum aliis à Riccio adductis *de iureiur.* & ita in propriis terminis, quod præfatus beneficiatus non ligetur iuramento, quo minus valeat contrauenire locationi vltra triennium factæ, vel alienationi de rebus Ecclesiæ iuramento firmatæ; præter Glossam *dict. v.* alienator, Garziam, Riccium, & Barbosam *locis citatis* tradidere Berous *consil.* 92. *numero* 1. 2. *&* 10. *volum.* 1. Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. §. 5. *numero* 1. Botellus *tit.* 15. *numero* 53. & plures alij relati à Barbosa *d. numero* 8. & Borello & tradit etiam Rota *d. decis.* 14. 349.

Neque obstant adducta pro affirmatiua parte; ad quæ respondent iidem, Garzias, & Riccius, quod licet dicta Extrauagans sit in multis locis recepta quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis, & locationis; tamen quoad pœnam extrinsecam maximè priuationis beneficiorum, & excommunicationis non videtur recepta, vt per Nauarrum *in manu. cap.* 27. *numero.* 150. Salzedo ad Diez. *cap.* 7. Gutierez *canon. qq. lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 9. Molinam *tomo* 2. *d. disp.* 466. & Toletum *lib.* 5. *cap.* 3. ab iisdem Garzias, & Riccio relatos. quod idem tradunt Mendosius *de signatura gratia tit. de locandis redditibus* versic. *de iure.* Sarmiento *de redditibus Eccl. cap.* 2. *numero* 20. *parte* 1. Cæuallos *comm. contra comm. quæst.* 199. *numero* 11. Andreas Fachineus *controu. iuris lib.* 10. *cap.* 98. & Borellus *tit.* 16. *numero* 25. & alij, vt infrà *numero* 395. Vnde cum pœna priuationis non sit recepta, & ex alia parte prohibitio talis locationis, & eius nullitas sit inducta in fauorem Ecclesiarum, & earum Ministrorum, vt patet ex prooemio eiusdem extrauagantis, rectè poterit beneficiatus contrauenire, & agere contra dictam locationem iuxta tradita à Ludouico Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 1. *numero* 20. *&* 21. & Doctores, quos *eodem numero* 21. allegat, & alios à Garzia, & Riccio *locis citatis* relatos. 350.

Prælatus aut beneficiatus an fructus, redditus, & prouentus ad ipsum attinentes ratione beneficij, vel officij possit attento iure antiquo locare ad longum tempus absque solemnitate iuris requisita in alienatione rerum Ecclesia.

Dubium quintum. Vtrùm Prælatus, seu beneficiatus licet non possit absque iuris solemnitate, & assensu Apostolico locare res ipsas, & fundos Ecclesiæ ad longum tempus, & etiam vltra triennium; possit tamen ad longum, & pro tempore suæ vitæ, earundem rerum commoditates, & fructus, suique beneficij redditus, prouentus, & pensiones vendere, locare, aut alteri concedere validè, & absque incursu pœnarum contra alienantes malè Ecclesiæ bona, & res statutarum.

Si loquamur iuxta ius antiquum antecedens extrauagantem *Ambitiosa*, & quoad loca, in quibus dicta extrauagans nullo modo est recepta. Communis opinio affirmat, quod licet Prælatus, aut beneficiatus non possit absque solemnitate iuris ad longum tempus res propriæ dignitatis, aut beneficij, potest tamen ad longum têpus, & ad totam eius vitam locare earundem rerũ cōmoditates, 351.

T fructus

fructus, & pensiones, seu redditus. ita Panormitanus in cap.fin.num.4. ne Prælati vices suas. Felinus in cap. quæ Ecclesiar. num.88. de constit. Redoanus de alien. rer. Eccl. q.2. cap.14. num.8. q.3. num.1. & seqq. q.15. num.13. q.57. num.40. & quæst.58. num.50. & 51. Mohedanus decis.7. & 9. tit. de locato, & conducto. Ludouicus Molina de primog. Hisp. lib.1. cap.21. num. 27. Alter Molina de iustit. to.2. disp.466. num.5. Cænedo ad Decretales p.2. collect.76. n.3. & collect.102. num.2. p.3. ad sextum collect.32. n.2. Bellamesa decis.747. Rebuffus in compendio alien. num.27. Vincentius Carocius de locat. 1. p. tit. de de bonis Eccl. non alien. n.1. & 2. Garzias de benefic. p.2. cap.1. num.16. Piasecius in praxi Episc. p.2. cap.5. num.34. Riccius 1. p. praxis aureæ resolut.110. num.1. Toletus lib.5. cap.91. num.6. Borellus in sum. decis. to.1. tit. 15. num. 15. plures alij à Redoano, Cænedo, Garzia, & Riccio relati, Augustinus Barbosa, & alij infrà allegati. Quorum fundamentum est, quod aliud est rem locare ad longum tempus, aliud locare, cedere, vel concedere rei commoditates, & fructus; nam primum est alienatio, vtpote dominium, & ius in re transfert; posterius vero non est alienatio, nec transfert dominium vllum, aut ius aliquod in re, sed inducit tantum obligationem personalem ad fructus percipiendos, quæ personam tantum astringit, vt suprà n.282. ob quam rationem prohibitum alienare fundum (vt vassallus, vel Emphyteuta, qui consensu directi Domini rem feudalem, vel Emphiteuticam alienare non possunt) potest ad longum tempus, & pro tempore sui iuris locare commoditates, & fructus fundi vt Bartholus in l. Codicillis §. instituto num. 4. ff. de leg. 2. ibidem Baldus & Imola, idem Baldus in l. si domus § fin. ff. de leg. 1. & ibidem Imola fine, Alexander num.2. idem Baldus in cap.2. de fratr. de nouo benefic. inuest. Matthæus de Afflictis in cap. imperialem in princ. num. 12. de prohib. feud. alien. Felinus vbi suprà num.87. Cænedo d. collect.32. Molina Theologus d. num. 5. & alios latè allegantes Ludouicus Molina d. cap.21. num.24. initio, & Riccius p.1. praxis aureæ resolut.6. num.5. ob eandem rationem licet prohibitus alienare rem non possit super ea constituere vsumfructum quoad ius ipsum vsusfructus, potest tamen pro tempore sui iuris cedere, & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem, §. nec illi. & ibi Glossa instit. de vsu, & habit. l. vltim. §. Lucius ff de contrah. empt. Ludouicus Molina, Redoanus, Petrus Barbosa, Petra, & Peregrinus locis suprà num.282 citatis, Boëtius decis. 66. & præter alios allegatos à Ludouico Molina, & Peregrino Fusarius de substitut. q. 517. n.5. Gama decis.299. num.2. & Caldas Pereira de extinct. Emphyt. cap.5. num. 53. dicens quod licet vsusfructus in re Emphyteutica imponi non possit absque directi Domini consensu, potest tamen concedere vsusfructus vsum & commoditatem. Item eadem de causa, quamuis vsufructuarius non possit cedere, donare, vendere, aut alio modo alienare vsumfructum, scilicet ius vsusfructus absque Domini proprietatis consensu secundum Bartholum in l. cum Titio ff. ad falcidiam. Redoanus de alien. rer. Eccl. q. 15. num. 10. Gomez in l. 70. Tauri num. 33. & Doctores magis communiter, quos referunt, & sequuntur Garzias de expensis cap. 10. num. 39. & Sanchez in sum. cap 2. lib.7. cap.13. num.14. Et si contrarium tenent Castillo de vsufructu lib.1. cap.69. à num.14. ad. 18. Ludouicus Molina d. lib.1. cap.19. num.23. §. nec textus in fine, & plures alij à Sanchez d. cap. 13. num.13. relati. Nihilominus potest cedere, donare, vendere, & alio contractu alienare commoditatem vsusfructus, vt Redoanus, Gomez, Garzias, Sanchez locis citatis, & alij, quos latissimè refert Sanchez d. num.14.

352. Diai autem initio numeri præcedentis communis opinio affirmat, quia contrarium asserit Ananias (quem sequitur Couarruuias var. lib.2. c.16. initio paulo ante num. 1.) in cap. fin. num.7. ne Prælati suas vices per textum, & Glossam ibi verbo eius, in Clem.1. de reb. Eccl. non alien. & idem tenuit Gregorius Lopez in l 9. tit.17. p.1. Glossa 1. idem sentit Bonacina de alien. rer. Eccl. q. vnica p. 2. n. 25. ob eundem textum scilicet, quia in d. Clem. permittitur solum locatio ad modicum tempus, & loquitur expressè etiam de locationibus redditunm, & fructuum, vt constat ex eius verbis finalibus, & faciunt Doctores tenentes etiam locationem commoditatis rei ad tempus longum factam continere alienationem, iusque in re transferre, atque adeo ab eo, qui alienare prohibitus est, fieri non posse, quia alioqui facilè esset omnes leges de alienatione loquentes fraudare locando commoditatem rei, non ipsam rem. Hi autem Doctores sunt Baldus in auth. hoc ius porrectum n 1 Cod. de Sacros. Eccl. Fabianus in tract. de empt. & vendit. 4 quæst. princ q. vlt. num.9. Raphaël Cumanus in d. §. instituto 2. lectura. Iason consil.94. num.2. & Pinellus de bon. mat. 3. p. num.64 ad finem; amplians procedere, etiamsi locans expressè protestaretur ex ea locatione ius in re in locatorem transferri non debere, vt leges rebus, non verbis imponantur, quos Doctores, & nonnullos alios ad id refert Ludouicus Molina d. lib. 1. cap. 21. num.14. §. contrariam autem sententiam. Sed cum huiusmodi locatio solius commoditatis rei verè solam obligationem personalem producat, non videtur recedendum ab altera opinione Bartholi in d. l. Codicillis d. §. instituto, & aliorum communi. Ad textum autem Clem. 1. respondetur illam Clementinam loqui tantum in religiosis, & non comprehendere sæculares clericos, vt Glossa ibi verbo religiosus, Garzias d. cap. 1. num.25. & dictum est supra num.317. & 318.

Diai etiam initio eiusdem num. 351. propriæ dignitatis, & beneficij. Nam si Prælatus, aut Beneficiatus non locet bona suo beneficio annexa, & redditus ad ipsum attinentes in sui sustentationem, sed tanquam administrator locet res, & redditus ad Ecclesiam ipsam, hospitale, aut alium pium locum spectantes, tunc non potest etiam rei commoditates, & fructus ad longum tempus locare, nisi in ea locatione interueniant solemnitates, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ à iure requiruntur, vt rectè Ludouicus Molina d. cap. 21. num.17. Alter Molina d. disp.466. num. 5. versic. Molina, & Castrus Palaus tom. 2. tract. 11. disput. vnica puncto 14. num. 13. Rationem differentiæ assignant, nam in illo primo casu, scilicet, quando Prælatus, seu Beneficiatus locat commoditates, fructus, & redditus proprij beneficij ad ipsum spectantes, quorum ipse est Dominus, eo moriente locatio etiam ad centum, vel mille annos facta ipso iure resoluitur, vt etiam tradunt Couarruuias d. lib.2. variar. cap. 15. num. 6. In hoc autem secundo casu locatio commoditatum, & fructuum cum sit facta nomine Ecclesiæ, quæ non perit etiam mortuo Prælato, seu beneficiato Administratore locatore, vel alio modo dimisso beneficio durat per totum tempus adiectum locationi, vt etiam eodem num. 6. tradit idem Couarruuias. Quapropter si locatio commoditatum ex re illa facta ad quodcumque tempus longum per huiusmodi administratorem sine iusta causa, & absque solemnitate ad res Ecclesiasticas alienandas requisita, valida esset, cederet id in præiudicium rerum Ecclesiasticarum, ipsarumque Ecclesiarum; viaque aperiretur fraudibus, quibus in effectu res Ecclesiasticæ absque iusta causa, & debita solemnitate alienarentur. 353.

* * *

Fructus, redditus, & prouentus ad Prælatum, vel beneficiatum ratione suæ dignitatis, beneficij, vel officij pertinentes an possint locari vltra triennium absque solemnitate attenta Paulina secunda.

Difficultas ergo præcipuè est, an etiam hodie stante præfata extrauagante *Ambitiosæ* de reb. Eccl. non alien. quæ omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum locationem vltra triennium prohibet fieri absque solemnitate, & inconsulto Romano Pontifice Prælatus, an beneficiatus possit absque præfata solemnitate locare, cedere, & dare alteri vltra triennium commoditatem fructus, & redditus, ac prouentus ad ipsum ratione propriæ dignitatis, & beneficij attinentes, quos ex rebus & prædiis beneficio annexis percipit. Et idem an Clericus, qui habet pensionem, possit commoditatem pensionis, licet non ipsum ius pensionis vltra triennium cedere, vel locare absque beneplacito Apostolico. In qua difficultate

354. Multorum sententia est negatiua, ita Ioannes Gutierez *can. qq. lib. 1. cap. 8. num. 15.* Rebuffus *in repet. cap. extirpanda §. qui vero 5. dist. de preb.* Boërius *decis. 224. n. 2.* Nauarrus *consil. 11. tit. de reb. Eccl. non alien. in 2. edit.* Gama *decis. 390. num 6.* Mendosius *de signat. gratia tit. de indulto locandi redditus benef.* versic. *de iure autem nouissimo.* Cænedo locis suprà n. 351. citatis. Alexander Staticus *in repet. d. extrauag.* Ambitiosæ *n. 6. & 61. in fine.* Quintana, Duenas *lib. 2. num 69.* Graffius *decis. aurearum p. 1. lib. 3. cap. 4. n. 6.* Garzias *de benefic. d. cap. 1. à num. 32.* Aloysius Riccius *d. resolut. 110. n. 3. & 4.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg. 95. num. 20. & collect. ad cap. fin. num. 2.* & ex Theologis, & summistis Corduba *in summa q. 103.* Lopez *a. p. instructorij cap. 49.* versic. *breuiter igitur.* Rodriquez *in sum. 1. p. cap. 18. n. 5.* Toletus *suprà n. 351.* citato, Armilla v. *locatio num. 5.* Bonacina *disp. 3. de contract. feudi. q. 8. p. 4. n. 32.* versic. *falsum vero. & tract. de alien. rer. Eccl. q. vnica p. 2. n. 5.* Pyrrhus Corradus *de dispen. lib. 9. cap. 1. num. 3.* & & nonnulli alij relati à Garxia, qui *num. 36.* refert etiam Rotam Romanam in vna comendæ locationum 5. *Martij 1600.* iuxta hanc sententiam iudicasse, scilicet, quod sicuti bona Ecclesiæ non possunt locari vltra triennium, ita nec fructus; & locationem pro longiori tempore factam, vt sub beneplacito Apostolicæ sedis ante illud obtentum potest Prælatus, vel locator reuocare; & ita etiam fructus pensionis Ecclesiasticæ non posse vendi, aut locari vltra triennium ex eadem extrauaganti respondit *loco citato* Nauarrus. Hæc sententia primò probatur, quia omnium rerum, & bonorum locatio prohibetur in *d. extrauaganti* ibi: *omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum*: fructus autem, & redditus beneficij, seu Ecclesiæ sunt res, & bona Ecclesiastica, cum ab Ecclesia proueniant, sintque eius Ministris assignata propter diuinum ministerium. Secundo probatur ex illa exceptione, *ac de fructibus, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia*; ex hac enim exceptione videtur manifestè probari, quod si fructus, & bona vltra triennium seruari possunt post triennium, locari non possint: Et ita exceptio firmat regulam in contrar. *l. nam quod liquidè ff. de pen. leg.* Quare cum fructus beneficiorum percipiendi, & nascituri post triennium seruando seruari possint, & tunc etiam nulla detur exigentia, vt alienentur, eum adhuc nati non sint, videtur rectè concludi ex prædicta extrauaganti fructus beneficiorum vltra triennium nec alienari, nec locari posse. Tertio accedit ratio, qua motus fuit Summus Pontifex ad prohibendum locationem rerum, & bonorum Ecclesiasticorum vltra triennium, quæ fuit, vt occurreret facilitati Clericorum, qui præsentem pecuniam pro pluribus annis recipientes fraudarentur futuris alimentis, ad quæ sunt deputati redditus Ecclesiarum, & beneficiorum, & Ecclesiæ seruitia, ex quo conductores totum acquirunt, & ipsi nihil percipiunt, negligerentur iuxta can. *si quis obiecerit 1. q. 2.*

Contrariam sententiam, & per illam extrauagantem prohiberi solum locationem rerum Ecclesiæ, & beneficiorum vltra triennium, non tamen prohiberi Prælatum, & beneficiatum vltra triennium locare commoditatem fructus, & redditus, ac prouentus ad se spectantes ratione beneficij, vel officij tenent plures alij Doctores, nempè Redoanus *locis citatis* præsertim *d. q. 58.* Couarruuias *lib. 2. var. d. cap. 16. num. 6. fine.* Auendannus *de exequendis mandatis 1. p. cap. 4. num. 42.* (vbi ait dictam extrauagantem procedere, & loqui de bonis Ecclesiarum, non de bonis ad Clericos pertinentibus, & beneficia non esse bona Ecclesiastica) Gregorius Lopez *l. 9. v. arrendar. tit. 7. p. 1.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 3. num. 21.* Carocius *de locat. p. 3. tit. de reb. Eccl. locand. num. 51.* Quaranta v. alienatio *num. 18.* versic. *Tertio declaratur.* Zerola *1. p. praxis Epis.* verb. *alienatio §. 3. 10. concl.* Azorius *p. 2. lib. 9. cap. 2. q. 7.* Vasquez *opusc. de reddit. cap. 2. §. 2. num. 31. & 34.* Castrus Palaus *to. 2. tract. 11. disp. vnica p. 14. num. 11.* Soptanus ad Filliuccium *tract. 44. cap. 4. q. 1.* Scortia in Selectas constitutiones *theoremate 115.* Et pro hac sententia videntur etiam stare Piasecius, Ludouicus Molina, & alter Molina locis suprà *num. 351.* citatis; cum indistinctè, & absolutè asserant Prælatum, & beneficiatum posse vltra triennium, & ad longum tempus locare commoditates, & fructus rerum, & bonorum propriæ dignitatis, & beneficij. Probatur hæc sententia tum ex illis verbis dictæ extrauagantis *bonorum Ecclesiasticorum*, & ex illis, *sine Ecclesiarum euidenti vtilitate*, quæ verba videntur apertè comprehendere tantum bona Ecclesiæ, non fructus; & per antonomasiam solum bona Ecclesiæ appellantur bona Ecclesiastica; tum ex illis verbis eiusdem Extrauagantis, *Præterquam in casibus à iure permissis*; attento autem iure antiquo permissum erat locare fructus rerum, & bonorum Ecclesiasticorum ad ipsum beneficiatum ratione beneficij, & propriæ dignitatis attinentes, vt ostensum est suprà *num. 351.* & tradunt Doctores *ibi* citati. Ex quibus Palaus ait manere solutas duas priores rationes alterius sententiæ; & ad tertiam respondet esse sufficientem, vt statuatur lex prohibens alienationes, & locationes fructuum beneficiorum ad longum tempus anticipatis solutionibus; dum autem talis lex non editur posse beneficiatum eos pro libito durante vita locare.

His tamen non obstantibus veriorem puto priorem sententiam, quam etiam approbare videtur Cæuallos *com. con. com. q. 199. num. 11.* vbi dicit magis practicari sententiam Gutierez; & etiam Azorius *d. q. 7.* ait consuetudine receptam esse, ne beneficiatus Clericus locet sui beneficij fructus vltra triennium, quæ certè consuetudo erit seruanda saltem vbi recepta est Paulina secunda. Pro eadem sententia facit dispositio Tridentini *cap. 11. sess. 25. de reform.* quia omnes locationes bonorum Ecclesiasticorum anticipatis solutionibus factas in successorum præiudicium inualidas decernit.

Innouata circa locationes rerum Ecclesiasticarum per Tridentinum, & sacram Congregationem

Cuius occasione aduertendum in materia locationis rerum Ecclesiæ nonnulla esse innouata per Concilium Tridentinum *d. cap. 11. sess. 25. de reform.* Primo quod locationes in præiudicium successorum anticipatis solutionibus prohibentur fieri, & redduntur inualidæ, vt iam dictum est. Quando tamen esset notoria necessitas Ecclesiæ, vt si rueret, nisi pecunia pro reparatione inueniretur, tunc Successor teneretur, vt probat Marcus Antonius Genuensis *in practic. Eccl. q. 166.* quem sequitur Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. 11. Trident. num. 3.* & prius Redoanus *de alien. rer. Eccl. q. 57. n. 64. & 65.* post Bertachinum *de Episcopo 4. p. q. 54. num. 187.* 355.

versic. *quari potest subsequenter.* Prædicta tamen locatio anticipatis solutionibus, licet non præiudicet successoribus, afficit tamen locatorem, vt post alios Vincentius Carocius *de locato p. 3. de reb. Eccl. locandis num.* 75. Quaranta *v.* alienatio *num.* 19. versic. *Amplia*, & Riccius *p. t. praxis aurea resolut.* 119. *num.* 1. Vnde si beneficium vacet per resignationem tenetur locatur refundere id, quod accepit, si vacet per mortem tenebitur hæres, ne locupletetur cum iactura aliena. ita Carocius *num.* 76.

356. Præterea *eodem cap.* 11. prohibet idem Tridentinum aliis locari iurisdictiones Ecclesiasticas, aut facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in spiritualibus, & à conductoribus per se; vel per alios exerceri: Ex quo patet Vicariatum Episcopi non posse pretio constitui, vt ducent etiam Lancellottus *de instit. canon. tit. de Simoniaca.* §. *demum.* Sbroz *de officio Vicarij lib.* 1. *q.* 54. Riccius *d. resolut.* 119. *num.* 2. Augustinus Barbosa alios allegans *collect. ad d. cap.* 11. *num.* 6. & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 32. Imò talis locatio, cum sit rei, quæ sapit spiritualitatem, est simoniaca. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 20. *num.* 8. vbi ait quod omnes actus iurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sunt materia simoniæ. Qui etiam *cap.* 29. *num.* 3. per textum *in cap. consulere*, resoluit temporalia officia Ecclesiæ, vel actus eorum vendi non posse sine graui peccato. Aduertit autem Riccius *d. resol.* 119. (& prius notauit Carocius *de locato p.* 3. *de reb. Eccl. locandis num.* 81.) quod si efficiatur locatio Ecclesiæ cum omnibus bonis, & facultate conferendi beneficia pro scutis duobus mille, & probaretur, quod etiam sine facultate conferendi beneficia, bona arrendata fuissent pro scutis duobus mille, & probaretur, quod etiam sine facultate conferendi beneficia bona arrendata fuissent pro scutis duobus mille, talis locatio non esset simoniaca, aliàs secus, & testatur ita tenuisse Rotam Romanam apud Puteum *decis.* 80. *lib.* 1.

357. *Eodem cap.* 11. annullantur omnes locationes rerum Ecclesiasticarum etiam authoritate Apostolica confirmatæ factæ ad longus tempus à triginta annis citra, vel ad viginti nouem. de quo Ancharanus *consil.* 952. *p.* 2. & Cænedn ad Decretales *collect.* 102. *num.* 5.

358. Attenta autem dispositione Tridentini *in d. cap.* 11. redditus Cancellariæ Episcopalis locari non posse, sed debere per proprios Episcopi Ministros exerceri censuit sacra Congregatio *sub die* 26. *Augusti* 1592. vt post Aldanum *in compend. canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 11. refert Barbosa *d. cap.* 30. *n.* 33. & *d. collect. n.* 8. Quemadmodum etiam emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut alias vndequaque nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectare, sed debere futuro successori reseruari, si ad Episcopum Ecclesia non vacante peruenissent, respondet eadem sacra Congregatio *in Agrigentina* 17. *Aprilis* 1627. vt post eundem Aldanum *d. tit.* 8. *n.* 17. testatur Barbosa *d. cap.* 30. *n.* 34. & *d. collect. n.* 9. Similiter quartam funeralem locari non posse resoluit eadem S. Congregatio *in Cusentina* 14. *Decembris* 1592. vt testatur idem Barbosa *locis citatis*; & refert etiam Tamburinus *de iure Abbat. to.* 3. *disp.* 14. *q.* 3. *num.* 5.

359. Decimarum autem fructus ab Ecclesiasticis personis possunt etiam laicis locari, cum quibus conditio Ecclesiæ melior fieri potest, contrario etiam Episcopi statuto non obstante, ita tamen quod locatio huiusmodi ad feudum, vel alienationem non videatur extendi *cap.* 2. *de locato*, Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 12. qui alios antiquiores allegat, & Augustinus Barbosa (qui recentiores) *collect. ad Clem.* 1. *num.* 6. *de reb. Eccl. non alien.* & *de iure vniu. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 37. Ecclesiæ autem ipsæ laicis prohibentur locari, quia nullam de rebus Ecclesiasticis debent dispositionem habere *cap.* 2. *in fine iuncta* Glossa *ne Cler. vel Monach.* & Barbosa *d. c.* 30. *n.* 37.

Porrò omne etiam pactum in locationibus bonorum vnius Ecclesiæ in præiudicium alterius Ecclesiæ oppositum v. g. vt conductor, Emphyteuta, vel feudatarius apud Ecclesiam, vel Monasterium locatoris, seu locantium sepulturam eligat, nullius roboris, ac momenti est, nullamque obligationẽ inducit *c. plerique.* vbi Doctores *de pactis.*

Nouus Prælatus, seu successor quando teneatur stare locationi factæ per Prædecessorem.

An autem, & quando Prælatus, aut beneficiatus successor teneatur stare locationi bonorum Ecclesiasticorum, factæ per Prædecessorem infrà triennium, vel tempus à iure permissum, aut præmissa debita solemnitate factæ. Pertractant de hac re Redoanus *de reb. Eccl. non alien. q.* 57. Camillus Borellus *in sum. decis. to.* 5. *tit.* 16. Vincentius Carocius *de locat. p.* 3. *de reb. Eccl. locandis à num.* 57. *ad* 83. Aloysius Riccius *t. p. praxis aurea resolut.* 108. & Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 94. Quaranta *v.* alienatio *num.* 19. & Couarruuias *var. lib.* 2. *cap.* 15.

360. Communis resolutio est, quod si Prælatus, seu beneficiatus, aut Rector nomine Ecclesiæ, & cum euidenti vtilitate Ecclesiæ, & pecunia sit conuersa in Ecclesiæ vtilitatem, & cum interuentu debitæ solemnitatis, scilicet, vel cum consensu Capituli, vel superioris, ita quod de his conditionibus manifestè constet, locauit bona eiusdem Ecclesiæ, successor in Prælatura, vel beneficio tenetur stare præfatæ locationi. ita Rota *decis.* 85. *num.* 4. *p.* 1. *diuersorum* & alibi sæpe, Couarruuias *d. cap.* 15. *num.* 6. versic. *Tertium.* Ludouicus Molina, & alter Molina locis suprà *num.* 351. relatis. & post alios Quaranta *d. num.* 19. versic. *Amplia*, Redoanus *d. q.* 57. *num.* 80. Carocius *d. tit. de reb. Eccl. locandis concl.* 2. Borellus *d. tit.* 16. *num.* 11. & 12. Riccius *d. resolut.* 108. *num.* 1. Augustinus Barbosa *d. alleg.* 94. *num.* 1. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *c.* 4. *num.* 11. & 13.

361. Altera communis resolutio est, quod si Prælatus, seu beneficiatus nomine proprio locauit bona propriæ dignitatis, vel proprij beneficij ad ipsum attinentia, successor non tenetur stare præfatæ locationi. ita Panormitanus *in cap. fin. ne Prælati suas vices*, Redoanus *d. q.* 57. *num.* 74. vterque Molina locis *suprà* allegatis. Couarruuias *d. cap.* 15. *num.* 6. versic. *secundum* Quaranta *d. num.* 19. *initio.* Riccius *d. resolut.* 108. Barbosa *d. allegat.* 94. *num.* 1. Borellus *d. tit.* 16. *num* 8. Pyrrhus *d. c.* 4. *n.* 12. & alij communiter à Barbosa, & Borello allegati & præsertim Bellemera *decis.* 747. & Puteus *decis.* 181 *init.* & *decis.* 421 *l.* 1.

362. Limitatur autem hæc communis resolutio primo quando inchoatus esset annus, vel laborerium, & res non esset integra, puta, si terræ fuissent satæ, & fructus pendentes de proximo colligendi; tunc enim pro anno incœpto successor in beneficio tenetur stare colono; seu conductori, ita Syluester. *v.* locatio *num.* 11. Caualcanus *decis.* 44. *num.* 32. Cacheranus, Balbus Franciscus Marcus, Corneus, Mænochius, Genuensis, Marius Antoninus, quos referunt, & sequuntur Carocius vbi suprà *n.* 61. Riccius *d. resolut.* 108. *n.* 5. Quaranta *d. versic. Amplia* & Augustinus Barbosa *d. alleg.* 95. *n.* 3. sicut autem successor, ita etiam ipse conductor pro anno cœpto non potest recedere à locatione, vt forte quia videret parum vtilitatis consequuturum. ita Riccius, & Augustinus Barbosa post Franciscum Marcum, & Caualcanum. Declarat tamen Riccius ex Caualcano *decis.* 44. *num.* 23. Osasco *decis.* 82. & Polidoro Ripa *obseruat.* 115. vt conductor non teneatur perseuerare cum iisdem pactis initis cum Prædecessore; verùm vt tanquam colonus partiarius fructus anni diuidat cum successore.

363. Secundò limitatur existente consuetudine loci, quæ obseruet, vt successor in beneficio teneatur stare colono. ita Franciscus Marcus *decis.* 244. *p.* 1. Carocius

Carocius *num.* 63. Quaranta, & Barbosa *vbi suprà*, & Riccius *d. resolut.*108.*n.*8.

364. Tertiò limitatur, quando sumus Pontifex concederet facultatem locandi per tot annos, & vt dicto tempore durante conductor à nemine, neque à Successoribus in beneficio molestari possit. ita Mandosius *de signat. gratia tit. de indulto locandi* versic. *supponimus*. Carocius *num.* 57. Quaranta *d. versic. Amplia.* Riccius *d. resol.*108. *num.* 4. & Barbosa *d. alleg.* 94. *num.* 2. Hoc autem casu anticipatæ solutiones non nocebunt successori, qui poterit à conductore repetere id, quod in sui præiudicium Prædecessori solutum est, vt constat ex Concilio Trid. *d. cap.*12. *sess.* 25. de quo mox.

365. Quartò limitatur in œconomo, quem Ecclesiæ vacantia colono stare debere, & locationi notat Borellus *d. tit.* 16. *num.* 13. & ita refert fuisse latum arrestum Parlamenti *die* 19. *Septembris* 1579.

366. Quintò limitatur in resignatario beneficij successori, quem etiam debere stare locationi fructuum beneficij factæ à Prædecessore tradit idem Borellus *num.* 10. & refert ita voluisse Gerardum Maynardum *in decis. Tholosana* 63. *lib.* 1. ita etiam absolutè Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 606. *num.* 2. & *cap.* 37. *num.* 21. & Surdus *de alimentis tit.* 9. *q.* 42. *num.* 13. Sed contrarium, & vbi Rector Ecclesiæ, qui locauit, beneficio renunciauerit ante finitam locationem, resignatarium eius successorem non teneri stare locationi tradidere Paulus de Castro *consil.* 4. *lib.* 1. Couarruuias *d. cap.* 15. *num.* 6. versic. *secundum, fine.* Redoanus *d. q.* 57. *num.* 78. Quaranta *d. versic. Amplia.* Franciscus Sanlegerius latè etiamsi resignatio facta sit in fauorem resignatarij *in suis resolut. vn. lib.* 1. *cap.*66. *num.* 20. *& seqq.* & esse communem opinionem dicit. Couarruuias; & etiam ita fuisse in Rota resolutum refert Parisius *de resign. q.*16. *num.*47. Relatus à Quaranta; in hoc autem casu, quo Prælatus, seu Rector ex causa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia causa libere dimitteret suum beneficium ante finitam locationem, hæredes, & fideiussores ipsius de euictione pro quanto conductoris intersit locationem impleri intra tempus præfinitum, tenebuntur, licet non tenerentur, vbi ipse Prælatus locator ante finitam locationem moreretur; multum enim refert an Prælatus moriatur, an verò voluntariè dimittat beneficium, illud enim voluntate Dei, hoc posterius voluntate, siue facto partis contingit; quare cum propter factum voluntarium conductor non possit frui re conducta intra tempus in locatione declaratum, habet actionem contra hęredes, aut fideiussores pro interesse, ita Gutierez *lib.*1. *canon. qq. cap.*36. *num.* 25. Petrus Barbosa *in l. si filiofam.* §. *fin. num.* 22. *ff. solut. matr.* Augustinus Barbosa *d. alleg.*94. *num.*12. & Sanlegerius *d. cap.*66. *num.*16.

367. Aduertendum autem, quod in illis casibus, in quibus Prælati, vel Beneficiati successor non tenetur stare locationi per Prædecessorem factæ, pariter colonus seu conductor eidem locationi stare non cogitur, si noluerit, sed poterit ab ea recedere etiam inuito successore; vt æqualitas seruetur inter locatorem, & conductorem *ex l. si fundum ff. locati.* & ne contractus claudicare videatur *l. Iulianus* §. *si à pupillo ff. de actionib. empt.* & ita alios allegantes tradunt Couarruuias *d. cap.*15. *num.* 6. versic. *secundum*, Carocius *num.* 78. Quaranta *d. versic. Amplia.* & Augustinus Barbosa *d. alleg.*94. *num.*15.

368. Aduertendum etiam, quod successor in beneficio recipiendo canonem, seu pensionem censetur consentire locationi pro anno, pro quo illam recipit. ita Ioannes Gutierez *lib.* 1. *canon. qq. cap.* 36. Surdus *decis.* 33. *num.* 1. & *decis.* 264. *num.* 13. & *decis.* 265. *num.* 15. & alios allegans Barbosa *d. allegat.* 94. *n.*8. non censetur autem locationem confirmare vltra tempus perceptæ pensionis. vt Surdus *d. decis.* 33. *num.* 9. & Barbosa *loco citato.*

Demum aduertendum, quod vbi Prælatus successor tenetur stare locationi Prædecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem Prædecessori anticipatè solutam. Gigas *de pens. q.*88. *à num.*1. Carocius *d. tit. de reb. Eccl. locandis num.*59. & Augustinus Barbosa *d. alleg.* 94. *num.*5. vbi allegat etiam Tuscum *concl.* 419. *num.* 15. & Surdum *decis.*326. *num.*79. Qui etiam *num.* 80. dicit quod Prælatus sciens se repudiaturum Prælaturam non obligat successorem, tametsi faciat locationem nominè Ecclesiæ. In hoc tamen casu conductor habebit recursum contra hæredes locatoris, si soluendo fuerint ex regula *l. pro hereditariis Cod. de hered. act.* Surdus *decis.* 326. *num.* 47. & cum aliis Barbosa *d. alleg.*94. *n.*7. Qui tamen *num.* 9. cum Rebuffo *de priuil. scholarium priuil.* 26. addit singulare esse, quod scholaris, si locauerit fructus sui beneficij per triennium, vel aliud minus tempus, & pecunias illius temporis receperit, vt posset in literarum studio viuere, vel illic gradum sumere, si intra hoc tempus decedat; successor in beneficio illo, quamuis nullum ius à Prædecessore habeat, tenebitur stare illi locationi; ob eam rationem, quia censetur facta in vtilitatem Ecclesiæ. 369.

Quandonam autem hæredes Prædecessoris, vel eius fideiussores teneantur ad interesse conductoris in casu, in quo successor stare non vult locationi per ipsum Prædecessorem factæ, videantur Gutierez *d. lib.*1. *canon. qq. cap.*36. & Augustinus Barbosa *d. allegat.*94. *à num.*12. 370.

SVMMARIVM §. VII.

*Bona Ecclesia immobilia probibita alienari absque solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico sunt fundus, possessiones, agri, domus, & similia, qua habent fixam radicem. num.*372.

Excipiuntur primò res infertiles, & infructuosa, terrula exigui valoris, ruina adificiorum, Ecclesia diruta.n. 373.

*Excipiuntur secundo domus, qua maiorum sumptuum sunt quam fructuum. num.*374. *& in vniuersum res, qua sunt Ecclesia magis onerosa, quam vtiles, & res, quas magis expedit alienari, quam seruari. ibidem.*

*Excipiuntur tertio bona incerta, & incognita, & difficilis recuperationis, qua etiam sine solemnitate possunt alienari, & in perpetuam Emphyteusim dari. num.*375.

Excipiuntur quarto bona in communi, & indiuisa Ecclesia, vel Monasteria, & laica relicta non admittentia diuisionem, si laicus velit vendere. num. 376.

Excipiuntur quinto bona relicta Ecclesia cum onere illa restituendi post certum tempus, & bona ab Ecclesia malè possessa. num. 377.

Bona autem relicta Ecclesia, vel Monasterio capaci bonorum immobilium, cum conditione vt absque solemnitatibus ad libitum Prelati alienari possint, postquam sunt acceptata, nequeunt alienari absque solemnitatibus. num. 378.

Possunt autem alienari absque assensu Apostolico bona immobilia relicta Monasterio incapaci bonorum immobilium. num. 379.

Imò etiam si testator addidisset conditionem, vt non possent alienari, adhuc poterunt, & debebunt alienari, & inde pecunia conuerti in vtilitatem Ecclesia, vel Monastery. ibidem.

Qui possint, & debeant facere talem alienationem. remissiuè. ibidem. versic. *Qui autem.*

Mobilia pretiosa, qua seruando seruari possunt relicta Monasteria incapaci bonorum immobilium an possint alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. ibidem.

Alienatio bonorum immobilium Clericorum Theatinorum potest fieri inconsulta sacra Congregatione, & an etiam alienatio bonorum mobilium pretiosorum, qua diu seruantur. ibidem versic. *aduertendum.*

Theatini sunt capaces bonorum immobilium in communi. ibidem.

Solita alienari excipiuntur ab illa regula, quod bona immobilia prefata fundus, &c. sint prohibita alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. n. 380.

Mancipia rusticana, & iumenta prediis Ecclesiæ affixa computantur inter immobilia inalienabilia absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. num. 381.

Item Grex ouium, armentum boum, & præsepium equorum. ibidem.

Item vsusfructus bonorum immobilium Ecclesiæ competens. num. 382.

Item census Ecclesiæ actiui. num. 383.

Item annus redditus perpetui, vel ad longum tempus duraturi. num. 384.

Item loca montium. num. 385.

Item iura, & actiones ad bona immobilia. num. 386.

Iura, & actiones iam Ecclesiæ acquisita ad mobilia pretiosa, quæ diu seruantur, non possunt alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico..

Ius Patronatus Ecclesiasticum non potest alienari sine assensu Apostolico, & solemnitatibus à iure requisitis. num. 387.

Secus ius patronatus laicum, quod à laico in laicum solo consensu Episcopi potest transferri; & Compatrono, ac loco religioso, & Ecclesiastico per laicum patronum potest donari sine consensu Episcopi. ibidem.

Ecclesiæ materiales, & Oratoria pij loci authoritate Episcopi fundata ad perpetuum vsum Ecclesiasticum sunt bona Ecclesiæ inalienabilia absque debitis solemnitatibus, & assensu Apostolico. num. 388.

An item loca Ecclesiæ profanata, vel diruta, & an talis locus gaudeat immunitate. ibidem.

Capellæ vendi non possunt, vt Emptor fiat Dominus. num. 389.

Item nec ius sepulturæ, ita vt Emptor fiat Dominus loci. ibidem.

Ius vtendi Capella, vel sepultura non potest in alium transferri absque solemnitate, & assensu Apostolico. ibidem.

Et qua ratione concedantur absque dicto assensu. ibidem. vsus solus potest absque assensu Apostolico concedi. ibidem.

Pro Capella, & sepultura potest recipi aliquid, seu pretium ratione dumtaxat situs, & melioris, seu dignioris loci. ibid.

In sacris canonibus, & extrauaganti Ambitiosæ prohibetur alienatio etiam rerum mobilium Ecclesiæ fieri absque causa, & iuris solemnitatibus, & assensu Apostolico. num. 390.

A dicta prohibitione excipiuntur res mobiles modici valoris. ibidem.

Excipiuntur etiam res mobiles pretiosæ, quæ seruando seruari non possunt, & cur. ibidem. & n. 403.

Res mobiles Ecclesiæ pretiosæ quæ seruando seruari possunt, nequeunt absque iuris solemnitatibus, & assensu Apostolico alienari. num. 391. & Regulares talia pretiosa Monasterij alienantes sine licentia S. Congregationis incidunt in pœnam decreti eiusdem S. Congregationis. ibidem.

Mobilia pretiosa quæ dicantur, & sint. num. 392.

Res pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, sunt quæ vltra triennium durant, &c. & tales sunt vasa aurea, argentea, gemmæ, vestes pretiosæ recentes, Bibliotheca, vel liber vnicus magni valoris, Grex ouium, &c. num. 393. & 394.

Res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, & sunt alienabiles absque solemnitate, licet sint pretiosæ, sunt, quæ non durant vltra triennium sine notabili deterioratione, vel vsu consumuntur, & non fructificant. n. 395.

Tales sunt fructus vt triticum, vinum, oleum, oues, capræ agni, & cæteri redditus, & fructus, vestes etiam pretiosæ vsu attritæ. n. 396. & 397.

Talia sunt animalia superuacua. ibidem.

Tales sunt serui inutiles, aut fugitiui, qui reuocati retineri non possunt absque timore fugæ, & serui ebriosi, latrones, & inhonesti. num. 298.

Talia sunt omnia mancipia, & iumenta, animalia boues. oues, equi, & cætera animalia, quæ prædiis non sunt affixa, nec possidentur ab Ecclesia per modum rei immobilis vt Grex, num. 399.

Seruus Ecclesiæ est res pretiosa mobilis. ibidem.

Qua ratione serui Ecclesiæ possint, aut debeant manumitti, & quæ in tali manumissione seruanda. ibidem.

Serui Ecclesiæ fugitiui, & demeriti non debent manumitti, sed vendi, & benemeriti possunt tantum manumitti. ibidem.

Pretium, quod ex venditione serui fugitiui retrahitur, debet conuerti in vtilitatem Ecclesiæ. ibidem fine.

Seruus Ecclesiæ, vel Monasterio relictus cum conditione, venderetur, aliàs pertineret ad hæredes, an si postea efficiatur fugitiuus, ebriosus, &c. possit sine licentia Principis vendi; nec ideo pertineat ad hæredes. num. 400.

Et quid si non sit relictus sub conditione, ne vendatur, & factus sit demeritus, fugitiuus, latro, &c. ibidem.

Mobilia Ecclesiæ, quæ seruando seruari possunt, seorsim, & sigillatim sumpta non pretiosa, vnita tamen, & coniunctim sumpta propter ordinem ad vnum, & eundem vsum, seu finem constituentia vnum moraliter mobile pretiosum nequeunt alienari absque consensu Apostolico, & solemnitate in alienatione rei Ecclesiæ requisita. num. 401.

Tale mobile est non solum Bibliotheca, sed etiam vnum corpus librorum, vel operum v. g. S. Augustini, S. Thomæ, Biblia regia, &c. & quid si libri plures Bibliothecæ, vel corporis S. Augustini vendantur sigillatim successiuè, & quid de libris superfluis, & multiplicatis eiusdem Bibliothecæ. num. 402.

Tale mobile etiam sunt vasa, & instrumenta argentea destinata ad vsum Capellæ, vel sacrificij missæ, vel ad ornamentum altaris, vel Ecclesiæ. n. 402.

Tale mobile an dicantur oblationes argenteæ, quæ fiunt alicui imagini deuotæ, & an, & quando tales oblationes possint alienari sine solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ requisita. num. 404. & 405.

Oblationes res spirituales dicuntur. n. 412. & factæ imagini depictæ in alicuius priuati pariete sibi non debentur. ibidem.

Rector laicos deputare potest, vt oblationes percipiant, non tamen de altari. ibidem.

Episcopus in oblationibus Ecclesiæ Rectori factis nullam habet potestatem. ibidem.

Episcopus imaginem in Ecclesia Rectoris existentem ipso contradicente in aliam transferre non debet. ibidem.

Corpora Sanctorum, & eorum reliquiæ, quæ perpetuæ sepulturæ sunt traditæ iure antiquo possunt transferri de loco in locum de Episcopi licentia; secus autem absque eius licentia. n. 406. & 407. & quæ dicantur tradita perpetuæ sepulturæ. n. 406.

Attenta iure extrauagantis Ambitiosæ an reliquiæ Sanctorum etiam perpetuæ sepulturæ non traditæ, & quæ seruantur in reliquiariis, & deferuntur in Processionibus, possint alienari, & donari absque assensu Apostolico. Affirmatiuæ. n. 407. Negatiuæ. n 408. & seqq.

Sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur. num. 409.

Stylus Romanæ Curiæ in reliquiarum concessione. ibidem.

De reliquiis, alia, numeris allegatis. & 410.

Pecunia ex sui natura computatur inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt, & si est Ecclesiæ alienabilis est sine iuris solemnitatibus, & absque assensu Apostolico. num. 411.

Pecunia redacta ex venditione rei immobilis computatur inter immobilia; & pecunia redacta ex venditione rei mobilis computatur inter mobilia pretiosa, vel non pretiosa, sicut & res ipsa vendita, & ita si sit redacta ex venditione rei Ecclesiæ immobilis, vel mobilis pretiosæ in eius alienatione requiritur solemnitas, quæ in alienatione rei immobilis, vel mobilis pretiosæ. n. 412. nisi res fuerit vendita in causam determinatam, & expressam, nam tunc absque

absque alia solemnitate prater illam, qua in venditione fuit adhibita, poterit in illam causam expendi. ibidem.

Pecunia Ecclesiæ, & quauis alia, qua debet ex necessitate inuestiri in re mobili reputatur bonum immobile. num. 413.

Pecunia, qua datur pro dote monialium, reputatur pro re immobili, & an possit expendi in emendis agris absque assensu Apostolico. ibidem.

Pecunia collocata in montibus, & in censibus computatur inter immobilia. num. 414.

Pecunia non ex necessitate inuestienda in re immobili, vel mobili pretiosa, qua seruando seruari potest, tamen destinata ad emptionem prædiorum, & immobilium, vel ad emptionem mobilium pretiosorum, qua seruantur, an computetur inter immobia, vel mobilia pretiosa, & si sit Ecclesiæ non possit alienari absque assensu Apostolico, & solemnitate in alienatione rei Ecclesiæ requisita. num. 414. & 415.

Pecunia notabilis quantitatis exposita ad lucrum in banchis seu cambiis campsorum an computetur inter res immobiles, & si sit minoris, vel Ecclesiæ, aut Monasterij non possit alienari absque solemnitatibus in alienatione rei minoris, & Ecclesiæ requisitis. num. 416. & 417.

Pecunia Ecclesiæ, qua conseruatur vt deseruiat pro locatione ad pompam non potest alienari sine solemnitate, & causa num 417. fine.

Pecunia, qua seruatur pro aliqua necessitate, vel præsidij gratia pro conseruando magis patrimonio computatur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, qua seruando seruari possunt; & si sit Ecclesiæ, & non modica, non potest alienari sine solemnitate & assensu Apostolico. num. 418.

Prædicta pecunia censetur tanquam patrimonium, & venit, in legato his verbis facto, quæ ibi mobilia erunt do, lego. *ibidem.*

Magna quantitas pecuniæ, qua non est in redditu, & fructu sed proprietate Ecclesiæ, vel Monasterij an computetur inter immobilia, nec possit alienari sine solemnitate, & assensu Apostolico Affirmatiua. num. 419. Negatiua. 420.

Alia summaria vide post num. 420.

§. VII.

Quænam bona Ecclesiæ sint prohibita alienari absque iuris solemnitate, & Apostolico beneplacito, & quæ non prohibita.

CVm bona alia sint immobilia, alia mobilia, & ex his alia pretiosa, alia non pretiosa, & alia quæ seruando seruari possunt, alia quæ seruando seruari non possunt; hic explicandum est quænam immobilia, vel mobilia bona Ecclesiæ comprehendantur: vel non comprehendantur sub prohibitione alienationis absque iusta causa, debita solemnitate, & assensu Apostolico.

Bona immobilia Ecclesiæ non possunt alienari absque solemnitatibus iuris, & beneplacito Apostolico, & imprimis bona corporalia, fundus, seu possessiones, Agri, Domus, & enumerantur plures casus, in quibus hac bona possunt absque solemnitate alienari.

371. Imprimis igitur prohibita alienari sine solemnitate, & assensu Apostolico sunt bona Ecclesiæ immobilia, de quibus magis expressè loquuntur iura, & constitutiones summorum Pontificum, in quibus prohibentur res Ecclesiæ alienari, vt patet ex *cap. nulli de rebus Eccl. non alien.* ex extrauagantl *Ambitiosæ*, & ex aliis iuribus, & constitutionibus summorum Pontificum suprà *num.* 40. *num* 181. & 289. adductis. Quæ autem bona sub prædictis bonis immobilibus prohibitis alienari sine solemnitate, & assensu Apostolico contineantur, explicatur sequentibus.

Primo bona immobilia sunt fundus, seu possessiones, agri, domus, & similia, quæ habent fixam radicem, & vocantur bona corporalia. ita Redoanus *de alien. rer. Eccl. q.* 12. & communiter omnes, & ex præfatis iuribus & constitutionibus constat. 372.

Excipiuntur res infertiles, & infructuosæ, & terrulæ exigui valoris, de quibus suprà *à num.* 293. *ad* 296. Quæ ruinæ ædificiorum, & loca diruta Ecclesiæ, seu Monasterij, in quibus antiquæ habitationes (vt dicit textus in §. *Sancimus auth. de alien. & emph.*) depositæ sunt, ex quibus nullus resultat redditus, quæ per eandem Ecclesiam non possunt reædificari, absque solemnitate, & assensu Apostolico possunt alienari, & dari in perpetuam Empbyteusim maximè pro canone, & pensione de qua *in d. textu*, ibi: *si vero quadam*, scilicet dimittendo Emphyteutæ sextam partem valoris. ita præter Doctores *d.n.* 293. relatos, Redoanus *de alien. rer. Eccl. q.* 12. *num.* 13. & 21. & Bordonus in consiliis regularibus *to.* 1. *resolut.* 27. *num.* 72. vbi quod bona directa Monasterio inutilia possunt etiam vendi absque assensu Apostolico, si venditio resultat in commodum, & vtilitatem Monasterij. 373.

Excipiuntur etiam domus Ecclesiarum in ciuitatibus, aut Castris, quæ maiorum sumptuum sunt, quam fructuum, hæ enim alienari possunt absque solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, vt habetur *c. sine exceptione. & cap. non liceat Papa* 12. *q.* 2. & post Hostiensem *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis*, tradit Redoanus *q.* 9. *num.* 2. Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 172. *num.* 34. ita etiam in prohibitione alienationis rei Ecclesiasticæ factæ per Paulum secundum in d. extrauagan- ti *Ambitiosæ* non comprehendi huiusmodi domus Ecclesiæ, eo quod dicta antiqua iura non intelligantur correcta per nouam illam constitutionem (vt suprà *num.* 294. dictum est) præter Redoanum tradunt post Benedictum Canophil. *in d. extrauag. fall.* 40. & 41. Camillus Botellus *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 61. & Andreas Fachineus *controu. iuris lib.* 10. *cap.* 98. *fine.* addentes rationem scilicet, quod non requiritur solemnitas in rebus, quæ sunt Ecclesiæ magis onerosæ, quam viles, vt dicunt Guido Papa *decis.* 156. & Rebuffus *in compendio alien. rer. Eccl. in fine.* Neque in rebus, quas magis expedit distrahi, quàm seruari. Redoanus *q.* 51. *c.* 1. *num.* 4. & Quaranta *v.* alienatio *num.* 38. 374.

Excipiuntur quoque bona incerta, & incognita, aut difficilis recuperationis. ita Rota Romana *decis.* 631. *num.* 3. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij.* dicens huiusmodi bona inconsulto Romano Pontifice posse per Episcopum alienari lege apposita, vt laicus expensis, & periculo suo eas recuperet non obstante iuramento à Prælato præstito. idem docet Redoanus *q.* 6. *num.* 31. & 33. vbi tradit regulam illam, quod absque solemnitate licite alienari possint bona Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, habere locum etiam in immobilibus, quæ Ecclesia omninò perderet; quia sunt fortasse in manu tyranni, aut alicuius potentis sine spe recuperationis, nam si res haberi non possunt è manu tyranni, seu potentis illas detinentis possunt absque beneplacito Apostolico, & solemnitate infeudari, & alienari alteri eique potenti, vel potentiori, inquit idem Redoanus post alios. 375.

Excipiuntur rursus bona non admittentia commodam diuisionem (qualis est domus) in communi, & indiuisa relicta Ecclesiæ, seu Monasterio, & laico; si enim laicus velit vendere, & domus verè non sit apta diuisioni posse Ecclesiam, aut Monasterium consentire venditioni absque solemnitate iuris, & beneplacito Apostolico tradit post Megalium Bordonus *d. resolut.* 17. *num* 5. & 41. eo quod huiusmodi venditio volente laico vendere non sit voluntaria, sed necessaria; in alienatione vero necessaria non requiritur solemnitas, vt in præcedentibus 376.

num. 252. dictum est. Debebat autem pretium retractum implicari in vtilitatem, & commodum Ecclesiæ, seu Monasterij.

377. Item excipiuntur bona immobilia,& mobilia pretiosa relicta Ecclesiæ, aut Monasterio cum onere restitutionis,puta,sit estator reliquit sua bona Ecclesiæ hac adiecta conditione, vt post aliquod tempus alteri restitueret, eo tempore enim elapso Ecclesia, vel Monasterium sine vlla alia solemnitate restimere potest conditione impleta *arg. l. 1. & 3. Cod. quando decr. opus est.* Quaranta *num.* 45. *limit.* 16. Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. §. 7. *num.* 5. *fine.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 61. Lezana *quæst. reg p.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. & *p.* 2. *cap.* 19. *num.* 58. ea enim restitutio est necessaria ex obligatione iustitiæ, in qua potiori iure procedunt tradita suprà *d. num.* 252. Quare ob eandem rationem bona ab Ecclesia malè possessa potest Prælatus absque solemnitate restituera, com non teneatur defendere res Ecclesiæ contra iustitiam, & conscientiam *c. debetur* 14. *q.* 1. iuncta Glossa Felic. *in cap. fin. num.* 10. *de præscrip.* Piasecius *p.* 2. *praxis num.* 33. *fine* & alij.

378. Vtrùm verò bona donata, seu relicta Ecclesiæ, seu Monasterio,aut loco pio bonorum immobilium capaci, ea conditione,vt possint alienari absque solemnitatibus ad libitum Prælati, vel Monasterij, tali conditione non obstante non possint alienari absque solemnitatibus & assensu Apostolico. Affirmat Quaranta *v.* alienatio *num.* 31. Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica p.* 4. *q.* 11. Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 29. & Bordonus *d. resolut.* 27. *num.* 44. & ratio est, quia illa conditio, seu voluntas testatoris tanquam illicita, & turpis (vt pote contra iura, & constitutiones Pontificias, quæ prohibent res Ecclesiæ alienari absque solemnitate) non est seruanda, vt late Couarruuias in *c. Tua num.* 6. *de testamentis*, & facit textus *in l. nemo potest ff. de leg.* 1. & haberi debet pro non adiecta, cum nemo possit facere, vt in dispositione sua legas locum non habeant Glossa, & Panormitanus *in cap. de condit. appos.* Innocentius *in cap. vero de foro competenti.* Postquam autem Ecclesia acceptauit bona tali conditione donata, vel relicta illarum dominium acquisitum est Ecclesiæ, & effecta sunt Ecclesiastica & consequenter in eorum alienatione requiritur solemnitas à iure in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisita. Quamuis contrarium & permutari posse bona Ecclesiæ absque beneplacito Apostolico si sic testator disposuerit affirmauerint M. Antoninus *var. lib.* 1. *resol. fin. casu* 44. dicens sic in puncto tenuisse Soccinum Seniorem *consil.* 48. *num.* 4. & *cons.* 53. *num.* 16. *vol* 1. & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 14. eam afferentes rationem quod in traditione rei potest adiicere quæcunque pacta, & quascunque conditiones & leges, etiam cùm tradit rem Ecclesiæ. *cap.* verum *de condit. appos.* cùm quilibet rei suæ sit optimus moderator & arbiter. *l in re mandata Cod. mandati.* Ac proinde dispositio hominis facit cessare dispositionem legis. *l. fin. Cod. de pactis.* & *leg. maritus Cod. de procuratoribus.* Et hanc sententiam ait Pyrrhus se vidisse seruari in praxi, nempe actu petendi beneplaciti Apostolici super similibus alienationibus, bis se obseruasse supplicationes desuper non fuisse receptas, tanquam super re non necessaria porrectas.

379. Item excipiuntur bona immobilia relicta vel donata Monasterio incapaci retinendi etiam in communi, vt sunt Fratres S. Francisci Minores, & Capucini, de quibus mentionem facit Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 3. *de Regul.* in huiusmodi enim bonorum alienatione non requiritur solemnitas iuris, neque assensus Apostolicus, sed absque solemnitate alienari possunt prædicta bona, & pretium conuerti in Ecclesiæ necessitatem. & quotidianos vsus Monasterij. ita Rebuffus *in compendio alien. n.* 29. Redoanus *q.* 51. *cap.* 3. *num.* 24. alios allegans. Quaranta *v.* alienatio *num.* 32. & *num.* 41. versic. *sexto limita.* Piasecius *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 33. *in fine*, versic. *relicta*, Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ resolut.* 64. Sanchez *lib.* 7. *sum. cap.* 27. *num.* 17. & Lessius *cap.* 26. *num.* 30. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 9. Bonacina *d. p.* 4. *citata num.* 11. Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 32. Castrus Palaus *in* 2. *tract.* 11. *disp. vnica, puncta* 15. §. 1. *num.* 12. & alij præsertim Iurisperiti, & Canonistæ, quos referunt Sanchez, & Riccius. Et ratio est iuxta Riccium, Barbosam, & Palaum, quia bona ista Monasterio incapaci relicta non sunt Ecclesiæ incoporata iuxta textum *in Clement.* exiui *de verb. signific.* in rebus autem Ecclesiæ nondum incorporatis alienandis non requiritur assensus Apostolicus, vt sæpius supra dictum est, & tradunt Franchus *in cap.* 2. *de reb. Eccl. non alien.* & Rebuffus *in d. compendio num.* 21. Præterea testator relinquens legatum rei immobilis Monasterio incapaci tacitè voluit legatum relinquere, vt illo vtatur eo modo, quo potest, & consequenter, vt res illa alienetur, & in proprios vsus conuertatur, vt latè cum aliis Sanchez *d. cap.* 26. *num.* 21. Imò etiamsi in tali legato rei immobilis facto Ecclesiæ, seu Monasterio incapaci fuerit à testatore apposita conditio, vt non possit alienari, adhuc poterit, & debebit alienari res relicta, & inde pecunia conuerti in vtilitatem Ecclesiæ, seu Monasterij. ita Glossa *in cap. de relig. dom. in* 6. verbo *domum*, Panormitanus, Felinus, Decius, *in cap. cum in præsentia.* Quaranta alios allegans *d. num.* 32. Azorius, Sopranus, & Bonacina *locis citatis.* cum enim Monasterium sit incapax rei immobilis, illa conditio non alienandi tanquam turpis, habetur pro non apposita, vt inquit Azorius, & probant tradita *numero præcedenti.* Qui autem possint, & debeant facere talem alienationem (cum ipsi fratres Minores, & Capucini nequeant vendere, neque in venditione interuenire) an hæredes, an executores, an Episcopus, aut iudex sæcularis explicat Sanchez *d. cap.* 26. *num.* 19. Prædicta autem non procedere in rebus mobilibus pretiosis (prout sunt vestes, calices, & his similia) eidem Monasterio incapaci bonorum immobilium; sed in alienatione harum rerum requiri assensum Apostolicum, & solemnitatem post Emanuelem Sà *v.* alienatio *in finalibus verbis*, tradunt Riccius, & Barbosa *locis citatis*, ob eam rationem, quod ista bona sunt Ecclesiæ incorporata. Contrarium tamen tenet tanquam probabile Palaus *d.* §. *num.* 13. fundatus in eo, quod tota ratio prohibitionis alienandi res mobiles pretiosas, quæ seruando seruari possunt, est quia inter bona immobilia computantur, quorum alienatio omnino prohibita est non seruatis solemnitatibus iuris; hæc autem prohibitio non procedit in re immobili relicta Monasterio incapaci; ac proinde à fortiori nec procedere debet in re pretiosa mobili apta conseruari. Verùm mihi nullo modo videtur recedendum à priori sententia, quia res mobiles pretiosæ Ecclesiæ aptæ diu conseruari seorsim à prohibitione alienationis immobilium in iure alienari prohibentur, vt infra dicitur, licet etiam Doctores quoad alienationem dicant æquiparari immobilibus;cum ergo prohibitiones sint distinctæ, & separabiles, seu separatæ, non est necesse, vt cessante prohibitione alienationis immobilium, quia relicta Ecclesiæ incapaci illi non incorporentur, cesset etiam prohibitio alienationis mobilium pretiosorum, quæ Ecclesiæ incorporata sunt.

Aduerto etiam alienationem bonorum Clericorum Theatinorum posse fieri inconsulta S. Congregatione, vt ipsa declarauit post promulgationem decreti, de quo suprà *num.* 4. & 40 sub quo non contineri talem religionem declarauit eadem S. Congregatio. vt Augustinus Barbosa *in sum. Apostolicarum constitut.* v. *alienatio num.* 10. refert ex Ioanne Antonio Maria Nouario *in summa Bullarum tit. de alienat. rerum Regularium prohibita n.* 19. & eandem declarationem de verbo ad verbum refert Diana *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 6. versic. *sed ex his.* Quand tamen declarationem intelligendam puto de bonis immobilibus

bilibus (quæ Theatini non consueuerunt possidere, neque etiam in communi, licet non sint illorum incapaces, vt late tradit Vincentius de Franchis *decis.* 14.) non vero de mobilibus pretiosis aptis conseruari ad longum tempus, idque ob dicta *num. precedenti*; & maximè quia dicta declaratio loquitur tantum de bonis immobilibus, & ita sentit Peregrinus à Diana *loco citato* allegatus, & ita videtur sentire ipsemet, quamuis Nouarius *loco citato* teneat, sed sine fundamento, contrarium.

380. Demum excipiuntur bona Ecclesiæ solita alienari, scilicet dari in feudum, vel Emphiteusim, vel locari ad longum tempus de quibus suprà *num.* 290. 296. *ad* 310. dictum est: an, & quando possint de nouo alienari absque solemnitatibus à iure in alienationibus rerum Ecclesiæ requisitis.

Seruus rusticus, seu adscriptitius fundi pars censetur, & inter immobilia computatur, nec alienatur nisi vt res immobilis. Item grex ouium, armentum, boum & præsepium equorum computantur inter immobilia Ecclesiæ, & eorum alienatio requirit solemnitatem.

381. Secundò inter bona Ecclesiæ immobilia, quæ prohibētur alienari absque solemnitate iuris, & assensu Apostolico iuxta extrauagantem *Ambitiosæ* computantur mancipia rusticana, seu serui adscriptitij glebæ, & omnia iumenta prædiis affixa *cap. nulli de reb. Eccl. non alienan. auth. de non alien. §. nos igitur.* Panormitanus *in d. cap. nulli* 2. *notabili.* Redoanus *q.* 11. *num.* 24. *cum seq.* Augustinus Barbosa *ad d. cap. nulli num.* 4. alij Iurisperiti à Redoano allegati, Molina *de iustit. to.* 2. *disp.* 465. *num.* 3. Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica p.* 2. *num.* 4. Sopranus *d. tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 27. Castrus Palaus *d. §.* 1. *num.* 1. & alij communiter. Et ratio est quia seruus adscriptitius censetur tanquam pars, seu portio fundi, & ideo inter immobilia computatur *l.* 3. *ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus l. iubemus Cod de sacros. Eccl. l. si quis inquilinos ff. de leg.* 1. Baldus *in l.* 1. *Cod. de seruis fugit.* Tiraquellus *de retract. leg. §.* 1. *Glossa* 7. *num.* 119. Mænochius *remed.* 3. *retin. poss. à num.* 116. Panormitanus & alij Doctores citati, & præsertim Redoanus, qui *à d. num.* 24. latè agit de seruis adscriptitiis pluribus probans, & declarans quomodo inter immobilia computentur, præsertim quod ratione connexionis sequuntur naturam agrorum, & prædiorum naturæ accedunt, ac cohærent. *d. l.* 3. *ff. de diuersis & temporal. præscript.* vnde licet Iudæi (addit idem Redoanus *num.* 29.) non possint emere, nec habere mancipia Christiana, tamen si ad eos transeat rusticum prædium, transeunt etiam mancipia Christiana destinata culturæ illius prædij ratione connexionis, quia non principaliter, sed accessoriè possideri dicuntur *cap.* 2. *de Iudæis.* De aliis mancipiis an computari debeant inter bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt, & consequenter possint absque solemnitatibus alienari explicatur infrà *num.* 406. *&* 407. Grex etiam ouium, armentum boum, præsepium equorum Ecclesiæ, cum retineantur vt corpus immobile, & vti prædium, censentur immobilia, & in eorum alienatione requiruntur, quæ in alienatione immobilium. ita Redoanus *q.* 11. *n.* 32. Augustinus Barbos. *d. allegat.* 95. *n.* 39. Molina *d. disp.* 465. *num.* 4. Sopranus *d. cap.* 4. *num* 24. Bonacina *d. p.* 2. *num.* 2. versic. *aduertendum est secundò* Castrus Palaus *d. §.* 1. *num.* 3. & alios allegans Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 24.

Vsusfructus rerum immobilium Ecclesiæ, census, annui redditus, iura, & actiones Ecclesiæ ad bona immobilia, computantur inter immobilia Ecclesiæ, nec possunt alienari sine solemnitate in alienatione rei Ecclesiæ requisita.

382. Tertiò vsusfructus rerum immobilium Ecclesiæ competens continetur sub immobilibus alienari prohibitis absque iuris solemnitate, & assensu Apostolico. ita Redoanus *q.* 15. & Doctores suprà *num* 281. *&* 282 allegati, & constat ex *ibidem* traditis, licet enim vsusfructus, quoad ius vtendi re non contineatur sub bonis immobilibus corporalibus, computatur tamen inter incorporalia; prohibitio autem alienandi bona Ecclesiæ absque debita solemnitate comprehendit tam corporalia, quàm incorporalia, vt constat ex rubrica *de reb. Eccl. non alien.* & ex d. extrauaganti *Ambitiosæ*, ibi. *omnium rerum*, verbum enim *res*, & verbum *omnium rerum*, est generale omnia, & quæcumque complectens per textum *in l.* 1. *§. fin. ff. si certum petatur* Bartholus *in l. quintus §. argento, ff. de auro, & argento leg.* Redoanus *d. q.* 15. *num.* 1. vbi etiam quod verbum *rei* ex Speculatore *tit. de empt. & vendit. §.* 1. *col.* 3. versic. *nota quod in contractu venditionis*, complectitur corporalia, & incorporalia, qualia sunt iura, actiones, & huiusmodi incorporalia, vt etiam idem Redoanus cum aliis *quæst.* 14. *num.* 3. *&* 4. per *l. bonorum*, & *l. rei appellatione ff. de verb. signific.* & Federicus Martinus *de censibus cap.* 1. *num.* 94. & quoad præsentem materiam tradunt Doctores ab eodem Redoano *d. num.* 4. allegati, & alij communiter, & præsertim, qui *infra* allegantur. Hinc

Quarto census Ecclesiæ actiui computantur inter immobilia Ecclesiæ prohibita alienari absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ à iure, & in d. extrauag. *Ambitiosæ* requisitis. ita Rota *decis.* 580. *num* 8. apud Seraphinum, & *in Romana inualiditatis census venditi* 24. *May* 1591. impressa per Picum ad statuta Vrbis *decis.* 31. *num.* 1. *&* 2. Stephanus Gratianus *discept. for. tom.* 3. *cap.* 420. *num.* 13. *cap.* 585. *num.* 6. & *tom.* 5. *cap.* 811. *num.* 21. & *cap.* 981. *num.* 38. Castrus Palaus *d. §.* 1. *num.* 1. & omnes Doctores *num. sequenti* & *num.* 386. allegati, asserentes annuos redditus Ecclesiæ censeri immobilia prohibita alienari absque solemnitatibus iuris, & quod census inter immobilia computentur tam in materia fauorabili, quam odiosa (& consequenter eorum alienatio, si sint Ecclesiæ, requirat solemnitates iuris, & assensum Apostolicum iuxta *d. extrauagantem*) præter Rotam, & Gratianum *locis citatis* tradunt Gabriel *consil.* 141. *num.* 13. Hondedeus *consil.* 61. *num.* 35. *lib.* 1. Federicus Martinus post alios *in tract. de censibus cap.* 1. *num.* 99. *& seqq.* Rota *decis.* 224. *in fine* apud Seraphinum, Surdus *decis.* 204. *num.* 4. & latè Cencius in *tract. de censibus p.* 1. *cap.* 13. *quæst.* 1. *art.* 2. *per totum.* Quamuis enim census non sint res corporales, tamen cum inhæreant rei immobili ratione cohærentiæ ex dispositione iuris generaliter, & indistinctè numerantur inter immobilia tàm in materia odiosa, quàm fauorabili, vt Gratianus *locis citatis*, & alij præallegati & quos ipsi allegant. Hoc tamen intelligitur de sorte principali census, seu de iure percipiendi annuas præstationes, aut pensiones, & fructus ipsius census, vt declarat Cencius loco citato sub *num.* 26. non autem de ipsis fructibus, & responsionibus, quæ singulis annis ex censu percipiuntur, eas enim inter mobilia connumerari tradunt Rota *decis.* 86. *num.* 8. *post d. tract.* Cencij *de censibus*, Gaspar Rodericus *de annuis reddit. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 11. Rebellus *de obligat. iust. p.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 1. *num.* 11. & Ferentillus *in addit. ad d. decis.* 580. Buratti. Neque etiam intelligitur de annuis pensionibus, seu præstationibus iam cessis, & ob terminum solutionis præteritum iam debitis, pro quibus exigendis actio de præsenti competit, has enim præstationes quemadmodum fructus à solo separatos, quibus comparantur, computari inter mobilia *arg. l. fructus ff. de rei vendicat.* tradunt Baldus *in cap. vnic. n.* 25. *de pace tenenda.* Afflictus *ibidem. num.* 13. Alciatus *in l. mouentium. ff. de verb. signific.* Gaillus *lib* 2. *obseru.* 10. *n.* 3. Federicus Martinus alios allegans *d. cap.* 1. *num.* 104. & Stephanus Gratianus *d. cap.* 811. *num.* 12. *&* 23. Debet etiam intelligi de censibus perpetuis (scilicet qui habent saltem habitu vitam perpetuam, quales solum hodie possunt 383.

possunt constitui iuxta bullam Pij V. de censibus,nempe qui sunt redimibiles tantum voluntate imponentis, seu venditoris, de quo Cencius *d. tract. de censibus p. 1. cap. 1. q. 1. art. 2. n. 3. & seqq.*) vel ad longum tempus constitutis, & duraturis, non vero de censibus temporalibus ad modicum tempus duraturis. Ita Bartholus, & Bardus *in l. iubemus 2. Cod. de sacros. Eccl.* Tiraquellus *de retract. consang. § 1. glossa 7.* Gaillus *d. obser. 10.* Federicus Martinus alios allegans *d. c. 1. n. 102.* & Cencius *p. 1. d. cap. 3. q. 1. art. 2. n. 22.* & longum tempus in hac re esse tempus decem annorum tradunt Gaillus *d. obseruat. 10. num. 2.* Chassanus *in consuet. Burgun. rub. 5 § 1.* Federicus Martinus *d. num. 102.* & alij relati à Gaillo, & constat ex traditis suprà *num. 321.*

384. Quod autem dictum est de censibus, idem dicendum de quibuscunque alijs annuis redditibus Ecclesiæ perpetuis, vel ad longum tempus duraturis, cum inter bona immobilia computentur. Annui enim redditus perpetui, vel ad tempus longum duraturi inter bona immobilia computari habetur *in Clem. exiui §. cumque annus redditus de verb. signific. l. iubemus Cod. de sacros. Eccles.* & Auth. *de non alien. §. hoc igitur* versic. *alienationis*, & tradunt communiter Doctores *Glossa in d. Clem. exiui* verbo *cumque annui redditus*. Gaillus *d. obseruat.* Tiraquellus *d. §. 1. glossa 6. num. 4.* Mænochius *de arbitr. casu* 213. Boërius *decis.* 209. Thesaurus *decis.* 160. Rota Romana *decis. 86. num. 7. in nouiter nouissimis Farinacij*, Gutierez *practic. lib. 2. q. 146. num. 1. & lib. 3. q. 85.* Redoanus *q. 14. num. 12. 30. 31. & 32.* Quaranta *v.* alienatio *num. 26.* Aloysius Riccius *1. p. praxis aurea resolut. 41. & in collect. decis. p. 3. collect. 668.* Cænedo *ad sextum collect. 24. num. 4.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. Clem. exiui num. 15. & de potest. Episc. alleg. 95. num. 46.* Hugolinus *de potest. Episc. cap. 14. § 4. num. 4.* Stephanus Gratianus *to. 1. cap. 29. num. 1. & to. 5. d. cap. 811. num. 21.* alij Iurisperiti passim, quos Gaillus, Cænedo, Riccius, Barbosa, & Gratianus allegant, & ex Theologis Molina *to. 2. de iustit. disp. 465.* Azorius *p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 6.* Soptanus *in appendice ad Fillinccium tract. 44. cap. 4. q. 1.* & Castrus Palaus *to. 1. tract. 11. disp. vnica. p. 15. §. 1. num. 1.* Quare annui redditus Ecclesiæ perpetui, vel ad decennium non possunt alienari absque iusta causa, solemnitate iuris, & assensu Apostolico iuxta extrauagantem *Ambitiosæ*, vt *locis citatis* tradunt Quarania, Riccius, Barbosa, Molina, & alij. Hæc autem debent intelligi iuxta limitationes *num. præcedenti* positas; scilicet de annuis redditibus quod ius, seu de iure percipiendi annuas præstationes, seu fructus annuos non de ipsis fructibus, seu præstationibus, aut pensionibus, quæ singulis annis percipiuntur, quæ inter mobilia connumerari tradunt Rota, & Doctores *num. præcedenti* allegati. Neque de pensionibus, seu præstationibus iam cessis, seu quarum solutionis dies iam cessit, quas etiam referri inter mobilia tradunt Gaillus, & alij *num. præcedenti* allegati. An autem beneficiati possint fructus, & commoditates proprij beneficij ad ipsos attinentes locare ad longum tempus stante extrauaganti *Ambitiosæ* latè discussum est suprà *num. 352. & duobus seqq.* Annui autem redditus ad modicum tempus sex vel octo, aut nouem annorum non æquiparantur immobilibus, sed censentur inter mobilia, vt Doctores *num. præcedenti fine* allegati. Redoanus *d. q. 14. num. 29* & Molina *d. disp. 465.*

385. Hinc pro bonis immobilibus reputantur tum loca montium, seu redditus annui, qui percipiũtur ex montibus erectis tum Romæ, tum Genuæ, tum alibi, quod etiã in terminis tradunt Redoanus *d. q. 14. n. 31. & 32.* Gratianus *to. 1. d. cap. 29* & *to. 4. cap. 585. num. 9.* alios allegans Soptanus *d. cap. 4. num. 26.* & Lezana *to. 3. verbo* alienatio *num. 6.* tum credita perpetua, quæ assignantur ex publico, seu ex certis publicis redditibus, vt etiam Iason *in l. sciendum ff. qui satisdare cogan.* Redoanus *d. q. 14. num. 31.* (vbi ait talia esse imprestita Venetiarum) & Stephanus Gratianus *d. num. 9.* vbi etiam allegat decisionem Oradin. 116. Vnde talia loca montium & credita, si spectent ad Ecclesiam, non possunt absque assensu Apostolico, & solemnitate iuris alienari. vide etiam infrà *num. 422.*

386. Idem generaliter de quibuscunque iuribus, & actionibus, ad immobilia (quale est vsusfructus alicui fundi, & ius seruitutis siue personalis, siue prædialis; vsumfructum enim inter immobilia computari habetur *l. corruptionem Cod. de vsur.* & tradunt Bartholus *l. iusto §. non mutat. num. 2. ff. de vsucap.* & post alios Gratianus *tom. 4. cap. 756. num. 19.* & etiam si sit vitalitius, vt post alios idem Gratianus *num 20.*) perpetuis vel ad longum tempus duraturis Ecclesiæ iam perfectè acquisitis: iura enim, & actiones ad rem immobilem computantur inter immobilia (vt de seruitutibus, seu iure seruitutum ostensum est supra *num. 282.*) & generaliter de quocunque iure, & actione ad rem immobilem tradunt Panormitanus *in cap. nulli de reb. Eccl. non alien.* Rebuffus *in compend. alien. num. 54.* Redoanus *d. q. 14. num. 12. & 14. cum seqq.* Quaranta *d. num. 26.* Hugolinus *d. § 4. num. 4.* versic. *item alienare*, Federicus Martinus *de censibus d. cap. 1. num. 100. & 101.* Augustinus Barbosa plures alios iurisperitos allegans *d. alleg. 95. num. 46.* Molina, Castrus Palaus, Azorius locis *suprà* citatis, & Vasquez *opusc. de redditib. cap. 2. § 2. dub. 13.* & alij, iura enim, seu nomina debitorum pro diuersa ratione rerum, quibus inhærent, & actiones pro diuersa ratione rerum, ad quas dantur, censentur bona immobilia, vel mobilia; si iura, & actiones sunt ad res immobiles, computantur inter immobilia; si ad res mobiles, inter mobilia connumerantur. ita Glossa *in auth. de non alien. §. hac ergo nos* verbo *numeranda.* Glossa *in l. 2. Cod. si aduersus transact.* Bartholus *in l. si sic. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. mouentium ff. de verb. signif.* Marianus Socinus *tract. de oblat. q. 3.* Guido Papa *decis. 52.* Redoanus *d. q. 14. num. 15. & 16.* Gomez *2. var. cap. 14. num. 14.* versic. *quarto.* id colligens *ex textu in l. si ad resoluendum Cod. de prædiis minorum*, Federicus Martinus *d. n. 102.* plures alij iurisperiti allegati à Redoano, & Gomezio, & *locis citatis* Molina, Vasquez, Azorius, Palaus. Quare licet iura annuorum redditũum, vsusfructus, seruitutum, & alia iura, & actiones propriè loquendo ex sua natura nec in mobilia, nec in immobilia computentur, sed tertiam speciem bonorum constituant *l. a Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudicata*, & *l. quam Tuberonis §. fin. de peculio.* Bartholus in *l. mouentium ff. de verb. signif.* Mar. Socinus *d. tract. de oblat. lib. 8. n. 7.* Tiraquellus *d. glossa 6. n. 3.* Redoanus *d. 4. num. 13.* Guido Papa *decis. 296.* Panormitanus *in d. cap. nulli.* Federicus alios allegans *d. cap. 1. num. 97. & 98.* & Gratianus *d. cap. 19. n. 211.* eam assignantes rationem, quod mobile, & immobile sunt qualitates, & passiones corporis, vt tradit Aristoteles 3. *physicor.* Nihilominus quando sumus in casu, in quo necessario iura, & actiones necessario trahi debent ad alterum eorum, seu attribui speciei mobilium, vel immobilium, quæ sunt ad aliquid immobile computantur inter bona immobilia, quæ ad aliquid mobile inter mobilia connumerantur iuxta Doctrinam præfatam Glossæ, Bartholi, & aliorum Doctorum, qui allegati sunt *paulò suprà* versiculo *iura enim*, & in terminis ita tradunt Panormitanus *in d. cap. nulli n. 9. & 10.* Redoanus *d. q. 14. n. 14 & 17.* Stephanus Gratianus *d. cap. 9. num. 23. & 24.* alij Iurisperiti ab iisdem Redoano *d. n. 17.* & Gratiano relati, Molina, Vasquez, Azorius, & Palaus locis *suprà* allegatis: In præsenti autem materia alienationis rerum Ecclesiæ versamur in casu, in quo ex necessitate annui redditus, nomina debitorum, seu iura, & actiones Ecclesiæ debent applicari bonis mobilibus, vel immobilibus, vt etiam tradunt Panormitanus *vbi suprà*, Redoanus *d. q. 14.* Vasquez, Azorius, Palaus *locis citatis*, & reliqui Doctores suprà *n. 383. initio n. 384.* & *initio huius numeri* allegati, quia iura, & constitutiones

tutiones Summorum Pontificum prohibent generaliter omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem fieri sine iusta causa, & solemnitatibus debitis, vt supra *n.282.* ostensum est. Quapropter absque solemnitate iuris, & assensu Apostolico non possunt alienari iura, & actiones Ecclesiæ ad res immobiles, cum inter bona illius immobilia computentur; neque etiam iura, & actiones eiusdem Ecclesiæ ad res mobiles pretiosas, quæ seruando seruari possunt connumerētur inter mobilia pretiosa, quæ absque solēnitate nequeunt alienari, vt *infra* explicatur; iura vero, & actiones Ecclesiæ ad res mobiles non pretiosas, vel ad pretiosas, quæ seruando seruari nequeunt alienari possunt absque solemnitate, quia censentur mobilia modica, aut pretiosa apta non seruari diuturno tempore, quæ absque solemnitate, & beneplacito Apostolico possunt alienari. ita Molina, Vasquez, Azorius, Palaos *locis citatis*, Redoanus *d.q.14. num.18.* & alij Doctores *initio huius numeri* citati.

Ius Patronatus Ecclesiasticum, vt bonum Ecclesiæ immobile non potest transferri in laicum absque assensu Apostolico.

387. Ex dictis etiam infertur ius Patronatus Ecclesiasticum computari inter bona Ecclesiæ immobilia, posse alienanari maximè per donationem in personam laicam absque assensu Apostolico, & solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis, & nisi ex causa euidentis vtilitatis. ita etiam Rota *decis.1312.* apud Seraphinum, vbi in terminis resoluit ius Patronatus Ecclesiasticum non posse in laicum transferri absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, eo quod inter bona Ecclesiæ immobilia computetur, hoc idem tradit Riccius *p.1. praxis aureæ resolut.40.* Ius patronatus autem laicum potest à laico in laicum solo consensu Episcopi transferri *cap. illud de iure patronatus* vbi Scribentes, & Doctores quos allegat Barbosa *collect. ad d. cap. num. 1. & 2.* & *collect. ad cap. si vnicum eod. tit. in 6.* imò compatrono donari potest absque consensu Episcopi. Vetallus *decis. 131.* & *decis. 284.* & alios allegans Augustinus Barbosa *d. collect. ad cap. illud n.4.* & *de potest. Episc. alleg.72.* etiam loco religioso, & Ecclesiastico ius patronatus, per laicum Patronum sine consensu Episcopi potest donari, & concendi *d. cap. illud* & *d. cap. vnicum de iure patron. in 6.* alios allegantes Stephanus Gratianus *discept. for. cap.177. num.2.* & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. illud num.6.* & *collect. ad d. cap. vnicum num.1. & 2.*

Ecclesia materialis, & oratorium est bonum Ecclesiæ immobile, in cuius alienatione requiruntur solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ necessariæ, & an idem etiam de Capellis, & sepulturis.

388. Quinimò inter bona Ecclesiastica, quæ sine assensu Apostolico, & solemnitate & iusta causa alienari non possunt, reputantur ipsæ Ecclesiæ materiales, & oratoria pij loci authoritate Episcopi fundata ad perpetuum Ecclesiasticum vsum, ita quod non concedi, nec in eis seruitus imponi possit absque solemnitatibus, & assensu Apostolico, constat ex auth. *multo magis Cod. de sacros. Eccl.* & ex *c. quod hac, de relig. dom.* & tradunt Quaranta *v. alienatio n.29.* Hugolinus *de potest. Episc. cap.14 § n.5.* Pyrrhus Corradus *de disp. ensi l.9 c.4 n.15.* Sopranus *d.c.4. n.21.* Bonacina *d.p.1.n.11* Lezana *qq. reg. p.2 c.9. n.56. fine.* & Riccius *in praxi rerum for. Eccl. decis.78.* Licèt enim Ecclesia materialis non sit bonum Ecclesiæ respectu sui ipsius, computatur tamen inter bona Ecclesiæ sumptæ pro Congregatione Ecclesiasticorum. Et ita etiam Ecclesiam profanatam, vel dirutam, seu locum Ecclesiæ profanatæ, aut dirutæ, eo quod sit res Ecclesiæ, non posse vendi inconsulto Romano Pontifice tradit Riccius *d. decis. 78.* vbi etiam quoad Ecclesiam profanatam confirmat, quia etsi Ecclesia profanetur, habetur tamē adhuc in veneratione, cum præsertim in ea prohibeatur fieri coquina, & stabulum, vt Glossa *in cap. ligna de consecrat. d.1.* & *in cap. quæ semel.* vbi Archidiaconus, & Scribentes *19. q.3.* & ante Concilium Tridentinum neque cæmenta Ecclesiæ profanatæ poterant conuerti in vsus priuatos, sed ad vsus alterius Ecclesiæ non sordidos *d. cap. ligna* & *d. c. quæ semel* vbi Glossa, & Scribentes. Quoad locum Ecclesiæ dirutæ confirmat, quia non desinit esse sacer, atque adeo gaudet immunitate Ecclesiæ *l. ædes sacra ff. de cōtrah. empt.* Glossa *in d. cap. quæ semel.* si tamen Ecclesia erecta esset authoritate Episcopi, & non esset spes reædificandi, non gauderet amplius immunitate, vt post Farinacium *de carceribus q.28. num.10.* & Ambrosinum *de immu. q.10. n.3.* & alios notat idem Riccius *ibidem*, & quod solum Ecclesiæ dirutæ sequātur naturam immobilium in alienatione dicit etiam Hugolinus *de potest. Episc. cap.14. § 7. num.5. versic. secundo in fine.*

389. Capellæ etiam non possunt concedi alicui, ita vt is, cui datur Capella, fiat eius dominus, etiam si id fiat cum authoritate Episcopi, vt post alios Riccius *p.1. praxis aureæ resolut.39. num.1.2.3. & 4.* cum dominium rei sacræ nullum possit haberi, vt *in cap. causam de præscriptionibus.* Panormitanus *in cap. cum laicus num.5. de reb. Eccl. non alien.* Nauarrus *in consil.1. de sepulturis*, & Iulius Lauor: *elucubrationum var. tit. 2. cap 9. num.11.* Qua de causa sepultura, seu ius sepulturæ non potest vendi, seu concedi hoc modo, vt is, cui datur, sit Dominus loci, vt Nauarrus & Lacurius *locis citatis*; & ita vendere est simonia vt Riccius *d. resolut.39. num.5.* post Grassium *decis.26.* & Ioannem Carafam *tract. de simonia in fine num.1.* Neque etiam potest Capella absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis alicui concedi, seu dari quoad ius, seu cum translatione iuris vtendi, & impediendi, ne alij vtantur, sicut nec locus sepulturæ potest concedi cum translatione iuris sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi ne alij in eo sepeliant; cum enim hæc concessio sit vera alienatio propter translationem iuris vtendi (licèt per eam rei dominium non transferatur) vt inquiunt Nauarrus, Lacurius, Riccius *locis citatis*, & Stephanus Gratianus *to.1. cap.110. num.8.* Episcopus, vel Prælatus non potest tale ius concedere nisi seruatis solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, & ita nisi cum assensu Apostolico. ita *locis citatis* Nauarrus, Lacurius & Riccius, qui addit ita tenuisse Rotam Romanam *in Bononiensi sepultura 13. May 1570. coram Lita.* Capella autem sicut & sepultura potest absque assensu Apostolico concedi quoad vsum, ita vt nudus vsus absque translatione alicuius iuris concedatur, qui dicitur vsus facti, & commoditas; huiusmodi enim concessio non est alienatio, cum nullum ius transferatur. ita Nauarrus *d. consil.1.* Lacurius *d. num.11.* Riccius *d. resol.39. num.5.* Bonacina *de alien. rerum. Eccl. q. vnica p.2. num.12.* & Quaranta *v. alienatio n.29.* qui hoc pacto est intelligendus, dum ait sub prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ absque solemnitatibus iuris non comprehendi concessiones Capellarum cum sepulturis, quæ passim fiunt, quia non dicitur alienatio, sed concessio ad vsum destinatum. Dicit tamen Riccius *d. resolut.19. n.6.* Neapoli aliquando se vidisse practicari, quod Capellæ concedantur absque reseruatione assensus Apostolici. Pro qua praxi facit, quod de consuetudine Capella, & sepultura concedi possit recipiendo pro Capella, & sepultura aliquid, seu pretium ratione duntaxat situs, & melioris, seu dignioris loci, quasi hoc non concernat spiritualitatem; vnde tanquam non necessarium ad sepulturam permitti debeat huiusmodi venditio; cum ista præeminentia possit pretio æstimari ita latè Stephanus Gratianus *to.1. cap.110 n.9.* & *to.2. cap.210. num.11. & 12.* vbi etiam ad id allegat plures Iurisperitos, & Theologos, & etiam Rotam Romanam *in Terraconensi sepultura 17. May 1572. coram Lancellotto.*

Lancelotto. idem etiam tradit Riccius *dict. resolut.* 39. *num.* 6. Prædicta igitur bona Ecclesiæ *à numero* 371. huc vsque explicata comprehenduntur sub bonis immobilibus; an vero, & quando pecunis Ecclesiæ, & arbores solo Ecclesiæ hærentes inter illius bona immobilia computentur, explicatur *infra.*

Etiam res Ecclesiæ mobiles prohibitæ sunt alienari absque solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico, in qua tamen prohibitione non comprehenduntur res non pretiosæ, & modici valoris, nec res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, siue sint res pretiosæ, siue non.

390. Quoad bona mobilia Ecclesiæ certum est iure canonico, & Ecclesiastico prohibitum esse alienari etiam bona mobilia Ecclesiæ absque iusta causa, & solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ iure antiquo, & in d. Extrauaganti *Ambitiosæ* requisitis. vt latè ostendit Redoanus *q. 4. à num.* 7. alios allegans, & sentiunt omnes Doctores; & constat tum ex ipsa rubrica, quæ est generalis *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, tum *ex can. sine exceptione* 12. *q.* 2. & *can. casellas* 10. *q.* 2. vbi sine exceptione prohibent sacri Canones quicquam ex bonis Ecclesiasticis alienari, & ostendit illud verbum *quicquam*, quod nihil excipi permittit, vt notat Glossa *in d. extrauag. com. cap.* 1. *ne sede vacante*, tum ex d. extrauag. *Ambitiosæ*, ibi: *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum, &c.* verbum enim *rerum* est nomen generale comprehendens res cuiuslibet generis, & cuiuslibet speciei *l. res appellat. ff. de verb. signif.* ac proinde debet extrauagans intelligi de qualibet re tam de mobili, quam de immobili: verba enim generaliter prolata, debent generaliter intelligi. *l. de pretio ff. de publ. in rem act.* & *in d. extrauag.* summus Pontifex vtitur verbo *omnium*, quod est signum, vel terminus vniuersalis, vniuersaliter omnia complectens: plures alios textus iuris canonici ad id adducit Redoanus *d. q.* 4. in hac tamen generali prohibitione non comprehenduntur res immobiles exiguæ, & terræ infructuosæ, steriles, & inutiles, de quibus actum est suprà *num.* 293. *&* 294. quia excipiuntur *d. cap. sine exceptione* & *cap. terrulas* 12. *q.* 2. *can. hoc ius porrectum* 10. *q.* 2. & *cap. ad aures de rebus Eccles. non alienand.* & ita etiam per eundem textum *d. cap. terrulas* in d. generali prohibitione non comprehenduntur res mobiles modici valoris, & non pretiosæ, & id comprobat etiam ratio *dict. num.* 294. adducta & tradunt Rebuffus *in comp. alienat. num.* 24. Redoanus *quæst.* 9. & *quæst.* 51. *cap.* 1. *num.* 5. Quaranta *v.* alienatio *num.* 38. & *num.* 42. *fine.* Nauarrus *in com. de alien. rer. Eccl. num.* 4. Doctores qui *num. sequenti* allegantur, & alij communiter, & caret omni dubio, vt inquit Riccius *p.* 1. *praxis aureæ resolut.* 58. *fine.* Neque etiam comprehenduntur res mobiles siue pretiosæ, siue modici valoris, quæ seruando seruari non possunt, vt expresse habetur in d. extrauaganti *Ambitiosæ.* Non enim sacri canones prohibent alienari ea bona Ecclesiæ, quæ magis expedit vendi, quam retineri, vt tradunt Ioannes Andreas, Zabarella, Hostiensis *in cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* & Redoanus *q.* 6. *num.* 3. *&* 4. & manifestè colligitur ex *dict. cap. sine exceptione*, & *d. cap. terrulas* causa enim damni euitandi est, quod illa, quæ seruando seruari non possunt alienentur, vt dicunt Hostiensis, & Redoanus *locis citatis*, & ita magis expedit illa vendi, quam retineri; vnde idem Redoanus *dict. quæst.* 6. *num.* 31. addit quod causa, quod mobilia, quæ seruando seruari non possunt, alienentur etiam sine alicuius solemnitatis requisitione, esse potest necessitas, ob quam receditur à regulis, in huiusmodi enim rebus dicitur necessitas respiciens ipsam rem; quia est necesse illam alienare, nam periret cum conseruari non possit, & Ecclesia in valore rei illius esset damnificata.

Res mobiles Ecclesiæ pretiosæ, quæ seruando seruari possunt non possunt alienari absque solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico, & quæ dicantur res pretiosæ; & quæ seruando seruari non possunt, prohibentur alienari absque iusta causa, solemnitatibus, & assensu Apostolico.

Igitur res mobiles Ecclesiæ, quæ alienari prohibentur absque iusta causa, & solemnitatibus à iure, & in d. Extrauaganti *Ambitiosæ* requisitis, sunt res mobiles, quæ seruando seruari possunt. constat ex *dict. extrauag.* & *ex l. lex quæ Cod. de Administ. tut.* (vbi tutores, & curatores sine interpositione decreti non vendunt res mobiles minùs pretiosas, nisi sint de his, quæ seruando seruari non possunt) & tradunt Glossa *in cap. tua nuper v. tractatu de his, quæ fiunt à Prælatis*, Ioannes Andreas, Zabarella, Hostiensis, Panormitanus *in dict. cap. nulli de rebus Eccles. non alienand.* Redoanus *quæst.* 8. Quaranta *numero* 24 Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap.* 60. *numero* 4. Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. §. 4. versic. *tertio*, Aloysius Riccius *parte* 1. *praxis aureæ resolut.* 58. Augustinus Barbosa *collect. ad d. extrauag.* Ambitiosæ *numero* 19. & *de potest. Episc. alleg.* 95. *numero* 39. & alij Iurisperiti à Redoano, Quaranta & Riccio allegati, & ex Theologis Molina *tomo* 2. *de iustit. disp.* 465. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 5. *&* 7. Vasquez *opusc. de redditibus cap.* 2. §. 2. *dub.* 3. Bonacina *de alienatione rerum Eccl. quæst. vnica parte* 2. *numero* 3. Sopranus in appendice ad Filiuccium *cap.* 4. *num.* 22. Rodriguez *qq. reg. lib.* 1. *quæst.* 27. *art.* 12. *fine*, Castrus Palaus *tomo* 2. *tract.* 11. *disp. vnica parte* 15. §. 1. *numero* 2. Lezana *qq. regul. tomo* 1. *cap.* 10. *numero* 4. *tomo* 2. *cap.* 19. *numero* 56. *& duobus seqq.* & *to.* 3. *verbo* alienatio *numero* 7. & alij Doctores communiter. Res ergo mobiles pretiosæ, quæ seruando seruari possunt immobilibus æquiparantur quoad solemnitatem, & pari passu ambulant iuxta d. extrauag. *Ambitiosæ* & *d. l. lex quæ*, & Doctores præallegatos, & hoc est certissimum. Quare superiores Regulares incidunt in pœnam *decreti* S. Congregationis de non alienandis bonis Regularium ob alienationem argenteorum, & aliorum pretiosorum in hæreditate relictorum Monasterio, & acceptatorum, vt declarauit S. Congregatio *in causa S. Bernardi ad Thermas in Vrbe* 31. *Iulij*, & 31. *Augusti* 1627. vt testantur Augustinus Barbosa in summa Apostolicarum decisionum *v.* superior Regularis *num.* 6. ex Bonsad. *in Thesauro Ecclesiastic. decis. resol.* 48. *num.* 3. 391.

Quæ autem in hac materia sit dicenda res pretiosa, seu quanti valoris esse debeat, vt dicatur pretiosa; resoluendum est ex traditis suprà *num.* 295. vbi explicatum est, quænam dicantur terrulæ, & exigui valoris, cum enim id in iure non reperiatur expressum, videtur remittendum iudicis arbitrio, qui circunstantias *eodem num* 295. notatas considerare debet; & id in terminis tradit Marcus Antonius Genuensis *d. num.* 4. *fine*, vbi tamen addit, quod regulariter, quando excedunt summam decem Ducatorum dicuntur pretiosa ex communi existimatione, quod tamen est nimia rigidum. 392.

Quare puto non dici rem pretiosam, nisi vel excedat valorem viginti aureorum iuxta Glossam, & alios Doctores *d. num.* 295. allegatos, vel etiam, non attingat valorem vigintiquinque aureorum iuxta declarationem Sacræ Congregationis relatam

eodem

eodem num. 295. vel imò etiam nisi attingat valorem centum aureorum iuxta traditionem Staphilei *d. num.* 295. allegati. & ita in præsenti, vt res dicatur pretiosa, debeat attingere valorem centum aureorum tenet Palaus *loco citato*; Quamuis Recentiores *d. n.* 295. Peregrinus in compendio priuilegiorum Theatinorum nouissimè impresso *in scholio* versic. *ad quam autem*, Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* a . & alij asserant esse sequendam præfatam declarationem.

393. Quæ verò seruari possunt, sunt quæ vltra triennium durant absque determinatione, vt constabit ex declaratione eorum, quæ seruari non possunt mox subiiciendà, & ita

394. Res igitur pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, quæque immobilibus, quoad solemnitatem alienationis æquiparantur sunt vasa aurea, argentea, gemmæ, vestes pretiosæ; quæ longè ab interitu distant. vt *d. l. lex quæ. Cod. de administ. tut.* §. 1. & Doctores citati; item Thesaurus. ita Redoanus *d. q. num.* 3. Quaranta, & Riccius *locis citatis*: talis etiam est citra dubium Bibliotheca, Ecclesiæ, vel Monasterij. ita Peregrinus *d. v.* alienatio *in scholio dub.* 3. & idem dicendum de vno libro, qui attingeret valorem constituentem rem pretiosam, vt *ibidem* idem Peregrinus: Grex ouium, aut caprarum, armentum boum, & præsepium equorum, de cuius fructibus emolumenta, & redditus percipere consueuit Ecclesia, vel monasterium, ita quod etsi Ecclesiæ vel monasterio licitum est vendere arietes, agnos, hircos, & hedos; non tamen licet alienare totum gregem; ita Molina, Barbosa, Riccius, Palaus, & nonnulli alij; sed melius grex ouium, & armentum boum, ac præsepium equorum enumerantur inter immobilia Ecclesiæ, vt suprà *num.* 381. dictum est.

Ex quibus infertur lampades argenteas, & alia vasa argentea, seclusa in contrarium consuetudine, non posse absque assensu Apostolico, vel licentia S. Congregationis, si sint Regularium, alienari pro fabrica Ecclesiæ, vel Monasterij etiam necessaria, quod etiam in terminis notat Bonacina *d. p.* 2. *num.* 30. vbi tamen refert Riccium *in praxi decisionum omissarum decis.* 7. contrarium tenuisse ob eam rationem, quod vbi pretium conuertitur in necessariam fabricam Ecclesiæ, nullum videtur transferri dominium in extraneam personam; quæ tamen ratio nulla est, cum verè dominium transferatur in Emptorem; posset potius probari, ex eo quod in declaratione S. Congregationis relata supra *num.* 122. Regularibus prohibita est alienatio stabilium pro fabrica Monasterij, & nil dicitur de alienatione mobilium pretiosorum, quasi Sacra Congregatio censeatur permittere alienationem mobilium pretiosorum pro fabrica necessaria, dum prohibet tantùm alienationem stabilium arg. *l. cum Prætor de iudiciis.*

395. Cùm autem non solum mobilia non pretiosa, & modici valoris, sed etiam mobilia pretiosa, quæ seruando seruari non possunt, alienari & vendi possint absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis, & sine assensu Apostolico, vt dictum est *num.* 390. & constat ex d. extrauaganti *Ambitiosæ*, & tradunt Ioannes Andreas, Zabarella, Panormitanus *in d. cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* Gosla *in sum.* 12. *q.* 2. Rebuffus *in compend. alien. num.* 25. Redoanus *q.* 6. & 8. *q.* 11. *num.* 27. & *q.* 51. *initio num.* 3. & 14. & *eadem q.* 51. *cap.* 3. *num.* 1. Quaranta *num.* 38. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 7. Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 70. Hugolinus *d. cap.* 14. §. 7. *num* 5. & alij Iurisperiti, & Theologi supra *num.* 391. relati, & alij communiter, idque ob rationem supra *d. n.* 398. versic. *neque etiam.* & si difficile est definire, quæ sint ista bona, quæ seruando seruari non possunt. Nihilominus Doctores communiter conueniunt, vt sint, quæ non durant vltra triennium saltem absque notabili deterioratione, vel vsu consumuntur, & non fructificant. ita post alios Redoanus *d. q.* 8. *num.* 11. & 26. Nauarrus *in comm. de reb. Ecclesiæ non alienandis num.* 4. Rebuffus *in compend. alien. num* 25. Quaranta *d. num.* 38. Marcus Antonius Genuensis *d. num.* 7. Riccius *d. resolut.* 70. *num.* 2. Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 45. *num.* 4. Augustinus Barbosa *collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.* 19. & *de pot. Epis. alleg.* 95. *num.* 38. & ex Theologis Azorius *d. cap.* 1. *q.* 5. Castrus Palaus *d.* §. 1. *num.* 2. Vasquez, Molina, Bonacina, Lezana *locis citatis.*

Tales verò sunt fructus, vt triticum, vinum, oleum, oues, capræ, agni, & cæteri redditus, aut fructus. ita Panormitanus *in d. cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* Bellamera *in cap. Abbatibus* 12. *q.* 2. Redoanus *q.* 5. *n.* 6. *q.* 6. *num.* 6. & *q.* 51. *cap.* 3. *num.* 1. Nauarrus, Barbosa, Riccius, Molina, Vasquez, Azorius, Bonacina, Lezana *locis citatis.* Quare Superiores Monasteriorum non obstante decreto *de rebus Regularium non alienandis*, possunt ex fructibus bonorum pingues eleemosynas facere, puta, decem rubiorum tritici, & similium, quia fructus non comprehenduntur in dicto decreto, vt declarauit S. Congregatio *in nullius* 18. *Septembris* 1627. vt referunt Augustinus Barbosa in summa Apostolicarum decisionum *v.* superior Regularis *num.* 7. & Lezana *d. cap.* 19. *num.* 57. 396.

Tales sunt vestes, licet alioqui pretiosæ, quæ sunt vsu attritæ, & quotidie magis, ac magis corrumpuntur, & veterascunt, *d. l. lex quæ* §. *penultimo Cod. de administr. tutorum*, & Doctores *num. præcedenti* citati, & alij. 397.

Tales sunt animalia supernacua *d. l. lex quæ*, & iidem Doctores *num* 396. allegati. Quare oues gregis senescentes, quæ non sunt aptæ reddere fructum, vendi possunt, & alia emi loco illarum absque solemnitate; quod etiam in terminis tradit Peregrinus in d. nouissimo compendio *v.* alienatio *in scholio dub.* 3. versic. *limitatur.*

Tales etiam sunt serui inutiles, aut fugitiui, qui reuocati retineri non possunt absque timore fugæ, *can. terrulas* & *can. seq.* 12. *q.* 2. Redoanus *q.* 11. *n.* 2. & 3. Augustinus Barbosa *de iure vniu. Eccles. l.* 3. *c.* 30. *n.* 43. Portel *in dubiis reg. verbo*, alienatio, *n.* 3. Lezana *to.* 3. *v.* alienatio *n.* 8. Quare tales serui Ecclesiæ vendi (etiam si essent ex his, qui affixi sunt prædiis, & adscriptitii glebæ, & aliàs sine solemnitatibus debitis veluti immobilia Ecclesiæ alienari non possent iuxta tradita suprà *num.* 381.) possunt absque solemnitate in rerum Ecclesiæ alienatione requisita; & Portel ac Lezana *locis citatis* dicunt eandem rationem esse, si serui sunt ebriosi, latrones, & inhonesti; quia est eadem ratio, ac per consequens currere debet iuris dispositio.

Imò Molina *d. disp.* 465. *num.* 3. versic. *inter quæ*, Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 27. Bonacina *dict. p.* 2. *num.* 4. versic. *addo mancipia* & Lezana *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 57. aiunt indistinctè mancipia, & iumenta, quæ non sunt affixa prædiis, computari inter bona, quæ seruando seruari non possunt, non solum ob mortem, & senium, quæ omnibus imminent, sed etiam ob morbos, & alios casus, qui reparari non possunt; & quoad animalia, & iumenta, oues, boues, equos, & cætera animalia, quæ non sunt affixa prædiis; nec stant applicata Ecclesiæ per modum rei immobilis, vt grex, armentum, computari inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt tradit etiam Redoanus *d. q.* 11. præsertim *num.* 23. & 37. *fine*, *iuncto num.* 31. quoad mancipia autem *eadem q.* 11. *num.* 31. ponit, & sequitur dictum cuiusdam Doctoris *in cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* scilicet, quod cum seruus Ecclesiæ sit res pretiosa mobilis, vt notatur *cap. Episcopus qui* 12. *quæst.* 2. & manumissio sit alienatio *l. fin. Cod. de reb. alien. non alien.* non poterit manumitti, nisi sicut aliæ res immobiles *cap. consensum* 398.

cum cap. seq. de rebus Eccles. non alien. secundum communem expositionem, nisi dupli æstimationem præstiterit ille, qui manumittere voluerit *d. cap. Episcopus qui*; nisi manumitteretur, vt promoueretur ad clericatum in eadem Ecclesia, cui seruit, vel in alia, vt *in can. de famulis can. eos libentius de seruis non ord. can. qui ex famulis d. 54. & can. de libertis 12. q. 2.* quia hoc casu Ecclesia non patitur graue præiudicium, cum maneat in patrocinio, & seruitio Ecclesiæ, vel nisi manumittatur ob bene merita *cap. si quos 12. q. 2.* quo casu fit manumissio reseruato patrocinio Ecclesiæ; & potest simpliciter dimitti, dummodo non sit demeritus *l. seruos ff. de manumis. test.* nam etiam hoc casu Ecclesia non afficitur graui præiudicio & fungitur officio pietatis. hæc Redoanus *d. q. 11. num. 33. 34. & 35.* & eadem tradit *q. 2. cap. 38.* ex quibus, & ex factis canonibus adductis notandum. quod licet serui Ecclesiæ, ex iustis causis, (vt sunt duæ præfatæ causæ, clericatus, & benemeritorum) manumittantur, tamen debet patrocinium eorum penes Ecclesiam remanere, vt scilicet, sint liberti Ecclesiæ *d. can. Episcopus qui. & can. liberti 12. q. 2.* Redoanus *d. q. 11.* & Barbosa *d. cap. 30. num. 43.* Nam pleno iure non potest manumitti; & dimitti nisi contributo prius duplo ipsi Ecclesiæ, cuius est seruus. & Redoanus *d. q. 11. num. 33.* iuxta *d. cap. Episcopus qui.* Aduertendum etiam, quod serui fugitiui, & demeriti Ecclesiæ, non debent manumitti, sed potius distrahi, seu vendi *cap. fugitiuus 12. q. 2. & cap. iniustum videtur, eadem causa, & quæstione.* sicut è contra serui benemeriti non possunt distrahi, sed tantùm manumitti *d. cap. iniustum videtur*, ibi *cum canonica authoritas seruos fugitiuos tantummodo distrahi permittat.* Aduertendum etiam, quod pretium, quod ex venditione serui fugitiui retrahitur debet conuerti in vtilitatem Ecclesiæ. ita post Rebuffum Redoanus *d. q. 11. num. 3.*

400. An verò, cum seruus relictus est Ecclesiæ, seu Monasterio ea conditione, ne venderetur, & in casu venditionis, seu alienationis pertineret ad hæredes donatoris vel testatoris, si postea iste seruus effectus esset demeritus, inutilis, & damnosus Ecclesiæ, quia fugitiuus, ebriosus &c. si alienetur, aut vendatur per Prælatum, pertinet ad præfatos hæredes. Portel & Lezana *locis citatis* dicunt pertinere ad præfatos hæredes, nisi à Principe fuisset obtenta dispensatio super tali conditione; & ait Portel ita sibi respondisse iurisconsultum doctissimum à se consultum; & ad id est textus *in l. rogo §. 1. ff. de fideicom. libertatibus.* idem aiunt, si seruus relictus sit sub conditione, ne vendatur, nam tunc etiam dicunt esse necessariam Principis dispensationem, vt possit vendi, tametsi sit effectus demeritus, fugitiuus, ebriosus, latro, inhonestus. Addit Lezana rationem, scilicet, quia lex canonica non debet derogare legi naturali, quæ præscribit obseruantiam illius conditionis aliàs rationabilis. Ego vero existimo verum esse contrarium, & posse vendi non obstante tali conditione, idque ex tacita mente donatoris, vel testatoris, quam non est credibile voluisse grauare Ecclesiam retinere seruum demeritum, & sibi damnosum; alioqui conditio censenda foret turpis & consequenter reiicienda, seu habenda tanquam non apposita; & ad id faciunt tradita suprà *num. 57. 132. & 379.*

Et prædicta videtur communiter recepta; ad maiorem autem prædictorum explicationem, & intelligentiam examinanda duxi & enodanda sequentia dubia.

Mobilia, quæ seruando seruari possunt, quæ singula singillatim sumpta non sunt pretiosa, coniunctim autem sumpta ob vnionem, quam habent respectu eiusdem vsus, constituunt vnum moraliter mobile pretiosum non possunt alienari absque assensu Apostolico.

Primum dubium est, quando mobilia Ecclesiæ, vel monasterij non se mouentia, quæ seruando seruari possunt seorsim, & singillatim sumpta non attingunt valorem constituentem rem pretiosam, puta iuxta declarationem Sacræ Congregationis, non excedunt valorem viginti quinque aureorum, tamen vniuntur ad constituendum vnum totum, seu vnicum moraliter mobile proper ordinem, quem habent inter se respectu eiusdem vsus; quemadmodum grex ouium dicitur vnum totum, quia constat ex pluribus ouibus ordinatis ad vnum, & eundem vsum; & sic vnita efficiunt vnum mobile moraliter vnum, quod excedit valorem viginti quinque aureorum, vel attingit valorem centum aureorum, an sint computanda inter mobilia pretiosa, nec possint alienari absque solemnitate iuris, & assensu Apostolico iuxta d. extrauagantem *Ambitiosæ.* Et respondendum est affirmatiuè, sicut Doctores allegati suprà *num. 381. & 394.* dicunt de grege ouium, armento boum, & præsepio equorum, non enim ad constituendum vnum mobile pretiosum requiritur vnitas physica, sed sufficit vnitas moralis oriens ex ordine, seu habitudine plurium rerum ad eundem finem, & vsum; vt patet in ipso grege ouium; & alioqui possent omnes libri vnius insignis Bibliothecæ Ecclesiæ, vel Monasterij vendi absque solemnitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, quod nemo dicet, & in graue præiudicium rerum Ecclesiasticarum redundaret; & ita in terminis tenet etiam Peregrinus in dicto nouissimo Compendio *v.* alienatio *dubit. 3.* versic. *hæc quæstio.* 401.

Hinc primo vnum corpus conflatum ex pluribus libris vnitatem ordinis habentibus v.g. vnum corpus operum S. Augustini vel Sancti Thomæ, vel bibliæ regiæ, & similia opera; non potest absque solemnitate, & assensu Apostolico alienari, vel vendi, si illius valor attingat valorem rei pretiosæ, licet singuli libri seorsim sumpti sint modici valoris, ita idem Peregrinus. Neque etiam multi libri eiusdem Bibliothecæ Ecclesiæ, qui simul sumpti attingunt præfatum valorem rei pretiosæ, licet singuli separatim sumpti sint minoris valoris, quia sunt pars eiusdem Bibliothecæ notabilis; Vnde sicut multæ oues eiusdem gregis, vel multi boues eiusdem armenti Ecclesiæ non possunt absque solemnitate alienari, & vendi; item neque multi libri eiusdem Bibliothecæ, cum habeant vnionem ordinis inter se ex eo, quod sunt eiusdem Bibliothecæ pars, & idem est, si successiuè venderentur saltem sine magna temporis mora, alioqui posset facile fieri fraus, sicut suprà *num. 294.* dictum est, de modicis petiis eiusdem prædij, ita etiam Peregrinus *d. dubit. 3.* versic. *probatur etiam.* & versic. *secundo sequitur.* Quando autem paulatim cum magna temporis mora inter venditionem vnius libri modici valoris, & venditionem alterius libri, qui simul sumpti constituunt mobile pretiosum, venderentur, Peregrinus *d. dubit. 3.* versic. *limitatur secundò* excusat à peccato graui, vt contingit in furtis minimis notabilem quantitatem constituentibus, cum magna temporis intercapedine factis, quæ non efficiunt peccatum mortale, quia non continuantur; & ita etiam illæ venditiones librorum non censentur continuari. Verùm dato hoc etiam facile posset fieri fraus, & libri vnius Bibliothecæ distrahi cum graui præiudicio Ecclesiæ, vel Monasterij. 402.

Sicut

Sicut autem animalia superuacua, & animalia inutilia, vel parum vtilia, aut senescentia eiusdem gregis, vel armenti Ecclesiæ possunt absque solemnitate vendi vt eorum pretium conuertatur in emptionem necessariorum, vel vtilium animalium, ita libri eiusdem Bibliothecæ superuacui, puta, qui multiplicati, & non necessarij, vel non ita vtiles; possent vendi ad emendum necessarios, & meliores, ac vtiliores; quod notat etiam eidem Peregrinus.

403. Secundò si candelabra argentea, ampullæ, calix cum patena, vas aquæ benedictæ, & aspersorium ex argento sint destinata ad vsum Capellæ, & vt deseruiant sacrificio missæ, cum constituant vnum moraliter mobile pretiosum ratione ordinis ad eundem vsum, licet singula singillarim sumpta non essent mobile pretiosum, non possunt alienari, nisi cum solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria, & assensu Apostolico. Et idem dicendum de candelabris argenteis, cruce argentea, & reliquiariis argenteis destinatis ad ornamentum altaris, quæ quoque ob ordinem ad eundem vsum constituunt vnum mobile pretiosum. & ita etiam Peregrinus *loco citato.*

Oblationes, quæ fiunt alicui deuotæ imagini dicuntur spirituales, & inter bona Ecclesiastica connumerantur, & an si argenteæ, computentur inter res pretiosas, & in earum alienatione requiratur assensus Apostolicus.

404. De obligationibus vero, seu votis argenteis, quæ alicui imagini deuotæ, & sacræ offeruntur, si simul sumptæ ascendant ad valorem rei pretiosæ, an constituant vnum mobile pretiosum, & consequenter inalienabile absque assensu Apostolico, aut solemnitatibus iuris in alienatione rei Ecclesiæ requisitis. Circa huiusmodi oblationes aduertendum eas dici spirituales, & connumerari inter bona Ecclesiastica comprehensa sub prohibitione alienandi res Ecclesiæ facta per sacros canones, & in d. extrauaganti *Ambitiosæ,* vt notauit Riccius *parte 1. praxis aureæ resolut. 98. per textum,* & ibi not. *in cap. cum ex parte de verb. signif. & cap. cum inter.* ibi Panormitanus *num. 5. & seq. eod. tit.* Quare si hæ oblationes, & vota fierent imagini sacræ depositæ in pariete alicuius priuati, non acquiruntur Domino domus, si est laicus, vt tradunt Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap. 52. num. 1. & ibidem* Riccius ex Rauen. *sing.* 468. Soccino *de oblat. cap. 4.* & Maluetio *in tract. de oblat. dub. 4. num. 6.* & ea Rota Romana *in Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. coram Pamphilio,* licet possit Rector Parochialis Ecclesiæ deputare laicos, vt suo nomine oblationes, & dona percipiant, & custodiant, dummodo illa, inquit, non percipiant ex altari; cum inhonestum sit, vt Laici super altari manus imponant, iuxta Archidiaconum, & Genuen. *in can. Sanctorum 10. q. 1.* Notat etiam idem Riccius Episcopum de præfatis oblationibus non habere vllam potestatem, indeque esse, quod translatio imaginis existentis in aliqua Ecclesia, ad quam concursus habetur, & ei plura offeruntur dona, fieri non debet per Episcopum ad aliam Ecclesiam, vel Capellam Rectore contradicente *ex decis.* Rotæ Romanæ *in Hispalensi translationis imaginis 9. Martij 1598. coram Pamphilio.* His notatis

405. Idem Riccius resoluit, si oblationes præfatæ non sint argenteæ, de earum alienatione censendum esse sicut de bonis, quæ seruando seruari non possunt, si vero in eis essent vota argentea, & pretiosa, de his, quoad alienationem iudicandum sicut de rebus pretiosis, quæ seruando seruari possunt; & idem aiunt Bonacina *d. tract. de rer. Eccles. alien. q. vnica. p. 2. num. 6.* & *disp. 3. de contractu feudi q. 8. p. 4. num. 18.* Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 223.* versic. *nota quartò,* & Lezana *tomo 2. cap. 19. num. 57.* non explicant tamen, an id debeat intelligi de votis, quæ per se, & singillatim sumpta sunt magni valoris, & pretiosa, an vero etiam de multitudine votorum argenteorum, quæ singillatim sumpta sunt modici valoris: coniunctim tamen, & simul sumpta sunt magni valoris; & hoc secundo modo etiam loqui Riccium, & Bonacinam, quod velint præfata vota simul sumpta efficere vnum moraliter mobile pretiosum, & quod respiciant honorem, & cultum eiusdem Sancti intelligit Peregrinus *d. dubitatione 3.* versic. *tertio sequitur.* & *versic. sequenti,* & id ait esse probabile; ipse tamen probabilius censet contrarium, quia finis ille, inquit, non est finis intrinsecus horum votorum, quæ solum à vouentibus redduntur, vt voto satisfaciant, nec ad aliquem vsum ordinantur; sed verè qui offerunt, videntur offerre ad cultum Sancti; & ita videmus præfata vota argentea affigi, & vniri in tabulis ad ornandum sepulchrum Sancti; aut Capellam, vel Ecclesiam, in qua est corpus, vel imago eiusdem Sancti, cui offeruntur.

Reliquiæ Sanctorum, an computentur inter mobilia pretiosa Ecclesiæ, & in earum concessione requiratur licentia Summi Pontificis iuxta extrauagantem Ambitiosæ, *sicut requiritur in alienatione rerum pretiosarum.*

Dubium secundum, an reliquiæ Sanctorum comprehendantur sub mobilibus Ecclesiæ pretiosis, quas Sacri [illegible]ces, & extrauagans *Ambitiosæ* prohibent alienar[illegible]que solemnitatibus in alienationibus rerum Ecclesiæ præscriptis; & ita hodie absque beneplacito Sedis Apostolicæ non possint aliis concedi, & etiam alienari ab vna in aliam Ecclesiam, aut ab vno in aliud Monasterium. Notandum iure antiquo in canone *corpora Sanctorum de consecrat. d. 1.* de reliquiarum sanctarum translatione, decerni, *quod corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio Principis* (scilicet Papæ) *vel Episcoporum, sanctaque synodali licentia.* ita textus ille, ex quo textu Doctores communiter concludunt, quod reliquiæ, seu corpora Sanctorum, si sint perpetuæ sepulturæ (ita enim intelligunt illum textum) tradita, non possunt de vna Ecclesia ad aliam, nec de vno loco Ecclesiæ ad alium eiusdem Ecclesiæ deferri absque Summi Pontificis licentia vel Episcopi, vel Sanctæ Synodi, scilicet (vt declarat Archidiaconus) Canonicorum (quare nec reliquiæ, & partes Sanctorum, quæ sunt legitimè altaribus ad illarum consecrationem inclusæ sine licentia de illis ad alia mutari nequeunt, eo quod altari illi perpetuo sunt inclusæ, vt Nauarrus & Barbosa locis *infrà* allegatis) si verò Sanctorum reliquiæ sepulturæ perpetuo non sint traditæ, quales sunt quæ extra sepulturam in Sacrario, vel aliis asseruantur in capsellis, & deferuntur in processionibus, non subiacent dispositioni *d. can. corpora Sanctorum,* sed possunt transferri non solum ad processiones, vel missas, sed etiam ad alium locum religiosum sine licentia alicuius. ita Glossa *in d. cap. Sanctorum* verbo *Principis* & Doctores *ibidem.* Nauarrus *consil. 5. de sepulturis, in antiquis* aliàs *consil. 9. eod. tit. in nouis,* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolit. cap. 57. num. 1. & 2.* Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 60. num. 1.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. can. corpora,* Syluester, Angelus, Tabiena *v. reliquia.* Armilla *v. religio num. 3.* Azorius *p. 1. lib. 9. cap. 8. q. 9.* Sanchez *lib. 2. sum. cap. 43. num. 25.* & alij à Genuense, Riccio, & Sanchez relati. 406.

Igitur vna sententia tenet reliquias Sanctorum non computari inter mobilia pretiosa à Sacris 407.

canonibus, & in d. extrauaganti *Ambitiosæ* prohibita; & ita absque assensu Apostolico posse non solum alienari de vna ad aliam Ecclesiam, sed etiam concedi alicui personæ particulari maximè principi &c. licet absque labe simoniæ non possint vendi, siue essent insignes, siue paruæ, nisi vendetentur ratione capsæ, vel vasis argentei, in quibus asseruantur inclusæ, quo casu idem censendum de talibus vasibus ac de reliquiis. ita quoad reliquias perpetuò sepultutæ non traditas sentiunt Hugo, & Turrecremata in *d. can. corpora*, quatenus dicunt per illum textum non prohiberi quod reliquiæ aliquæ, quæ sunt in Ecclesia non possint concedi alicui sine consensu Papæ, vel Episcopi; sed tantum prohiberi, quod corpora Sanctorum, quæ in aliqua Ecclesia, tanquam sepultutæ perpetuæ tradita sunt, sine consensu Papæ, aut Episcopi non transferantur ad alium locum, & sic iuxta eos videtur, quod Episcopus, & Rector possit aliis particulas reliquiarum concedere, quando non sunt traditæ perpetuæ sepulturæ, sine licentia Papæ; & quando sunt traditæ, de licentia Episcopi. Hanc etiam sententiam in terminis expressis tenent Peregrinus *in d. nouissimo Compendio v.* alienatio *in scholio dubi. 5.* & Bordonus *decis. reg. to. 1. resolut. 27. num. 62.* Et probabilem dicunt Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p. 2. num. 31.* versic. *probabile tamen*, & Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 123.* versic. *notandum est.* Probant, quia Sacri canones; & d. Extrauagans prohibentes alienationes rerum immobilium Ecclesiæ, & mobilium pretiosorum, loquuntur tantum de rebus, & bonis temporalibus pretio æstimabilibus, quibus teguntur, & illustrantur Ecclesiæ, & loca pia, aut quibus ministri aluntur, vt dicitur in proœmio dictæ Extrauagantis; reliquiæ autem non sunt pretio æstimabiles; vnde neque sunt pretiosæ quoad magnum pretium, quod respicit ius prohibens alienationem rerum Ecclesiæ, licet sint pretiosæ quoad suam excellentiam, & venerabilitatem, & ita ex hoc capite non prohibentur alienari. Si dicatur contrarium seruare stylum Curiæ Romanæ, respondet Bordonus non cogi illum sequi, cum non legem, sed opinionem faciat, vt Diana *p. 1. tract. 5. resolut. 1. fine* & *tract. 10. fine resolut. 8.*

408. Altera sententia tenet reliquias etiam in muro non inclusas, nec traditas perpetuæ sepultutæ non posse alienari, aut alicui concedi absque beneplacito Apostolico, & comprehendi sub mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt prohibitis alienari in d. Extrauaganti *Ambitiosæ*, & in sacris canonibus. ita Marcus Antonius Genuensis *d. cap. 56. num. 4. in annot.* Riccius *d. resolut. 60.* Sellius *in selectis canon. cap. 58. num. 3.* Carolus Maranta *consil. 3. p. 3.* Ricciullus *Ecclesiastic. lucub. lib. 11. cap. 44. num. 1.* Augustinus Barbosa *in sum. Apostolic. decis.* v. reliquiæ sanctorum *num. 6. & 7.* Bonacina *disp. 3. de contract. feudi. q. 8. p. 3. num. 17.* (vbi absolutè ita sentit) & *d. p. 2. num. 31.* (vbi tamen tenet probabilem oppositam sententiam, & limitat hanc vbi adesset alicubi consuetudo in contrarium) & Castrus Palaus *to. 2. tract. 11. disp. vnica p. 15. §. 1. num 8.* quoad reliquias insignes, & probabiliorem etiam censet Diana *loco citato.* Probatur hæc sententia, quia licet reliquiæ non sint pretio æstimabiles, sunt tamen supra omne pretium, & res Ecclesiæ pretiosissimæ, per quas, vt dicit Concilium Tridentinum de inuocatione, veneratione, & reliquiis sanctorum, multa beneficia à Deo hominibus præstantur, & illis multò magis quam bonis temporalibus pretio æstimabilibus illustrantur Ecclesiæ, & loca pia. Sacrilegium etiam est furari reliquias sanctorum, nisi quando surripiuntur à locis Saracenorum, vt dicunt Archidiaconus, & Turrecremata in d. can. *corpora.* & alios allegans tradit Sanchez *d. cap. 43. num. 13.* & vasa in quibus reliquiæ portantur, dicuntur Sacra, quæ à Diaconis saltem in processionibus deferri debent. vt dicit Glossa in can. *non liceat d. 23.* & in magna veneratione habendas esse, & aliis non extra capsam ostendendas esse, nec passim, constituerunt canones *cap. 2. de reliq. & vener. Sanctorum*, Nauarrus *consil. 1. eodem tit.* ergo nullo modo videtur concedendum res tam pretiosas; & in summa veneratione habendas posse ad libitum Episcopi, vel Prælatorum, aut Rectorum Ecclesiarum alienari, & concedi alicui; sed omnino requiri beneplacitum sedis Apostolicæ iuxta d. extrauagantem *Ambitiosæ*; & ita seruari hodie de stylo Curiæ Romanæ referunt Genuensis, & Riccius *locis citatis.* Qui etiam addunt, quod quando Summi Pontifices concedunt licentias extrahendi particulas reliquiarum à Diœcesibus Episcoporum, ponunt clausulam, *dummodo non extrahantur particulæ de reliquiis insignioribus, nec in muro clausis, & cum consensu Episcopi.* Ad caput autem *Corpora Sanctorum* respondent iidem Genuensis, & Riccius procedere de iure antiquo ante Extrauagantem *Ambitiosæ*, in qua prohibetur alienatio mobilium pretiosorum inconsulto Romano Pontifice; nam ante illam poterant etiam aliæ res Ecclesiæ alienari authoritate Episcopi, vt supra *hoc titulo num. 139. & 195.* dictum est, & constat ex can. *sine exceptione 12. q. 2.*

Et ab hac sententia puto in praxi non esse recedendum, tum propter præfatum stylum Curiæ, tum quia etiam Sacra Congregatio Rituum eandem sententiam authenticauit, dum *in Assensi 8. Iulij 1602.* declarauit reliquiam modicam iam factam alienabilem alicui Ecclesiæ, vel Oratorio donati posse, quam declarationem referunt Sellius, & Barbosa *locis citatis*; ex qua declaratione, & ex præfata clausula *dummodo &c.* colligitur hanc sententiam non esse restringendam, vt facit Palaus, solum ad reliquias insigniores, seu insignes (quales dicuntur corpus, caput, brachium, crus, & ea pars, non pauca tamen, in qua Sanctus passus est martyrium, vt declarauit eadem Sacra Congregatio Rituum *die 8. Aprilis 1628.* de qua Ricciullus *d. lib. 1. cap. 36. num. 1.* & Augustinus Barbosa *d. v.* reliquiæ Sanctorum *num. 2.* meminère) sed etiam extendi ad reliquias minores, modo non sint ex consuetis concedi, & donari, & nisi sint satis modicæ, & paruæ particulæ. 409.

Pecunia Ecclesiæ, vel Monasterij comprehenditur sub mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, & alienantur sine solemnitate, & assensu; id tamen limitatur pluribus modis; vbi an, & quomodo pecunia connumeretur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt.

Dubium tertium an pecunia Ecclesiæ, vel Monasterij computetur inter mobilia, quæ seruando seruari possunt, & ita in eius alienatione, & distractione interuenire debeat solemnitas iuris, & beneplacitum Apostolicum; an vero inter ea, quæ seruando seruari non possunt, & ita sit alienabilis sine vlla solemnitate. De quo dubio latè Redoanus *q. 6.* & latius *q. 16.*

Communis conclusio est, quod pecunia simpliciter, & per se, ac regulariter computetur inter ea, quæ seruando seruari non possunt, seu sit res mobilis, quæ seruando seruari non potest. ita Panormitanus *in cap. nulli num. 11. de reb. Eccles. non alien. ibidem* Imola *in fine*, Glossa *in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell.* ibidem Bartbolus, Redoanus *d. q. 6.* 410.

d. q. 6. num. 12. *& seqq.* & *d. q.* 16. *num.* 3. *& 10.* Tiraquellus *de retract. consang.* §. 1. *glossa* 7. *num.* 104. *& seq.* Surdus *decis.* 787. *num.* 11. Grassus *de success.* v. legatum *q.* 19. *num.* 7. Quaranta v. alienatio *num.* 25. Riccios *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 47. *per tot.* & *resolut.* 70. *num.* 3. Marcus Antonius Genuensis *inpraxi Neapolit. cap.* 60. *num.* 7. Boërius *decis.* 209. *per totam.* Stephanus Gratianus *discept. for. cap.* 756. *num.* 3. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 95. *num.* 4. & alij Iurisperiti communiter allegati à Redoano, Boërio, Tiraquello, Riccio, & aliis. & ex Theologis Molina *de iustitia to.* 2. *disp.* 465. *num.* 3. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *q.* 5. Vasquez *opusc. de redditibus cap.* 2. §. 2. *dub.* 13. Bonacina, & Bordonus locis *infra* allegatis. & Castrus Palaus *to.* 1. *tract.* 11. *disp. unica puncto* 15. §. 1. *num.* 3. & ratio est; quia etsi pecunia, quoad substantiam, seu materiam est res conseruabilis vltra triennium, & perpetuo duret; tamen cum pecunia, vt pecunia sit destinata ad expendendum, & emendum, ac deseruiendum vsui quotidiano, Can. *eiiciens Dominus* d. 88. & retenta apud dominum nihil operetur, nullumque vsum capiat, seu fructum producat *d. can. eiiciens.* vsusque ipsius sit consumptio, & alienatio, seu vsu consumatur iuxta eundem finem, ad quem destinata est; ideo pecunia considerata secundum huiusmodi vsum, ad quem destinata, & inuenta est, merito dicitur de rebus, quæ seruando seruari non possunt, vt præfati Doctores, & Iason, & Alexander *in d. l.* 1. §. *quæsitum.* & habetur *l. Aristo.* §. *fin. ff. de acquir. hæred. cum seq. l. Iulianus ff. de petit. hæred.* ibi *pecunia, quæ seruari non potest.*

412. Limitatur primò præfata regula in pecunia redacta ex venditione rei immobilis Ecclesiæ, quia talis pecunia numeratur inter immobilia Ecclesiæ, seu res immobilis censetur. ita contra Follerium *in sua praxi* verbo *annotentur.* Tiraquellus *de vtroque retractu* §. 1. *glossa* 7. *num.* 113. Redoanus *d. q.* 6. *num.* 24. & *d. q.* 16. *num.* 13. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 9. Thesaurus *decis.* 160. *num.* 6. *fine*, Riccius *d. resolut.* 70. *num.* 3. versic. *limit.* 2. & plures alij Iurisperiti à Redoano allegati, Vasquez, & Castrus Palaus *locis citatis*, Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 2. *num.* 5. versic. Tertio. & Peregrinus in compendio Thesaur. nouiter edito v. alienatio *in scholio dubit.* 1. versic. *limitant secundò.* Talis enim pecunia eius naturæ censenda est, ex cuius venditione confecta est, & quæ sit subrogata in locum illius. Mansuerus *tit. de societate* §. *item nomina, seu debita*, & alij per Redoanum *locis citatis* allegati; & res, quæ pro pecunia venditur, videtur in illa repræsentari *l. quia qui pretio ff. de vsufructu.* & ita etiam Baldus *in l.* & *demum in fine Cod. de collatio.* relatus à Redoano, dicit, quod pecunia redacta ex re immobili reputetur immobilis, & quæ ex re mobili, mobilis. Quare etiam Speculator *in tit. de causa possess. & propriet* §. 5. versic. *certum*, dixit, *quod pecunia facta ex argento meo mea est, & possum illam petere*; *idem si ex qualibet re mea, quæ venditur l. mater.* §. 1. *Cod. de rei vind. l. fin. Cod. de negot. gest.* & *l. si cum seruum. ff. si certum petatur.* Ex quibus patet etiam pecuniam redactam ex venditione rei mobilis pretiosæ, censeri rem mobilem pretiosam. Quare in alienatione pecuniæ redactæ ex venditione rei immobilis, vel ex venditione rei mobilis pretiosæ adhiberi debet solemnitas, & assensus Apostolicus, sicut in alienatione ipsius rei venditæ. vt Redoanus *locis citatis*, & alij Doctores præallegati; alias, inquit, Redoanus *d. q.* 16. *num.* 13. *fine*, frustra, & delusoriè, & sine effectu interueniret solemnitas in sola venditione, ex quo in pretio posset Ecclesia decipi, & damnificari, sicut in re vendita.

Dicit autem Redoanus *eadem q.* 16. ex Beroo in *cap. nulli num.* 83. quod si pecunia sit redacta ex venditione rerum Ecclesiæ facta à Prælato ob iustam causam, tunc illud pretium, & pecunia in eam causam absque alia solemnitate conuerti potest; satis enim est, quod solemnitas fuerit adhibita in contractu alienationis; & ita si venditio fuit ab Ecclesia, vel religione facta ad emendam rem aliquam in specie meliorem, & vtiliorem, ex pecunia redacta absque alia solemnitate poterit illa res emi; item si venditio fuit facta ad vsus quotidianos Ecclesiæ, vel Religionis, quia ita fuisset iudicatum conueniens, non est opus alia solemnitate, vt pecunia illa deseruiat vsibus quotidianis, vt etiam Vasquez *loco citato.* Si vero, inquit idem Redoanus ex eodem Beroo res Ecclesiæ sit vendita pro necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, scilicet, quia Ecclesia ære alieno esset grauata, & ad illud soluendum venditio esset facta, quia res esset Ecclesiæ minus vtilis, & ad vtiliorem emendam fuerit vendita. vt *in cap. vt super, fine, de rebus Eccles. non alien.* talis pecunia in aliam causam Ecclesiæ conuerti non poterit, nisi seruata solemnitate *cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. & consequenter etiam sine assensu Apostolico, iuxta Extrauagantem *Ambitiosæ*; quia ea succedit loco rei, nam in [illegible] fauore Ecclesiæ pretium etiam in particula[illegible] loco rei succedit. vt not. *in cap.* 1. 11. *q.* 3. arg. *l. si constare*, & *not. in fine ff. de iure dotium.* & consequenter sicut res ipsa absque solemnitate non poterat, eodem modo pecunia ex dicta re, non poterit in aliam causam absque solemnitate conuerti arg. *l. si pupillorum* §. *si prætor ff. de rebus eorum.* ita Redoanus ex Beroo.

Limitatur secundò in pecunia Ecclesiæ, quæ de necessitate debet inuestiri in re immobili, vt si testator reliquisset notabilem pecuniæ quantitatem, ea conditione illam inuestiendi in re stabili, quia tunc talis pecunia censetur res immobilis, vt Tiraquellus *d. Glossa* 7. *num.* 109. versic. *at si is.* Grassus *d. v.* legatum *q.* 19. *num.* 8. immediatè ante versic. *quaro etiam*, Cæuallos *com. contra. com. q.* 312. *num.* 2. Stephanus Gratianus *to.* 1. *cap.* 943. *num.* 17. & 92n. *num.* 26. (vbi quod pecunia dotalis ex pacto reuestienda per maritum in locis montium, seu in bonis stabilibus dicitur deberi vt species, & de illa iudicatur sicut de specie, non de quantitate) & ex nostris Sylvester *v.* alienatio *num.* 7. Vasquez *d. dub.* 13. Azorius *d. q.* 5. & Palaus *d.* §. 1. *num* 15. Quare in illius alienatione, sicut in alienatione rei immobilis requiritur solemnitas *cap. sine exceptione*, & inuestienda est in re stabili in vtilitatem Ecclesiæ. Et in huiusmodi rei inuestitura, seu implicatione talis pecuniæ erit necessarius assensus Apostolus (nisi contrarium habeat consuetudo) quia potest Ecclesia in contractu emptionis decipi in pretio vt numero præcedenti dictum est. Hinc pro bono immobili habetur pecunia, quæ datur pro dote Monialium ad illas sustentandas, quia professione emissa debet in bonis stabilibus, aut censibus ad Monasterij vtilitatem implicari vt à Sacra Congregatione decisum referunt Aldanus *in compendio canonic. resolut. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 19. & Augustinus Barbosa *collect. ad cap.* 2. *sess.* 25. *Trid. de reg. num.* 36. & talem pecuniam pro re immobili haberi tradit etiam Bonacina *d. p.* 2. *num.* 5. versic. *secundò*, & post eum Lezana *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 17. Addunt tamen huiusmodi pecuniam ex necessitate inuestiendam in bonis immobilibus, vt est præfata pecunia pro dote monialium, posse absque consensu Apostolico, aut licentia S. Congregationis insumi in emendis agris, vel vineis, vel in emenda, & construenda domo necessaria; afferentes rationem, quod huiusmodi pecunia seruari solum debeat, donec impendatur ad vsum, ad quem fuit destinata, & ita videri vsu receptum, ait Bonacina, sed nisi verè vsus, & consuetudo ita habeat, omnino requireretur assensus Apostolicus, supposito quod talis pecunia 413.

pecunia habeatur pro bono immobili, & quia vt diai Ecclesia potest decipi, & damnificari in pretio.

414. Limitatur tertiò in pecunia fructifera, quæ collocata est io Montibus, vel in censibus, hæc enim pecunia, sic collocata, seu huiusmodi loca, & census, cum sint iur quoddam incorporale exigendi quotannis certam pecuniæ quantitatem, pro bonis immobilibua reputantur, vt suprà *num.* 385. dictum est, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & etiam Alexander, Iasoo, & Ripa *in d. l.* 1. §. *quæsitum ff. ad Trebellianam*. Bonacina *d. num.* 5. & Peregrinus *d. dub.* 1. versic. *limitant primo*.

415. Limitatur quartò, in pecuoia Ecclesiæ magnæ quantitatis destinata ad emptionem prædiorum, & immobilium, aut censuum. Hanc enim pecuniam inter immobilia connumerari tradidere iooumeri Doctores, quos referunt Tiraquellur *de vtroque retractu* §. 1. *glossa* 7. *num.* 106. Boërius *decis.* 209. & Redoanus *d. q.* 16. *num.* 11. Redoanus *d. q.* 6. *num.* 15. & 16. & *d. q.* 16. *num.* 16. Thesaurus *d. decis.* 160. *num.* 6. (vbi dicit Senatum Pedemontanum iuxta hanc sententiam in facti contingentia iudicasse) Surdus *d. decis.* 287. *n.* 13. Quaranta *v.* alienatio *num.* 25. Stephanus Gratianur *to.* 3. *cap.* 517. *num.* 12. & *in annot. ad d. cap.* 517. & *to.* 5. *cap.* 943. *num.* 15. Augustinur Barbosa *de potest. Episc. d. alleg.* 95. *num.* 41. & 42. Ricciua *p.* 3. *collect.* 668. & alij iurisperiti à Gratiano, & Barbosa relati; & ex Theologir loquendo io specie de pecunia Ecclesiæ destinata ad emenda bona immobilia, quod fauore Ecclesiæ computetur inter bona illius immobilia, tenet Azotiur *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 1. *q.* 5. & idem tenuit Rota *in Veneta nullitatis contractus*, quæ *infrà* allegatur, cuiur decisionem in his terminis pecuniæ Ecclesiæ destinatæ ad emptionem prædiorum, & bonorum immobilium intelligit Gratianur *in d. annotatione*. Probant præfati Doctorea relati à Tiraquello, Boërio, & Redoano, & alij Iurisperiti *suprà* enumerati per textum *in l. à Diuo Pio* §. *vltimo ff. de re iudic.* & *in l. cætera* §. *si separeatur ff. de legatis* 1. & clariùs per textum *in l. quid ergo* §. *vsuras* versic. *quid ergo ff. de contraria & vtil. act. tut.* vbi dicitur, quod pecunia pupilli deposita ad prædiorum comparationem sine decreto Iudicis alienari non potest, sicut nec alia immobilia minorir; signum ergo est pecuniam destinatam ad emptionem bonorum immobilium inter immobilia pupilli connumerari; nam res mobiles pupilli possint à tutoribua alienari absque iudicia decreto *toto titulo ff. de rebus eorum*, & supra *tit.* 3. ostensum est. facit etiam lex *si chorus* §. 1. *ff. de leg.* 3. & *l. si fundus ff. eodem*, quarum legum authoritate Lucas Penna *in l. vltima. Cod. de muner. patrim. lib.* 11. tradit pecuniam fœnori destinatam, noo contineri appellatione mobilium. Propter hoc etiam Albericus 2. *p. stat. q.* 24 dixit, quod statuto disponente mulierem, quæ superstes est marito, ei succedere in dimidia parte bonorum immobilium, ea habere debet dimidiam partem eiur pecuniæ, quæ deposita est ad comparationem prædiorum; & eidem dixit Barbat. *in rubr. de reb. Eccles. non alien. sub num.* 191. ad id relatur à Tiraquello *glossa.* 7. *num.* 107. & statuto disponente de immobilibus comprehendi pecuniam destinatam ad comparanda prædia, & immobilia io re fauorabili ad gratiam, & pietatem pertinente; cuiusmodi est vltima testatoris voluntas, & fauor Ecclesiæ, tenent Syluester, & Azotiur *locis citatis*; secùs in materia odiosa. Quare huiusmodi pecunia Ecclesiæ in notabili quantitate destinata ad emptionem prædiorum, & immobilium non potest sine solemnitate in alienatione immobilium requisita alienari, & distrahi, aut inuestiri in vtilitatem Ecclesiæ, sicut nec similis pecunia minoris potest sine decreto iudicir alienari. ita Redoanus Quaranta, Gratianua, Barbosa, Syluester Azotius *locis citatis*, & etiam Sopranua in appendice ad Filliucçium *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 23. vbi vult huiusmodi pecuniam censeri mobile pretiosum Ecclesiæ quod seruando seruari potest, & ideo in eius alienatione requiri solemnitatem à iure in alienatione rei pretiosæ requisitam. Et iuxta hanc sententiam idem dicendum est de pecunia Ecclesiæ in notabili quantitate destinata ad emenda mobilia pretiosa, eo quo ob talem destinationem computetur inter mobilia pretiosa, & proinde io eius alienatione interuenire debent solemnitates, quæ in alienatione rei pretiosæ. ita in terminis Redoanus *d. q.* 16. *num.* 6. Quaranta, & Barbosa *locis citatis*. Tunc autem pecunia Ecclesiæ dicitur destinata ad rem aliquam immobilem, vel mobilem pretiosam emendam, quando cum superiorir authoritate, & Clericorum consensu hanc, vel illam pecuniarum summam reseruari decreuerit ad effectum, vt ex ea res immobiles, vel mobiles pretiosæ emantur. ita Azorius *d. q.* 5. & post eum etiam Gratianua *in annotat. ad d. cap.* 517. *fine*.

Oppositum tamen, & quod talir pecunia ad emptionem prædiorum, seu immobilium destinata (nisi alioqui ex obligatione, & necessitate esset in re stabili inuestienda iuxta limitationem secundam) non desinat esse res mobilia, ex sua natura non conseruabilis, nec inter immobilia connumeretur; ac proinde neque in legato immobilium, neque io statuto disponente de immobilibur comprehendatur, tradunt Boërius *d. decis.* 209. (vbi pro hoc sententia enumerat viginti quinque Doctorer, quorum plures, & alioa etiam pro hac eadem sententia refert Tiraquellus *d. glossa* 7. *num.* 108. & maior parr sunt Scribentes *in l. cætera* §. *sed si separauit ff. de legatis* 1.) Pinellus *in l.* 1. *q.* 2. *num.* 49. *Cod. de bonis mat.* Vasquius *de success. creat.* §. 10. *sub num.* 72. versic. *contrarium tamen*, Simoncellus *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 123. Cæuallos *d. q.* 312. Gaillus *obseruat.* 11. *lib.* 2. Grassus *v.* legatum *d. q.* 19. *num.* 8. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 2. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. Riccius *d. resolut.* 70. *fine*, & vterque dicit in Curia Neapolitana fuisse bis determinatum pecuniam destinatam ad emptionem immobilium inter mobilia connumerari: idem tenent Iurisperiti ab eisdem, & à Thesauro *vbi suprà* relati; & esse communem, aut magis communem tradunt Boërius, Cæuallos, Thesaurur, Simoncellus, & Genuensis, ex nostrir idem tenent Angelus *v.* alienatio *num.* 6. Syluester *v. eodem num.* 7. Vasquez *d. dub.* 13. Bonacina *d. p.* 2. *num.* 5. & Bordonus *d. resolut.* 27. *num.* 51. Qui proinde dicunt pecuniam Ecclesiæ licet modo supra explicato destinatam ad emptionem immobilium non censeri prohibitam alienari, & distrahi, sicut nec prohibentur alienari cætera mobilia Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt; quod confirmat Syluester, quia ex illa simplici deliberatione, seu destinatione implicandi pecuniam in re stabili nulla oritur obligatio, aut necessitar implicandi, neque conditio pecuniæ mutatur; & consequenter sicut ante deliberationem, ita & post pecunia potest exponi, & distrahi.

Ad illud autem de pecunia minoris reposita ad Emptionem prædiorum, quod non possit alienari sine iudicis decreto, Simoncellus, & alij relati ab eodem, & à Tiraquello *d. glossa* 7. *num.* 109. respondent id esse speciale io pecunia pupilli, & minorir in illorum fauorem, qui in multir priuilegiati existunt *l.* 1. & *tot. tit. ff. de minoribus*. His tamen non obstantibus, à priori sententia non puto esse recedendum, quam secuta est Rota *in d. Veneta nullitatis*, vt *infrà* dicetur: Et talis pecunia ad vsus quotidianos non necessaria, & specialiter destinata ad emenda immobilia, vel mobilia pretiosa, saltem videtur bonum mobile pretiosum, quod seruando seruari potest fructuosa conseruatione; & ita quoad alienationem illius, idem videtur dicendum, quod de alienatione rei mobilir Ecclesiæ pretiosæ.

Limitatur

Limitatur quintò in pecunia notabilis quantitatis posita in banco campsorum (cuiusmodi Lugduni, Genoæ, Venetiis, & etiam Mediolani banchum S. Ambrosij) seu Cambiis, fœnori apud campsores, vel argentarios, seu Mercatores, seu actuali negotiationi cum lucro exposita. Hanc enim non nomine mobilium, sed immobilium venire, & comprehendi, tradunt Baldus *in cap. cum causa de re iudicata*, Lucas Penoaloco suprà *num.* 415. citato. Tiraquellus *d. glossa* 7. *num.* 114. Redoanus *d. q.* 6. *num.* 24. & *d. q.* 16. *num.* 14. & *num.* 15. *fine*, Boërius *d. decis.* 209. *fine* (vbi dicit, quod pecunia quamdiu est penes debitorem per modum mutui, & redditus non perpetui reputatur vt immobilis, licet addat; quod illa restituta sit verè mobilis) Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 9. *fine*. Simoncellus *d. cap.* 8. *num.* 118. Augustinus Barbosa alios allegans *d. alleg.* 95. *num.* 44. & Thesaurus *d. decis.* 160. *num.* 9. & 10. vbi etiam ait ita censuisse Senatum Pedemontanum. Et inferunt ex *d. l. si chorus* §. 1. *ff. de leg.* 3. Et probatur, quia repositum ad honestum lucrum dicitur in redditu annuo, vt *loco citato* Simoncellus dicens esse clarum; annui autem redditus inter immobilia computantur Clem. *exiui de paradiso de verb. signific.* & latè *suprà* ostensum est; quare si huiusmodi pecunia sit minoris, non potest alienari sine iudicis decreto, vt *loco citato* Simoncellus; si Ecclesiæ, non poterit alienari sine solemnitate iuxta sacros canones, & extrauagantem *Ambitiosa* in alienatione rerum Ecclesiæ requisita. Quod magis confirmat Simoncellus; quia bona minoris, & Ecclesiæ, quæ seruando seruari possunt, non possunt alienari non seruatis debitis solemnitatibus, vt de bonis minoris *l.* 1. *& toto tit. ff. de rebus eorum*; & de rebus Ecclesiæ d. extrauag. *Ambitiosa*; sed huiusmodi pecunia dicitur posse seruando seruari, cùm illa res dicatur posse seruari, ex qua fructus percipitur, & nihilominus seruetur, vt constat ex dictis suprà *num.* 395. & post Bartholum, & alios declarat Iason *in l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Trebell.* Videtur autem citra dubium, quod huiusmodi pecunia conseruatur, ex eaque fructus percipitur, non minus quam ex possessionibus, & prædiis.

417. Quamuis contrarium, & huiusmodi etiam cambiis, & negotiationi lucrosæ pecuniam traditam, vel destinatam contineri inter res mobiles teneant Pinellus *in l.* 1. *p.* 2. *num.* 44. *Cod. de bonis mat.* Mantica *de coniect. lib.* 9. *d. tit.* 9. *num.* 2. & nonnulli alij Iurisperiti relati à Barbosa *loco citato*; & ex nostris Castrus Palaus *d.* §. 1. *num.* 6. & Bordonus *d. resolut.* 27. *num.* 52. asserentes propterea posse è banchis extrahi, & distrahi sine solemnitate & assensu Apostolico, si sit Ecclesiæ, aut Monasterij; & sine decreto Iudicis, si sit pupilli, aut minoris. Quod probant Palaus, & Bordonus, quia non est obligatio in banchis campsorum conseruandi, cum solum ibi ponatur interim, dum se offert necessitas illam consumendi, sicut enim voluntariè fuit exposita lucro, ita potest repeti, nec banchum potest negare, sicut non negatur, vt patet in bancho S. Ambrosij Mediolani; restituta autem est res mobilis vt Boërius *suprà*, nec habet rationem rei pretiosæ, cum non amplius dicitur frugifera ex conditione ipsius contractus.

Cùm igitur huiusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem fructificandi, quantum est ex vi contractus, vt contingit in pecunia exposita in emptione census, debet computari inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt. At si hæc ratio valeret, etiam pecunia Ecclesiæ, collocata in montibus, seu loca montium dicerentur bonum mobile, ac alienabile absque solemnitate, contra tradita suprà *num.* 385. & 415. & Doctores *ibidem* relatos; cum talis pecunia voluntariè collocetur in prædictis montibus, & possit repeti, & non sit perpetuo frugifera, quantum est ex conditione contractus; & vt redditus dicatur res immobilis sufficit, vt duret ad longum tempus, nempè ad decennium, vel ad beneplacitum, vt pariter *suprà* ostensum est. Non est igitur recedendum à priori sententia. Quam certè etiam tenet Quaranta *v.* alienatio *num.* 25. vbi etiam dicit pecuniam Ecclesiæ, quæ conseruatur, vt deseruiat, pro locatione ad pompam iuxta *l.* 3. §. *fin. cum seq. ff. commodat.* non posse alienari sine solemnitate, & causa; eo quod, cum talis pecunia sit in fructu, connumeretur inter immobilia, vel saltem mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt; & hoc idem dicit Barbosa *d. allegat.* 95. *num.* 45.

418. Limitatur sextò in pecunia Ecclesiæ non modica, quæ seruatur pro aliqua necessitate, vel præsidij gratia, pro conseruando magis patrimonio iuxta *l. si chorus* §. 2. *ff. de legat.* 3 vbi dicitur, quod pecunia reposita est maximum præsidium, & pro maximo præsidio habetur, quod sine ea esset fragile. Hanc enim pecuniam sic ad hunc finem, & præsidij causa conseruatam, cum afferat vtilitatem, & dicatur fructuosa, connumerari inter pretiosa, quæ seruando seruari possunt, atque adeo alienari non posse sine solemnitate, & causa tradunt Berous *in cap. nulli*, Redoanus *d. q.* 6. *num.* 15. & *d. q.* 16. *num.* 10. Quaranta, & Augustinus Barbosa *locis citatis*, & prius Iason *in l.* 1. §. *quæsitum num.* 38. *ff. ad Trebellianam*; qui etiam confirmant, quod talis pecunia patrimonij conseruandi causa reposita loco patrimonij succedit, seu censetur tanquam patrimonium *d.* §. 2. *l. si chorus*, & dicitur esse in loco, vnde venit in legato his verbis facto, *quæ ibi mobilia erant do, lego &c.* vt *eodem* §. 2. habetur. Contradicit tamen non bene Castrus Palaus *d.* §. 1. *num.* 6. *fine.* nisi talis pecunia sit redacta ex venditione immobilium, vel mobilium pretiosorum, vel ex obligatione, & necessitate implicanda in re stabili, vel mobili pretiosa.

419. Limitatur denique in magna quantitate pecuniæ, quæ non est in fructu, & redditu, sed in proprietate Ecclesiæ, qualis est, quæ à Prædecessore in dignitate, seu Prælatura fuit relicta, & etiam pecunia redacta ex rebus Ecclesiæ venditis, vt dicit Redoanus *d. q.* 16. *n.* 15. Hanc enim pecuniam æquiparari rei immobili, vel saltem mobili pretiosæ, quæ seruando seruari potest, neque absque solemnitate, & assensu Apostolico posse alienari, aut reinuestiri etiam in vtilitatem Ecclesiæ, tradunt Berous *in d. cap. nulli num.* 83. Redoanus *d. q.* 16. *d. num.* 15. & 16. Quaranta *d. num.* 25. Augustinus Barbosa *d. allegat.* 95. *num.* 43. Stephanus Gratianus *to.* 3. *cap.* 517. *num.* 12. & *in annot. ad idem cap.* 517. *post cap.* 600. & *to.* 4. *cap.* 756. *num.* 33. qui *in d. annotat.* refert idem voluisse Gutierez de tutela *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 45. *post medium*; vbi quod talis pecunia magnæ quantitatis non differt à stabilibus, ideo talis pecunia pupilli, vel minoris non potest alienari sine decreto; & *ibi* etiam allegat ad id Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 38. *num.* 6. & Gregorius Lopez *in l.* 14. *tit.* 11. *p.* 4. *glossa* 2. idem Gratianus *ibidem* ait idem notasse etiam Aoan. *in cap. licet Hely* 31. *num.* 7. *de Simon.* argumento Glossæ *in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis.* vbi quod res pretiosa mobilis censetur stabilis, idem tenent Riccius 1. *p. praxis aurea d. resolut.* 70. *num* 3. Marcus Antonius Genuensis *d. cap.* 60. *num.* 14. *in annot.* Angelus *v.* alienatio *num.* 6. *fine.* & Filliuccius *loc. citato.* & ita fuit resolutum per Rotam Romanam *in Veneta nullitatis contractus* 13. *Nouembris* 1602. *coram Pamphilio*, quam decisionem referunt Genuensis, & Riccius *locis citatis*; dixit enim *ibi* Rota Prælatum non posse alienare magnam pecuniæ quantitatem, etiam conuertendam in vtilitatem Ecclesiæ, seu Monasterij, licet sit mobilis sine solemnitate, si est in proprietate Monasterij; quia potest Ecclesia in contractu emptionis decipi in pretio; non enim ista pecunia erat in redditu, vel fructu, vt de ea Prælatus sicut de aliis fructibus disponere posset, sed erat in proprietate Monasterij, & erat magna quantitas

ducatorum quattor mille, requirebatur igitur solemnitas. ita Rota *in d. decisione.* Et pro hac sententia confirmanda adducitur à Redoano *cap. licet Hely de Simonia* vbi accusatur Prælatus, qui malè expendit pecuniam non modicam; ex quo infertur non posse Prælatum ea vti, veluti vtitur fructibus.

410. Quamuis contrarium sentiant Boërius *d. decis.* 209. Syluester *verbo* alienatio *num.7. in fine.* Bonacina *d.p.2. num.* 5. Castrus Palaus *d.* §.1.*num.*5. Vasquez, Bordonus locis supra *num.*415. citatis, & Peregrinus *d. verbo* alienatio *in scholie dub.* 1. Quia pecunia etiam in magna quantitate, inquiunt, de sua natura, est destinata ad vsum, & ideo semper est de his, quæ seruando seruari non possunt. Et licèt Prælatus, ait Syluester *loco citato*, dicatur dilapidator, & reprehensibilis expendens malè magnam pecuniam Ecclesiæ; nihilominus non venit contra iura loquentia de alienatione, immobilium, alioqui Ecclesiæ daretur repetitio, quod non videtur verum, & hanc eandem sententiam videtur approbare Riccius *d.p.*1. *praxis aurea resolut.*47. dum defendit Procuratorem Ecclesiæ, seu Monasterij ad cuius manus peruenerat certa pecuniarum quantitas notabilis per eum exacta eidem Monasterio pertineos, non egisse contra extrauagantem *Ambitiosa* inuestiendo illam pecuniam (ne infructuosa remaneret) in quadam domo sine solemnitate, & assensu Apostolico, eo quod pecunia sit de illis, quæ seruando seruari non possunt, quæ in *dicta extrauaganti* permittuntur alienari sine solemnitate, & si possit dici hanc pecuniam fuisse in redditu, seu fructu, quia exacta à Procuratore tanquam redditus Monasterij, & quantum ad illam partem, quod magna pecunia, quæ est in proprietate Ecclesiæ, seu Monasterij absque beneplacito Apostolico, vel licentia S. Congregationis non possit alienari, neque etiam in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, vt resoluit Rota *in d. decisione*; vsus, & praxis communis videtur esse in contrarium.

SEQVITVR SVMMARIVM
§. VII.

Arboris appellatione, quæ propriè comprehendantur num. 421.

Arbores reputantur inter res immobiles, vt pars fundi. num. 422.

Solo cedunt, & iure soli iudicantur. ibidem.

*Beneficiarius vsufructuario æquiparatur. num.*423.

Doctores agentes quandonam, & quas arbores incidere vsufructuario, & similibus personis non habentibus plenum dominium soli permissum, vel prohibitum sit incidere. ibidem.

Quænam arbores, & sylua dicantur cædua, quæ non cædua, latè explicatur. n 414. *&* 425.

Arbor, & sylua cædua dicitur, quæ ad hoc habetur, vt cædatur, & quæ excisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. 424. *& quid sit ex stirpibus, vel ex radicibus renasci. ibidem.*

Vt sit cædua non oportet, vt succisa breui nasci possit. ibidem.

Intelligitur cædua, quando est matura, non quando est immatura. ibidem.

Dicitur etiam cædua, si destinata sit ad cædendum, & cæsa renascatur, &c. quamuis aliquos modicos fructus faciat. ibidem.

*Sylua si non habetur ad hoc vt cædatur, non dicitur cædua, & si cæsa renascatur. n.*425. *si habetur, vt cædatur, & tamen cæsa non renascitur, non dicitur cædua. ibidem.*

Ad quid principaliter sylua destinata sit, & quid fiat, ex consuetudine attendi debet, & secundum hoc dicatur cædua, vel non cædua. ibidem.

*Sylua non cædua dicitur, cuius arbores cædi non solent, sed ad alios vsus habetur, vel quæ cæsa est, renascitur ex trunco, vel ex radicibus. n.*426.

*Sylua consistens ex arboribus frugiferis non dicitur cædua. num.*417. *limitatur in arboribus vetustis, & corruptis, &c. quæ habentur tanquam cæduæ, quas vsufructuarius cædere potest, alias in earum loco substituendo. ibidem.*

Arbores frugiferæ quæ sint. ibidem.

Emphyteuta incidens robora, & quercus, an cadat à iure suo. ibidem.

*Sylua cædua non est sylua pascua. num.*428. *Nec quæ constat ex arboribus licet aliàs infructiferis ad amœnitatem plantatis. n.*429. *quas arbores vsufructuarius etiam non potest cædere. ibidem.*

*Sylua constans ex cupressis, quamuis habeatur, vt cædatur, non dicitur cædua. n.*430.

Et an idem sit dicendum de pineto, seu sylua consita ex pineis. ibidem, & qua ratione vsufructuarius possit cædere arbores pineti. ibidem.

Vsufructuarius, feudatarius, Emphyteuta, & conductor ad longum tempus potest cædere arbores, & syluas cæduas, & qua ratione, & an quoad huiusmodi incisionem sit aliqua differentia inter vsufructuarium syluæ, & vsufructuarium feudi, in quo existit sylua. n. 431. 432. *&* 433. *ad* 438.

Intellectus ad l. ex sylua xl. ff. de vsufructu. *num.* 432 *&* 433.

*Præfata incisio arborum cæduarum debet fieri sine destructione, & arbitrio boni viri. n.*434.

Item non potest vsufructuarius arbores syluæ cæduæ cædere pro libito, & quandocunque, sed quando sylua est matura, & iuxta consuetum Patrisfamiliæ, quoad tempus, & an etiam quoad quantitatem. n. 435.

Intellectus ad l. si absente. §. syluam cæduam, ff. de vsufructu. *ibidem.*

*Fructuarius non potest cædere arbores cæduas, etiamsi breui non renascantur. n.*436.

*An possit cædere etiam arbores grandes syluæ cæduæ, siue sit vsufructuarius syluæ, siue fundi. n.*437.438.

Intellectus ad l. sed si grandes 12. ff. de vsufructu. *ibid.*

*Incisio arborum æquiparatur demolitioni domorum. n.*439. *&* 441.

*Vsufructuarius non potest cædere arbores non cæduas frugiferas, nec etiam Vassallus, feudatarius, Emphyteuta, conductor ad longum tempus, fideicommissarius, maritus in rebus dotalibus. num.*439. *vnde nec arbores syluæ pascuæ. ibidem.*

*An vsufructuarius, & aliæ personæ non habentes plenum dominium fundi, possint cædere arbores non cæduas, quæ non sunt frugiferæ. n.*440. *&* 441.

In nonnullis casibus vsufructuarius, & cæteri non habentes plenum dominium fundi possunt incidere arbores natura sui non cæduas etiam frugiferas scilicet

*Primò si ita habeat consuetudo illas cædendi ad vsum lignandi, ædificandi, aut ad alium vsum. n.*442.

Secundò, si frugiferæ sint vetustæ, & corruptioni proximæ, & amplius fructus solitos non reddant. ibidem. secus si essent tantum paulò vetustiores. ibidem.

Tertiò si essent eius qualitatis, vt nisi excidantur certis annis, citius senescant, & non renascantur. ibid.

Quartò, si ex earum incisione fundus efficeretur melior, & fructuosior sublata opacitate, & nimia densitate. num. 444.

Quintò, si nocerent fundo vicini. ibidem.

Sextò, arbores frugiferæ possunt à dictis personis incidi alias substituendo eiusdem bonitatis, & in eadem quantitate. num. 443.

Contrarium. ibidem.

Septimò, possunt vsufructuarius, & aliæ personæ carentes pleno dominio incidere arbores frugiferas, & non cæduas, quando alioqui vsufructus, vel vsus fundi, aut sylua esset inutilis. n. 445.

*Octauò, fructuario, & aliis præfatis personis permissum est ex arboribus frugiferis, & non cæduis cædere ramos, & pedamenta, seu palos ad vsum vineæ, licet non ad vendendum. n.*445. *& an etiam pro reparatione villæ, seu ædificiorum*

adificiorum fundi. n. 446. & 447. & an pro nouo adificio constituendo, siue sint vi ventorum deiecta, vel exiccata, siue viridas. n 448.

Arbores vi ventorum expulsa, & deiecta spectant ad proprietarium, non ad vsufructuarium. n. 446. 447. & 449.

Ædificia si sint collapsa sine culpa fructuary, vel Emphyteuta, eorum refectio spectas ad dominum. ibidem fine.

Fructuarius, & alia persona habentes vtile dominium, an seclusa consuetudine, possint non caduas cadere ad comburendum tempore hyemis, & pro vsu suo. num. 449. & 450.

Vsufructuariis, & aliis personis habentibus vtile dominium fundi omnia licent, qua in rebus suis facere potest diligens, & bonus paterfamilias. ibidem.

Vsufructuarius, & Emphyteuta an arbores fructiferas, & non caduas, quas ipsi plantarunt, & adificia, qua ipsi construxerunt, possint sine licentia Domini fundi cadere, & destruere, & melioramenta vendere. n 451. & 452.

Pradicta arbores, si vi ventorum sint deiecta, spectant ad vsufructuarium, & Emphyteutam plantantem, & camenta adificij deiecti ad adificantem. n. 453.

Vsufructuarius, Vasallus, Emphyteuta, & similes persona absque caducitate non possunt rem, cuius non habent plenum dominium, mutare in aliam formam, de sylua efficiendo vineam, vel pratum, &c. cum deterioratione rei. num 456.

An possint mutare formam in melius, seu si ex tali mutatione fundus fiat fructuosior, & prasertim si res facile potest in pristinam formam reduci. num. 454. 455. & 456.

Licita esset mutatio, vbi talis esset regionis consuetudo. num. 457.

Permittitur etiam mutatio vineti, vel olineti, quando vites, & Oliua essent vetusta, & ferè inutiles. n. 458.

Ex incisione arborum frugiferarum, & non caduarum fundus deterior redditur. n. 459.

Vsufructuarius, seu conductor, vel Emphyteuta Ecclesia incidens arbores frugiferas, & non caduas fundi Ecclesiastici incurrit pœnam caducitatis. n. 460.

Eandem pœnam caducitatis an incurrat vsufructuarius, & Emphyteuta priuatus, seu sacularis si incidat arbores frugiferas, & non caduas fundi obnoxij restitutioni. Sententia negatiua, & asserens tantum teneri ad resarciendum damnum proprietario. n. 461.

Sententia affirmatiua magis communis. n. 462. & 463.

Vsufructuarius malè vtens re, cuius habet vsufructum, potest expelli propria authoritate à proprietario non obstante cautione de vtendo arbitrio boni viri. n. 463. & is etiam petere interesse. ibidem.

Vt ratione incisionis arborum frugiferarum, & deteriorationis fundi, vsufructuarius, & Emphyteuta cadat à iure, deterioratio debet esse perpetua, scilicet, in proprietate non in fructibus, & facta dolo, vel culpa lata, aut saltem leui, & non modica, sed magna, seu notabilis. n. 464.

In dubio incisio, & deterioratio an prasumatur facta dolo, & culpa. ibidem.

Notabilis deterioratio ad hunc effectum caducitatis, qua dicatur, iudicis arbitrio relinquitur. n 465.

Incisio duarum, aut trium, vel etiam quinque arborum frugiferarum ad hunc eundem effectum an dicatur modica deterioratio, an vero notabilis. ibidem.

Detrimentum causatiuum caducitatis an debeat esse in tertia, vel dimidia parte. ibidem fine.

Quoad effectum caducitatis aquiparantur incisio arborum frugiferarum, & incisio aliarum arborum non frugiferarum, qua non sunt cadua. n. 466.

Beneficiarius, Pralatus, Abbas quas arbores fundi Ecclesiastici, vel Monasterij, & quibus in casibus liberè incidere possit, vel nequeat. n. 467. ad 473.

An prafati possint mutare formam fundi, ex vineto faciendo Oliuetum, vel è contra. n. 473.

Beneficiatus, Pralatus, Abbas Monasterij incidentes arbores frugiferas, & non caduas beneficij Ecclesia, vel Monastery in casu non permisso, & cum notabili deterioratione fundi peccant mortaliter contra iustitiam, & tenentur ad interesse & restitutionem Ecclesia faciendam. num. 474. ita etiam vsufructuarius, & Emphyteuta. ibidem.

An beneficiatus, &c. ob huiusmodi incisionem arborum frugiferarum, & non caduarum incidant in excommunicationem, & alias pœnas in extrauaganti Ambitiosæ, *& in iure latas contra malè alienantes bona Ecclesia: negatiua. 475. & 477. Affirmatiua. n. 476. & 477. qua idem asserit de Pralato, vel Abbate demolitente adificium Ecclesia, vel Monastery, licet materia conuertatur in eius vtilitatem. ibidem.*

Incisio arborum frugiferarum, & demolitio domus an sit vera alienatio. 476. & 477.

Beneficiarius incidens arbores frugiferas sui beneficij, an incidat in excommunicationem à Tridentino latam contra vsurpantes bona Ecclesia. n. 475.

Rectores piorum locorum cadentes arbores frugiferas eorundem locorum, & in proprios vsus conuertentes incidunt in prafatam excommunicationem Tridentini, secùs si non in proprios vsus conuertant. ibidem.

An arbores, qua in solo Ecclesiastico radices egerunt computentur inter bona Ecclesiæ immobilia, & quandonam Beneficiariis, vel Prælatis permissum, vel prohibitam sit illas incidere: vbi arboris appellatione qua comprehendantur, qua arbores cedua, qua non cedua, & qua facultas vsufructuarij, Emphyteuta, & similium personarum incidendi arbores fundi, cuius non sunt Domini, vel plenè Domini.

421. Dubium quartum, an inter immobilia Ecclesiæ computentur ea, quæ solo cohærent scilicet, arbores, & ita sicut non licet absque solemnitatibus, & assensu Apostolico alienare bona Ecclesiæ stabilia, neque etiam liceat alienare, & incidere arbores in solo, seu fundo Ecclesiastico existentes. Arboris autem appellatione propriè venit omnis arbor habens radices, seu quæ solo radices egerit *l. vitem §. sed si quis fine ff. arborum furtim casarum*, Montalonius *in promptuario iuris* verbo *arbor*, litera *D.* Bartholus *in tractata de alneo versic. stricta ratione num. 9.* vbi ait, quod arboris appellatione propria tunc illa venit, quæ radices ita in terram emisit, vt terræ alimento vegetetur, & eius materia dura est, non tenera, id quod colligitur *ex d. l. vitem.* Quare vt dicatur propriè arbor debet egisse radices, & esse durioris materiæ, & ligni, & ita quidquid solo infixum radices non agit (vt Plantones, pedamentum, seu palus vitis, trabes, & alia huiusmodi terræ infixa sine radicibus, licet essent virentia) arbor non dicitur; item quidquid radices egit, sed tenerum est, nec in lignum coalescit, vt herba, & frutex, non est, nec dicitur arbor. vites autem continentur propriè nomine arboris *d. l. vitem initio*, & *l. 2. eod. tit.* & *l. 1. §. arboris appellatione ff. de arboribus cadendis.* & Doctores communiter, quos latè refert Augustinus Barbosa *de appellat. verbor.* &c. *appellatione 22. num. 1.* item arboris appellatione veniunt oleæ, hedera, arundines, & salictum. ita *eadem l. vitem* vbi tamen Glossa *verbo hedera* dicit impropriè hederam dici arborem. Hoc notato

422. Certum est arbores vt potè solo cohærentes, & affixas reputari inter res immobiles, quia censentur, & sunt pars fundi *l. aquissimum §. fructuarius ff. de vsufructu l. in fundum §. conductor ff. de iure fisci l. diuortio §. si fundum ff. soluto matr. l. adeo §. ex diuerso ff. de acquir. rer. domin. §. cum in suo. & duobus seqq. instit. de rerum diuisione.* Angelus *in d. §. fructuarius num 1.* Bartholus *in d. §. conductor.* Alexander *consil. 18. num. 4. lib. 5.* Nauarrus *consil. 6.*

consil.6. tit. de reb. Eccl. non alien. num.1. Quaranta *verbo* alienatio *num.32.* Surdus *decis.300. num. 9.* Sopranus in appendice ad Fillinccium *tract.44. cap 4. num. 7.* Doctores *infra* allegati, & alij communiter; Ideò solu cedunt, & iure soli iudicantur *d. §. ex diuerso*: Nauarrus, Quaranta *locis citatis.* Surdus *loco citato,* & *decis.78. num.10. cum pluribus seqq.* & *num. 22 & 23.*

423. Hoc tamen stante, cum non omnes arbores fundorum Ecclesiasticorum prohibeantur excidi, sed quædam cedant Beneficiariis, & Prælatis Ecclesiasticis in fructum. Vt clarè agnoscatur quasnam arbores, & quibus in casibus Beneficiariis, & Prælatis Ecclesiarum, vel Monasteriorum permissum sit arbores fundi Ecclesiastici incidere absque solemnitate, vel assensu Apostolico, cum Beneficiarij quoad fructus beneficij æquiparentur vsufructuariis, dum viuunt, sunt enim vsufructuarij, non Domini beneficij. Glossa *in c. præsenti verbo* seruati *de officio Ordinarij*, quam ibi communiter scribentes sequuntur, Molina *de primog. lib 2. cap.10. num 33.* Redoanus *quæst. 3. de spoliis*, Petrus Barbosa *in l. diuortio in principio p.2. num.27. & 33. ff. soluto matrimonio.* Mænochius *de arbitr. casu 434. num.3.* Surdus *de alimentis tit.9. quæst.12. num.18.* Quaranta *verbo* alienatio *num.33.* Guido Papa *decis.109.* Thesaurus *decis.142.* & alios allegantes Riccius, *p 1. praxis aureæ resolut.50.* Cænedo ad Decretales *collect.12. num.5.* Boëtius *decis.51.* & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. præsenti num.8.* Explicabo quod permissum, vel non permissum sit vsufructuario circa incisionem arborum fundi, seu bonorum, quorum est vsufructuarius: De qua re præsertim Tiraquellus *de retractu conuentionali §.3. glossa vnica à num.13.* Garzias *de expensis cap 11. à num.31.* Ludouicus Molina *de primog. lib.1. cap.22.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. quæst.79. cap.7.* Petrus Barbosa *in d. l. diuortio. 8 §. si fundum.* Michaël Grassus *verbo* legatum *quæst. 33.* Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib.22. tit. 19.* Stephanus Gratianus *tom.1. cap.21.* Augustinus Barbosa *tom. 6. collect. ad ius Canonicum in additamentis ad collectanea in extrauagantes communes ad lib 3. tit.4.* Ciarlinus *controu. tom. 1. cap.2. & 51.* Gabriel de Bellis *in tractatibus variis tractatu 4. de vsufructu cap 4. §.3.* & alij ab eisdem relati. Pro cuius rei declaratione

Sylua, seu arbor cædua quænam dicatur, & quæ non cædua.

424. Notandum primò arbores, & syluas alias esse cæduas, alias non cæduas: Sylua cædua dicitur, quæ ad hoc habetur, vt cædatur, & quæ excisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. ita describitur *l. sylua 30. ff. de verber. signific.* quæ descriptio non continet duplicem, sed vnicam definitionem, vt notauit post Alciatum, & Brechei *ibi*, Petrus Barbosa *in d. §. si fundum n.1. fine.* Quare vt sylua cædua propriè dicatur, duo copulatiuè requiruntur, scilicet, quod eius arbores excidi consueuerint, seu quod ad hoc habeatur, vt cædatur, & cædi consueuerit, ita quod illius vtilitas in hoc consistat, quod cædatur, & quod arbores excisæ ex stirpibus, aut radicibus renascantur. ita per textum *in d.l. sylua*, Glossa *ibidem*, & *in d. l. diuortio §. fundum ff. soluto matrim.* & post alios Pinellus *in l. 1. Cod. de bonis mater. p.2. num 59.* Gutierez *de tutela p.2. cap.27. num. 2. & 5.* Castillo *de vsufructu cap.25. num.25. & 45.* Ioannes Garzias *d. cap.11. num.31. & 35.* Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.2.* Ludouicus Molina *d. cap.21. num. 2.* Mantica *d. tit. 19. num.31.* Augustinus Barbosa *citato tit 4. num. 12* & *dict. collectan. ad extrauag.* Ambitiosæ *num.34.* & Gabriel de Bellis *d. § 3. num.1.* Extendunt vt existentibus illis duobus copulatiuè dicatur sylua cædua etiam si aliquos modicos fructus faciat, si illius arbores sunt illius qualitatis, vt nisi excidantur certis annis, adeo senescant, vt renascantur nonquam. Garzias *dict. tract. de expensis cap.12. num.80.* & Augustinus Barbosa *d. collect. num.35.* Dicit enim ibidem Garzias, quod in suo Regno Galleciæ oportet robora, castaneasque arbores statis temporibus non solum amputare, sed & succidere, quoniam compertum sit, eas senescere, excisas vero germina citius emissa propagare; Et quamuis Pinellus *d. num.59.* Augustinus Barbosa *d collect. num.32.* Grassus *d. quæst.33. versic.* aut *quærimus*, & Lambertinus *de iure patron. tract. 2. art.2. quæst principalis 2. p. lib.1. num.22.* & Rochus de Curte *eodem tractat.* verbo *ipse, vel is, num. 63.* vt sylua dicatur cædua addant oportere, vt cæsa breui renasci possit. Nihilominus verius est, & tenendum, dici cæduam etiamsi succisæ arbores non renascantur nisi longiori tempore, dummodo cædi à proprietario consueuerit, vel eius Authoribus, cum in his attendatur potissimum Patrisfamilias consuetudo. *l. item si fundi §. finali* versic. *nam & Trebatius ff. de vsufructu.* ita post alios Garzias *d. cap.11. num.35.* Petrus Barbosa *d. num.2.* & Gabriel de Bellis *d. §. 3. num 2.* Debere autem syluam tunc intelligi cæduam, quando est matura, non quando est immatura; ita quod quæ de tempore in tempus, puta de quinquennio in quinquennium cædi solet, ante illud tempus non dicitur cædua, vt de facto à fructuario succidi possit per textum *in l. cum manu sata §. sylua, ff. de contrahenda empt.* tradunt post alios Grassus *d. quæst.33. fine*, Boërius *d. decis.51. num.8.* Mantica *d. num. 31.* Gabriel de Bellis *d. §.3. num.1.* alij allegati à Petro Barbosa *in d. §. si fundum num.3.* & Augustinus Barbosa *d. collect. num.31.* & Sopranus in appendice ad Filiuccium *tract.44. cap.4. num.11.* Attenditur enim in his, vt dictum est. consuetudo Patrisfamilias *d. l. item si fundi §. finali.* vbi Glossa, & Doctores communiter: Hoc tamen Petrus Barbosa *d. num.3.* per textum *in l. si absente §. syluam ff. de contrahen. emptione* intelligit vt fructuarius non possit intempestiuè scindere, vel colligere fructus in damnum aliorum, ad quos scit pertinere, vel peruenire debere.

Porrò illud, quod Iureconsultus *in d. l. sylua*, requirit ad syluam cæduam, scilicet, quod renascatur ex stirpibus, vel ex radicibus, Alciatus *ibi*, & Rebuffus explicant, vt sylua dicatur renasci ex stirpibus, vt contingit in arundine, hæc enim renascitur ex stirpibus, & ab id in ea sylua cædua consistit. *l. qui fundum §. fin. ff. de contrab. empt.* & *d. l. item si fundi §. fin.* Renascitur etiam sylua ex radicibus, vt contingit in oliua, quercu, & aliis arboribus frequentius; sed melius explicat Petrus Barbosa *d. num.2.* scilicet, quod Iureconsultus ibi tetigit duos modos, quibus sylua cædi solet; nam aut cæduntur arbores vsque ad radices, aut soli rami saluo trunco, vt colligitur ex *l. si seruus §. si oliuam in fine ff. ad l. Aquil* & *l. 1. §. 1. ff. de arboribus cædendis*, si primo modo, dicetur renasci ex radicibus, si secundo modo cædatur, dicetur renasci ex stirpibus, id est ex ipsis truncis.

Ex præfata explicatione syluæ cæduæ Petrus Barbosa notat duo inferri. Primum, quod si sylua non habetur 415.
ad hoc, vt cædatur, non dicetur sylua cædua, quantumcumque si cædatur, renasci possit. Ac proinde sylua ferens glandes non dicitur cædua, quia non est destinata ad hoc vt cædatur, sed ad pastum porcorum, vt colligitur ex *d. l. sylua §. fin. ff. de verb. signific.* & ad textum *in d. l. cum manu sata, § sylua ff. de contrah. empt.* quod in contrarium videtur vrgere. Respondet idem Barbosa concordanda esse hæc iura iuxta primum requisitum, quod semper attendi debeat ad quid principaliter sylua destinata sit, & quid fiat ex consuetudine, & secundum hoc dicetur cædua, vel non cædua, ex Alciato, & Brecheo *in d. l. sylua*, secundum quod licet sylua habeatur ad hoc vt cædatur, si tamen cæsa ex eadem radice non renascitur, vel ex trunco iuxta *l. 3. § 1. ff. arborum cæsarum*, non dicetur cædua, quia deficit secundum requisitum, vt de Pineto tradit Gama *decis. 104. num.2.* Petrus Barbosa *ibidem*, Gutierez *de tutela p. 3. cap.27. num.6* Gabriel de Bellis *d. §.3. num. 3.* licet contrarium

contrarium pro constanti habeat Peleaz Mieies *de maior. 4. p.939. num.5.*

426. Ex quibus colligitur, quænam sit dicenda sylua non cædua, illa ergo dicitur sylua non cædua, cuius arbores cædi non solent, seu quæ non habetur ad cædendum, sed ad alios vsus, quæ cæsa non renascitur ex radicibus, vel stirpibus *d. l. sylua cædua ff. de verb. signific.* Petrus Barbosa *dict. num.3. & num.10.* Gutierez *loco citato*, Gabriel de Bellis *eodem, num.3.* & Sopranus *dict. num.12.*

427. Ex quo infertur primo, quod sylua quæ constat ex arboribus fructiferis, non dicitur cædua, sed ad fructus ex ea colligendos *l. æquissimum §. fructuarius ff. de vsufructu.* Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.10.* Gabriel de Bellis, Sopranus *loco citato.* Tiraquellus cum aliis *dict. Glossa vnica num 24.* & alios allegans Augustinus Barbosa *tom 6. collectaneo. ad ius canonicum d. tit.4. num.5.* Quod tamen limitarut in arboribus frugiferis vetustis, & corruptis, & effectis infrugiferis, & inutilibus; tunc enim habentur tanquam cæduæ, cum non possint esse vtiles, nisi cædantur. ita alios allegantes Tiraquellus *d. glossa vnica, num.:6. versic. sed hoc i.telligitur*, Mantica *d tit. 29 num.31.* & Ciarlinus *d. cap.2. num.39.* Qui, & alij ab iisdem allegati aiunt vsufructuarium posse cædere arbores frugiferas vetustas, & corruptas, non amplius aptas ad ferendos fructus, alias in earum loco substituendo: & facit *d. § fructuarius*, facit etiam textus *in l. agri 22. & in l. vel inutilium 76. cum seq. ff de vsufructu*, & id etiam notauit Sopranus *d. cap.4. num.11.* licèt nec Doctorem, nec textum citet. Arbores autem frugiferæ ex sui natura sunt vites, oleæ, nuces, castaneæ, pomus, & similes producétes fructus vsui hominum accómodatos; non frugiferæ ex sui natura sunt salix populus, platanus, cupressus, vlmus, fraxinus, oppium, & similes, & inter has Ciarlinus *d. cap.2. n.50.* enumerat Roboza, & quercus (quæ inter se, ait, non differre, cum vtraque arbor sit glandifera; vnde Auctores robora sæpè appellant quercus) quia illarum fructus est minimus, & hodie pro cibo humano ineptus. Vnde cum Claud. ad Bertaz. *consil.425.* litera *D.* addit Emphyreutam incidentem robora, & quercus non incidere in pœnam caducitatis, quam volunt non incurri nisi propter incisionem arborum frugiferarũm, de quo infra. Sed robora, & quercus cum ferant fructus ad enutriendos porcos esse arbores frugiferas, non videtur dubium, & tradunt Petrus Barbosa loco *numero præcedenti* allegato, Caualcanus *decis.32. num.4. p.1.* Vincentius Carocius *de locat. & conducto p.4. gradu 4. quæst.7. num 5.* & alij.

428. Secundò infertur non esse syluam cæduam, syluam pascuam, seu saltum pascuum, quod pecudum pastioni, seu pastui destinatum *d. l. sylua §. finali*, Gabriel de Bellis *d. §. 3. num.4.* & Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.2. versic. ex hac definitione* & notatum est supra *num. 425.*

429. Tertiò infertur non dici syluam cæduam, quæ constat ex arboribus, licèt aliàs infructiferis ad amœnitatem, & causa voluptatis & recreationis, puta, ad reddendas ambulationes opacas, & amœnas plantatis. ita Alciatus *in d. l. sylua cædua ff. de verborum significationib.* Angelus *in l. ex sylua ff. de vsufruct.* Cæpola *de seruit. vrban. prædiorum cap 81. ad finem*, & Garzias *de expensis d. cap.11. num.38.* vbi aiunt vsufructuarium non posse excidere arbores etiam infructiferas, quæ deambulationes opacas & amœnas redditur, & ad id plantatæ sunt, & constat ex *d. l. æquissimum §. fructuarius ff. de vsufructu*, ibi *nec quidquam facere in perniciem proprietatis, & si forte voluptarium fuit prædium, viridaria, & gestationes & deambulationes arboribus infructuosis opacas atque amœnas habens.* Hoc idem sine citatione Doctorum, & textus alicuius notauit etiam Sopranus *d. cap.4. num.10.* amplians etiam ad vnam arborem, quæ habeatur vel ad viriditatem, vel ad opacitatem, qualis, inquit, esset hedera latè fronde luxuriante diffusa.

430. Quartò infertur, quod si sylua constat ex cupressis, quamuis habeantur, vt cædantur, non tamen dicetur sylua cædua, quia cupressus excisa non renascitur, neque ex radice, neque ex stirpibus, seu ex trunco. ita Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.10.* Gabriel de Bellis *d §. 3. num.3.* Aretinus *in d. §. si fundum l. diuortio ff. soluto matr.* Paulus de monte Pico *in l. Titia cum testamento §. fin. num 116. ff. de leg.2.* & Rebuffus *in d. l. sylua ff. de verb. signif.* quos *loco citato* refert Barbosa: Similiter & pinus, siue pinetum, scilicet, sylua pinis consita, non connumerarut inter arbores, seu syluas cæduas, quia pinus excisa non renascitur, sed ex semine, quod in terram cadit. ita Gama, Gutierez, Gabriel de Bellis locis supra *num.425. fine*, citatis, & Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.2. & 10.* & alij relati ab Augustino Barbosa *d. tit. 4. num. 2.* Hoc tamen Gama *d. decis.104. num.2.* limitat nisi pinetum sit destinatum ad cædendum, nam tunc, inquit, censeretur cæduum, & vsufructuarius poterit illud cædere, dummodo id faciat boni viri arbitrio. Quam tamen limitationem Petrus Barbosa *d. num. 10.* reiicit, ex superius traditis, scilicet, quod vt arbor dicatur cædua, copulatiuè requiritur, quod sit destinata ad cædendum, & quod excisa renascatur; vnde cum pinetum excisum non renascatur, vt dictum est, non erit cæduum, nec potest dici esse in fructu, & consequenter non pertinebit ad fructuarium, inquit idem Barbosa, addens ita etiam tradidisse Alexandrum *consil. 118. num.4. lib.5.* Curtium Seniorem *consil.71. num.18.* & Riminaldum *quæst. 94. num.52. lib.1.* Vt autem præfatus vsusfructus non remaneat inutilis addit, vel habere locum dispositionem *l. item si fundi 10. § fin. ff. de vsufructu*, scilicet, cædere ad vsum, vt solebat Paterfamilias, non ad vendendum, vel attendendam consuetudinem regionis, argumento *l. excepto Cod. de locato.* His præmissis sit

Vsufructuario qua ratione liceat incidere arbores cæduas, seu syluam cæduam.

Prima conclusio, vsufructuarius, & quilibet, ad quem spectat commodum fundi, vt feudatarius, Emphyteuta, & conductor ad longum tempus potest incidere arbores cæduas, seu syluam cæduam non tantum pro suo vsu, sed etiam vt possit vendere, & de eis disponere pro suo libito. ita Bartholus *in l. qui fundum ff. de contrahenda empt.* Aretinus *in l. diuortio §. si fundum ff. soluto matrimonio.* Alexander *consil.118. num.3. lib 5.* Paulus de Montepico *in l. Titia cum testamento § fin. n.115. ff. de legat.2.* Boërius *d. decis.51. num.9.* Garzias *d. tract. de expensis, cap.11. num.35.* Ludouicus Molina *d. cap.22. num.2.* Redoanus *d. quæst.79. num.23.* Mantica *d. tit.29. num.30. & 31.* Petrus Barbosa *in d. § si fundum num.3.* Grassus *verbo* legatum *d. quæst.33.* Gabriel do Bellis *d §.3. num.10.* Riccius *p.1. praxis aureæ resolut.50. num. 3.* Stephanus Gratianus *tom.1. cap.21. num.9.* Augustinus Barbosa *collectaneo ad extrauagantem* Ambirioiæ *num 33. & tom.6. d. tit.4.* Quaranta *verbo* alienatio *num. 34.* & ita tenere communiter Scribentes *in d. §. si fundum.* testantur Paulus de Montepico, & Molina *locis citatis*, & esse communem testatur etiam Redoanus. Huiusmodi enim arbores, & syluæ cæduæ dicuntur esse in fructu, *d. § si fundum & l. item si fundi §. finali. l. si absente §. syluam cæduam ff de vsufr. & l. in sylua ff. de vsucapionibus.* & in earum incisione consistit earum vtilitas, & redditus fundi, vt supra *num. 424.* & constat ex *d. l. sylua cædua ff. de verbor. significat.* Neque per earum incisionem deterioratur fundus *d. §. si fundum*, si debito modo, & iuxta destinatum vsum, & sicut prudens Paterfamilias faceret, excidantur, quia excisæ renascuntur vt *d. num.424.* dictum est. 431.

Sed quia huic conclusioni sic generaliter acceptæ videtur obstare textus *in l. ex sylua 11. ff. de vsufructu*, quæ vsufructuario permittit in arboribus syluæ cæduæ excidere tantum ramos, & pedamenta, non autem concedit 432.

ei

el totam cædere vsque ad radices : verba sunt : *Ex sylua cadua pedamenta, & ramos ex arbore vsufructuarium sumpturum, & non cadere in vineam sumpturum, dum ne fundum deteriorem faciat.* ideo Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.6.* iunctis iis, quæ notat *numeris antecedentibus*, quem sequitur Gabriel de Bellis *d. §.3. num.10 & seqq.* licet illum non alleget, quod *d. lex ex sylua* cum continuetur cum § *finali l. præcedentis, item si fundi*, in *quo §. finali* Iureconsultus distinxit inter vsufructuarium, cui syluæ vsusfructus principaliter relictus, seu concessus fuit, & vsufructuarium, cui relictus, seu concessus est principaliter vsusfructus fundi, cui accedit sylua, eandem distinctionem esse subintelligendam, & accipiendam in eadem *l. ex sylua.* Vsufructuarius igitur, cui principaliter vsusfructus syluæ relictus est, aiunt iidem Barbosa, & Gabriel de Bellis (& quoad hanc partem asserunt idem etiam Conanus *lib. 4. cap. 1. num.4.* Alciatus *in d. l. sylua cadua num.6 ff. de verb. signif.* Boërius *d. decis.52.* & Alberic. *in l. arboribus ff. de vsufructu*) potest indistinctè syluam cæduam cædere vsque ad radices, ne aliàs inutilis reddatur vsusfructus vt est textus, Clarus *in l. Diuus ff. de vsu & habitatione*, & etiam vendere nullo habito respectu iuxta consuetudinem testatoris iuxta §. *fin.* versic. *nisi forte. l. item si fundi ff. de vsufructu.* Neque etiam obseruato tempore, quo testator cædere solebat, vt colligitur (inquit Barbosa *in d. § si fundum num. tertio, initio.*) ex *l. si absente 55. fine ff. de vsufructu*: vsufructuarius vero, cui principaliter relictus est vsusfructus fundi, cui sylua accedit, de quo accipi debet prior pars *d. l. ex sylua*, iuxta eundem Petrum Barbosam *num.6. fine*, & Gabrielem de Bellis *num.12.* non potest cædere syluam nisi ad modum, quo proprietarius, seu testator circa syluam vti solebat, vt *in §. finali. l. item si fundi ff. de vsufructu.* & cædere ramos quatenus folia extenduntur, & pedamenta, nempe ramos integros vsque ad stipitem ad vsum vineæ, scilicet, pro faciendis palis ad sustinendas vites (pedamentum enim propriè significat palum vitis, seu ad iuuandas vites ex ramis arborum decisum *l. 3. in princip. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum.* Varo *lib. 1. de re rustica cap. 8*) minimè autem potest excidere truncos vsque ad radicem. ita Petrus Barbosa, & Gabriel de Bellis, addentes ille *n.5.* iste *num.11.* quod licèt iste vsufructuarius non possit cædere nisi iuxta modum, quo vtebatur proprietarius tam ratione quantitatis, quam ratione temporis, & ita si testator cædebat tantum vnum plaustrum lignorum, & de quinquennio in quinquennium, non possit fructuarius cædere plura plaustra, nec infra quinquennium; tamen non tenetur seruare qualitatem vtendi, vt habetur *d. §. finali l. item si fundi*, & consequenter quamuis proprietarius seu testator id, quod cædebat ex sylua non solebat vendere, sed in vsus proprios tantum conuertere; tamen legatarius ramos excisos poterit vendere, vt etiam *d. §. fin.* versic. *Nam & Trebatius.* Quare iuxta Petrum Barbosam, & Gabrielem de Bellis præfata conclusio ita generaliter & absolutè sumpta limitatur, ac restringitur ad solum vsufructuarium, cui principaliter vsusfructus syluæ constitutus est; non vero comprehendit vsufructuarium fundi, cui accedit sylua cædua.

433. Verùm hæc declaratio, seu limitatio est contra alios Doctores pro præfata communi conclusione generaliter accepta allegatos, qui loquuntur etiam de vsufructuario fundi syluæ, & non tantum de vsufructuario syluæ, & quod vsufructuarius fundi, in quo existit sylua cædua, possit illam excidere vsque ad radices, dummodo incisio non tendat ad destructionem tradunt magis expressè Baldus *consil.290 num.3. lib.3.* Garzias *d. cap.11. citato num 25.* idem in terminis Glossa *in d. l. ex sylua*, verbo *ex sylua cadua* ibi; *vel dic pedamenta id est stipites, siue truncos arborum*, quam Glossæ interpretationem secuti sunt Baldus, & Angelus *ibidem.* Cæpalla *de seruit. rustic. præd. cap.12. num.9* Paulus de Montepico *in d. l. Titia cum testamento §. fin. num.115.* Boërius *decis. 51. num. 9.* idem tradunt Romanus & Aretinus *in l. diuortio §. si fundum ff. soluto matrimonio*, aientes textum *d. l. ex sylua*, intelligendum de sylua cædua nondum matura ad cædendum, quo casu non permittitur fructuario illam intempestiuè cædere iuxta tradita suprà *n.424.* versic. *debere*, sed tantùm potest cædere ramos, & pedamenta, scilicet patuulas arbores ad pedes arborum grandium nascentes, dictas germinales, *d §. si fundum*, vel ramos pro palis vitis; quem etiam intellectum de sylua nondum matura posuit Glossa *in d. l. ex sylua initio*, & *in l. sed si grandes eod. titulo*, & secuti sunt etiam Florianus *in d. l. ex sylua num.1.* & Brecheus *in d. l. sylua cadua ff. de verborum signific.* & certè talis limitatio est contra *d. l. sylua cadua*, & tradita suprà *num. 424.* in explicatione syluæ cæduæ iuxta *d. l. sylua cadua*, & alios Doctores *ibidem* citatos; si enim syluæ cæduæ vtilitas consistit in incisione, seu ad hoc habetur, vt cædatur, & renascitur ex radicibus, aut ex stipitibus, non est cur ei, ad quem pertinet fructus fundi eiusdem syluæ, denegetur posse incidere eiusdem syluæ arbores etiam vsque ad radicem, cùm ob id non deterioretur, quia renascitur, iuxta dicta ad probandam eandem communem conclusionem; alioqui fructuario fundi non liceret exscindere vsque ad radices arundinetum, & nemus destinatum solùm ad facienda ligna ad comburendum; quod nemo dicet.

Igitur conclusio declaranda est primò, vt incisio fiat sine destructione, & arbitrio boni viri, vt Mantica, Garzias, & nonnulli alij ex Doctoribus *num. 431.* citatis in specie notarunt. 434.

Secundò, vt non possit fructuarius arbores syluæ cæduæ cædere pro libito, & quandocunque, sed quando sylua est matura, & obseruato tempore sicut Paterfamilias, seu proprietarius cædere solebat, iuxta tradita suprà *n.414.* versic *debere* & Doctores *ibidem* allegatos & *§. fin. in d. l. item si fundi ff. de vsufructu*, vbi Iurisconsultus (vt suprà *n.432* notatum est) dicit si alicui legetur vsusfructus syluæ, potest legatarius fructuarius indistinctè eam cædere, & vendere; si vero legetur vsusfructus fundi, cui sylua accedit, tunc non potest eam cædere, neque etiam ea vti, nisi ad modum, quo testator solebat. Quod etsi Petrus Barbosa loco suprà *n.432.* citato nempè *n. 5. in d. § si fundum l. diuortio ff. solut matr.* intelligat non solū quo ad tempus, sed etiam quoad quantitatem, cum generaliter loquatur textus, ibi: *solebat Paterfamilias vel palo vti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus vti posse.* Nihilominus Albericus *in d. §. finali* Paulus de Montepico *in d. l. Titia cum testamento §. finali n.119. fine*, Rebuffus *in d. l. sylua cadua col.2. fine*, & Michaël Grassus *§. legatum d. q.33. fine*, aiunt intelligendum non esse prædictum modum de quantitate, quam testator solebat cædere; vt si testator solebat cædere non nisi vnum plaustrum lignorum per annum, non vendere, vsufructuarius etiam plus cædere non possit; nam imò non vnum, sed centum plaustra cædere, & vendere poterit, sed de modo temporis cædendi, vt si testator non cædebat nisi transacto quinquennio. vel triennio, non possit similiter vsufructuarius aliter, vel citius cædere : sed contra id, quod dictum est de sylua immatura, videtur esse textum *in l. si absente §. syluam caduam ff. de vsufructu*, vbi dicitur syluam cæduam etiam intempestiuè cæsam esse in fructu, & consequenter spectare ad fructuarium, verba legis sunt; *syluam caduam etiamsi intempestiuè cæsa sit, in fructu esse constat, sicut oliua immaturè lecta, item fœnum immaturè cæsum in fructu est.* Glossa in *d. §. syluam caduam*, respondet textum *ibi* loqui in casu, in quo interetat immaturā syluam cædere, quod fortè magis valeant intempestiuè cæsæ, quàm si maturæ, vt patet in exemplo oliuæ, quæ immaturè lecta plus fert fructus, quàm matura ex textu *in l. penul. ff. de vsu, & vsufructu legato.* Petrus autem Barbosa *in d. §. si fundum n.4* respondet distinguendo, nam aut quis intempestiuè percipit fructus, quos sciebat ad se non pertinere, vel etiam ex post facto constitit ad eum non pertinere; & tunc, ait, intempestiuè colligens tenebitur Domino

damnum

damnum resarcite; in quibus terminis dicit loqui textum in *l. si seruus seruum §. si oliuam ff. ad l. Aquil.* & *in l. & hac distinctio* 38. §. *cum fundum ff. locari.* Si verò intempestiuè colligens damnum sibi tantùm fecit, quia fructus illi ad eum pertinebant, vel ex post facto id constitit propter intempestiuam collectionem, subdit idem Barbosa in nihilo sibi præiudicat, & consequenter prædictos fructus intempestiuè collectos fecit suos, & in his terminis dicit procedere prædictam *l. si absente §. syluam caduam, & d. l. penultimam ff. de vsu, & vsufructu legato.*

436. Tertiò eadem conclusio declaratur, vt procedat quoad arbores cæduas, quæ excisæ breui renascuntur, ita Grassus, & alij Doctores citati suprà *n.* 414. versic. *& quamuis;* sed hæc declaratio reiicitur ex traditis *eodem n.* 414. *eodem versic.* etenim sylua cædua, seu arbores cæduæ dicuntur, & consequenter sunt in fructu, etiamsi longo tempore renascantur, vt *ibidem* dictum est, & tradunt in terminis Ioannes Garzias, Petrus Barbosa, & Gabriel de Bellis locis *d. n.* 424. citatis, & Parisius, Mænochius, Conanus, & Curtius senior relati à Petro Barbosa loco *eodem num.* allegato.

437. Quartò declaratur eadem conclusio, vt non procedat, quoad arbores grandes, ita quod vsufructuario non sit permissum illas cædere, licet alioqui sint cæduæ, & excisæ renascantur ex radicibus, nisi alioqui constet proprietarium, seu Dominum fuisse solitum illas excidere, vel nisi sit vsufructuarius, cui principaliter vsufructus syluæ fuerit legatus. ita Petrus Barbosa *in d. l. diuortio §. si fundum n.* 8. *& 9. ff. soluto matr.* idque propter *l. sed si grandes* 12. *ff. de vsufructu,* quæ expressè dicit fructuarium non posse arbores grandes cædere, quæ lex cum loquatur generaliter, est accipienda generaliter tam de arboribus syluæ cæduæ, seu cæduis, quam de arboribus syluæ non cæduæ, seu non cæduis, & cum continuetur cum *d. l. ex sylua*, in eisdem terminis accipienda est iuxta ex eodem Barbosa tradita suprà *n.* 431. scilicet, vt quãdo vsusfructus fundi, cui accedit sylua, principaliter legatus est, & non constat de consuetudine, & vsu testatoris non possit cædere præfatas arbores grãdes licèt cæduas, sed ex eis tantum ramos, & pedamenta ad vendendũ, & ex non cæduis etiam ramos, & pedamẽta ad vineã, & proprios vsus, non autem ad vendendũ iuxta *d. l. ex sylua;* cum enim fructuarius possit ex aliis arboribus paruis syluæ vtilitatẽ vsusfructus percipere, & testator passus sit crescere, tacitè videtur voluisse, ne vnquã inciderentur, sed ad ornatum, & prospectum cõseruarentur. Vsufructuarius verò syluæ, seu cui principaliter legatus est vsusfructus syluæ poterit etiã incidere arbores grandes in sylua existentes, quia, inquit idem Barbosa, in hac specie verba generalia legati excludunt præfatam præsumptionem; & in his terminis vult loqui Doctores, qui dicunt vsufructuarium solum posse ex sylua cædere arbores non cæduas, posse autem cæduas, qui allegantur *in sequenti conclusione.*

438. At nec hæc declaratio, seu limitatio est admittenda, & est contra alios Doctores pro eadem communi conclusione *num.* 431. allegatos: arbores enim quantumcumque grandes cæduæ, & quæ excisæ renascuntur, licèt longo tempore, nisi constet esse plantatas ad amœnitatem, & recreationem, & pulchritudinem loci, sunt in fructu, & consequenter ad fructuarium pertinẽt vt *d. n.* 431. *&* 432. dictum est, & constat ex textibus *eodem n.* 431. allegatis. Neque obstat *d. l. si grandes,* nam intelligitur habere locũ in arboribus grãdibus, quæ non renascuntur, ac non cæduis, vt intelligunt Glossa, & Angelus *ibid.* Alciatus *in l. sylua cædua ff. de verb. signif.* Ioan. Garzias *d. c.* 11. *n.* 35. *fine.* De arboribus non cæduis grandibus, scilicet, frugiferis, quæ proinde incidi non possunt, intelligunt relati per Tiraquellum *de retract. conuen. §.* 3. *glossa vnica num.* 14. & Ciarlino *tom.* 1. *controu. c.* 51. *n.* 13. Molina *lib.* 1. *de primog. d. cap.* 22. *n.* 5. Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bonis mater.* 2. *p. n.* 59. & Mænochius *consil.* 13. *n.* 4. *lib.* 1. & quod *d. l. sed si grandes,* debeat intelligi tantum de arboribus non cæduis, Garzias notat clarè colligi ex continuatione eiusdem legis cum antecedenti *l. ex sylua*, quæ in posteriori parte, cui adhæret, loquitur de sylua non cædua.

Fructuario, & similibus personis non habentibus plenum dominium fundi arbores frugiferas, & non cæduas quando non liceat, vel permissum sit cædere.

Secunda conclusio. Vsufructuarius non potest cædere arbores non cæduas fructiferas, idemque nec vassallo, seu feudatario, nec Emphyteutæ, nec conductori, nec fideicõmissario, nec marito in rebus dotalibus licet. ita Doctores relati à Tiraquello *d. glossa vnica n.* 24. Bartholus *in l. diuortio §. si fundũ n.* 3. *ff. soluto matr.* Clarus §. *Emphyteusis q.* 26. Additionator *ibid.* lit. *B.* Caualcanus *decis.* 44. *n.* 27. *paulo post initium p.* 1. Vincentius Carocius *de locato p.* 4. *gradu* 4. *q.* 7. *n.* 5. Surdus *decis.* 78. & *decis.* 300. Mænochius *de arbitr. casu* 78. *n.* 8. & ex Doctoribus suprà *n.* 423. relatis Ludouic. Molina *d. c.* 22. *n.* 5. Garzias *d. c.* 11. *n.* 31. & *c.* 12. *n.* 78. *& seqq.* Redoanus *d. q.* 79. *n.* 1. *& seqq.* Petr. Barbosa *in d. §. si fundũ n.* 10. *&* 14. Tiraquellus *d. glossa vnica n.* 24. Mantica *d. tit.* 29. *n.* 2. 7. *&* 31. Grassus *d. q.* 12. *initio,* Steph. Gratianus *d. c.* 21. Gabriel de Bellis *d. §.* 3. Ciarlinus *d. c.* 2. *n.* 1. *&* 2. & *d. c.* 51. *n.* 13. August. Barbosa *d. collect. ad extrauag.* Ambitiosæ *n.* 27. & *tom.* 6. *d. tit.* 4. *n.* 1. & innumeri alij relati à Ciarlino, & vtroque Barbosa *locis citatis*, & constat ex *l. æquissimum §. fructuarius l. sed si grandes ff. de vsufructu. l. in fraudem §. conductor de iure fisci,* & *l. diuortio §. si fundum ff. soluto matr.* & ratio est, quia huiusmodi arbores non habentur ad cædendum, sed ad fructus ex eis colligendos, vel ad pascua animalium; vnde per huiusmodi incisionem in notabili quãtitate notabiliter deterioratur fundus, cuius pars cẽsentur dictæ arbores frugiferæ *d. §. fructuarius,* ac proinde huiusmodi arborũ frugiferarũ incisio æquiparatur demolitioni domorũ, itaquod paria sunt arbores succidere, & domos deuastare. Vt colligitur *ex d. §. fructuarius,* & ex *l. & eleganter §. non solùm ff. de dolo,* & alios allegantes tradunt Surdus *d. decis.* 300. *n.* 6. Boërius *d. dec.* 51. Petr. Barbosa *in d. §. si fundũ n.* 18. & Ciarlinus *d. c.* 2. *n.* 5. Quare fructuarius arbores syluæ pascuæ, seu saltus pascui regulariter cædere non potest; sed cũ pastio animaliũ sit in fructu, pecus suũ immittere, vel alienũ poterit accepta certa pecunia, vt Gabr. de Bellis *d. §.* 1. 439.

Quid vero de arboribus non cæduis, non frugiferis? 440. Has etsi grandes vsufructuario, vassallo, Emphyteutæ, & conductori ad longum tempus licitum esse excidere tradidere Curtius senior *consil.* 70. *n.* 8. Franciscus Beccius *consil.* 33. *n.* 5. Curtius, Pacianus, & nonnulli alij antiquiores à Caualcano *d. decis.* 44. *n.* 72. *post medium,* & à Ciarlino *d. c.* 21. *n.* 19. & *d. c.* 51. *n.* 14. relati, Giurba *in consuetud. Messan. p.* 1. *cap.* 15. *glossa* 4. *n.* 15. Ciarlinus *locis citatis;* cum ea limitatione nisi incisio fieret in tam notabili quantitate, vt simul omnibus consideratis fundus in se posset dici notabiliter deterioratus, & quod caput est, idem tenuit Rota Romana *decis.* 1356. *n.* 3. apud Seraphinum, vbi etiam ob id sit ob incisionem huiusmodi arborũm non frugiferarum non induci caducitatem, & eam adfert rationem, scilicet, quod actus incisionis arborum non frugiferarum non est ex sui natura actus deteriorationis, cum vsusfructus istarum consistat in earum incisione pro tabulis, & trabibus habendis. Confirmat Ciarlinus, quia textus in *d. l. æquissimum §. fructuarius,* loquitur tantùm de arboribus frugiferis. item Doctores relati à Tiraquello *d. n.* 24. Redoanus, Molina, Clarus, & Grassus locis *numero præcedenti* relatis, & alij Doctores ab eodem Ciarlino *d. c.* 51. *n.* 16. allegati aiunt vsufructuario, & aliis personis non plenè dominis non prohiberi simpliciter arborum incisionem, sed cum qualificatiua adiectione frugiferarum; cùm ergo per præfatum textũ, & prædictos Doctores solùm arborum frugiferarum incisio prohibeatur, aliarum arborum etiam grandiũ incisio permissa censetur; quia inclusio vnius est exclusio alterius *l. cum Prætor in principio ff. de iudiciis.* Quod si omnibus pensatis, & harum arborum non frugiferarum incisione fun-

dus in se posset dici notabiliter deteriotatus, cum ex huiusmodi arboribus nascatnt etiam aliquis fructus, in hoc casu teneti actione *l. Aquilia*, vel ad interesse, seu restitutionem cum Paciano *consil.33. n. 22.23. & seq.* & Rosenthal *de feudis cap.10. concl.33.num.33.* tradit idem Ciarlinus *d.cap.2. num 56.* & *d. cap.51.n.15.* His tamen non obstantibus

441. Ampliatur supradicta conclusio secunda etiam ad arbores non cæduas de sui natura non frugiferas, & ita neque arbores fructiferas, neque vniuersaliter cæteras arbores non cæduas minimè fructiferas, quæ incisæ non renascuntur, fructuario, & etiam aliis non plenè dominis, vassallo, Emphyteutæ, conductori, fideicommissario, & marito in rebus dotalibus, non esse permissum incidere, constare videtur satis clarè ex textu *in l. sylua cædua ff. de verb. signif.* ex *d.l. diuortio § si fundum*, ibi: *si minus*, (vbi Glossa id est non sunt cæduæ, opponitur enim præcedentibus verbis, *si arbores cædua fuerint*) *in d. l. in fraudum §. conductor. ff. de iur. e fisci.* & *in l. ex sylua cædua in posteriori parte*, & *in d. l. sed si grandes.* in quibus duobus textibus absolutè, & generaliter fructuario prohibetur incisio arborum non cæduarum, sub quibus comprehenduntur non solum arbores de sui natura frugiferæ, sed etiam cæteræ, quæ excisæ non renascuntur iuxta *d l. sylua cædua*, vnde *d.l. æquissimum § fructuarius*, intelligenda est iuxta leges præcedentes, ita quod nomine arborum frugiferarum cōprehendat omnes arbores non cæduas, vel saltem illas non excludat ita etiam sentiunt Paulus de Montepico, Rebuffus, Gama, Petrus Barbosa, Gabriel de Bellis locis suprà *n.425*, allegatis, Mantica *d.n.7.* Gutierez loco suprà *num.425*, allegato. Borginus Caualcanus *d.decis.44. eodem n.72.* ibi: *nec arbores fructiferas, & nec cæduas cædere.* Nauarrus *consil.7. tit. de reb. Eccl non alienan.* Quaranta *v.* alienatio *n.33.* Riccius *p.1. praxis aurea resol.50.n.1.* Aug. Barbosa *ad ius canonicum to.6. in fine, tit.4.n.2.* vbi etiam allegat Castillum *de vsufructu c.25.n.52.* Peleaz Meierez *tract. de maioratu in initio p 2. n.30.* & *to.3. collect. ad extrauag. Ambitiosæ n.20.* Confirmatur etiam, tum quia iuxta oppositam sententiam confundūtur tradita suprà *n.424. & 426 & seqq.* de definitione syluæ cæduæ, & non cæduæ; tum etiam quia arbores non cæduæ non frugiferæ non sunt inutiles, sed vtiles multum ex ramorum incisione, & deglabratione annuatim fieri solita, vt patet in populo, & similibus arboribus, quæ scaluando maximam vtilitatē afferunt; cum ergo ex præfatis arboribus infrugiferis non cæduis, quæ recisæ non renascuntur ex radicibus, possit vsufructuarius, & quiuis alius non plenè dominus succidere ramos, frondes, pedamenta, seu palos, patet esse multum vtiles, nec earum vtilitatem consistere solum in incisione pro tabellis, & trabibus.

Prima limitatio.

442. Cæterùm præfata secunda conclusio sic ampliata limitatur, quando adesset consuetudo arbores non cæduas frugiferas, aut non frugiferas cædendi ad vsum lignandi, vel ædificandi, aut comburendi, vel ad alium vsum, nam tunc vsufructuarius, & omnis, ad quem spectat commodum, seu fructus fundi poterit integrè, vel pro parte, aut pro portione excidere dictas arbores in vsum destinatum, seu in quem solent impendi, colligitur ex *l. item si fundi §. fin. ff. de vsufructu*, & tradunt plures relati à Tiraquello *de retract. conuent §.3. glossa vnica n.25.* idem Tiraquellus *ibidem*, Caratius innumeros alios allegans *de locato p.4. gradu 4. quæst.7. num.20. & 21.* Garzias *de expensis cap.12. num. 80.* Redoanus *d. quæst.79. num. 21.* Ludouicus Molina *de primog. lib.1. cap.22. num.5.* Gama, Rebuffus, Petrus Barbosa, Gutierez, Gabriel de Bellis, Paulus de Montepico locis supra *num.425. & 430.* citatis. Augustinus Barbosa *tom. 6. fine dict. tit 4. num.3.* Ciarlinus *dict. cap.2. num.71.* & *cap.51. num.34.* Plurimum enim in his valet consuetudo, & vsus Prouinciæ, vel loci, ideoque est attendenda, vt Garzias *loco citato.*

Secundo limitatio.

Secundò limitatur, quando arbores frugiferæ, & non cæduæ essent vetustæ. & corruptioni proximæ, aut amplius fructus solitos non producerent, tunc enim à fructuario, & aliis non habentibus plenè dominium possunt succidi aliis in earum locum substitutis, si ita expediat. ita relati per Tiraquellum *d. glossa vnica n.26.* Carocium *d. q.7.n.24.* & Ciarlinum *d.c 2. n.39.* & *d.c.51.n.45.* 443.
idem Tiraquellus, Carocius, Ciarlinus *ibidem.* Molina *d.n.5.* Petrus Barbosa *in l. diuortio §. si fundum n.18. fine.* Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.22. tit.29. num.35.* Stephanus Gratianus *d. c.21. n.22. & 23.* & Quaranta *d. v.* alienatio *n.33.* facit textus *in l. vsufructuarius §. si in viuariis, in l. æquissimum §.1. in l. agri*, & *in l. vetus, cum duabus seqq. ff. de vsufructu.* Cessat enim in hoc omnia ratio, qua prohibetur arborum incisio: Aliæ autem non vetustæ, aut corruptæ, vel exiccatæ, & vtiles non possunt succidi, etiamsi in earum locum aliæ substituerentur. ita Tiraquellus, Carocius, Gratianus alios allegantes, & alij Doctores mox allegati, non enim fit compensatio meliorationis in vna parte cum deterioratione in alia, vt Stephanus Gratianus *n.24.* ex Corbulo *de priuatione ob deterioritatem n.22.* vbi ait adhuc esse locum caducitati contra Riminaldum seniorē *consil.74.n.17. lib.1.* At Petr. Barbosa *n.19.* ait etiā arbores non vetustas à fructuario posse incidi, si alias æquiualentes substituat, dummodo arbores substitutæ durante iure incidentis, excrescant in bonitatem excisarū: nam eo casu ait incidens, sibi tantum videtur præiudicasse in fructibus, quos interim percipere poterat arg. *l. Aquilia § in fine ff. ad l. Aquiliam*, & quia hoc casu non potest videri factus fundus deterior quoad rei substantiam, sed tantùm quoad fructus, qui ad incidentem pertinebant, propter quam deteriorationem neque excidēs amittet ius suū, neque ad aliquod interesse tenebitur proprietario iuxta Baldum *in auth. qui rem n.2. Cod. de sacros. Eccl.* Alexandrum *cons.118.n.21.* & Picum *in d.l. Titia cum testamento §. fin.n.521.* & alios ab eodem Barbosa allegatos. Si autem arbores substitutæ durante iure incidentis non peruenerint ad bonitatem excisatū, fundus (inquit idem Barbosa) videtur deterior factus, & ita habebit locum sententia Corbuli, & aliorum, quod incidens amittat ius suum; quod etiā procederet, quando non substituit tantas arbores, quantas exciderat, idē Barbosa *ibid* post Iosephum Lud. *decis. Perusina 94.n.14.* Dixi etiam *vetustæ, & corruptioni proximæ*, nam si essent tantū paulo vetustiores, cum hæ, vt experientia docet, sint fœcundiores, quàm iuniores, & etiam suauiores, & meliores fructus producere soleant, non possent ab vsufructuario, & aliis non plenè dominis succidi, vt in locū earum aliæ substituerentur. ita Tiraquellus, Carocius & Gratianus *locis citatis.* Aduertendum etiam ex traditis suprà *n.424.* fructuario, & aliis similibus personis licitum esse incisionem arborum frugiferarum, quando sunt eius qualitatis, vt nisi excidantur certis annis, adeo senescant, vt nunquā renascantur, vt tradit Garzias loco *eodem n.424.* citato.

Tertia & quarta limitatio.

Limitatur, tertiò, si ex arborum frugiferarum & aliàs non cæduarum incisione fundus efficeretur fructuosior, 444.
quàm antea, nempè, quia vel præ magnitudine, aut multitudine, & densitate, aut alia de causa facerent vmbram noxiam fundo, aut densitas noceret arboribus, & fructui ab eis ferendo, & impedirent fructuum augmentum, & vtilitatem aliarum arborum sufficientium prædio, aut viribus essent damnosæ, tunc enim earum incisio licita est fructuario, Emphyteutæ, & aliis similibus non plenè dominis, vt ager fiat fructuosior, quàm esset ante. ita Tiraquellus *d. glossa vnica n.27.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. q.79.n.26.* Caratius *d. q.7.n.26.* Molina *d.n.5.* Nauarrus *consil.6. tit. de reb. Eccl. non alien.* Quaranta *d. n.33.* Ciarlinus *d.cap.2.n.65.* & *d.cap.51. n.42.* Riccius *p. 1. praxis aurea d. resol.30.num.5.* & alij communiter à Tiraquello, Carocio, & latius à Ciarlino relati. Cum enim incisio arborum

arborum prohibeatur, quia deterioratio reputatur, cessante deterioratione debet cessare incisionis prohibitio *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.* & *cap. cum cessante de appellatione.* maximè quia per huiusmodi incisionem non mutatur forma rei, seu fundi. Addit Redoanus, quod etiam in casu, quo arbores nocerent fundo vicini, essent de iure ad quindecim pedes à terra coërcendæ *l. 1. §. fin. ff. de arbor. caedend.*

Quartò limitatur, vt vsufructuarius, Emphyteuta, Vassallus, conductor ad longum tempus, maritus, & fideicommissarios possit arbores non cæduas, seu syluam non cæduam incidere, quando vsusfructus, vel vsus fundi, & syluæ, alioqui esset inutilis, vt post alios Tiraquellus *d. glossa vnica n. 30.* Carocius *d. q. 7. n. 29.* & Molina *d. num. 5.* Quælibet enim dispositio intelligitur, ne sit inutilis *l. quoties in actionibus ff. de rebus dubiis.*

Quinta limitatio.

445. Quintò limitatur, vt etsi fructuario non liceat arbores non cæduas excidere totaliter, illi tamen permissum sit ex arboribus non cæduis cædere ramos, & pedamenta, seu palos ad vsum vineæ; licet non ad vendendum *l. ex sylua ff. de vsufructu*, Glossa *ibidem.* Paulus de Monte Pico *in d. l. Titia cum testamento n. 117.* Petrus Barbosa *in d. l. diuortio §. si fundum num. 11.* Gabriel de Bellis *d. §. 3.* Augustinus Barbosa *d. tom. 6. citato tit. 4. n. 6.* & alij ab vtroque Barbosa relati Restringunt autem id ad casum necessitatis (scilicet quando vsufructuarius aliunde non posset habere palos ad vineam) Glossa *in d. l. ex sylua v. in vineam.* Alexander *in d. §. si fundum n. 2.* Paulus de Montepico *in d. l. Titia n. 116* & *n. 119.* Campegius *de dote 1. p. q. 29. ad finem*, & Augustinus Barbosa *d. tit. 4. num. 8.* Hoc tamen Petrus Barbosa *d. n. 11. fine*, non putat verum ob eam rationem, quia *d. l. ex sylua* generaliter loquitur permittens ad vsum vineæ ramos, & pedamenta excidi posse, etiam ex sylua non cædua. Quare ait illud tantum admitti, quod fructuarius in hoc casu non possit scindere ad vendendum, sed tantùm ad vsum propriæ vineæ adinstar vsuarij, vt etiam Glossa 2. *in d. l. ex sylua.* In dicta autem *l. ex sylua* non permittitur fructuario ex sylua non cædua excidere ramos, & pedamenta ad vsum vineæ, nisi cum ea conditione, quod per hoc fundus deterior non reddatur, ex qua conditione Paulus de Montepico vbi supra *n. 119. post medium* ait *d. l. ex sylua* quoad hanc partem non posse verificari nisi in sylua non cædua, ex eo solum, quod non renascitur cæsa, cuius rami excisi non faciunt deteriorem fundum, quia facile possunt iterum excrescere; non autem in sylua non cædua, constans ex arboribus frugiferis, quia semper ex incisione ramorum fundus deterior efficitur, cum impediantur fructus, qui ex ramis incisis colligi poterant. Hunc tamen etiam intellectum reiicit Petrus Barbosa *d. n. 12.* quia *d. lex ex sylua* generaliter loquitur in sylua non cædua, & ita potest verificari etiam in sylua non cædua, ea ratione, quia constat ex arboribus frugiferis, & ad rationem Piei respondet non obstare, quia quamuis interim fructus non colligantur, id magis pertinet ad damnum fructuarij, ad quem illi fructus pertinebant, & ideo per hoc non potest dici fundum reddi deteriorem, nisi id claré probetur.

Sexta limitatio.

446. Sextò limitatur, vt fructuarius, & consequenter etiam Emphyteuta, fideicommissarius, & similis non habens plenè dominium fundi possit non solum vti arboribus non cæduis vi ventorum euulsis, vel fluminis impetu deiectis, sed etiam extantes pariter non cæduas incidere pro reparatione, & refectione villæ, seu domus, seu fundi, scilicet existentis in eo loco, in quo arbores fuerunt expulsæ, vel succiduntur, dummodo id fiat cum discretione, & iudicio, & fundus non deterioretur notabiliter, adeo vt ferè maius sit damnum incisionis, quàm beneficium reparationis. ita Baldus *in l. diuortio §. si fundũ ff. soluto matrimonio* (vbi idem Indicat Glossa verbo *teneri*) Aretinus *ibidem ad finem.* Alexander *ibidem n. 2. ad finem.* Paulus de Montepico *in d. l. Titia §. fin. n. 117.* Redoanus *d. q. 29. n. 22.* Grassus *§. legatum d. q. 13. paulo post initium.* Vincentius Carocius *d. q. 7. n. 28.* Ciarlinus *d. c. 51. n. 19. & 28.* & plures, quos referunt Petrus Barbosa *in d. §. si fundum n. 13.* Carocius, & Ciarlinus *locis citatis*, & Aretinus & Ciarlinus expressè, & in terminis aiunt, etiã arbores non cæduas frugiferas extantes posse succidi pro reparatione, & refectione villæ, ac domus fundi, & idem dixisse Glossam secundam *in l. arboribus v. refectionem ff. de vsufructu*, testatur Petr. Barbosa immediatè ante *d. n. 13.* Baldus autẽ, Grassus, & nonnulli alij loquuntur solum in genere de arboribus non cæduis, & de frugiferis nihil expressè dicunt. Probatur hæc limitatio primo ex *d. l. arboribus*, cuius duæ videntur partes, vna vsque ad versic. *materiam*; altera ab hoc versiculo *ad finem*: in prima igitur agit textus de arboribus euulsis, quæ licet spectent ad proprietarium non ad vsufructuarium, cum extinctus sit quoad eos vsusfructus *l. Proculus 23. §. fin. ff. de vsufructu*, Petr. Barbosa *in d. §. si fundum num. 13. post medium* alios allegans, & alios etiam allegantes Ciarlinus *d. c. 51. n. 38* & Stephanus Gratianus c. 21. *n. 5. & 7.* tamen ibi fructuario permittuntur ad vsum suum nempè ad comburendum, & ad vsum villæ, si aliunde lignum non habeat; non tamen permittitur prædictarum arborum vi ventorum euulsarum materia vti pro ligno, scilicet, quatenus est apta ad ædificia cõstruenda, id enim propriè materia appellatur, vt ex textu *in l. lignis 53. ff. de leg. 3.* & Alciatus *in l. carbonum 167. post principium ff. de verb. signific.* tradit Petrus Barbosa *in d. §. si fundum n. 12. fine.* In secunda autem parte Iureconsultus mutat sermonem, & dicit, quod fructuarius potest succidere materiam ad refectionem villæ. quantum satis est, quibus verbis ostendit se non loqui ibi amplius de arboribus vi ventorum euulsis, sed de virentibus, & solo hærentibus; cum de his tantum, & non de euulsis possit verificari illud verbum *succidere*; si enim loqueretur de euulsis, & deiectis non dixisset succidere, sed ferre, vel auferre, vt loquitur in prima parte textus, & si in secunda parte loqueretur etiam de arboribus euulsis, frustra fuisset posita; sed idem replicasset, & tamen verba legis intelligi debent vt aliquid operentur. Neque obstat si dicatur particulam *tamen*, qua vtitur textus ibi: *materiam tamen*, esse aduersatiuam, & cohærere præcedentibus, & restringere, ac proinde secundam partem dicti textus intelligi de arboribus auulsis, vt arguit Mantica *d. tit. 29. n. 33.* Respondet enim Ciarlinus *d. c. 51. n. 30.* dicens posse retorqueri argumentum, quod aduersatiua supponit casum diuersum in eadem quidem materia in genere, sed non in specie, & ideo etiam in secunda parte iurisconsultum loqui quidem de arboribus, sed non de euulsis, quibus non aptatur verbum *succidere*, quia si euulsæ sunt, non succiduntur, vt dictum est. Secundo probatur ex textu *in d. l. ex sylua ff. de vsufructu.* vbi ex sylua non cædua à fructuario possunt incidi rami, & pedamenta ad necessitatem vineæ; ergo à fortiori ad refectionem domus; ita hunc textum inducit Alexander *loco citato.* Probat tertio Ciarlinus *d. c. 51. n. 26.* ratione, scilicet, quia si ædificia sint collapsa sine culpa fructuarij, vel Emphyteutæ eorum refectio, & restauratio spectat ad Dominum, vt post alios Paulus Layman *Theolog. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 23. n. 7.* versic. *si tamen*, ergo erit permissum fructuario, & similibus non plenè dominis arbores cædere ad reparationis causam, quia in hoc videtur vices Domini gerere, & eius vtile negotium, secus si vellet nouum ædificium construere.

Contrarium nihilominus præfatam limitationẽ reiicientes, & iuxta *d. l. arboribus*, fructuario esse permissum tantum arboribus non cæduis vi ventorum, vel tẽpestatis euulsis, vel fluminis impetu deiectis vti ad refectionẽ villæ, seu domus in rore factæ gratia fructuum, seu existentis in loco, vel habentis aliquam cohærentiam cum fundo, ex quo sunt euulsæ (vt Picus *suprà*, Lodouic. Molina, Petrus Barbosa, & Mantica intelligunt) non autem 447.

virentes, & exstantes arbores cædere ad eundem finem, tenent Tiraquellus *d. glossa vnica n.29.* Ludouic. Molina *d. cap.22. n.6.* Petrus Barbosa *in d. §. si fundum n.12.* Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. dicto tit.29. n. 35.* & Gabriel de Bellis *de vsufructu cap.4. §.3.* idque ob generalitatem textus *in d. §. si fundum l. diuortio ff. soluto matr.* & *in d. l. æquissimum § fructuarius ff. de vsufructu*, & quia etiam secunda pars *d. l. arboribus*, loquitur de arboribus auulsis, vel vi ventorum deiectis, inquiunt prædicti Doctores, & ita etiam intellexerunt Glossa *ibi* verbo *materiam*, Florianus *in principio*, Albert. *consil.55.n.7.* Ioseph Lud. *decis. Perusina 5. num.2.* & etiam Alexander *in d. §. si fundum num.1.* & probat Mantica per illam dictionem, *tamen* aduersatiuam, *l. pro herede §. si quid tamen ff. de acquir. hæred.* quæ ideo præcedenti capitulo, seu parti cohæret, & restringit Baldus *consil.195. num.11. & 12. lib.2.* & consequenter cogit intelligere eandem secundam partem ly *Materiam* de arboribus euulsis, & vi ventorum deiectis, de quibus loquitur prima pars; & non de arboribus in genere; in his igitur arboribus euulsis, & deiectis vult Iureconsultus in illa lege posse vsufructuarium vti lignis ad comburendum vt in prima parte, vel materia ad refectionem domus villæ, seu fundi, vt in secunda parte; vnde non potest, inquit Barbosa, inferri ad arbores extantes. Neque etiam obstare ait, adducta in prima probatione ex textu *in d. l. arboribus*, quia in principio loquitur de arboribus non cæduis euulsis, vel vi ventorum deiectis, & supponit has arbores sic auulsas, cum sint pars fundi, & vsusfructus quoad eas sit extinctus, esse proprietarij, non fructuarij, vt num. præcedenti dictum est. Permittitur nihilominus vsufructuario posse cædere, & auferre ex illis arboribus ligna apta ad comburendum ad proprium vsum, in casu tamen tantum necessitatis, nimirum, quando aliunde non habet ligna, vt exprimitur in textu ibi: *si habeat vnde ligno vtatur*, & præter Barbosam *d. num. 15. fine*, notarunt etiam Florianus *in d. l. arboribus num. 2.* & Picus *in l. Titia d. num. 118. & 119.* materiæ autem vsus prædictarum arborum, quatenus apta est ad ædificandum, omninò denegatur eidem vsufructuario, & hoc in prima textus parte: In secunda tamen parte subdit Iureconsultus materia prædictarum arborum in vno casu posse fructuarium vti, scilicet ad refectionem domus fundi. Quare quod negauerat simpliciter in prima parte, limitat in secunda, vt ad refectionem domus materia prædictarum arborum vti possit, ita Barbosa. Ex quibus patet secundam partem non fuisse frustra, & sine operatione positam. Neque vrget illud verbum *succidere*, cum rectè possit verificari etiam circa arbores iam euulsas, scilicet, ex eis succidendo materiam, seu ligna apta ad ædificandum. Ad secundam probationem ex *l. ex sylua*, Respondent iidem Barbosa, & Mantica retorqueri in contrarium, quia ex sylua non cædua, non conceditur ibi, nisi decidi ramos, vel pedamenta ad vitium sustentationem; non igitur poterit fructuarius decidere ad alios vsus, & sic neque ad domum reficiendam, vel ædificandam de nouo, ad quem effectum rami, & pedamenta parum iuuant. Ad tertiam probationem responderi rectè potest, negando consequentiam; ex eo enim quod fructuarius non tenatur suis expensis reficere ædificia absque sua culpa diruta, non infertur ipsum posse ad refectionem cædere arbores non cæduas, præsertim frugiferas. Et quod fructuarius pro refectione domus villæ non possit cædere arbores frugiferas, asserit etiam Paulus de Monte Pico loco *num. præcedenti* allegato, propter generalitatem *d. l. æquissimum §. fructuarius*, sed solum arbores non cæduas, quæ nullum faciunt fructum; & etiam Baldus non dicit quod fructuarius, aut Emphyteuta per textum *in d. l. arboribus* possit incidere arbores frugiferas ad refectionem domus fundi, sed solum loquitur de arboribus non cæduis, neque de frugiferis vllam facit mentionem.

448. Aduertendum etiam neque fructuarium posse arbores non cæduas iam auulsas adhibere, vel existentes præsertim frugiferas incidere ad domum de nouo in fundo ædificandam. ita Paulus de Montepico *in d. l. Titia §. fin. num.118.* Petrus Barbosa *in d. §. si fundum n.14.* Mantica *d. tit.29. num.36.* & Ciarlinus *d. cap.51. num.26.* quia cum Iureconsultus *in d. l. arboribus*, se restrinxerit ad refectionem, satis innuit iisdem arboribus vti posse ad ædificandam domum de nouo.

Septima limitatio.

Septimò limitatur eadem secunda conclusio cum sua ampliatione, vt etiam non extante consuetudine de hoc iuxta tradita suprà *num. 442.* adhuc vsufructuarius, & pariter Emphyteusa, vassallus & similes possint ad comburendum tempore hyemis, & pro vsu suo, & familiæ incidere arbores etiam grandes, & etiam frugiferas. ita Ciarlinus *d. cap.2. num.72. & 75.* & *d. cap.51. à num.34. ad 41.* & testatur hoc idem dixisse Glossam *in l. diuortio §. si fundum* verbo *teneri*, ibidem Castro *num.4. ff. soluto matr.* Florianum *in l. arboribus ff. de vsufructu*, Manticam *d. tit. 29. num. 32.* Stephanum Gratianum *d. cap.21. num.11. & 17.* & nonnullos alios. Addit Ciarlinus hoc iustum, & honestum dici, quia prædictis personis omnia licent quæ in rebus suis facere potest diligens, & bonus Paterfamilias, Grassus *d. §. legatum quæst.33. fine*, Glossa & nonnulli alij ab eodem Ciarlino *dict. cap. 2. num.73.* & *dict. cap. 51. num. 37.* citati. Certum est autem, inquit idem Ciarlinus, solere Patresfamilias succidi facere arbores ad calefaciendum se tempore hyemis, ergo idem licere debet vsufructuariis, liuellariis, & similibus personis, dummodo seruent modestiam, & arbores minus vtiles succidant. Confirmat idem Ciarlinus *dict. cap.51. num.37. & 40.* dicens id videri probare textum *in dict. l. arboribus*, dum dicit fructuarium ferre posse vsque ad vsum suum de arboribus euulsis vi ventorum; eadem enim ratio, subiungit Ciarlinus, vel etiam maior militat in non euulsis, quæ spectant ad proprietarium, cum earum vsusfructus sit extinctus vt suprà *num. 446.* dictum est (licèt si proprietarius eas non tollat tanquam derelictæ fiant vsufructuarij, vt dicit Gratianus *dict. c.21. num.7.*) & nihilominus si asportare eas velit, adhuc fructuarius potest de illis ferre, & sumere vsque ad vsum suum, non attento, quod extinctus sit vsusfructus *d. l. arboribus*, Gratianus *loco citato*, & Doctores *num.446. & 447.* relati, ergo multo magis, infert idem Ciarlinus, poterit vsufructuarius, & similes personæ incidere pro vsu suo arbores solo hærentes, quarum habet vsumfructum, & quas proprietarius asportare non potest; si enim id, de quo minus inesse videtur, inest & id, de quo magis, Auth. *multo magis*, & *ibi* Baldus *Cod. de sacros. Eccl. cap. cum in cunctis*, & *ibi* Glossa, & Doctores: Vbi enim eadem, vel maior ratio, ibi eadem debet esse iuris dispositio *l. illud. ff. ad l. Aquil.* & *l. à Titio de verbor. oblig.*

Verùm hæc limitatio nimis amplã facultatem tribuit fructuariis, & similibus personis, qui præfato prætextu necessitatis ad proprium vsum facilè auferre possent omnes arbores, vt notatur *in d. l. arboribus*; nec est de mente, sed potius contra mẽtem aliorum Doctorum præsertim eorum, qui suprà *n.442. & 447.* allegantur, & Glossa, Castrus, Florianus, Gratianus, & alij à Giarlino citati loquuntur solum de arboribus vi ventorum euulsis iuxta tradita supra *num. 446 & 447.* Mantica autem loquitur quando ex consuetudine loci, vel Patrisfamilias, scilicet testatoris, aut proprietarij arbores aliæ non cæduæ solẽt excidi ad vsũ lignandi, vel ædificandi iuxta tradita *n.442.* & ita etiã loquuntur Grassus, & alij, dum aiunt fructuarium, quoad excisionem arborum se debere gerere sicut Paterfamilias, scilicet non pro libito posse cædere, sed posse cædere, sicut Paterfamilias, vel testator qui reliquit vsumfructum fundi, vt *l. item si fundi §. fin. de vsufructu.* Neque valet illa consequentia, potest fructuarius vti arboribus vi ventorum euulsis ad comburendum, & ad 450.

proptios

ptoprios vſus,& familiæ,ergo etiam arbores non cæduas extantes præſertim frugiferas ad eoſdem vſus incidere, illud enim el permittitur à lege , oon hoc: illudque etiam minus eſt licet arbores euulſæ alioqui ſpectaor ad proprietatium, etiam quoad vſumfructum; hoc plus propter deteriorationem fundi.

451. Vltimò limitatur,vt liceat fructuario,& Emphyteutæ euellere,vel excidere arbores frugiferas, & oon cæduas, quas ipſe plaotauit. ita Redoanus *in reb. Eccl. non alien. d.q.79.n.19.& 20.* Beccius *conſ.33.n.7.* Petrus de Anguis *conſ.23.n.9.lib.2.* Corbulus *de cauſa priuat. ob deteriorationem n.2.fine*,& oonnulli alij relati à Caualcano *deciſ.44. n.72 poſt medium*; aſſerentes proptetea ob barũ arborum inciſionem Emphyteutam ooo incurrere pœnam caducitatis;quæ ſenteotia attribuitur cõmuniter Alexandro io Apoſtilla ad Bartholum *in l. in fraudem §. conductor ff. de iure fiſci*;& ad hoc facit exemplum vaſſalli, qui quandocunque etiam durante feudo poteſt tollere ædificiũ,quod ipſe cooſtruxit iuxta Baldum *in cap. 1. §. ſi quis de manſo de contron. inueſt. n.13.* Probat etiam Redoanus , quia licet iſtæ arbores ſint in alieno ſolo plantatæ , ooo idcirco ſuor Domini , ſed plantantis, niſi tamen præſumatur donatio , quæ tuoc fit, quando oon apparet qua ex cauſa plaotauerit , niſi animo dooandi, aliàs ſecùs.

452. At cootrarium longè verius eſt,& nec fructuario,nec Emphyteutæ licitum eſſe incidere arbores frugiferas, & non cæduas,etſi ipſe eas plantauit ; neque etiam ei licitũ eſſe tollere ædificium, quod conſtruxit. ita loquentes in arbotibus Caualcanus *d. n.72.* & Carocius *de locato p.4. gradu 4. q.7. n.17.* & loquentes tam in arboribus , quàm in ædificiis Surdus de bac re latè agens,& alios allegans, & omoibus in coottariũ adductis reſpõdens *deciſ.78. per totam*,& præſertim *n.23.* & *deciſ.300.in fine*.Steph Gratianus *d.c.21.n.33.* & Ciarlious *d.c.2.n.69.* vbi admittit alteram ſententiam in arboribus de recenti plantatis,quæ receperunt augmentum à terra, quod etiam indicat Caualcanus;noo vero poſſe procedere io arbotibus, quæ iã coaluerint , vel grandes factæ ſint. Probat Caualcanus, quia arbores illæ,licet ſint à præfatis perſonis plantatæ, tameo alimentis,& nutrimento terræ Domini ſunt factæ grandes : ſed vera ratio eſt , quia arbores in alieno ſolo plantatæ, quæ radices egerũt,& ædificia in alieno fundo conſtructa cedunt ſolo, & dicuntur pars fundi,& ſpectãt ad Domioum vt traditum eſt ſuprà *n. 441.* & clarè cooſtat ex iuribus *ibidem* adductis, præſertim ex textu *in d.l. adeo §. ex diuerſo cum ſeqq.ff. de acquir.rer.dom.* & *§. cum ſuo cum duobus ſeqq. inſtit. de rerum diuiſione* , & traduot Doctores *ibidem* relati,& alij, quos cumulat Surdus *dict. deciſ.78.à num.10.* Cùm ergo tàm arbores, quàm ædificia efficiantur Domini fundi, eo inuito non poſſunt incidi, tolli , aut deſtrui à plantante , vel ædificatore prætextu tollendi materiam, vel cæmeota, vt expreſsè habetur in præfatis textibus, imò etiam ſine eiuſdem Domini conſenſu, & liceotia vendi noo poſſunt meliorationes, cum ipſe ſit cæteris præferendus, vt in dictis textibus,& Surdus *dict. deciſ.78.* & poſt eum Gratianus , & Ciarlious *locis citatis* , de quo etiam *infrà.*

453. Beoe quidem verum eſt , quod ſi prædictæ arbores vi ventorum, aut aliquo alio caſu è terra euellantur , tunc ſunt vſufructuarij vel Emphyteutæ plantantis , vt tradit Surdus *d.deciſ.78.n.23.& ſeqq.* & poſt eum Gratisnus *d. c.21.n.26.* & Ciarlinus *loco citato*, & hoc tantùm voluiſſe Alexandrum *in d. Apoſtilla* tradit idẽ Surdus Prout etiam dicitur de ædificio ex aliena materia conſtructo , poſtea caſu diſſoluto , tunc enim poteſt Dominus repetere cæmenta ſua, vt dicitur *in d.§.ex diuerſo.*& *in d.§ cum in ſuo.* & tradunt Surdus, & Gratianos , Baldus loco *ſuprà* citato,& alij Doctores in *d.§.ſi quis de manſo*,& ratio eſt,quia ædificans , & plantans in alieno ſolo videatur donare, cum id ſcienter faciat, vt dicitur *in d. §. ex diuerſo & ſequenti*,& *in d §.cum in ſuo*,& *ſeqq.* hoc tamen intelligitur, quando nulla alia ratio , quàm donationis excogitari poteſt;ſecus quando eſt alia ratio,pro vt in Emphyteuta, io quo militat cauſa obligationis meliorandi iniuncta ex natura contractus,vt Baldus *in l.2.poſt principium Cod. de rei vind.* Iaſoo *in l.n.33.Cod.de iure Emphyt* Boërius,Redoanus locis *ſuprà* citatis , & Surdus *d. deciſ.78. n.25.* & Gratianus *d.c.21.num 29.* vnde in dubio oon præſumitur ædificaſſe, vel plantaſſe animo donandi , cum conſtet de cauſa,& animo ædificantis, & plantantis, qui ideo præſumitur ſibi , noo Domino fundi voluiſſe proſpicere , & conſequenter iuſtè Emphyteuta, & ſic etiam fructuarios capit arbores, quas plaotauit vi ventorum , aut alio caſu euulſas, ac deiectas , ſicut iuſtè quoque capit cæmenta, & rudeta ſi domus ab ea conſtructa ruat; quæ omnia latius proſequitur Surdus *vbi ſuprà.*

Licèt etiam arbores plantatæ ab vſufructuario , vel conductore ſint Domioi fundi,iſta tamen tenetur reficere, ſeu reſtituere expenſas factas io plantandis, & cuſtodieodis illis, vt Borginus , Caualcanus , Carocius , & Surdus *locis citatis.*

Sylua, aut nemus, aut vinetum , vel oliuetum an, & quando à fructuario,Vaſſallo,vel Emphyteuta poſſit extirpari,& in aliam formam redigi.

Tertia concluſio , vſufructuarius , ſicut & conductor ad longum tempus,& Emphyteuta ſecluſa conuentione ab initio conductionis , vel Emphyteuſis in contrarium facta,noo poteſt mutare formam rei etiam in melius, ſeu io meliorem ſtatum,& reddendo fructuoſiorem,ſcilicet, non poteſt nemus, ſeu ſyluam extirpatis arboribus reducere ad culturam,aot ex ſylua efficere pratum,aut vineã; neque ex vinea efficere pratum aut oliuetum, nec ædibus deſtructis efficere columbarium, neque ex horto ſalictũ, neque aliter rem ipſam in alteram formam,quæ in priſtinam facile non valet mutari , poteſt mutare , etiamſi ex tali mutatione res ipſa melior, & fructuoſior reddatur. ita alios allegantes Tiraquell.*de retract.conuen.§.7.gloſſa vnica,n.16.*Ludouic.Molioa *de primog.lib.1.c.21.n.7.*Ioan. Garzias *de expenſis d.c.11.n.38. ad 45.* Petrus Barboſa *in d.§.ſi fundum.n.10.* Vincentius Carocius *d q.7.n.27. fine*, Mantica *d.tit.29.num.27.& 29.* & Auguſt. Barboſa *ad ius canon.to.6.in fine d.tit.4.n.10.* & eſſe cõmunem,& receptã dicũt Ludouic Molioa,& Petr.Barboſa,& Mantica refert Ita tenuiſſe Rotam Romanam *in Peruſina ſyluarum,die 7. May 1576.*& eſt textus *in d.l.æquiſſimum §.fructuarius in fine*,ibi; *Non debere deycere*,&c.*ff de vſufructu*,& *in l.vſufructuarius 51. eod.tit.*& *in l.fin.ff.de fundo dotali* & *in l.diuortio §.ſi vir ff.ſoluto matr.* Et ratio eſt , quia mutata forma rei,mutatur ſubſtantia , cum forma det eſſe rei, *l. Inlianus §. ſed etſi quis ff. ad exhibendum* , cuius legis verba ſunt : *nam mutata forma , propriè interimi ſubſtantiam rei Marcellus ſcribit*, ac proinde cum res mutata forma redditur etiam meliorata,reddita non cenſetur,vt *loco citato* Tiraquellus poſt Albericũ *in l.ſed mihi §.1.n.3 ff.commodat.* Ad textum autem *in d.l.æquiſſimum §.proinde*, vbi videtur contrarium decidi,cuius verba ſunt; *Et ſi fortè in hoc quod inſtituit, plus redditus ſit, quàm in vinetis, vel arbuſtis, vel oliuetis, quæ fuerunt, forſitan hæc deycere poterit, ſi quidem ei permittitur meliorare proprietatem*, quibus verbis Iuliaous author illius legis fatetur fructuarium poſſe vites extirpare vt lapidicinas inſtituat , ſi lapidicinæ ſint maioris redditus : Ad hunc,inquã,textũ variè reſpondet *ibid* Gloſſa *v.deiicere.* ſed melior reſponſio iuxta eandem Gloſſam,& Garziam *d.c.11.n.44.*eſt,quòd ibi Paterfamilias,qui conceſſit,& reliquit vſumfructũ,lapidicinas illas inſtituerat,vel ioſtituere propoſuerat , vnde præſumebatur,quod voluerit vſufructuarium idem facere arg.*l.nemo Cod.de Epiſc.aud.*igitur ex voluntate Domini,qui eas inchoauerat, vel volebat inſtituere, fuerũt illæ lapidicinæ perfectæ,& vites extirpatæ,& pro bac reſponſione faciũt verba Iurecõſulti ibi;*vel quas Paterfamilias inſtituit*,&quæ ſequuntur.*& ſi forte in eo, quod inſtituit*, vt hæc verba referantur ad Patremfamilias , vt ex volontate ipſius rectè videri poſſint vites extirpatæ , quaſi id omninò facturus eſſet hæres ſecutus patrisfamilias voluntatem. 454.

455. Contrarium, & fructuarium, Emphyteutam, feudatarium, & similes personas posse sine periculo caducitatis formam rei, seu fundi mutare, si ex tali mutatione fundus vtilior, & fructuosior reddatur, tenuerunt plures. ita Curtius *in l. 2. ff. de iurisdictione omnium iud.* Connanus *lib. 1. miscellaneorum cap. 6.* (quos refert Garzias vbi supra *n. 42.*) Baldus in *l. 1. n. 11. Cod. de iure Emphyt.* (vbi dicit, quod si Ecclesia concessit mihi syluam in Emphyteusim, possum facere vineam, sicut si concessit mihi aream, possum in ea ædificium construere, quia licet mutetur forma rei, tamen mutatur in melius per *l. 2. Cod. de allun. & palud. & auth. si quas ruinas de sacros. Eccl.*) quem refert Mantica *d. tit. 29. n. 28.* (licet idem Baldus *d. n. 11.* à Ludouico Molina, & Petro Barbosa *locis citatis* pro posita conclusione allegetur) Velascus *consil. 50. num. 9.* (quem pro hac sententia refert P. Barbosa *d. n. 20.*) & nonnulli ex Doctoribus, quos Tiraquellus *de retract. connent. §. 3. glossa vnica n. 27. & 28.* refert. Hanc eandem sententiam ex parte sequuntur alij distinguentes (vt etiam in alio casu fit *in l. quoties §. vniuersorum ff. de vsufructu*) inter vsumfructum rerum singularum, & vsumfructum vniuersalem omnium bonorum, & positam conclusionem dicunt procedere in vsufrctu singularum rerum puta syluæ, aut vineæ, aut domus, non in vniuersali omnium bonorum, qui non in forma, sed in rerum substantia consistere dicitur *d. § vniuersorum* ibi, *quoniam, qui bonorum suorum vsumfructum legat, non solum eorum, quæ sunt in specie, sed & substantia omnis vsumfructum legare videtur, in substantia autem bonorum etiam area est.* ita Ciarlinus *tom. 1. controu. d. cap. 51. num. 44.* vbi refert ita expressè sentire etiam Pacianum *consil. 32. num. 6. 79. & 80.* & Rosenthal *de feudis cap. 10. concl. 33. num. 31.* Propterea idem Ciarlinus *ibidem* approbat dictum eiusdem Rosenthal *d. n. 80.* quod si prædium habeat syluas nimis multas, agrorum verò, vel pratorum, ad vsum patrisfamilias, & iumentorum laboret, poterit fuuiro Domino aliqua mutare in melius, quod (inquit) non potest dici de eo, qui tantum vsumfructum, puta vineæ, vel syluæ habet, qui eas non posset reducere ad culturam. verum hæc sententia vniuersaliter sumpta manifestè aduersatur dictis textibus *in l. æquissimum § fructuarius* & *in d. l. vsufructuarius ff. de vsufructu*; ac proinde, non est recedendum à conclusione communiter recepta.

456. Igitur prædicta conclusio tertia potest limitari, vt non procedat quando mutata forma rei absque eius deterioratione (nam quoties ex mutatione res deterior fit absque controuersia omnes Doctores censent non posse fieri à fructuario, Emphyteuta, aut Vassallo, vt notauit *loco citato* Molina) sed cum vtilitate potest res facile in pristinam formam reduci, puta, si areæ vsusfructus sit relictus, vel illa in feudum, vel emphyteusim sit concessa, vsufructuarius, Vassallus, aut Emphyteuta potest in illa ædificium facere, quia quáuis ex hoc rei forma mutetur, facillimè tamen ad pristinam formam reduci poterit. ita Molina *d. n. 7* & indicat Mantica *d. n. 27.* & id voluit Baldus *d. n. 11.* & esse communem opinionem testatur idem Molina, *ibidem*, secùs verò quando mutata rei forma, res facile ad pristinam formam reduci non potest, vt contingit in sylua cædua, vel non cædua, vinea, olilueto, horto, & similibus, quæ extirpata, & in aliam formam mutata non sine magna difficultate ad pristinam formam possunt reduci, & propterea per vsufructuarium, Vassallum, & Emphyteutá non possunt extirpari, & ad aliam formam reduci, etiamsi ex tali mutatione res vtilior reddatur, vt dicitur in conclusione, & tradunt Doctores *ibidem* allegati & alij communiter, vt testatur præfatus Molina.

457. Secundò limitatur eadem tertia conclusio, & potest admitti contraria sententia, quando probaretur esse consuetudinem Regionis mutandi formam, & ex sylua, vel vinea, & simili efficiendi culturam, pratum, &c. si res vtilior, & fructuosior ex tali mutatione reddatur. ita Gama *decis. 147. ad finem*, & Petrus Barbosa *d. n. 20.*

458. Tertiò limitatur, quando v. g. Vinetum, vel oliuetum iam esset antiquum, vitesque, & arbores, seu oliuæ essent vetustæ, & parum fructuosæ, ac ferè inutiles, ita quod solerent modicum fructum producere; tunc enim videretur legitima, & sufficiens causa illud extirpandi, & reducendi in aliam formam, ex qua copiosior fructus perciperetur, ita quod ex huiusmodi extirpatione fructuarius, vassallus, & Emphyteota non amittere debeat ius suum, quia fructuario, vassallo, & Emphyteutæ non debet res esse, & remanere inutilis, & onerosa, & ad id faciunt tradita suprà *n. 443. & 444. fine*, & Doctores *iisdem locis* allegati, & ita sentit etiam Riccius *1. p. praxis aureæ resolut. 130. num. 3.*

Emphyteuta, fructuarius, vassallus, & similes personæ incidentes arbores frugiferas, & non cæduas, an, & quando cadant in commissum, possintque priuari iure suo, vbi an Emphyteuta non solum Ecclesiæ, sed etiam priuati ob causam deteriorationis fundi in Emphyteusim accepti amittat ius suum.

459. Restat videndú, an vsufructuarius, conductor ad longum tempus, Emphyteuta, & similes ius vtile tantum in re habentes incidentes arbores frugiferas, & alias non cæduas, quæ scilicet, cæsæ non renascuntur, extra casus iuxta limitationes secundæ conclusionis *n. 439.* positæ permissum est cædere, amittant ius suum, & possint expelli, & eodem iure suo priuari. Pro qua difficultate dissoluenda supponendum est id, quod suprà *d. n. 439.* traditum est, & est apud omnes certum, scilicet, ex incisione prædictarum arborum fundum reddi deteriorem, vt probant clarè textus *in d. l. æquissimum §. fructuarius ff. de vsufructu*, & *in l. diuortio § si fundum ff. soluto matr.* & tradunt omnes Doctores *d. n. 439. & 441.* citati, & alij, quos cumulat Ciarlinus *tom. 2. cap. 2. num. 2.* & talem incisionem æquiparari demolitioni domorum, vt supra *eodem n. 439.* notatum est per iura *ibidem* allegata.

460. Igitur omnes Doctores admittunt fructuariú, seu conductorem, & Emphyteutam Ecclesiæ, seu rei Ecclesiæ, si incidat arbores frugiferas, vel damnum faciat notabile cadere in commissum, & posse eiici, & iure suo priuari; id enim apertè decernitur *§. scire in auth. de non alien.* & *in auth. qui rem Cod. de sacros. Eccl.* cuius auth. verba sunt; *qui rem huiusmodi* (scilicet Ecclesiæ) *conductam, vel in Emphyteusim acceptam fecerit deteriorẽ, aut Emphyteuticũ canonem per triennium non soluerit hac lege repelli potest, &c.* & idem dicitur *d. §. scire*, cum igitur certum sit, fundum Ecclesiæ propter prædictam incisionem reddi deteriorem manifesta est consequentia, quod propter hoc fructuarius, seu conductor, aut Emphyteuta rei Ecclesiæ amittit ius suum, & potest expelli iuxta *d. auth.*

461. Dubitatio ergo est, an non solum conductor, & Emphyteuta Ecclesiæ, sed etiam conductor, & Emphyteuta priuati, seu sæcularis vsufructuarius, vassallius, & cæteri similes, qui ad tempus, vel in perpetuũ re quapiam non Ecclesiæ, sed alterius restitutioni subiecta, vel caducitati obnoxia simpliciter fruuntur, si incidant easdem arbores frugiferas, & non cæduas, propter huiusmodi incisionem possint statim expelli, & iure suo priuari. Et multorum sententia est, Emphyteutam priuati ob incisionem arborum frugiferarum non cadere à iure suo, nec posse expelli, sed tantum contra eum agi posse ex lege Aquilia, vel actione in factum, aut ad interesse. ita Imola *in l. diuortio §. si fundum, ff. soluto matr.* Iason ibidem *n. 4.* Cassaneus *in consuet. Burg. rubr. 4. § 6. in Glossa fin. num. 18.* Paulus de Monte Pico in *d. l. Titia cum testamento § fin. n. 120. ff. de leg. 2.* Angelus *§. fin. num. 3. instit. de seruit.* Riminaldus *consil. 94. à num. 54. lib. 1.* Afflictus *cap. 1. §. licet n. 14.* si de feudo fuerit controuersia *consultatione 50.* & nonnullos alios allegans Ciarlinus *to. 1. controu. d. c. 2. n. 77.* & idẽ in terminis de vsufructuario, quod propter prędictã causam, seu incisionẽ non amittat ius suũ, sed tantùm teneatur ad resarciendũ damnum proprietario tradũt Angelus, Cassaneus,

ſaneus, Afflictus *locis citatis*, Rimioald. *d. conſ. 94. n. 56.* Ruinus *in d §. ſi fundũ n. 2. ibid.* Roman. & Boëtius *conſil. 54. à n. 19. lib. 3.* Proboot Iaſon, & eius ſequaces, eo quod non inuenitur iute cautum Emphyreutam huiuſmodi propter præfatam inciſiunem amittere ius ſuum; ſed alij melius probaut ex eo, quod noo inuenitur iure cautum Emphyteutam priuati ſeu qui ab alio quam ab Eecleſia habeat rem in Empbyteoſim, ptoptet res emphyteuticas deterioratas amittere ius ſuum; quia hæc pœna tantum in Emphyteuta Eccleſiæ inuenitur impoſita *in d. auth. qui rem*, & in pœnis oon ſitextenſio; ſeu pœna non habet locũ niſi in caſibus, in quibus expreſſim poſita inuenitur *l. at ſi quis §. Diuus ff. de relig. dom.* & Gloſſa *cap. fin. de iure patro.* & *ad l. hoc amplius 9. §. fin. ff. de damno infecto*, quæ à Garzia & P. Barboſa locis *infrà* allegatis adducitur ad probandum vſufructuariom deterlorantem rem ſtatim cadere à iure ſno, & poſſe repelli ab vſufructu; teſpondet Boërius *loco citato* textum *in d. §. fin.* taotùm probare proprierarium poſſe prohibere fructuatium molè vtentem, ne ioterim vſufructu vtatur, donee ſeilicer, purget motam ſoluendo intereſſe damni. His tamen non obſtantibus

462. Sententia mogis communis, & reeeptior tenet etiam Emphyteutam priuati propter eodem eoſam deterioratiouis amittere ius ſuum, & poſſe expelli; & deciſionẽ *d. auth. qui rem* procedere non ſolom in Emphyteuta Eecleſiæ, ſed etiam in Emphyteuta ſæculari, ſeu priuati. ita Scribentes *in d. auth. qui rem.* Pett. Goil. & Cyous *n. 3.* Iaſoo *n. 6.* Decius *n. 5.* Salicetus *num. 2.* Palaus de Caſtro *num. 6.* Ruinus *conſil. 58. num. 2. lib. 1.* Natta *conſil. 481. num. 1. & ſeq.* & *conſil. 482. num. 1.* Rolandus *conſil. 40. num. 6, lib. 4.* Redoanns *de reb. Eccleſ. non alien. d. q. 79. lib. 3.* Mænochius *de arbitrariis caſu 78. num. 1.* Petrus Barboſa *in l. diuortio §. ſi fundum num. 16. ff. ſoluto matr.* Mantica *de tacitis, & ambig. conu. lib. 22. tit. 09. num. 3.* Auguſtioua Barboſa ad lus Canonicum *to. 6. in fine d. tit. 4. num. 4.* & *to. 3. collect. ad extrauag.* Ambitioſæ *num. 27.* & plntes alij, quos teferunt præcitati, & Ciarlinus *d. cap. 2. num. 6.* & ita tenere communiter Doctores *in d. §. ſi fundum* teſtatur *loco citato* Ioſeph Lud. Eadem enim eſt ratio tam in Emphyteota Eccleſiæ, quam priuati, ſi fundum efficit deteriorem; ac proinde rectè concluditnr quod etiam Emphyteuto priuati propter orbores frugiferas inciſas incidat in commiſſum, eum per hoc conſtet fuodum deteriorem reddi per textus, & Doctores ſuprà *num. 459.* citatos. ita quod non valet pactum, quod Emphyteota poſſit incidere arbotes fructiferas quia Emphyteuſis datur ad meliorandũ, & per dictam iociſiouem ea deterior redditur, ac proinde pactum prædictum tanqoam repugnans naturæ Emphyteuſis oon valer, iuxta regulam *cum precario ff. de precario.* & Petrus Barboſa *d. num. 16.* poſt Anchar. Regienſem *lib. 2. quæſtionum familiarium q. 52. num. 16.* Ad fundamentum contratiæ ſententiæ reſpondet ibidem Petrus Barboſa ſatis hoe iure eautum inueniri. Primò, quia cum Emphyteuta non ſoloens debitum canonem incidat io commiſſum *l. 2. Cod. de iure Emphyt.* pariter & deteriorans Emphyteuſim incidet in commiſſum; nam cum hæc duo iure antiquo æquiparentur *l. quaro §. inter locatorem ff. locari l. ade C. eodem tit.* ſuccedit regula Gloſſæ *fin. in l. ſi quis ſeruo C. de furtis.* Quod etiam in pœnalibns diſpoſitum in vno de æquiparatis cenſetur tacitè diſpoſitum in alio, conſtat *l. duobus §. ſi colonus ff. locari.* Si dicatur cum Iaſone *in d. §. ſi fundum num. 4.* prædictam æquiparotionem tantum videri factam in colono, non in Emphyteuta, qui fortlos ius habet; Reſpondet idem Borboſa dicta iura generaliter loquentia comprehendere etiam colonum fiſci, qui etiam conſequitur vtile dominium *l. 1. ff. de loco publico fruen do*, atque adeò idem in Emphyteuta quantomcunque vtile dominium habuerit. Secundò, quia ratio propter quam *d. auth. qui rem*, diſponit Emphyteutam Eccleſiæ propter deteriorationem amittere ius ſuum, eſt, quia Emphyteuſis datur ad meliorandum; ſi ergo Emphyteuta non melioret, ſed deterioret, quoſi ceſſante cauſa finali conceſſionis, ipſa conceſſio debet videri reſoluta *l. 2. §. fin. ff. de donat. C. verum de condit. appoſ.* & præter Barboſam ito etiam Paulus de Caſtro *in d. auth. qui rem num. 2.* & *ibidem* Cognolus *num. 14.* Quæ ratio etiam militat in Emphyteuſi, ſæculari, & priuati. Quando autem eonſtat de ratione legis pœnalis, ea lex cenſetur habere locum in omni caſu, in quo ea ratio militat *l. hu ſolis Cod. de reuoc. donat. l. cum mulier ff. eod.* & *ibi* Alexander *num. 3.* & Decius *in l. factum §. in pœnalibus num 5. ff. de reg. iuris.*

Quare, imò à fortiori etiam vſufructuarius incidens arbores frugiferas amittet ius ſuum, & poterit repelli ab vſufructu, vt expreſsè tradunt Paulus de Caſtro *in d. auth. qui rem num. 3.* ibi Decius *num. 5.* Rolandus *conſil. 59. num. 12. lib. 2.* Garzias *de expenſis cap. 11. num. 33.* Iulius Clarus *d. q. 26. num. 5.* Ioſeph Lud. *d. deciſ. Peruſina q. 4. num. 8.* Redoanus *d. q. 79. cap. 7. num. 9.* Mænochius *d. caſu 78. num. 2.* & plures alios allegans Petrus Barboſa *in d. §. ſi fundum, num. 17.* nam cum propter huiuſmodi inciſionem vſufructuarius proprietatem deteriorem reddat iuxta tradita ſupra *num. 439. & 459.* inde rectè infertur, quod amittet ius, quod debilius eſt quam Emphyteotæ, & ita videtur expreſſim *in d. l. hoc amplius §. fin. ff. de damno infecto*, quam legem ad id inducunt *locis citatis* Garzias, & P. Barboſa, qui aduerſus reſponſionem ad eum textum à Boërio datam ſuprà *num. 361.* adductam dicit bene probari per dictum textum dum generaliter inquit, fructuarium, malè vtentem proprietare poſſe prohiberi, ne vſufructu vtatur. Præterea hæc duo æquiparantur ædes diruere, & arbores fugiferas excidere, vt oſtenſum eſt ſuprà *num. 439.* per textus, & Doctores *ibidem* allegatos; ergo vſufructuarius diſſipans proprietatem debet ius ſuum amittere arg. *l. Imperator 50. ff. ad Trebellianum.* Item in hac materia deteriorationis, & caducitatis æquiparantur Emphyteoſa, Vſufructuarius, conductor ad longum tempus, Vaſſallus, ac cæteri ſimiles, qui ad tempus, vel in perpetuum re aliqua reſtitutioni ſubiecta, & caducitati obnoxia ſimpliciter fruuntur, adeo vt quod de vno dicitur, de altero intelligatur; & ſolitum ſit ab vno ad alterum arguere, niſi aliud in ſpecie ſtatuatur, vt Bartholus *in d. l. ſi fundum num. 3.* Iaſon *ibidem num. 4.* Alexander *num. 2.* Tiraquellus *d. retract. comment. §. 3. gloſſa vnica num. 24.* Redoanus *num. 27.* plures alios allegans Ciarlinus *d. cap. 2. num. 23.* Auguſtinus Barboſa *ad ius canon. to. 6. d. tit. 4. num. 9* & Ludouicus Molina *de primog. lib. 1. d. cap. 22. num. 5.* vbi expreſsè æquiparat in hac materia vſufructuarium, Vaſſallum, Emphyteutam, fideicommiſſarium, Maritum, Conductorem ad longum tempus, & ſimiles, ſicut etiam faciunt Tiraquellus, Redoanus, Auguſtinus Barboſa & alij ſupradicti Doctores. Aduertunt autem poſt alios Ioannes Garzias *d. num. 33.* & Petrus Barboſa *in d. §. ſi fundum n. 18.* quod quamuis vſufructuarius præſtet cautionem de vtendo arbitrio boni viri *l. 1. ff. vſufruct. quemadm. caueat*; non obſtante tamen hac cautione, poterit proprietarius vſufructuarium arbores frugiferas incidentem, vel alio modo malè abutentem re, in qua habet vſumfructum propria authoritate expellere, quoniam non eſſet bene conſultum proprietario, ſi fructuarium malè vtentem non poſſet ſtatim expellere, nam facilè veritas totius vſusfructus conceſſi occultari poſſet, & probatio deteriorationis difficilis, vel ferè impoſſibilis redderetur. Addit Petrus Barboſa, quod proprietarios non ſolum fructuarium malè vtentem expellere poteſt; ſed etiam ab eo poſtea petere intereſſe damni *l. duobus §. eborus ff. de iureiur.* & tradunt etiam Baldus *conſil. 290. n. 2. lib. 2.* & Redoanus *conſil. 59. n. 13. lib. 2.* Pro confirmatione huius poſterioris ſententiæ magis communis addo, quod ſecundum Gloſſam notabilem *in l. nuper. § fin. ff. de leg. 2.* de qua per 463.

Baldum *in cap. 1. §. aut si tabellario quibus modis feud. amis. in vsib. feud.* & per Redoanum illum sequentem *de alien. rer. Eccl. q. 2. cap. 37.* eum, qui dissipat, & destruit bona, videtur alienare, ita quod dissipare, est alienare, per dissipationem enim. & destructionem, seu demolitionem abdicatur à proprietario dominium rei, & quod incisio arborum frugiferarum, & non cæduarum sit alienatio tradunt Doctores infrà *n.* 478. allegati; sed Emphyteuta, vsufructuarius, & similis teuens re restitutioni obnoxia alienando rem, vel partem eius absque consensu Domini, amittit ius suum; ergo Emphyteuta, & fructuatius incidens arbores frugiferas censetur partem fundi alienare, & ita amittit ius suum.

464. Porrò, vt ob hanc causam deteriorationis Emphyteuta, vsufructuarius, & alia similis persona cadat à iure suo, & possit priuari re, seu expelli, debent concurre tria. Primum, quod deterioratio sit perpetua, scilicet in ipsa substantia, & proprietate non in fructibus, qui non pertinent ad perpetuam rei vtilitatem; sed ad commodum ipsius Emphyteutæ, seu vsufructuarij. Si secundum quod deterioratio sit facta dolo, vel culpa lata, vel saltem leui: tertium, quod deterioratio non sit modica, sed magna, & notabilia ita alios latè allegantes Velascus *cons.* 50. *num.* 6. Mænochius *de arbitr. d. casu* 78. *à num.* 6. Ioseph Lud. *d. decis. Perusina* 94. *à num.* 9. Petrus Barbosa *in d. §. si fundum num.* 20. Redoanus *d. q.* 79. *cap.* 7. *num.* 5. Mantica *de tacitis, & ambig. Conuent. lib.* 22. *d. tit.* 29. *num.* 21. 22. & 23. & Ciarlinus *to. 1. controu. d. cap. 2. num.* 22. 53. & 56. in dubio autem culpam, aut dolum non præsumi, sed per allegantem debere probari tenet Ciarlinus *d. cap.* 2. *num.* 53. & 54. per regulam generalem, quod error potius præsumitur, quam dolus, *l. dolum. Cod. de dolo*, & latè alios allegans Mascardus *concl.* 532. *num.* 1. & *seqq.* & alij Doctores ab eodem Ciarlino relati; & per aliam regulam, quod in dubio culpa non præsumitur sed debet probari per allegantem, vt latè idem Mascardus cum aliis *conclus.* 368. & Doctores ab eodem Ciarlino allegati. At vero Petrus Barbosa *d. num.* 20. *circa* medium asserit, quod in dubio arbores facto, & culpa Emphyteutæ, vel vsufructuarij, aut similium personarum præsumuntur incisæ, nam cum earum custodia (inquit) eis commissa sit, succedit regula *l. fin. ff. de custodia rerum*, ibi: *ergo si casu custodia.* & Glossa *in cap. cum ita §. species* & Bursatus *consil.* 53. *num.* 13 *lib.* 3. regula enim illa, quod in dubio non præsumitur culpa, limitatur vt non habeat locum in custode rei. Hunc enim præsumi esse in culpa, & ei incumbere onus probandi contrarium cum aliis tradit Mascardus *d. concl.* 368. *num* 16. Addit tamen idem Petrus Barbosa prædicta procedere dummodo probetur culpa, saltem leui euenisse deteriorationem, cum casu fortuito potuerit euenire pro quo non tenetur.

465. Quanta autem debeat esse deterioratio, seu quænam sit notabilis deterioratio, vt Emphyteota, fructuarius, Vassallus, & similis persona incidens arbores frugiferas dicatur malè vti re, & amittat ius suum; cum non sit à iure determinatum, hoc regulariter remissum esse arbitrio iudicis, qui considerata prædij, & arborum qualitate debebit iudicare ex earum incisione maximum, vel modicum detrimentum proprietatio fuisse illatum, tradunt Mænochius *d. casu* 78. *num.* 7. Redoanus *d. q.* 79. *num.* 25. Mantica *d. tit.* 29. *num.* 19. & Doctores communiter, quos latè referunt *locis citatis* Mænochius, & Mantica, & Ciarlinus *d. cap.* 2. *num.* 58. Quamuis hoc non obstante, duarum arborum frugiferarum incisionem non dici magnam, neque notabilis quantitatis deteriorationem, maximè ad effectum caducitatis tradiderit Iason *consil.* 17. *num.* 1. & 2 *lib.* 1. Berous *consil* 120. *num.* 24. *lib.* 1. & Rolandus *consil.* 49. *num.* 10. *lib.* .. quos sequuntur *loco citato* Mantica, & Ciarlinus *d. cap.* 2. *num.* 58. licèt hoc non placeat Mænochio dicenti contra Iasonem, quod iudex forte posset iudicare incisionem duarum arborum frugiferarum continere notabilem deteriorationem prædij, & arborum qualitate attenta. Ciarlinus tamen tenet pro certo duarum arborum incisionem non posse dici notabile detrimentum, nisi forte respectu rei tam exiguæ, vt forte maior pars redditus illius consistat in prouentu dictarum arborum. Casus autem Iasonis erat incisio duarum cerasorum, vbi non aderant aliæ arbores frugiferæ nisi dicta duo Cerasa. Et casus Rolandi erat incisionis trium amygdalorum; & vterque respondit non posse dici notabile detrimentum. Quare iuxta Rolandum neque etiam trium arborum frugiferarum incisio dicetur magna, & notabilis deterioratio; quod idem Ciarlinus *d. cap.* 2. *num.* 57. testatur respondisse Paulum de Montepico *in d. l. Titia §. Titia num.* 132. *ff. de leg.* 2. Nattam *consil.* 482. *num.* 2. Castillum *de vsufructu cap.* 24. *num.* 19. *fine p.* 1. & præter alios Giouagnonum *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. vbi dicit etiam quinque arborum frugiferarum incisionem non esse notabilem deteriorationem: imò Redoanus *d. num.* 25. ex sententia famosi Doctoris, vt ipse dicit, qui in hac materia scripsit, dicit quod istud detrimentum notabile causatiuum caducitatis debet esse in tertia, vel dimidia parte rei locatæ, & sic statim subiungit, vel saltem remitti arbitrio iudicis.

Aduertendum autem quod licet Doctores *num.* 461, 466.
& 462. & *sequentibus numeris* allegati in terminis loquantur de incisione arborum frugiferarum, ob hancque, si sit notabilis, Emphyteutam, fructuarium, & similes personas amittere ius suum: Nihilominus idem dicendum est, si præfatæ personæ incidant arbores non frugiferas non cæduas, seu non renascentes semel cæsæ si sint vtiles, & incisio sit notabilis, & magna. Cùm nec has arbores cædere liceat vsufructuario, & aliis similibus personis, vt suprà *num.* 441. probatum est; & ita absque dubio censent Doctores *ibidem* citati.

Beneficiarius, Prælatus, Abbas, quas arbores fundi Ecclesiastici, vel Monasterij liberè cædere possit, vel nequeat.

Ex præfatia de vsufructuario præmissis, redeundo 467.
ad rem nostram, colligi potest quando Prælato, seu beneficiato permissum, vel prohibitum sit cædere syluam, & arbores solo Ecclesiastico cohærentes, cuius commoditates, seu fructus ad ipsos spectant. Primo enim potest cædere syluam cæduam, arboresuè cæduas, arbitrio tamen boni viri, & sicut faceret prudens Paterfamilias, & non intempestiuè cum damno successoris, & potest excidere arbores cæduas, etiam quæ non nisi post longum tempus renascuntur, & etiam si sint arbores grandes altitudine superantes alias arbores syluæ cæduæ. Hæc omnia colliguntur ex traditis à *numero* 431. *ad* 438. ita etiam Nauarrus, Quaranta, Riccius, Augustinus Barbosa locis supra *num.* 439. allegatis, & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 16. sunt enim hæ arbores in beneficij fructu.

Non potest autem Prælatus, aut Beneficiatus cædere 468.
syluam non cæduam ex arboribus frugiferis consitam, aliasue arbores frugiferas iuxta tradita suprà *num.* 439. nec etiam arbores non cæduas non fructiferas, quæ incisæ non renascuntur iuxta tradita *num.* 441. & in his terminis tradunt Nauarrus, Quaranta, Riccius, Augustinus Barbosa locis *dicto n.* 441. citatis: aientes propterea ob huiusmodi incisionem tam arborum frugiferarum, quam infrugiferarum non cæduarum Prælatum, seu Beneficiarium incidentem incidere in pœnas, & censuras, seu excommunicationem *Extrauagantis* Ambitiosæ *de rebus Eccl. non alien.* quod idem tradit Sayrus *in floribus decis. tit. de reb. Eccl. non alien. decis.* 5. vbi ait, quod Abbas sine consensu Conuentus, & sui Generalis arbores

arbores fructiferas, & non fructiferas (scilicet non cæduas, & non renascentes) scindendo & vendendo peccat, & excommunicationem contra malè alienantes res Ecclesiasticas latam incurrit; nisi arbores tantum opacas locorum Monasterij pro vberiori fructuum collectione cædat, & præsertim si arborum abscissarum pretium conuertat in commodum, & vtilitatem Monasterij; sed an ob huiusmodi arborum incisionem Prælatus, vel Beneficiarius incurrat pœnas, & excommunicationem latas *in d. extrauaganti* & in iure cótra malè alienãtes bona Ecclesiastica *infra* distinctè examinatur.

469. Poterit autem Prælatus, Beneficiatus, & Abbas Monasterij præfatas arbores cædere, quando adesset loci consuetudo arbores non cæduas frugiferas, aut non frugiferas cædendi ad vsum lignandi, seu comburendi, vel ædificandi, vel ad alium vsum, dummodo non excedat solitum fieri, constat ex traditis *num.* 441.

470. Item poterit ex eisdem arboribus excidere vetustas, ac corruptas, & omninò, vel ferè iam inutilea in eatum loco substituendo alias vtiles, & meliores: colligitur ex traditis suprà *n.* 443. & tradunt in bis terminis Quaranta *v. alienatio n.* 33. Pyrrhus Corradus *d.n.* 16. & Riccius *1.p. praxis aurea d. resolut.* 50. *n.* 4. & *resolut.* 130. Alias autem virides, & vtiles non potest excide etiamsi loco illarum alias substituat, iuxta tradita eodem *n.* 443. quod saltem omnino procedere debet, si arbores substitutæ durante vita, seu iure Beneficiarij incidentis nequeant ab bonitatem excisarum peruenire, vt etiam *d. num.* 443. notatum est.

471. Item poterit excidere ex arboribus fructiferis, & non fructiferis non cæduis, quæ præ magnitudine, vel multitudine, seu opacitate, vel densitate sunt noxiæ, & damnosæ fundo, vel aliis arboribus, aut vitibus, vel etiam fundo vicini, colligitur ex dictis *n.* 444. & tradunt Nauarrus *consil.* 6. *tit. de reb. Eccl. non alien.* & Quaranta, Pyrrhus *locis citatis*. Riccius *d.p.* 1. *resolut.* 50. *num.* 3. Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 4. *n.* 18. & Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 2. *num.* 8. versic. *primus*: in hac enim incisione vtiliter geritur negotium Ecclesiæ; limitat Sopranus, si arbores, quæ nocent fundo sint magni valoris, tunc enim vult requiri ad incisionem beneplacitum Papæ, eo quod ad alienationem rei Ecclesiæ non sufficiat causa, seu euidens vtilitas, sed requiratur etiam solemnitas, vt supra hoc titulo sæpius dictum est. Sed hæc limitatio non est admittenda, non solum, quia valde dubium est, an incisio arborum sit alienatio, vt ex *infrà* dicendis constabit, sed etiam quia cum *in* hac materia vsufructuatius, & Beneficiarius æquiparentur vt suprà *n.* 423. notatum est, & tradit idem Sopranus *d. cap.* 4. *n.* 14. & vsufructuario indistinctè, & absolutè absque proprietarij licentia permissum sit incidere arbores frugiferas, & non cæduas, si præ magnitudine, aut multitudine sua opacitate, & densitate sint fundo nociuæ; id etiam eodem modo erit permissum beneficiario.

472. Item poterit Prælatus, & Beneficiatius excidere discretè arbores ex sylua non cædua, si alioqui sylua esset sibi omnino inutilis, colligitur ex traditis *n.* 444. *limitatione quarta*. Poterit etiam ex arboribus frugiferis, & non cæduis exscindere ramos, & pedamenta ad vsum vineæ, dummodo per hoc fundus deterior non reddatur. Poterit quoque cædere arbores frugiferas, & alias non cæduas pro reparatione domus villæ iuxta tradita suprà *n.* 446. & Doctores *ibidem* citatos, & ita sentit Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica p.* 2. *n.* 8. versic. *tertius casus*, saltem quando Beneficiarius non habet fructus, & necessitas vrget; quia videatur casus per Epicheiam exceptus, & non alienatio, sed localis mutatio. An iuxta tradita *n.* 447. & Doctores *ibidem* allegatos non posset absque licentia Papæ, nisi in contrarium esset consuetudo, cædere tales arbores ad eum effectum reparationis ædificiorum villæ. Pro nouo ædificio construendo omnino esset necessaria licentia Papæ ad præfatas arbores excidendas, seclusa consuetudine in contrarium per tradita suprà *num.* 448.

473. Non potest verò Prælatus, aut Beneficiarius mutare formam fundi Ecclesiastici, puta, ex sylua facere pratum, vel ex vinea oliuetum, vel è contra, si ex tali mutatione fundus deterior reddatur iuxta tradita suprà *n.* 456. *initio*; & est certum. Si autem ex tali mutatione fundus vtilior, & fructuosior redderetur, posset iuxta tradita suprà *n.* 455. non posset vero iuxta conclusionem, & sententiam magis communem suprà *n.* 454. traditam, vsufructuario, & aliis non habentibus plenum dominium id negantem, nisi esset consuetudo regionis, seu loci mutandi formam, iuxta tradita suprà *n.* 454. 456. & 457. & nisi vinetum, quod mutaretur in olinetum, aut oliuetum quod in vineam, esset valde vetustum, arboresque proximæ corruptioni & inutiles, vel ferè inutiles, tunc enim absque solemnitate, & licentia Papæ in alienatione rei Ecclesiæ requisita (quidquid secus sentiant Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 12. & Bonacina *d. num.* 8. versic. *ego vero*) posset à Prælato, seu Beneficiato, vel Monasterio fieri talis mutatio excidendo oleas vetustas, & inutiles, & loco olearum plantando vites; & è contra; vt in bis terminis resoluit Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 130. cum enim huiusmodi mutatio sit permissa vsufructuario, Emphyteutæ, & aliis similibus personis absque licentia proprietarij, & Domini fundi, etiam Beneficiariis id licitum erit. Accedit regula, quod res inutiles, vel ferè inutiles, & onerosæ Ecclesiæ, & exigui valoris possunt alienati absque solemnitate, & assensu Apostolico, vt supra *n.* 193. & 194. ostensum est, & præter intra *ibi* allegata constat etiam *ex can. sine exceptione. can. item domus. can. fugitiui*, & *can. cum non liceat* 12. *q.* 2. ita quod etiamsi Prælatus iurauerit non alienare inconsulto Papa, adhuc potest alienare dando in Emphyteusim rem inutilem, & exigui valoris, vt tradit Federicus de Senis *consil.* 40. Riccius *d. resolut.* 130. *fine*, & suprà *suo loco* ostensum est eum aliis.

Beneficiatus, aut Prælatus, seu Abbas Monasterij incidens arbores frugiferas, & non cæduas fundi beneficij, vel Ecclesiæ, seu Monasterij an incurrat excommunicationem extrauagantis Ambitiosæ, *& alias pœnas latas contra malè alienantes bona Ecclesiastica.*

Cæterùm, licèt certum sit Prælatum, seu Beneficiatum incidentem arbores frugiferas, & non cæduas in casu non permisso, & cum notabili deterioratione fundi Ecclesiastici peccare mortaliter contra iustitiam, & teneri ad interesse, seu ad restitutionem Ecclesiæ faciendam; quemadmodum pariter peccare grauiter contra iustitiam, & teneri proprietario, seu Domino ad interesse rei vsufructuarium, & Emphyteutam incidentem arbores frugiferas fundi, cuius est vsufructuarius, & Emphyteuta, tradunt omnes Doctores suprà *n.* 461. & 462. & Petrus Barbosa suprà *n.* 463. versic. *addit Petrus Barbosa*, & his terminis tradunt Sopranus *d. cap.* 4. *n.* 16. Sayrus, & alij suprà *n.* 468. allegati. Dubium tamen est an incidat in excommunicationem extrauagantis *Ambitiosæ*, & in alias pœnas latas contra malè alienantes bona Ecclesiastica. 474.

Et Bonacina de alienatione rerum Ecclesiæ *q. vnica p.* 2. *n.* 7. dicit probabile esse non ligari excommunicatione dictæ Extrauagantis *Ambitiosæ*, eo quod incisio arborum non sit propriè alienatio, sed potius affici excommunicatione Concilij Tridentini *sess.* 22. *cap.* 11. *de reformatione* edita contra vsurpantem bona Ecclesiasticorum, & locorum piorum, & contra impedientem, ne dicta bona capiantur ab iis, ad quod de iure pertinent; in quo Bonacina sibi ipsi aduersatur; nam in tractatu de censuris *in Bulla cænæ* contentis 475.

disp. 1.

disp. 1. *q.* 18. *puncto* 4. *num.* 5. expressè docuit Beneficiarium beneficium legitimè possidentem arbores etiam frugiferas sui beneficij incidentem, & illas ad proprium commodum conuertentem non ligari præfata excommunicatione Tridentini *in d. cap.* 11. lata. Tum quia licet Beneficiarius peccet incidendo, non tamen peccare videtur incisas recipiendo, nam arbores incisæ videntur fructus beneficij, consequenter beneficiario cedere debent, licet ob perpetratum scelus grauiter puniendus veniat; tum quia Concilium Tridentinum in illo capite intelligitur de extraneis vsurpantibus, non vero de possessoribus beneficiorum, qui extranei non sunt; & addit ibidem Bonacina, ita declarasse Sacram Congregationem Concilij, de qua Gallemertius, Marzilla, & Filliuccius *to.* 1. *tract.* 16. *cap.* 8. *num.* 225. *fine*, & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap.* 11. *num.* 10. qui Filliuccius, & Barbosa idem tenent, quod Bonacina; vnde etiam quoad hoc reiicitur etiam dictum Soprani in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 6. asserentis talem Beneficiatium incurrere illas pœnas, quæ res Ecclesiasticas iniustè detinentibus statutæ sunt. Rectores autem piorum locorum cædentes arbores frugiferas, & in proprios vsus illas conuertentes incidere in excommunicationem dicti decreti *eiusdem cap.* 11. declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Naldus *verbo* Bona, *num.* 10. Lezana *to.* 3. verbo *Bona num.* 9. Bonacina *d. p.* 4. *num.* 7. Augustinus Barbosa *d. collect. num.* 11. vbi cum eodem Bonacina ait secus dicendum si arbores frugiferas cædant, sed in proprios vsus non conuertant.

Aliorum sententia, & communis est, quod incidat in excommunicationem dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*, & si sit Prælatus, seu Abbas Monasterij, qui incidat arbores frugiferas eiusdem Monasterij, incurrat suspensionem *Clem.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* ita Nauarrus *consil.* 7. *tit. de reb. Eccles. non alien.* Sayrus *in flor. decis.* 5. *eodem titulo.* Quaranta *v.* alienatio *num.* 33. Riccius *p.* 1. *praxis aurea decis.* 50. *num.* 1. Augustinus Barbosa *collect. ad d. extrauag.* Ambitiosæ *num.* 30. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 15. Sopranus *d. num.* 16. allegans etiam VVames *consil.* 282. *&* 292. & Ioannem Baptistam Costam *consil. vlt. de reb. Eccles. non alien.* & probabilius censet Bonacina *d. n.* 7. & *num. seq.* Ratio sumitur ex traditis suprà *num.* 465. *fine*, scilicet quod incisio arborum frugiferarum, & non cæduarum, sit vera alienatio rei immobilis, & subsistentis (vt etiam latius probat Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 7.) huiusmodi enim arbores computari inter immobilia tanquam partes soli, ostensum est suprà *n.* 422. eandem etiam incisionem æquiparari destructioni, & demolitioni domus probatum est suprà *num.* 439. *fine.* quod vero dissipatio, & destructio rei v. g. domus, seu ædificij sit alienatio tradunt Glossa, Rednanus, & alij supra *d. num.* 463. *fine* citati, Sopranus *d. cap.* 4. *num.* 7. & Bordonus *resol. reg.* 27. *num.* 6. per destructionem enim, & demolitionem rei abdicatur illius dominium à Domino, & nulla actio peior, & deterior inueniri posse videtur in materia alienationis, quam destructio, & demolitio, ratione cuius etiam Ecclesia damnum passa non potest restitui in integrum, sicut cum malè venduntur, vel permutantur Ecclesiæ bona. Cùm ergo per incisionem destruantur arbores, quia desinunt esse, quod erant, nimirum res immobiles, subsistentes, & pars fundi, & sic etiam dominium illarum, quatenus erant arbores, & res immobilis, & fundi pars. ab Ecclesia abdicetur, sequitur necessario incisionem esse alienationem & ita Beneficiarium, vel Abbatem incidentem arbores præfatas frugiferas, & non cæduas fundi beneficij, vel Monasterij incidere in pœnas latas contra malè alienantes bona Ecclesiastica; Et idem iuxta hanc sententiam dicendum erit in Prælato, seu Beneficiario, aut Abbate demoliente domum, vel ædificium Ecclesiæ, seu Monasterij licet materiam vel eius pretium conuertat in Ecclesiæ, seu Monasterij vtilitatem, in aliamve rem immobilem, & frugiferam; incidet enim in easdem pœnas malè alienantium bona Ecclesiæ: Colligitur enim ex traditis, & in terminis tradunt Sopranus *d. n.* 6. & Bordonus. *d. n.* 60. qui sibi non constat, cùm *eadem resolutione* 27. *n.* 14. negat vineæ incisionem esse alienationem, & consequenter per eam incurri pœnas malè alienantium; quia per vineæ extirpationem, inquit, nulla fit translatio dominij; ergo nulla, subdit, alienatio: At cum vineæ extirpatio sit vitium destructio, & consequenter abdicatio eius dominij à Domino, & ab Ecclesia erit alienatio iuxta ab eo tradita *d. num.* 60. esto quod nulla fiat in alium dominij translatio.

Ego puto valde probabile, quod Beneficiatus, aut Prælatus, seu Abbas, vel Monasterium incidens arbores frugiferas, & non cæduas, vel demoliens domum, seu ædificium Ecclesiæ, aut Monasterij non incurrat pœnas excommunicationis dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*, aut suspensionem *dicta Clem.* 1. neque alias pœnas contra malè alienantes bona Ecclesiastica; probo opposita ratione, scilicet, quod huiusmodi incisio, & demolitio non sit species alienationis, nec alienationis appellatione veniat, idque primò confirmo authoritate Iurisperitorum, qui allegantur supra *hoc titulo n.* 461. *&* 462. si enim Doctores *n.* 461. citati existimassent incisionem arborum frugiferarum fundi Emphyteotici factam ad Emphyteota esse speciem alienationis, seu alienationis nomine etiã latè sumptæ venire, non negassent eum ob talem incisionem incidere in commissum, & posse priuari. Cum certum sit habere locum caducitatem in casu alienationis, nullusque id neget. & similiter si Doctores *n.* 462. allegati in ea fuissent opinione, quod eadem incisio arborum frugiferarum Emphyteutici fundi esset vera alienatio ad probandum Emphyteotam ob causam talis incisionis amittere ius suum, & posse expelli, non oportuisset eos multum laborare, neque recurrere ad decisionem *d. auth: qui rem Cod. de sacros. Eccles.* quia facilis erat probatio adducendo huiusmodi incisionem esse alienationem rei immobilis fundi Emphyteotici, & tamen nullus hanc rationem adduxit; sed omnes se fundarunt in notabili deteriotatione fundi iuncta dispositionem *dicta authent. qui rem.* Præterea vt actus dicatur alienatio, non videtur sufficere quod per talem actum rei dominium abdicetur à Domino, sed requiritur, vt actus sit dominij rei in alium translatiuus, vel de sui natura via ad transferendum in alium rei dominium, vt colligitur ex iuribus, & Doctoribus suprà *num.* 239. allegatis, & quia alioqui qui vineam alterius extirparet, vel alterius domum volens per hoc illi iniuriam inferre; diceretur alienator vineæ, vel domus, quia per incisionem, & demolitionem dominium vitium, & domus, quatenus erant res immobiles, & subsistentes, abdicatur à domino, & euadunt mobilia, quæ seruando seruari non possunt. Neque obstat, quod per talem incisionem, & demolitionem patiatur magnam deteriorationem, & notabile detrimentum; nam aliud est damnificare prædium, aliud alienare illud, vel partem illius, vt notauit Nauarrus *d. consil.* 6. *de reb. Eccl. non alien.* arg. *de iniuriis, & damno dato.* Neque dicatur incisionem, & demolitionem esse viam ad alienationem, quia materia arborum excisarum, & domus demolitæ possunt facilè vendi. Nam hæc materia iam non est res immobilis, sed mobilis, quæ seruando seruari non potest, & ideo potest absque solemnitate alienari. 477.

Hic tamen non obstantibus saltem in praxi non videtur recedendum à sententia Nauarri, & aliorum communi, præsertim cum versemur in materia Ecclesiæ fauorabili, vt proinde etiam actus, per quem fit abdicatio dominij rei immobilis Ecclesiasticæ, vt est incisio arborum frugiferarum, destructio, & demolitio domus, censeatur comprehensa in prohibitione alienandi res Ecclesiæ absque debita solemnitate, cum maius damnum 478.

Ecclesia

Ecclesia pati possit ex tali incisione, & demolitione, quam ex venditione, quia in casu venditionis potest restitui in integrum; enim nunquam possit in casu destructionis. Non verò dicendum incurri præfatas pœnas latas contra malè alienantes excommunicationem, aut suspensionem, vel beneficij priuationem nisi incisio adferat fundo notabilem deteriorationem; & sit talis, ac tanta deterioratio, quæ requiritur in vsufructuario, & in Emphyteota, vt amittat ius suum, & possit expelli ab vsufructu, vel à re emphyteotica; & ad agnoscendam huiusmodi notabilem deteriorationem, videantur tradita supra *num.* 465.

SVMMARIVM §. VIII.

Bona Ecclesiastica prohibita alienari sine solemnitatibus supra explicatis sunt bona Ecclesiarum, & Monasteriorum tam quæ sunt de mensa Prælati, quam quæ sunt de mensa ipsius Ecclesiæ seu Monasterij. n. 479.

Bona mensæ Prælati, & Bona mensæ Ecclesiæ quæ sint. ibid.

Bona Ecclesiastica, & consequenter inalienabilia absque solemnitatibus sunt bona Capellarum, altarium, Oratoriorum in Ecclesiis, vel Monasteriis existentium. n. 480.

Item bona vnius Oratorij, altaris, & Capellæ, cuius erectio facta est authoritate Episcopi. ibidem.

Item bona locorum piorum, & Religiosorum. n. 481.

Qualia sunt bona Hospitalium, & Confraternitatum, quæ authoritate Papæ, vel Episcopi sunt erecta, vel erectæ n. 482. *&* 483.

Quæ bona proinde non possunt alienari nisi interueniente consensu Administratorum, vel Confratrum & Episcopi, & etiam assensu Apostolico. ibidem.

An idem dicendum sit de Hospitalibus, Confraternitatibus, Congregationibus, Collegiis Laicorum institutis ad exercenda opera pia erga Deum, vel proximos, & de eorum bonis, licet in fundatione non interuenerit authoritas Papæ, aut Episcopi. n. 484. *&* 485.

Quæ Confraternitas, seu vniuersitas, aut Collegia Laicorum non sint dicenda loca pia, & eorum bona possint alienari sine solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiasticorum requisitis. n. 485.

Ecclesia, vel Capella, Hospitalia, Oratoria, & alia loca pia an censenda sint erecta Episcopi authoritate, standum est rei, seu possessioni, quæ prima facie apparet. n. 486.

Ecclesiæ non possunt ædificari sine Episcopi licentia. n. 487.

Octo signa, seu coniecturæ, quibus Hospitale, Capellæ, Oratoria præsumuntur authoritate Episcopi erecta. n. 487. *Et quandonam præsumi non debeant dicta authoritate erecta. ibidem.*

Oratoria publica, quorum ianua in via publica exeat, & ad illa omnibus publicus pateat aditus præsumuntur de licentia Episcopi ædificata, si constet in illis celebratam fuisse missam longo tempore. n 488.

Præfata Oratoria gaudent immunitate Ecclesiarum. ibid. secus Oratoria, quæ habentur in domibus priuatorum, etiamsi in illis ex licentia Episcopi celebretur. ibidem.

In priuatis Oratoriis missam celebrandi facultatem solus Papa concedit. ibidem.

Ecclesia eo ipso, quod in ea celebretur missa & alia Diuina Officia, Episcopi authoritate constructa præsumitur absque alia temporis diuturnitate. n. 489. *Item Ecclesia patiente Diœcesano ædificata. ibidem.*

Bona deputata pro constructione, vel reparatione Ecclesiarum, & Monasteriorum, & locorum piorum censentur Ecclesiastica, & inalienabilia absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis. n. 490.

Item bona Commendarum, & Præceptoriarum Equitum S. Ioannis Hyerosolomitani & aliarum militiarum Religiosorum. num. 491.

Commendatorij commendarum super bonis Monasteriorum non possunt eorum bona alienare absque authoritate superioris, & assensu Papæ. n. 492.

Bona patrimonialia, ad quorum titulum quis est ordinatus, possunt alienari sine authoritate Papæ, licet non sine licentia Episcopi. num. 493.

§. VIII.

Quænam dicantur, & sint bona Ecclesiastica, quæ in Sacris Canonibus, & dicta Extrauaganti Ambitiosæ *prohibentur alienari sine solemnitatibus, & assensu Apostolico.*

479. CVm in Sacris Canonibus, & constitutionibus Summorum Pontificum suprà *n.* 40. relatis bona tantum Ecclesiastica alienari sine solemnitatibus præscriptis, & supra explicatis prohibeantur, oportet explicare quænam sint bona Ecclesiastica.

Certum est primo, bona Ecclesiastica esse bona Ecclesiarum, & Monasteriorum, vt constat ex *titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Clementina prima *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, & *ex d. Extrauaganti* Ambitiosæ *de reb. Eccl. non alien.* idque verum est, etiamsi bona Ecclesiarum, vel Monasteriorum sint destinata principaliter ad alimenta Prælatorum, Quare etiam bona mensæ Episcopalis separatæ à mensa Ecclesiæ, Prælatus non potest alienare, nec in Emphyteusim dare absque assensu Apostolico, & solemnitate iuris, vt probatum est suprà *n.* 143. & tradunt Doctores *ibidem* citati. Bona autem mensæ Episcopalis sunt, quæ principaliter ad illius sustentationem sunt deputata, & nullum alium Rectorem habent præterquam ipsum Episcopum, Glossa *in Clem.* 1. *v. ad mensam de excess. Prælat.* Innocentius *in cap. vt super de reb. Eccl. non alien.* ibidem Panormitanus *n.* 9. & Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 95 *n.* 67. Bona autem de mensa Ecclesiæ dicuntur ea bona, quæ perpetuo vnita fuerunt Ecclesiæ, atque ita quæ nunquam alteri ab Ecclesia post à se quæsitum dominium concessa fuerunt, vt idem Barbosa *n.* 68. post Mænochium *de arbitr. casu* 433. *à n.* 2. & *consil.* 79. *num.* 10. & 11. & quæ reuersa ad eandem Ecclesiam, vel ei incorporata sunt, vt iidem Doctores.

480. Secundò certum est Ecclesiastica bona esse bona Capellarum, altarium, & Oratoriorum, quæ sunt in Ecclesiis, vel Monasteriis, cum sub Ecclesiis ipsis, & Monasteriis tanquam pars illorum comprehendantur; & ita tenent Doctores suprà *n.* 388. relati, & Doctores tomo secundo horum moralium *tit.* 12. *n.* 217. allegati, asserentes relicta Oratoriis, Capellis, altaribus censeri relicta ad pias causas, & dicta loca piæ causæ priuilegiis gaudere: Et idem de bonis cuiusuis Oratorij, altaris, aut Capellæ, cuius erectio, seu institutio authoritate Papæ, vel Episcopi facta sit ad perpetuum Ecclesiasticum vsum, quia sic erecta dicuntur, & sunt loca Ecclesiastica, vt Doctores *locis* mox *allegatis*, Redoanus *de alien. rer. Ecclesiæ q.* 49. *n.* 5. Mænochius *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 79. *num.* 12. & alij Doctores *infrà* allegati.

481. Tertiò certum est, bona Ecclesiastica esse bona locorum piorum, in quorum alienatione propterea requiritur solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ requisita; ita expressè dicitur *in d. Extrauaganti* Ambitiosæ *initio*, Redoanus alios allegans *d. q.* 49. *n.* 2. Panormitanus *in d. cap. nulli in fine de rebus Ecclesiæ non alien.* Francus *in c.* 2. *eod. tit. lib.* 6. Quaranta *v.* alienatio *n.* 28. Pyrrhus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 14. & Doctores *num. sequenti* allegati, & alij communiter: Ecclesiæ enim, & loca pia æquiparantur quoad priuilegia, & quoad restitutionem in integrum si sint læsa, & quoad immunitatem, & alia priuilegia *cap. requisisti §. secus de testamentis*, ibi: *Et aliqua Capellis, vel Monasteriis, aut aliis piis locis. cap. de xenodochiis.* Panormitanus, Redoanus *locis citatis*, & Mænochius *d. præsumpt.* 79. & *de remed. recup. remed.* 15. *num.* 21. *& seqq.* & ita etiam quoad seruandam solemnitatem in alienatione bonorum æquiparantur Ecclesiæ, & loca pia: & in rubrica *de reb. Eccles. non alien.* nomine Ecclesiæ comprehenditur

comprehenditur omnis locus pius, iuxta Doctores communiter, quos Redoanus *d. q. 49. num* 4. refert. Licet Paulus secundus voluerit postea in terminis decernere in d. extrauaganti *Ambitiosæ*, & in hoc conueniunt omnes Doctores. Sed difficultas est, quænam sint dicenda loca pia, seu religiosa vt propterea eorum bona immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, non possint alienari absque assensu Apostolico, & aliis solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis; De qua difficultate egi in tomo 2. horum moralium *tit.* 12. *à num.* 217. *ad* 223. vbi de Hospitalibus, & confraternitatibus. Igitur

482. Omnes Doctores conueniunt, & est indubitatum; Hospitalia, in quibus opera pia, & charitatis exercentur, vt est infirmos curare, aut egenos adiuuare, pauperes alimentare, peregrinos hospitari, captiuos redimere, orphanas dotare, & alia similia opera charitatis exercere Summi Pontificis, vel Episcopi authoritate erecta esse loca pia: ita Doctores, quos latè refero *d. tit.* 12. *num.* 218. aliquos referunt Mænochius *d. remedio* 15. *num.* 31. Rota Romana *decis.* 725. *p.* 1. *diuersorum.* & Magonus *decis. Flor.* 61. *num.* 14. & mox allegandis; & ideo in alienatione bonorum huiusmodi Hospitalium requiri eandem solemnitatem, & causam, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ tradunt Redoanus *q.* 28. *num* 1. *q.* 41. *num.* 27. & *q.* 49. Quaranta *v.* alienatio *num.* 28. Borellus *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 41. Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14. §. 4. *num.* 6. Augustinus Barbosa collectaneo ad cap. *si quis presbiterorum num.* 5. *de rebus Eccles. non alien.* Aloysius Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 37. *num.* 4. & *in collectaneis decis. p.* 2. *collect.* 521. & *p.* 6. *collect.* 2164. *initio.* & alij Iurisperiti ab iisdem Redoano, Quaranta, Borello, Barbosa, & Riccio allegati; & ex Theologis, Reginaldus *in praxi fori pœnit. to.* 2 *lib.* 30. *num.* 61. Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 19. & Bonacina *de alien. rer. Eccles. q. vnica p.* 2. *num.* 10. Quare in alienatione bonorum huiusmodi Hospitalium necessarius erit consensus Administratorum, & etiam Episcopi licentia, & iuxta extrauagantem *Ambitiosæ* assensus Apostolicus.

483. Item conueniunt Doctores Confraternitates, & Congregationes Laicorum, seu Disciplinatorum institutæ ad exercenda opera pietatis erga Deum, & proximum (scilicet in quibus bona eo animo sint congesta, vt ad opera Ecclesiæ, siue Oratorij necessaria, & ad Diuinum cultum, nec non ad suos apparatus, & alia Ecclesiæ ornamenta, atque ad subleuandos pauperes, aut puellas miserabiles maritandas, aut pro eleemosynis erogandis sacerdotibus ibi clericantibus, aut pro sustentatione Rectoris Ordinarij in eadem Ecclesia existentis, atque etiam pro fabrica ad eiusdem Ecclesiæ, siue Oratorij commodum, & ornamentum, & ad alia onera, quæ pro Diuino cultu incumbunt) esse loca pia, si pariter Papæ, vel Episcopi authoritate sint fundatæ ita Doctores, quos *d. tit.* 12. *num.* 221. allego. Redoanus *d. q* 49. & alij Dores *num. præcedenti* allegati, Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 36. & 37. Aloysius Riccius *d. p.* 1. *resolut.* 45. *num.* 6. Velascus *consult.* 105. *num.* 54. Stephanus Gratianus *discept. for. to.* 3. *cap.* 517. *num.* 7. & 8. & innumeri alij, quos idem Gratianus *ibidem*, & Riccius referunt, & propterea in alienatione bonorum huiusmodi Confraternitatum, seu Congregationum requiri solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiasticorum necessarias, tradunt Redoanus *d. q.* 49 Quaranta, Hugolinus, Sopranus, Bonacina locis *num. præcedenti* citatis, Mænochius *d. num.* 36. Velascus *d. num.* 34. Riccius *d. resol.* 45. *num.* 7. Gratianus *d. cap.* 517. *num.* 8. Rota Romana *decis.* 725. *num.* 7. apud Seraphinum, & alij à Gratiano, & Riccio allegati; & ita bona harum Confraternitatum ad libitum distrahi non poterunt, nisi accedente consensu totius fraternitatis, & authoritate Episcopi, & iuxta Paulinam secundam, nisi accedente assensu Apostolico, nisi consuetudo sit in contrarium, vt Mænochius *d. n.* 36.

484. Controuertitur ergo, an Hospitalia, Confraternitates, seu Congregationes, seu collegia Laicorum, in quibus ex instituto exercentur opera pietatis erga Deum, & proximum, & eorum bona simul congesta sunt, vt deseruiant ad talia opera dicantur, & sint loca pia si in eorum vel earum fundatione non interuenerit Papæ, vel Episcopi authoritas Et tunc non esse dicenda, neque esse loca pia, nec locorum piorum priuilegiis gaudere; ac proinde etiam illorum, vel illarum bona ab Administratoribus, vel Confratribus posse ad libitum alienari sine solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, tenent Redoanus *d. q.* 28. *q.* 41. & *q.* 49. Felinus *in cap. de quarta. num.* 1. & 5. *de præscript.* Baldus *in l. illud Cod. de Sacros. Eccles.* & *in auth. hoc ius porrectum num.* 3. *in* 2. *q. Cod. eod.* Benintendus *decis. Bonon.* 13. *num.* 1. 2. & *seqq.* Magonus *d. decis.* 61. *Flor.* Perez *de vniuersar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. Velascus *d. consult.* 105. Sayrus *decis.* 3. *de relig. domibus.* Stephanus Gratianus *d. cap.* 517. *num.* 4. & *duobus sequentibus*, & plures alij à Borello, Riccio *locis* mox *allegandis*, Mænochio *d. remed.* 15. *num.* 31. & *seqq.* & Gratiano *d. num.* 4. & 6. relati. & Redoanus *d. q.* 49. & alij etiam idem dicunt de quibuscunque locis piis Laicorum, & Oratoriis etiam publicis, & Capellis, vt non sint, nec possint dici loca pia (licet in eis ex instituto opera pietatis erga Deum, aut proximum exerceantur) nisi fundata sint authoritate Papæ, vel Episcopi; & quod sine solemnitate, & assensu Apostolico possint alienari bona Hospitalium, Confraternitatum, & Congregationum, ac Collegiorum Laicorum, & similium locorum, in quibus etiam ex instituto opera pia exercentur, quæ in fundatione non habent authoritatem Summi Pontificis, vel Episcopi, tradunt Redoanus, Velascus, Sayrus, Borellus *locis citatis*, Hugolinus, Reginaldus, Sopranus, Bonacina locis supra *num.* 482. citatis, Gratianus *d. cap.* 517. *num.* 6. & alij relati à Redoano *locis citatis*, Gratiano *d. cap.* 517. *num.* 4. Quaranta *d. num.* 28. Magonio *d. decis.* 61. & Riccio *p.* 1. *praxis aurea d. resolut.* 37. & *d. resolut.* 45. *num.* 6.

485. Verùm contrarium existimo probabilius, & in praxi tenendum, & quoad Hospitalia, in quibus ex instituto exercentur opera pietatis *num.* 481. enumerata, vel aliquod eorum, quod dicantur, & sint propriè loca pia, & æquiparentur Ecclesiis, & locis Sacris, & religiosis, etiamsi non constet fuisse fundata authoritate Papæ, vel Episcopi & ita tenent Doctores, quos *d. tomo secundo var. mor. allegato tit.* 12. *num.* 218. & 219. refero, & præter eos plures alij, quos allegat, & sequitur Mænochius *d. remed.* 15. *num* 23. Quo verò ad Confraternitates, & Congregationes, seu vniuersitates, & Oratoria Laicorum extructa, vt Sacra sint, & Deo dicata & bona earundem Confraternitatum Congregationum, & Oratoriorum sint simul congesta, vt ad opera pietatis erga Deum, vel proximum *num.* 483. enumerata, vel ad aliqua earum deseruiant dici, & esse loca pia, & illarum bona censeri Ecclesiastica, seu Sacra etiamsi consensus Papæ, vel Episcopi in fundatione, seu erectione non accesserit (ideoque non posse alienari, absque solemnitatibus, scilicet, nisi accedente consensu totius Confraternitatis, ac authoritate Episcopi, & assensu Apostolico iuxta extrauagantem *Ambitiosæ*) tradunt Doctores, quos allego *d. tit.* 12. *num.* 222. & Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 36. & 37. vbi etiam addit ita sentire Zabarellam *consil.* 13. *in princ.* Panormitanum *consil.* 31. *lib.* 1. & Socinum seniorem *consil.* 82. *lib.* 4. Rationem adduxi *d. tit.* 12. *num.* 219. & *d. num.* 222. scilicet, quoad aliud est, locum esse Ecclesiasticum, aut religiosum, seu Sacrum, aliud esse pium; vt sit Ecclesiasticus, religiosus, aut sacer, requiritur quod sit extructus authoritate Papæ, vel Episcopi,

Episcopi, vt sit verè locus pins, & gandeat priuilegiis loci pij, sufficit quod sit Deo dicatus, & vnà cum suis bonis sit principaliter ordioatus, & institutus ad exercenda opera pietatis erga Devm, & erga proximam, etiamsi in fundatione non appareat consensus superioris Ecclesiastici: ex fine enim principali iostitutionis debet iudicari, an locus sit pius; si eoim locus, & bona illius congesta, vel illi relicta principaliter sunt ordinata, & destinsta ad exercenda opera pietatis, & misericordiæ, nihil deest ad rationem loci pij. Addit Mænochius *d. n.* 37. aliam rationem, scilicet, quod locum religiosum, etsi non sacrum vnusquisque facere potest; & semel Deo dicatum, ad humaoos vsus conuerti non potest, §. *sacra* §. *religiosum instit. de rer. diuis.* & ratione huius effectus bona illa religiosi loci iudicantur, cum ad eum solum commodum teodunt, vt etiam Zabatella, Panotmitanus, & Socinus senior locis citatis. Cum ergo in d. Extrausganti *Ambitiosa* super alienatione rerum Ecclesiæ, specificentur loca pia, & quoad alieoationem bonorum loca pia Ecclesiis æquiparentur, à Doctoribus, vt ostensum est suprà *num.* 481. Bona dictatum Confraternitatum, etsi non sint ab initio fundatæ auctoritate Apostolica, vel Episcupi non poteruot distrahi absque solemnitate io alienatione rerum Ecclesiæ requisita, vt etiam in terminis Mænochius *d. n.* 36. *&* 37. Quaranta *v.* alienatio *n.* 29. Seraphinus *d. decis.* 724. *num.* 7. (vbi Rota absolutè, & sine distinctione dixit, qnoad prohibitionem alienationis nullam esse differentiam inter bona Ecclesiastica, & Confraternitatum laicalium) Ioseph. Lud. *decis. Perusina* 93. *n.* 16. & Riccius *d. resolut.* 45. *n.* 5. vbi etiam allegat Cesarem Barzium *decis. Bonon.* 124. *num.* 1. *&* 2. Gutierez *lib.* 1. *canon. qq. cap.* 9. *in fine*, & Rebuff. *in comp. alien. num.* 34. Igitur tunc Coofraternitas, seu Vniuersitas, aut Collegium laicorum non esset locus plus, nec illius bona censerentur loci pij, & veluti ecclesiastica, sed loci profani, quando bona relicta, vel simul congesta non erogarent in vsus pios; & ea mente bona essent simul congesta, vt Confratriæ deseruiant, & possit ipsa Confraternitas de illis bonis disponere, & tractsre, vt traduot Doctores, quos allego *d. tit.* 12. *num.* 222. *fine*, & Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 35. vbi addit, quod in tali casu nec dici posset locus religiosus ex eo, quod ibi adsit altare, & campaoile; eo quod hæc, inquit, sine Episcopi speciali consecratione, & confitmstione non constituunt locum religiosum, & sacrú, iuxta Zabarellam *d. consil.* 13. & alios allegantem Parisium *consil.* 34. *n.* 15. *lib.* 4. sed de hoe mox.

Quibus signis cagnoscatur, seu præsumatur Ecclesiam, Hospitale, Oratoria, & alia loca pia fuisse authoritate Episcopi constructa.

486. Supposita autem sententia *num.* 484. posits, quod Hospitale, Confraternitas, Oratoria laicorum, & alia similia loca non sint pia, nec in alienatione bonorum eorundem requiratur assensus Apostolicus, & solemnitas in alieoatione rei Ecclesiæ requisita; quæret quis quibus signis Hospitale, vel Oratorium Confraternitatum, & quodcomque aliud Oratorium coguoscatur, seu præsumatur fuisse erectum, & fundatum auctoritate Episcopi, vt proinde iuxta omnes Doctores assensus Apostolicus requiratur, si sint illius booa alienanda, de qua re præsertim Mascardos *de probationibus concl.* 869. & etiam 574. Mænochius *de præsumpt. lib* 6. *præsumpt.* 79. Rota *decis.* 725. *p.* 1. *diuersorum.* Quaranta *v.* alienato, *num.* 18 *fine*, & *n.* 29. Aluysius Riccius *p.* 1. *praxis aureæ d. resolut.* 37. *n.* 2. *&* 1. & alij ab iisdem relati.

Imprimis in dubio, an locus fuerit authoritate Episcopi erectus, & ad opera pietatis erga Devm. & proximum in perpetuom exercenda deputatus, standum esse possessioni, & rei, quæ prima facie apparet, post Federicum de Senis *consil.* 130. *num.* 2. Gabriel *lib.* 1. *comm. opin. de causa pia concl.* 8. tradit Quaranta *loco citato.*

487. Præterea Hospitale fuisse erectum, & institutum authoritste Episcopi, & esse religiosum cognoscitur, seu præsumitur ex sequentibus. Primò si fuit ædificatum in forma Ecclesiæ, & habeat altaria, io quibus celebretur, ita Riccius *d. n.* 2. & indicat Mænochius *d. præsumpt.* 79. *n.* 1. Ecclesia enim non potest fabricari sioe licentia Episcopi, vt Mænochius *d. n.* 1. idque constituit etiam Iustinianus *in auth.* vt nullus fabricet Ecclesiam, domúque Oratoriam sine Episcopi licentia; & nomissimè Tridentioum *cap.* 8. *sess.* 22. *de reformatione.* Secundo si hospitale habet Oratorium, & Campanile cum Campana, ibique Missa publicè celebretur, hæc enim in dubio faciunt præsumptionem interuenisse Episcopi authoritatem, & alia omoia requisita concurrisse, & sic esse religiosum locum. ita Rota *d. decis.* 725. *num.* 3. Mascardus *d. concl.* 869. *num.* 1. Mænochius *d. præsumpt* 79. *n.* 4. Riccius *d. resolut.* 37. *num* 2. & alij omnes, quos latè referunt Mænochius, Mascardus & Rota, quæ *n.* 4. subdit locum, vbi apertis ianuis Missa celebratur, & ibi populus ad eam audiendam confluit, præsumi religiosum iuxta Doctores; qnos allegat. Quare Mascardus post alios *n.* 2. aduertit ad huiusmodi præsumptionem erectionis factæ authoritate Episcopi, & si quod locus censeri debeat religiosus, noo sufficere ibi celebrari Missam, sed celebrationem debere esse publicam. Nec sufficere quod Hospitale habeat Oratorium, nisi concurrant alia supradicta; Neque sufficere, quod in Oratorio, seu loco sit campana, sed requiri etiam, vt publicè pulsetur. Neque etiam sufficere, quod Episcopus in Hospitali vnum ius exercuerit. Tertiò si Hospitale haberet nomen, seu denominaretur nomine Saocti sibi appropriari. ita post Felinum *in cap. de quarta n.* 13. *de præscriptionibus*, Riccius *d. num.* 2. & Mascardus *d. concl.* 869. *num.* 3. vbi ait, quod non sufficeret, si Hospitale denominaretur ab aliquo Sancto, sed oportere habere nomen Sancti sibi appropriari. Quartò si in Hospitali fuerit seruata Hospitalitas per tempus antiquissimum. its post Gabrielem *d. concl.* 2. *num.* 6. Riccius *citato num.* 2. Quintò si in eo essent sepulturæ, vel cœmiterium. ita post Glossam *in Clem quia contingit de relig. dom.* & Romanum *consil.* 477. *num.* 11. Sextò si in eo baptiaaretur. ita post Romanum *loco citato* Riccius *d. num.* 2. Septimò si reciperet decimas ita post Romsnum *d. consil.* 477. Riccius *eod. num.* 2. Octauò si collectas non solueret. ita post Romanum *citato consil.* & Velascum *d. consult.* 105. idem Riccius *eodem num.* 2.

488. Ex dictis, cum Oratoria poblica, vel Capellæ publicæ, quarum scilicet ianua in via publica exeat, & ad illam omnibus publicus pateat accessus, cum non possint ædificari absque Episcopi liceotia, & authoritate vt Concilium Tridentinum *d. cap.* 8. & Mæoochius *d. præsumpt.* 79. *num.* 12. vbi alios allegat, iofertur præsumi eadem Oratoria ex licentia, & authoritate Episcopi ædificata si constet in illis celebratam fuisse longo tempore Missam, & ita etiam Mænochins alios allegans *d. præsumpt.* 79. *num.* 13. Quæ Oratoria, seu Capellæ propterea tanquam loca Ecclesiastica, & religiosa gaudent immunitate Ecclesiarum, vt *ibidem* cum Remigio, & Vitalino tradit idem Mænochius. Oratoria verò, seo Capellæ, aut altaria priuatorum non destinata ad publicum vsum Diuinum, qualia suot Oratoria, seu Capellæ, quæ habētur in domibus Nobilium, & magnarum persooarum, licet in eis, ex licentia Papæ (Episcopus enim talem licentiam concedere non potest, vt constat ex *d. cap.* 8 *sess.* 22. *de reformatione*, & tradunt Doctores ab Augustino Barbosa *collect. ad d. cap.* 8. *num.* 15. relati) Missa priuatim celebrsretur, non sunt loca Ecclesiastica, & religiosa, nec gaudent Immunitate Ecclesiarum, vt *loco citato* Mænochius, vbi etiam pooit alias differentias inter hæc Oratoria priuata, & Oratoria publica. de quibus Oratoriis priuatis etiam Redoanus *d. q.* 49. *n.* 6.

489. Imo loquendo de Ecclesia, eo ipso, quod in illa celebrētur Missa, & alia Diuina Officia, præsumi ipsā Episcopi

authoritate constructam etiam absque alia diuturnitate temporis post Felinum *in d. cap. de quarta*, & alios plures, tradit Mascardus *concl. 584. num* 4. & id certè sentiuot etiam Rota *d. decis. 725. n. 5.* Mænochius, & Riccius locis supra *n. 487.* versic. *Secundo* citatis. idem Mascardus *eadem conclus. 584 n. 1.* ponit tanquam communem conclusionem Doctoribus allegatis Ecclesiam diù ædificatam patiente Diœcesano præsumi fabricatam auctoritate ipsius Diœcesani, licèt contrarium dixerit Panormitanus *consil.* 106. *num.* 1. *vol.* 2. ab eodem Mascardo *num.* 2. relatus, idque ob eam rationem, quia consensus est solemnitas, quæ extrinsecus aduenit, quæ non debet præsumi nisi probetur. *l. quecunque §. vltimo ff. de publ.* & *cap. sicut de re iudic.* Adducit simile de auctoritate tutorum, quæ non præsumitur interuenisse in contractu pupilli, nisi probetur Glossa *in l. sciendum ff. de verb. obligat.*

Bona deputata pro constructione, reparatione, & augmento Ecclesiarum, aut Monasteriorum, & locorum piorum, item bona militiarum Religiosarum, & Commendarum sunt Ecclesiastica, & subiacent prohibitioni alienationis sine solemnitate, & assensu Apostolico; & quid de bonis patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatus fuerit.

490. Quartò bona deputata pro fabrica, reparatione, augmento Ecclesiarum, Capellarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum censentur Ecclesiastica, nec possunt alienari absque assensu Apostolico, & solemnitate in alienatione rei Ecclesiæ requisita. ita Rota *decis. 96. num. 1. p. 2. in recentioribus Farinacij* per textum *in can. quatuor. in can. de redditibus*, & *can. mos est 12. q. 2.* & colligitur etiam ex traditis in tomo 2. horum moral. variorum *d. tit. 12. n. 229.* & Doctoribus *ibid.* allegatis, asserentibus relicta pro constructione, reparatione, & augmento Ecclesiarum, &c. dici, & esse ad pias causas.

491. Quintò bona cómendarum, & Præceptoriarum Equitum S. Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum Religiosarum connumerantur inter bona Ecclesiastica, nec possunt alienari sine solemnitatibus, & causis in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitis. ita Capycius *decis. 3. fine*, Fabianus de monte *in tract. de empt. & vendit. q. 11. n. 8.* Rota *decis. 724. n. 7.* apud Seraphinum, Rodriquez *qq. reg. to. 1. q. 27. art. 12.* & Ricius *p. 1. praxis aurea resolut.* 73. vbi propterea cum Rodriquez resoluit, quod locationes ad longum tempus factas per Commẽdatarios præfatarum militiarum Religiosarum, siue alienationes sine solẽnitatibus, & causis in alienatione bonorum Ecclesiæ necessariis possunt conseruatores Religionis virtute facultatis eis concessæ reuocare, & reducere bona sic alienata ad mensam Prioratuum, Præceptoriarum, &c. dictorum Ordinum militarium.

492. Multò autem minus Commendatarij Commendarum super bonis Monasteriorum possunt bona Commendæ seu Monasterij absque auctoritate Superioris, seu assensu Apostolico alienare, de quo extat *decis. 597. in nouiter nouissimis Farinacij.* quæ sic habet: *Domini resoluerunt pro informante scilicet, instrumentum Emphiteusis non sustineri, tum propter duplicem prohibitionem alienationis, videlicet, legis quia Cõmendatarius non potest sine auctoritate Superioris bona Monasterij alienare in praiudicium successorum.* can. venditionibus 17. q. 4. *Federicus de Senis* consil. 143. & *Papa Commendantis, & penitus quãcunque alienationem interdicendo; qua excludit omnem facultatem Commendatarij alienandi saltem authoritate propria. Federicus de Senis* d. consil. 143. *Cald.* consil. 1. de reb. Eccl. non alien. & *facit* l. 2. de vsucap per empt. *Barthol.* & *Doctores* in l. filius fam. §. Diui ff de leg. 1. *tum etiam quia neque cõstat de causa vtilitatis in qua non statur assertioni alienantium*, *Federicus* d. consil. 143. & *Rota* decis. 716. p. 1. *Neque de solemnitate, qua copulatiuè requiritur*, &c. ita Rota *in d. decis.* quæ repetit etiam Riccius 1. *p. praxis aurea resolut.* 75.

Denique licèt Patrimonium, ad cuius titulum quis in sacris ordinatus est, inter bona Ecclesiastica connumeretur, seu gaudeat priuilegiis bonorum Ecclesiæ, vt in secundo tomo horum moral. *tit. 3. n. 68.* versic. *secundo probat.* & *n. 71.* notaui, & præter Doctores *ibidem* allegatos tradunt alij magis communiter, quos etiam refert, & sequitur Aloysius Riccius *p. 1. praxis aurea resolut. 82. num. 2.* Quamuis contrarium sentiat Couaruuias *lib. 2. var. cap. 4. n. 4.* Nec etiam bona talis patrimonij possint ab ordinato alienari sine Episcopi licentia ex decreto Concilij Tridentini *cap. 2. sess. 21.* de quo latè egi *d. tit. 3. à n. 48. ad 83.* Nihilominus in alienatione bonorum eiusdem patrimonij non requiritur assensus Apost. vt tradunt Doctores, quos *d. tit. 3. n. 68. & 69.* allego, Riccius *d. resolut. 82. num. 5.* & alij communiter, & ita practicatur. Tridentinum enim solùm prohibet tale patrimonium alienari absque licentia Episcopi: an verò possit etiam alienari validè, & licitè absque tali licentia, si ex beneficio postea obtento, vel aliunde ordinatus habeat, vt decenter sustentetur, pertractaui *iisdem numeris 68. & 69.* 493.

SVMMARIVM §. IX.

Sexdecim casus enumerantur, in quibus bona Ecclesia, & Monasteriorum ac locorum piorum alienari possunt absque solemnitate, & assensu Apostolico, & licentia Sacra Congregationis. num. 494.

Priuilegio interponendi decretum, seu præstandi assensum in alienatione rerum Ecclesiasticarum sua Diœcesis loco Papa Episcopis, vel Capitulo Cathedralis concesso à Sede Apostolica, an Regulares exempti in alienatione bonorum sui Monasterij vti possint absque recursu ad S. Congregationem. num. 495.

§. IX.

Enumerantur casus in quibus bona Ecclesiæ, Monasteriorum, ac locorum piorum immobilia, & mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, absque assensu Apostolico, vel licentia sacræ Congregationis validè, & licitè alienari queant.

PRimus casus est vrgentis necessitatis, in qua Pontifex adiri non possit absque periculo in mora, de quo suprà *num. 56. & tribus seqq.*

Secundus casus est, quando res immobilis, quæ peruenit ad Ecclesiam, erat ante obligata Creditoribus, pro illis enim satisfaciendo probabile est, rem posse alienari absque assensu Apostolico, de quo suprà *num.* 58.

Tertius casus, quando alienatio rei Ecclesiæ authore iudice fit ex causa necessitatis soluendi æs alienum, & debita contracta, de quo suprà *num. 59. & 60.*

Quartus casus est, quãdo alienatio est in euidentissimam, & notoriam Ecclesiæ vtilitatem, iuxta probabilem opinionem multorum, de quo suprà *num. 96. & 97.*

Quintus casus est, quando res permutantur inter ipsas Ecclesias, vel alienantur inter Monasteria eiusdem Ordinis iuxta probabilem sententiam multorum, de quo suprà § *primo* & etiam *num. 287.* versic. *Verùm per doctrinam.*

Sextus casus, quando res quæ ad Ecclesiam, vel Monasterium peruenit, erat subiecta redemptioni, seu retrouenditioni, de quo suprà *num.* 250.

Septimus casus, quãdo terræ Ecclesię sũt incultę, steriles, infructuo

infructuosæ, aut existunt in loco valdè remoto, & valdè incommodo, & sunt modici fructus, suntque magis Ecclesiæ damnosæ, quàm vtiles, de quo suprà *num.* 295

Octauus casus est, si res Ecclesiæ sunt terrulæ, & bona immobilia modici valoris. de quo suprà *n.* 294. *&* 295

Nonus est, quando bona Ecclesiæ solita sunt alienari, scilicet dari in feudum, vel in Emphyteusim, vel locari ad longum tempus de quo suprà *n.* 291. 296. *ad* 301.

Decimus est, quádo domus Ecclesiæ, vel Monasterij maioris sumptus est, quàm fructus, de quo suprà *n.* 374.

Vndecimus, quando bona Ecclesiæ sunt incerta, & incognita, vel difficilis recuperationis, de quo suprà. n. 375

Duodecimus, quando bona relicta fuerunt indiuisim laico, & Ecclesiæ, aut Monasterio, nec admittút commodam diuisionem, de quo suprà. *n.* 376.

Decimus tertius, quando bona relicta fuerunt Ecclesiæ cum onere illa post certum tempus restituendi alteri, de quo, suprà *n.* 377. Et item quando donator, seu testator reliquit bona Ecclesiæ disponendo vt possint permutari absque beneplacito Apostolico iuxta sententiam traditam, suprà *n.* 378. posteriori loco.

Decimus quartus, quando bona immobilia fuerunt relicta, vel donata Monasterio incapaci ea retinendi etiam in communi, de quo suprà *n.* 379.

Decimus quintus casus. quádo res mobiles, vel se mouentes, etiam pretiosæ Ecclesiæ, vel Monasterij seruando seruari non possunt, de quo suprà *n.* 390. *&* 395. & *seqq.* vbi de animalibus superuacuis, seruis fugitiuis, & vniuersim de mancipiis, & iumentis non affixis fundo, & de seruo relicto Ecclesiæ ea conditione, ne venderetur, & de pecunia, & pluribus aliis videantur tradita *à n.* 401. *ad* 410.

Decimus sextus, & vltimus casus, quando sunt res mobiles modici valoris, de quo supra, *num.* 390. *& seqq.*

Priuilegio interponendi decretum, seu præstandi assensum in alienatione rerum Ecclesiasticarum suæ Diœcesis loco Papæ Episcopis concesso à sede Apostolica, an Regulares exempti in alienatione bonorum sui Monasterij vti possint.

495. Quæret quis, An si Episcopus, vel Capitulum Cathedrale habeat priuilegium alienandi, seu loco summi Pontificis concedendi licentiam alienandi bona Ecclesiastica suæ Diœcesis à sede Apostolica concessum; possint vti præfato priuilegio etiam in alienatione bonorum Monasteriorum, & Regularium exemptorum in eadem Diœcesi existentium, & commorantium; atque ita Regulares eiusdem Diœcesis bona suorum Monasteriorum in eadem Diœcesi sita alienare possint, cum sola licentia talis Episcopi, vel Capituli absque assensu Apostolico, seu licentia sacræ Congregationis. Respondeo cum Bordono *p.* 1. *resolut.* 27. *num.* 70. affirmatiuè. Quia licèt Regulares sint exempti à Iurisdictione Episcopi, & Capituli Cathedralis tamen in fauorabilibus nomine subditorum Episcopi Diœcesis, in qua Monasterium existit, comprehenduntur, illique se possunt subiicere, vt latè probaui *in tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.* 1. *casu* 10. §. 4. *num.* 159. & tradunt Doctores *ibidem.* relati, propterea asserentes Regulares ex licentia suorum Superiorum posse se subiicere Episcopis Diœcesis, & ab ipsis absoluuntur ab hæresi occulta, & obtinent dispensationem in casibus, in quibus iidem Episcopi possunt subditos absoluere, & cum eis dispensare virtute Decreti Concilij Tridentini *in cap.* 6. *sess.* 24. *de reformatione.*

SVMMARIVM §. X.

Nullitatem alienationis rei Ecclesiæ ex defectu solemnitatis sola Ecclesia allegat, non alius neque emptor, aut conductor, qui non obstante nullitate tenetur stare alienationi, si ipsa Ecclesia velit. n. 496.

Primò id intelligitur post actum consummatum, secus ante alienationis actum consummatum, nam tunc etiam emptor, &c. n. 497.

Secundò, si Ecclesia velit contractum valere in totum, non vero si vellet pro parte tantum valere. n. 498.

Tertiò, si Ecclesia procuret adhibere solemnitatem, & assensum Apostolicum, qui defuit. n. 499.

Quartò, si alienatio nulliter facta non fuit damnosa Ecclesiæ, secus si damnosa, tunc enim quilibet etiam sine mandato potest agere ad reuocationem rei malè alienatæ, vel contra alienantem, vel contra possessorem. n. 500.

Ecclesia ad recuperandas res suas malè, & nulliter per Prælatum, vel Rectorem alienatas competit remedium restitutorium præsertim canonis reintegrandæ 3. q. 1. *n.* 501.

Remedium d. can. reintegrandæ *non competit ei, qui facto suo, aut proprio contractu, vel culpa sua possessionem amisit; si agatur de rebus profanis laicorum. ibidem. Secus quando agitur de bonis Ecclesiæ per Prælatum malè alienatis ex contractu inutili, & inualido. ibidem.*

Prælati factum non debet nocere Ecclesiæ. n. 502.

Quando quis cadit à possessione sua ex contractu inualido, dicitur cecidisse sine iusta causa, & sine facto suo. ibidem.

Possessio rei Ecclesiæ est penes Ecclesiam non penes Prælatum. ibidem.

Possessio ciuilis manet penes Ecclesiam nonobstante traditione rei facta per Prælatum malè alienantem. ibidem.

Ex contractu nullo, non ex defectu consensus, sed solum ex defectu solemnitatis, vel alterius conditionis sequuta reali traditione rei; vel traditione iuris, possessio naturalis, & ciuilis transfertur in acquirentem, vt agenti ad restitutionem non competat actio spolij, sed remedium possessorium etiamsi agatur de rebus Ecclesiæ malè traditis. num. 503.

Vbi Ecclesia, vel Monasterium, seu Prælatus fuit negligens in recuperanda possessione naturali, & permisisset, bona malè alienata ab occupante per decennium possideri, tunc tempore dicitur amisisse possessionem ciuilem, & habuisse se pro spoliata. ibidem.

Vltra decennium non præsumitur possessio ciuilis. ibidem fine.

Post decennium Ecclesiæ eiusue Prælato pro rebus malè alienatis non competit remedium retinendæ possessionis, seu interdictum vti possidentis, *sed remedium possessionis restitutorium.* & can. reintegrandæ. *n.* 504.

Ante decennium vero elapsum competit remedium retinendæ, & potest Ecclesia, eiusue Prælatus agere iudicio manutentionis. ibidem.

Interdictum retinendæ possessionis habet duos effectus, alterum principalem pro consecutione ciuilis possessionis, alterum consecutiuum pro recuperatione naturalis. ibidem.

Remedium restitutorium can. reintegrandæ *præscribitur spatio* 30. *annorum quoad priuatos, annorum* 40. *quoad Ecclesiam. Omnes actiones tam iure ciuili, quam iure canonico tolluntur præscriptione triginta, vel quadraginta annorum. ibidem.*

Res Ecclesiæ spatio quadraginta annorum præscribi possunt, nisi sint Romanæ Ecclesiæ, in quibus requiritur præscriptio centum annorum. n. 505.

Talis tamen præscriptio non incipit currere nisi post mortem Prælati, qui malè alienauit, & nisi data scientia, & patientia cuiuslibet Prælati, seu Rectoris Successoris. ibidem.

Completa præfata præscriptione quadraginta annorum contra Ecclesiam an eidem Ecclesiæ adhuc intra quadriennium detur restitutio in integrum. n. 506.

Res Ecclesiasticas malè, & nulliter alienatas potest, & debet repetere, ac reuocare nomine Ecclesiæ, vel Monasterij agendo tam in petitorio, quam in possessorio recuperandæ, & etiam retinendæ nondum elapso decennio Prælatus successor, sed etiam is, qui malè alienauit contrauenìendo actui proprio, & allegando propriam turpitudinem, & etiam si iurasset non reuocaturum. num. 507. *&* 508.

Prædicta procedunt etiam si Prælatus, qui malè alienauit, repetat in sui commodum. num. 508.

Prælato sic reuocanti malè alienata non potest opponi illegitimitas natalium. num. 508. fine.

In reuocatione rei Ecclesiæ malè, & nulliter alienatæ Emptor, seu Conductor, & possessor malæ fidei tenetur vnà cum re fructus perceptos restituere. num. 509.

Quis præsumitur Emptor malæ fidei, seu esse in mala fide, quando emit sine solemnitatibus requisitis contra dispositionem iuris, & extrauagantem Ambitiosæ. num. 510.

Si probetur emptorem errasse in iure, seu non sciuisse ius irritans alienationem factam sine debitis solemnitatibus, an tūc præsumatur in mala fide, & teneatur restituere fructus, vel potius excusetur à restitutione fructuum perceptorum à die contractus, vsque ad motam litem. num. 511. 512.

An prædictus Emptor rei Ecclesiæ malè alienatæ etiamsi ius ignorauerit teneatur tanquàm possessor malæ fidei restituere etiam fructus, quos percipere potuit. num. 512.

Emptorem rei Ecclesiasticæ malè, & nulliter alienatæ à restitutione fructuum perceptorum vsque ad diem motæ litis excusaret error facti, scilicet si putasset omnia requisita in alienatione interuenisse habens sufficientem causam ita credendi. num. 513. secus quoad fructus post motam litem perceptos. ibidem.

Excusaretur tamen à restitutione solum fructuum perceptorum vsque ad diem motæ litis, quibus non fuerit factus locupletior, secus in quantum factus est locupletior, nisi triennio persistens in bona fide fructus præscripserit. ibid.

Si alienatio rei Ecclesiæ detegatur inualida solum ex defectu euidentis vtilitatis, cum in ea interuenerint debitæ solemnitates Emptor fructus perceptos ante litem motam, & consumptos, quibus non est factus locupletior, non tenetur restituere. 514.

Limitatur in fructibus exstantibus tempore reuocationis alienationis, & in fructibus lite pendente à tempore publicationis causæ perceptis. ibidem.

Non dicitur quis factus locupletior, si consumpserit pro se, vel familia sua. ibidem, quod declaratur. ibidem.

In reuocatione rei Ecclesiæ malè, & nulliter alienatæ ex defectu solemnitatis, vel iustæ causæ, an Ecclesia, vel Prælatus reuocans teneatur emptori malæ fidei restituere pretium, quatenus ex eo facta est locupletior, negatiua. num. 515. Affirmatiua num. 518.

Ecclesia læsa enormiter in contractu petens restitutionem in integrum, restituit pretium Emptori, seu Conductori, vel sumptus per eum factos. ibidem.

Prælatus, seu Rector non rectè alienans tenetur de euictione Emptori, seu Conductori bonæ fidei, hicque contra alienantem eo mortuo, contra eius hæredes actionem habet ad pretij recuperationem, & refectionem interesse, & in eorum defectum contra Ecclesiam, quatenus est facta locupletior. num. 519. & 520.

Item Ecclesia pro recuperatione rei, & restitutione damni habet contra alienantem, & eius hæredes actionem, imò illi liberum est agere contra alienantem, vel possessorem. num. 520. fine.

Emptor malæ fidei an habeat pro euictione actionem contra eundem Prælatum, seu Rectorem malè alienantem, & eius hæredes pro recuperatione pretij, vbi Ecclesia ex eo non est facta locupletior. num. 520.

In reuocatione rei Ecclesiæ malè, & nulliter alienatæ, vel enormi læsione Emptor, seu Conductor bonæ fidei deducit impensas, & meliorationes necessarias factas in re. num. 521. Item impensas, & meliorationes vtiles ad perpetuam vtilitatem. num 522.

Non respicientes vtilitatem perpetuam non deducit. 533.

An possit vti retentione rei, donec ipsi satisfactum fuerit actuali solutione dictarum expensarum, & meliorationum, an vero sufficiat cautio de satisfaciendo, si melioramenta tempore reuocationis, & latæ sententiæ rei reuocatoriæ non sint liquida, vel non sit liquidus eorum valor. num. 522.

Solutio istorum melioramentorum necessariorum, & vtilium non debet fieri attento quanti valeant nunc melioramenta, sed quantum fuit expensum pro eis faciendis. n. 523.

Si Emptor, seu Conductor tantum de fructibus percepit, quod est sibi satisfactum de impensis, compensabit. ibidem.

Idem Emptor, vel Conductor bonæ fidei, & quilibet possessor bonæ fidei regulariter non deducit expensas, & meliorationes voluptuarias per modum æstimationis, potest tamen abradere, si potest sine fundi deterioratione. n. 524.

Potest tamen illas deducere per modum æstimationis si sint factæ in re venali, vel si Dominus aliàs erat facturus. ibid.

Item potest abradere, si tolli possunt; liberum tamen est Domino soluere æstimationem. ibidem.

Emptor, seu Conductor rei Ecclesiasticæ malè alienatæ, secundum aliquot nulla melioramenta deducit; iuxta communem opinionem deducit expensas factas in melioramentis necessariis, ad perpetuam vtilitatem. n. 525. Impensas factas in meliorationibus vtilibus non deducit per modum æstimationis, sed tantum abradere meliorationes potest, si tolli possunt sine detrimento primi status, & Dominus nolit dare quantum abrasa valerent. num. 526.

Impensas etiam voluptuarias perdit, si tolli non possunt sine rei detrimento. ibidem.

Malè alienans rem Ecclesiæ, & malè accipiens ad quid sibi inuicem teneantur in foro interiori, & exteriori; & ad quid teneantur erga Ecclesiam, cuius bona sunt alienata. n. 527. & 528.

Ecclesia læsa in contractu alienationis facto cum debitis solemnitatibus restituitur in integrum, sicut minor læsus in simili contractu. num. 529.

Eodem priuilegio restitutionis in integrum quæ alia pia loca gaudeant. ibidem.

Læsio ad effectum restitutionis, vel non restitutionis inspicitur de tempore contractus. num. 530.

Læsio in transactione de bonis Ecclesiæ consideratur habito respectu ad dubium litis euentum. ibidem.

Læsio enormissima in Prælato rem Ecclesiæ alienante fructus ad se spectantes non consideratur, quando restant tot bona, de quibus viuere possit. n. 531.

Ecclesia, minor, & quilibet alius petens restitutionem in integrum ratione læsionis, debet probare læsionem n. 532.

Sufficit autem, quod doceat summariè de læsione. ibidem.

Læsio an debeat esse enormissima, vel saltem enormis, an vero sufficiat modica, vt ea probata Ecclesia, vel minor debeat restitui. n. 533.

Quanam dici debeat læsio enormis respectu Ecclesiæ, vel minoris. n. 534.

Tempus Ecclesiæ, & minori concessum ad petendam restitutionem in integrum ex capite læsionis enormis est quadriennium, post quod non datur, restitutio neque aduersus ipsum quadriennium. num. 535.

Si læsio fuerit enormissima etiam post quadriennium admittitur petitio restitutionis in integrum. n. 536.

Quæ dicatur enormissima læsio. ibidem.

Ecclesia, & minor ob læsionem excedentem dimidium iusti pretij potest vti beneficio l. 2. Cod. de rescind. venditione, & etiam restitutionis in integrum. n. 537. & quid intersit inter vtrumque remedium n. 538.

Ecclesia, & minor petens restitutionem ratione læsionis obtenta restitutione; etiamsi in sentētia de hoc nihil fuerit dictū, debet restituere pretium, & quidquid habebat ab eo, cum quo contractus est celebratus. n. 539.

An id procedat tantum, vbi pretium versum sit in vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris, & à quo versio sit probanda. ibid.

Debent etiam restituere melioramenta, & quæ. n. 540.

Alienatione rei Ecclesiæ facta pro maiori pretio, quam res valeat, & sic cum notabili læsione Emptoris Prælatus potest restituere excessum pretij, non potest tamen alienatio ab Emptore rescindi. n. 541.

An coram iudice Ecclesiastico Ecclesia per contractum alienationis enormiter læsa possit aduersus laicū detentorē rei agere, vtēdo remedio Canon. ecintegrāda 3. q. 1. & petere restitutionem, & rescissionem contractus. n. 542.

Quādo Ecclesia aliquo speciali priuilegio iuuatur, in ea causa etiā cōtra laicū iudex Ecclesiasticus adiri potest. n. 543.

Laicus

Laicus ratione sacrilegij etiam ciuiliter potest cōueniri coram iudice Ecclesiastico. ibidem.

Bona Ecclesiæ, vel Clerici à laico iniustè detenta possunt peti coram iudice Ecclesiastico, si laicus non neget esse Ecclesiastica; & quid si neget. num. 544.

Vbi læsio Ecclesiæ est enormissima, etiam contra laicum iudex Ecclesiasticus est competens. num. 545.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum in alienantis consanguineos, vel affines facta, an, & quando præsumatur facta in fraudem, & cum læsione Ecclesiæ, & sit nec nè nulla, vel veniat rescindenda. num. 546. & 547.

Alienatio rei Ecclesiæ an præsumatur facta in fraudem, si Prælatus, vel Rector alienans reperiatur possidere post alienationem ipsam. num. 548. & seqq.

At etiam si contractus alienationis fiat per interpositam personam pro alio ementem, aut conducentem. num. 551.

§. X.

Explicantur plura de alienatione rerum Ecclesiæ ob defectum causæ, vel solemnitatis nulliter facta.

EXplicatis in præcedentibus requisitis ad alienationem rerum Ecclesiasticarum; per quos actus censeantur eædem res Ecclesiæ alienari; quæ bona Ecclesiastica comprehendantur sub prohibitione alienationis sine iusta causa, & debita solemnitate; & quibus in casibus prohibita, vel permissa sit alienatio absque solemnitate, & assensu Apostolico; cum alienatio earundem rerum absque iusta causa, vel absque solemnitate à iure vel in d. extrauaganti *Ambitiosæ* decretum irritans continente facta sit ipso iure nulla, vt *in præcedentibus num. 94. & 96.* & *tit. 3. num. 164.* probatum est; oportet explicare ea, quæ ex dicta nullitate consequuntur, respicientia tam Ecclesiam, cum bona malè alienata sint, quam alienantes, & ementes, seu conducentes.

Nullitas alienationis rei Ecclesiæ, seu defectus causæ, & euidentis vtilitatis, aut solemnitatis non potest ab alio, quàm ab Ecclesia allegari; & is, qui cum Ecclesia sic contraxit, cogitur stare alienationi, si ipsa velit: ista tamen declarantur pluribus modis.

496. Primo igitur nullitas alienationis, aut defectus solemnitatis regulariter non potest ab alio, quam ab Ecclesia allegari, vt suprà *tit. 3. n. 163.* & *hoc tit. n. 94. & 99.* & præter Doctores, & Rotam *locis cit* præsertim *d. num. 94.* tradunt Rota *decis.* 278. apud Seraphinum, & alios allegantes Quaranta *v.* alienatio *num. 34.* versic. *ad cuius opinionis*, & Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 9.* & *in collect. decis. p. 6. collect. 3054* versic. *vnde alienatio.* & versic. *& iste defectus.* Quare non potest regulariter allegari à tertio; vt Rota *d. decis.* 278. Riccius *loc. cit.* & alij ab eodem relati. Multò minùs ab Emptore, vel Conductore vt suprà *d. n. 99.* dictum est. ac proinde Emphyteuta, seu conductor rei Ecclesiæ ad euitandam pensionis solutionem non potest excipere requisita in alienatione defuisse; vt Rota, & Doctores suprà *d. n. 292. fine* allegati. Redoanus *q. 47. n. 5.* & *q. 58. fine*, & Doctores communiter, quos refert Riccius *d. resolut. 9. n. 2.* & *resolut. 116. n. 1.* Et ita non obstante nullitate si Ecclesia vellet stare alienationi sibi vtili absque legitima solēnitate factæ, impetrando assensum Apostolicum, seu adhibendo legitimam solemnitatem omissam, Emptor, seu Conductor non potest impugnare, vt suprà *allegato tit. 3. n. 163.* & *hoc tit. dictis numeris 94. & 99.* & *n. 343.* & tradunt Sarmiento, Redoanus, Rota, Quaranta, Gonzales, Borellos, Riccius *hoc numero*, & *locis præcitatis* allegati, & Garzias *de benefic. p. 2. cap. 1. n. 74.* & latè etiam Vincentius de Franchis *decis. 35. num. 4.*

497. Prædicta tamen intelliguntur primò post actum consummatū, nam ante actum alienationis consummatū potest opponi defectus solemnitatis, & nullitas etiam inuita Ecclesia, vt post Tiraquellum *de lege connub. glossa 8 n. 88.* Pinellum *in l. 1. p. 3. n. 32. Cod. de bonis maternis.* & Baldum *decis. 25.* Riccius *d. resolut. 9. num. 3.*

Intelligūtur secundo, si Ecclesia velit contractum sine 498.
solemnitate factum, ac proinde aliàs nullum, valere in totum, secus quando Ecclesia vellet pro parte valere, & pro parte dicere nullum, vt si locationem ad nouennium factam sine solemnitate, vellet valere solum quoad triennium, hoc enim non potest, vt colligitur ex traditis suprà *n. 337. & 340.* & à Couarruuia *2. var. cap. 16. n. 5.* & in his terminis tradit Riccius *d. resolut. 9. n. 4.* alios allegans, & addens ita fuisse dictum à Rota Romana *in Placentina decimarum 2. Iunij 1586. coram Bubalo.*

Intelliguntur tertio, dummodo Ecclesia post celebra- 499.
tionem, & consummatū contractum alienationis absque debita solemnitate, volens illi stare requisita ab eo, qui cum ea contraxit, procuret adhibere, & in effectu adhibeat debitas solemnitates, seu Papæ assensum ad contractum conualidandum, obtineat, ad id enim potest Emptor, seu Conductor eam cogere, ne perpetuò stet in suspenso, & Ecclesia semper in tuto, vt suprà *d. tit. 3. num. 188.* & *hoc tit. num. 344.* & tradunt Bartholus, Sarmiento, Gomez, Gonzalez, Garzias locis *d. n. 188.* citatis. Quaranta *v.* alienatio *num. 34.* versic. *ad cuius opinionis, &c.* & Vincentius de Franchis *d. decis. 35. eod num. 4. fine*, vbi alios allegat.

Intelliguntur quarto, quando alienatio malè, & nul- 500.
liter facta non est Ecclesiæ damnosa, secus si ex ea Ecclesia patitur damnum; tunc enim nullitatem allegare, & ad illius declarationem agere, & rem malè alienatam in damnum Ecclesiæ, reuocare cum fructibus potest non solum Ecclesia, cuius sunt bona malè alienata, vel is qui alienauit, sed etiam quilibet alius, & omnes possunt sine consensu, & sine mandato; & etiamsi non præcedat Prælati, vel Capituli negligentia. ita *Cap. si quis presbiterorum, de reb. Eccl. non alien.* ibidem Panormitanus *num. 8.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. q. 77. cap. 4. num. 10. & 12.* & *cap. 5. num. 10.* Puteus *decis. 431.* aliàs *441. num. 7.* Borellus *in sum. decis. to. 1. tit. 15. num. 64.* Marcus Ant. *var. lib. 1. resol. 38. num. 18.* Ciarlinus *controu. iuris cap. 105. num. 36.* Hugolinus *de potest. Episc. cap. 14. §. 5. num. 2.* versic. *postremo*, Aloysius Riccius *d. resolut. 9. num. 2.* addens ita fuisse resolutum à Rota Romana *in Oxonensi translationis pensionis 26. Octobris 1592. coram Mantica.* Hoc enim iudicium est publicum, & ad res Ecclesiæ malè alienatas, & in damnum Ecclesiæ competit actio popularis, cum omnibus intersit res Ecclesiæ conseruari, vt Redoanus *d. cap. 4. num. 12.* & *d. cap. 5. num. 10.* vbi autem est, seu datur actio popularis, quilibet agere potest *l. 1.* & per totum *tit. ff. de popularibus actionibus.* Et in hoc casu quilibet ad reuocandam rem alienatam in damnum Ecclesiæ potest agere siue contra alienantem, siue contra possessorem, vt Redoanus *d. cap. 5. num. 3.* Boërius *decis. 172. num. 37.* & Borellus *d. tit. 15. n. 65.* Ecclesia enim ad reposcendam rem alienatam cum fructibus agere potest & contra alienantem actione personali, si est soluendo, *can. monemus.* & *can. statuimus 12. q. 2.* & contra possessorem actione in rem *can. Augustino*, & *can. Apostolicæ eod. 12. q. 2.* & Redoanus *ibidem* & ex dicendis constabit. An vero iste agens agat & formet petitionem nomine suo, & in sua persona, an vero nomine Ecclesiæ, explicat Redoanus *d. cap. 5. eod. num. 12.* & dicit quod potest agere nomine suo, sed ad commodum Ecclesiæ, cum hæc actio, vt dictum est, sit popularis *ff. de popularibus actionibus per totum.* de hoc etiam agere Ioannem Baptistam Ferret *consil. 59. num 1.* refert Borellos *d. num 65.* Addendum hìc, quod res Ecclesiæ malè alienatas repetere potest iudex ex officio nemine pro Ecclesia comparente, vt Marcus Antoninus, & Ciarlinus *locis citatis.*

Ecclesia, quæ cecidit à possessione rei suæ ex contractu alienationis nullo ex defectu iustæ causæ, vel ex defectu solemnitatis competit remedium restitutorium, seu recuperandæ possessionis non obstante quod facto, & negligentia proprij Prælati possessionem amiserit, imò competit etiam remedium manutentionis seu retinendæ possessionis.

501. Secundò ad repetenda, & reuocanda bona Ecclesiæ, vel Monasterij, male alienata, & à quorum possessione cecidit ex contractu alienationis nullo ob defectum iustæ causæ, puta, necessitatis, vel euidentis vtilitatis, vel ob non seruatas solemnitates per Prælatum, vel Rectorem facto, eidem Ecclesiæ, vel Monasterio competit remedium possessionis eorundem bonorum restitutorium, quod remedium ei competit *ex can. reintegranda 3. q. 1.* & *cap. si quis presbiterorum de reb. Eccl. non alien.* vel ex conditione indebiti, iuxta *l. indebiti §. sed etsi nummi ff. de condit. indebiti*, vel ex conditione, seu actione tricaria iuxta *l. 1. & 2. ff. de conditione tricaria*, vel ex interdicto, *vnde vi*, vel ex officio iudicis, licet melius remedium sit illud *ex can. reintegranda.* ita Redoanus *q. 77. cap. 2.* & *cap. 5.* (vbi de remedio restitutorio ex *cap. si quis presbiterorum*) Verallus *decis.* 170. *num.* 4. & *decis.* 182. *p.* 3. (vbi, quod datur interdictum, *vnde vi* Ecclesiæ pro rebus malè alienatis per Prælatum) Borellus *d. tit.* 15. *num.* 63. Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 22. Ciarlinus *controu. iuris p.* 1. *cap.* 105. *num.* 31. 32. *& seq.* & *p.* 2. *cap.* 183. *num.* 24. & *in seqq.* & *antecedentibus* (vbi præsertim de remedio possessionis restitutorio ex *d. can. reintegranda*) Mænochius *de recuperand. remed.* 15. & alij communiter à Verallo *d. decis.* 170. Redoano *d. cap.* 5. Riccio, & Ciarlino allegati. Quamuis remedium *d. can. reintegrand.* & dicti interdicti, *vnde vi ad recuperandam possessionem amissam*, non competat illi, qui suo facto aut proprio contractu, vel culpa sua possessionem amisit, qui sibi imputare debet, ad tex. *sæpe de restitut. spoliat.* & ita post alios, & Doctores communiter tradunt Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 95. Augustinus Barbosa *collect. ad d. can. reintegranda num.* 7. Rota *decis.* 671. *num.* 3. apud Sergratiam, & Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 7. & *d. cap.* 183. *num.* 5. Nihilominus hoc procedit tantùm in rebus profanis laicorum, & quando contractus non est ipso iure nullus; secus vero si agatur de bonis Ecclesiæ per Prælatum, vel Rectorem malè alienatis, & contracto inutili, & inualido, semper enim Ecclesia restituitur ad possessionem, etsi Prælatus, vel Rector vel negligentia, vel facto proprio agendo Ecclesiæ possessionem amisit. ita Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 101. Verallus *locis citatis.* Rota *decis.* 1417. *num.* 3. apud Seraphinum *decis.* 755. *num.* 6. *p.* 2. *in recentioribus Farinacij. decis.* 881. *num.* 3. & 4. *in nouiter nouissimis eiusdem.* Marcus Antonio. *lib.* 1. *resol.* 38. *num.* 18. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 98. & *d. cap.* 183. *num.* 66. & plures relati à Verallo, Mænochio, & Ciarlino.

502. Rationem huius reddit Mænochius *d. num.* 101. quod Prælati factum Ecclesiæ non debet nocere, quam rationem etiam tangit Rota *d. decis.* 881. *num.* 3. Ciarlinus *iisdem numeris* 98. & 66. eam adfert quod quando quis cadit à possessione sua ex contractu nullo, & inualido dicitur cecidisse sine iusta causa, & sine facto suo, & ei competit remedium præfatum *can. reintegranda*, vt Verallus *decis.* 172. *num.* 7. *p.* 3. Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 138. *fine.* Stephanus Gratianus *to.* 2. *cap.* 318. *num.* 12. allegans Alexandrum *consil.* 1. *ad finem lib.* 1. & Crauetam *consil.* 248. *num.* 6. & plures alios allegans. Ciarlinus *d. cap.* 183. *num.* 29. & *d. cap.* 105. *num* 39. Verallus aliam, & veram rationem adducit, scilicet, quod non obstante alienatione inualida, & traditione rei ex eo contractu nullo secuta, & facta per Prælatum, adhuc Ecclesia ciuiliter possidet, cum enim Ecclesia verè possideat, non Prælatus, quia possessio est penes Ecclesiam, & Prælaturam non simpliciter penes Prælatum, Verallus *d. decis.* 170. *num.* 4. & alios allegans Rota *decis.* 327. *num.* 8. post Postium *de manutent.* eiusdem Ecclesiæ possessio ciuilis non potest amitti, vel interuerti per eius Prælatum, aut Rectorem malè distrahentem, ita præter Verallum *d. decis.* 170. *num.* 4. & 5. & 182. *num.* 8. & 9. Panormitanus *in cap. cum super, de causa possess. & proprietatis.* Rota *decis.* 227. & 542. *in antiquis*, *d. decis.* 881 *num.* 4. *in nouiter nouissimis Farinacij d. decis.* 1417. *num.* 4. apud Seraphinum, & post Ludou. Postium *d. decis.* 327. *num.* 3. & 5. item Postius *obseruat.* 57. *num.* 103. & alios allegans Ciarlinus *dicto cap.* 105. *num.* 27. & *d. cap.* 183. *num.* 22. Coràmne iudice Ecclesiastico etiam contra laicum Emptorem, seu possessorem Ecclesia, vel Prælatus nomine Ecclesiæ vti possit hoc remedio restitutorio explicatur infrà post *num.* 541.

Quod si dicatur etiam ex contractu nullo, dummodo non sit nullus ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis, aut alterius conditionis sequuta reali traditione rei possessionem transferri in acquirentem, vt proinde agenti non competat actio spolij, seu remedium possessorium. Rota *decis.* 276. *num.* 5. apud Puteum *lib.* 3. post Iasonem *in d. l. indebiti §. sed etsi nummi*, & Ruinum *consil.* 32. & *consil.* 137. *num.* 11. *vol.* 1. eadem Rota *d. decis.* 671. *num.* 2. apud Seraphinum, allegans *decis.* 329. apud Achillem de Grassis (& Rota *d. decis.* 671. loquitur in casu alienationis rei Monasterij per Monachos, seu fratres facta absque assensu Apostolico, & ideò solùm nullæ ex defectu solemnitatis, & dicit ex tali contractu nullo fuisse translatam possessionem in eos, qui acquisiuerunt, ac proinde addit Rota, quod Monasterio non competebat remedium recuperandæ, quia facto suo ceciderat à possessione) & latius alios allegans Stephanus Gratianus *to.* 2. *cap.* 317. *num.* 4. & 5. declarans id non procedere, quando in contractibus nullis, & inutilibus non interuenit actus facti, id est realis traditio, sed iuris tantum, vt sunt constitutum precarium, aut retentio vsusfructus, & quid simile; tunc enim ait verum esse non transferri dominium ex contractu nullo. Quando vero vltra actum iuris fuit deuentum ad actum facti; nempè ad realem traditionem possessionis, nullitas contractus, inquit, non impedit acquisitionem naturalis. 503.
Respondetur primo ex contractu nullo, & inualido non transferri in acquirentem possessionem, vt Alexander *cap. iuncta*, & Gratianus locis *num. præcedenti, initio* citatis. Quod præsertim procedit in alienatione rei Ecclesiæ absque solemnitate, seu assensu Apostolico propter decretum irritans positum in sæpe allegata extrauaganti *Ambitiosæ*, per quod impeditur in acquirente principium validæ acquisitionis bonorum alienatorum possessionis, quia illud decretum inficit titulum & possessionem, *cap. si eo tempore, fine, de elect. in* 6. & *cap.* 2. *de præbendis in* 6. Mendosius alios allegans *in reg.* 27. *Cancell. q.* 14. *n.* 2. Rota *decis.* 510. *num.* 5. *p.* 3. *diuersorum.* & *decis.* 215. *num.* 5. 15. 16. & 17. apud Postium *in tract. de manutent.* vbi etiam, inquit, quod propter hoc talis possessor rei malè alienatæ non potest vti aliquo ex remediis possessoriis, nec etiam in summariissima manutentionis, licet in eo non soleant admitti vllæ exceptiones. ita etiam Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 16. & *d. cap.* 183. *num.* 20. videatur *d. decis.* 215. vbi latissimè de hac re. Respondetur secundò, quod ex contractu etiam nullo transferatur possessio, vt non competat spolij actio, id non procedere in bonis Ecclesiæ malè, & nulliter alienatis; cum Ecclesia, quæ est illa, quæ possidet non solus Prælatus, non desinat habere possessionem ciuilem ob contractum sui Prælati nullum. vt Verallus, Panormitanus, Ciarlinus, & Rota Romana locis *numero præcedenti* allegatis, & præsertim latissimè Rota *d. decis.* 327. post Postium. Id autem limitatur, si Ecclesia, seu Monasterium, seu eius Prælatus fuisset negligens in recuperanda

peranda possessione naturali, & permisisset bona alienata ab occupante per decennium possideri, tunc enim Ecclesiam dici se habuisse pro spoliata, & tanto tempore amitti possessionem ciuilem post alios tradunt Mænochius *de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 64 num. 42.* (vbi inquit, quod vltra decennium non præsumitur ciuilis possessio) Postius *de manut. observat. 57. num. 105. & observat. 58. num. 11.* post eum Rota *d. decis. 427. num.*
504 *20. & decis. 300. num. 36* & Ciarlinus *d. cap. 105 num. 18.*

Ex quibus apparet, quod post decennium Ecclesiæ, einsue Prælato pro rebus malè alienatis non competat remedium *retinendæ possessionis*, seu interdictum, *vti possidetis*, sed remedium *possessionis restitutorium*, & *reintegranda*, vt Postius, Rota, & Ciarlinus *locis citatis*; tamen ante decennium elapsum ab occupatore bonorum malè alienatorum eidem Ecclesiæ, seu Monasterio, eiusue Prælato competit remedium *retinendæ*, & potest agere iudicio manutentionis seu petere manutentionem, quia verè possidet. Ita Rota *d. decis. 88. numero 3. & 4. in nouissimis Farinacij, & d. decis. 1417. numero 1.* apud Seraphinum *d. decis. 327. numero 2. & 15. & 220. numero 26. ad 30.* post Postium *de manut.* idem Postius *d. observat. 57. numero 102.* Ciarlinus *dict. cap. 05 numero 18. & dict. cap. 183 numero 23.* & alij apud Postium, & eundem Ciarlinum. Quare Rota *d. decis. 40. numero 10.* post Postium, post alios aduertit (& notat etiam *locis citatis* Ciarlinus) remedium, seu interdictum *retinendæ possessionis*, seu *vti possidetis*, habere duos effectus, alterum principalem, pro conseruatione ciuilis possessionis; alterum vero consecutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, & in hoc æquiparari interdicto *recuperandæ*.

Remedium restitutorium can. reintegranda 3. q. 1. quo Ecclesia potest recuperare res malè alienatas præscribitur spatio triginta annorum, vel quadraginta.

505 Porrò licet plures, quos allegant Mænochius *d. remed. 15. num. 42* & Rota *decis. 1360* apud Seraphinum, quæ est *deci. 761. in nouiter nouissimis Farinacij*, voluerint Ecclesiam pro recuperatione bonorum malè alienatorum posse semper vti præfato remedio restitutorio *d. can. reintegranda*, ita quod nullo tempore sit præscriptibile, ita ut eo non habeat locum præscriptio etiam quadraginta annorum; nihilominus magis communis sententia est, quod præscribatur spatio triginta, vel quadraginta annorum scilicet triginta annorum quoad priuatos, annorum quadraginta quoad Ecclesiam; nam licet in illo texto adsint verba illa; *Quacumque temporis conditione*, tamen ista perpetuitas debet intelligi inclusa spatio 30. vel 40 annorum, quia important qualitatem temporis, non præscriptionem, omnes enim actiones tàm iure ciuili, quàm canonico tolluntur præscriptione triginta, vel quadraginta annorum *l. sicut l. omnes Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum* : auth *quas actiones Cod. de sacros. Eccl. cap. ad aures, cap. illud. & cap. quia indicante de præscriptionibus. & can. placuit 1. & can. post quingentos 16. q. 3* ita in his terminis Mænochius *d. remed 15. num. 22. & 27.* Rota *d. decis. 1360 per totam, & decis. 330. num. 8.* post Postium *de manutent.* Stephanus Gratianus *discept. for. cap 2. num. 7 & seqq. & cap. 173. num. 1.* Augustinus Barbosa ad Decreta *collectan. ad d. can. reintegranda num. 16* Ciarlinus *d. cap. 183. num. 25.* & plures alij à Rota, Gratiano, Barbosa, & eodem Ciarlino relati. Quare Ecclesia potest pro male alienatis semper vti dicto remedio, nisi currat præscriptio triginta vel quadraginta annorum; hac autem præscriptione posita cessat tale remedium non obstante fauore Ecclesiæ.

Res Ecclesiæ malè, & in damnum eiusdem, & absque solemnitatibus alienatæ possunt præscribi præscriptione quadraginta annorum; & an contra talem præscriptionem Ecclesia adhuc detur in integram restitutio.

Si contra prædicta obijciatur, quod res Ecclesiæ malè, & in damnum Ecclesiæ, & absque solemnitatibus alienatæ non possint vllo temporis spatio præscribi iuxta constitutionem Pauli Quarti, de qua supra *num 186, fine*, in qua item Paulus Quartus omnes alienationes rerum Ecclesiasticarum in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus, aut alias nulliter factas, non solum declarat irritas; sed etiam decernit nulla temporis præscriptione illas validari posse. Respondetur ex dictis *eodem num. 186.* Pium IV. præfatam constitutionem Pauli reuocasse, & ad viam iuris communis reduxisse. Quare etiam hodie res Ecclesiæ præscribi spatio, seu præscriptione quadraginta annorum, nisi sint res Romanæ Ecclesiæ (nam tunc non quadraginta, sed centum annis præscriptio currit propter priuilegium, quod dicta Ecclesia habet) cum tale tempus quadraginta annorum sufficiat in præscribendis bonis Ecclesiasticis, Auth *quas actiones & ibi* Doctores communiter *Cod. de sacros. Eccles. & cap. ad aures, cap. ad aures, cap. cum ü nobis, cap. illud, & cap. quia*: vbi Canonistæ de præscriptionibus; ita præter Doctores, & Rotam *an. præcedenti* relatos Redoanus *de alien. rer. Eccles. q. 4. cap. 1. num. 15. & 14* Mænochius *d. re... 15. recuperanda num. 427.* Botelius *tit. 15. n. 76. & 77.* & alios allegans Riccius *p. 1. prax. aureæ resolut. 32.* & etiam allegat Treuisanum *decis. 8. & 58. p. 1.* & Rotam Romanam *in Auximana alienationis 13. Ianuarij 1581. coram Lista.* Intelligitur autem id, vt præscriptio huiusmodi non incipiat currere nisi post mortem Prælati, qui malè alienauit, & à tempore successoris, ita quod sib inceat tempus, quo Prælatus malè alienans vixit, ita Guido Papa *decis. 150.* Caualcanus *n. 59. p. 1.* Redoanus *d cap. 1. n. 6.* Panormitanus *in cap. non liceat n. 7. de præscriptionibus*, & post plures alios Botellus *d. n. 76.* & Riccius *d. resolut. 32. n. 2. & 3.* Addes *n. 6.* neque præscriptionem hàc currere post mortem illius, qui alienauit, nisi data scientia, & patientia cuius sit bet Rectoris, seu Prælati successoris, eoque maximè, vbi plures intra id tempus successissent, quam ait probandam ab eo, qui se fundat in dicta præscriptione ex Caualcano *decis. 46. n. 29. p. 1.*

An autem decursa præfata præscriptione quadraginta annorum adhuc intra quadriennium post dictum spatium quadraginta annorum Ecclesiæ contra eandem præscriptionem iam perfectam detur restitutio in integrum. Affirmant plures alios allegantes Afflictus *decis. 329.* vbi etiam Vrsillus, Caualcanus *d. decis. 45. n. 61.* Petrus Barbosa *de præscript. ad legem, sicut tertia n. 309. 315. & 321.* & Molina *de iust. tom. 2 d. sp. 80.* quam etiam restitutionem contra præscriptionem triginta annorum aiunt competere minori, & eosdem sequitur Riccius *d. resolut. 32. n. 5.* addens ita fuisse dictum à Rota Romana *in vna locationis bonorum 13. February 1591. coram Lancellotto.* & Afflictus, ac Vrsillus dicunt talem restitutionem minori, & Ecclesiæ versus completam præscriptionem concedi ex capite ignorantiæ; Molina vero tenet concedi, etsi nulla minoris, vel Ecclesiæ ignorantia interuenerit, neque impedimentum ad illam interrumpendam. Quamuis contrarium, & completa iam contra Ecclesiam præscriptione, ei non concedi in integrum restitutionem docuerint Glossa in *Clem. 1. de restitut. in integrum, & in cap. auditis de præscript.* & Socinus Senior *consil. 266. col. 10. versic ad secundum dico lib. 2.* quos refert, & sequitur Mænochius *d. remed 15. recuperanda num. 429.* & ita etiam sensit Redoanus *de alien. rer. Eccl. q. 78 cap. 3. num. 3.* & hæc sententia corroborari potest ea ratione, quod præscriptio à iure ciuili. & 506

Canonico inducta est ad tollendam litium immortalitatem, quam leges abhorrent *l. fin.* & *ibi* Glossa in verbo *finis ff. pro suo*, & Rota *d. decis* 1360. *num.* 4 apud Seraphinum: Pro hac sententia faciunt Doctores absolutè negantes post præscriptionem triginta, vel quadtaginta annorum completam dari restitutionem in integrum aduersus præscribentem, non obstante ignorantia etiam inculpabili eius, contra quem facta est præscriptio, quos Doctores latè refert Petrus Barbosa, *ad d. l. sicut tertia, num.* 310. *&* 320. qui ibi latè differit de eiusmodi restitutione à *num.* 306. *ad* 331. scilicet, an, & quando detur, quod debeat peti intra quadriennium, & à quo tempore incipiat hoc quadriennium currere.

Res Ecclesiasticas malè, & nulliter alienatas potest, & debet repetere, & reuocare, ac Ecclesiam in possessionem reducere non solum successor Prælatus, aut Rector, sed etiam Prælatus, seu Abbas, aut Rector, qui malè alienauit non obstante iuramento de non reuocando, nec reuocanti potest opponi illegitimitas natalium.

507. Cæterùm ex dictis *in præcedentibus* apertè colligitur bona Ecclesiæ, aut Monasterij malè, & nulliter alienata Prælatum, seu Rectorem Ecclesiæ, cuius bona sunt malè alienata, posse, & debere repetere nomine Ecclesiæ, seu Prælaturæ agendo tam in petitorio, quàm in possessorio nedum recuperandæ, sed etiam retinendæ, si nondum occupans illa per decennium possederit; idque posse, & debere non solum successorem Prælatum, sed etiam eum, qui malè alienauit; ac proinde nomine Ecclesiæ contrauenire, contractui, quem ipse fecit allegando propriam turpitudinem; & etiamsi ipsemet Prælatus, qui fecerit inutilem alienationem, habuerit se pro spoliato, quia verè possidet Ecclesia, & Monasterium, nec illius possessio amitti, & interuerti potest per suum Prælatum, Abbatem, aut Rectorem, vt *num.* 501. *&* 502. dictum est, textus est *in cap. si quis presbiterorum de reb. Eccl. non alien.* ibi: *nisi fortè alienator, & qui acceperit celeri restitutione sibi prospexerint*, scilicet, per repetitionem, vt Glossa ibi. ita Glossa. *d. v. prospexerint*, Panormitanus *ibidem num.* 12. & *in cap. cum super num.* 19. 20. *&* 21. *de causa possessionis.* Nauarrus *lib.* 1. *consil.* 20. *de rescript. edit.* 2. Redoanus *q.* 77. *cap.* 2. *num.* 9. *&* 10. *cap* 3. *num.* 10. *cap.* 4. *num.* 11. & *cap* 6. *num.* 1. Rota *decis.* 14. *num.* 3. *&* 5. 1. *p. diuersorum* (vbi quod Prælatus malè, & nulliter alienans repetit rem cum fructibus etiam quod alleget turpitudinem suam) *d. decis.* 170. & *d. decis.* 182. apud Verallum, *d. decis.* 881. *num.* 4. in nouiter nouissimis Farinacij, *d. decis* 1417 *num.* 3. apud Seraphinum, *d. decis.* 327. *n.* 2. 3. 15. *&* 19. & *d decis* 330. *num.* 27. post Postium *de manutent.* idem Postius *de obseruat.* 52. *num.* 102. Hugolinus *de pot. Episc. cap.* 4. §. 5. *num.* 2. Borellus *in summ. decis. tit.* 15. *num* 41. (vbi ait idem quod Rota *d. decis.* 14. *num.* 5. scilicet, quod alienans rem Ecclesiæ ipse illam reuocat, ac repetit vna cum fructibus non obstante, quod suam turpitudinem allegat, & refert etiam Magonum *decis. Flor* 91. *n.* 17.) Aloysius Riccius *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 3054. *versic.* Prælatus alienans, & *p.* 8. *collect.* 3712. *fine* Augustinus Barbosa *Collectaneo ad d. cap. si quis presbiterorum num.* 8. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 35. *&* 36. & *d. cap.* 183. *num.* 23. Paulus Layman *Theol. mor. tract.* 4. *cap* 10. *num.* 4. versic. *quod si rei.* Doctores qui allegantur *numero sequenti*, & plures alij relati à Rota *d. decis.* 330. *n.* 27. post Postium & à Ciarlino *locis cit.* licèt enim ordinariè non liceat contrauenire facto proprio, & allegare propriam turpitudinem, Mohedanus alios allegans *decis.* 9. *n.* 2. *de locato*, excipitur tamen, nisi id fiat ob causam necessariam ad animæ salutem, vel nomine Ecclesiæ, aut Reipublicæ vt Panormitanus, Nauarrus, & Layman in terminis, & indicant Rota, & alij præallegati. Potest etiam Prælatus, qui nulliter, & in damnum Ecclesiæ contraxit, nomine illius contrauenire, quia ipse vicem duarum personarum gerit. vt Rota *decis.* 1058. *num.* 6. apud Seraphinum. Neque in hoc casu Prælato, qui malè alienauit, reuocanti ab emptore malè alienatam obstabit regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vindicantem ff. de euictione*; quia dicta regula habet locum, quando quis agit nomine proprio ad propriam vtilitatem, & sic agit respectu, in quo conuentus de euictione; in præsenti autem casu, agit nomine alieno, scilicet, Ecclesiæ ad vtilitatem eiusdem, & sic tanquam alius, & per consequens diuerso respectu, & ita non habet locum dicta regula. Glossa *in d. cap. si quis presbiterorum fine*, ibidem Panormitanus *num.* 12. & Redoanus *dict. cap.* 6. *n.* 1.

Ampliatur, vt Prælatus, qui malè, & inutiliter bona 508. Ecclesiæ, vel Monasterij alienauit, possit repetere, ac proprio actui contrauenire etiamsi iuramento firmauerit, Glossa *in cap. peruenit de iureiur.* Panormitanus *ad d. cap. si quis presbiterorum d. num.* 12. … doanus *d. q.* 77. *cap.* 2. *num.* 10. Rota *d. decis.* 182. apud Verallum, *decis.* 3. apud Crescentium *de iureiur.* Magonus *decis. Flor.* 61. *num.* 17. Hugolinus *d. num.* 2. Borellus *d. tit.* 15. *num.* 53. Mandosius, Straticos, Mozzius, Garzias, & Riccius locis suprà *num.* 348. *&* 349. citatis. idem Riccius *d. collect.* 3054. versic. *amplia etiam* (vbi testatur ita dixisse etiam Rotam *in Papiensi bonorum* 20. *Maij* 1594. *coram Mellino*, & *in Vlisbonensi nullitatis locationis* 1. *Iuly* 1596. vbi fuit dictum quod si Prælatus promittit etiam cum iuramento rem Ecclesiæ locare ad longum tempus, non potest cogi ad locandum) Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap. si quis presbiterorum num.* 8. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 37. & *d. cap.* 183. *num.* 28. Gutierez *de iurament. confirm. p.* 1. *cap.* … *n.* 96. Caualcanus *de Tutore, & Curat. n.* 162. & plures alij à Barbosa *d. n.* 8. & Ciarlino *d. n.* 37. relati, & ratio est, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, vt suprà *d. n.* 349. dictum est. Quare Prælatus sic alienata reuocans non incurrit periurium, quod admittunt omnes, si ad Ecclesiæ commodum conetur ea recuperare. Quod si velit recuperare ad commodũ proprium eiusdem alienantis, tunc non esse audiendum tradunt Doctores suprà *d. num.* 348. citati, contra quos stat doctrina *d. num.* 344. tradita. & Rota *d. decis.* 14. *num.* 3. *&* 4. *p.* 1. *diuersorum*; vbi ait, quod res Ecclesiæ nulliter alienata potest repeti vnà cum fructibus *cap. nulli liceat*, & *cap. si quis presbiterorum de rebus Eccl. non alien.* quod, inquit, habet locum etiam in ipso alienante, vt *d. cap. si quis presbiterorum*, quæ iura cum indistinctè loquantur, comprehendunt etiam alienantem, ita quod licet ipse alienans nulliter passus sit bona remanere per aliquod tempus apud eum, cui alienauit, tunc patientia hæc alienantis, sibi non præiudicet in fructibus, sed adhuc illos cum re ipsa possit repetere, etsi hoc in commodum ipsius cedat. Et his non obstare, quod Prælatus sit Dominus fructuum, & possit de eis disponere, subdit eadem Rota obiectioni respondens, primo, quod hæc procedit, quando Prælatus simpliciter disponit de fructibus; secus quando consecutiuè alienando nulliter bona Ecclesiæ. Secundò respondet, hoc procedere solum, quando constaret clarè de consensu Prælati donantis, quem consensum non interuenisse in casu, de quo ibi, inquit Rota, quia Prælatus consenserat, quod is, cui bona alienauerat, perciperet fructus sub conditione, saluo beneplacito, quod cum non fuerit impetratum, cessat eius consensus. Imò addit Rota, quod Prælatus malè alienans, licet consenserit adhuc repetit rem cum fructibus, vt *d cap. si quis presbiterorum.* & tradunt Panormitanus, & alij tum *initio numeri* allegati, tum post *num sequentem* allegandi. Fructus autem cedunt in commodum ipsius alienantis reposcentis, nisi forte in pœnam condemnetur illos conuertere in vtilitatem Ecclesiæ. Solum ergo, quoad fructus perceptos non possit Prælatus alienator suo facto contrauenire, quando constaret de illis voluisse disponere vita sua durante; vt si locasset fructus tantum,

tantùm, & directè iuxta tradita suprà *num.* 353. (quo etiam pacto possunt forte intelligi Doctores suprà *n.* 348. relati) non vero quando locauit rem ipsam, & fructus solum consecutiuè, vt Rota *d. decis.* 14.

Aduertendum etiam, si ipsi Prælato, seu Rectori, vendicanti bona malè alienata opponatur illegitimè, & ex damnabili coitu natum, hoc non obstante admitti, cum sufficiat ei esse in possessione, seu quasi iuris administratione. ita Borellus *d. tit.* 15. *num.* 66. post Gamam *decis.* 16. *num.* 1.

In renouatione alienationis rei Ecclesiasticæ malè alienatæ an veniant restituendi eidem Ecclesiæ etiam fructus decursi.

Sed videamus an verum sit, quod in traditis *ante præcedentem numerum* dictum est, nempè in recuperatione rei Ecclesiæ malè, & nulliter ob defectum solemnitatis, vel iustæ causæ alienatæ veniant restituendi fructus percepti.

509. Et communis responsio est affirmatiua, Emptorem, qui rei Ecclesiæ nulliter alienatæ, vel alium, qui eam possederit, teneri vnà cum re etiam fructus perceptos restituere. ita *cap. non liceat* 12. *q.* 2. & *cap. si quis presbiterorum de reb. Eccles. non alien. l. iubemus* §. 1. *Cod. de sacros. Eccl.* Glossa fin. *in d. cap. non liceat.* Buttius, Panormitanus, & alij Canonistæ *in cap. si quis presbiterorum*, Baldus, & alij Iuris interpretes in *d.* §. 1. Redoanus *q.* 27. *cap.* 8. *n.* 1. Rebuffus *in compend. alien. n.* 103. Couarruuias 1. *var. c.* 3. *n.* 8. versic. *cæterum opinio præcedens*, Borellus *d. tit.* 15. *n.* 41. Augustinus Barbosa *collect. in d. cap. si quis presbiterorum n.* 13. Riccius *p.* 1. *praxis aurea decis.* 18. *n.* 1. & *decis.* 72. *n.* 9. Ciarlinus *d. cap.* 105. *n.* 140. & *d. cap.* 183. *n.* 88. Mar. Antonin. *resolut.* 7. *n.* 8. *lib.* 1. Grammaticus *decis.* 79. *n.* 9. Rota Romana *d. decis.* 14. *n.* 3. & 4. *p.* 1. *diuersorum*, & *in Placentina bonorum* 26. *Iulij.* 1585. *coram Blanchetto*, & *in Vlixbonensi nullitatis*, 3. *Iulij* 1596. *coram Pamphilio*, prout refert Riccius *d. resolut.* 18. & plures alij Iurisperiti à Barbosa, Riccio, & Ciarlino relati. Et ex Theologis Layman loco suprà *num.* 492. citato, Molina *de iustitia to.* 2. *disp.* 468. *num.* 15. Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica p.* 4. *num.* 15. & Vasquez *opusc. de redditibus cap.* 2. §. 2. *dub.* 15.

510. Cùm autem id intelligatur de Emptore rei Ecclesiæ malè, & nulliter alienatæ, qui emit, & possedit mala fide iuxta præallegatos Doctores, & alios communiter; tunc emens rem Ecclesiæ censetur, & præsumitur esse in mala fide, quando emit sine solemnitatibus requisitis contra dispositionem d. extrauagantis *Ambitiosæ*, Cap. *non liceat* 12. *q.* 2. & aliorum canonum: ita Redoanus *q.* 72. *c.* 5. *n.* 24. *cap.* 7. *n.* 3. & *ibid.* Additionator, & *cap.* 9. *n.* 4. Rota *d. decis.* 14. *num.* 1. *p.* 1. *diuersorum*, & *in Neapolitana fructuum.* 31. *May* 1606. apud Marches *tract. de commiss. p.* 1. *cap.* 2. *decis.* 7. *n.* 1 Francus *decis.* 35. *n.* 1. 2. & 3. Borellus *d. tit.* 15. *n.* 45. Ciarlinus *d. c.* 105. *d. num.* 93. & Riccius *d. resolut.* 72. Quod maximè procedit quando Emptor est persona, cui non licet ignorare. vt Redoanus *d. c.* 5. *n.* 24. limitat ergo Carueta *de antiq. temp. p.* 4. *in* §. *materia n.* 9. præsumptionem malæ fidei in contrahente sine solemnitatibus in re Ecclesiæ, vel minoris non habere locum in eo, qui rudis erat, & vtiliter contraxit cum pupillo, vel Ecclesia, tunc enim hæc iuris ignorantia, inquit, non nocet etiam quoad præsumptionem. Quam limitationem non approbat Additionator ad Redoanum post *d. cap.* 7. dicens esse contra communem Doctorum.

511. Quod si constaret, seu probaretur emptorem non sciuisse ius prohibens, & annullans alienationem sine solemnitate debita, sed omnino ignorasse; an iste error iuris sufficiat ad inducendam bonam fidem, & acquisitionem fructuum perceptorum ante motam litem; ita vt non teneretur Emptor, seu possessor sic errans in iure eos restituere vnà cum re. Videtur affirmandum propter doctrinam, quod possessor ex contractu nullo, & titulo inualido errans in iure facit fructus suos, & ex huiusmodi errore iuris oritur bona fides sufficiens ad hunc effectum acquirendi fructus; quam doctrinam post alios tradunt Couarruuias *d. lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 8 *init.* Mænochius *d. remed.* 15. *recuperandæ num.* 630. *cum seqq.* Addition. ad Redoanum *q.* 72. *post cap.* 7. & latissimè Rota Romana. *decis.* 320. *per totam p.* 2. *in recentioribus Farinacij* vbi *num.* 2. & 3. quod ad excusandum possessorem à restitutione fructuum sufficit qualis qualis occasio possidendi, etiamsi titulus sit inualidus, & contrahentes errauerint in iure; & quod bona fides potest causari ex iniustis, & temerariis titulis, & quod bona fides deducta ex errore iuris licèt non sufficiat ad præscriptionem dominij, tamen ad acquisitionem fructuum sufficit; Et tandem quod quamuis ex titulo inualido (qualis est contractus à parte rei nullus cum ignorantia nullitatis) non inducatur bona fides positiua, quæ est exclusiua omnis ignorantiæ facti, & iuris, non tamen causatur mala, quod sufficit, ne possessor dicatur in dolo, cum inter bonam, & malam fidem detur medium. ita Rota. Addit tamen Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 632. quod iste iuris error à præscribente possessore probari debet, & quod est admodum difficilis probationis.

Verùm in hac specie Emptoris, & possessoris rei Ecclesiæ malè & nulliter alienatæ errorem iuris etiam probatum excusare à restitutione fructuum à die contractus perceptorum tenent Rebuffus, Couarruuias, & Augustinus Barbosa locis suprà *num.* 509. relatis. Redoanus *d. q.* 77. *cap.* 8 *num.* 9. & 12. Riccius *d. resolut.* 18 *num.* 2. Rota Romana *in d. Placentina bonorum*, Felinus, Alexander, Grammaticus, & alij à Riccio relati. & Calderinus relatus à Redoano *d. num.* 9 Et ratio est, quia ius in *d. cap. si quis presbiterorum de reb. Eccl. non alien.* & *d. can. non liceat.* 12. *q.* 2. generaliter loquitur, & indistinctè dicit fructus rei Ecclesiæ malè alienatæ restituendos esse. Additur alia ratio, quod iuris error non excusat à restitutione fructuum possessorem, cum ius illi resistit omnino prohibendo, & irritando vniuersaliter contractum. vt Mænoch. *d. remed.* 15. *num.* 635. Rota *d. decis.* 320. *num.* 4. Riccius *d. resolut.* 18. *num.* 2. Bartholus *in l. sed si lege* §. *scire ff. de petit. hæred.* plures alij à Mænochio, & Riccio relati, & Doctores communiter, vt testatur Rota *d. num.* 4. Imo in hoc casu, cum Emptor, & possessor rei Ecclesiasticæ malè, & nulliter alienatæ careat titulo iusto possidendi, & titulus habeatur pro non titulo, cum contractus fuerit omnino nullus, vt Redoanus *d. q.* 77. *cap.* 8. *num.* 3. & Riccius *d. resolut.* 72. *num.* 3. & 4. tenetur restituere non tantum fructus perceptos, sed etiam percipiendos, seu quos percipere potuit, prout tenetur quilibet possessor malè fidei. ita Redoanus *d. num.* 3. & 4. alios allegans Riccius *d. decis.* 772. *num.* 4. & facit Capycius *decis.* 93. *num.* 10. vbi dicit quod malæfidei possessor tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt regulariter, licet non teneatur de fructibus, qui percipi potuerunt ex melioramentis, sed solum de perceptis. 512.

Error autem facti excusaret à restitutione fructuum perceptorum ante motam litem, puta si Emptor, & possessor rei Ecclesiasticæ malè & nulliter alienatæ ob defectum debitæ solemnitatis existimasset in contractu alienationis interuenisse assensum Apostolicum, & debitas solemnitates, cum tamen non interuenerint, quia videlicet Prælatus, seu alienator alioqui vir legalis, & fide dignus asseruisset beneplacitum Apostolicum impetratum, & cætera requisita ad alienationem legitimam fuisse præmissa. ita Rota *d. decis.* 14. *num.* 2. & *d. decis.* 320. *num.* 5. & 6. & post Angelum, Panormitanum, Felinum & alios Couarruuias *d. cap.* 3. *num.* 8. versic. *Potest etiam*, Riccius *d. resolut.* 18. *num.* 3. Barbosa *d. collect. eodem num.* 13. Hoc igitur casu non deberetur nisi à die motæ litis, post enim litem contestatam possessor tam errans in iure (dato quod error iuris) quam errans in facto, non excusatur, vt 513.

faciat

faciat fructus suos, Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 638. Barbosa *loco citato.* Riccius *d. resolut.* 18. *num.* 3. & *d. resolut.* 71. *num.* 8. & fuit dictum *in d. Vlixbonensi locationis*, vt testantur Riccius *d. num.* 3. & Augustinus Barbosa *d. num.* 13. Intelligitur tamen, vt excusetur à restitutione fructuum perceptorum ante motam litem, si iam sint consumpti, & non sit factus locupletior; secùs si ex consumptis fructibus idem emptor, & possessor factus esset locupletior, iuxta regulam, seu communem opinionem de possessore bonæ fidei rei alienæ. ita Couarruuias *d. cap.* 3. Vincentius de Franchis *decis.* 31. *num.* 1. & in his terminis Riccius *d. resolut.* 71. *num.* 16. Quoad fructus vero extantes tempore motæ litis, si illos iam spatio triennij bona fide tenuerit non tenetur illos restituere, quia sic vsucæpit, & legitimè præscripsit, vt Riccius *d. resolut.* 72. *num.* 12. post Bellameram *decis.* 412.

514. In casu quoque, quo res Ecclesiastica fuisset alienata legitimè, atque absque subreptione obtento assensu Apostolico, & adhibitis aliis à iure requisitis solemnitatibus, & post aliquem temporis cursum detegeretur alienatio inualida ob defectum iustæ causæ, scilicet constaret, & declararetur alienationem non fuisse in euidentem Ecclesiæ vtilitatem; possessor fructus perceptos ante litem motam super reuocatione alienationis, & consumptos bona fide; & ex quibus non esset factus locupletior, non teneretur restituere; cum tunc possedisset cum titulo, & bona fide; ita post Boërium *decis.* 18. *num.* 13. & Benintendum *decis.* 20. *per totam*, Riccius *d. decis.* 72. id comprobans quatuor rationibus apud eum videndis. id tamen limitat in fructibus extantibus tempore reuocationis alienationis, quos esse restituendos; nec quoad hos bonam fidem aliquid suffragari, tradit ex Afflicto *d. decis.* 178. Couarruuia *d. cap.* 3. & Ferretto *consil.* 215. *vol.* 1. & per textum expressum *in l. certum, Cod. de rei vendic.* Nisi iam spatio triennij bona fide possedisset, nam sic tunc vsucæpisset vt *num. præcedenti, fine* dictum est. Limitat etiam in fructibus lite pendente à tempore publicationis causæ perceptis, cum tunc incipiat mala fides *d. l. certum* Afflictus *decis.* 59 Rota Lucensis *decis.* 47. Limitat denique, vbi ex fructibus consumptis factus esset locupletior iuxta dicta *num. præcedenti*, & Doctores *ibidem* relatos. Dicit autem Vincentius de Franchis *d. decis.* 31. *num.* 2. *fine*, quod quis non dicitur factus locupletior si consumpserit pro se, vel familia sua, iuxta Iacobum *in l. si me, & Titium ff. si certum petatur.* Quod tamen puto intelligendum, si simul expensas ordinarias ex propriis bonis fecit; hoc enim pacto non esset factus locupletior, secus si bonis suis propriis insumi solitis pro se, & familia pepercisset; tunc enim verè factus esset locupletior. Vt communiter tradunt Doctores de possessione bonæ fidei.

515. Cæterùm non obstantibus traditis *num.* 505. non desinam aduertere, quod in casu, quo res Ecclesiæ, seu Monasterij alienata & absque assensu Apostolico, & aliis solemnitatibus à iure requisitis; alienatio cessisset in euidentem, & notoriam vtilitatem Ecclesiæ, emptor, seu possessor etiam si nouisset solemnitates præfatas non fuisse in alienatione adhibitas, & alioqui easdem solemnitates requiri à iure, in foro conscientiæ non teneretur restituere fructus perceptos, sed faceret suos, donec res alienata per Ecclesiam reuocaretur restituto pretio, vel lis super recuperatione contestata esset vt tradunt Sarmiento, & alij Doctores relati suprà *tit.* 3. *num.* 57. Nauarrus, Redoanus, Riccius, & Azorius locis *eod. tit.* 3. *num.* 164. citatis. Imò cum sit opinio probabilis, quod assensus Apostolicus, non sit necessarius in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quando alienatio euidentissimè, & notoriè est in Ecclesiæ vtilitatem. vt *d. tit.* 3. *num.* 161. & *hoc tit. num.* 97. Emptor, & possessor rei Ecclesiæ sic alienatæ in notoriam Ecclesiæ vtilitatem, neque in foro externo teneretur, seu debet cogi restituere fructus perceptos ante rei reuocationem, seu litem contestatam; Nam probabilis opinio tribuit titulum, vt latè explicatum est *tomo primo horum variorum moralium* §. 15. & constituit in bona fide, seu efficit possessorem bonæ fidei vt *d.* §. 15. *num.* 339. & *eodem to.* §. 40. *num.* 1838. 1839. 1840. & 1894. & §. 41. *à num.* 1983. vnde etiam opinionem probabilem excusare succumbentem in lite ab expensis litis tradit post alios Mænochius *de arbitr. casu* 177. *num.* 6.

Aduertendum etiam, quod vbi emptor tenetur restituere fructus perceptos, poterit retinere ex ipsis fructibus impensas ab eo factas pro illis colligendis, vt etiam notauit Cænedo ad Decretales *p.* 2. *collect.* 71. *num.* 4. *fine*, quia expensæ, quæ sunt factæ gratia fructuum, minuunt fructus; vnde appellatione fructuum veniunt in hac materia fructus deductis expensis, Glossa *in cap. ad nostram* 1. *de iureiur.* ibidem Felinus *num.* 4 Redoanus *d. q.* 77. *d. cap.* 8. Couarruuias *d. lib.* 1. *var. alleg. cap.* 3. *num.* 3. alios allegans Cænedo *d. collect.* 71. *num.* 5. & Redoanus *q.* 71. *cap.* 1. *num.* 18. vbi quod impensæ factæ pro fructibus colligendis, & conseruandis debent solui etiam prædonibus. 516.

In reuocatione rei Ecclesiæ, vel Monasterij malè alienatæ, an pretium Emptori sit restituendum.

Vtrùm verò cùm Ecclesia, aut eius Prælatus reuocat rem malè alienatam ex contractu nullo ob defectum assensus Apostolici, vel etiam causæ iustæ teneatur Ecclesia Emptori pretium acceptum restituere; ita vt Emptor contra ipsam pro pretio exbursato rei retentione vti possit solet distingui inter Emptorem, qui fuit in mala fide, & Emptorem, qui fuit in bona fide: igitur, si Emptor fuit in mala fide, eum in pœnam suæ culpæ non recuperare pretium, neque ab Ecclesia, neque à Prælato, qui malè alienauit, aut ab eius hæredibus, & Ecclesiam illud retinere tanquam pœnam legalem tradunt per textum *in l. iubemus, & in auth. qui res Cod. de sacros. Eccl.* Panormitanus *in d. cap. si quis presbiterorum num.* 13. & *in cap. ad audientiam num.* 4. Rebuffus *in compend. alienationis num.* 110. & 115. Borellus *in sum. decis. tit.* 15. *num.* 71. Petrus Barbosa *de præscript. ad l.* 1. *num.* 141. 145. & plures alij, quos referunt Redoanus *q.* 77. *cap.* 5. *num.* 19. 20. 21. 22. & 23. Borellus *d. num.* 71. Cænedo ad Decretales *p.* 2. *collect.* 71. *num.* 3. & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. si quis presbiterorum num.* 9. & in hanc sententiam videtur inclinare Redoanus de rigore iuris loquendo: Dicunt tamen quod poterit repetere à Prælato alienante, si is ei promiserit euictionem, & sit soluendo, & eo mortuo ab eius hæredibus; si vero non sit soluendo, quia alienans sit Monachus, seu Religiosus, tunc omninò amittit pretium. Si verò emptor fuit in bona fide, tunc eum repetere pretium à Prælato alienatore, & eo mortuo ab eius hæredibus, & si Prælatus, vel eius hæredes non sint soluendo, repetere posse ab Ecclesia tenent Glossa *in d. cap. ad audientiam*, ibidem Panormitanus *d. num.* 4. & *in d. cap. si quis presbiterorum num.* 13. Redoanus *d. cap* 5. *num.* 20. Rota *decis.* 14. *num.* 6. 3. *p. diuersorum.* Vincentius de Franchis *decis.* 296. *num.* 4. Petrus Barbosa *ad legem secundam num.* 140. & plures quos refert, & sequitur Borellus *d. tit.* 15. *num.* 67. & *tribus seqq.* Intelligitur tamen, vt in defectum alienatoris, & eius hæredum Ecclesia teneatur pretium restituere, si ex eo facta est locupletior, & quatenus facta est locupletior, ita iidem Doctores, Glossa, Panormitanus, Redoanus, Borellus, Petrus Barbosa, & alij præcitati, & 517.

citati

citati à Redoano *d. num.* 10. & Botello *d. tit.* 15. *num.* 70. Resolutio sit

518. Primò, vbi Ecclesia, seu Prælatus nomine Ecclesiæ auocet rem alienatam ex contractu nullo ob defectum solemnitatis, vel assensus Apostolici, vel iustæ causæ, per eandem Ecclesiam, seu Prælatum etiam Emptori, qui sciuit alienationem esse nullam, & illi ius resistere; ac proinde fuit malæ fidei emptor, debet restitui pretium, quatenus Ecclesia facta est locupletior. ita Sarmiento, & alij Doctores allegati suprà *tit.* 1. *n.* 57. 58. *&* 164. Rota *decis.* 301. *num.* 1. *in nouiter nouissimis Farinacij.* Hieronymus Porteles *de consortibus cap.* 15. *num.* 11. Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 68. *num.* 6. & latiùs *resolut.* 99. *numero* 1. Augustinus Barbosa *collectaneo ad dictum caput si quis presbiterorum numero* 9. Hugolinus *de potestate Episcop. cap.* 14. §. 5. *num.* 2. *fine*, Azeuedus, & Grassius relati à Riccio *d. resolut.* 99. *num.* 6. versic. *tandem.* Angelus *v.* alienatio *num.* 14. Vasquez *opusc. de reddit. cap.* 2. §. 2. *dub.* 15. & quod saltem de æquitate licet non de rigore etiam Emptori malæ fidei debeat per Ecclesiam, vel Prælatum reuocantem rem malè alienatam restitui pretium in Ecclesiæ vtilitatem conuersum, seu quatenus Ecclesia facta est locupletior, tradit post alios Redoanus *d. q.* 77. *cap.* 5. *num.* 4. Probat autem Rota *d. num.* 1. quia non est æquum Ecclesiam cum aliena iactura locupletari *l. iure naturæ ff. de reg. iuris*, & *cap. locupletari eod. tit.* & cum Ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiudicare *cap. per tuas de donat.* Præterea minor rem non ritè alienatam vendiens tenetur ad pretij restitutionem, quatenus in eius vtilitatem fuit conuersum, & ipse locupletior factus *l. prædiorum Cod. de prædiis minorum*, & Sarmiento, & alij Doctores *d. tit.* 3. *num.* 57. *&* 58. citati; sed Ecclesia in huiusmodi reuocatione vtitur minoris iure. Glossa *in cap. auditis de in integ. restit.* & Riccius *d. resolut.* 99. *num.* 3. post Baldum, Alexandrum, & Mænochium. item vbi Ecclesia fuit enormiter læsa in contractu venditionis, vel locationis, & petit restitutionem in integrum, restituit Emptori, vel conductori pretium, vel sumptus per eum factos *cap.* 1. *de restitut. in integr.* & *infrà* etiam probatur. Ex quo colligitur Ecclesiam teneri ad restitutionem pretij quando locupletior est facta. Et si obiiciatur textus *in l. si mancipium Cod. de rei vendicat.* vbi vendicanti rem propriam necessitas offerendi pretium non incumbit. Respondet Riccius *d. resolut.* 99. *fine*, quod ibi arctatur textus tantummodo ad oblationem, non autem ad realem executionem iuxta Caroccium *lib.* 3. *concl.* 20.

519. Secundò Prælatus, seu Rector non ritè alienans res Ecclesiæ tenetur de euictione Emptori, vel Conductori bonæ fidei, ita quod Emptor, & conductor bonæ fidei habet actionem contra alienatorem, & locatorem *can. Vulterane* ibi; *sit Emptoribus ad eum recursus.* Imola *in d. c. ro. si quis Presbiterorum n.* 26. ibidem Panormitanus *fine*, Redoanus *d q.* 77. *cap.* 5. *num.* 18. *& cap.* 6. per totum præsertim *num.* 10. Botellus *d. tit.* 15. *num.* 68. Augustinus Barbosa *collect. ad cap. si quis presbiterorum num.* 15. Riccius *p.* 1. *praxis aurea resolut.* 17. *num.* 1. Vasquez *opusc. de reddit. cap.* 2. §. 2. *dub.* 15. Hostiensis, Aleiatus, Berous, Federicus de Senis, Benintendus, Guido Papa, Felinus à Botello, & Riccio relati, & alij relati à Redoano: & Riccius addit ita etiam fuisse resolutum *in Placentina euictionis* 5. *Maij* 1589. & 1. *Aprilis* 1590. *coram Platto*, & *in Firmana bonorum* 16. *Ianuarij* 1585. *coram Lanæ.* Si autem Prælatus alienator sit mortuus, Emptor, vel Conductor bonæ fidei habet actionem contra eius hæredes *l.* 1. *Cod. vt actio hæred. & contra hæred.* Panormitanus *in d. cap. ad audientiam de reb. Eccl. non alien.* Imola *in d. cap. si quis presbiterorum num.* 13. *de reb. Eccl. non alien.* Franciscus Aretinus *consil.* 113. Redoanus *d. cap.* 5. & *d. cap.* 6. Nauarrus *de alien. rer. Eccl. num.* 24. Botellus *d. tit.* 15. *num.* 69. Riccius *d. resolut.* 17. *num.* 2. Rota *d. decis.* 14. *num.* 6. *p.* 1. *diuersorum.* & addit Riccius, ita fuisse per eandem Rotam Romanam resolutum in *d. Placentina euictionis* & colligitur ex textu *in cap. fin. de iniuriis*, quatenus probat eum qui damnum, vel causam damni dat, teneri ad restitutionem. Ampliatur vt Emptori, & Conductori bonæ fidei non solum ad pretium exbursatum, sed etiam ad damna, & interesse teneatur malè alienans, vel eius hæres, Innocentius, Imola, Hostiensis *in cap. si quis presbiterorum*, Berous ibidem *num.* 49. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. si quis presbiterorum num.* 15. *de reb. Eccl. non alien.* Riccius *d. resolut.* 17. *num.* 3. dicens etiam ita fuisse resolutum per Rotam Romanam *in d. Placentina*, & adest textus *in l. venditor*, & *in l. si cum creditor in fine*, & *in l. euicta* 2. *ff. de euict.* Quoties autem Prælatus alienator, vel eius hæres non est soluendo Ecclesia quatenus facta est locupletior, & non aliter tenetur restituere eidem Emptori, aut Conductori bonæ fidei. *Auth. qui rei Cod. de sacros. Eccl.* ibidem Glossa, Bartholus, & alij Scribentes, Panormitanus & alij suprà *num.* 517. relati, Redoanus *d. cap.* 5. Craueta *consil.* 272. *num.* 19. & alij, quos refert, & sequitur Botellus *d. tit.* 15. *num.* 70. Aduertit autem Imola *d. num.* 26. & post eum Redoanus. Quod alij præter Prælatum alienantem consentientes, & subscribentes non tenentur de euictione, sed subiacent aliis pœnis, de quibus *in can. non liceat* 12. *q.* 2. & *in l. iubemus Cod. de sacros. Eccl.* Quemadmodum autem Emptor, vel Conductor bonæ fidei habet actionem contra alienatorem, qui non ritè alienauit, ita & multo magis habet Ecclesia pro recuperatione rei malè alienatæ, & fructuum decursorum, ac pro refectione damni, quod passa sit, præsertim si ab Emptore, vel conductore non posset rem recuperare ob eius potentiam, vel fructus, & interesse, eo quod non esset soluendo; id quod etiam constat ex dictis suprà *num.* 497. & tradunt Redoanus, Boërius, & Botellus locis *d. num* 500. citatis, & etiam Ciarlinus *d. cap.* 105. *num.* 26. qui indistinctè docent liberum esse Ecclesiæ ad recuperandas res suas iniustè, & malè alienatas cum fructibus decursis agere contra alienatorem, vel contra possessorem, idque per textus *d. num.* 500. relatos.

Quoad Emptorem verò malæ fidei ipsum non habere pro euictione actionem contra Prælatum, vel Rectorem malè alienantem, nisi vendens, vel alienans de euictione expressè promiserit, tenent per textum *in l. si fundum sciens Cod. de euict.* Glossa *in d. can. Vulterane*, Butrius *in d. cap. si quis presbiterorum de reb. Eccl. non alien.* Panormitanus *ibidem num.* 13. & *in d. cap. ad audientiam eod. tit.* Gofr. & Laurentius de Rodulphis *in d. can. Vulterana*, & alij relati à Redoano *d. cap.* 5. & *d. cap.* 6. & idem videntur tenere Rebuffus, Botellus locis suprà *num.* 517. citatis, & Doctores alij, quos Botellus *eodem loco* citat. ita etiam Petrus Barbosa *de præscript. ad d. legem secundam num.* 146. sibi enim debet imputare si sciens minus rectè emit; & ita si Ecclesia ex pretio exbursato non est effecta locupletior, Emptor restituet rem non recuperando vllo modo pretium. At non desunt plures alij, & graues Doctores, qui asserunt etiamsi Emptor scienter emerit rem Ecclesiæ malè alienatam, & consequenter sit emptor malæ fidei, eum habere pro euictione actionem contra Prælatum alienantem, licèt is expressè non promiserit de euictione ad pretium recuperandum. ita Glossa Ioan. *in can. hoc ius porrectum* versic. *qui vero rei iam dictas*, Hostiensis *in d. cap. ad audientiam de reb. Eccl. non alien.* Imola *in d. cap. si quis presbiterorum num.* 25. Bertachinus *in tract. de Episc.* 4. *p. q.* 42. *num.* 116. alios allegans; Redoanus *d. cap.* 6. *num.* 11. & Imola refert ita tenuisse Innocentium, & etiam Glossam *d. cap. si quis presbiterorum*, cum ibi absolutè & absque distinctione Emptoris bonæ, vel malæ fidei, dicat quod alienans rem non seruata solemnitate, si habet bona propria, vnde posset satisfacere Emptori de pretio, 520.

pretio, tunc tenetur de euictione, quæ verba etiam refert Redoanus *d.q.77.cap.5.num.26.* Quare iuxta eosdem Doctores (vt notat Redoanus *d. cap. 6. num. 2. & 11.*) quod in hoc casu emptori malæ fidei contra male alienantem competat actio ad repetendum pretium, est speciale in odium ipsorum malæ alienantium, vt sint segniores in alienando, per id, quod habetur *in §. si quis igitur auth. de non alien.* licèt regulariter sit secus, vt probatur *in d.l. si fundum sciens, Cod. de euictione.* Dicunt autem Imola *loco citato*, & post eum Redoanus, quod Emptor iste malæ fidei habebit tantum contra malè alienantem actionem ad pretium recuperandum, non vero ad aliud interesse; sicut in simili (inquiunt) est speciale *in l. si Emptor Cod. communia de leg.* vbi Emptor etiam malæ fidei agit ad pretium recuperandum contra venditorem, non tamen potest agere ad aliud interesse. Et si Prælatus, seu Administrator, qui malè alienauit, adhoc habeat pretium apud se, neque illud consumpsit in vtilitatem Ecclesiæ, tunc illum teneri illud restituere etiam Emptori malæ fidei tradit etiam Petrus Barbosa, vbi *suprà num. 149* nè aliàs ex sua malitia commodum reportet contra *reg. l. sine hæreditaria ff. de negotiis gestis.*

In reuocatione rei Ecclesiæ non ritè alienatæ, an Emptor, seu Conductor deducat melioramenta in re à se facta; vbi quæ melioramenta; & qua ratione deducat rei alienæ possessor tam bonæ, quam malæ fidei.

521. Vtrùm etiam, cum per Ecclesiam, vel Prælatum reuocatur res Ecclesiæ malè alienata, Emptori, seu Conductori debeantur melioramenta, seu expensæ factæ circa rem meliorandam. Si Emptor fuit in bona fide, quia v. g. in contractu adfuit assensus Apostolicus, & interuenerunt reliquæ solemnitates, & etiam existimauit esse iustam causam alienationis: vel si de facto assensus, & solemnitas non interuenit, ipse existimauit interuenisse, habens iustum motiuum ita credendi; quia Prælatus, vel Regiosi alienantes asseruerunt impetratum assensum Apostolicum, & & nihil deesse tàm ex parte solemnitatis, quàm ex parte causæ, & postea tractu temporis reperiatur Ecclesia notabiliter læsa, vel contractum fuisse nullum ob defectum solemnitatis, in hoc casu conueniunt Doctores Emptori, vel Conductori tunc deberi expensas factas in melioramentis necessariis (quæ scilicet si facta non forent, res erat aut peritura, aut deterior futura, vt sunt vetera ædificia reficere, aggeres facere, flumina auertere, vites in locum demortuarum substituere, & similia, quæ enumerantur *in l. 1. & 2. & l. impensæ necessariæ ff. de impens. in reb. dot. fact.*) ita Felinus *in cap. cum causa numero 28.* versic. *sumptus ff. de sent. & re iudicat.* Redoanus *q. 72. cap. 7.* Rota Romana *decis.* 1490. *numero* 12. apud Seraphinum. & Riccius *1. p. praxis aureæ resolut. 63. num. 1.* & est communis sententia, quod possessor ab initio bonæ fidei recuperat impensas, & meliorationes necessarias, quæ sunt ad perpetuam rei vtilitatem; & non solum colligendorum fructuum causa factæ, vt Mænochius *remed. 15. recuperandæ num. 501. & 546.* Redoanus *q. 72. num. 19. 21. & 24.* Marescottus *var. lib. 2. cap. 109. num. 2. & seqq.* alij relati à Mænochio, & cæteri communiter, & constat ex textu *in l. qua ratione, in principio. ff. de acquiren. rerum dominio*; & *in §. certè illud, instit. de rer. diuisione.*

522. Non solùm autem impensas, & meliorationes necessarias, sed etiam vtiles (sunt autem vtiles, quæ rem meliorem faciunt, & deteriorem esse non sinunt, & ex quibus redditus acquiruntur, vt nouum ædificium facere in fundo, adiungere pistrinum, vel horreum, pastinatio, scilicet, plantatio arbusti, seu arboris, ne ruat terra in futuris annis, plantatio arborum cum vitibus, & similia, vt Mænochius *d. remed. 15. num. 517.* Redoanus *d. q. 72. cap 1. num. 16.*) idem Emptor, seu conductor bonæ fidei ab initio in restitutione rei malè, vel cum læsione Ecclesiæ alienatæ deducit. ita Felinus, Rota locis *num. præcedenti* relatis. Redoanus *d. q. 72. cap. 7. num. 1.* Ludouicus Ioseph *decis. Perusinæ 34. num. 6. & 17.* & Riccius *d. resolut. 63. num. 1.* Hos enim sumptus factos in melioramenta vtilia perpetuam vtilitatem respicientia deducit quilibet possessor bonæ fidei ab initio possessionis, & illa recuperat exceptione doli mali vt *l. in fundo. & l. sumptus ff. de rei vindicatione*; Mænochius *d. remed. 15. num. 517. 518. & 546.* Redoanus *d. q. 72. cap. 1. num. 24.* versic. *aut impendit*, Bartholus, Bellonus, Boërius à Mænochio relati, & latè Ludouicus Ioseph *decis. Perusinæ cap. 4. num. 6. 14. & seqq.* & *d. decis. 34.* & Marescottus *var. lib. 2. cap. 110. per totum.* Imò huiusmodi possessorem bonæ fidei posse vti retentione rei donec ipsi satisfactum fuerit actuali solutione dictarum expensarum vtilium, seu factarum in meliotamenta vtilia, per textum *in l. etsi in area ff. de condit. indebit. l. qua ratione §. litera ff. de acquir. rer. domin. l. in rebus §. possunt ff. commodati & l. penult. ff. de doli exceptione*, tradunt Berous *consil. 78. num. 61.* Boërius *decis. 44. num. 7.* Capycius *decis. 17.* Negusantius *de pignor. in 4. memb. 5. p. princip. num. 8. & 9.* Ludouicus Ioseph *d. decis. 24. num. 7. & d. decis. 34. num. 6. & 10.* Vincentius de Franchis *decis. 112. num. 12. & decis. 456. num. 3.* Marescottus de huiusmodi retentione latè agens *lib. 2. var. cap. 112.* Aloysius Riccius *d. resolut. 63. num. 3. & 4.* (vbi ait etiam ita fuisse pluries in Rota Romana resolutum) & alij, quos Negusantius, Ludouicus Ioseph, & Riccius allegant. Hoc autem Rota Romana *d. decis. 1490. nu. 11.* apud Seraphinum, & latissimè *decis. 461.* aliàs 471. apud Puteum, declarat procedere quando meliramenta sunt liquida, & etiam liquidatus est valor eorum; secus autem si meliotamenta sint illiquida, vel non est liquidus eorum valor; tunc enim dicit quod possessor non vtitur retentione, donec meliotamenta fuerint soluta, sed quod præstita cautione executio sententiæ quoad reuocationem rei, & possessionem fieri debet; & iura præallegata, quæ dant retentionem pro meliotamentis, intelliguntur, cum liquet, & de meliotamentis, & de eorum valore; & quod dicta iura non dicunt, quod data cautione non debeat fieri restitutio. videantur de hac re plura in *d. decis.* Contrarium tamen tenuit Ludouicus Ioseph *d. decis. 24. num. 26.* dicens etiamsi melioramenta nondum ante sententiam sint liquidata, non esse sententiandum, vel sententiam non esse executioni mandandam per immissionem in possessionem; nisi prius refectis melioramentis; nisi hoc fiat de consensu partium. Vincentius etiam de Franchis *d. decis. 112. num. 16.* dicit, quod in sacro Consilio Neap. ad finem impediendi, vel non impediendi executionem sententiæ, quando factæ sunt meliorationes in re, ad cuius relaxationem quis est condemnatus, seruatur, quod si meliorationes sunt deductæ ante sententiam, indistinctè impeditur ipsius executio, donec cum effectu fuerit facta solutio pretij ipsarum: Sin autem opponitur de eis post sententiam; fit exequutio sententiæ cum fideiussione. Marescottus autem *d. cap. 112. num. 12.* alios allegans dicit dari retentionem, etiamsi impensæ sint allegatæ post sententiam ante executionem; & *num. 21.* cum Mænochio, Rota, & aliis ait id procedere etiamsi

etiamsi offeratur cautio de soluendis meliorationibus, cum fuerint liquidatæ: id tamen limitat, si in differendo exequutionem sententiæ subsit aliquod periculum; tunc enim ait esse admittendam cautionem.

523. Notat autem Felinus *in d. cap. cum causa d. num.* 28. *de sent. & re indic.* & post eum Redoanus, quod solutio istorum melioramentorum necessariorum, vel vtilium non debet fieri attento quanti valeant nunc melioramenta, sed quantum fuit expensum pro eis faciendis, & ita etiam loquuntur iura allegata, nempè textus *in d. l. in fundo.* & *l. sumptus.* & etiam alij Doctores præallegati, & cæteri de hac re agentes: dicunt enim solum impensas factas in melioramentis esse debitas Emptori bonæ fidei, & si tantum de fructibus perceperit, quod est sibi satisfactum de impensis, seu sumptibus, & laboribus, compensabit. Vt Felinus, & Redoanus *locis citatis* & alij. Quod etiam æstimatio melioramentorum sit facienda inspecto tempore, quo melioramenta facta fuerunt, non verò inspecto tempore, seu iuxta valorem currentem tempore restitutionis tradunt plures alij Iurisperiti quos latè refert Marescottus *var. lib.* 2. *cap.* 114. *num.* 3. licet contrarium, & tempus restitutionis fore attendendum tradant alij quos *num.* 4. refert idem Marescottus; qui etiam *num.* 6. 7. & 8. aliis allegatis tenet æstimationem faciendam inspecto tempore, quo facta sunt, & sic tantum soluendum, quantum fuit impensum, quando melioramentorum valor crescit, quod si tempore restitutionis melioramenta minus valent, quam fuit impensum, tunc ait æstimationem faciendam inspecto tempore restitutionis. Plura de hac æstimatione idem Marescottus *d. cap.* 114. videndus.

Aduertendum quoque meliorationes & expensas necessarias, vel vtiles, quæ non respiciunt vtilitatem perpetuam, vt quæ tantum fiunt causa colligendorum fructuum, & propterea commodum tantum impendentis respiciunt, non deducit possessor bonæ fidei cum titulo vero, vel sine titulo vero. ita post alios Mænochius *d. remed.* 15. *recuperandæ num.* 515. Ludouicus Ioseph *d. decis.* 24. *num.* 12. & Redoanus *d. q.* 72. *cap.* 1. *num.* 19.

524. Porro cùm præter meliorationes necessarias, & vtiles, dentur etiam meliorationes voluptuariæ, scilicet, illæ, quæ speciem dumtaxat ornant, non autem fructus augent; veluti sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, lotícationes, & picturæ *l. impensæ de verbor. significat.* ibidem Glossa, & Redoanus *d. cap.* 1. *num.* 16. Possessor bonæ fidei siue cum titulo, siue sine titulo has meliorationes, seu impensas voluptuarias à se factas non deducit per modum æstimationis; sed solum potest tollere, seu auferre, & abradere, si potest, aliàs non. ita constat ex *d. l. in fundo*, §. *consuimus ff. de rei vindic.* & tradunt Rota *d. cap.* 1. *num.* 24. versic. *si autem impensæ.* & alios allegantes Mænochius *d. remed.* 15. *recuper. num.* 530. & 546. Marescottus *lib.* 2. *var. cap.* 111. Declaratur tamen id non procedere, si impensæ, seu meliorationes sint factæ in re venali, scilicet, quam Dominus vendere destinauit, quia eo casu, vt impensæ vtiles repetuntur, cum vtiles censeantur, & sic Dominus soluit æstimationem. *l. quod si* §. *ea ff. de impens. in reb. dot. factis*, Redoanus *loco citato.* Marescottus *d. cap.* 11. *num.* 6. & cum aliis Mænochius *d. num.* 533. & 534. qui *num.* 532. cum aliis dicit soluendam esse etiam æstimationem, quando Dominus easdem impensas voluptuarias aliàs fuisset facturus *d. l. fundo*, & idem tradit Marescottus *d. cap.* 111. *num.* 5. & *n.* 531. dicit non posse dictas meliorationes tolli, & abradi, quando Dominus illarum æstimationem offert, *d. l. in fundo* §. *consuimus*, quod repetit Marescottus *num.* 2. Aliæ declarationes videantur apud eundem Mænochium *num.* 536. & 538. Et prædicta quoad melioramenta rei Ecclesiæ facta ab Emptore, vel conductore bonæ fidei ab initio.

Si autem Emptor, vel conductor rei Ecclesiæ, quæ 525.
iustè ab eo reuocatur ob nullitatem contractus ex defectu solemnitatis, vel iustæ causæ, vel ob Ecclesiæ læsionem fuit malæ fidei ab initio, quia absque solemnitate, & assensu Apostolico contraxit, vel nouit deesse iustam alienandi causam, seu alienationem esse Ecclesiæ damnosam, & in re sic empta, vel conducta melioramenta fecerit. Felinus *in d. cap. cum causa n.* 28. & Redoanus *d. q.* 72. *cap.* 7. absolutè, & indistinctè asserunt, eum perdere melioramenta, seu non posse deducere impensas factas circa melioramenta; nam inquiunt, sicut iste emptor malæ fidei, qui emit sine solemnitatibus amittit pretium, ita etiam debet amittere melioramenta. Quare videntur velle, quod amittat etiam melioramenta necessaria, sine quibus res vel periisset, vel deterior esset futura.

Sed dicendum huiusmodi Emptorem, vel conductorem malè fidei posse, & debere recuperare impensas factas pro melioramentis necessariis ad perpetuam vtilitatem. ita Riccius *d. resolut.* 63. *num.* 7. vbi etiam refert Artaman. *decis.* 3. *de reb. Eccl. non alien.* & absque dubio voluit Rota Romana *d. decis.* 1490. *num.* 11. apud Seraphinum, cùm *ibi* agatur de reuocatione locationis rei Ecclesiæ inualidæ ea defectu solemnitatis, & causæ iustæ. Ratio autem est primo, quia vniuersaliter etiam possessor ob initio malæ fidei, & sine titulo recuperat, seu deducit impensas factas in melioramentis necessariis *l. domum ff. de rei vendic.* & *l. planè ff. de petit. hered.* & tradunt Bartholus *in d. l. domum*, & *in d. l. in fundo.* & alibi, Redoanus *d. q.* 72. *cap.* 1. *num.* 24. versic. *aut impendit.* & alios allegantes Ludouicus Ioseph *d. decis. Perusina* 24. *num.* 12. Mænochius, & Marescottus *d. cap.* 109. *num.* 15. Secundò quia nemo, & multò minus Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ locupletari debet cum aliena iactura, vt dictum est supra, & tradunt Doctores *ibidem* citati; & Ludouicus Ioseph *decis. Perusina* 34 *num.* 12. Tertiò, quia illi imputaretur, si hoc non faceret, vt Bartholus, & Mænochius *locis citatis.* An autem possessor malæ fidei recuperet, seu deducat huiusmodi impensas necessarias exceptione doli, & iure retentionis, vt competit possessori bonæ fidei iuxta tradita supra *num.* 522. Redoanus *loco citato* dicit recuperare implorando officium iudicis, non vero per medium exceptionis, vel retentionis; & ita Bartholus, & communiter Scribentes *in d. l. planè.* Quamuis Mænochius *d. num.* 543. cum Molineo sequitur sententiam Martini Glossatoriis antiqui, & etiam Marescottus *d. cap.* 112. alios allegans *num.* 9. & 15. asserat etiam possessori malæ fidei dari retentionem, addens ita quoque fuisse resolutum per Rotam Romanam *in Romana domus* 18. *Iunij coram Pamphilio.*

Impensas autem, seu meliorationes solum vtiles 526.
à se factas, vel ab alio nomine ipsius possessor malæ fidei regulariter non recuperat, seu deducit per modum æstimationis *d. l. domum.* Redoanus *loco citato*, cum aliis Mænochius *d. remed.* 15. *num.* 540. dicens contrarium sentire Bartholum *in d. l. in fundo num.* 11. Marescottus *var. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 41. & *duobus seqq.* de hoc latè agens & Riccius *d. resolut.* 63. *num.* 5. Potest tamen tollere meliorationes, si tolli, & auferri possunt sine læsione prioris status rei *d. l. domum in fine*, & *l.* 2. *in fine eod. tit. Cod. de rei vendic.* & tradunt Redoanus *loco citato*, & Mænochius *num.* 541. si non possunt tolli sine læsione, amittit omnino, & sibi impendenti imputetur *d. l. domum fine.* & Redoanus *loco citato.* Et vbi sine læsione tolli possunt, si Dominus offerat tantum, quantum abrasæ valerent non potest tollere *d. l. in fundo* & Redoanus *loco citato.*

Impensas denique, seu meliorationes voluptarias, quas fecit possessor ab initio malæ fidei, non deducit, sed

perdit,si oon possunt fine rei detrimento; tollere autem potest, quæ fine detrimento tolli possunt *l.vtiles de petit. hereditatis.* Redoanus *d. q.72. cap. 1. num.* 24. versic. *si autem impensa.* Marescottus *d. cap.* 111. *num.* 7. *&* 8. & Mænocbius alios allegans *d. remed.* 15. *recuper. n.* 544. *&* 545. cùm enim non possit in re aliena facere impensas superuacnas, censetur donare, quando facit meliorationes inseparabiles à re; secus si detrahi possunt absque detrimento rei, vt Mænochius *d.n.*545.

Malè alienans rem Ecclesiæ, & malè accipient ad quid sibi inuicem teneantur in foro interiori, & ad quid teneantur erga Ecclesiam, cuius bona sunt malè alienata.

527. Ex traditis colligi potest, ad quid teneantur malè alienans res Ecclesiæ, & malè illas recipiens, de quo in terminis Nauarrus *in comment. de alien. rer. Eccl. n.*24. vbi sic proponit difficultatem: *An malè alienans rem Ecclesiæ teneatur restituere damnum ei, cui alienauit, vel è contra malè accipiens rem alienatam debeat soluere damnum alienanti, vel Ecclesiæ, cuius res est malè alienata.* Cui difficultati ipse *d.num.*24. *&* 25. (& responsionem etiam referunt, & approbant Rodriquez *qq. reg. to.*1. *q.* 27. *art.* 10. & Riceius 1. *p. praxis aurea resolut.* 131.) respondet aliter dicendum iuxta forum exterius, aliter iuxta forum interius, & quoad interius ait considerandum esse interdum solum alienantem peccare, & tunc eum solùm debere restituere damnum; & interdum vtrumque peccare, & vtrumque alteri debere restituere; Ecclesiam (quia ipsa non peccat, & delictum personæ illi nocere non debet *cap. delictum de reg. iuris n.*6. & *can. si Episcopum* 16. *q.* 6.) neutri nunquam teneri. *Quamuis* (addit) *suspicer frequenter in foro exteriori partes peccatrices excusare se ab onere restituendi dissimulando damnum Ecclesiarum, à quo valdè cauendum.* Quando igitur alienans, & accipiens excusantur à peccato, ait, excusari similiter à restitutione. Ad sciendum verò, quando à peccato excusantur, dicit considerandam esse qualitatem personarum, & negotiorum, & erroris, & ignorantiæ, an sit iuris, an facti; & qualis iuris, an Diuini, vel humanani, an clari, vel dubij; & qualis facti, an proprij, vel alieni; & an sint personæ, quas omnis ignorantia etiam iuris excusat, vt infans & furiosus; & an aliç, quas regulariter nulla ignorantia excusat; & an aliæ, quas aliqua excusat, aliqua non; de quibus Felinus *in cap. de quarta à num.*24. *ad* 31. *de prescript.* Quoad forum exterius respondet idem dicendum esse; si idem probetur in eo, quod in interiori; sed frequenter in exteriori iudicandum secundum præsumptiones allegatas, & probatas, quæ frequenter sunt contrariæ veritati, & consequenter contrarium esse tunc iudicandum in illo foro. ita Nauarrus.

528. Ex quibus, & ex traditis *in præcedentibus* patet, quoties alienans malè est in mala fide, quia sine solemnitate (quam sciebat, vel scire debebat requiri) vel absque iusta causa scienter, vel ignorantia culpabili ob non adhibitam debitam inquisitionem, alienauit, ipsum in vtroque foro teneri restituere damna accipienti bona fide, imò etiam accipienti mala fide iuxta tradita supra *n* 520. versic. *At non desunt.* Et in alienantem malè vix, aut raro potest cadere ignorantia excusans etiam in foro conscientiæ: Cum Prælati, Rectores Ecclesiarum; & Abbates, seu Præpositi Monasteriorum sint personæ doctæ, & quæ ex minore tenentur scire necessaria ad rectam sui officij executionem. Accipientem verò rem malè alienatam, etiamsi mala fide acceperit, puto non teneri ad aliquid dandum alienanti, qui culpabiliter, & scienter malè alienauit, debet enim sibi imputare. Quod vero ipse alienans teneatur erga accipientem etiam mala fide, est, quia alienans, & vendens tenetur Emptori de euictione; vt supra *n.* 519. *&* 520. dictum est. Si vero alienans fuit in bona fide, idque nouit accipiens, & simul teneret idem accipiens alienationem esse nullam, & reuocabilem per Ecclesiam ob defectum solemnitatis, vel iustæ causæ sibi notum: tunc cum eodem Nauarro dicendum eum teneri restituere damnum alienanti, si quod illi euenit, qui censetur dedisse causam damni; & ita tenetur ad restitutionem iuxta *d. cap. finale de iniuriis*; Erga Ecclesiam accipiens malè alienata cum damno Ecclesiæ, ex defectu causæ, & vtilitatis tenetur in foro conscientiæ reparare damnum ipsius Ecclesiæ, & rem, cum illam non possideat iusto titulo ex eo, quod alienatio ipso iure fuit nulla, restituere, nisi suppleat defectum causæ, & formæ debitæ omissæ; & similiter is qui malè alienauit tenetur in foro conscientiæ seruare indemnem Ecclesiam, & recuperare rem malè à se alienatam, vel procurare vt adhibeantur de nouo necessaria ad efficiendam alienationem validam: Quæ omnia constant ex supradictis, & tradunt Doctores communiter in *præcedentibus* allegati.

Ecclesia læsa in contractu alienationis bonorum Ecclesiasticorum celebrato cum assensu Apostolico, & interpositione decreti Commissariorum, an, & quando restituatur in integrum, qualis, & quanta debeat esse læsio, vt iure restitutionis in integrum vti possit, & qua ratione debeat pretium, & melioramenta restituere.

Ex traditis etiam *in præcedentibus* infertur, quid dicendum quoad reuocationem rei alienatæ cum assensu Apostolico, & decreto Commissariorum, & seruata debita solemnitate quando per talem alienationem Ecclesia remanet læsa, scilicet, talis alienatio non fuit vtilis, sed dãnosa Ecclesiæ. Quo casu licèt in dubio præsumatur vtilitas propter assensum Papæ, & decretum Commissariorum, vt ostensum est supra *n.*74. & 81. tamen potest contrarium probari, vt iisdem numeris probatum est, & tradunt Doctores *ibidem* citati: & probato defectu vtilitatis alienationem ipso facto esse nullam ob defectum iustæ causæ probatum etiam est supra *n* 94. & tradunt Doctores *ibidem* citati, licèt Glossa, & nonnulli alij Doctores *ibidem* citati teneãt esse validam, sed rescindendã. 529.

Igitur licèt contractus alienationis rei Ecclesiæ sit factus cum solemnitatibus in rei Ecclesiasticæ alienatione necessariis, si tamen Ecclesia est læsa, & alienatio ei non vtilis, sed damnosa; siue talis contractus à parte rei ob defectum iustæ causæ sit nullus, siue validus; Ecclesia restituitur in integrum, seu potest petere restitutionem in integrum, & consequenter rescissionem contractus, est textus clarus *in cap. ad nostram de reb. Eccl. non alien.* & *c.* 1. *de in integrum restitutione.* & ita contra Ruinum *consil.* 35. *n.*57. *lib.*1. tenentem (prout illum refert Marcus Antonius Genuensis *in practicab. Eccl. q.*126. *initio*) quod Ecclesia, si contraxit cum authoritate Papæ, & cum solemni expeditione illius conditionis *si in euidentem*, non admittitur amplius ad probandam læsionem, & consequẽter, nec ad restitutionem obtinendam, quæ non datur, vbi non probatur læsio *l. minoribus Cod. de in integ. restit.* tradunt Doctores communiter, tum Glossa, Couarruuias, Guido Papa, Mænochius, Rota, & alij supra *n.*94. tum relati suprà *n.* 501. & præter illos Panormitanus *in cap. constitutus n.*8. *de in integrum restitutione*, Caualcanus *decis.*45. *n.*61. *p.*1. Marcus Antonius Gennẽsis *d. q.*126. Augustinus Barbosa *collectanee ad cap. ad nostram*, alios allegans, Aloysius Riccius *in collect. decis. p.*6. *collect.* 2201. versic. *intellige nonò* & *collect.* 354 versic. *alienationis contractus*, Rota *decis.* 625. *n.*7. *&* 8. & *in Lunana de Cabitrano* 24. *Nouembris* 1570. *coram Lancellotto*; prout refert Riccius, & præter textum *in d. cap. ad nostram*, probatur etiam per textum *in l. si quidem Cod. de prædiis minorum.* Qui licet loquatur in minori; tamen minor, & Ecclesia in materia restitutionis in integrum çquiparantur; Ecclesiaque in restitutione consequenda vtitur minoris iure *d. c.* 1. *de restit. in integrum* Glossa *in c. auditis eodem tit.* Euerardus

cardus *loco de minori ad Ecclesiam*, & alios allegantes Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 99. num. 3.* & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. 1. de in integrum restitut. num 4.* vbi *num. 5.* quod eodem iure minoris vtuntur Hospitalia, & loca pia, quæ per Administratores gubernantur ex Tiraquello de causa pia *priuil. 138.* & Garzia *de benefic. p. 5. cap. 5. num. 602.* & aliis *ibidem* allegatis. Item capellæ *eodem num. 5. fine*, *ex* Cabad. *Lusit. decis. 52. num. 11. p. 2.* Item Confratriæ *ibi num. 6.* ex Gutierez *canon. qq. lib. 1. cap. 35. num. 14* & Mascardo *concl. 869 num. 10.* Item Respublica, Ciuitas, & Vniuersitas per *l. Rempublicam Cod. ex quib. caus. maior.* & *l. Rempublicam Cod. de iure Reip. lib. 11.* Item fiscus ex Peregrino *de iure fisci lib. 6. tit. 2. num. 10* & aliis. Item miserabiles personæ ex Baldo *consil. 465. vol. 1.* & Rebuff. ad leges Galliæ *tract. de senten. prouision. art. 3.* Glossa *vlt. versic. 10* Et denique studiosus, quem ex Rebuffo *de priuil. schol. priuil. 119.* dicit posse petere restitutionem in integrum si eo in studio existente res sua fuerit præscripta; & quod beneficium restitutionis in integrum competat Confraternitatibus, & quibusque locis, quæ opera pia exercent, & Ciuitatibus, & vniuersitatibus post alios tradit etiam Stephanus Gratianus *to. 3. cap. 481. num. 27.* & *cap. 517. num. 2* & *tomo 4. cap. 601. num. 41.*

530. Læsio autem inspicitur tempore contractus, non autem si post contractum res ab Ecclesia alienata diligentia acquirentis, vel alio casu inopinato facta est fertilior, & multum frugifera, constat ex traditis supra *n. 101. & seqq.* & in his terminis tradunt Guido Papa *decis. 157.* Rota *decis. 18. n. 4. p. 2. diuersorum*, & Borellus *in sum decis. tit. 15. n. 72.* Et similiter si res ab Ecclesia accepta tempore contractus erat euidenter vtilis hoc sufficit, vt Ecclesia non dicatur læsa, licet postea aliquo casu fortuito facta sit notabiliter deterior, vt constat ex traditis suprà *n. 105.* item læsio in transactione de bonis Ecclesiæ non considerati habito respectu ad rei valorem, sed ad dubium litis euentum. Afflictus *decis. 220. num. 2.* Gabriel *concl. 1. num. 68. tit. de Emphyt. & vend.* & Rota *d. decis 625. n. 6. & 7. in recentioribus Farinacij.* & Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 26 tit 9. num. 13.*

531. Læsionem etiam enormissimam non considerari in alienante rem Ecclesiæ, quando restant tot bona, de quibus viuere possit tradunt Rota Romana apud Verallum *decis. 151. p. 2.* ex Socino *consil. 269. num. 24. vol. 2.* & dicit ita quoque fuisse tentum *in Bracharen. Parochialis de Paeos 3. Iunij 1552. coram Augustino*, Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. glossa 21. num. 21.* & idem notauit Borellus *d. tit. 15. num 73.* Quæ tamen decisio solum potest procedere, quando læsio tendit tantum in damnum Prælati, seu Rectoris alienantis, scilicet, quia locasset ad longum tempus fructus dignitatis, seu beneficij ad se spectantes multo minori pretio, quam valerent.

532. Porro Ecclesia petens ob læsionem restitui, debet ipsa probare se læsam, alioqui non restituitur ex hoc capite læsionis. ita Panormitanus *in d. cap. 1. in 26. nota. de in integrum restitutione*, Mascardus *de probat. concl. 1279. n. 5.* Marcus Antonius Genuensis *d. q. 126.* Stephanus Gratianus *to. 3. cap. 439. n. 44.* & *to. 4. cap. 762. n. 13. & 15. cap. 738. n. 74.* Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. 1. n. 14. de in integrum restitut.* & *collect. ad d. cap. ad nostram n. 4. de reb. Eccl. non alien.* & alij à Mascardo, Gratiano *d. n. 74.* & eodem Barbosa relati, & alij supra *n. 71.* citati. Quemadmodum etiam minori, & cuicunque petenti restitutionem in integrum ratione læsionis incumbit onus probandi eandem læsionem, vt Doctores communiter, quos latè refert, & sequitur Mascardus *d. concl. 1279. n. 1. 2. & 3.* Cum læsio non præsumatur, nisi probetur *l. verum §. sciendum ff. de minoribus*; & in Ecclesia petente restitutionem probat tum textus *in d. cap. 1.* vbi vt Ecclesia obtineat restitutionem duo requiruntur; *& quod Ecclesia fuerit læsa, & quod manifestè appareat detrimentum*: tum textus *in d. cap ad nostram*, vbi dicitur, quod Monasterium restituitur, quando apparet (hoc enim importat verbum *inueneritis* ibidem positum) enorme dispendium incurrisse. Prædicta enim verba, non important, quod talis læsio debeat esse notoria, sed quod per testes vel alia legitima documenta probetur, vt Mascardus *concl. 162. n. 8.* sufficere autem, quod doceat summariè de læsione in limine ipsius restitutionis obtinendæ; attento quod post illam obtentam est plenè docendum de læsione, notat Stephanus Gratianus *d. n. 44.* post Bellameram *decis. 38. ante finem*, & Felinum *in cap. cum super n. 16. post medium*, versic. *dixit etiam de re iudic.*

Non sufficit vero ad huiusmodi restitutionem, vt probetur qualiscunque læsio modica, vel etiam grauis, sed requiritur enormissima, vel saltem enormis læsio probetur; ita colligitur *ex d. cap. 1. de in integrum restitutione*, ibi; *detrimentum, scilicet magnum interpretatur ibidem Glossa* & *ex d. cap. ad nostram*, ibi *enorme dispendium.* & tradunt Glossa *in d. cap 1.* verbo *detrimentum*, Panormitanus ibidem *in 2. notabili*, Bartholus *in l. Scio per textum ibi ff. de in integ. restitut.* Couaruuias *lib. 1. var. cap. 3. n. 11.* Mascardus *d. concl. 1062. n. 7* Rota Romana *d. decis. 625. n. 7.* & alij relati à Rota, & communiter Doctores. Sicut etiam vt minor læsus ex contractu restituatur, requiri læsionem enormem per textum *in d. l. Scio*, esse communem opinionem testatur Couaruuias *d. num. 11. initio*, & Iurisperitos ita sentientes latè refert Mascardus *d. concl. 1062. n. 5.* & alios plures etiam cumulat Augustinus Barbosa *collect. ad d. c. 1. de in integ. restit. n. 14.* Quamuis contrarium & pro modica læsione dari minori restitutionem in integrum voluerint plures alij, quos referunt Mascardus *d. concl. 1062. n. 6.* Augustinus Barbosa *loco citato* & Couaruuias *d. cap. 3. n. 11. paulo post initium*, qui nititur concordare has discrepantes sententias; dicens læsionem modicam dupliciter dici posse; vno modo respectu maioris, vel enormis, quæ minori contingere poterat in eadem re; altero modo secundum se, & vt est damnosa minori: Dicit ergo quod potest esse, & dici læsio modica respectu maioris, & enormis; quæ tamen respectu minoris considerata sit grauis, & enormis, vt in contractu mille aureorum læsio quæ contingit in quinquaginta aureis, est modica, si comparetur læsioni, quæ poterat in quadringenta accidere; tamen secundum se seorsim, & quatenus est damnosa minori, grauis est, & enormis ipsi minori. Dicit ergo Couaruuias Doctores posterioris sententiæ loqui de modica læsione considerata respectu maioris, quæ tamen separatim considerata, & vt est damnosa boni & discreti viri, seu iudicis arbitrio est, seu iudicatur grauis, vel enormis minori, vel Ecclesiæ, ac proinde restitutione digna, & hanc Couaruuiæ doctrinam refert, & approbat etiam Mænochius *de arbitr. casu 75.* 533.

Itaque quænam dici debeat læsio enormis respectu Ecclesiæ contrahentis, licet aliqui dixerint censeri talem si in centesima parte lædatur per textum in *cap. Apostolica de donat.* vbi Panormitanus dicens tamen centesimam non afferre læsionem enormem nisi aliæ circunstantiæ concurrant; alij censeri læsionem enormem in tertia parte, vt idem Panormitanus *in cap. Quintavallis n. 33. de in integ. restit.* alij dixerunt esse enormem læsionem, si duos excedat, vt si res valet viginti, vendatur pro decem & septem. vt Ioannes Andreas in *addit. ad Specular. tit. de restitut. in integ. §. 1.* versic. *& sciat probari.* Nihilominus cum non sit in iure cautum aliquid de hac re, verius est iudicis discreti arbitrio relinqui definiendum. ita Couaruuias *d. n. 11.* versic. *Ego sanè*, & versic *secundo.* Mascardus *d. concl. 1062. n. 10.* Stephanus Gratianus *to... cap. 148. n. 18.* Giorba *decis. 110. n. 3. & 4.* Mænochius *de arbitr. casu 74. num. 4.* dicens esse magis communem, & receptam sententiam Doctorum. Certum tamen est enormem læsionem, ob quam Ecclesia, aut minor potest petere restitutionem in integrum, censeri si sit magna, licèt 534.

dimidium iusti pretij non excedat, vt etiam in terminis Panotmitanus *in cap. cum dilecti, de emptionibus.* & *ibi* Burgensis *n.* 42. *&* 44. & hos referens Couarruuias *d. cap.* 3. *n.* 11. & alios etiam referens Giurba *d. decis.* 110. *num.* 5.

535. Tempus autem Ecclesiæ, sient & minoti concessum ad petendam in integrum restitutionem ex capite enormis læsionis est quadtiennium *cap.* 1. *de in integ. restit.* & *l. vltima Cod. de temp. in integ. restit. petenda.* Couarruuias *d. cap.* 3. *num.* 9. Mascardus *d. concl.* 1062. *num.* 8. Stephanus Gtatianus *to.* 1. *cap.* 601. *num.* 28. 29. *&* 30. alij mox allegandi, & Doctotes communiter. Quod quadriennium debet esse vtile à ptincipio, scilicet, data scientia læsionis, ita quod non curtit ignotanti, vt post alios Caualcanus *decis.* 45. *num.* 61. *p.* 1. Mænocbius *remed.* 15. *recuperandæ num.* 115. Gtatianus *num.* 49. Riccius 1. *p. praxis aurea in annot. post decis.* 130. versic. *Ecclesia si est læsa.* & Barbosa *d. collectaneo ad d. cap.* 1. *de in integ. restit. num.* 15. Neque etiam incipit currete nisi à die mortis Rectoris Ecclesiæ, qui fecit cootractum læsiuum. ita post alios Caualcanus *d. num.* 61. Riccius *loco citato* & Stephanus Gratianus *d. cap.* 601. *num.* 48. qui à *dicto n.* 28. *ad* 44. cum aliis probat, qiod post dictum quadtieonium lapsum Ecclesia, non potest amplius petere testitutionem in integrum; imò quod Ecclesia, & similia loco pia, Ciuitates, & Vniuersitates non solum non restituuntur vltra tempus ptædictum quadtiennij; sed neque etiam possunt restitui ad restitutionem petendam aduersus lapsum huius quadriennij. ita Gratianus *d. cap.* 61. *n.* 41. post Felinum *in cap.* 1. *n* 11. *de præscript.* Oddum, Peregrinom, & Giurbam aliàs res in infinitum traheretut; ita qiod qui contraxisset cum Ecclesia, vel aliis locis piis, & vniuersitatibus, vel cum eis, aliquod negotium gessisset, nec ipse, nec hæredes possent vllam securitatem habere, cum similia loca ounquam moriantur, in quorum etiam præiudicium hoc redundaret, nam cum eis nullus conttaheret; & hoc est verum, & omninò tenendum, stante tantum enormi læsione.

536. Quod si læsio Ecclesiæ fuerit enormissima, tunc etiam post quadtiennium potest Ecclesia, & etiam minor petere restitutionem in integtum. ita Glossa *in cap.* 1. *v. admittenda de in integ. restit. in* 6. Couatruuias *d. cap.* 3. *n.* 10. *& seqq.* Gonxalez *ad reg.* 8. *Cancell. glossa* 21. *n.* 21. Stephanus Gratianus *d. cap.* 148. *n.* 19. & *d. cap.* 601. *n.* 45. Augustinus Barbosa *d. collect. n.* 16. & alij plures à Couarruuia, & aliis præcitatis allegati. Quanta autem, & qualis debeat esse Ecclesiæ læsio, vt dicatur enormissima ad hoc, vt post quadriennium detur testitutio, Couatruuias *d. cap.* 3. *n.* 11. versic. *secundo*, dicit in genere, & in vniuersum non posse taxari certam quantitatem, ac proinde Iudicis arbittio definiendum. Gonxales veto post plutes alios dicit, vt læsio dicatur enormissima ad ptædictum effectum restitutionis post quadtiennium, esse habendum respectum ad totum patrimonium, & non solam rem. de qua agitur, idque dixisse plures alios, quos refert Giurba *d. decis.* 110. *n.* 3. sed forte loquuotur Gonzalez, & alij quando agitur solum de præiudicio Prælati alienantis iuxta tradita suprà *n.* 531. Ad ipsum Gonxalez recurrat lector.

537. Data, seu stante etiam læsione Ecclesiæ, vel minoris excedenre dimidiam iusti pretij; licet Ecclesia rem sic alienatam ab Emptore consequi possit beneficio *l.* 2. *Cod. de rescindenda vendit.* Glossa *in d. cap.* 1. verbo *redire de in integrum restitutione.* & Couarruuias *d. cap.* 3. *num.* 11. versic. *Tertiò.* Nihilominus in tali casu quoque potest ad rem cum tanta læsione alienatam consequendam vti iure restitutionis in integrum, vt idem Couarruuias *d. versic. Tertio.*

538. Id verò intetest, quando agitur temedio *d. l. secundæ*, & quando agitur iure restitutionis in integrum; quod Reus conuentus actione *d. l.* 2. habet electionem ad supplendum pretium, vel ad restituendum rem; cum autem agitur per restitutionem in integrum non satis est supplere pretium, sed engitur conuentus præcisè rem restituere. ita Couarruuias *d. num.* 11. *eod.* versic. *Tertio* post Panotmitaoum *in cap. constitutus num.* 10. *de in integ. restitut.* Burgensem *num.* 43. *in cap. cum dilecti de Emption.* & Pantaleonem Cremensem *in d. l.* 2. *extensione* 12. & alios allegans Augustinus Barbosa *collectaneo ad d. cap.* 1. *num.* 10. *de in integ. restitutione.*

Cæterùm Ecclesia, sicut & minor ob læsionem petens restitutionem in integrum obtenta testitutione, tenetur testituere pretium, seu quidquid accepit, & qui cum illa contraxit, etsi de illo non fiat mentio in sententia per quam restituitur. vt constat *ex l. vnica Cod. de reputationibus*, & tradunt *ibidem* Glossa *v. restituere.* & *v. debet restitui*, & alij Scribentes. Molina *de primogeniis lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 43. *fine*; & post alios Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap.* 1. *num.* 11. *de in integ. restitut.* & Stephanus Gratianus *to.* 4. *cap.* 720. *num.* 17. & *cap.* 767. *n.* 50. 53. *&* 57. Dixi *obtenta restitutione*, quia ante impettatam restitutionem, & finem litis Ecclesia, vel minor illam intentans ex capite læsionis, non tenetur pretium restituere vt colligitur ex *d. l. vnica*, & in terminis tradunt Glossa d. v. *debet restitui initio.* Molina *loco citato*, & cum aliis Barbosa *d. n.* 11. Qui addit id de pretij testitutione intelligendum procedere tantum, vbi pretium versum est in vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris, hancque probationem non Ecclesiæ, vel minori, sed aduersario incumbere, & allegat *l. si sine* 13. *§. interposito ff. de administr. tutorum.* Bartholum *in l.* 1. *Cod. si aduersus Credit.* & Pinellum *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 27. & indicat Glossa d. verbo *restituere*: limitat tamen, vbi Ecclesia, vel minor vult restitui tantùm, quin pretium solutum amisit, tunc enim (ait, idem Barbosa) eidem Ecclesiæ, vel minori incumbit probatio non versionis hocque casu loqui dicit Glossam *in l. prædiorum* 10. *Cod. de prædiis minorum*, quam sequuntur Doctores relati à Pinello *d. cap.* 1. *num.* 25. verùm an, & quando Emptor rei Ecclesiæ teneatur, vel non, probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ satis explicatum est supra *num.* 53. 54. & 106. sicut quando in mutuo facto Ecclesiæ Creditor teneatur probare versionem, latius explicatum est supra *à num.* 13. *ad* 16. & *d. num.* 26. allegantur Doctores asserentes Ecclesiam petentem restitutionem in integrum ob læsionem debere probare læsionem, & non sufficere allegare læsionem. 539.

Non solum quoque pretium acceptum Ecclesia, vel minor imperrata restitutione in integrum ex causa læsionis detectæ, & probatæ restituere debet Emptori, vel Conductori, sed etiam meliorationes, & expensas tam necessarias, quam vtiles ab eo factas, circa rem Ecclesiæ alienatam *d. cap.* 1. *de restit. in integ.* Hoc enim generale est, vt quoties contractus Ecclesiæ, vel minoris per restitutionem in integrum rescinditur, Emptor, vel Conductor de meliorationibus, & sumptibus, seu expensis bona fide factis agere possit *d. l. vnica Cod. de reputationibus l. quod si minor, §. restitutio* & *l. intra vtile ff. de minoribus.* Glossa *in d. cap.* 1. *v. defraudari de in integ. restit.* Augustinus Barbosa *collect. in d. cap.* 1. *num.* 12. post Caldam Pereira *in l. si curatorem* verbo *per quod num.* 8. & confirmant tradita supra *num.* 511. *&* 522. Vnde Emptor, & conductor rem ipsam poterit retinere, donec de ipsis meliorationibus, & expensis sibi satisfiat, vt Barbosa, & Caldas Pereira *locis citatis*, & probant tradita supra *num.* 522. Et quid de expensis voluptuariis constat ex traditis *num.* 525. & non tantum sumptus pecuniariter facti circa res meliores effectas, de quibus realiter apparet, sed etiam æstimatio laborum personalium, & eorum quos Colonus personaliter, & conductor sustinuit in reddendo rem meliorem, mediante opera, & industria ipsius in hac melioramentorum restitutione facienda ab Ecclesia, vel minore 539.

minore petentibus restitutionem in integrum ex causa læsionis, comprehenditur, vt constat *ex d. cap. 1. de in integ. restitut.* ibi *de labore suo.* & Augustino Barbosa *d. collect. ad d. cap. 1. num.* 13. ex Calda Pereira *d. verbo* per quod *num.* 11. Et horum, quæ hoc, & præcedenti numero de pretij, & melioramentorum restitutione dicta sunt, rationem tradit Glossa *in d. cap. 1. de in integ. restit.* verbo *defraudari*, scilicet, quia sicut Ecclesia in damno morari non debet, ita nec in lucro; & ideo ex vtraque parte debet fieri restitutio.

Hinc alienatio rei Ecclesiæ facta pro maiori pretio, quam res valeat, quæ lædit Emptorem, licet fauore Ecclesiæ valeat, nec ab emptore possit rescindi, potest tamen Prælatus agnoscere bonam fidem, & ab ea secedere, vel excessum pretij restituere. vt Riccius *in collect. decis. p. 6. collect.* 3054. versi. *& facta pro maiori pretio*, referens ita fuisse dictum à Rota Romana *in Pisana bonorum* 2. *Decembris* 1585. *coram Orano.*

Coram quo Iudice Ecclesia per contractum alienationis læsa possit aduersus Laicum petere restitutionem in integrum, reuocare bona malè alienata vtendo remedio can. reintegranda 3. *q.* 1.

542. Quæret quis quando Ecclesia aduersus Laicum Emptorem, vel conductorem, aut possessorem vtitur remedio restitutionis canonis *reintegranda* 3. *q.* 1. de quo supra *num.* 501. vel beneficio, seu priuilegio restitutionis in integrum ad reuocanda bona sua malè, & nulliter alienata, vel alienata cum enormi læsione, coram quo Iudice possit agere, seu intentare iudicium.

Conueniunt omnes Ecclesiam remedio canonis *reintegranda*, & actione spolij posse aduersus Laicum possessorem agere coram Iudice Ecclesiastico. ita Glossa *in cap. 1. de his, quæ vi.* Panormitanus *in d. cap. 1. de in integr. restit.* Couarruuias *lib.* 1. *var. cap.* 4 *num.* 2. versic. *sic etenim*, Petrus Barbosa *ad l. heres absens*, §. *proinde n.* 36. *ff. de iudicijs.* Mænochius *remed. recuperand. 5. n.* 105. & 106. Caualcanus *decis.* 45. *num.* 72. & cum aliis, quos latè referunt Carolus de Graffiis *de effect. Clericat. effectu* 1. *num.* 523. Bellettus *disquisit. clerical. par.* 1. *tit. de fauore cleric. real.* §. 5. *n.* 2. & 8. & Ciarlinus *controu. to.* 1. *cap.* 105. *num.* 81.

543. Communia quoque opinio tenet, quod Ecclesia in contractu alienationis rei Ecclesiasticæ celebrato cum Laico enormiter læsa possit petere restitutionem in integrum, & rescissionem contractus coram Iudice Ecclesiastico. ita Innocentius *in cap. cum sit generale de foro competenti*, ibidem Felinus *col.* 2. Marianus Socinus *num.* 14. Panormitanus, idem Panormitanus *in cap.* 1. *num.* 18. & *cap. constitutus col.* 5. *de in integ. restit.* & *in cap. ad nostram de reb. Eccl. non alien.* Romanus *sing.* 112. Aufras. *in Clem.* 1. *de offic. ord. in tract. de potest. Eccl. num.* 48. Bernardus Diaz *reg.* 219 *in* 2. *fallent.* Gutierez *lib.* 1. *can. cap.* 34. *n.* 10. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. ad nostram n.* 3. & alij mox allegandi, quam communem, vel saltem magis communem opinionem videntur satis probare textus *in d. cap.* 1. & *d. cap. constitutus de in integ. restit.* & *in d. cap. ad nostram.* & etiam *in d. cap. cum sit generale, de foro competent.* Rationem etiam adducit Innocentius *in d. cap. cum sit generale*, quod quando Ecclesia aliquo speciali beneficio, seu priuilegio iuuatur, in ea causa etiam contra Laicum Iudex Ecclesiasticus adiri potest. cui rationi obiicit Mænochius cum Socino, quod etiam minor gaudet tali priuilegio restitutionis in integrum ob læsionem enormem, quæ tamen obiectio non tollit, quin verè possit dici priuilegium specialiter Ecclesiæ concessum *in d. cap.* 1. *de in integrum restit.* Socinus, & idem Mænochius probant ex eo, quod Laicus ratione Sacrilegij potest conueniri sub iudice Ecclesiastico; qui autem rem Ecclesiæ malè, vel cum enormi læsione scienter retinet, censetur Sacrilegium committere.

544. Verùm præter allegatos textus vrgentius probant ex eo, quod ratione bonorum Ecclesiæ, vel clerici, quæ detinet Laicus iniustè potest conueniri coram Iudice Ecclesiastico, si constet, vel non negetur esse bona Ecclesiæ, vel Clerici *cap. si Clericus de foro competenti*, vbi Panormitanus *num.* 1. & 2. Felinus *num.* 4. Socinus *num.* 15. Nauarrus *de reddituib. Eccl. q.* 1. *casu* 9. Gutierez *can. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 7. Olascus *Pedem. decis.* 32. Grassus *de effect. Cler. eff.* 1. *num.* 521. Satua *de iud. & caus. ciuil. crim. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 50 Ludouicus Miranda *de ord. iud. q.* 1. *art.* 5. *concl.* 4. *in fine*, Marcus Anton. *var. lib.* 1. *resol.* 48. *num.* 1. Rotellus *in summ. decis. tit.* 13. *num.* 137. Bellettus *d.* § 5. *num.* 2. Ciarlinus *d. cap.* 105. *num* 85. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. si Clericus num.* 2. & 3. & Doctores communiter, quos latè referunt Augustinus Barbosa, Bellettus, & Ciarlinus *locis citatis.* Bona enim Ecclesiastica sequuntur personam Ecclesiasticam, & illius forum *cap. nouerint* 10. *q.* Panormitanus *in cap. solitæ n.* 3. *de maior. & obed.* Castrus *consil.* 468. *num.* 1. *vol* 1. & Belle rus *d. n.* 2. *fine*; vbi etiam post Innocentium, Panormitanum, Socinum, Imolam *in d. cap. si clericus*, Olascum *d. decis.* 32. & alios ait, id verum esse siue agatur actione reali, siue personali, vt ex legato, vel locato, quod idem notauit prius Carolus de Grassis *d. effectu* 1. *citato n.* 521. versic. *subampliatur.* Dixi *si constet &c.* Nam si Laicus negaret bona petita esse Eccl. siæ, vel Clerici, & de hoc dubitaretur, quatenus dici potest à Clerico possideri non vt bona Ecclesiastica, sed vt feudalia, tunc ista negatio, seu exceptio facit ne Iudex Ecclesiasticus de tali causa cognoscat *d. cap. si Clericus.* Grassus cum aliis *d. eff.* 1. *n.* 522. & alij, qui mox allegantur, & ubi poterit saltem summarim super ea exceptione agnoscere, vt videat an sit sua iurisdictio, seu vt causam ad suum Iudicem competentem remittat; & ob id Reus ita excipiens probationes deducere debet, quibus exceptionem illam veram, vel probabilem ostendat. ita Panormitanus *in d. cap. si Clericus n.* 8. 9. 12. & 15. Mænochius *d. remed. recup.* 15. *n.* 108. Marcus Anton. *d. resolut.* 48. *n* 4. *lib.* 1. Gutierez *d. q.* 34. *n.* 14. Bellettus *d.* § 2. *n.* 6. Ciarlinus *d. cap.* 105. *n.* 86. Augustinus Barbosa *d. collect. ad cap. si Clericus d. n.* 2. *fine*, & aliis ab iisdem Ciarlino, Belletto, & Barbosa relati.

545. Contrarium nihilominus, & quod Ecclesia læsa in alienatione rei Ecclesiasticæ debeat petere restitutionem in integrum coram Iudice Rei conuenti, & ita coram Iudice sæculari, si conuentus est Laicus, tenent Couarruuias *d. lib.* 1. *var. cap.* 4. *n.* 2. Petrus Barbosa *ad d. l. heres absens* 19 §. *proinde n.* 31. 32. & 35. Berous *in c.* 1. *n.* 162. *de in integ. restit.* Caldas *in l. si curatorem* verbo *implorandum n.* 32. *Cod. de in integ. restit.* ab eodem Petro Barbosa relati. Barbatia *in d. cap. cum sit generale n.* 68. *fine.* Decianus *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 30. *n.* 21. quos refert Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap. si Clericus n.* 3. qui etiam *collect. ad d. cap.* 1. *n.* 9. *de in integ. restit.* videtur hoc sequi. Quamuis *d. collect. ad d. cap. si Clericus d. n.* 3. illos reprobet, & afferat alios Doctores communiter tenere rem Ecclesiæ à Laico detentam posse peti coram Iudice Ecclesiastico, probant Petrus Barbosa, & Couarruuias, quia Ecclesia actrix debet sequi forum Rei, *d. cap. cum sit generale de foro competenti*; & cùm agitur de restitutione in integrum ob læsionem, Reus conuentus non potest dici Spoliator, aut malefactor, & Sacrilegus. Ad textus *in d. c.* 1. & *cap. constitutus de in integ. restit.* & *cap. ad nostram de reb. Eccl. non alien* pro sententia communi adductos idem Petrus Barbosa *d. n.* 35. respondet illos non obstare, quia, cum in illis (ait) non sit quæstio principalis de foro, sed potius de restitutione in integrum petenda, quoad forum possunt absque diuisione (de qua Couarruuias *d. num.* 2.) præsupponi termini habiles, *l. qui testamento* §. 1. *ff. de testamen.* & sic illud,

quod præsupponunt dicti textus, procedit tantum in terris, in quibus consuetudine obtentum est vt laici Rei coram Iudice Ecclesiastico conueniantur, cuius consuetudinis fit mentio *cap. si clericus de compet. mi.* Couarruuias *d. num. 2.* dicit in casibus dictorum textuum fortè Reos conuentos fuisse Clericos. Admittit tamen Petrus Barbosa *num. 36.* communem opinionem posse rectè procedere, quando læsio fuerit enormissima; quia talis læsio dolum re ipsa continet, & æquiparatus dolo ex proposito *l. si superstite Cod. de dolo*; & ita censetur malefactor Ecclesiæ Reus conuentus; & ad hunc modum dicit idem Barbosa posse intelligi *d. cap. ad nostram de reb. Ecclesi. non alien.* Verùm nullo modo præsertim in praxi recedendum est à communi sententia tradita, & Doctoribus suprà *num. 543. & 544* allegatis, tum propter iura ibidem allegata, tum etiam quia si in repetitione, seu reuocatione rerum Ecclesiæ, quæ malè à Laico detinentur, forum eiusdem Ecclesiæ non esset competens, facile esset priuare Ecclesiam, & Clericos priuilegio sui fori spoliando eos, vt necesse haberent recurrere ad sæcularia tribunalia pro recuperanda sua possessione & consequendis eiusdem Ecclesiæ bonis iniustè à Laicis retentis.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum facta in consanguineos alienantis, an præsumatur facta in fraudem, & cum læsione Ecclesiæ, & sit nulla, vel rescindenda.

546. Si quis quoque quærat, an alienatio rerum Ecclesiæ facta in consanguineos, vel affines præsumatur facta in fraudem, & cum læsione Ecclesiæ, etiam si facta sit cum assensu Apostolico. Respondetur regulariter præsumi potius factam in fraudem, & cum læsione, seu potius in vtilitatem Consanguineorum, quam Ecclesiæ, ita quod de iure non valeat, vel saltem veniat rescindenda *auth. quibuscunque modis*, & *ibi* Doctores *Cod. de Sacros. Eccles.* Alciatus cum aliis *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. num. 1. 2. & 3.* Rota Romana *decis. 63. num. 18. decis. 244. num. 3. p. 2. diuersorum* & *decis. 720. num. 1. p. 1. diuersorum*, & apud Grassum *decis. 4. num. 24. de reb. Eccles. non alien.* & alibi sæpè prout refert Aloysius Riccius *in collect. decis. p. 6. 154.* versic. *alienatio rei Ecclesiæ facta in cõsanguineos* Marsillus *decis. Siciliæ 77.* Pyrrhus Corradus latè *de dispens. lib. 9 cap. 4. n. 8. & 9.* & Riccius *loco citato*; & hoc maximè procedit (inquit Rota *d. decis. 244. citato num. 4.*) si contractus de bonis Eclesiæ factus fuit inter filium Prælatum, seu Rectorem, & Patrem, aut Patruum, inter quos de facili præsumitur fraus *l. dicta Cod. de donat.* cum aliis per Bartholum *in l. post contractum ff. de donat* & Rota in antiquis *decis. 361.*

547. Ex hac tamen sola suspicione, seu præsumptione, quæ ex Consanguinitate oritur, alienatio non redditur nulla, neque rescinditur, Rota *in Bononiensi de Pipinis 9. Decembris* 1577. quæ est 135. apud Cæsarem de Grassis *d. decis. 18. num. 5.* & *decis. 1125. num. 6.* Quare si alienatio rei Ecclesiæ in consanguineos Prælati alienantis cum debitis solemnitatibus sit facta, & sine præiudicio Ecclesiæ, sed in eius euidentem vtilitatem, ad quam Papa se restringere solet in rescriptis *si in euidentem*, vt Rota *d decis. 1125. num. 12.* & latè supra *n. 92.* ostensum est; tunc valet, sicut alienatio similis facta in extraneos; cum enim prohibita sit alienatio rerum Ecclesiasticarum in consanguineos alienantis, quia ob carnis vinculum contra personam ipsius præsumitur; quoties talis alienatio est facta cum debitis solemnitatibus, & sine Ecclesiæ præiudicio, sed cum eius euidenti vtilitate, cessat ista præsumptio, & ita absque dubio valet facta in consanguineos, non minus quam in extraneos, ita præter Doctores supra *n. 291. & 308.* citatos, Rota *d. decis. 135. n. 22.* apud Cæsarem de Grassis *d. decis. 1125. n. 11. & 12.* apud Seraphinum, & *d. decis. 18. n. 5. p. 2. diuersorum*: vbi alios cumulat. Vbi ex Iasone, & Curtio asserit esse magis communem opinionem: Et eo magis verum est hoc, si in ipso rescripto *si in euidentem* fuerit expressa alienantis consanguinitas, vt Rota *d. decis. 1125. n. 11.* & alienatio facta sit in consanguineos idoneos, & bonæ conditionis, & famæ, vt Rota *d. decis. 18. n. 6. p. 2. diuersorum*; vel alienatio facta sit à pluribus Capellanis, seu Canonicis, vel Rectoribus, & vnus tantum sit consanguineus illius, in quem fit alienatio, Rota *d. decis. 18. n. 6.* versic. *Præterea accedit.* In his enim casibus cessat omnis suspicio, & præsumptio fraudis, & læsionis Ecclesiæ, vt rectè cum aliis Rota *d. decis. 18. n. 6.* & alios allegans Pyrrhus Corradus *d. cap. 4. num. 9. fine.*

Alienatio rei Ecclesiæ an præsumatur facta in fraudem, si Prælatus, vel Rector alienans repertatur possidere post alienationem ipsam, vel si contractus alienationis fiat per interpositam personam.

Vtrum verò alienatio rei Ecclesiæ præsumatur in fraudem facta, & simulata, si Prælatus, vel Rector alienans reperiatur possidere post alienationem ipsam. Quãuis regulariter fraus in vniuersum non præsumatur, nisi probetur *l. dolum Cod. de dolo, & l. quoties §. qui dolo ff. de probationibus*, & cum aliis, & post alios Mascardus *de probat. concl. 815. num. 2. & seqq.* & etiam generatim in contractibus fraus non præsumitur, idem Mascardus *d. concl. 815. num. 46.* post Guid. Pap. *in tract. de præsumpt. n. 14.* per *d. l. quoties.* 548.

Nihilominus fraus præsumitur in venditione, quando venditor post venditionem reperitur possidere bona vendita, & præsens, & homo intelligens, & cautus in suis negotiis emptor esset. ita post alios Mascardus *d. concl. 815. n. 48. arg. l. qui cum vno §. vltimo ff. de re milit.* Prout etiam fraus præsumitur, quando hæres hæreditatem repudiauit, & in possessione bonorum persistit, vt idem Mascardus *n. 49.* post Crauetam *consil. 100. n. 7.* & quando donator remansit in possessione bonorum donatorum, vt idem Mascardus *n. 50.* post Speculatorem, Ioannem Andream, & alios, intelligens tamen *n. 51. & 52.* hoc non sufficere ad præsumendam fraudem, vel simulationem, licet donatio fuisset clandestina, nisi alia concurrant, puta, emptorem fuisse participem delicti, vel in committente homicidium post omnium bonorum donationem, vel venditionem probarentur inimicitiæ. 549.

Limitatur autem dicta præsumptio, vt non procedat, quando possessor venditor responderet Emptori de fructibus, vt post Bartholum, & Crottum idem Mascardus *d. concl. 815. n. 55.* qui *n. 53. & 54.* limitat etiam non procedere in muliere, minore, & rustico, dummodo clam non contrahant, quia contrahendo clam censerentur habere malam fidem, nec ignorantiam, aut errorem possent allegare; vt colligitur ex *l. vltima ff. de ritu nupt* & post alios Tiraquellus *de retractu conuent. in præfat. tit. 2. n. 14.* versic. *& hinc.* 550.

Notat etiam post alios idem Mascardus *d. concl. 815. n. 43.* præsumi fraudem, quando contractus fit per interpositam personam, quæ pro alio emit, quod clare constat ex *l. pupillus §. sanè ff de auct. tut.* & præter Doctores à Mascardo allegatos tradunt Felinus *in cap.* consuluit *n. 2. de offic. deleg.* & *in cap.* cum quidem *n. 10. de iureiur.* & Decius *consil. 235. n. 1.* allegati à Rota Romana *d. decis. 18. n. 7. p. 2. diuersorum* quæ tamen *n. 8.* declarat id procedere solum stante iuris prohibitione; nam tunc prohibitus contrahere in sua persona, censetur etiam prohibitus in persona aliorum; & ita procedere textum *in d. l. pupillus § sanè.* & *in l. qui bonis ff. de acquir. hæred.* notat eadem Rota *d. n. 6.* post Fabium de Monte *in tract. de Empt. & vendit. 2. q. princip. 6. q. n. 10.* vbi hanc declarationem latè comprobat. Vnde præsumptio prædicta non habet locum etiam si alienatio fiat per interpositam 551.

positam personam pro altera ementem, vel conducentem, cum nulla adsit iuris prohibitio.

SVMMARIVM §. XI.

Quæ pœna, & censura statuta contra alienantes bona Ecclesiastica extra casus permissos, vel absque beneplacito Apostolico. n.552. cum pluribus sequentibus. Sic malè alienantes peccant mortaliter peccato sacrilegij. n.557.

Nullitas contractus alienationis rei Ecclesiæ factæ contra formam iuris, & tenorem extrauagantis Ambitiosæ, *an sit pœna. 553.*

Prima pœna est excommunicatio latæ sententiæ imposita tam alienantibus, quàm recipientibus, quæ non comprehendit Episcopos, & Abbates. n.554.

Secunda pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ contra Episcopos, & Abbates. n.555.

Tertia est priuatio beneficiorum, & administrationum. num.556.

Ad incurrendas dictas pœnas sufficit, quod alienatio fiat contra tenorem dictæ Extrauagantis Ambitiosæ, *vel inconsulto Romano Pontifice. n.558.*

Requiritur verò vt alienatio contra tenorem, vel inconsulto Papa fiat à Beneficiatis, Prælatis, & aliis habentibus perpetuam, vel temporalem administrationem bonorum Ecclesiæ, vel Monasterij; secus si fieret à Clerico, Canonico, vel Religioso aliquo carente administratione omni. num.559.

Sic ad incurrendam suspensionem Clem.1. de reb. Eccles. non alien. *requiritur vt alienatio bonorum Monasterij fiat ab Abbate, vel Religioso, aut Clerico præsidente administrationi, & si fiat à carente administratione, is non incurrit talem suspensionem. ibidem.*

In easdem pœnas non incidunt nisi illi, qui alienationem fecerint ex dolo, & malitia, & præsumptione, non verò is, qui bona fide, & probabili ignorantia iuris & facti; imò etiam ex ignorantia crassa iuris, vel facti. n.559.

Nec inciderent saltem in foro conscientiæ illi, qui ex iusta causa, & cum euidentissima vtilitate absque solemnitate aut assensu Apostolico alienationem fecissent. ibidem.

Præfatæ pœnæ non incurruntur per solam attentationem contractus alienationis. n.560. neque per actum perfectum, si statim ante rei traditionem sequatur reuocatio contractus, & pœnitentia. n.561.

Excommunicatio præfatæ extrauagantis Ambitiosæ, *item interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensio nemini reseruantur. n.562. & 563.*

Pœna priuationis beneficij in eadem extrauaganti, licet iure ipso imposita non habet locum in foro conscientiæ nisi post Iudicis sententiam criminis declaratoriam, & condemnatoriam, ac etiam sententiæ executionem. n.564.

Secuta autem sententia, & executione debetur Ecclesiæ res cum omnibus fructibus à beneficiario alienatore à die criminis per contractum commissi perceptis. ibidem.

Quando Prælatus malè alienat rem Ecclesiæ, respectu dictæ rei dicitur Ecclesia vacare. ibidem, fine.

Pœna in decreto sacræ Congregationis ipso iure imposita Regularibus malè alienantibus, & sine licentia eiusdem S. Congregationis bona Monasteriorum. n.565.

Priuatio officiorum, & vocis actiuæ, ac passiuæ ibi imposita non habet locum in foro conscientiæ, nisi post Iudicis sententiam, & sententiæ executionem. ibidem.

Vltra pœnas extrauagantis Ambitiosæ *præfatas malè alienantes bona Ecclesiastica incurrunt alias pœnas iuris, & aliarum constitutionum. n.566.*

Regulares malè alienantes bona Monasteriorum præter pœnas Extrauagantis Ambitiosæ *incurrunt suspensionem* Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. *ibidem.*

Suspensio eiusdem Clem.1. *non afficit Prælatos sæculares, nisi ex dispensatione præsint Ecclesiæ Regulari, & illius bona alienent. n.567.*

Intelligitur ab officio Ordinis, & ab officio Iurisdictionis, & administrationis. ibidem.

Eadem suspensio nulli est reseruata. ibidem.

Alienantes malè, & contra formam iuris, & tenorem dict. Extrauagantis *bona Ecclesiastica, & ea accipientes an incidant in excommunicationem Tridentini latam contra vsurpatores rerum Ecclesiæ, &c. Affirmatiuè. num.568. negatiuè, ibidem. nisi accipientes admoniti nolint ea restituere. ibidem.*

Præfata excommunicatio per quam actionem incurritur. ibidem.

Cardinales comprehenduntur sub dicta Extrauaganti Ambitiosæ, *& pœnis latis contra malè alienantes bona Ecclesiæ. num.569.*

Prælati, Beneficiarij, & Clerici habentes administrationem bonorum Ecclesiasticorum illa malè alienantes possunt deponi. num. 570.

§. XI.

Quæ pœna, & censura sint statuta contra alienantes bona Ecclesiastica immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, extra casus à iure permissos, vel absque beneplacito Apostolico, & illa accipientes.

PAulus secundus in d. Extrauaganti *Ambitiosæ* post 552.
factam prohibitionem alienandi bona Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum aliter, quam in ea præscribitur, & permittitur, subdit sequentia.

Si quis autem contra huius Nostræ prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sit roboris, vel momenti, & tam qui alienat, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat; Alienanti verò bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quomodolibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate ingressus Ecclesiæ sit penitus interdictus: & si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem è regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, vel Monasterij, cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores verò Prælati, Commendatarij, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, Præpositutis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus, præbendis, aliisque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt dumtaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuata fuerint) liberè de iure conferri: nisi aliàs dispositioni Apostolicæ sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata. Nihilominus alienatæ res, & bona eiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo, &c.

Ex quibus aliqui aiunt primam pœnam *in præfata Ex-* 553.
trauaganti statutam esse nullitatem, seu inualiditatem, contractus alienationis facti, contra prohibitionem, seu formam eiusdem extrauagantis. ita Quaranta *verbo* alienatio *num.49. initio*, Rodriquez *qq. reg. tom.1. q.27. art.13.* & Sopranus in appendice ad Filliuccium *tract.44. cap.6.* immediatè ante *num.8.* Sed licèt verum sit alienationem bonorum Ecclesiasticorum factam contra formam iuris, & dictæ extrauagantis esse ipso facto nullam, vt constat ex præfatis verbis dictæ extrauagantis, & *ex cap. si quis presbyterorum*, ibi: *quamuis ab initio nullus de reb. Eccl. non alienan.* & sæpius *in præcedentibus* dictum est, & notauit etiam Glossa *in d. cap. si quis presbyterorum* verbo *nullus*: nihilominus irritatio, seu

nullitas actus non est pœna, quando non inducitur in odium, & supplicium contrahentium, sed ob bonum publicum, vel priuatum aliquorum, & propter defectum formæ, seu solemnitatis à lege præscriptæ, vt ostendi supra *tit.* 3. *&* 33. *num.* 146. *& seqq.* & tradunt Doctores *iisdem locis* citati, & alij, quos refert, & sequitur Augustinus Barbosa *collect. ad cap. si quis presbyterorum n.* 10. Annullatio verò, seu irritatio alienationis rerum Ecclesiæ factæ contra formam iuris, vel dictæ extrauagantis principaliter inducta est ob bonum publicum; vt etiam dixi *tit.* 3. *num.* 146. & consequenter non est pœna, alioqui si esset propriè pœna in foro conscientiæ non haberet locum nisi post iudicis sententiam, vt constat ex dictis *d. num.* 146. Cùm tamen huiusmodi nullitati iuxta Doctores communiter statim, & ante omnem iudicis sententiam contractus alienationis contra formam iuris, vel dictæ Constitutionis obnoxius sit in vtroque foro. igitur

554. Prima pœna in præfata extrauaganti statuta est excommunicatio latæ sententiæ, quæ imponitur tam alienantibus, quàm recipientibus res Ecclesiæ contra formam iuris, vel sine beneplacito Apostolico alienatas. Sub qua tamen pœna non comprehenduntur Episcopi, vel Abbates, qui non præfata excommunicatione, sed sequenti pœna interdicti afficiuntur, vt intelligunt Doctores communiter Molina *to.* 2. *disp.* 466. *num.* 8. Sopranus in appendice ad Filliuceium *tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 1. Bonacina *de alien. rer. Eccl. q. vnica p.* 5. *num.* 1. Lezana *to.* 3. *v.* alienatio *num.* 20. *&* 21. & alij.

555. Secunda pœna est interdicti ab ingressu Ecclesiæ pariter latæ sententiæ contra Episcopos, & Abbates, qui si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi animo indurato perseuerauerint, ipsis mensibus elapsis afficiuntur ipso facto suspensione ab administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij in spiritualibus, & temporalibus.

556. Tertia pœna item latæ sententiæ est priuationis beneficiorum, administrationum contra Beneficiarios, & Prælatos inferiores, hi enim non solum subiacent præfatæ excommunicationi, sed etiam ipso facto priuantur beneficiis Ecclesiasticis, quorum bona alienauerunt, quæ etiam sine alia declaratione vacare censentur, atque adeo conferri libere possunt ab ordinario, ad quem eorum collatio pertinet, prædictæ pœnæ clarè constant ex d. extrauaganti.

557. Ex quibus pœnis præsertim censuræ excommunicationis, & interdicti manifestè colligitur malè, & contra formam iuris, & dictæ extrauagantis alienantes bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, Conuentuum, Monasteriorum, & locorum piorum peccare mortiferè, cum sint ipso iure excommunicati maiori excommunicatione, quæ non fertur nisi pro lethali culpa *can. nemo & can. nullus* 11. *q.* 3. & in his terminis Hugolinus *de potest. Episc. cap.* 14 § 6. Aloysius Riccius 1. *p. praxis aureæ resol.* 131. & alij mox allegandi. & constat etiam euidenter *ex c. si quis presbiterorum, initio, de reb. Eccl. non alien.* Hoc autem peccatum est sacrilegij, vt tradunt Caietanus *in summa v.* excommunicatio, *cap.* 75. Quaranta *d. v.* 49. *initio.* Riccius *p.* 1. *praxis an ea resolut.* 66. *num.* 3. Sayrus *de censuris lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 22. Filliuccius *to.* 1. *tract.* 14. *cap.* 7. *num.* 114. Lezana *d. v.* alienatio *num.* 20. & alij à Quaranta relati: sic enim alienantes irreuerenter se habent erga res sacras, & Deo dicatas; id etiam probat textus *in can. omnes Ecclesiæ* 17. *q.* 4. vbi sic dicitur: *omnes Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores à liminibus eiusdem matris Ecclesiæ anathematizamus, Apostolica authoritate pellimus, damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus.*

558. Circa autem pœnas præfatas, primò est notandum quod ad eas incurrendas sufficit, quod alienatio fiat contra tenorem illius constitutionis, vel inconsulto Romano Pontifice, cum ad veritatem disiunctiuæ, siue alternatiuæ sufficiat alteram partem esse veram, *reg. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. & *l. plerumque ff. de iure dotium*, cui consequens est, quod tam alienans inconsulto Romano Pontifice, quàm qui alienat contra præfatam constitutionem peccat, & incurrit prædictas pœnas. ita Nauarrus *comm. de alien. rer. Eccl. num.* 13. & Augustinus Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 95. *n.* 47.

559. Aduertendum secundò, easdem pœnas non ligare quoscunque alienantes bona Ecclesiarum, sed solum ipsos Prælatos, & Rectores Ecclesiarum, & Beneficiarios, & alios Administratores rerum Ecclesiæ, seu habentes administrationem rerum Ecclesiæ, Monasterij, aut piorum locorum; vnde si alienatio fieret à Canonico, vel Religioso, vel alio carente administratione perpetua, vel temporali, contra formam iuris, & præfatæ constitutionis, licet alienatio esset inualida, & sic alienans peccaret grauiter, tamen non incideret in vllam ex præfatis pœnis. Colligitur apertè ex verbis eiusdem Extrauagantis, ibi; *inferiores Prælati, &c.* vbi sermo est de ipsis beneficiatis, & administrationem habentibus, & ita etiam in his terminis Sopranus *d. cap.* 6. *n.* 4. Bonacina *d. p.* 5. *num.* 1. & ita etiam suspensionem *in Clem.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* latam ipso iure contra Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, seu quibusuis administrationibus præsidentes iura, redditus, vel possessiones administrationum, quibus præsunt ad vitam, vel ad certum, scilicet, longum tempus concedentes habere locum in omni Religioso præsidente Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiæ, seu administrationi perpetuæ, seu temporali, non autem in Religioso, qui caret administratione tradunt Cardinalis *in d. Clem. num.* 11. versic. *Quintò quæro* & Marius Alterius *de censura tom.* 2. *disp.* 17. *cap.* 1. §. *Quinta suspensio* versic. *primo loco:* propterea asserentes, si fieret per talem Religiosum carentem administratione, eam esse inualidam quidem, sed tamen non inducere suspensionem eiusdem Clementinæ, & adduit, si sæcularis ex dispensatione præesset Ecclesiæ Regulari, quod ille incurreret pœnas eiusdem Clementinæ, ex eius violatione; sicut si esset Religiosus, quia constitutio voluit consulere administrationi rerum Monasteriorum, non personæ. Hinc si Canonicus, vel Religiosus subditus, vel quiuis alius carens administratione perpetua, aut temporali incideret arbores frugiferas fundi Ecclesiæ Collegiatæ, vel Monasterij, vel domos destrueret, solum peccaret grauiter, & ad restitutionem damni teneretur, non autem incideret in pœnas dictæ extrauagantis, aut Clement. 1. *de reb. Eccl. non alienandis*, dato etiam quod sub nomine alienationis in dictis Extrauaganti, & Clementina comprehenderetur arborum incisio, & ædificiorum destructio. Quod si Regularis subditus esset à Prælato, seu Capitulo constitutus Procurator cum auctoritate administrandi bona Monasterij, si durante administratione, seu Cellerariatu malè in alios alienaret, bona Monasterij, aut fundos immutaret, vel arbores incideret; aut ædificia demoliretur non seruatis seruandis incurreret præfatas pœnas dictæ Extrauagantis *Ambitiosæ*, & dictæ Clementinæ iuxta tradita *infrà*, id quod colligitur ex Cardinali, & Alterio *locis citatis*, & tradunt Ioannes Baptista Costa *consil. penultimo de reb. Eccles. non alien.*

Aduertendum tertiò, cum in d. Extrauaganti præfatæ pœnæ ferantur contra eos, *qui præsumpserint, &c.* in easdem pœnas non incidere nisi illos, qui alienationem fecerint ex dolo, malitia, & præsumptione; non autem eos, qui fecerint bona fide, ex probabili ignorantia facti, vel ex ignorantia iuris, præsertim in personis non ita peritis, vel quia pro alienatione essent aliquæ Doctorum opiniones, vel esset ius non clarum, & dubitabile, vel putarent consuetudinem esse in contrarium, vel se habere iustam causam sic alienandi. ita Nauarrus *comment. de alien. rer. Eccles. num* 16. *in man. cap.* 23. *num.* 44. & *consil.* 19. *de reb. Eccles. alien. in* 2. *editione.* Quaranta *verbo* alienatio *num.* 50. Azorius *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *quæst.* 6. Peregrinus *in compend. priuil.* verbo *alienatio* post § 3. versic.

versic. *dico tertiò*. Aloysius Riecius *d. resolut.* 132. *num.* 2. *&* 3. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 14. *cap.* 7. *num.* 119. Pyrrbus Corradus *de dispens. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 16. Bonacina *dict. p.* 5. *num* 1. Sopranus *d. cap.* 6. *num.* 5. Lezana *tom.* 3. *dict. verbo* alienatio *num.* 20. & alij communiter. Verbum enim illud, *præsumpserint*, importat temeritatem, dolum, malitiam, & contemptum; ergo lex posita contra præsumeores aliquid facere, noo comprehendit eum, qui absque dolo, vel contemptu, bona fide, ignorantia, vel simplicitate facit. vt Cardinal. Zab. io Clem. 1. *de priuileg.* Nauarrus *d. num.* 16. & *in man. cap.* 27. *n.* 74. & *in cap. accepta opposit.* 8. *de restitut. spoliat.* Quaranta *d. verbo* alieoatio *num.* 9. & *d. n.* 50. & alij Doctores, quos refero in *tract. de contract. matrim. cap.* 6. *num.* 84. *&* 109. Imò etiam igoorantia facti vel iuris culpabilis, & etiam crassa eacusaret in foro coosciеotiæ alienanrem à prædictis pœois; nam idem net verbum *præsumere* significat maliriam, & præsumptionem excludentem omoem ignorantiam, atque adeo à pœoa lata contra præsumeores aliquid facere eacusat ignoraotia etiam crassa; vt Nauarrus *dict. cap.* 17. *num.* 141. & alij, quos *d. cap.* 6. *num.* 84. *&* 109. allego. Hioc si alienatio facta esset sine solemoitatibus, adesset tamen iusta causa, seu euidens vtilitas Ecclesiæ, & effecta esset melior Ecclesiæ coodiiio, alienans saltem in foro conscientiæ non incideret in præfatas pœnas dictæ extrauagantis *Ambitiosæ*, vt dixi suprà *num.* 99. eum sit probabilis opinio multorum Doctorum talem alienatiooem esse saltem io foro conscieotiæ validam; vt osteosum est suprà *tit.* 3. *n.* 161. *&* 164. & *hoc tit. num.* 97. & ita etiam præter Doctores *d. num.* 99. citatos tradunt Stephaous Gratianus *tom.* 5. *cap.* 931. *num.* 2. Valerius Regioaldus *lib.* 30. *num.* 69. Pyrrbus *d. num.* 16. *&* 70. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 14. *d. cap.* 7. *num.* 119. & *tract.* 16. *cap.* 6. *num.* 126. Diana *p.* 1. *tract.* 8. *resol.* 77. versic. *sed hæc dicta* & Aogustinus Barbosa *tom.* 6. *in ius Canonic. fine*, *in additamentis tit.* 4. *n.* 14.

560. Aduerteodum quarto, solam atteotatiooem alienationis non sequuto effectu, seu coorractu alienationis (quidquid secus non rectè sentiat Marcus Antooius Genuensis *in practicabilibus Ecclesiasticis quæst.* 82.) non sufficere ad inducendas pœnas præfatæ Eatrauagaotis. ita Bonacina *d. p.* 5. *num.* 1. *d. cap.* 6. *num.* 6. & Doctores, qui *num. sequenti* allegantur; nam Summus Pontifex *ibi* statuit præfatas pœoas contra alienantes, vt ex verbis dictæ Eatrauagaotis manifestè patet, ergo solus affectus, & attentatio alienandi non sufficit pro incursu earundem pœnarum. Præterea pœna imposita facieoti, iuxta Doctores communiter, regulariter iotelligitur de perficiente actum, seu de actu perfecto, & coosummato, & non de inchoato, & attentato: item quia verba legis sunt iotelligeoda cum effectu *cap. relatum de clerico non residente*, & *l.* 1. §. *hæc verba. ff. quod quisque iuris*, & Doctores, quos in *d. tract. de contr. matrim. cap.* 6. *num.* 5. *&* 17. refero. Neque hìc coostat de mente legislatoris, quod voluerit sub pœna comprehendere etiam solum attentatum, & conatum alieoandi, sed potius contrarium; quod solam alienationem perfectam, pro qua sola Ecclesia potest io bonis suis pati detrimentum; ad quod euitandum principaliter emanarunt iura prohibentia alieoationem rerum Ecclesiæ sioe iusta causa, & debita solemoitate.

561. Imò etiam si alieoationis contractus esset perfectus, & de eo factum instrumentum, adhuc ab eiusdem Extrauagantis *Ambitiosæ* pœnis excusaret (licet haud rectè contrarium sentiat Bonacioa *d. p.* 5. *num.* 2.) reuocatio alienationis, & pœnitentia ante realem, & pacificam possessiooem, constat ex *cap. si quis presbyterorum de reb. Eccles. non alien.* ibi: *nisi fortè & alienator, & qui receperit celeri restitutioni sibi prospexerint.* vbi Glossa verbo *celeri*, celeriter intelligit io hoc casu antequam lædatur Ecclesia. Et in terminis tradunt Couarruuias 2. *var. c.* 16. *num.* 7. *fine.* Quaranta *d. num.* 50. Aloysius Riccius *dict. resolut.* 132. *num.* 3. Pyrrbus *d. num.* 16. & Peregrinus *d. verbo* alienatio, post §. 3. versic. *Dico quartò.* Pyrrhus Corradus *d. cap.* 6. *num.* 20. & Sopranus *d. cap.* 6. *num.* 6. Et ratio est, quia noo dicitur alienatio, seu res alienata, donec traditio facta fuerit, vt ostensum est supra *n.* 118. per textum io *l. alienatum non propriè* 37. *ff. de verb. signif.* & tradunt Doctores *ibidem* citati. Iason *in l. fin. n.* 132. *Cod. de iure Emphyt.* & alij, quos loco citato cumulat Couarruuias, dicens esse commonem sententiam, tametsi addit idem Couarruuias, ipsa verbalis alienatio etiam absque traditione à Caooonibus sit prohibita & ipso facto oulla.

Aduerteodum quintò, præfatam excommuoicationem latam contra malè alienantes rem Ecclesiæ, & eam accipientes nulli esse reseruatam, vt patet ex verbis eiusdem Extrauagantis, & tradunt Sayrus *lib.* 3. *thes. cap.* 22. *num.* 22. Suarez *de censur. disput.* 22. *sect.* 6. *num.* 6. Quaranta *verbo* alienatio *num.* 49. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 14. *cap.* 7. *num.* 113. Augustinus Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 50. *n.* 235. Pyrrhus *d. cap.* 6. *num.* 36. & alij, quare ab ea possunt absoluere suos subditos Prælati tam sæculares, quam Regulares, & Confessarij suos pœoitentes. Et Pyrrhus *loco citato*, notans etiam absolutiooem ab huiusmodi ceosura non esse impertiendam tam Clericis beneficiatis alienantibus quàm Laycis, nisi cum coodirione, seu ea lege, vt ipsi curent quamprimum vestiendi instrumentum alieoationis, & Ecclesiam reintegrari. 562.

Cùm etiam censura interdicti ab iogressu Ecclesiæ per sex menses, & suspensionis à regimine Ecclesiæ, vel Mooasterij, si post sex menses in interdicto permaoserint lata cootra Episcopos, & Abbates malè alienantes, nemioi io d. eatrauaganti reseruetur, ab ea absoluere potest quilibet habens iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ad absoluendum à censuris. 563.

Licèt etiam tertia pœna priuationis beneficij ipso iure sit inflicta contra Prælatos inferiores, & beneficiarios malè alieoantes bona suæ Ecclesiæ, seu beneficij. Nihilominus io foro conscieotiæ non habet locum nisi post sententiam Iudicis declaratoriam, & etiam illius eaecutionem, ita in termiois huius Eatrauagantis *Ambitiosæ* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 56. Quaraota *d. num.* 49. Aloysius Riceius 1. *p. praxis aurea resolut.* 133. & ratio est, quia licet pœna censurarum latæ sententiæ, statim ac committitur delictum, incurratur in foro conscieotiæ; tamen pœna priuationis bonorum, vel beneficiorum etsi ipso iure inflicta delinquenti, in foro conscientiæ non habet de facto effectum, nisi post senteotiam criminis declaratoriam, & etiam eius eaecutionem, vt latè tradidi *in tom.* 2. *horum moral. tit.* 12. *num.* 166. *&* 168. & præter Doctores *ibidem* relatos, tradunt Quaranta, Riecius *locis citatis*. Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 150. Graffius *decis. aur. lib.* 2. *cap.* 11. *num* 41. & alij à Riccio relati, & alij, quos infra in titulo de specifica distinctione peccatorum contra naturam *num.* 33. allego. Ex eo autem quod talis priuatio est ipso iure imposita, fit vt sequuta senteotia iudicis, & illius executione, noo solum reuocetur beneficium, sed etiam vt debeantur, & recuperentur Ecclesiæ, cuius bona malè alienata sunt, fructus omnes à die commissi criminis per contractum malæ alienationis, & traditionem rei, percepti ab ipso beneficiario alienante, vt coostat ex latè traditis à me *d. tit.* 12. *num.* 176. & in terminis tradit Rota *decis.* 246. *num.* 3. *&* 4. *p. 2. diuersorum.* vbi ait, quod quando Prælatus malè alienat rem Ecclesiæ, respectu dictæ rei dicitur Ecclesia vacare, iuxta Bartholum *in l. qui fundum* §. *si tutor ff. pro empt.* (Imò & beoeficium ipso facto censetur vacare; vt dicitur in d. extrauaganti verbis supra *num.* 552. adductis) Et propterea ooo facit fructus suos, ita vt quilibet, & etiam ipsa Ecclesia possit rem cum fructibus petere, iuxta *cap. si quis presbyterorum de reb. Eccl. non alien.* ita Rota *d. decis.* 246. 564.

Ex quibus patet Beneficiarios malè alienantes bona suæ Ecclesiæ noo teneri abstinere se à beneficiis, dignitatibus,

tatibus, & officiis nisi præcesserit sententia declaratoria, & etiam executio sententiæ. Quod si pro absolutione à præfatis censuris, & pro retentione beneficij ante præfatam sententiam ab aliquibus obtinentur Breuia Pœnitentiariæ, vel Signaturæ, vt notauit Quaranta *d.n.49.* id fit vel ex ignorantia; vel pro foro exteriori ad obuiandum molestiis, quæ oriri possent, vel etiam pro foro interiori ad maiorem securitatem.

565. Porro contra Regulares malè, & contra tenorem decreti Sacræ Congregationis suprà *num.*40. adducti alienantes bona immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, præter pœnas Apostolicarum constitutionum, & præsertim dictæ Extrauagantis *Ambitiosæ*, quæ ibi confirmantur, imposita est in eodem decreto, pœna *priuationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisque actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto, absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate; pœnis nihilominus Apostolicarum constitutionum, & præsertim fælicis recordationis Pauli secundi, quæ incipit* Ambitiosæ, *in suo robore permansuris.* ita in dicto decreto. Quæ tamen priuatio officiorum non habebit locum in foro conscientiæ nisi post iudicis sententiam declaratoriam, & eius executionem, iuxta tradita *num.* 564. & Doctores *ibidem* relatos: Imò etiam pœnam inhabilitatis ad prædicta officia, & priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, licèt sit purè priuatiua, nec indigeat aliqua hominis actione, non ligare in foro conscientiæ ante sententiam criminis declaratoriam probabile est, & ita docent Nauarrus *de datis, & promissis in* 1. *edit. num.* 41. & *in* 2. *num.*44. Molina *de iustit. tom.*1. *disput.*99. versic. *obserua.* Sanchez *de matrim lib.*9. *disput.*30.*num.*1. *lib.*2. *sum.c.*39. *num. vltimo lib.* 6. *cap.*15. *num.*65. & *in consil. mor. lib.*2. *dub.*52.*num.* 11. & 13. & alij relati à Sanchez, & à Carolo Antonio Thesauro *de pœnis Eccles. p.*1. *cap.*5. versic. *limita*, & à me *d. tit. de specifica distinctione peccatorum contra naturam num.* 37.

566. Verùm autem superiores Regulares, vel Capitulum, seu habentes administrationem bonorum Monasteriorum, seu Conuentuum, &c. malè illa alienantes incurrant etiam suspensionem latam in Clem. 1. *de reb. Eccles. non alien.* de qua suprà *num.*559. facta est mentio. Respondendum est affirmatiuè; nam in d. Extrauaganti *Ambitiosæ*, & *in d. decreto* S. Congregationis per impositionem nouæ pœnæ non auferuntur, sed confirmantur, & innouantur pœnæ malè alienantibus impositæ veteres in sacris Canonibus, & aliis constitutionibus Prædecessorum Summorum Pontificum; vt clarè constat tum ex d. Extrauaganti, ibi: *Prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus, nihilominus in suo robore permansuris.* tum ex *dicto Decreto* S. Congregationis ibi. *pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum*, &c. *in suo robore permansuris.* Quare præter pœnas in d. Extrauaganti *Ambitiosæ*, & *in dicto decreto* S. Congregationis statutas manent etiam in suo robore omnes aliæ pœnæ contra quoscunque malè alienantes bona Ecclesiæ, Monasteriorum, vel locorum piorum impositæ in aliis Constitutionibus Summorum Pontificum. Hæ autem Constitutiones sunt eiusdem Pauli Secundi, Pauli IV. Pij IV. Sixti V. & Pauli V. Clementis VIII. & Vrbani VIII. quorum mentio supra *num.*40. 186. & 190. facta est vbi etiam indicatur proprius cuiusque locus apud Bullarium nouum Cherubini, extant etiam aliæ Constitutiones summorum Pontificum de hac re Gregorii XIII. *inter cætera constitutione* 3. eiusdem Summi Pontificis *tom.* 2. *Bullarij* Gregor. XIV. *Constitut.*1. *eodem tom.* 2. Innocentius IX. *const.* 2. *tom.* 2. ante Paulum II. *Constit.*1. Leonis I. *tom.* 1. *Bullary* & *Constitutio* 6. Clementis VI. apud Cherubinum *in suo Bullario.* Et quod pœnæ antiquæ contra malè alienantes bona Ecclesiastica non sint sublatæ per dictam Extrauagantem confirmatur etiam, quia pœna à lege noua imposita veterem aliis legibus impositam sustulisse non videtur, vbi vnaquæque sustineri potest, vt *in tract. de contractu matrim. cap.*6. *num* 8a. tradidi ex Barthol0 *in l.* 1. *ff. de vi bonorum raptorum*, & aliis *ibidem* allegatis.

Quoad præfatam vero suspensionem *dict. Clem.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* Aduertendum primo eam non afficere Prælatos sæculares, qui non comprehenduntur in d. Clementina, vt supra dictum est cum Molina, & tradunt Glossa *ibi* verbo *Religiosos.* Cardinalis Zab *num* 10. & Marius Alterius *de cens. tom* 2. *disput.*17. §. *quinta suspensio*, versic. *primo loco*, nisi sæcularis ex dispensatione præesset Ecclesiæ Regulari, & illius bona alienaret, vt supra *num.*559. notatum est. Secundo eandem suspensionem non intelligi solum ab officio diuino, seu ordinis, vt voluit Cardinalis Zab. *in d. Clem.* §. *si quis*; neque solum ab officio administrationis, de quo *ibi* est sermo, vt videtur voluisse Glossa *in d. Clem.* verbo *Officio*, iuncta notatione eiusdem Glossæ *in Clem.* 1. *de decimis* verbo *Officiis*; sed ab officio Ordinis, & ab Officio iurisdictionis, & administrationis, cum verba sint vniuersalia, ac proinde vniuersaliter accipienda de omni officio absque vlla distinctione. ita Suarez *de cens. disp.* 31. *num.*8. *fine*, & Marius Alterius *d.* §. *quinta* versic. *primò quæritur.* Tertiò eandem suspensionem esse perpetuam, cum absque determinatione temporis imponatur. ita Suarez *d. num* 8. & Alterius *d.* §. *quinta suspensio* versic. *secundò quæritur*, post Cardinalem Zab. *in d. Clem. n.*31. Quartò eandem suspensionem nemini esse reseruatam, vt Cardinalis Zab. *num.* 4. Alterius *citato versic.* tertio quæritur: nullum enim verbum *in d. Clem.* de reseruatione. Quare ab ea poterit absoluere Episcopus, & quilibet Prælatus, aliusvè habens potestatem ordinariam, vel delegatam ad absoluendum à Censuris. 567.

Quæret quis, an malè, & contra formam iuris, vel tenorem dictæ Extrauagantis *Ambitiosæ* alienantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, vel piorum locorum venditione, permutatione, concessione in Emphyteusim, vel locatione ad longum tempus incidant in excommunicationem Papæ reseruatam *in c.*11. *sess.*22. Tridentini *de reform.* ipso facto statutam contra vsurpantes bona quæcunque Ecclesiarum, &c. & Clericos tali vsurpationi consentientes: Franciscus Leo *p.*1. *praxis fori Ecclesiast. cap.*15. *num.*53. quem sequitur Bonacina *de alien. rer. Eccl. quæst. vnica d. p.* 5. *num.* 3. tenuit & malè alienantes bona Ecclesiastica locatione ad longum tempus, permutatione, &c. & malè ea recipientes incidere in dictam excommunicationem, & ita fuisse decisum à Sacra Congregatione, confirmat Bonacina, quia hæc non est vera alienatio, sed potius vsurpatio, quæ *in d. decreto* Concilij sub præfata pœna est prohibita. Sed contrarium omninò tenendum est, prout ita in terminis sustinent Sopranus in d appendice ad Filliucium *tract.* 44. *cap.*6. *num.*3. versic. *Dico secundò*, & Augustinus Barbosa *collect. ad d. extrauag.* Ambitiosæ *n.*22. & colligitur etiam ex Suarez *de cens. disput.* 22. *sect.*6. *num.*22. Sayro *lib.* 3. *cap.*31. *num.* 26. Azorio *p.* 1. *lib.* 9. *c.*27. *quæst.*10 Filliuccio *tom.*1. *tract.*16. *cap* 5. *num.*117. & aliis de præfata excommunicatione agentibus, dicentibus actionem, per quam dicta excommunicatio incurritur esse vsurpationem; alienatio autem licet alioqui sit nulla ob defectum formæ iuris non seruatæ, non est, nec potest propriè dici vsurpatio, & qui per talem alienationem recipiunt non sunt, nec possunt dici propriè vsurpatores, cum habeant talem titulum coloratum recipiendi. Igitur probatur hæc sententia negatiua; quia decretum illud Concilij comprehendit solummodo occupantes bona Ecclesiastica, vel ea vsurpantes, vt constat ex verbis dicti decreti, & omnes Doctores præcitati dicunt: nec constat de dicta decisione S. Congregationis, cuius mentionem alius auctor præter dictum Franciscum Leonem non facit. Quod si possidentes bona sic malè alienata admoniti, & post sententiam non 568.

restituerent præfata bona, tunc possent censeri iniusti occupatores, & ita tunc inciderent io præfatam Excommunicationem, vt Sopranus *loco citato*.

569. Quæret quis secundo, vtrùm Cardinales sub dicta Extrauaganti *Ambitiosa*, & pœnis eius comprehendantur. Respondent affimatiuè Bonacios *d. p. 5. num. 6.* & Augustinus Barbosa *collect. ad d. Extrauag.* Ambitiosæ *n. 25.* Et tatio est, quia dicta Exttauagans, & aliæ constitutiones, ac iura, quæ prohibent alienationem retum Ecclesiasticarum, concernunt materiam peccati (cum alienatio in casibus à iute non permissis sit ex natura sua mala) bonum aoimarum, & publicom; Cardinales autem, etiam si in ea oon fit de eis expressa meotio, comprehendi lege generali de materia aliàs de se mala, vel concetnente bonum animatum, & vtilitatem publicam, tradunt innumeri Doctotes, quos refett, & sequitut Augostinus Barbosa *de iure. vniuer. Eccl. lib. 1 cap. 4. n. 55.* idem assetit idem Augustious Barbosa *collect. ad cap. 2. sess. 7. Tridentini de reform. num. 4.* idem alios allegaotes Sanctarellus *var. p. 1. quæst. 2. num. 28. cum pluribus seqq.* & Diana *p. 5. tract. 2. resolut. 16.* versic. *Tertia opinio*: Et Gambara *de officio legati à latere lib. 4. à num. 114.* ait legem generalem ligare etiam Catdioales, oisi io certis casibus. Hinc Cardinales comptehcodi lege statuta ad obuiandum fraudibus, tradit post alios Flaminius Parisius *de resig. lib. 12. quæst. 4. num. 5.* Item Cardinales comptehendi sub excommunicatiooe *Can. si quis suadente 17. quæst. 4.* quamuis ibi nou fiat mentio de illis, asserunt Ioannes Monachus in *extrauaganti* Excommunicamus *de sentent. excomm.* verbo *clericus*. Pelinus *in cap. quod super his de fide instrum.* Sanctarellus *d. num. 58.* Plures casus, in quibus sub lege generali comprehendi Cardinales tradunt Doctores: videaotut apud Barbosam *d. cap. 4. num. 56. & seqq.* Et in vniuersum Cardinales comprehendi io genetali constitutione Pontificia odiosa, & imponente censutas, & pœnas docent Paulus de Castto *in l. fin. in princ. ff. de verb. signific.* Hugolious *de censuris tab. 1. cap. 16. §. 6. num. 10.* & Bonacina *de legibus disput. 1. quæst. 1. p. 6. num. 34.* quos etiam tesert Diana *d. resol. 16. initio.* Quanquam (sed minus rectè) absolutè geoetales dispositiooes odiosas, & pœnales noo comprehendere Cardinales nisi exprimantut teneant Ioannes Monachus, Ioannes Andreas *in cap. 1. de schismat. lib. 6.* Iason *consil. 117. lib. 4.* Barbatia *consil. 53. lib. 1.* Ancharanos *consil. 595. num. 5. & 6* Belleneinus, Gigas, Gomez, & plutes alij, quos referunt Sanctarellus *dict. quæst. 2. num. 22. & 23.* Augustinus Barbosa *d. cap. 4. n. 60.* & Diana *d. resolut. 16.* versic. *secunda opinio*, ex quorum senteotia, supposito quod sit probabilis, tesuluit nonnullos casus apud ipsum videndos.

570. Posttemò circa pœnas malè alienantium bona Ecclesiæ aduertendum & Beneficiatios & Clericos habentes administrationem bonotum Ecclesiasticorum illa malè alienantes posse, & debere deponi iuxta *can. Diaconi 12. quæst. 12.* & *cap. si quis presbyterorum de reb. Eccles. non alien.* & tradunt *ibidem* Glossa *verbo* pœnam. Panotmitanus *num. 10.* Rodriquez *qq. reg. tom. 1. quæst. 27. art. 13.* & Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 132. num. 1. versic. Quinto.*

SVMMARIVM §. XII. & XIII.

Contra Commissarios Delegatos in gratia, si in euideotem, *in grauamen, & detrimentum Ecclesiæ interponentes decretum suum, & alienationi rei Ecclesiæ consentientes per fraudem, timorem, aut sordes si sint Episcopo inferiores, statuta est excommunicatio lata sententia; si Episcopi, vel Episcopo superiores suspensio per annum ab executione officij; quæ excommunicatio, & suspensio nemini reseruantur. num. 571. 572. & 583.*

In rescripto si in euidentem *Commissa. ij de dictis pœnis debent specificè admoneri. n. 571. & 574.*

Non habent locum, vbi alienatio non vergit in detrimentum, vel grauamen Ecclesiæ, sed est æqualis conditionis, licèt non sit in euidentem vtilitatem. num. 574. nec si Commissarius consentiat alienationi ex culpabili negligentia in inuestigando, an alienatio cederet in vtilitatem. ibidem. neque incurruntur, nisi sequatur alienatio, & rei traditio. ibidem.

Consentire per sordes quid sit. n. 574. & 575.

Contra talem alienationem in detrimentum Ecclesiæ procurantes dolo, vel fraude, aut scienter, & contra talis alienationis decretum à Commissariis extorquentes per sordes, aut impressionem statuta est excommunicatio lata sententia Papæ reseruata. n. 575.

Dicta excommunicatio non incurritur, si alienatio non vergit in detrimentum Ecclesiæ, licet non sit in euidentem vtilitatem: Neque si quis procurauerit sine dolo, fraude, aut scientia, & si ignorantia sit culpabilis; neque nondum sequuta alienatione, & rei traditione. ibidem.

Comprehendit tàm laicos, quàm Clericos procurantes, vel extorquentes, &c. ibidem.

Plura spectantia ad Commissarios remissiuè. n. 576.

An Extrauagans Ambitiosæ *fuerit, & sit hodie vsu recepta in totum, vel in partem, quoad nullitatem contractus tantum. vel etiam quoad pœnas censurarum, & priuationis beneficij, & an in dubio præsumatur vsu recepta vbique, donec a negante probetur contrarium; & in quibus Diœcesibus sit recepta quoad nullitatem, & non quoad pœnas, &c. num. 577. ad 581.*

§. XII.

Quas pœnas incurrant Commissarij à sede Apostolica delegati in gratia si in euidentem *ad examinandum causas alienationis rei Ecclesiæ, & ad interponendum Decretum super alienatione, seu dandam facultatem alienandi, si cum detrimento Ecclesiæ in alienationem consenserint, & decretum interposuerint, quasque pœnas incurrant procurantes talem alienationem, seu interpositionem.*

DE huiusmodi pœnis extat constitutio Pauli secundi incipiens: *Cum in omnibus* edita de anno 1465. *in Bullario antiquo folio* 88. & Constitutio 2. eiusdem Pontificis *in tom. 1. Bullarij Cherubini*, quæ refertur à Quarania *verbo* alienatio *num. 13.* & à Pyrrho Corrado *de dispens. lib. 9. cap. 3. num. 1.* & est sequentis tenoris, 571.

Si Delegatus conscientia sua prodigus in grauamen, vel detrimentum Ecclesiæ per gratiam, aut timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel authoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat, Episcopus vero, aut superior ab executione officij per annum nouerit se suspensum, ad æstimationem detrimenti Ecclesiæ illati nihilominus condemnandus, sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet, à quo non nisi per Romanum Pontificem poterit absolui; is vero, qui dolo, vel fraude, vel scienter in detrimentum Ecclesiæ alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, aut impressionem alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrat, à qua non nisi per Romanum Pontificem poterit absolui, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum, cum fructibus, quos de præmissis percepisse constiterit condemnandus.

Huius igitur Constitutionis prima pœna est excommuoicatioois latæ seotentiæ contra Commissarios eiusmodi alienationem sua facultate abutentes in grauamen, & detrimentum Ecclesiæ, per fauorem, aut timorem, aut sordes, scilicet, præuia pecuoia, vel eius promissione alienationi consentientes, vel decretum, aut authoritatẽ interponentes; Ita quod per hanc duplicem actionem, scilicet, vel coosentire, vel decretum, aut 571.

authoritatem

authoritatem interponere in detrimentum Ecclesiæ incurrirur præfata excommunicatio, quæ nulli reseruatur, & afficit tantum Clericos Commissarios Episcopo inferiores.

573. Secunda pœna est suspensio per annum ab executione officij latæ sententiæ contra Commissarios Episcopos, vel superiores Episcopis eodem modo alienationi in detrimentum Ecclesiæ consentientes, vel decretum interponentes, quæ pariter non est reseruata Summo Pontifici.

574. Vtraque autem pœna, quando alienatio non vergit in detrimentum, vel grauamen Ecclesiæ, sed est æqualis conditionis, non habet locum, etiam si fortè Commissarius faciat contra concessionem Pontificis factam sub conditione euidentis vtilitatis. ita Suarez *de censuris disp.* 22.*sect.*6.*num.*4. & Marius Alterius *de cens.tom.*2. *dispu.*16.*cap.*2. §. *Quarto suspenduntur Episcopi*, & Bonacina *de alien. rer. Eccl. quæst. vnica p.* 6. *num.*2. Item non habent locum dictæ pœnæ excommunicationis, & suspensionis; si Commissarius consenserit alienationi ex culpabili negligentia in inuestigando, an alienatio cederet in vtilitatem, quia cessat dolus, fraus, aut scientia; nec interueniunt sordes, quarum nomine significantur iniquæ donationes, & promissiones. ita Suarez, & Alterius *locis citatis*. Neque etiam præfatæ pœnæ à Commissariis incurrûtur statim ac consensum præstiterunt, vel authoritatem interposuerunt pro alienatione; sed requiritur, vt sequatur alienatio, imò, & traditio rei, quia ante traditionem non sequitur detrimentum, nec alienatio est perfecta sine traditione iuxta tradita supra *num.*561. licet contrarium sentiat Bonacina *d. p.*6. *num.* 5. In dicta constitutione dicitur, quod Commissarij debeant admoneri de dictis pœnis verba sunt, *Volumus autem; quod legati, & Commissarij prædicti de pœnis constitutionis nostræ specificè moneantur, & in quibuscunque literis, & Commissionibus huiusmodi, hoc statutum nostrum inseratur.*

575. Tertia pœna est excommunicationis latæ sententiæ contra duo genera personarum, scilicet contra procurantes talem alienationem in detrimentum Ecclesiæ dolo, vel fraude, aut scienter, & contra talis alienationis decretum à Commissariis extorquentes per sordes, aut impressionem, scilicet per iniquas donationes, vel promissiones, quæ nomine sordium significantur, vt dixi, & tradunt Suarez, & Alterius *locis citatis*, aut per importunam persuasionem, aut deprecationem, aut similem inductionem, quæ omnia sub impressionis significato tradit Suarez *loco citato*, & post eum Bonacina, *dict. quæst. vnica p.*7. *num* 3. & hæc excommunicatio est Papæ reseruata, vt constat ex verbis dictæ Constitutionis; nec incurritur, si alienatio non vergit in detrimentum, licèt non sit in euidentē vtilitatem, vt Suarez *loco citato*. Neque etiam, si quis procurauerit sine dolo, fraude, aut scientia; ita quod ignorantia etiam culpabilis excusat, sicut dictum est de Commissariis ipsis, ita idem Suarez *loco citato*. Item non incurritur nondum secuta alienatione, vel traditione propter tradita *numero præcedenti*, licèt Bonacina velit tam procurantes, quam extorquentes incidere etiam non sequuta alienatione in dictam Excommunicationem; quia hæ duæ actiones, scilicet, procurare, & extorquere possint perfectè existere etiamsi alienatio ipsa realiter non sequatur. Addit Filliuccius *tom.*1. *tract.*16. *cap.*7. *num.*172. sub eadem excommunicatione non comprehendi laicos, sed tantum Clericos; quia, inquit, ij, qui alienationem procurant, vel ad eam delegantur, Clerici esse solent. At cum illa verba constitutionis, *is vero, qui dolo*, &c. sint generalia, comprehendunt etiam laicos procurantes, &c. & ita in terminis tenet Bonacina *d. p.* 7. *num.* 3. & indicat etiam Suarez, qui loquitur indistinctè de procurante, vel extorquente.

576. Cætera spectantia ad Commissarios, qui deputantur ad examinandum, an alienatio sit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & ad exequendum rescriptum *si in euidentem* explicata sunt supra *hoc tit. à num.*71. & quod eis certò constare debeat de vtilitate Ecclesiæ, & non sufficiat dubietas, actum est supra *num.*63. & quæ consideranda in agnoscenda hac euidenti vtilitate explicata sunt *à num.*108. & quod tempus in eius consideratione attendendum declaratum est *à num.*101. & vbi agitur de alienatione vtili per venditionem, deber inquirere, an magis expediat vnam, quam aliam alienare, & si agitur de permutatione debet in bonorum comparatione diligenter se gerere iuxta notata suprà *num* 174. de tractatu, & tradunt Federicus de Senis *decis.*149. *num.*2. & Rota Romana *decis.*178. *num.* 7.*p.*2. *diuersorum*.

§. XIII.

Vtrùm præfata Extrauagans fuerit, & sit hodie vsu recepta, & obliget.

577. Certum est, si alicubi non fuit vsu recepta ibi non obligare; quia ad hoc vt lex obliget, debet necessariò acceptari à subditis, seu à populo, aut communitate, iuxta communem sententiam Theologorum, & Iurisperitorum, de qua in *primo tomo horum variorum moralium tit. primo num.*1226. & præter Doctores *ibidem* relatos, tradunt Couarruuias, Borellus, Riccius, Quarranta, Mohedanus, Crescentius, & alij, qui infrà *num. sequenti* allegantur: sicut etiam certum est non obligare, si postquam fuit vsu recepta, & acceptata alicubi, sit abrogata per contrariam consuetudinem; lex enim semel recepta tollitur per consuetudinem legitimè præscriptam *cap. vltimo de consuetudine*, & *ibi* Scribentes, & alij Doctores Theologi, & Iurisperiti, quos latè refert Augustinus Barbosa *collectaneo ad d. cap. vltimum n.*11. & tradit etiam Couarruuias *lib.*2. *var. cap.*16.*n.*6. versic *Quarto*. vbi etiam notat, quod tunc dicitur legem non fuisse receptam, quando Principe sciente per aliquos actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, nec vllo pacto admissa fuerit iuxta Imolam, & Felionm *num.*13. *cap.*1. *de tregua, & pace*, & Iasonem *in l. rem nouam §. patroni. Cod. de iudiciis*. Quod etiam procedit in lege Ecclesiastica iuxta eosdem Doctores, & alios, quos allegat, & sequitur Suarez *de legibus lib.*7. *cap.*18. *num.*12. Quo vero ad abrogationem legis iam acceptatæ per contrariam consuetudinem differentia est inter legem ciuilem, & Ecclesiasticam, seu Canonicam. Quod ad abrogandam legem ciuilem per consuetudinem contrariam, vt talis consuetudo dicatur legitimè præscripta, & per eam lex abrogata censeatur, sufficit tempus decem annorum *l. de quibus ff. de legibus*; vbi indefinitè tam ad legem introducendam, quam ad abrogandam requiritur tempus longum, quod est decem annorum, vt *alibi suprà* latè ostensum est, & ita hoc tempus decem annorum sufficere ad inducendam consuetudinem legem abrogantem, tradunt Bartholus *in d. l. de quibus*, & alij Iurisperiti communiter, quos referunt Borellus *in sum. decis. p.*1. *tit.*14. *num.* 24. & Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap. vltimum de consuetud. num.* 12. & etiam idem tradunt Theologi, Azorius *p.*1. *lib.* 5. *cap.*16. *q.*6. Suarez *d. cap.*18. *num.*13. Sayrus *lib.*3. *clauis cap.*11. *n.*12. & alij à Barbosa *loco citato* allegati. At vero ad abrogandam legem Ecclesiasticam, seu Canonicam consuetudo non sufficit, nec dicitur legitimè præscripta nisi cursu quadraginta annorum, vt tradunt Suarez *d. cap.*18. *n.*12. Sayrus, & Azorius *locis citatis*, & Iurisperiti communiter, & alij Theologi, quos latè referunt Suarez *d. n.*12. & eos sequentes Borellus *d. tit.* 14. *num.*26. & 27. & Augustinus Barbosa *d. collect. ad d. cap. vltimum de consuet. num.* 12. Huius rationem addit Suarez, quia præscriptio legitima contra Ecclesiam requirit tempus quadraginta annorum iuxta *cap. de quarta*, & *cap. ad aures* cum aliis *de præscriptionibus*; consuetudo autem contra Canones, & leges

& leges Ecclesiasticas rectè potest dici contra Ecclesiam, cum sit contra iura Ecclesiastica; ac proindè præscriptio in illa debet esse quadragenaria. Sed de hac ex pluta apud præfatos Doctores, & alios ab ipsis citatos; præsertim apud Barbosam *d. collectaneo*.

Difficultas ergo est; Cùm præfata Extrauagans *Ambitiosæ* sit in toto orbe Ecclesiastico publicata, cum passim iam impressa circumferatur, & hodie sit inserta in corpore iuris, vtrum in dubio an aliquo in loco sit vsu recepta, præsumatur non recepta, & dum allegatur debeat probari eius vsus, & obseruatia, seu fuisse receptam: An vero tam in foro interiori, quam iudiciali præsumi debeat vsu recepta nisi contrarium probetur.

378. Et non præsumi vsu receptam, sed eius vsum esse probandum ab eo, qui eam allegat, tenuerunt Ioannes Mohedanus *decis. 1. de constituto*, & *decis. 8. de locato*. Crescentius *decis. 3. tit. de iureiur.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. q. 36. n. 20.* Botellus *in summ. decis. p. 6. collect. a. 164.* versic. *Quartò Extrauagans*, & alij relati à Borello. Et faciunt Vcrallus *decis. 203. p. 3.* (vbi dicit contrarium non vsum statoti licet non publicati præsumi, & probari eo ipso, quod non probatur) Socinus iunior *consil. 32. n. 47.* & Mænochius *de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 2. n. 2.* asserentes legem latam, & publicatam in dubio non præsumi vsu fuisse receptam quia quod fuerit, & sit vsu recepta est quid facti, factum autem non præsumitur, vt tradidi *in tom. 1. horum moralium tit. 1. num. 1200.* Faciunt etiam alij Doctores à me allegati *d. tit. 1. n. 1229.*

379. At contrarium, & prædictam Extrauagantem præsumi in dubio vsu receptam, & negantes vsum incumbere onus probandi, asserunt Doctores communiter, ita Antonius de Augustino *in Epitome tit. de constitut. num. 3.* Beccius *consil. 9. lib. 1.* Plotius *consil. 19. n. 62.* Redoanus *de alien. rer. Eccl. q. 35. num. 1.* & *q. 58. n. 25.* P. Beointendus *decis. 13.* Peregrinus *decis. 225. lib. 2.* Fachineus *controu. iur. lib. 10. cap. 98.* Quaranta *verbo* alienatio *n. 48.* Petrus Auend. *lib. 1. de exeq. man. regalibus cap. 4. n. 5.* Garzias *de beneficiis p. 2. cap. 1. num. 41. & seq.* Aloysius Riccius *p. 1. praxis aureæ resolut. 91.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. alleg. 95. n. 48.* & *collectan. in d. Extrauagantem* Ambitiosæ *n. 3.* Marius Antonius *var. resol. lib. 1. resol. 21. n. 15.* Ciarlinus *controu. iuris tom. 1. cap. 105. num. 11. & 112. & to. 2. cap. 183. n. 74.* & præter plures alios ab iisdem relatos Rota Romana sæpè præsertim *decis. 30. n. 5. p. 1. in recentioribus Farinacij* (vbi dicitur quod Rota non seruat præfatam decisionem Mohedani,) & *decis. 13. n. 3.* apud Marchesonium *de comm. p. 1.* Et Ratio est, quia constat de sufficiente publicatione eiusdem Extrauagantis, quæ passim impressa circumfertur, & est inserta in corpore iuris; vnde hodie dicitur facere ius commune; vt Peregrinus *loco citato*, & Rota *d. n. 5.* lex autem promulgata in dubio præsumitur recepta, & esse in vsu donec contrarium probetur, vt latè aliis allegatis tradidi in primo tomo horum moralium *tit. 1. n. 1228.* & plures alios allegans tradit Flaminius Parisius *de resignatione lib. 3. q. 6. num. 25. & 26.* & rationi à Mænochio adductæ, & aliis obiectis satisfactum est *d. tit. 1. num. 1230.*

380. Imò licet Rochus Curtius *in d. cap. vlt. de consuet.* absolutè dicat præfatam Extrauagantem esse per contrariam consuetudinem abrogatam, Syluester *verbo* alienatio *q. 15.* absolutè dicat non esse vsu receptam. Armilla etiam *v. locatio* de eius vsu dubitet, idem Syluester *v.* excommunicatio *7. excom. 47.* dicat saltem in aliquibus locis non esse vsu receptam; quod idem dicit Caietanus *in sum. v.* excommunicatio *c. 75. fine.* Et Couarruuias *lib. 2. var. c. 16. n. 6.* vetsic. *quinto.* dicit apud Hispanos dubium esse, an dictæ Constitutioni Pauli 2. *Ambitiosæ* sit derogatum, & se vidisse sæpè eam forensibus controuersiis adduci, & quandoque admissam fuisse, & quandoque neglectam, proinde Iudicis examinationi rem hanc dimittit. Nihilominus eandem Extrauagantem esse vsu receptam, & vbique seruari tradunt Bertachinos *in tract. de Episc. in 36 q. 2.* Auendaous, & Quaranta *locis citatis*.

Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolitana c. 60. n. 1.* Pyrrhus Cottadus *de dispensationibus lib. 9. c. 1.* & *c. 6. num. 11.* & Soptanus in appendice ad Filliuccium *tract. 44. cap. 1. n. 8.* Quotidie enim, inquiunt, Auendanus, & Quaranta, expediuntur in Romana Curia literæ Apostolicæ, seu Rescripta *si in euidentem* ad eius obseruationem, & ex ea emanant etiam absolutiones à censuris, dispensationes, & habituationes in vtroque foro, quoad contrauenientes; ac proindè Auendanus (prout eum refert Salzedo ad practicam Diaz *cap. 75.* aliàs 71. *versic. circa quam constitutionem*, vbi de vsu præfatæ Extrauagantis disserit) inuehitur in eos, qui eam vel non esse vsu receptam, vel contraria consuetudine abrogatam scripserunt, dicens inaduertenter fuisse locutos; eam etiam fuisse consuetudine receptam probatur alia praxi; scilicet quia quotidie in foro iudiciali citetur, & eadem Romana Curia pro eius obseruatione pronunciet, & nullas declarat alienationes factas contra formam dictæ Extrauagantis præsertim absque assensu Apostolico; vt constat ex quotidianis, & infinitis decisionibus Rotæ Romanæ impressis, quarum plures *in hoc titulo* sunt allegatæ.

Addit Marcus Antonius Genuensis *d. n. 1.* & post eum Pyrrhus Corradus *loco citato*, prædictam Extrauagantem *Ambitiosæ* in Ciuitate, & diœcesi Neapolitana esse omninò, & in totam vsu receptam, tam, scilicet, quoad pœnas intrinsecas nullitatis cótractus, quàm quoad pœnas extrinsecas censurarum, & alias. Bonacina etiam de Contractibus *disp. 3. q. 8. de feudo p. 4. n. 14.* versic. *verum*, dicit quod Mediolani eadem Extrauagans videtur recepta non solum quoad obligationem; sed etiam quoad pœnam excommunicationis, licet non quoad pœnam priuationis beneficij, ante omnem iudicis sententiam, vt supra dictum est; Subdit vero non videri receptam quoad assensum Apostolicum; cum bona Ecclesiastica vendi consueuerint de licentia Episcopi. Nauarrus *in manuali d. c. 27. n. 149.* & *in com. de alien. rer. Eccl. n. 21.* dicit in Lusitania eandem Extrauagantē non fuisse receptam quoad locationem ad solum triennium, quia, inquit, ibi passim reperiuntur cōtractus celebrari in quatuor annos. Quamuis contrarium, & in toto regno Lusitaniæ esse receptam quoad nullitatem contractus locationis vltra triennium, si non in totum, ex parte temporis vltra tres annos, tradunt Gamma *decis. 156. n. 2.* Salzedo loco *suprà citato*, Molina *de instit. to. 2. disp. 466. n. 8.* versic. *Caietanus*, & Robellus *de obligat. iustit. p. 2. lib. 13. q. 5. n. 9.* Idem Nauarrus *d. c. 27. eodem n. 149.* (& idem dicit *c. 23. n. 62.* & *consilio 10. n. 2. de reb. Eccl. non alien. in 2. editione*) existimat eandem constitutionem *Ambitiosæ* in multis locis esse vsu receptam, quoad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ vltra triennium: nullibi autem esse vsu receptam quoad pœnas extrinsecas excommunicationis, interdicti ab ingressu Ecclesiæ per sex menses, & priuationis beneficiorum. Vnde testatur Salmanticæ se sententiam tulisse, qua irritam, & nullam quandam bonorum Ecclesiæ locationem vltra triennium iudicauit, non tamen Clericum, qui eam fecit, fuisse excommunicatum. Et hoc idem quod dicta Extrauagans nullibi sit vsu recepta quoad præfatas pœnas extrinsecas excommunicationis, & priuationis beneficiorum asserunt etiam Salzedo, Molina, Rebellus locis *suprà* citatis, Fachineus *d. c. 98.* Sarmiento *de redditibus Eccl. p. 1. c. 2. n. 20.* Hugolinus *de censur. tab. 1. cap. 9. §. 9.* Toletus *lib. 5. c. 91. n. 6.* Sayrus *lib. 3. clauis cap. 5. n. 15.* versic. *huius rei*, Vasquez *opusc. de redditibus cap. 2. §. 2. dub. 7.* Azorius *p. 1. lib. 9. cap. 2. q. 1.* versic. *quod attinet.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat. 95. n. 48. fine.* & *collect. à d. Extrauag.* Ambitiosæ *n. 3. fine.* Layman *lib. 3. tit. 4. c. 10. n. 10. fine* (vbi etiam addit non esse receptam quoad nullitatem locationis vltra triennium) Soprànus *d. c. 1. n. 9.* & alij à Barbosa relati, quorum mentio etiam facta est supra *n. 350.* Verùm an dicta Extrauagans de facto sit in vsu tantum quoad dispositionem principalem, & nullitatem contractus alienatio- 381.

nis; oon vero quoad pœnas extrinsecas, vel non etiam quoad locationem vltra triennium (cum in dubio præsumatur vsu recepta quoad omnia, vt probatum est) dignoscendum erit ex coosuetudine locorum contraria legitimè præscripta; quæ consuetudo abrogatiua dictæ extrauagantis in totum, vel quoad partem tantum; an fuerit inducta, & legitimè præscripta ab Episcopali Curia in vnoquoque loco erit addiscēdū, vt Caietaous *d.c.*75. Nauarrus *d.n.*149. Molina, Azorius, & alij aiunt, & iuxta præfatam consuetudinem legitimè præscriptam iudicare debebit iudex tàm fori ioterni, quàm externi, vt etiam Nauarrus, Molioa, & Azorius notarunt. Et hæc de alienatione rerum Ecclesiæ fortasse magis ordinatè, & exactè, quam plures alij, qui de hac materia scripserunt, idque in gratiam amici, cuius rogatu prædicta non sine ingenti labore scripsi.

TITVLVS DECIMVS-NONVS, HVIVS TOMI SEPTIMVS.

TITVLVS SEPTIMVS,

De choreis inter mares, & fœminas.

SVMMARIVM
TITVLI SEPTIMI.

Doctores tractantes de choreis. num. 1.

*Triplex genus actuum humanorum. n.*2.

*Choreæ ex natura sua non sunt moraliter malæ. n.*3.

*Chorearum duplex genus, aliud pium, aliud profanum. num.*4.

*Quænam Choreæ in diuinis scripturis probentur. n.*5.

Choreæ vndè originem habuerint. ibidem & num. 25. *fine.*

*Clericis, & aliis Ecclesiasticis personis, Monachis, Religiosis, & Monialibus choreæ sunt prohibitæ. n.*6.

*Eisdem prohibetur interesse spectaculis. ibidem. & n.*7.

*Eisdem Clericis prohibetur interesse conuiuiis nuptiarum, & si contingat interesse, antequam Choreis, & spectaculis initium detur debent surgere, & abire. n.*7.

Conuiuiis honestis, & quæ fiunt in anniuersariis defunctorum, & solemnitatibus Sanctorum possunt interesse. ibidem.

*Chorea in Ecclesiis, aut alio loco sacro haberi est illicitum, & mortale. n.*8.

Neque etiam in cœmeteriis, & aliis locis antè, vel propè Ecclesiam sitis licitum est habere Choreas. ibidem.

*Chorea est mala, & peccatum, si fiat, vel ad eam quis accedat libidinis causa, vel alia praua intentione. num.*9.

*Choreas ducere, & inspicere peccatum est, si quis indè peccandi periculum sibi imminere agnoscit, seu timet, vel timere debet. num.*10.

Quando, & quàm graue periculum labendi in peccatum contineat vsus chorearum omnibus timendum. ibidem.

Aspectus mulierum, & multò magis tactus, & colloquium cum ipsis periculum labendi in peccatum ingens continent. ibidem.

Rustici eidem periculo obnoxij. ibidem.

Chorea, quæ hyemali tempore, nocturno tempore per stabula rustica habentur prohibenda. ibidem.

In Chorea est periculum non solum libidinis, sed & rixarum, inimicitiarum capitalium, & homicidiorum. ibidem.

*Vbi ex illis probabiliter timetur, vel timeri debet periculum peccati in aliis, quis non potest absque peccato curare haberi choreas, illásue celebrare. n.*11.

Omnia modò ad salutem non sint necessaria, omittenda sunt, ne quis peccet, quando ex malitia non est peccaturus, & ex praua voluntate boni impediendi. ibidem.

Ab iis actionibus, in quibus maior pars exercentium non peccat mortiferè, abstinendum necessario est, cum certa persona peccatum timetur, imò etiam contra Nauarrum quando incerta persona, scilicet, actionem exercens in genere, & vagè existimat aliquos peccaturos, præsertim si actio, ex qua timetur tale scandalum, seu peccatum proximi sit inutilis, & vana. ibidem.

Nonnulla alia de scandalo. ibidem.

Ex choreis frequentius plures prouocantur ad peccatum. ibid.

Fidicinum, & citharistarum ars quatenus ad choreas ducendas inseruit reprobanda. ibidem.

An si fœmina, præsertim Nobilis si accedat ad saltandum in choreis, probabiliter timeat aliquem inde exponi periculo peccandi, seu indè accepturum occasionem peccandi debeat abstinere, vel licitè possit in tali casu choreas ducere. num. 12.

*Mulier, quæ vtitur nimio ornatu, si offerendo se aspectui virorum cum tali ornatu timet probabiliter aliquem inde arrepturum occasionem peccandi, an & quando teneatur abstinere. n.*12. *post medium.*

*Charitas obligat nos ad impediendum etiam peccatum illius, qui ex sua malitia alioqui esset peccaturus, si id sine incommodo nostro possumus. n.*13.

Non solum res, seu actiones vitiosæ, sed etiam inanes, & omninò inutiles, vel quæ fiunt ad vanitatem sunt omittendæ, etiamsi alius ex malitia peccaturus sit illarum occasione. ibidem.

*Choreæ non debent haberi sine delectu, sed solum ex causa iusta, & honesta, & quæ sit ista causa. n.*14.

Reprehenduntur superiores permittentes, vt ipsi caupones, & etiam lanones ad turpem quæstum, multorum libidinem explendam liberè choreas instituere possint. ibidem.

*In choreis motibus immoderatis, aut lasciuiam, ac turpitudinem continentibus vti, malum est, & mortiferum. n.*15.

*Choreas frequenter, & ex consuetudine celebrare non caret culpa, & quando culpa sit mortalis. n.*16.

*Temporibus ab Ecclesia ad pœnitentiam, & deuotionem destinatis choreas ducere est malum, & vitiosum, & huiusmodi tempora sunt ab Aduentu ad Epiphaniam, à Septuagesima ad Pascha, dies Litaniarum, quatuor temporum, & Vigiliarum. n.*17.

In prædictis temporibus an liceat habere choreas ob insolitam aliquam lætitiam, v. g. victoriæ causa, vel ob lætitiam alicuius festi, quod in loco celebretur. ibidem.

Quid sentiendum de choreis, quæ fiunt à Septuagesima ad initium Quadragesimæ. ibidem.

*Choreæ damnantur tanquam peccatum si fiant in diebus Dominicis, & aliis festiuis, & an sit peccatum mortale, & an à culpa excusentur, si fiant iisdem diebus extra tempora diuinorum officiorum. n.*18.

Choreæ Rusticis in diebus festiuis an permittendæ. ibidem.

Choreæ in diebus festis non prohibentur ex præcepto festi colendi, est tamen alienum à Christianis moribus tales dies

dies corporea voluptati dare. num. 19.

Causa, & finis institutionis diei Dominici & aliorum festorum latè explicatur. n. 20.

Chorea fini festorum maximè aduersantur, ideo sunt mala in die festo habita, licet violati præcepti pœnã non inducãt. ib.

Spectacula, & choreas haberi in diebus Dominicis, & aliis festis Imperatores Romani Christiani omninò prohibuere. num. 21.

Sacris sanctionibus seuerè prohibentur chorea, & spectacula in diebus festiuis. n. 22.

Imperatorum, & sacris sanctionibus prohibentur spectacula, & chorea in diebus festiuis per totum diem absque vlla exceptione, & sic etiam pro tempore, in quo diuina officia non peraguntur. n. 22.

Spectaculi nomen est generale comprehendẽs etiam choreas, & omnia huiusmodi ludorum, & voluptatum genera. ibidem.

In diebus festiuis, etiam extra tempus Diuinorum officiorum sacris Canonibus, & legibus imperialibus præfatis prohibentur omnes ludi profani, publici, qui vulgo Giostre, Quintane, Tornei, Correre al pallio, & similes, licet in eis nulla commisceatur turpitudo. n. 23.

Chorea inter mares, & fœminas seclusis adiunctis, & circumstantiis illas malas efficientibus, an sint iudicanda mala, & absolutè reprobanda sententia negans. n. 24. contra præfatam sententiam hodie communem argumenta vrgentia desumpta tũ ex auctoritate sacræ Scripturæ. n. 25. tum authoritate Sanctorum Patrum. ibidem, & n. 26. vbi etiam ab iisdem Patribus improbantur spectacula in vniuersum: tum auctoritate Conciliorum, & sacrorum Canonum. ibidem. tum authoritate grauium Theologorum, & Summistarum. n. 27. tum authoritate virorum ciuili prudentia insignium. n. 28. soluuntur quædam argumenta in fauorem sententiæ negatiuæ adducta. ibidem, fine.

Chorearum turpitudo ostenditur adductis exemplis Diuinæ vltionis sumpta de chorizantibus. n. 29.

Quod officium Principum in arcendis subditis à choreis, & reprobantur argumenta eorum, qui persuadent Principibus permissionem chorearum in populis. n. 30.

Qua cura Episcoporum, & qua ratione possint Episcopi prohibere choreas. n. 31. & seqq.

Episcopus potest prohibere choreas in diebus festiuis. n. 31. & in temporibus pœnitentiæ & deuotionis. num. 33. Imò quocunque tempore. num. 34.

Episcopus potest statuere adiuuando ius commune, imponendo pœnas, vbi ius commune non imponit, vel aggrauando pœnam a iure impositam. n. 32.

Episcopus habet iurisdictionem in laicos ratione sacri temporis. n. 32. fine, & etiam contra laicos potest statuere præter ius ad morum correctionem, & peccata tollenda, peccãdinè periculum auertendum, & pietatem conseruandam, etiam indicendo pœnam temporalem latè explicatur. n. 34. & 35.

Ratione peccati laicus fit de iurisdictione Episcopi. n. 34.

Episcopus potest validè statuere etiam pœna excommunicationis adiecta, ne mulieres vtantur fucamentis, & ornamentis vltra certam mensuram ad tollendum abusum, & excessum ornamentorum continentem periculum irritandi ad libidinem. n. 34. fine.

Damnatur opinio Neuizani, *quod Episcopus non habeat potestatem supra laicos, nisi vbi adest peccatum, non vero quando adest solum periculum peccati. n. 35.*

Item damnatur opinio eiusdem Neuizani, *quod non liceat, deceat, & expediat Choreas per Episcopum prohiberi ne fiant vltra mediam noctem carnis priuij. n. 36. & duobus seqq.*

Valet edictum Principis per quod prohibentur chorea de nocte. num. 37.

1. VONIAM noonulli scriptores inter quos præcipuè Ioannes Neuizanus *in lib. 4. sylua nuptialis à n. 66. ad 75.* videntur excessisse in excusandis choreis inter mares, & fœminas à morali malitia illasque acrius, & mious animosè tuentur, quasi vt plurimum exerceantor sine culpa saltem mortali, & si aliquando io illarum vsu contingat ex praua vteosium affectione peccatũ, sint nihilominus admittendæ ad impedienda maiora, & grauiora peccata. Idcirco opportunum, & publico bono expedieos duxi, hoc peculiari titulo non leuiter examinare, & explicare, quaodo, quæ & quanta malitia insit choreis; de quibus Angelus, Syluester, Caietanus, Armilia, Tabiena, Rosella, & alij Summistæ, v. *chorea*, Alexander Alensis *in summa Theologia 4 p. q. 11. artic. 2. versus finem*, D. Antoninus *2. p. tit. 6. c. 6.* Azorius *3. p. cap. 26.* Bonacina *de matr. q. 4. p. 9. n. 24.* Filliuccios *tom. 2. tract. 30. c. 10. n. 223.* Turllench in decalogum *lib. 6. cap. 1. dubio 12. n. 22.* & alij *infra* allegandi.

§. I.

An choreæ secundum se præcisè, & naturam propriam considerata sint mala, & peccatum: Pro explicatione præmittitur notabile, & duplex genus chorearum assignatur.

IMprimis igitur propono aduerteodom, quod ex humanis actionibus iuxta earum oaturam præcisè cõsideratis, aliæ ita videntur bonæ, vt malæ nunquam esse possint; aliæ ita malæ, vt nunquam bonæ sint, aliæ vero mediæ; quæ ex sui natura indifferentes in vtramque partem eoouertuntur, & contingit esse modo bonas, modo malas. Virtutis enim actiooes semper sunt laudabiles, semperque probandæ; è contra vitiosa facta semper damnanda. At vero multa alia sunt; quæ pro animo, affectionéque vtentium, pro conditione hominum, locorum, temporum, & eiusmodi, aut pro modo, & ratione, quæ in eis adhibetur, quandoque sunt moraliter bona, aliquando vero mala. Quorum sæpè alia praua hominum coosuetudo ita corrumpit, & ita passim abutitur, vt merito tanquam perniciosa à populorum Pastoribus, Rectoribusuè damnentur, pœnaque sancita prohibeantur: Id cùm in aliis multis euenit, tum præcipuè in his, quæ ad vitæ iucunditatem animorúmque recreationem pertioent; in quibus honesti fines transire ab voluptatis illecebras, vimque humani appetitus perfacile est. Imò & non valdè difficilè eò progredi, vt pro honesta iucunditate fiat perniciosissima corruptela. Cumque facilius horum aliquod tolli, & prohiberi deberet, quando in vitiũ declinat, quo plura alia sunt in rebus humanis, ex quibus animorum quies, & oblectatio capi honestè potest, quæ quidem sunt infinita; contra euenit, vt voluptatis gratia obstinatè retineatur: multique semper parati sint defensores, quorum alius rei naturam minimè malãm proponit, & opponit, Alius humanæ vitæ necessitatem ad excusationem adducit, quæ sine aliqua oblectatione, aut iucunditate traduci non potest: Ad idque plurimi voluptatis amore, & disciplinæ oegligentia mouentur; quidam etiam ducuntur quadam indulgentiæ facilitate. At rectè quidem rei natura consideratur, cum physicè agitur; cum vero agitor de moribus hominum nihil refert bonam esse rei naturam, si ea malè accipitur, & ad vitia sceleraque accommodatur. Rectè etiam dicitur aliqua recreatione, seu iucunditate opus esse in hac vita; sed addendum, quæ cum virtute coniuncta sit; neque ab honesto rectauè ratione abhorreat; alias iucunditates, aut recreationes neque Theologi probatunt, neque etiam booi Philosophi, quemadmodum S. Thomas docet *in 2. 2. quæst. 168. art. 2.* & post eum scribentes *ibid.* & vniuersim de Eutrapelia agentes præsertim Lessius *de iustitia lib. 4. cap. 4. dub. 13.* 2.

Hinc cum choreæ ex se, & natura sua præcisè, malæ, & illicitæ noo sint, vt omnes præallegati Doctores tradiderunt, videaoturque ad animorum recreationem pertinere, factum est, vt frequenti vsu etiam in populis Christianis exerceantur; sed tanta sæpè licentia, morumque corruptela, vt oihil ferè vitiosæ hominum voluptati, libidinique aptius possit inueniri. 3.

Quoniam vero non desunt, qui ad excusationem nostrarum chorearum Sanctorum qooque exempla in mediũ afferunt, & vt S. Cyprianus ait *in libro de spectaculis*, 4.

vitia nostra volunt de sacris literis vindicare: Duplex genus distinguendũ est, aliud pium, aliud profanum; quemadmodum & musica tum in diuinis adhibetur ad pietatem ardentius exercendam, tum etiam in profanis ad voluptatem capiendam; illud piè sanctęque fit; hoc sæpissimè turpiter, & flagitiosè; vnaque musica est; sed valdè refert, quo animo, quaque ratione eadem re quis vtatur: Ita igitur duplex choreæ, seu saltationis genus; alterum laudabile, & pium; alterum turpe, & ad voluptatem tantum lasciuiamque accommodatum. Vtrumque genus in sacris literis inuenitur. *David*, vt est *in lib. Reg. 2. c. 6. & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis*, & denuò, *David saltabat totis viribus ante Dominũ.* Maria Aron soror cum cæteris mulieribus canens, & tympanum pulsans gaudebat, & gratias agebat Domino ob submersum Pharaonem *Exodi* 15. fuit autem illud genus choreæ non solũ cum summa honestate coniunctum; sed etiam ad honorem Dei, gratiásque piè agendas institutũ, vt nihil ad choreas nostras pertineat. Contra quid de profano choreatum genera ex sacris scripturis suppeditetur, doceri potest *in Ecclesiastici c. 9.* vbi de cauenda muliere saltatrice præcipitur. Item *Tobia* 3. in illis verbis Saræ Raguelis, *nunquam cum ludentibus miscui me, Iob* 21. & *Isaia* 3. quibus locis de hoc altero saltationis genere mentio est tamquàm profano, & malo. Quæ ratio fuit, vt etiam fuerint in vsu apud gentiles, qui & in eorum falso cultu choreas adhibuerunt, vt semper diabolus pietatis opera imitari studet; & etiã in rebus profanis, bellicis, aliisque vsi sunt; de qua re Cælius Rhodiginus *lib. 5. c. 3. lect. antiq.* Quod si piæ saltationis vestigium aliquod hoc tempore quæramus, tum partim in sacris choris, vbi etiam musica adhibetur, inueniemus; tum in sacris processionibus; quæ vel circa Ecclesias, vel etiam per vias haberi solent, in quibus obeundis maiores corporis motus, eosque ad numerum in exteris Prouinciis scimus piè adhiberi; quamquam à vili hominum genere, non autem ab optimatibus; de quibus dici posset, cum Dauid Rege, *ante Dominum non saltabunt, ne fortè irrideantur à mulieribus*; at irrisionem non timent ante Dominum saltantes.

5. Itaque non est, quod sacrarum scripturarũ auctoritate quis velit defendere choreas nostras, quarum causa hunc Titulum institui, quæ contra earũdem auctoritate damnãtur. At quamuis in Diuinis scripturis choreaũ genus, de quo hic agitur minimè probetur, quamuis etiam ex Iudæorum, Paganorumque moribus profectum esse constet, vt postea etiam *n. 25.* videbimus; dicimr tamen illud non natura sua malum esse, sed vitio vtentium; ideoque absolutè non posse reiici, & damnari, sed malas tantum earum conditiones esse damnandas; neque condẽnandos tanquã reos culpæ præsertim mortalis omnes illos, qui viũtur, sed illos, qui malas cõditiones coniungũt, vt ferè omnes præallegati Doctores adnotarunt. Ad rẽ hanc igitur clarè, distinctè, & exactè quoad fieri poterit declarandam conabor imprimis explicare quãdonam, seu quibus in casibus choreæ ratione adiunctorum, adiacentiumuè contineant turpitudinem, aut peccatum, peccãdiuè periculum. Deinde relatis prius dictis plurium ex Doctoribus *suprà* allegatis proponam quid in vniuersum sacris, Diuinisque scriptis, tum aliorum virorum sapientum auctoritate de iisdem choreis definitũ sit, vt agnito quid mali contineant, & singuli sibi cauere entent; & qui populis spirituali, ciuilique potestate præsunt, meliùs cognoscant, quorum in eo genere suis cauere debeant.

§. II.

Quandonam, quibusuè in casibus choreæ sint prohibitæ, & illicitæ, miniméque excusentur à culpa. Choreæ Clericis, & aliis Ecclesiasticis personis prohibitæ.

6. PRimò choreæ à Clericis, & aliis Ecclesiasticis personis, puta Monachis, seu Religiosis, ac Monialibus duci licitè non possunt, & quoad eos attinet, sunt prohibitæ. ita S. Thomas *in c. 3. Isaia.* S. Bonauentura *in 4. dist. 16.* Albertus Magnus *eodem* 16. D. Antoninus, Angelus, Syluester, & alij summistæ locis suprà *n. 1.* allegatis; Azorius, & alij recentiores *eodem n. 1.* allegati. Citantur vero à nonnullis ex præfatis Auctoribus *c. Clericum d. 46.* & *cap. nullus presbyterorum de consecr. d. 5.* in primo autem prohibetur scurrilitas, & iocus turpium verborum; in secundo ebrietas, risus immoderatus, fabulæ inanes, ludi, qui vrso, aut torneamento, aut laruis fiunt, quia vt in textu, diabolicum est, & sacris Canonibus prohibitum. Rectius citatur *c. presbyteri d. 34.* quo Clericis prohibetur *conuiuiis nuptiarum interesse, & iis cœtibus misceri, vbi amatoria cantantur, & turpes, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferũtur, ne auditus, & obtutus sacris ministeriis deputati turpium spectaculorum, aut verborum contagione polluantur.* Addo *c. non oportet 2. de consecr. d. 5.* & *c. cum decorem de vita & honest. Cleric.* vbi Ministris altaris huiusmodi actiones, & spectacula prohibentur; Quæ prohibitio etiam renouata est à Tridentino *cap. 12. sess. 24. de reform.* Addo etiam *in Clem. de stat. Monac. c. 2.* hæc expressè prohiberi monialibus ibi: *non choreas, non festa secularium prosequantur.*

Circa illud autem, quod dictum est de prohibitione interessendi conuiuiis nuptiarum facta Clericis *d. c. presbiteri*; quibus etiam *c. de his 31. q. 1.* prohibetur interesse conuiuiis secundarum nuptiarum: aduertendum, quod forte nuptiarum conuiuio interesse contingat, tunc antequam choreis, & spectaculis initium detur, surgere debent è conuiuio, & abire. vt *d. c. non oportet* præcipitur. 7.
Huic autem prohibitioni non obstat Saluatorem nostrũ interfuisse conuiuio in Cana Galileæ *Ioannis secundo.* tũ quia illud fuit conuiuiũ tenue, cum ibi defecerit vinum; tũ quia Christus Dominus inuitatus venit ad nuptias, vt firmaretur castitas coniugalis, & ostenderetur Sacramentum matrimonij, quia & illarũ nuptiarum sponsus personam Domini figurabat. Vt D. Augustinus *in tract. 9. in Ioannem post initium.* Possunt tamen Clerici interesse conuiuiis honestis, & quæ fiunt gratis charitatis, & dilectionis *cap. conuiuium, cap. quando 2. d. 44.* Couarruuias *in c. fin. n. 1. de testam.* Bellettus *disquisit. cler. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 52. n. 25.* item & iis, quæ fiunt in anniuersariis defunctorum, siue in solemnitatibus Sanctorum *c. nullus d. 44.* & *d. c. nullus de cons. d. 5.* Bellettus *ibidem.*

Choreas in Ecclesiis, & aliis locis sacris haberi nefas est.

Secundò choreas in Ecclesia, aut alio loco sacro haberi, illicitum est. Ita omnes præallegati Summistæ, aliique Doctores *num. 1.* relati, citatur in argum. *cap. decet de immunit. Eccles. in 6.* rectè addi potest *d. cap. cum decorem de vita & honest. cleric.* & *Clem. 1. de celebrat. missarum* ibi, *non verentur in ipsis* (scilicet Ecclesiis) *earumque cœmiteriis choreas facere dissolutas*, ex quo intelligere possumus, neque ante, aut propè Ecclesiam choreas duci posse; quamuis enim de cœmiteriis tantùm *ibi* exprimatur, tamen idem accipiendum est de aliis locis ante, vel propè Ecclesias siti; vnde possint diuina officia perturbari, cum præstantur. Ad quod facit S. Augustini auctoritas, qui *in sermone* 215. grauiter reprehendit eos, qui ante Basilicas, saltationes exercere non metuunt, & ea, quæ tradit Nauarrus *de orat. cap. 5. num. 57.* faciunt ad confirmationem huius sententiæ communis, & prædicta intelligi debent de choreis, licet abesset mala intentio, scandalum pusillorum, nec turpia, aut lasciua incitantia ad malum miscerentur, & haberentur inter personas alioqui honestas; nam si tales choreæ in Ecclesiis, aut cœmiteriis haberentur, & etiam extra tempus diuinorum essent illicitæ, & peccatum, nam *dict. cap. decet*, ab Ecclesiis, & cœmiteriis excludit absolutè omnia vana, & Summistæ, atque alij Doctores pariter absque distinctione dicunt malum esse choreas exercere in Ecclesiis, 8.

clesiis, & cœmiteriis : Et ratio est, quia aduersantur reuerentiæ locis sacris, DEO, eiusque cultui consecratis, aut deputatis, & licèt Lopez *in 2. p. instructorij cap. 31. versic. Tertia conclusio*, tales choreas excuset à peccato mortali, non video qua ratione, cum contineant notabilem irreuerentiam erga eadem loca sacra, & esse mortale indicant præallegati Summistæ dum aiunt absolutè esse malas, & peccatum. ita etiam absque dubio sentit Augustinus Barbosa *collectaneo ad dict. cap. decet num. 1.* cum Doctoribus, quos *ibidem* refert, & multo magis esset peccatum mortale, si haberentur in Ecclesia, in qua asseruaretur sanctissima Eucharistia.

Chorea est mala, & peccatum, si fiat, vel ad eam quis accedat libidinis causa, aut alia praua intentione.

9. Tertiò. Qui accedit ad choream, eamque ducit libidinis causa, aliouè malo fine proposito committit peccatum animæ suæ tam graue, quàm malum est vitium finis ipsius; cum ex fine iudicentur, æstimenturque nostræ actiones *cap. militare 23. quæst. 1.* S. Thomas, S. Bonauentura, Albertus Magnus, S. Antonius locis *suprà* allegatis, & Summistæ, ac reliqui Doctores *num. 1.* relati. Quod cùm sit ex se manifestum, si quidem is peccat, qui sciens, & prudens, vt dicitur, vult vitia exercere, & diuinum præceptum violare, non est cur pluribus ostendere coner: tantum commemorabo frequentem corruptelam choreæ celebrandæ amasiarum causa, vt videantur, tangantur que ad libidinem; in quo cum alij sibi voluptatem quærãt, alij quoque quærãt amicis, & visum est quandoque principibus viris ad eorum gratiam ineundam illustres choreas offerri, quasi mulierum mercatum pudicitiæ circumueniendæ ludum.

Choreas ducere, vel inspicere peccatum est, si quis indè peccandi periculum sibi imminere agnoscit, & explicatur quale, & quam graue periculum labendi in peccatum contineat vsus chorearum.

10. Quartò. Qui sibi (& hoc metum iis incutere debet, qui sibi boni videntur iucunditatemque tantùm ex chorea non peccatum quærere) ex chorea siue ducenda, siue inspicienda periculum peccati (quod etiam esse potest ex imbecillitate, seu propensione personæ ad peccandum, præsertim si imbecillitas eiusmodi experta sit, secundum ea, quæ Caietanus *in summa* verbo *periculum*, & ea, quæ tradunt Doctores de occasione peccati vitanda, præsertim Nauarrus *in man. cap. 3. à num. 11.*) imminere cognoscit, timetuè probabiliter, si non abstinet, incidit in peccatum, & mortiferum, si mortiferum sibi timebat, quia qui amat periculum peribit in illo *Eccles. 3.* ita Alensis, Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla, & Caietanus locis supra *num. 1.* citatis: Et idem dicendum si probabili ratione timere tale periculum debet, paria enim sunt, vt passim Doctores affirmant; neque venia datur temeritati, qua quis adit periculum salutis. Quod quidem periculum quale sit, & quàm Christianis hominibus timendum, quis manifestè agnoscet, si sequentia consideret; nempè cogitet mares, & fœminas in choreis sedere; omnes ibi esse ad voluptatem capiendam paratos, cogitet mutuos aspectus, moramque diuturnam, motum item corporis, in quibus oculi curiosi multa inueniunt luxuriæ incitamenta; cogitet musicæ suauitatem; quæ maximam vim habet in quocunque genere versetur, siue bonum sit, siue malum; cogitet colloquia, quæ sæpè intercedunt; cogitet tactum ob consuetudinem manus manu apprehendendæ, cuius loco (vt fertur à maioribus traditum) sudariolum olim *adhiberi solebat*; item cogitet, omnes accedere quàm ornatissimos, plerumque etiam pleno ventre, calorem quoque, qui ex motu excitatur, vt omittam ea, quæ in quibusdam saltationum generibus propius ad luxuriæ malum accedunt; veluti saltantium gestus quosdam, qui si non omninò turpitudinem habent; turpia tamen planè imitantur, & pæanas, scilicet saltationes illas vulgo *pauana*, cum mares singuli, singulas fœminas nunc tenentes, & circumducentes secretis, blandisque colloquiis detinent, musico, & suaui interim sono deliniti; loco etiam ita circumeuntium multitudine referto, vt etiam obscœnis tactibus locus relinquatur. Quibus omnibus consideratis, certè non apparet, cur non dico homines vitæ laxioris, quales sunt choreis dediti; sed qui continentissimi sunt, sibi fidere in eiusmodi periculis debeant; maximè cum diuina voce grauissimè moneamur occasionem, periculumque peccati vitare, præsertim quod à mulierum aspectu, nedum colloquio, tactu nobis imminet: *Si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum, & proiice abs te* Matt. 5. & *Virginem nè aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius*, Ecclesiastici 4. & *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* ibidem. *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Quæ monita quanti facienda sint, exemplo est vir, & Propheta Sanctus Dauid, qui ex vno aspectu in grauissima peccata incidit. Et Sichem, qui cum Dinam aspexisset, & libidine propterea exarsisset, ex ea re tantùm malorum intulit suis *Genes. 34.* Et de Principe Holopherne *Iudith 16.* scriptum habemus, *quod sandalia Iudith rapuerunt oculos eius; pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.* ideò dicebat Dauid: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* & Iob 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine.* Non omittam dictum D. Basilij *in libro de Virginitate*, quo mirificè explicat magnam fœminæ vim, ad alliciendos suis verbis, & pulchritudine viros ad sui concupiscentiam: *Vir*, ait ille, *quoniam fœminam de suo latere formatam diligit vt proprium membrum, ad eam toto impetu rapitur; sic fœmina in se quandam virtutem habet, miramque potestatem trahendi ad se virum, non secus ac magnes, cum ipse non moueatur, ferrum ad se rapit.* Addo S. Augustini dictum, quod non licet aspicere, quod non licet desiderare: ipsi Gentiles sine Christiano lumine viderunt, quantum periculi ex aspectu cordi impenderet; vetus est dictum, *Amorem ex aspectu nasci.* Recusauit Alexander Macedo videre Darij filias, ne cum alios vicisset, ipse vinceretur à mulieribus. Alia sunt immemorabilia exempla. Christiani verò diuina doctrina illustrati, non solum aspectus, sed etiam tactus grauissima pericula non timent, illisque se tam facilè exponunt; monita Spiritus sancti, honorem DEI, propriamque salutem nihili facientes; cum tamen ipsi etiam experientia agnoscant, quam facile homines in peccata cordis incidant. De quo testes possumus esse nos, & omnes, qui sacris confessionibus audiendis incumbũt, cum sciamus plurimos ne aduertere quidem ea, quæ peccant in corde suo; sæpéque turpes cogitationes quascunque voluntatis cõsensu firmatas omninò patui pendere; & infinitam propè peccatorũ multitudinẽ, in huiusmodi ludis admitti. Neque etiam ab huiusmodi periculis videntur excipiendi (quidquid Caietanus, & nonnulli alij ex Doctoribus *n. 1.* præallegati) Rustici ob eorum simplicitatem; nam quamuis ad hæc peccata minus procliues illi sint, quam vrbani, præsertim otiosi; tamen de naturali affectu hic agitur, qui & in rudibus hominibus, & brutis facillimè excitatur: ideo prohibendæ essent omninò, vel saltem valdè expediret, si prohiberentur etiam choreæ illæ; quæ hyemali tempore per stabula rustica habentur, maximè quia nocturnæ sunt, & alij præter Rusticos conueniunt ad pudicitiam rudium puellarum scelerate circumueniendam. Neque desunt alij, & prudentes, & multò rerum vsu præditi viri, qui in choreis huiusmodi periculum inesse agnoscant, & fateantur. Atque fertur quendam grauissimum Philosophum in insigni Academia Philosophiæ publicum professorem rerum eiusmodi prorsus expertem, cum semel

licet quodammodo inuitus à ſcholaribus ſuis Auditoribus ad chorearum ludum adductus fuiſſet, ſumma affectum admiratione exclamaſſe illud eſſe iouenorum ad mores deprauandos ſingulare. & Angelus *d.* verbo *chorea* refert Diuum Hieronymum in quadam Homilia dicentem: *Non credo viro, ſi dicat ſe illaſum euaſiſſe à talibus ſpectaculis, cum Dauid ex eo quod vidit Berſabee lauantem ſe prouocatus ſit in libidinem.* ita D. Hieronymus, idem dictum D. Hieronymi refert Tabiena verbo *chorea*, *initio*. Verùm neque ſolum periculum libidinis eſt in chorea; ſed aliud etiam neque remotum neque leue, rixarum, ſcilicet, ex quibus inimicitiæ capitales, homicidia, & plurima mala oriuntur; vt euentus quotidie docet: dum enim vel in tripudium prodeundo, vel loco occupando, vel muliere ad ſaltationem inuitanda alius alij anteuertere conatur, vel quod hic illius amaſiam inuitet; vel (vt non ſemel contigiſſe vidimus) in domum, ſeu locum chorearum tentat etiam per vim ingredi, ad arma venitur; ideoque chorearum ſectatores ſemper armis valdè muniti inueniuntur: Proptereaque Principes hac de cauſa tantum ob multa homicidia contra choreas grauia edicta, grauéſque pœnas ſæpius propoſuerunt.

Vbi ex illis probabiliter timetur, vel timeri debet periculum peccati in aliis, quis non poteſt curare haberi choreas illaſvè celebrare.

11. Quintò, qui probabili ratione timet, vel timere debet, ne alij incidant in peccatum propter choream, quam haberi curat, debet abſtinere, alioqui in peccatum incidet; ad quod facit etiam doctrina *numero precedenti* allata; & hanc ſententiam in terminis in hac materia tradunt Alenſis loco ſuprà *num.* 1. allegato, Tabiena *d. verbo* chorea *n.* 3. & Syluester *eodem* v. *chorea*, vbi hanc ſententiam bis ponit. Et quidem nedum talia, ſed omnia etiam modo ad ſalutem neceſſaria non ſint, omittenda ſunt; ne quis peccet, quando tamen ex malitia non eſt peccaturus, & ex praua voluntate boni impediendi ſecundum es, quæ tradit S. Thomas 2. 2. *q.* 43. *art.* 7. & poſt eum Suarez *de charitate diſp.* 10. *ſect.* 4. *n.* 8. Vaſquez *in opuſc. de ſcandalo dub* 2. *n.* 10. verſic. *vera igitur opinio.* Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 18 § 1. *n.* 3. *fine*, & §. 3. *n.* 17. *&* 18. Caſtrus Palaus *to.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 6. *puncto* 16. *num.* 6. & alij recentiores agentes de ſcandalo, & Nauarrus *in man. c.* 14. *n.* 33. verſic. *Dixi autem ſaltem interpretatiuè*; ſed explicant in hoc genere idem Nauarrus *ibid.* (& idem ſentit Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *diſput.* 173 *ſect.* 18 §. 319. quem etiam approbat Diana *p.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 25.) quod ab iis rebus, ſeu actionibus, quæ nequaquam maiorem partem eorum, qui vtuntur in peccatum mortiferum conijcere ſolent, tunc tantum abſtinendum eſt neceſſario, cùm certæ perſonæ peccatum meritò timetur, non autem cum generatim, ſeu vagè, & confusè exiſtimatur aliquos peccaturos, vt (inquit) qui ad animi recreationem aliquem ludum inſtituit, non peccat, eo quod aliquem in eo peccaturum credat; ſicut nec ille, qui credit aliquem malum eſſe in aliquo oppido, aut in aliquo magno Conuentu, peccat, vt colligitur ex textu ſingulari *cap. omnis de elect.* quamuis ea de re nulla ſit præſumptio particularis, licèt peccaret, ſi crederet illum, aut illam illius oppidi, vel Conuentus eſſe malum: hæc Nauarrus ad huius ſuæ ſententiæ probationem. Sed neque præfata ratio, quam per ſimilitudinem affert, non poſſe quemquam iudicare in oppido eſſe malum hominem certum, licèt poſſit iudicare eſſe aliquem incertum, neque allegatus canon, probat illius intentum. Non enim ſequitur, ſi non poſſum malum exiſtimare certum hominem, niſi idoneum eius rei habeam argumentum, poſſum autem malum exiſtimare hominem incertum, ergo non debeo etiam curare ſalutem vnius ex multis, licet eum certum non poſſim demonſtrare; imò contra ſicuti poſſum pro humana miſeria abſque temeritate iudicare in oppido eſſe aliquem malum, ita etiam aliquem ex conuenientibus ad choream eſſe peccaturum; quod quidem peccatum pro charitate mutua debeo cauere. Atque adeo definitio huius quæſtionis non ex eo petenda eſt, vtrum de certæ, aut incertæ perſonæ periculo agatur, cum nulla ſit ratio, cur poſſimus negligere ſalutem hominis, quamuis incerti; ſed ex eo potius vtrum res, ſeu actio, de qua agitur, bona ſit, aut mala, vel eius vtilitas maior, minorvè periculo peccati, quod timetur. Item an quis ex humana infirmitate, vel ex malo affectu contra bonum peccaturus ſit, & quidem cum agitur de faciendis rebus vtilibus, aut neceſſariis, ſæpè negligi poteſt peccatum alienum ſecundum modo allegatam doctrinam S. Thomæ, & tradita à Suarez, Vaſquez, Pontio, & Palao; cum autem de inutilibus, & ſuperuacaneis, imò vitioſis, meritò ea debent omitti, ſi alienum peccatum timeatur, maximè ſi id oriatur ex humana fragilitate. Vt S. Thomas *d. quæſt.* 43. ibi Scribentes, præfati Doctores iam allegati Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 6. & alij communiter agentes de ſcandalo. Quinimò idem aliquando faciendum videretur tametſi res aliquam vtilitatem contineret. Ad quod facit doctrina, quam afferunt Syluester ex Raymundo *verbo* ars *num.* 3. *&* 5. Angelus, & alij Summiſtæ *eodem verbo* ſcilicet, quod ſi quis rem faciat, quæ per ſe mala non ſit, imò etiam hominibus vſui eſſe poſſit, & tamen ob conditionem temporum, & corruptos mores aduertat, vel aduertere debeat eam plerumque, & frequentiùs eſſe cauſam, ſeu occaſionem mali, tenetur abſtinere.

Ex quo etiam videtur rectè inferri poſſe teneri quemlibet chorea celebranda ſaltem iuxta vſum, & conſuetudinem noſtri temporis abſtinere. Cum plerumque, & frequentius (vt ex dictis *numero precedenti* videtur ſatis conſtare) in ea peccata committantur; licet perſona certa ignoretur, quæ peccatura ſit: Etſi celebritatem aliquam ſacram non debemus omittere, in qua plurimi ad ſalutem proficiant; licet probabili ratione ſciamus quoſdam eius occaſione peccaturos; cum longè ſit diuerſa ratio; quia hæc bona, vtilis, & valde proficua; chorea vero inutilis, vana, & ratione procliuitatis naturæ hominum corruptæ ad libidinem, & aliarum circumſtantiarum, quæ *numero precedenti* explicatæ ſunt, excitatiua ad turpia. Hinc reputent, qui choreas facile celebrant ad voluptatem, quo fideiuſſore promitti poſſit in tanta morum corruptela, hominumque infirmitate choream ſine plurimorum ſcandalo, & peccato ducendam eſſe. Licèt enim fortaſſe inter Cognatos, & alios minimè ſuſpectos concederemus honeſtam choream quandoque haberi poſſe; nulla tamen eiuſmodi ferè eſſe poteſt ob malam conſuetudinem, qua ſolent extranei quique quaſi iure ſuo aditum ſibi eo etiam vindicare vbi choreæ celebrantur, etſi ianua ſit clauſa, etiam inſolenter pulſare, dominumque domus iniuria ſæpè afficere, & de recenti hîc Mediolani vidimus hac de cauſa ortas rixas, & ſequuta homicidia etiam Nobilium, & illuſtrium perſonarum. In eadem cauſa conſtituendi ſunt fidicines, & citharistæ, qui eiuſmodi malum adiuuant; eorumque ars, quatenus ad choreas ſpectat, reprobanda eſt, quia adhibetur ad ea, quæ plerumque vitia continent, atque adeo cum probabili periculo peccati ſequuturi: quod de ipſis in terminis tradit Syluester *verbo* Dominica *num.* 7. verſic. *ſexta*, vbi ſic ait, qui pulſant cum periculo peccati alicuius (vt qui ad lucrum regulariter pulſant laſciuæ iuuentuti) peccatum mortale committunt, ſi illud periculum intendunt, & ſi illud ex ſignis probabiliter credunt.

Et prædicta de his, qui curant haberi, ſeu celebrari choreas, ex quibus probabiliter timent, vel timere debent alteri periculum peccandi. An vero ſi fœmina præſertim nobilis, ſi accedat ad ſaltandum in choreis, 12.

probabiliter

probabiliter timeat aliquem inde exponi periculo peccandi, seu accepturum occasionem peccandi, debeat abstinere, vel possit licitè in tali casu choreas ducere. Hurtadus loco *num. præcedenti* citato, quem etiam refert, & sequitur Diana *d. resolut.* 25. dicit tria. Primò quod choreæ non sunt de se illicitæ, quia possunt honestissimè duci etiam inter personas diuersorum sexuum, vt contingit (inquit) in Principum aulis, & Nobilium domibus, vbi Principes fœminæ, & honestæ Matronæ choreas ducunt, quas iuste non potest aliquis damnare peccati: indè secundò dicit, quod quando ipsæ fœminæ honesto motu pedes referunt ad numeros, si timeant aliquem vagè, & confusè accepturum occasionem ruinæ non tenentur abstinere ab illa actione, quia (inquit) ille timor est communis infinitis rebus, è quibus propterea non tenemur abstinere; nihil enim est (subdit) quo non abutatur hominum prauitas. Tertiò dicit, quod si aliqua fœmina prudenter timet adstare aliquem in particulari accepturum occasionem ruinæ, distinguendum est; si non potest nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere, E.g. si fœmina prouocetur à viro nobili, qui in iniuriam referet, nisi fœmina prodeat, & adstantes habebunt occasionem malæ suspicionis; si vero commodè potest, tenetur abstinere, si alius peccat ea passione; si autem ex malitia, & potest sine aliquo incommodo id vitare, tenetur; at verò non tenetur se priuare oblectatione illa honesta, & communi alijs fœminis propter alterius malitiam; aliquando vero tenetur propter passionem, malitia autem colligitur ea diuturnitate, nam passio non multum durat, sed ardet subitò occasione aliqua de repente fomitem suggerente. hæc Hurtadus, & Diana. Verum primum dictum hic examinamus, quando choreæ aliàs de sui natura non illicitæ, efficiantur illicitæ & peccatum propter adiuncta, & adiacentia, & de choreis iuxta Doctores honestis *n. sequenti*. Doctrina autè in secundo dicto contenta iam latis reiecta est *num. præcedenti*. Quo vero ad primum membrum distinctionis in tertio dicto traditæ, si loquamur de fœmina, quæ nondum accessit ad locum, vbi choreæ habentur, vel celebrari debent, & si accedat ducturam choream rationabiliter præuideat inde alteri periculum peccandi ex infirmitate, non video quid incommodi possit illa pati non accedendo, vel talem tantum incommodi, ratione cuius debeat negligere salutem proximi, præsertim ex fragilitate peccaturi, quam ex charitate arctata tenemur. Et inuitata ad choreas potest facilè proponere iustam aliquam excusationem: & si incommodum, quod talis moliet esset passura, nullum aliud esset nisi priuatio vel illius modicæ delectationis, quam esset perceptura in chorea, vel libertatis suæ ad eundum ad easdem choreas, certè non excusaretur à peccato accedendo cum tali probabili periculo ruinæ spiritualis alterius, quis ex obligatione charitatis quilibet tenetur vitare ruinam proximi, quando absquè iactura alicuius rei necessariæ, vel vtilis potest, nec habet causam honestam faciendi actionem aliorqui ex se non bonam, vnde præuidet orituram proximi ruinam. vt rectè Palaus *d. to.* 1. *tract.* 6. *disp.* 6. *p.* 7. *num.* 4. post Sanchez *lib.* 1. *sum. d. cap.* 6. *num.* 17. & Vasquez *loco* ab eodem Palao *allegato*: illud autem solum ne fœmina pro tunc priuetur illa delectatione modica, vel libertate eundi ad tales choreas, videtur omninò non esse causa honesta, & sufficiens ad negligendam proximi salutem; nec priuati tali oblectatione, vel accessu ad choreas, debet fœmina vt molestum reputare, vt proindè sibi faciat licitum accessum cum ruina animæ alterius. Qua de causa etiam mulierem, quæ vtitur nimio, & superfluo ornatu offerendo se aspectui virorum cum tali ornatu timet probabiliter aliquem indè accepturum occasionem peccandi, si nullam aliam habeat honestam causam se offerendi aliorum aspectui, ad breue saltem tempus teneri ob illud periculum vitandum priuare se sua libertate, & abstinere à tali periculo, tradit Lessius *de iustit. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 113. *versic. & confirmatur.* quia tuoa, inquit, charitas postulaeret, vt pro eo breui tempore, in quo tantum sit periculum ruinæ alterius præuisum, ab ornatu superfluo abstineret; nec proximus, qui alioquin putaturinon peccaturus indè peccandi occasionem habeat: imò solum exercitium libertatis, quam talis mulier habet hac, & illac discurrendi sine alio honesto fine, vniuersaliter non esse causam honestam, ob quam talis mulier excusetur à peccato, si ex cursu suo cum excessiuo ornatu præuideat ruinam animæ alicuius, tradit Palaus *d. num.* 4. ac quod priuari tali cursu impertinenti, & otioso non debeat fœmina vt molestum reputare, & si reputet, adhuc non potest videri causa honesta ad negligendam ruinam spiritualem proximi, quam ex obligatione charitatis tenemur vitare, si commodè possumus. Et admissa sententia, quod ne mulier ea libertate priuetur, non peccaret egrediendo non obstante periculo alterius peccandi præuiso, quam tenent Lessius, & alij quos allegant Sanchez *d. num.* 17. & Palaus *d. p.* 7. *num.* 5. non idem dicendum est de muliere præuidente periculum alterius peccandi moraliter, si accedat ad choream, nam priori casu illud admittunt ad præcludendum aditum pluribus scrupulis, quibus alioqui mulieres vexarentur egredientes è domo ornatæ, scilicet an egressus esset necessarius, necnè; vt Sanchez *d. n.* 17. quæ ratio cessat posteriori casu. Si verò loquamur de fœmina, quę iam accessit ad locum chorearum, & illis interest, illaquè alioqui sit honesta; tunc inuitata ad choream ducendam, ad euitandum incommodum illud ab Hurtado indicatum posset absque culpa, seu peccato scandali choream ducere non obstante periculo ruinæ alterius à se tunc tantum, quando fuit præsens choreis, præuiso: Euitare enim tale incommodum esset causa honesta excusans à peccato.

Quod autem in tertio membro distinctionis Hurtadus ait, scilicet, si alius etiam ex malitia sit peccaturus teneri mulierem vitare choream, si potest sine aliquo incommodo, admitto, & vniuersaliter est verum, charitate obligante nos ad impediendum etiam peccatum illius, qui ex malitia sua alioqui esset peccaturus, si id sine incommodo nostro possumus. Vnde aduerto ex dictis, & ea his quæ communiter tradunt Doctores agentes de scandalo non solum res vitiosas, sed etiam inanes, & omnino inutiles, vel quæ fiunt ad vanitatem, esse omittendas, etiamsi alius ex malitia peccaturus sit illarum occasione. 13.

Choreæ non debent haberi sine delectu, sed solum ob iustam, & honestam causam, & quæ sit illa causa.

Sextò choreas ex quacunque occasione sine delectu haberi à recta ratione alienum, & illicitum est; sed fieri debent, si tamen honestæ sunt, certis de causis, puta, ob victoriam, vel liberationem patriæ, vel hominis, aduentum amici de terris longinqua diù expectati, aut nuptias, & similia. ita S. Thomas *in d. cap.* 3. *Isaia.* Albertus Magnus *in* 4. *dist* 16. Diuus Antoninus, Syluester, Tabiena, & Rosella locis supra *n.* 1. allegatis qui quidem extra tales causas, eas videntur iudicare malas defectu debitæ circunstantiæ, temporis, & iustæ, seu honestæ causæ. Meritò autem modus est habendus; nisi enim voluptati capiendæ modus, & regula præscribatur, ea mores corrumpit; & facilè (vt ait Cicero) boni naturam imitando adulterat, vt vel harum chorearum euentus docet: ideo hac in re consulere populorum disciplinæ deberent, quibus eorundem populorum cura commissa est; quos tamen sæpè videmus choreas passim cuiusque arbitrio ita permittere, vt vel ipsos caupones, & etiam lenones ad turpem quæstum, multorumque libidinem explendam liberè 14.

liberè choreas instituere, & curare possint; qua de re Plato *in 7. de legibus* monet, atque pronunciat, neminem ludos aliter instituere, aut exercere debere, quàm legibus præscriptum est; peccantesque in eo genere esse puniendos.

In choreis motibus immoderatis, & lasciuiam, ac turpitudinem continentibus vti malum est, & mortiferum.

15. Septimò. Tripudiantes immoderatis corporis motibus, ac gestibus vti malum est, & à recta ratione alienum. S.Thomas 2.2. *q.* 168. art.1. Quod si motus, aut gestus nimis lasciuus, & turpitudinem continens adhiberetur, in quo libido quæreretur, vel qui aptus sit alios incitare ad lasciuiam, seu prouocare ad libidinem, iam esse peccatum mortale, S.Thomas *d. q.* 168. *art.* 3. & in *d. cap.* 3. *Isaie*, S.Bonauentura *in* 4. *dist.* 16. Angelus, Syluester, Tabiena, & Rosella d. verbo *chorea*, & etiam Alensis loco supra *num.* 1. citato. Et hæc illis ad salutem consideranda sunt, non solum, qui incitatiores motus, quam honestati conueniat, adhibent in choreis; sed sæpè etiam obscœnos; quod præcipnè accidit in quibusdam exteris choreis in Italiam importatis vulgo Balletti; in quibus homines, mulieresuè alioqui honestæ ita membra contorquent, & simulatione complexus, osculis aut turpioris actus obscœnas imagines referunt, vt inter veteres illos Veneris cultores se versari merito quis existimet, qui falsi numinis sui turpitudinem data opera colunt.

Choreas frequenter, & ex consuetudine celebrare non caret vitio, seu culpa.

16. Octauò. Frequenter choreas celebrare vitium est, licèt enim recreatio aliqua fatigatis animis concedatur; si tamen modus non teneatur, iam non honesta recreatio, sed mollities erit; & ita nedum dubiæ, & periculosæ, sed & honestæ choreæ frequentia esset prohibenda. Nec dubium, quin hæc frequentia numeranda sit inter eas circumstantias, ex quibus ludum posse continere excessum, & peccatum tradit S.Thomas *d. q.* 168. Atque secundum Rodonensem Gulielmum relatum ab Angelo v.*chorea*, & eundem Angelum ibidem, & etiam secundum Auctorem alium, quem citat Tabiena, verbo *chorea initio*, peccant mortiferè, qui ex consuetudine choreas ducunt. Et licet Caietanus d. *verbo chorea*, & Syluester verbo *eodem* velint ex sola consuetudine, ac frequentia præcisè choream non effici; eo quod frequentia sola efficere non possit; vt quod aliàs mortale non est, mortale fiat: vt frequentia conuiuij non facit illud mortale, inquit Caietanus. Nihilominus idem Syluester retinet eandem Angeli, & aliorum præallegatorum sententiam ex ea ratione, quod qui tali frequentia vtuntur, choreisquè adeo delectantur, semper, vel quasi semper choreis admiscent aliquid, seu aliquam circunstantiam ex iis, quæ choream reddunt peccatum mortiferum; quæ si abessent, sola consuetudo hoc non efficeret. Præfatam autem sententiam de consuetudine puto desumptam fuisse ex Alensi loco supra *num.*1. citato. vbi ait mortaliter peccare eos, quibuscum nota sint mala ex vsu choreatum pi oficiscentia eas exercent ex consuetudine. Imò ibi licet non condemnet absolutè reum peccati mortalis, non audet tamen à mortali excusare mulierem eam, quæ rarò, & inuita ad choreas accederet. Etsi, addit, quandoque aliquas excusare à mortali simplicitatem, innocentiam, & bonam mentem; quæ nihil aliud quærunt, & intendunt, quam laudem, omninò ignorantes aliud periculum ex tali ludo prouenire. ita ille. Porrò pertinet hæc doctrina ad ea loca, vbi quasi ex certa lege choreæ habentur singulis ferè festis diebus ruri, & in vrbibus, & vbique quoties cuique priuato libitum est:

lotoletabili vero frequentia facto tempore, quod à natali ad quadragesimam intercedit. At cum Angelus, & alij præallegati Doctores antiquiores dicant non videre se quomodo quis sine peccato mortali posset ex consuetudine choreas illorum temporum, multo magis id de nostris videtur dici posse, quando eiusmodi corruptela tantoperè inualuit.

Choreas ducere temporibus ab Ecclesia ad pœnitentiam, & deuotionem destinatis malum, & vitiosum.

Nonò. Qui choreis vtuntur tempore tristitiæ, & ab Ecclesia pœnitentiæ exercendæ destinato peccant, peccatumquè esse mortiferum non affirmo quidem ego, at vero affirmare videntur D.Antoninus, Angelus, Syluester, & Rosella locis suprà *num.* 1. allegatis dum absolute, & simpliciter dicunt choreas esse malas, & peccatum, si fiant tempore ad pœnitentiam, & deuotionem ab Ecclesia deputato, & idem ait Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum* 69. *num.* 61. & exemplum afferunt, seu explicant de tempore, quod intercedit ab Aduentu ad Epiphaniam, & à Septuagesima ad Pascha; imò Syluester expressè affirmat esse mortale secundum mentem Alberti Magni. Ratio esse potest, quia choreatum voluptate videtur violari, & contemni Ecclesiæ institutum, quod salutarem mœstitiam, pœnitentiamque requirit: Et ad id D. Antoninus affert illud Ecclesiastici 22. *Musica in luctu importuna narratio*, aitquè hoc modo interdici pœnitenti ne sit in ludis; quia dum pœnitet tempus est flendi, & addit auctoritatem D Augustini, qui dixit: *caueat se pænitens à ludis, & spectaculis.* Excipit tamen Syluester, nisi fiant ob insolitam aliquam honestam lætitiam v.g. Victoriæ causa. Sed contra hanc exceptionem dico, si chorea est turpis, vel talis, vt contineat aliquid ex malis, quæ in præcedentibus declarata sunt, nunquam est permittenda; si honesta, quia tamen pertinet ad profanam lætitiam, sine aliquo peccato esse non potest tali tempore. Quod si huius temporis mores ferient, vt chorea haberi possit, qualem habuit Maria Soror Aaron, quæ sumpto tympano, aliisque mulieribus euocatis, non autem motibus sanctam choream duxit; & Diuinum canticum ad gratias Domino agendas cecinit, videretur posse concedi, quamuis tali tempore ex instituto Ecclesiæ etiam illa silent, quæ ad spiritualem lætitiam in Ecclesia habentur, ob insignem tamen publicæ lætitiæ causam remitti aliquid posset de consueta mœstitia. Sed quid commune est choreis nostris cum sacra gratiarum actione? Alia chorea non appatat, quæ eiusmodi occasione admitti posset, quam Sacra processio, cum hymnorum, psalmorumque cantu. Quod vero occultè fieri possint, vt idem Syluester dicit, ita quidem satisfieret rationi vitandi publici scandali; sed non rationi pœnitentiæ, aut spiritualis deuotionis, exercitationisuè, quam Ecclesia à nobis tali tempore postulat Excipit etiam idem Syluester consuetudinem loci in aliquo festo præcipuo, scilicet, si ibi esset consuetum haberi choreas propter lætitiam festi: sed dicendum idem, quod ad primam exceptionem, & non accommodari aliud gaudium tali diei, quàm gaudium spirituale. Præterea hæc exceptio pendet ex eo, quod *num. sequenti* de festis diebus definietur; si enim chorea temouetur à diebus festis omnibus, multò minus admittenda est in festo præcipuo: quia maiorem à nobis pietatem, animumque ad spiritualia magis attentum requirunt festa præcipua, quam alia; licèt contrarium non sine magno abusu talibus festis in multis locis, præsertim cutialibus obseruetur. Consentaneæ igitur sunt hæ exceptiones vulgari vitio; quo profana, & vitiosa lætitia miscetur spirituali, & sacræ; hominesque, vt ait, S. Basilius per insitiam lætitiæ spiritualis se dedunt inhonestis exercitationibus. Habet Ecclesia suas choreas, 17.

Sacras

Sactos chotos, hymnos, processiones, hæc admittit, illa reprobat. Aduerto etiam quod dicitur de tempore præfato ab aduentu ad Epiphaniam, & à Septuagesima ad Pascha procedere, & intelligi etiam in diebus litaniarum; & etiam in quatuor ieiunij temporibus, & vigiliis ex eadem ratione, quæ idem ius postulat. Quàm vero ab hac doctrina abhorreat, plurimarum, imò vero omniom Regionum consuetudo satis superquè manifestum est; cum diebus iis præsertim, qui à Septuagesima ad initium quadragesimæ interceduot, choreæ, & spectacula exerceantur vsque ad satietatem, & infamiam; vt nibil fieri possit sacræ doctrinæ, sacrisque sanctionibus repugnantius; & si tantummodo veterum Patrum, aut canonum anctoritati repugnaret minus mirandum foret; sed etiam cum communi Summistarum doctrioæ contrarium sit, id vero maximè mirum videtur. Et quidem si re ipsa consideratur doctrina, rationi consentanea videtur, vt pro rei grauitate, & scandalo choreæ tali tempore peccatum mortiferum contineaot; si vero id spectemus, quod passim fit in Christianis Prouinciis durum videtur infinitam propè multitodinem peccati mortiferi team constituere. Vident enim Antistites, vident Principes, & ferunt, & religiosi quoque viri silent; imò aliqua ex parte re ipsa, & suis actionibus non pauci consentiuot; & intra Monasteria ludis suis eodem tempore operam nauant.

Choreæ damnantur tanquam peccatum, si fiant in diebus Dominicis, & aliis festiuis.

18. Decimo. Peccatum esse, si chorea fiat in die Dominico, tradunt Ricchardus *in 3. d. 37. art. 2. q. 4. in responsione ad 3.* Angelus, & Sylnester verbo *chorea*, Alensis, & D. Antoninus locis *num. 5.* allegatis, Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum 69. num. 54. & 56.* & Iulius Mazarinus *discursu* 108. litera *Q. super sermone Domini in monte*, eo quod tali tempore probibentur sacris sanctionibus, & aduersatur venerationi illius diei, vt ex infra adducendis constabit; & idem de omnibus diebus festiuis debet intelligi qui ab Ecclesia præcipiuntur; eodem enim iure cum Dominicis à sacris Scriptoribus censentur, vt probat Syluester *verbo* Missa *2. n. 1.* versic. *dicitur tertio*, & *ex sequentibus* innotescet. Hoc autem peccatum, quod in choreis ducendis in diebus Dominicis, & festis committitur esse mortiferum, non ego, sed Magistri, quos allegat, & sequitur Ricchardus *loco citato* (idquè approbant etiam Henricus Botteus, *de Synodo p. 2. art. 1. num.* 191. & Comitolus *lib. 5. respons. moral. q. 11. num. 5.*) affirmarunt propter authoritatem D. Augustini *in lib. decem chordarum cap. 3.* dicentis: Quod diebus Domioicis melius faceret Iudæus, si agrum araret, vel foderet, quàm in theatro spectaculis assistere; & quod melius facerent fœminæ Iudæorum die Domioico si lanam facerent, seu filarent, quam quod tota die in nominiis suis impudicè saltarent. Certum est enim quod arare, & fodere, ac lanam facere io diebus festiuis de præcepto Ecclesiæ, est peccatum mortale. Quod verum putat Angelus, nisi cum limitatione, scilicet, si propter hæc missa, aut prædicatio, vel vesperæ omittuntur, vel propter notabile spatium pota, maiorem partem diei: Syluester vero excusat à mortali spectacula, & choreas si in die festo fierent tanta honestate, quod non haberent aliam circuostantiam malam præter circunstantiam temporis; & dictum D. Augustini ait intelligi quando hæc impudicè fiant. Et idem sentiunt expresè ferè omnes alij Summistæ, & Doctores *num. 1. citati*. Quare quoad hos dies Dominicos, & festos Angelus, Syluester, Caietanus, Axorius, Bonacina, Filliuccius, Turllench locis *eodem num. 5.* relatis. Iolius Mazarinus *vbi suprà*, & Mænochius *in d. addit. ad casum 69. num. 59.* Exceptiones quasdam attolerunt, quibus choreæ, & spectacula modo honesta, non omninò à diebus festis tanquam absolutè tali tempore prohibitæ arceantur; modo enim Diuina officia propterea non omittantur, aut tempore Diuinorum officiorum, seu dum Diuioa officia peraguntur, non fiant, nec illa impediant, inquiunt, posse absque peccato; & licitè baberi, neque esse Sacris Canonibus probibita, si in diebus festis habeantur peractis Diuiois officiis, & quod bis peractis honesta spectacula, & choreæ exhiberi, & duci possint ait Mænochius probasse Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopos, ac alios aliarum Ecclesiarum Episcopos, qui vsum hunc io diebus festis admiserunt. Non omittam etiam eo rem deductam esse, vt etiam nonnulli ex præallegatis Summistis, & Theologis non solum choreas in diebus festis damnare noluerint, sed etiam, satis tamen frigida ratione imprudentiæ eos accusent, qui Rusticos ab eiusmodi voluptate festis diebus arcerent, illisque choreas prohiberent. In quo idem de choreis indicasse, & scripsisse videntur, quod de aliquo puerorum ludo, aut de qualibet honestissima animi recreatione dici ferè debuisset. Vtrum multo rectius fecissent, si veterum Doctrinam potius tueri, & ex eodem tempore motom licentiam refrænare studuissent, arbitretur prudens, & pius quilibet, iudiciomque ex sequentibus effotmetur.

In bac igitur quæstione duo considerari possunt. 19.
Vtrum choreæ prohibeantur ex præcepto festi colendi; an vero ex decretis Ecclesiasticis, & propriis sanctionibus ad id promulgatis. Quod attinet ad præceptum festi, dico verum quidem esse festum diem ad id fuisse institutum, vt bomines sacris, diuinisque operam darent, & si quis boc prætermittat, peccare procul dubio pro ratione negligentiæ suæ, aut contemptus, at non esse reum violati præcepti, seu non peccare formaliter contra præceptum nisi fuerit aliquid ex iis, quæ io die festo fieri prohibita sunt; finis enim præcepti non est in præcepto iuxta doctrinam S. Thomæ communiter receptam, quam latè probaui *in 2. tomo* borum moralium *tit. 1. num.* 2294. sed tamen expediens, imò necessarium arbitror tum aperire, & declarare, quare dies festi sint instituti, & etiam quantopere Patres iis diebus sacras, & spirituales exercitationes, easque assiduas à fidelibus exegerint, & ita quàm alienum sit à Christiaois moribus tales dies corporeæ voluptati dare; tum deindè proponere, quænam de eiusmodi voluptatibus fugiendis decreta, seu sanctiones habeantur. In quo exopto mihi molestum non esse quenquam ex iis, qui quasi antiquorom auctoritatem paruipendentes nihil recipere videntur, nisi præcepto firmatum, & pœna adiuncta munitum parendi necessitatem contineat. Afferam ergo Diuinarum scripturarum auctoritates, Sanctorum dicta, Canones Ecclesiasticos, & Principum leges. Ex quibus si quid forte parendi necessitatem vimue præcepti hoc tempore non habere videatur, institutum tamen Ecclesiasticum demonstrabit, eorumque sententiam, & auctoritatem ostendet, qui nobis ad imitationem propositi esse debent.

Festorum igitur causa fuit, vt memoria illa renouaretur, cum Dominus post sex dierom opus quieuisse dicitur, vt *Exodi* 20. & 31. expressum est. Quare iis diebus Deo, rebusque Diuinis est vacandum; ideo constitutionum Apostolicarum *lib. 7. cap. 31. & 36.* exprimitur *dies festos ad Diuinum cultum pertinere; neque solum de Diuino creationis opere, Deique quiete memoriam esse conseruandam, sed de redemptione quoque, vt Christi Domini recordemur propter nos nati, & suscitati; ad cuius etiam cultum pertinent Sanctorum festi dies, quorum ipse caput est, & quos ipse fecit Sanctos.* Verum & Sanctorum festis ad eorum vitam imitandam excitamur, dicente Paulo ad Hebr. 13. *Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.* Quo loco Theodoretus *de mortuis*, inquit, *loquitur, de Iacobo fratre Domini, & Iacobo fratre Ioannis, qui iam erant interfecti,*

interfecti. Qua de re ita etiam S. Baſilius in ſermone de Gordio Martyre: *Igitur non tantum cauſa profectus fuerit illorum celebrare memoriam, non enim noſtris indigent laudibus ornari: ſed nos ipſorum vita hiſtoria, & commemoratione imitationis gratia indigemus.* Sed proſequamur alia. Nicolaus primus in reſponſis ad conſulta Bulgarorum capite vndecimo. *Sane inquit, ſciendum eſt, quoniam idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſt, vt liberius ad Eccleſiam ire, pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad imitationem eorum aſſurgere, eloquiis diuinis intendere, eleemoſynas indigentibus miniſtrare valeat Chriſtianus.* & *in can. ieiunia ſanè de conſec. d. 3.* Sunt hæc verba: *Die autem Dominica nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum, nulla operatio in illa die Sancta agatur, niſi tantum hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur.* Alexander tertius *in cap. licet de feriis* dicit, *Dominicum diem alioſque feſtos dies Maieſtati Altiſſimæ deputatos, necnon natalitia Sanctorum Martyrum Eccleſiam decreuiſſe obſeruanda.* Addo pulchra verba Concilij Foro-iulien. cap. 13. *Abſtinendum feſtis diebus ab omni peccato, & ab omni opere carnali, etiam à propriis coniugibus, & ab omni opere terreno, & ad nihil aliud vacare, niſi ad orationem concurrere, ad Eccleſiam cum ſumma mentis deuotione.* item in Concilio Matiſconenſi ſecundo, hæc habentur: *Omnes Chriſtiani, qui non incaſſum hoc nomine fruimini, noſtræ admonitioni aurem accommodate, ſcientes quoniam noſtra eſt auctoritatis vtilitati veſtræ proſpicere, & à malis operibus coercere. Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit.* Et infrà: *Eſtote omnes in hymnis, & laudibus Dei animo, corporeque intenti; ſi quis veſtrum proximam habet Eccleſiam, properet ad eam, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus, lacrimis afficiat, ſint oculi, manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ: ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptima diei vmbram inſinuatus noſcitur in lege, & Prophetis. Iuſtum igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti ſumus, quod non fuimus.* & infra: *Si quis itaque veſtrum hanc ſalutarem exhortationem paruipenderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deinceps ſacerdoti quoque iræ implacabiliter ſubiacere &c.* hæc de feſtorum inſtituto, & fine. Ex quibus à tali fine eos, qui in diebus feſtiuis ludis voluptatem quærunt, aberrare, & non ſine animæ detrimento ſpirituali, videtur ſatis manifeſtè apparere: Ex iiſdem etiam infertur ſatis apertè choreas, cum abducant homines à Diuinis, & conſequenter à fine præcepti violati pœnam non inducant, in malis tamen eſſe enumerandas, in diebus feſtis habitas, quia præfato fini feſtorum maximè aduerſantur; & quod eſſet melius, & vtilius, impediunt. Ad cuius confirmationem adduco doctrinam grauiſſimi Doctoris Alexandri Alenſis, quam tum ex dicta ratione finis diei feſti, tum ex argumentis, ſeu auctoritatibus, quæ *numeris ſequentibus* afferuntur, deſumpſit. Docet enim Alexander loco ſupra *num.* r. allegato, choreas eſſe ex conſequenti prohibitas in præcepto de obſeruatione Sabbathi, & ita facere contra præceptum feſti ſaltem ex conſequenti eos, qui feſtis diebus choreas ducunt: imò etiam addit, magis violare diem feſtum eos, qui tali die tripudiant & cantant quam ſi lanificio operam darent; ad id vtens dicto S. Gregorij Melius eſt die Dominico fodere, & arare, quam choreas ducere. Et quid ſimile docet S. Thomas 2.2.*q.*122.*art.*4.*ad* 3. allegans dictum S. Auguſtini *in lib. decem chordarum cap.* 3. ſuprà *initio num.* 18. adductum: cùm ergo nemo ſit, qui fodere, arare, lanam facere die feſto illicitum non exiſtimet, qua ratione poſſumus affirmare choreas in die feſto liberè exerceri poſſe, quaſi citra omnem prorſus culpam, imò honeſtiſſimè id fieri queat.

21\. Cæterum, vt de iiſdem choreis, quod attinet ad dies feſtos, reprobandis agam, quod ſacris, & profanis legibus prohibitæ ſint, idque abſolutè, non autem exceptione temporis à Diuinis officiis vacui, ſeu in quo iam peracta ſunt Diuina officia, primo loco afferam leges ciuiles, quod ita huic tractationi magis expediat. Et Euſebius quidem *lib.* 4. de vita Conſtantini *in cap.* 18. & 19. refert eum Imperatorem multa conſtituiſſe de die Dominico, ſanctorumque Martyrum diebus feſtis piè in Eccleſia celebrandis aliis omiſſis occupationibus, otioquè omnibus dato, vt Eccleſiam Dei frequentarent, quas tamen conſtitutiones non potui inuenire. At clarè boni Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius *in l.* 2. *Cod. Theod. lib.* 15. *tit.* 5. *de ſpectaculis*, quæ lex habetur *in l. illud Cod. de ſpectaculis*, ita conſtituerunt: *Illud etiam præmonemus, ne quis in legem noſtram, quam dudum tulimus, committat, nullum ſolis diei populo ſpectaculum præbeat, nec diuinam venerationem confecta ſolemnitate confundat.* item *l.* 5. *eod. tit.* 5. ſolus Valentinus: *Dominico, qui ſeptimanæ totius primus eſt dies, & natale atque Epiphaniorum Chriſti, Paſcha etiam & quinquageſimæ diebus quamdiu cœleſtis lumen lauacri imitantia nouam Sancti Baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur, quo tempore commemoratio Apoſtolicæ paſſionis totius Chriſtianitatis magiſtra à cunctis iure celebratur, omni theatrorum, atque Circencium voluptate per vniuerſas vrbes earundem populis denegata tota Chriſtianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupantur: ſi qui etiam nunc, vel Iudeæ impietatis amentia, vel ſtolida paganitatis errore, atque inſania detinetur, aliud eſſe ſupplicationum nouerint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis exiſtimet in honorem Numinis noſtri veluti maiore quadam imperialis officij neceſſitate compelli, & niſi Diuina religione contempta ſpectaculis operā præſtat, ſubeundam forſitan ſibi noſtræ Serenitatis offenſam, ſi minus circa nos deuotionis oſtenderit, quam ſolebat, nemo ambigat. Quod tunc maximè manſuetudini noſtræ ab humano genere defertur cum virtutibus Dei omnipotentis, ac meritis vniuerſi obſequium orbis impenditur. Data &c.* Addo *l. omnes dies Cod. de feriis*, Imperatorum, Valentiniani, & Arcadij, in qua poſt alios feriarum dies additur: *Sacros quoque Paſcha dies, qui ſepteno numero vel præcedunt, vel ſequuntur, dies etiam Natalis, & Epiphaniorum Chriſti, & quo tempore commemoratio Apoſtolicæ paſſionis totius Chriſtianitatis Magiſtra à cunctis iure celebratur, (in quibus etiam prædictis ſanctiſſimis diebus neque ſpectaculorum copiam reſeramus) in eadem obſeruatione numeramus & dies ſolis, quos Dominicos rite dixere maiores, qui repetito in ſe calculo reuoluuntur; in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam &c.* idem etiam ſtatuerunt imperatores Leo, & Antoninus *l. vltima Cod. eod.* his verbis: *Dies feſtos Maieſtatis Altiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita ſemper honorabilem decernimus, & venerandam vt à cunctis executoribus excuſetur &c.* & infrà: *Nec huius tamen religioſi diei otia relaxantes obſcœnis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die ſibi vindicet ſcena theatralis, aut circenſe certamen, aut ferarum lacbrymoſa ſpectacula, & ſi in noſtrum, aut natalia celebranda ſolemnitas inciderit, differatur.* Hæc Boni Imperatores de Sanctorum, ſacrorumque temporum cultu obſeruando ſpectaculiſque & voluptatibus ab eis non ex parte tantum, ſcilicet tempore ſolum Diuinorum officiorum, & quatenus illi impedire poſſunt, dum præſtentur, vt non rectè intelligit Iulius Mazarinus *loco allegato*, ſed penitus remouendis, nulloque modo exercendis in diebus feſtis (vt *infrà* magis explicatur, & probatur) vt Diuino cultui fideles occupentur, conſtituerunt grauiſſimis etiam pœnis propoſitis; in quibus præter dies, & tempora, quæ *ſuperius* ex Doctorum ſententia obſeruanda numeraui, etiam quinquageſimæ dies, ſcilicet tempus Paſchale à Dominica Reſurrectionis vſque ad Penteeoſtem obſeruandum decernitur. De obligatione, & vi horum conſtitutionum imperialium nihil

nihil quidem definire intendo, volui tamen piorum Principum sensus iudicare, & veterum pietatem renouare ac ptoponere ad imitandum.

23. Quo vero ad sanctiones eiusdem generis Ecclesiasticas præter mandatum illud Concilij Foro-Iuliensis de abstinendo festis diebus ab omni opere carnali, & terreno, vt nihil agant fideles quàm ad Ecclesiam concurrere, & Deo preces offerre; & aliud mandatum Concilij Matisconensis de die Dominico adeo custodiendo, vt toti simus in hymnis, & laudibus Dei; & toto illo die expensas manus ad Deum habeamus, de quibus suprà *num.* 19. ludos, & spectacula quamuis honesta exhiberi, diebus festis prohibitum est, *can. qui die de consec. d.* 1. cuius verba hæc sunt: *Qui die solemni prætermisso Ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit excommunicetur.* Qui quidem canon habetur in concilio Carthaginensi 4. *cap.* 84. atquè circa ea tempora celebratum traditur, quibus & præallegatæ leges Valentiniani, & aliorum Imperatorum conditæ sunt. Damnantur quoque, & seuerè prohibentur in diebus festis ludi, & spectacula *in can. irreligiosa de consecr. d.* 3. qui canon habetur in Concilio Toletano 3. (quamui Gratianus per errorem citet quartum) *cap. vltimo*, his verbis: *Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consueuit, populi, qui debent Diuina officia attendere saltationibus, & turpibus inuigilant canticis, & non solum sibi nocentes, sed etiam Religiosorum officiis; hoc enim vt ab omni Hispania* (apud Gratianum legitur ob omnibus Prouinciis) *depellatur sacerdotum, & Iudicum à Concilio sancto cura committitur.* In quorum Canonum interpretatione declaranda est origo opinionis vulgaris Summistarum, & aliorum Doctorum, quos supra *num.* 18. commemoraui, qui prohibitionem quidem canonum recipiunt; sed addunt exceptionem temporis à Diuinis officiis vacui; ex quo enim in his canonibus exprimitur de conuentu Ecclesiæ, & Diuinis officiis, occasionem vt arbitror, sumpserunt dicendi spectacula prohiberi quidem, sed tamen habita diuinorum officiorum ratione, ita vt nisi fiant eorum tempore videantur permissa; quæ interpretatio certè nimium laxa videtur, & non fulcita fundamento; ego de vinculo peccati, quod ex his Ecclesiasticis legibus iniiciatur, nihil explico, & definio, prædictorum Summistarum sententia clara est, alij discutiant; dico autem ideo expressum esse in canone de Diuinis officiis, non quia satis esset die festo Diuinis officiis aliquo spatio interesse, vt reliquum daretur voluptati, & ludis; sed quia eodem die non videbatur ipsis, & ludis opera dari debere, aut posse. Primo, quia si, vt ex Diuinis, humanisque scriptis, & auctoritatibus supra *num.* 20. ostensum est, dies festus institutus est ad Deum, pietatemquè colendam, absurdum videtur existimare Sacrorum Conciliorum decretis eum, eiusuè partem eiusmodi voluptati & actionibus profanis, seu ludis esse relictam, vt prorsus indignum videtur Christianum hominem nunc quidem in Ecclesia Diuinis interesse; at paulo post profanis exercert saltationibus. Deindè quia Diuinis officiis totum diem occupari necesse erat, neque locus spectaculis relinquebatur licet enim posterioribus temporibus pietate frigescente diebus festis parum iis vacare Christiani cæperint; apud veteres tamen modicam diei partem à Diuinis vacuam fuisse non videtur dubium; cum Missæ solemnes frequentabantur, & sacris lectionibus, sermonibusque in Ecclesia fideles diù admodum occupabantur, vt ex Patrum lectione appatet; & innuit præallegatus canon Matisconensis, *Sint oculi, manusque nostra toto illo die ad Deum expansa &c.* Quod etiam hodie obseruati videmus, vbi Diuini cultus retinendi studium viget; nam Missarum solemnia, conciones, horæ canonicæ, doctrina Christiana, à Tridentino Concilio præcepta totum diem absumunt. Rursus eadem fuit ratio statuendi, vt ab humano opere iis diebus fideles abstinerent, vt etiam satis clarè explicauit Nicolaus primus loco suprà *n.* 20. allegato. *Idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, vt liberius ad Ecclesias ire, psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus insistere, orationi vacare &c. Christianus valeat*: quod rectè conuenit cum aliis auctoritatibus eodem loco ex Diuino, & humano iure adductis: Et nemo vnquam dixit extra tempus diuinorum officiorum quenquam posse opus seruile facere. Quarto confirmo ex recitatis legibus imperatorum, qui dum omne voluptatis profanæ genus à diebus festis excluserint, aperteque expresserint, nefas esse iis diebus voluptatibus inseruire, totosque Christianos diuinis addictos esse debere, vt ex illis verbis apparet; *omni theatrorum, atque circensium voluptate populis denegata; tota Christianorum, ac fidelium mentes Dei cultibus occupantur.* & ex aliis: *Aliud esse supplicationum nouerint tempus, aliud voluptatum.* & ex aliis: *Dies festos Maiestati Altissima dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari*: cùm inquam, adeo absolutè Imperatores ludos prohibuerint, & voluptates, vt nulla interpretatione possit eorum sententia in alium sensum flecti; nullo modo credibile est Principes Ecclesiasticos, seu summos Pontifices, & alios Antistes leuius, remissiusquè, laxiori, seu maiori libertate profanis actionibus vacandi relicta eadem voluisse prohibere; præsertim cum ij semper, vt infrà etiam *sequenti paragrapho* ostendetur, valdè ludos, & spectacula sint detestati; & per idem ferè tempus constituerint, quo Imperatores, qui potius sacrorum canonum imitatione suas leges promulgasse credendi sunt. Addo quod Concilio Toletano tertio, ex quo *cap. irreligiosa* sumptum est, adiiciuntur literæ Regiæ Recaredi, vbi Concilij ipsius constitutiones numerantur, in quibus hæc simplex prohibitio habetur, *Balli Matthia, & turpia cantica prohibenda sunt a Sanctorum solemnijs.* & eodem modo in eiusdem Concilij capitulorum enumeratione his verbis, *vt in Sanctorum Natalitiis Balli Matthia prohibeantur*: omninò autem, si ea fuisset mens eorum, qui canones fecerunt, apertè vtrumque tempus distinxissent. Ex quibus tum hoc, tum præcedenti numero adductis apparet, tum choreas, tum spectacula omnia, ludosquè absolutè diebus festis esse prohibitos; reiiciendumque esse vulgarem illam exceptionem, vt ea permittantur tempore, quo iam Diuina officia sunt peracta. Quod autem in aliquo ex locis superius relatis videantur prohiberi spectacula tantum, non ideo tamen dubitandum, quin etiam choreæ comprehendantur. Quia spectaculi nomen generale est ad omnia huiusmodi voluptatum genera; vt colligitur ex legibus *suprà* adductis, & *ex tit.* Codicis Theodosiani *de spectaculis*, in quo tamen de aliis ludis, & voluptatibus agitur. Præterea idem indicat ratio ipsarum, quia *aliud tempus voluptatis* aliud supplicationum. Imò etiam vulgo Doctores hæc æquè accipiunt, vt videre est ex eorum interpretationa super dictos canones *Qui die*, & *irreligiosa*.

Quare sub præfata prohibitione sacratum sanctionum, & legum Imperialium (iterum dico me nihil definire de obligatione, & vi earum) comprehenduntur omnes ludi (licet in eis nulla commisceatur turpitudo) profani publici, qui vulgo *Giostre*, *Quimane*, *Tornei*, *correre al pallio*, & similes ludi (quidquid Maxarinus de eis agens *dicto discursu* 18. litera *M*, *O*, & *Q*, & docens eos in diebus festiuis extra tempus Diuinorum officiorum honestè, ac cum virtute exerceri posse, eò quod contineant recreationem honestam, & accommodatam ad auocandum populum à choreis lasciuis, & ab aliis actionibus turpibus, nec eo tempore habiti prohibeantur recitatis sacris Canonibus, & legibus Imperatorum) nam & hi ludi sunt actiones profanæ, & mundanæ, continentque voluptatem carnalē, abducunt etiam homines à rebus Diuinis, finique propterea festorum aduersantur, sicut choreæ, & alia spectacula, quæ fuit ratio ob quam 24.

sacris

sacris Canonibus, & legibus Imperalibus præallegatis eiusmodi ludos in diebus festiuis exerceri tam grauiter (sicut ex præcedentibus satis clarè apparet) prohibitum sit absolutè, & per totum diem festiuum, vt ostensum est, & non tantum eo tempore, quo diuina præstantur officia. Nec admittenda interpretatio eiusdem Mazarini *ad dictum can. irreligiosa*, scilicet quod Concilium Toletanum 3. *ibi* loquatur solùm de choreis, & ludis turpibus & canticis lasciuis; tum quia ex verbis eiusdem Concilij initio *numeri præcedentis* recitatis apparet clarè, idem Concilium loqui de choreis absolutè ibi, *saltationibus, & turpibus &c.* licet Gratianus in d. canone aliter referat dicens *saltationibus turpibus inuigilant.* tum quia *d. can. qui die* sermo est absolutè de spectaculis, tum quia eadem fuit mens sacrorum canonum, & legum Imperatorum, vt numero præcedenti ostendi, manifestè autem patet leges præfatas imperiales prohibere in diebus festiuis quoscunque ludos publicos, & quamcunque voluptatem, quæ ex theatris, spectaculis, & similibus actionibus profanis popularitet quæritur, id quod etiam tradit Mænochius *de arbitr. in d. addit. ad casum 69. num. 56.* Quapropter etiam præfati ludi publici, de quibus idem Mazarinus in diebus festiuis etiam extra tempus Diuinorum officiorum attentis fine festorum, & Sacris, & Imperialibus sanctionibus exerceri non deberent; licet his temporibus, in quibus valdè imminuta est fidelium pietas erga diuina sine scrupulo exerceantur, & permittantur tamquam honestæ recreationes; cum tamen populus detineri, & ab aliis turpibus voluptatibus auocari honestius posset spiritualibus recreationibus iuxta tradita suprà *num 17.* Ad eorum, quæ superius tradita sunt confirmationem placet addere auctoritatem D. Augustini *in serm. de* 215. vbi ita alloquitur populum. *Omnem diem Dominicum Ecclesiam conuenire; si enim infelices Iudæi tanta deuotione celebrant Sabbathum, vt in eo nulla opera terrena exerceant, quantò magis Christiani in die Dominico, ... Deo vacare, & pro anima sua salute ad Ecclesiam conuenire debent.*

§. III.

Choreæ, si illæ careant omnibus circunstantiis, & adiunctis, quibus ostensum est, eas effici vitiosas, & malas an sint damnandæ tanquam peccatum.

HActenus, quibus ex conditionibus, & circunstantiis, quæ choreis adiungi accideret, illæ canonum, legum, vel Doctorum auctoritate damnantur, quod maiorem continet difficultatem, est, si carent prauis adiunctis, seu circunstantiis sint necne damnandæ tanquam peccata.

24. Et negant esse damnandas tanquam peccata, Caietanus, Azorius, Bonacina, Filliuccius, Turlleneh locis supra *num.* 1. recitatis, Lopez supra *loco num. 6.* allegato, Ioannes Neuizanus loco *eodem num* 1. relato, & recentiores communiter. Probant, quia choreæ ex se, suaqua natura non sunt illicitæ, & peccata, sed indifferentes, ita vt benè, & malè fieri possint, vt *paragrapho primo* dictum est; ergo si caueatur in illis abusus, eisque nulla ex conditionibus, seu circunstantiis, quibus illas effici malas superius explicatum est, adiungatur, non erunt damnandæ, aut prohibendæ tanquam peccata, sed vt honestæ permittendæ. Confirmant, tum quia fieri possunt ex honesta causa, puta, vt signa publicæ lætitiæ; tum quia ex his accipitur occasio contrahendi matrimonia, nam solet conciliari beneuolentia inter aliquos iuuenes, & puellas, ex qua deindè contrahitur coniugium; tum quia sunt receptæ per consuetudinem; tum demum, quia cum publicè fiunt, magna ex parte tollitur occasio libidinis. Propter quæ Caietanus, & Filliuccius dixerunt, quod Rustici imprudenter prohiberentur exercere choreas etiam in diebus festiuis extra Diuina officia, cum ex vna parte choreæ seclusis abusu vtentium, & conditionibus, ac circunstantiis paragrapho præcedenti explicatis, non sint illicitæ; & ex alia parte si iidem Rustici non occuparentur choreis, vacarent otio, & alia peiora mala facerent. Azorius quoque ait non esse prohibendos, tanquam committant peccatum mortale, debere tamen moneri, vt in his choreis, & aliis ludis similibus sibi caueant ab omni periculo, & occasione libidinis.

25. Verùm licet supraposita sententia, quod licitè exerceantur, & liberè permitti queant choreæ, quas quis putet carere vitio alicuius ex superius enumeratis conditionibus illas efficientibus malas sit hodie communiter recepta; Nihilominus illius assertores, & qui eam in praxi adhibent, aut adhibere velint, grauissimis Diuinæ, atque humanæ auctoritatis testimoniis vrgentur; quibus non ex adiunctis conditionibus tantùm sed absolutè choreæ, de quibus hîc agitur, reprobantur; idque tam graui vituperatione; vt nulla ferè vitæ honestè agendæ voluntate, nullaque salutis suæ cura cum merito existimare quis posset, qui rem tantis testimoniis tam grauiter reprobatam studiosissimè non caueat, fugiatquè.

Atque primo offerri potest illud Ecclesiastici cap. 9. *Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius*; quod quidem dictum nihil impedire videtur, quin ad mulieres omnes saltationum studiosas accommodetur. Item illud Saræ filiæ Raguelis Tob 3. *Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia; nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui.*

Quæ quidem pudicæ fœminæ auctoritas Dæmonis vexationem à suo matrimonio deprecantis plurimum apud omnes valere deberet; qui matrimonia ex choreatum ludis procurare solent. Hæc enim optima Virgo ad obtinendam à Domino matrimonij prosperitatem illud præcipuè commemorat, sese nunquam miscuisse cum ludentibus. Item Iob de improbis loquens. *Egrediuntur*, inquit, *quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus; tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi; ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Vnde licet agnoscere, quales sint, qui delectantur tympano, & cithara, organisque vtuntur ad voluptatem. Non omittendus etiam insignis locus Isaiæ 3. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant; Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit; In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques &c. & erit pro suaui odore fætor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium; & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio, & mœrebunt, atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.* In quem locum S. Basilius post aliqua contra muliebrem fastum, & petulantiam dicta, addit; *Quin & in hodiernum diem identidem videre licet, Iudæas suis quasque pedibus ludentes, ne tantilli quidem reueritas sententiam Prophetæ. An non filiæ etiam Ecclesiæ ab eodem sæpè in ius vocatæ sunt? pleraque enim earum tanquam in numerosa multitudine diebus festis dum adueniunt auditura verbum Dei per inscitiam lætitiæ spiritualis, se dedunt inhonestis disciplinis.* hæc Basilius. S. Augustinus præallegato sermone 215. de tempore. *Vicinos*, ait, *& proximos vestros iugiter admonete, vt semper quod bonum est, & honestum loqui studeant, ne fortè detrahendo, malè loquendo, & in sanctis festiuitatibus choros ducendo, cantica luxuriosa, & turpia proferendo de lingua sua, vnde debuerant Deum laudare, inde sibi vulnera videantur infligere; isti enim infelices, & miseri homines, qui ballationes, & saltationes*

ante

ante Basilicas ipsas Sanctorum exercere non metuunt, nec erubescunt, etsi Christiani ad Ecclesiam venerint Pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista consuetudo ballandi de paganorum obseruatione remansit, &c. ex quibus locis choreatum consuetudinem, institutumuè huiusmodi à malis Iudæis; ac à paganis acceptisse Christianos videmus. Quemadmodum etiam Valentiniani lex superius *num.* 21. adducta docet illis verbis: *Si quis etiam nunc, vel Iudea impietatis amentia, vel stolide paganitatis errore, atque insania detinetur.* vt proinde, vel ex ipsius originis infamia choreas, & alias huiusmodi res Christianis fugiendas agnoscamus.

26. Præterea de iis, & generatim de omnibus spectaculis quam plurima inueniuntur passim apud Patres, quorum scriptis ea tanquam Christianæ disciplinæ contraria, & irritamenta ad peccatum, peccandique periculum continentia damnantur, atque eorum sectatoria sine dubio etiam choreæ, & Comœdiæ, & hastiludia, & alij ludi, aliæque profanæ voluptates omnes continentur: Extat Tertulliani libellus *contra spectacula*, quæ omnia vt insana, impudica, & diabolica improbat. Quod idem facit *in Apolog. cap.* 15. *&* 38. Sanctus Cyprianus quoque *in libr. de spectaculis*, & *Epist.* 2. *libro* 2. grauissimè queritur de Christianorum miseria, aut insania; qui eiusmodi dæmonum inuenta sectentur, moresque imitentur Gentilium; & quod grauius existimat, sacrarum scripturarum auctoritate; & defendere conentur, affirmantes etiam Dauid ante Arcam saltasse, & in sacris literis nabla, tympana, tibias, citharas, chorosque legi; quasi ad rem pertineat ad turpia tuenda, ea, quæ ad Dei cultum facta sunt, adducere. Eadem S. Augustinus exagitat *in lib.* 2. *de symbolo cap.* 2. *lib.* 3. *confess. cap.* 2. *lib.* 1. *de cons. Euang.* & *lib.* 2. *de Ciuit. Dei cap.* 13. vbi appellat *muscipulam, & caueam diaboli turpissimam.* Frequentissimè vero S. Ioannes Chrysostomus in omnibus ferè homiliis, *homil.* 62. *ad Populum Antiochenum*, *homil.* 39. *in cap.* 11. *Matth. homil.* 43. *in cap.* 20. *actuum Apostolorum*, *hom.* 1. *&* 6. *in Genes. hom. in psalm. quinquagesimum. hom.* 6. *in cap.* 2. *Matthæi, hom.* 1. *de verbis Isaia, vidi Dominum* & *hom. in psalm* 119. quibus in locis, præsertim *d. hom.* 62. appellat theatra ciuitatis *pestem, malorum omnium fontem, male cupidinis inductionem, adulterij meditationem, pestilentia cathedram, intemperantia scholam, turpitudinis exhortationem, luxuria officinam, publicum incontinentia, & fornicationis gymnasium, & Babylonicam fornacem, in qua tamen, qui comburuntur, non sentiunt.* S. Epiphanius quoque *in fine libri contra hæreses*, & sexta Synodus *cap.* 11. ea prohibet Christianis; & alia Concilia. Item eadem Saluianus Episcopus summa pietate, & eloquentia condemnat *de prouid. lib.* 6. ea pariter ad Gentiles mores referens; & ideo Apostatas Christianos appellans, qui post abrenonciationem diaboli, & operum eius, ad ea rursus redeunt. *Diabolus*, inquit, *est in spectaculis, & pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectaculum, relinquimus fidem Christi, hoc itaque modo omnia symboli Sacramenta soluuntur; & totum quod in symbolo sequitur, labefactatur, & nutat, nihil enim sequens stat, si principale non steterit.* Rursus *nihil*, ait, *fermè flagitiosum est, quod in spectaculis non sit; illas rerum turpium imitationes, illas vocum, ac verborum obscœnitates, illas motuum turpitudines, illas gestuum fœditates.* Hæc Saluianus, & alia quorum plurima contra spectacula, ludosque omnes profanos, & vanos. Eadem reprobat Lactantius *lib.* 1. *cap.* 20. & *lib.* 6. *cap.* 20. vbi: *vitanda*, inquit, *spectacula omnia, non solum, ne quid vitiorum pectoribus insideat, qua sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuius nos voluptatis consuetudo delineat, & à Deo, & à bonis operibus auertat.*

Repetenda vero hîc etiam sunt, quæ suprà *num.* 22. allata sunt ex sacris decretis, scilicet spectacula, ludos, & eiusmodi omnia in ipsis turpia, & diabolica dici. Et eiusdem generis multa reperiuntur apud alios Patres, Arnobium *aduersus Gent. lib.* 4. Clementem Alexandrium *lib.* 3. *Pedag. cap.* 11. Diuum Basilium Magnum *hom.* 4. *in exameron*, D. Hieronymum *in Ezech.* 20. in expositione illorum verborum, *Dixit ad eos vnusquisque.* Diuum Bernardum *de conuersione ad Clericos*, & alios, & Bedam relatum à D. Antonino 2. *p. tit.* 3. §. 5.

Tertiò prædictorum grauissimorum Patrum auctoritatem secuti eadem damnarunt sequentes scriptores auctoritate graues; etsi subsequentes ab horum grauitate paulatim desciuerunt. Alexander de Ales loco supra *numero* 1. recitato, verè ita de choreis agere videtur tanquam de malo quodam ludo ad libidinem excitandam accommodato. Affirmatque eos se excusare non audere à peccato mortifero (vt dixi *num.* 16.) mulieres, quæ etiam quodammodo inuitæ, aut casu ad choreas accedunt, vbi essent libidinis illecebræ: & iosra respondens ad argumentam illud, quod cantus choreatum non est malus in se, ait, quod *etsi cantus choreatum non est malus in se, est tamen malus ratione concurrentium, qua sunt excitatio ad lasciuiam, prouocatio ad libidinem, impedimentum cultus.* Dar, *& alia huiusmodi.* Item Ioannes Gerson *in p.* 4. *serm. Dominica* 3. *aduentus* contra luxuriam, ait, *choreas ob fragilitatem hominum difficile sine diuersis peccatis haberi, & omnia peccata choreizare in choreis.* Sanctus Bernardinus Senensis magnæ, & sanctitatis, & doctrinæ vir, *in sermone* 10. *de obseruant. sabbathi*; *execrabile*, ait, *vacare choreis vbi visu, auditu, gustu, tactu mentes astantium illaqueantur, & contaminantur*; citatque præallegatum caput, *irreligiosa*, addens insuper, *va his, qui sunt in causa efficaci tantorum malorum per suos lasciuos sonos; reddent de omnibus malis, qua occasione saltationis contingunt, apud iustum iudicem rationem, qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. cap. si culpa de iniur. & damn.* Hæc ille; & similia S. Antoninus *in cap.* superius *num.* 1. relato ait, ferè omnes ad prouocandum libidinem choreas exercere; quem Cardinalis Turrecremata ex Alberto Magno sequitur *in cap.* 1. *de pœnit. d.* 5. §. *cohibeat num.* 3. & idem dixit Angelus *v. chorea.* affirmans choreas communiter fieri ad excitandam libidinem, vel alio fine malo. idem Diuus Antoninus *ibidem* inuehitur pluribus in choreas, & contra eas latè exponit accommodando illud Psalm. 96. *Inflammabit in circuitu inimicos eius.* & illud Psalm. 11. *In circuitu impij ambulant*, item illa Apoc. 9. *de fumo putei ascenderunt locustæ*; & paulo post, *similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium, & super capita earum tanquam corona similes auro, &c.* & multa alia ex sacris scripturis dicens in choreis reperiri pompam, lasciuiam, superbiam, vanam gloriam, & ideo per eas effici homines inimicos Dei, omnino vero choreas vult esse præcipuum ludum diaboli, quo miseras animas capiat, atque adeo choreas condemnat, vt per eas contra omnia mandata Dei, & contra omnia Sacramenta fieri latè probare conetur; Petrus Paludanus *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 2. *art.* 2. *conclus.* 1. simpliciter damnat choreas tanquàm malas; *cum*, inquit ille, *viros cum mulieribus ludentes male dixerit Barnabas*, etiam choreæ, quæ damnabiles sunt, idque ob magnum periculum, quod vt est in Glossa 1. *cap. mulieres de iudiciis in* 6. marium, & fœminarum cœtus efficit præsertim ad capiendam voluptatem coactus. Armilla dicto verbo *chorea, in fine,* reprobans dictum Caietani ait, quod non solum non affert factum imprudens, si choreæ prohiberentur Rusti-

cis,

cis, sed imò bonum esset, si choreæ modernorum temporum possent annihilari. Quorum Doctorum dicta corroborantur ex superius *numero* 10. traditis ad ostendendum graue, & proximum periculum peccandi, quod ex choreis illas ducentibus, illisuè interessentibus imminet, sed placet addere aliorum piorum virorum auctoritatem, qui sanctitate, & doctrina suo tempore floruerunt, quorum conciones integræ contra choreas habentur. Qui quidem omnes ratione præfati periculi, peccatorumque causa, quæ ex choreis oriuntur ex aspectu, ex tactu, ex colloquiis valdè mouentur, easque propterea habent tanquam diaboli ludum, in quo à plerisque peccatur; asseruntque neminem à libidine quacunque ratione tam alienum, esse, vt earum periculo se exponere debeat. Hi vero sunt Cherubinus de Spoleto, Iacobus Vorag. Archiepiscopus Genuensis, Gabriel Barleta, Conradus Clingius in suo Catechismo catholico *libro* 4. *cap.* 12. *Chorea mundana,* inquit, *habet hanc definitionem, quod est circulus, cuius centrum est diabolus, & cuius circumferentia Angeli eius circumstantes.* (Et Tabiena etiam verbo *Chorea*, *initio*; *Chorea*, ait, *est quidam circuitus, de vno enim loco mouentur choreizantes, & discurrentes cito ad eundem redeunt hoc frequentantes, sicut diabolus circuit*) *& ideo rarò, vel nunquam sine peccato fit; talem choream ordinauit Sathan post adorationem vituli, &c.* hæc ille, sequitur vero etiam ostendens omnia peccata in choreis versari; neque aliquem licet continentem, & sanctum ab eis discedere sine peccato, aliaque multa mala enumerat ab
28. eis prouenientia.

Quartò etiam ex ciuili prudentia multi viri graues (quod non leue argumentum contra choreas existimari debet) eas improbarunt. Dixit Cicero neminem fere saltare sobrium, vnaque sententia ad ebrios hunc ludum remisit. Franciscus Petrarcha *libro* 1. *de remed. vtr. fort. Dial.* 24. *choream* dixit *veneris esse præludium, libidinis stimulum, laxamentum licentiæ, vbi libera manus, liberi oculi, liberæ voces, quibus etiam additur nox hostis pudicitiæ, & amica scelerum: quæ adeo ad libidinem pertinet, vt si libidinem quis tollat, nulla causa sit, cur relinquatur chorea.* Alphonsus ille prudentissimus Neapolitanorum Rex dicebat in Gallos, qui chorearum valde sunt studiosi; ita vt senes etiam non abstineant, eos in senectute desipere. Neque vero hodie quisquam est paulo prudentior, qui choreas non detestetur, & à domo sua non arceat, quantum potest; & boni omnes cupiunt tam prauam consuetudinem exterminari. Et certe merito. Nam præter communia quædam mala, quæ plerunque accidunt, quæ superius *numero* 10. sunt enumerata, alia etiam multa referri possunt chorearum vrbanarum fere propria, quæ religiosæ aures ferre non possint, vt propterea videatur, non leuiter dolendum tantam in Ecclesia DEI licentiam tolerari, vt sæpe publicè tanquam luxuriæ schola habeatur, stuprorumque, & adulteriorum mercatus; idque præcipuè sacrosanctis Dominicis Natalis diebus, & sacro septuagesimæ, & sequenti tempore, quo Ecclesia nos ad gratias DEO agendas, peccataque deflenda inuitat, & adhortatur. Quod autem chorearum defensores dicunt, nempè multa ea de causa contrahi matrimonia, quæ non contraherentur, quis non reprobet? quasi vero sacramenta libidinis adiumento liceat, aut expediat iniri; & timendum sit, ne matrimonia omittantur, nisi per vitia contrahantur; aut vero ex eiusmodi fœdis initiis prosperæ res contingere possint, & si matrimonij causa honestantur choreæ, ergo coniugibus non permittentur. Cur etiam iidem chorearum defensores non referunt fœda consilia de stupris, & adulteriis, cur non mentium labes, quas, qui forte puras ad choreas attulerunt, reportant malis cogitationis cupiditatibusque inquinatas. Dicant rursus, qua de causa ea saltem prudentia plerique vtantur, vt à choreis vrbanis arceant nondum nuptas, nisi quia turpitudinis plenæ sunt, quasi nuptæ liberè verecundiam negligere possint.

Sed demum ad maiorem eorum, quæ aduersus 29.
choreas nostri temporis tradita sunt, confirmationem accedunt tremenda exempla plurium, qui ob choreas etiam in præsenti vita diuinam sunt experti seueram vltionem.

Refert optimus Cardinalis Iacobus de Vitriaco cum in quodam pago Saxoniæ multi à presbitero moniti choream relinquere noluissent, quibusdam festis diebus mirabili quodam modo eos esse diuinitus punitos.

Vincentius Bellouacensis *libro* 6. *speculi moralis distinct.* 6. vbi de iocis, & Comœdiis, *quidam Sanctus,* ait, *inter alia supplicia inferni vidit, & audiuit mulieres flentes, & quasi choreas ducentes, & clamantes, veh, veh, veh, quanta sunt ista tenebra.*

Florentius Harthenius Carthus. *libro* 2. *instit. Christ. cap.* 25. *legitur de sorore Sancti Damiani, quod ob delectationem nimiam, quam habuit in cantilena ex cubiculo in choreis audita, octodecim diebus punita sit pœnis purgatorij, vt ipsa postea cuidam Sancto reuelauit.*

Thomas Cantiprat. *libro* 2. *cap.* 15. *vidi ego adhuc puer in choreis procacissimam saltatricem, quæ me præsente post choreas insolenter cum adultero luctabatur; & cum cessasset, subitanea morte mirabiliter expirauit.*

Henricus Gran Germanus *distinct.* 9. *exemplo* 51. *Puella quadam in die festiuo tota die in ludis, & choreis se exercuit; sero domum reuersa resedit in limine quiescens; sed cum ad dormiendum vix oculos clausisset, à duobus dæmonibus ad infernum delata est, & sic combusta est, vt nec capillus in corpore ipsius maneret, & totum corpus eius magnis vesicis vlceratum fœtorem intolerabilem exhalabat; vnus vero dæmonum titionem ardentem in os eius trudens dixit, hoc habe pro cantilenis, quas sæpius impudicè cantasti, vestes eius nullum habuerunt adustionis signum, quæ clamore, & eiulatu è somno vigilant matri, & multis aliis rem narrauit. Post hac sic vlulata fertur ad Hospitale, vocatus sacerdos, qui nullum peccatum mortale in ea inuenit, nisi quod libenter interfuit choreis, & ludis.*

Iacobus Mænochius *recitato tractat. de arbitr. in additione ad præallegatum casum* 69. *numero* 69. *Patauij Anno* 1567. *quo illuc accesseram Iuris Pontificij interpres in domuncula illa sita in foro lignario, vbi extat & Monasterium Monialium Sancti Marci totam noctem carnis priuij Choreas duxerunt; cum vero de recessu in in aurora cogitarent ingenti improuisoque fragore corruit domus ipsa; qua obruti fuerunt permulti, & inter alias puella quindecim annorum, quæ veluti altera Herodiadis tota fere nocte saltauerat, & qui vidit* (addit de se ipso) *testimonium perhibet, & verum est testimonium.*

Quod officium Principum in arcendis subditis à choreis.

Et quidem in superioribus tradita bene perpensa 30.
sufficere deberent ad homines à choreis, & similibus ludis arcendos; sed si sponte sua cauere nolunt, si insolentiores, improbioresque eiusmodi oblatis voluptatum, vitiorumque illecebris bonos corrumpere audent; ad eorum certè, qui præsunt officium spectare videtur suorum consulere saluti. Principum esset, & in hoc genere iuuare sacerdotum

tum curam (Princeps enim secularis potestatis culmina ait S. Isidorus *lib. 3. sentent. cap.* 53. tenet, vt per eandem potestatem disciplinam muniat Ecclesiasticam ; & vt quod præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem , potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem) & imitatione bonorum Imperatorum , quos superius commemorauimus , præcipuè vero sacræ auctoritatis , & doctrinæ , sanctorumque virorum obseruantia tales corruptelas lege sancita , pœnisque etiam propositis tollere. Neque enim tàm de populorum fidelitate sibi concilianda , aut vectigalibus conseruandis , penuriaue arceoda solliciti esse deberent , quàm de Christiana disciplina tuenda ad subditorum salutem. Hue enim reliqua omnis gubernatio dirigenda est , & ad hoc Regis cura omnis accommodanda, suoi enim Dei serui, seueréque punientur , nisi Diuino honori , Diuinæque voluntati in sua administratione , seu gubernatione inseruierint , & mala , peccataué subditorum , cum possint , impedire neglexerint ; quippè qui non probibendo , vel non resistendo facere , vel consentire censentur , vt *in cap. error d.* 83. & *cap. ita sanè* 23. *q.* 4. decernitur. Et de eiusmodi Regum , seu Principum officio disputat S. Thomas in *lib.* 1. *de Regim. Princip. cap.* 15. passimque Theologi , & scripserunt etiam Iurisperiti Lucas de Peona in *l. prædia col.* 18. *Cod. de loc. fund.* & Ioanes Igneus *in l. fideicommissum num.* 64. *ff. ad senatusconf. Syllan.* quos ad id Mænochius in præallegata additione *ad casum* 69. *num.*36. refert. Licet enim physice loquendo choreæ , & ludi eiusmodi per se mali non sint , sufficit vt pariant , malorumque periculum regulariter contineant , quæ tot tantisque testimoniis (vt ex *superius* traditis constat) prædicantur; & vsu ipso experientiaque comprobantur , lex enim ea spectat , quæ vt plurimum , seu plerumque eueniunt *l.* 3. *&* 4. *ff. de legibus* & superius *in titulo* 2. *&* 3. pluries repetitum est. Vnde non curandum de paucis , qui easdem choreas sine peccato saltem graui faciunt. Quapropter vt hac in re sibi caueant , neque proprias cupiditates , neque homines huius vitæ voluptati deditas adhibere debent in consilium ; sed credere potius viris sanctis , diuinaque sapientia illustratis ; Neque etiam illis fidem habeant, qui licet profanas voluptates ipsi non sequantur , dicunt tamen non expediri eas prohiberi , adimiue populis ; vel quia sine periculo tumultus id fieri non potest ; vel quia ij publicis animi relaxationibus omninò indigeot ; vel quia frustra tollitur occasio eiusmodi peccatorum, cum alioqui & amare inter se , & libidini seruire aliqua ratione omninò velint. Hæc autem scimus Nostro Sancto Carolo obiecta fuisse , cum à diœcesi sua hanc chorearum corruptelam tollere conaretur ; quibus tamen argumentis optimus Antistes , vitque Sanctus à suo conatu minime desistendum indicabat : imò adeo in eo perstitit , vt ipso euentu omnibus tandem demonstrarit , Deo imprimis bene iuuante , sine periculo tumultus , plerisque etiam valde approbantibus , populos posse à profanis voluptatibus conuerti ad spirituales iucunditates , & loco theatri , scenæ , chorearum detineri posse salutari precationum , Diuinorum officiorum , sacrarumque Concionum , atque aliarum spritualium exercitationum occupatione , maximè si musica suauitate illa ex Ecclesiæ sanctæ instituto condiatur. Quod etiam multò facilius efficeretur , si Princeps ipse exemplo suo reliquos commoueret. Neque quod omninò libidinosi amores euelli ex hominum mentibus , cordibusuè non possint , & alioqui velint eos exercere , idcirco permittendum est , vt eorum tanquam publica schola , quæ publicum , & Gubernatorum , & populi consensum contra honorem Dei habere videatur ; si omnia mala prohiberi , atque impediri non possunt , non ideo tamen omnia sunt toleranda , sed faciendum , quantum est in potestate. Et si occulta vitia non possunt , saltem publica impediri debent ; quæ plurimis præbent peccandi occasionem ; ita , inquam , ipso euentu docuit magnus , & sanctus ille Antistites in hac Mediolanensi diœcesi , vbi tamen communi iudicio homines à voluptate non existimantur esse alienissimi.

Qua cura Episcoporum , & qua ratione possint Episcopi prohibere choreas , & damnatur opinio Neuizani, *quod non liceat , deceat , & expediat choreas per Episcopos prohiberi, ne fiant vltra mediam noctem carnis priuij.*

Cura autem eiusmodi Episcoporum est maximè , qui ea omnia debent omni diligentia auertere , quæ omnibus salutis periculum afferre possunt ; & ad id propria quoque , & à Christo Domino sibi tradita potestate vti , idque pro conditione morum , ingeniorum , & institutorum diœcesis suæ. Quemadmodum S. Ioanes Chrysostomus , cum reprehendisset populum , quod equestri ludo non abstineret , & ad diabolica spectacula , vt ipse appellat , concurreret , minatur , se amplius non toleraturum , legibusque Ecclesiasticis vsurum contra contrauenientes ; recitata *homil. 6. in Genesim.* Quod præstare posse Episcopum & Theologi ex Theologiæ doctrinæ fontibus , & canonum Doctores ex decretis Ecclesiasticis manifestè probant. 30

Imprimis ergo potest Episcopus prohibere choreas diebus festiuis. ita etiam Mænochius *in d. addit. ad casum 69. numero 63. initio.* Nam vt iam superius *numero* 21. *&* 22. ostensum est , de hoc habemus canones , & leges ; Episcopus autem potest statuere adiuuando ius commune , apponendo scilicet pœnam , puta , excommunicationem , vbi ius non apponit , vel aggrauando pœnam à iure impositam, puta , si canon imponit pœnam excommunicationis per sententiam , potest Episcopus imponere pœnam ipso iure , vt ostendi *in 2. tomo horum moral. var. tit.* 3. *numero* 161. & præter canones & Doctores *ibidem* allegatos , exemplum affertur *ex cap. animarum de constit. in 6.* & tradunt Franciscus *in cap. ea, quæ de reg. iur. in 6.* Mænochius in præfata additione *ad casum 69. numero* 41. & latè alios congerens Henricus Botteus *de synodo p. 2. art. 1. concl.* 13. *numero* 106. Atque adeo eum ius ipsum adiiciat pœnam excommunicationis ferendam *d. can. qui die de consecr. d.* 1. poterit Episcopus eam augere , vt sit latæ sententiæ , vt præfatus Henricus aliis recitatis probat recitata *concl.* 13. *numero* 114. Imò etiamsi ius commune ita expresse id non decreuisset , posset Episcopus supplendo addere , & omninò prohibere ad morum correctionem , vt tradidere Hostiensis , Ioannes Andreas , Cardinalis Zab. & Butrius *in cap. fin. de officio Archipresbyteri* , quos , & alios etiam ad id refert , & sequitur Henricus Botteus *d. artic. 1. concl.* 17. *numero* 274. Deinde quia Episcopus habet iurisdictionem etiam in laicos ratione sacri temporis , vt ait Franchus *d. cap. ea, quæ ad finem* , & notauit etiam Henricus Botteus *citata concl. 17. numero* 275. Ex quibus patet , quam male locutus sit Neuizanus in allegato *lib. 4. sylua nuptialis numero* 69. dum dixit irrationabile esse edictum Episcopi , ne ducantur choreæ festis diebus , cum tale edictum sit iuri Diuino humano , canonico , & ciuili consentaneum. 31

Et cum choreæ , licet alioqui honestæ , non possint sine vitio haberi temporibus pœnitentiæ , & deuotionis , vt suprà *numero* 17. ostendimus potest Episcopus speciali edicto prohibere illas , haberi in 33

huiusmodi temporibus adiecta etiam pœna excommunicationis, vt contra Ioannem Neuizanum Mænochius *in d. additione num. 61.* & probatur iisdem argumentis, quibus demonstrauimus posse illas prohibere diebus festiuis.

34. Imò illud amplius asserendum, Episcopum posse prohibere choreas quocumque tempore, etiamsi de eo genere ius non statuat. Episcopus enim etiam circa laicos potest statuere præter ius ad morum correctionem, & peccata tollenda, & pietatem conseruandam *cap. nouit. de iudiciis. cap. cum sit generale de foro comp.* & *cap. de emptione & venditione*, ibidem Glossa, verbo *ad presbiterum*, & Hostiensis, qui etiam affirmat contrariam consuetudinem non valere, cum sit contra correctionem peccati. ideóque quoque fuerunt, qui asseruere Episcopum posse punire illos, qui commiscent farinam fabarum ceræ venali, vt apud Abbatem *in d. cap. 1. de empt. & vendit. num. 9.* & *Rom. sing. 527.* Innocentius etiam *d. cap. 1.* dicit Episcopum in crimine notorio posse irrogare pœnam excommunicationis: & sequitur Abbas *eodem loco; cum d. cap. facit. l. 1. Cod. de Episcopali audientia*, prout intelligit eam Baldus, & habent meliora exemplaria. Addo *cap. 1. de raptor.* vbi raptores excommunicantur à loci Prælato. & Funeus in *l. ea, quæ col. fin. in fine ff. de reg. iuris* concludit, quod Episcopus possit absolutè statuere in iis, quæ pertinent ad mores laicorum pro conseruanda honestate, & euitando peccato, quod idem aliis relatis dicit Henricus Botteus *recitato art. 2. concl. 17. num. 275.* & ratio prædictorum est, quia cum Ecclesiasticæ potestatis sit dirigere, & ordinare hominum actiones ad finem supernaturalem, qui est salus animæ, consequenter Summus Pontifex, & alij Ecclesiastici Prælati possunt submouere, & tollere omnia, quæ studium, & cursum bonorum operum ad salutem animæ pertinentium impediunt, vt in 2. to. horum moralium var. *tit. 12. num. 5. fine*, diximus. Atque quod ratione, & causa peccati laicus efficiantur de foro Episcopi, vt *d. cap. nouit*, & aliis iuribus allegatis, præter præallegatos Doctores, & plures alios Doctores ex recentioribus, quos ad id allegaui *in d. 2. tomo horum mor. var. tit. eodem 12. num. 342.* docent Petrus Belluga *in speculo Principum rubr. 12. §. quadam num. 99.* & *num. 101.* & *rub. 17. §. finaliter num. 18.* & Mænochius *in allegata addit. ad casum 69. num. 39.* id cum eodem Belluga intelligens, quando non extat via, qua possit laicus coram Iudice sæculari conueniri, vt cogatur satisfacere debito contracto, vel pro debito commisso puniatur. Quin etiam Episcopus in tali casu contra laicos potest statuere, indicendo pœnam temporalem ob negligentiam sæcularis Principis, seu Magistratus non punientis, scilicet, qui videt malum, & non curat, vt docuerunt Glossa *in cap. final. de except. in 6.* Bertachinus *tract. de Episcopo. p. 2. lib. 5. num. 5.* Belluga *in d. speculo Principum rub. 11. §. dubitatur num. 15* & *rubr. 12 num. 36.* & *rubr. 18. num. 3.* & nonnullos alios allegans Mænochius *d. num. 39.* vtrùm verò chorearum prohibitio ad morum correctionem, ad peccata tollenda, ad pietatem tuendam pertineat, docent tùm ea, quæ in præcedentibus latè tradita sunt; tùm quæ in sua quisque diœcesi experimento cognoscit. Addo dictis ad maiorem confirmationem doctrinam Ioannis Andreæ *in Reg. ea, quæ lib. 6. in repet. cap. canonum statuta de constitut.* quam sequuntur Petrus de Ancbar. *ibidem* Frater Orpheus *in tract. de ornatu mulierum art. 3. §. Infero ex prædictis.* Caccialupus *in repetit. l. omnes populi de iustitia, & iure.* Henricus Botteus *de synodo p. 2. art. 1. num. 136.* Nicolaus Moronus *tract. de fide, tregua, & pace q. 69. num. 3.* & alij relati à Botteo, & Neuizano *d. lib. 4. syl. num. 72.* scilicet, Episcopum posse statuere adiuncta pœna excommunicationis, & valere constitutionem, ne mulieres vtantur fucamentis, & ornamentis vltra certam mensuram, ad tollendum abusum, & excessum ornamentorum continentem periculum irritandi ad libidinem, nam licet in mulieribus possit esse ornatus sine peccato, præsertim mortali, iuxta S. Thomam *2. 2. q. 169. art. 2.* tamen cum ob excessum est facile inductiuus ad malum, potest, & debet per Principem sæcularem, & Ecclesiasticum prohiberi, & tolli, vt latè præfatus Frater Orpheus *d. art. 3.* & probant etiam *superius* tradita & talis prohibitio sub pœna excommunicationis facta ab Episcopo efficit transgressionem mortalem *cap. quisquis 14. quæst. 1.* & communiter Summistæ, Theologi & Doctores Canonum, licet ante prohibitionem vsus talis ornatus potuisset contingere sine mortali culpa.

Quare quod dixit Neuizanus *d. lib. 4. allegato numero 72.* versic. *sed prædictis non obstantibus*, & versic. *secundo respondetur.* & versic. *non obstat tertio*, scilicet Episcopum non habere potestatem super laicos, nisi vbi adest peccatum, choream autem cum debitis circunstantiis factam, non esse peccatum, falsum est: Nam Episcopus habet potestatem spiritualem circa laicos etiam quando est periculum peccati, scilicet, nè committatur peccatum, cui suo præcepto obuiam ire debet (vbi præsertim Princeps sæcularis negligens est,) vt ex superius adductis iuribus, doctrina, & auctoribus satis manifestè constat: vnde etiam minus verum est, quod idem Neuizanus ait *dicto versiculo tertio* ex Caccialupo *vbi suprà*, nempè prohibitionem, seu constitutionem Episcopi circa laicos non valere nisi in delictis Ecclesiasticis, puta, ne quis intret Monasterium. Neque etiam potest talis prohibitio dici irrationabilis, vt contendit idem Neuizanus, cum maximè rationi consentaneum sit occasiones, & incitamenta peccati tollere; & hoc etiam spectat ad Prælati officium, & multò minus poterit dici irrationabilis in casu, de quo agit idem Neuizanus, scilicet, si Episcopus prohibeat ducere choreas, & laruas facere post mediam noctem carnis priuij; cum à media nocte incipiat tempus quadragesimale, quo suprà ostensum est, malas, & vitiosas esse choreas, & similes ludos ad voluptatem capiendam, cum sit tempus ab Ecclesia institutum ad pœnitentiam, & deuotionem. 35.

36. Ob quæ, & alia superius tradita reiicienda (prout illam probat Mænochius *in dicta addit. à num. 60. ad finem*) est omninò, vt à pietate, & veritate valdè distans doctrina eiusdem Neuizani in *d. num. 72. & duobus seqq.* nempè non licere, nec decere, nec expedire, quod Episcopi prohibeant choreas, vltra dictam mediam noctem carnis priuij; quam doctrinam quo ad primam partem, quod non liceat conatus est probare duobus supra positis leuissimis argumentis. Quibus *eodem numero 72.* versic. *Tertio*, addit tertium, scilicet, choreas esse exercitium, & recreationem quandam à iure permissam, maximè vt inde proniores efficiamur ad opera virtutis tempore imminentis quadragesimæ; quod nullius est momenti, tum quia recreatio profana etiam alioqui honesta non est permissa quocunque tempore, & omnibus diebus, puta, qui sunt instituti ad Diuina exercenda, vt dies festiui; vel ad pœnitentiam, vt quadragesima, &c. tum quia non debet permitti recreatio, & voluptas profana quæ rarò caret periculo peccandi, licet aliquando fiat, seu contingat sine omni peccato haberi, iuxta superius tradita. *Eodem* etiam *num.* versic. *Quarto* addit quartum argumentum, nempè, quod talis prohibitio non obseruabitur, quia difficile cohibentur iuueniles calores; præsertim, inquit, quando tales nobiles sunt inflati libidine mulierum, quia miscent omne fas, & nefas. Frigidissimum argumentum, cui iam superius *num. 30. fine*, tacitè satisfactum, dum diximus etsi libidinosi amores non possint penitus euelli, & aliqui velint illos

exercere

exercere, non est tamen permittenda eorum publica schola, ne superiores videndo, & tacendo censeantur malum approbare, & culpæ participes efficiantur. Et præterea adolescentes (vt respondit etiam Mænochius *num. 63.*) difficile valdè cohibentur à fornicationibus, & adulteriis; atque ita quotidie non obseruatur septimum præceptum Decalogi. *Non Mœchaberis*, & tamen ita præceptum à Deo est.

37. Eandem doctrinam quoad secundam partem omittendum *non decere, &c.* nititur *eodem num. 72.* versic. *sed his non obstantibus* demonstrare tribus argumentis, sed admodum leuibus, & primum leuissimum est quod à tempore immemorabili consueuerunt duci choreæ in initio quadragesimæ per totam illam noctem vsque ad saturitatem; ac proinde statuere contrarium est inducere nouitatem, & quid nimis molestum; sed talis consuetodo cum mala sit non meretur nomen consuetudinis, sed est, & dici debet abusus, & corruptela, quæ non excusant à culpa, licet dum superiores dissimulant; nec illi suis legibus obsistunt, excuset à pœna temporali; secundum est excommunicationis sententiam non esse profatendam, pro re leui, cum sit pœna grauior, qua vtatur Ecclesia. Verum cogere fideles ad obseruantiam mandatorum Dei; & obuiam ire tantis malis, quorum occasionem, & periculum exhibent choreæ, vt *superius* tradita ostendunt, non est quid leue, sed grauissimum. Tertium est, quod Summus Pontifex Romæ, & alij Antistites in aliis Ciuitatibus tollerant choreas duci ea nocte tota. At cum publice non habeantur choreæ tali tempore, sed in domibus priuatorum Prælati præsumuntur ignorare: Et dato, quod spatio multorum annorum tolleraueriot, hæc tollerantia non abstulit ab illis potestatem in posterum prouidendi suis legibus, & pœnis, vt & ne præcepta Diuina, & Ecclesiastica tanta licentia transgrediantur; & impediantur mala quæ plerumque, & frequenter proficiscuntur ex choreis præsertim nocturnis. Quapropter etiam Præpositus *in cap. cum cessante col. 4.* dixit valere edictum Principis, per quod prohibentur choreæ de nocte. Quæ autem idem Neuizanus versic. *singulariter tamen*, ad maiorem confirmationem sui erroris docet, nempè, moram modici temporis non esse attendendam; ea hora non incboari choreas, sin illis habere locum illud, multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent; & illud, multa retinere licet, ad quæ non licet agere; & quod etiam si fiant ad peccatum, non esse tantum peccatum, continuare choreas, sicut inchoare de nouo, & facilius aliquid à principio impediri, quam post factum tolli: omnia à veritate aberrant, quoad præsentem casum, & quoties agitur de actione culpabili, seu mala; vnde meritò à censoribus sanctæ fidei fuit Neuizanus ibidem correctus.

Tandem eandem doctrinam quoad tertiam partem, videlicet, non expedire choreas eodem tempore prohibere, probare Neuizanus contendit tribus aliis argumentis; & primo quod sit valdè difficile, & quasi impossibile, vt iuuenes abstineant, & ita contemnetur, & non obseruabitur prohibitio: quod argumentum cum non differat ab argumento eiusdem Neuizani *recitato* suprà *num. 36. fine*, habet etiam solutionem *ibidem* adductam. Secundò probat, quia admisso etiam quod choreas ducere sit peccatum, expedit dissimulare, quàm edictum contemptibile edere iuxta *can. denique dist. 4.* vbi dissimulatur, & tolaratur abusus ille Christianorum ingurgitandi se carnibus die carnis priuij vsque ad mediam noctem, & quia aliqua mala permittuntur, vt peiora euitentur. Verùm, si argumentum vrgeret neque fornicatio, neque adulterium, & alia carnis peccata debuissent diuinis præceptis prohiberi; quia præcepta à iuuenibus, & hominibus, qui voluptatibus carnis dediti sunt, contemnuntur. Præterea respondetur ex traditis supra *num. 30 fine*, licèt omnia mala non possint impediri, non ideo tamen omnia omninò esse tolleranda, præsertim cum sunt publica, & non exercentur nisi cum periculo morali incitandi alios ad peccandum; vt in choreis accidere latissimè *superius* demonstratum est. Canon etiam ille, cum loquatur de abusu se ingurgitandi vsque ad mediam noctem, non autem post mediam noctem elapsam, condemnat doctrinam eiusdem Neuizani, vt etiam Mænochius notauit. Addit idem Mænochius quando esset timor scandali, tunc abstinendum à tali prohibitione, & ita intelligi dictum can. *denique*. Tertium Neuizani argumentum est, Paradisi viam valdè arctam, atque adeo non esse angustandam magis; quod argumentum rectè Mænochius *in dicta addit. num. 68.* dicit Iurisconsulto indignum; etenim si arcta est via salutis, qua ratione quis sanæ mentis audebit dicere; ideo debere permitti peccandi occasionem, & dilatandam viam, quæ ad perditionem ducit, quod contigit, cum à Rectoribus populorum peccandi licentia correctionis fræno non cohibetur. Cæterùm ad damnandam Neuizani doctrinam vti iuri, & rationi dissonam satis esse reor exemplum superiùs *n. 29.* ex eod. Iac. Mænoch. desumptum. Atque hæc de choreis nostri temporis satis diffusè, & paulò diuersa scribendi ratione, non contentionis, sed Christianæ pietatis tuendæ studio tradita, quæ Dominvs pro sua clementia fructuosa efficiat ad multorũ salutem. 38.



habere vim ad venerem excitandi manifestum est. igitur fit

§. I.

An Actores Comœdiarum obscœnarum, & turpium, seu Histriones, & Mimi, qui in scena repræsentant Comœdias præfatas turpes peccent mortaliter.

2. COmmunis Doctorum sententia, nemine prorsus refragante, est, Histriones & Mimos, qui agunt, aut exhibent huiusmodi Comœdias obscœnas, & turpes committere peccatum mortiferum, idque & si iis se, aut alios ad libidinem excitare, vel alicuius ruinam spiritualem non intendant.

Huius sententiæ procul dubio fuere omnes Sancti Patres *in tit. præcedenti num.* 26. adducti; vt enim ex *ibidem* recitatis eorum testimoniis manifestè apparet, fœda spectacula, ac theatra, & turpitudines scenicas grauissimis verbis, tanquàm Christianæ religioni, pietati, ac disciplinæ contraria, irritamenta ad impudicitiam, ac flagitiosa omnia, ac Diaboli inuentum improbant, & execrantur; nec non eorundem auctores, ac inspectores detestantur, & nefarij criminis condemnant; neque opus est hic repetere, aut latius referre eorundem Patrum dicta, quæ etiam adiunctis nonnullorum aliorum Patrum testimoniis conscripsere Paulus Comitolus *responsorum moral. lib.* 5. *q.* 11. Iacobus Mænochius *de arbitrariis in addit. ad casum* 69. *num.* 29. Iulius Mazarinus *discursu* 109. *&* 110. super Psalm. *Miserere*, & fusius Franciscus Maria del Monaco *in Paraenesi contra Actores, & Inspectores Comœdiarum nostri temporis*: & quod Patres spectaculorum, quæ improbant, nomine intelligant etiam Comœdias nostri temporis, & theatra, in quibus de turpibus & inhonestis agitur notaui *eodem num.* 26. & disertè dicit Tertullianus *libro* ibidem *recitato de spectaculis*, qui proinde illa appellat impudica, & cathedram pestilentiarum, nempè, impudicitiæ, & colligitur etiam apertè ex verbis Cypriani, Augustini, Chrysostomi, & Saluiani *eodem num.* 26. adductis.

3. Eandem sententiam sequuti doctrinam Sanctorum Patrum tradidere Theologi, & summarum scriptores. S. Thomas 2. 2. *q.* 168. *art.* 3. *in corpore.* vbi ait; *Qui causa ludi, aut in ludo vtitur turpibus verbis, vel factis, quæ de se sunt peccata mortalia, mortale peccatum committit.* Et in *responsione ad* 3. habet ita; *Qui sustentant* (nempe extra extremam necessitatem) *illos Histriones, qui illicitè vtuntur, peccant, quasi in peccato eos fouentes.* Alexander Alensis *in* 2. *p. q.* 132. *membro* 3. vbi ait, ioculationem Histrionicam, esse peccatum mortale respectu actorum, & inspectorum; & *membro* 4. vbi dicit *mortaliter peccare, qui Histriones quatenus lasciuam, & vitiosam artem exercent, quoquo modo sustentant.* Caietanus 2. 2. ad recitatum art. 3. allegatæ q. 168. & *in summa* verbo, *spectacula*, vbi *spectacula impudica, crudelia, aut irreligiosa absque peccato non fiunt; & si notabiliter aliquid horum admixtum habeant, mortale peccatum sine dubio incurritur à facientibus, & præcipientibus illa* Diuus Antoninus 2. *p. cap.* 7. §. 11. vbi *si spectacula repræsentant multum turpia, & lasciua, ea exercentes mortaliter peccant, & inspectio talium voluntaria mortale est, quia nihil aliud est, quam delectari de turpibus; tum etiam quia periculo tentationis sponte se exponit.* idem & Histriones agentes turpes Comœdias, & in scena populo inhonesta exhibentes, repræsentantesque, aut recitantes peccare mortaliter scribunt Angelus *verbo* ludus *num.* 3. Syluester *eodem num.* 8. & *verbo* Ars *num.* 6. *versic.* septimo, Rosella v. *adulatio*: Nauarrus *in sum. cap.* 19. *num.* 14. Mænochius *in allegata addit. ad casum* 69. *num.* 31. Sanchez *de matr. lib.* 9. *disp.* 46. *num.* 42. Alphonsus Mendoza *q.* 9. *scholastic.* §. 12. Alcozer *lib. de ludo cap.* 54. Reginaldus *lib.* 22. *praxis num.* 8. Filliuccius *to.* 2. *tract.* 30. *cap.* 10. *num.* 210. Nicolaus Baldellus *lib.* 3. *Theolog. mor. disp.* 28. *num.* 5. Ægidius Turllench *in decal. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 12. *num.* 13. Comitolus, & Franciscus Maria del Monacho locis *num. præcedenti* relatis, & Iulius Mazarinus *d. discursu* 109.

Eandem sententiam probant grauissimæ pœnæ, quibus Histriones eiusmodi Comœdias obscœnas repræsentantes, & inhonesta in scena exhibentes, recitantesque, aut cantantes sacris sanctionibus afficiuntur; 4.
nam primò illis denegatur Ecclesiastica, & sacra communio, vt etiam morientes debeant carere sacrosancta Eucharistia *cap. pro dilectione de cons. d.* 3. qui canon sumptus est ex *Epist.* 10. S. Cypriani *ad Eucratium lib.* 1. & quamuis Concilium Carthaginense 3. *cap.* 31. vt habetur *canone sequenti eadem distinct.* illis post conuersionem, & veram pœnitentiam gratiam communionis concesserit; nihilominus *ibidem* nominantur Apostaticæ personæ; & etiam Concilium Arelatense 2. *cap.* 2. *num.* 20. agitatores, & theatricos decernit esse à communione aliorum separandos, dum agitant. Secundò tam iure ciuili, quam canonico sunt infames *can.* 1. 4. *q.* 1. & *l.* 2. §. *ait Prætor ff. de iis, qui notantur infamia.* Vnde tertio à dignitatibus repelluntur *l.* 2. *Cod. de dignitat. lib.* de quo cum aliis Mænochius *in d. addit. num.* 23. *&* 26. Et quarto tanquam irregulares prohibentur à promotione ad ordines *can. maritum d.* 33. *cap. si quis post d.* 51. & *c. præcans* 30. *q.* 3. P. Greg. Tolos. *lib.* 39. *syntag. iur. cap.* 5. *num.* 28. Mænochius cum aliis in *d. addit. num.* 30. vbi cum præfato Gregorio *ibidem* addit etiam Histriones promotos esse deponendos, & priuandos ex *cap. vnico de vita & honestate cler. in* 6. Quinto ij Histriones prohibentur alios accusare, sicut & Hæretici, Iudei, Pagani & aliæ personæ infames, ita Concilium Carthaginense 7. *cap.* 1. *&* 2. relatum *in can. definimus* 4. *q.* 1. Sextò nemo donare potest aliquid huiusmodi Histrionibus, sicuti D. Augustini authoritate sancitum est *in can. donare.* & *can. sequenti d.* 86. & Alexander *in l. affectibus ff. de donat.* ait Histrioni donationem factam reuocari. Septimò filius hanc artem Histrionicam exercens exhæredari potest à Patre §. *causas in auth. cum de appellat. cognoscitur.* & post P. Gregorium *d. lib.* 39. *syntag. iuris cap.* 5. *num.* 19. versic. *& filius* notauit Mænochius vbi suprà *num.* 26. Octauò capitalis pœna est indicta contra milites exercentes artem Histrionicam *l. qua delicta ff. de pœnis.* P. Gregorius *d. cap.* 5. *num.* 28. Mœnochius *d. addit. num.* 27. Vltima pœna est, vt è Ciuitate expellantur; sicut tales Histriones expulisse Tiberium Cæsarem ex Dione Cassio *lib.* 57. *historiarum* refert Mænochius *in d. addit. num.* 33. imò ex tota Italia eiecisse ex Taciti relatione *lib.* 4. & *lib.* 13. P. Gregorius ab eodem Mænochio relatus refert *lib.* 34. *syntag. cap.* 16. *in fine* constitutionem Caroli V. de his Histrionibus expellendis. Philippus Rex Galliarum eosdem expulit è toto Regno, vt refert Mazarinus *d. discursu* 109. *lit.* N. & Lacedæmones olim, vt testatur Plutarchus *lib.* 7. *sympos. quæst.* 8. idem fecere. Et Acta Ecclesiæ Mediolanensis sub Sanctissimo Antistite Diuo Carolo Borromæo *p. part.* vbi de Histrionibus, & Comicis ita habent: *De his etiam Principes, & Magistratus commonendos esse duximus, vt Histriones, & Mimos, & eius generis perditos homines, è suis finibus eiiciant, & in caupones, & alios, quicunque eos receperint, acriter animaduertant.* Cùm igitur tot, tamque grauibus pœnis hi Histriones, qui agunt turpes Comœdias, & inhonesta, atque illicita populis in scena repræsentant, & recitant, plectantur, & præsertim à communione Corporis CHRISTI, tanquam excommunicati repellantur, & inter Apostaticas personas numerantur; atque si milites capite damnentur; quis audebit eos à culpa mortali excusare? certum si quidem est eiusmodi pœnas, nisi ob graue crimen infligi.

5. Addamus præterea rationes disertè, & clarè demonstrantes hos Histriones, & mimos Comœdiarum obscœnarum Actores, & rerum turpium repræsentatores in scenis reos esse mortiferi peccati; nam proculdubio mortiferè peccat, qui coram aliis eam exercet actionem, quæ ex sui natura, intercessentes apta est, proximè ad peccatum graue excitare, tamersi talem imitationem ad malum non intendat; cum id sit præbere actiuom scandalum; sed actiones, quæ in turpibus & obscœnis Comœdiis exhibentur repræsentando, recitando, vel canendo ex se, suique natura, supposita naturæ humanæ corruptione apta sunt aspicientes, vel audientes prouocare ad graue peccatum, nempè libidinosam delectationem de rebus turpibus repræsentatis, vel recitatis, ad fornicationes, adulteria, stupra, & similia scelera; grauiter ergo peccant Histriones. Maiorem propositionem huius argumentationis ponunt omnes Doctores de scandalo agentes; admittunt, etiam Sanchez, & alij Doctores recentiores *num.* 3. allegati, asserentes eiusmodi actores Comœdiarum, quæ res valdè turpes, ac ad venerem excitantes continet, mortaliter peccare ob eam causam, quia sunt multis causa ruinæ. Minor verò propositio, cùm ex ipsamet experientia plus certò constet, probatione non indiget. Quamquam etiam non desint, Sanctorum Patrum, ac aliorum sapientum testimonia, quibus demonstratur sermones, & discursus de rebus obscœnis, & turpibus, puta de fornicationibus, adulteriis, amoribus puellarum, vel adolescentulorum, & similibus obscœnis esse irritamenta ad similia scelera perpetranda. *Perdita mentis hominis*, ait D. Hieronimus ad Demetriadem, *vno frequenter, leuique sermone tentant claustra pudicitiæ*: & Arnobius in Octau. *enormis Histrio amorem dum fingit, infligit.* Ad id Clemens Alexandrinus *libro* 2. *pedagogi cap.* 6. adducit verba illa Pauli ad Ephes. *fornicatio, & omnis obscœnitas, vel immunditia non nominetur in vobis*, ex quibus infert, hominem debere abstinere ab auditione rerum turpium, & inspectione impudentum spectaculorum; *radix enim*, inquit, *inhonestè factorum est, inhonesta loqui.* Concordat D. Basilius in libro de non legendis Gentilium libris; vbi, *Praui*, ait, *assuescere sermonibus via quadam est ad rem ipsam.* Quod Pontanus *lib.* 1. *de amor. coniug.* sic eleganter vertit.

In varios sensus sæpe abiere ioci.

Huc quoque tendit illud Mænandri:

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

6. Hinc rursus ostenditur hos Histriones, Comœdiarum obscœnarum Actores, & lasciuarum rerum, & impudicorum amorum repræsentatores peccare mortaliter, quia sunt causa multorum criminum læthalium; nam huiusmodi Comœdiæ turpes, & obscœnæ Ciuitatem viriorum, ac turpitudinum sentinam faciunt, stuprorum, adulteriorum, incæstuum, sacrilegiorum ancillam; prout scripsit D. Basilius *recitato lib. de non legendis libris Gentilium*: Pudorem, modestiam, temperantiam, pudicitiam, amorem honesti, studium bonarum artium è Ciuitatibus exterminant; euertunt in Ciuitatibus bonos mores, iuuenes alliciunt ad inhonestos amores, sunt libidinum origines, virginum, adolescentum, matronarum, & ferè omnium astantium pudicitiam lædunt; imò non astantium, & præsentium tantum; sed & absentium; modos enim, artes, & fraudes, quibus quis possit alterius pudicitiæ insidiari, detegunt. Hinc Arnobius *loco recitato* disertè dixit; *Mimus vel exponit adulteria, vel monstrat*; & Lactantius eiusdem Arnobij Discipulus *lib.* 8. *cap.* 20. *Docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt vera.* Quæ omnia vberius Iulius Mazarinus, Franciscus Maria del Monacho, & Comitolus, qui etiam addit ex Aristotele 8. *Ethic. cap.* 1. Mimos mentem Ciuitatibus adimere, quis pecudum voluptatibus, ac ferinis moribus Inquinant.

Tertiò componentes Comœdias turpes, poëmata, & carmina amatoria, quæ lectorum mentes ad libidinosam voluptatem, turpiumque rerum amorem, & desiderium prouocare apta, & efficacia sunt, peccant mortaliter, vt docent communiter Scribentes, Sanchez, Reginaldus, Baldellus, Mendoza, Filliuccius, Turllench locis *num.* 3. relatis, ob eam rationem, quod hi libri sunt multis causa ruinæ; vt porè continentes ea, quæ ad venerem excitant, & addunt tales componentes mortaliter peccare, tametsi ruinam aliorum non intendant, quia ex se, & te ipsa præbent sufficientem occasionem ruinæ: Imò etiam describentes, & interpretantes libros turpes, & plenos lasciuiis ad libidinemque prouocantibus peccare mortaliter post Paulum de Castro *lib.* 1. *de iusta hæret. prau. cap.* 15. *in princ.* tradit Sanchez *num.* 43. quia sit eadem ratio de ipsis ac de compositoribus, scilicet quia hi libri valdè alliciunt ad turpia; ergo multò magis, & grauius peccabunt Histriones, & Mimi easdem Comœdias repræsentantes, & poëmata, ac carmina recitantes, ac cantantes, siquidem gestus, vultus, & viua vox, quibus turpia in libellis, seu Comœdiis scriptis contenta repræsentantur, & cantantur spectantium animos acrius feriunt, longè efficacius mouent ad libidinem, & facilius, ac fortius impudicitiam omnem audientium, ac spectantium mentibus imprimunt; vnde lectio talium librorum, seu Comœdiarum scriptarum de obscœnis se haber veluti cadauer corpusue carens anima, & spiritu; repræsentatio autem, ore, gestu, vultu, & viua voce, velut corpus viuum animæue scripturæ, ac lectioni eiusdem vitam, atque spiritum præbens. Quapropter Cicero *actionem orationis vitam* dixit: & Quintilianus pronunciauit, infinitè magis audita delectari, quam lecta, confirmans etiam exemplo Histrionum: *Neque enim* (inquit ille) *tam refert qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, quàm quomodo efferantur; nam ita quisque mouetur, vt audit, affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant, documento sunt, vel scenici Actores, qui & optimis poëtarum tantum adiiciunt gratiæ, vt nos infinitè magis eadem illa audita, quam lecta delectent.* ita Quintilianus, quibus si addamus omnium membrorum fractionem, pedum incessum, cæterarumque partium motum, compositionemue ad libidinis illecebras valdè accommodatam; scenæ pompam, apparatum, vestes, personas, saltationes, choreas, cantilenas, & ebordarum suauem modulationem; quis inficiabitur longè maius periculum prauæ voluptatis adesse si Comœdiæ turpes audiantur, quam si legantur; atque adeò longè grauiùs peccare easdem repræsentantes coram populo in scena, quàm componentes. 7.

8. Non omittam multos, & grauissimos Doctores absolutè asseruisse notabiliter turpia, & inhonesta dicere, seu loqui, & audire cum delectatione esse peccatum mortale. Hi sunt Gerson 2. *p. in regulis moralibus cap. de luxuria Alphab.* 24. *litera T.* Diuus Antoninus 2. *p. tit.* 5. *cap.* 1. §. 8. Angelus *verbo* luxuria *num.* 2. Tabiena *verbo* cogitatio *quæst.* 8 *num.* 9. Armilla *verbo* impudicitia *num.* 1. Nauarrus *in man. cap.* 16. *num.* 14. Ioannes Hesseis *in exposit. Decalogi* 6. *Præcept. cap.* 14. *ad finem*, Graffius 1. *p. decis. aur. lib.* 2. *cap.* 78. *num.* 12. & 2. *p. cap.* 75, *num.* 8. & supplementum Gab. 4. *d.* 51. *quæst. vnica artic.* 3. *dub.* 2. quos ad id refert Sanchez *dict. disput.* 46. *num.* 33. qui ferè omnes idem dicunt de canticorum turpium delectatione, quorum sententiam amplexus est Iulius Mazarinus *dict. discursu* 109. litera C. D. & licèt Sanchez *eadem disput.* 46. *num.* 14. *cum pluribus sequentibus*, quem recentiores *num.* 3. allegati, & nonnulli alij sequuntur, velit esse solùm peccatum veniale turpia loqui, & audire, si absit scandalum

lum aliorum, & delectatio notabilis de ipsis rebus turpibus, & periculum incidendi in talem delectationem; eo quod delectari de sola turpium locutione, & illa loqui, aut audire ex sola leuitate, vel ioco tantum, non videtur grauis inordinatio limites venialis culpæ excedens. Nihilominus recitata aliorum Doctorum sententia est probabilissima non solum ob auctoritatem tot, tamque grauium Doctorum, sed etiam ob fundamenta, quibus nititur, & ad eam persuadendam faciunt verba illa Christi Domini Matth. 19. *Quæ ex ore procedunt, coinquinant hominem.* & illa Pauli ad Ephes. 5. *Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis.* Secundo sententia probatur illa ratione *num.* 5. adducta contra Histriones, scilicet, quod sermones, discursus, & cantilenæ de obscœnis, & turpibus, quæ de se valdè ad venerem prouocant, & ad libidinis illecebras alliciunt, exponunt periculo proximo concipiendi voluptatem de ipsis rebus turpibus narratis, præbentque occasionem incidendi in similia peccata, cum sint quædam irritamenta, & motiuum satis efficax ad illa perpetranda; vt experientia ipsa docemur, & innuunt testimonia S. Hieronimi, S. Clementis Alex. & S. Basilij, ac Pontani, atque Menandri *eodem num.* 5. adducta, & pluribus illustrat Iulius Mazarinus *d. discursu* 109. litera *E.* quibus addo D. Athanasium in illa verba Pauli ad Ephes. 5. *aut stultiloquium, vbi prabent*, ait: *verba ad res ipsas ingressum*, & D. Augustinum *lib.* 1. *confess. cap.* 16. & Aristotelem *polit. cap. vltimo* tradentes ex turpiter loquendi licentia, sequi turpiter facere. Supposita itaque hac sententia, certè mortiferè, & grauius peccabunt Histriones, & mimi in scena coram populo, seu pluribus præsentibus repræsentantes, & recitantes turpia, valdè apta ad libidinem excitare, puta, lenocinia, amores puellarum, & adolescentum, stupra, adulteria, & alia grauiora nefanda, cum ad appetitum excitandum longè efficaciorem vim habeant facta, quæ oculis videntur, quam verba, quæ auribus tantùm percipiuntur iuxta illud Horatij Poëtæ.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus: & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

De quo plura Mazarinus d. litera *E.* quare etiam Doctores illos, qui dixerunt turpiloquium non esse peccatum mortale, si quis non delectetur de re narrata, existimo (nec aliud possunt mihi persuadere, & de piis Doctoribus sentire) loqui, seu intelligere id de turpiloquio non incitante ad malum, non autem de inuitante ad libidinem, & lasciuiam cuiusmodi est turpiloquium de adulteriis, de amoribus adolescentum, & re sodomitica, & de aliis factis inhonestis, & turpibus, de quibus saltem verum illud CHRISTI Domini iam recitatum, *quæ ex ore exeunt, coinquinant hominem*; & ita se explicat Sanchez *d. disp.* 46. *num.* 36. & ad id allegat præfata testimonia D. Basilij, S. Athanasij, S. Augustini, & Aristotelis.

9. Quod si quis voluerit nostri temporis Christianos excusare à culpa mortali, quasi hodiernæ Comœdiæ sint honestæ carentes lasciuiis, quas Sancti Patres in theatris sui temporis tam acriter reprehendunt, & in decretis Summorum Pontificum *in titulo præcedenti num.* 22. adductis damnantur, apud neminem (nisi forte apud authores turpidinum, & fautores) fidem inueniet; si quidem Comœdias, quæ etiam nostris temporibus fiunt, vt plurimum esse de turpibus, & illicitis omnes dicunt; Hi enim Histriones, cùm artem Histrionicam ad quæstum exerceant, vt maiorem quæstum faciant, & auditorum præsertim iuuenum, & aliorum liberioris vitæ ad theatra alliciant, curant, quantum possunt, & sciunt, fabulis, obscœnisque imitationibus eorumdem Auditorum aures, & oculos oblectare, eiusmodique voluptatem, aut in tota fabula, aut in aliqua eius parte propositam habent; imò vt in audientibus risum excitent, nullam omittunt proferre, vel referre, aut imitari turpitudinem, teste Aristophane *in nebu.* Qui frequentant, ipsi verum fateantur, id testati sunt D. Carolus, & alij Principes, & Magistratus, qui propterea Histriones, & Mimos vti corruptores bonorum morum, & Pestem populorum voluerunt (vt *superius* dictum est) esse è Ciuitatibus, Prouinciis, & Regnis eiiciendos. Hactenus de Histrionibus, & Mimis Comœdias turpes exercentibus, quos grauissimi sceleris reos esse dubitandi locum non relinquunt *superiùs* tradita pondere tot argumentationum, tot testimoniis Sanctorum Patrum, & nobilissimorum Antistitum Sacrorum, & publicæ Religionis interpretum, tot auctoritatibus doctissimorum Theologorum, qui omnes, (vt vidimus) Comœdiarum turpium Actores tanquam genus perflagitiosum, Deoque perinuisum condemnarunt; reliquum est, vt disseramus de qualitate, & quantitate culpæ; quam incurrunt earundem Comœdiarum turpium inspectores.

§. II.

Vtrùm Inspectores turpium Comœdiarum, in quibus scilicet agitur de obscœnis iuxta superiùs n. 1. *explicata, mortaliter peccent.*

PRæmittenda sunt nonnulla, quæ carent controuersia, & ab omnibus admittuntur. itaque

Peccatum mortale est interesse Comœdiis cum delectatione rerum turpium; vel cum periculo consentiendi in talem delectationem, vel aliud peccatum; Quod periculum regulariter omnibus eiusmodi Comœdiis interessentibus imminet.

Certa res est, & in hoc conueniunt omnes Doctores, eos, qui eis Comœdiis intersunt, mortiferi criminis reos effici, si concipiant delectationem de rebus turpibus narratis, aut per gestus, nutus, & partium corporis commotionem, aut compositionem repræsentatis: ita non solum scholastici, & Summarum Compilatores antiquiores, sed etiam Sanchez, & alij Theologi recentiores *num.* 3. allegati locis *ibidem* relatis; sicut enim res ipsæ turpes in se sunt obiectum mortale, seu materia grauis, & mortalis; ita etiam earundem voluntaria delectatio, cum delectatio ab obiecto sumat suam speciem, & naturam, vt latè ostendimus *in* 2. *to. borum moralium tit.* 1. *num.* 2175. 10.

Præterea citra omne dubium, & omnibus Doctoribus consentientibus manifestè peccant inspectores earundem turpium Comœdiarum, si illis intersint, easuè audiant, agnoscentes, vel agnoscere debentes sibi inde imminere periculum incidendi in delectationem, vel desiderium rerum turpium narratarum, vel repræsentatarum, aut labendi in aliud graue peccatum, ita iidem Doctores antiqui, & recentiores, & probant tradita *in titulo præcedenti num.* 10 *Qui* enim *amat periculum, peribit in illo Eccles.* 3. Quod periculum ex eiusmodi auditione, & aspectu rerum obscœnarum, quæ in theatris, & Comœdiis recitantur, & repræsentantur, propter hominum fragilitatem, & naturalem hominis ad voluptates venereas propensionem, est omnibus probabile & commune, ac proinde quam Christianis hominibus timendum demonstrant tradita *in eodem præcedenti titulo citato num.* 10. & auctoritates Diuinæ scripturæ, atque Sanctorum Patrum, ac aliorum sapientum *ibid.* recitatæ; & testimonia D. Basilij, Pontani, & Menandri 11.

Menandtl fupetius *hoc titulo num.* 5. adducta. Quibus addo fequeotia ; eiufmodi enim peticulum declatat D. Bafilius *allegato lib. de noa legendis libris Gemilium* his verbis ; *Oportet* , inquit , *nec oculos fpectaculis* , *nec variis præftigiatorum oftentaculis* , *nec per aures corruptricem animarum melodiam audire. Hoc enim Muſica genus feruitutis* , *& ignobilitatis fructus parere* ; *præterea libidinum aculeos acuere folet.* Innuit Tertulliaous *lib. de fpectac.* dum theatruio appellauit *cathedram peftilentiariam* , fcilicet , occafionem fcandali , & tuinæ : clatiùs Chryfoftomus *homil.* 61. *ad popul. Antioch.* fupra *num.* 26. allegatus appellans theatra *mala cupidinis inductionem* , *turpitudinis exhortationem* , *publicum incontinentia* , *& fornicationis gymnafium.* Agnouit Francifcus Pettarcha , qui *in Dialogo trigefimo* ad euitanda hæc impudica fpectacula adhortans fic egregiè fcripfit : *Eò quifquis malus ierit* , *redibit peſſimus* ; *& boni* , *quibus illud iter ignotum eft* , *fi cafu aliquo ignari adeant* , *contagio non carebunt.* Ad eundem fenfum idem Petrarcha *lib.* 1. *de remed. Ad fummam* , ait , *hoc teneas velim pudicitiam fpectaculis fæpè ftratam* , *femper impulfam vidimus* ; *& multorum ibi fama periit* , *pudorque. Multa indè domum impudica* , *plures ambigua rediere* , *caftior autem nulla.* Et Seneca *Epiftol.* 2. locutus de eo , qui fpectacula frequentat , *durior* , inquit *redit* , *ambitiofior* , *luxuriofior* ; *imò verò inhumanior* , *& crudelior* , *folum quia fit inter hominis.* Ad hæc in fcena inter Hiftriones ferè femper reperitur aliqua mulier , quæ vbi eft , præfertim fi venuftate , & gratia polleat (quales vt plurimom eæ funt , quæ in theatris inducuotur) femper libidtnis ittitamentum , & ad motes corrumpendos , virofque capiendos potentiffima , vt fatis clarè probant tradita *in tit. præcedenti allegato num.* 10. ad id relegenda. Ad huocque finem alliciendi multitudinem has inter teliquas deligunt Hiftriones ; fciunt enim earum verbis . & pulchritudine potiffimum viros capi. Rurfus peticulum labendi in peccata in theatris imminet ex accutato veftium cultu virotum , & mulierum ; ex iofpectiooibus , & colloquiis nubilium virotum , & matronatum , idque teftatur Tertullianus *allegato lib. de fpectaculis.* vbi , *in omni fpectaculo* , inquit , *nullam maius fcandalum (falutifque periculum) occurrit quam ipfe ille mulierum* , *& virorum accuratior cultus* ; *ipfa contentio* , *ipfa in fauoribus aut confpiratio* , *aut diffenfio inter fe de commercio fcintillas libidinum conflabunt. Nemo denique in theatro ineundo prius cogitat nifi videri* , *& videre.* idem periculum latè declarant S. Ioannes Chryfoftomus *hom. de Danid* , *& Saule.* & D. Bafilius *in lib. de non legendis libr. Gentilium* ; teftimonium Chryfuftomi recitatur *inferiùs num.* 16. alterum autem Bafilij *num.* 19. Et quem oon tantùm adolefcentem , aut puellam , fed etiam virum , matronam ; imò etiam fenem vt plurimum non inflammant , aut deliniunt impudici motus , fractæ fœminarum , aut iuuenom voces , geftus ad lafciuiam compofiti ? tales autem funt , quibus Hiftriones inter fe in fcena colloquuotur , agunt , ludunt , faltant. Difficile enim eiufmodi libidinis irritamenta, fenfufque delinimenta , & animæ pericola euaduntor, vt præter expetientiam oftendunt præallegata teftimonia Bafilij , Tertulliani , Chryfoftomi , & Petrarchæ , & alia adducta *in tit. præcedenti allegato numero* 10. quibus plura alia addi poffent videnda apud Iulium Mazarinum , & Francifcum Mariam del Monaco ; & legeuduo etiam propono D. Auguftinum *lib.* 3. *confeff. cap.* 2. vbi fpeciatim explicat , quomodo in fpectaculis audientium . & infpectorom affectus efficaciter excitentur , fcilicet , modo ad gaudium , modo ad commiferationem ; qui affectus taodem vertuntur in æftus immanes tetratum libidinum ; & *ibidem* docet turpia fpectacula , nil aliud effe , quàm fomites libidinis vel fufcitandæ , vel alendæ. Hunc de pericolo , & occafione labendi in peccatum , atque prauos affectus , cui fe exponunt Comœdiarum turpium infpectores , ita vt etiam vix eredi poffit eis afferentibus fe inde ooo moueri , difcurfom cooludat exemplum Alipij , de quo refert idem Diuus Auguftious *lib.* 6. *confeff. cap.* 8. quod non fponte , fed amicorum precibus importunis quadam vice ad fpectacula fcenica fe tranftuliffet animo nunquam aperiendi oculos , & illos intendendi in Hiftriones , & actiooes illorum ; accidit tamen , oefcio qua occafione , tandem aperuit ; quid inde confequutom , *fpectauit* , (inquit Auguftiour) *clamauit* , *exarfit* , *abftulit inde infaniam* , *vt rediret* , *& præ illis* , *& alios pertrahens.* Quapropter ratione periculi à graui peccato uon poffunt excufari ij , qui ætate , iocontinentia , voluptatis feofu , praua confuetudine à fomite infeftantur , qoofque paffim ioflammant , aut vt plurimum deliniunt impudici motus , fractæ fœminarum , aut iuuenum voces , geftus (quales funt , vt dixi , quibus inter fe in fceoa actores culloquuotur , agunt , ludunt , faltant) fi Comœdiis eiufmodi turpibus interfint.

Infpectores turpium Comœdiarum mortaliter peccant , fi adfint cum fcandalo aliorum.

12. Item fpectatores turpium Comœdiarum , fi illis interfint , eafuè frequentent cum fcandalo aliorum ; mortaliter peccare afferunt vnanimiter iidem Doctores non folùm antiqui , fed etiam receotiores *num.* 3. relati ; quod fcandalum præcipuè confueuit , vel faltem facilè oriri poteft , fi præfatis Comœdiis turpibus Religiofi , facerdotes , viri præcipui & graues , ac feoes , Patres familias , & qui authoritate in Republica pollent , qui fi non adirent eiufmodi Comœdias , atque theatra , plerique illas erubefcerent , minufque deeorum putarent , & ab eis abftinerent ; è contra vero prædictarum perfonarum exemplo , quique de populo maximè laxioris confcientiæ , & voluptatibus dediti , pertrahuntur ad eafdem Comœdias turpes non fine animæ pernicie liberius frequentandas. His fuppofitis vti indubitatis , controuerfia folùm eft , an prædictis tribus ceffantibos peccatum mortale fit , ioteteffe Comœdiis obfcœois , & turpibus. &

Prima fententia.

13. Vna fententia affirmat Infpectores batum Comœdiarum turpium , fi illas audiant ob folam curiofitatem , & delectationem repræfeotationis , vel modi repræfentati fine delectatione rerum turpium narratarum , vel repræfentatarum , & abfque periculo probabili lapfus in aliquod peccatum mortale ; & abfque fcandalo , non peccare mortaliter , fed taotum venialiter ; eo qood talis inordinatio curiofitatis , vel delectatio folius repræfeotandi non videatur excedere culpam veoialem , ficut de auditione turpis locutionis , ob folam coriofitatem , vanitatem , aut delectationem folios locutionis , feclufo quocuoque alio pericolo , vel fcandalo , non excedere culpam venialem tradit Sanchez *d.difp.*46.*n.*37. quem recentiores fequuntur. Haoc fententiam adftruunt Sanchez *d.difp.*46.*n.*61. Alphonfus Mendoza , Reginaldus , Filliuccius , Turllench locis *fuprà n.*3. allegatis ; Booacina *de matrimonio q.*4.*p.*9 *n.*41. Paulus Squillantes *de obligationibus cleric. p.*2. *n* 45. Diana *p.*2. *tract.*17. *refolut.* 35. à quo allegantur etiam Rodtiquez *in fum.to.*3.*cap.*71. *n.*1. Salas *in* 1.2. *tom.* 2.*tract.*13. *difp.*6. *fect.*24. *n.* 165. & & Lorca *in* 1.2.*to.*1.*difp.*18.*de peccatis memb.*3.§.*ex dictis* ; allegantor pto hac fententia Caietanus *in fum.* v.fpectaculum *in vltimis verbis.* & Azotius 3.*p.lib.*5.*n.*27. *q.*7. qui taioen rectius allegantur pro fequenti fenteotia. Hanc eandem fententiam tenet Baldellus *d. difp.*18. in eo cafu , in quo fpectatores noo darent caufam huiufmodi Comædiis,

mœdiis, secus si sint causæ, vt Comœdia turpis fiat. Quare dicit *num.* 11. peccare mortaliter primos ad Comœdiam turpem affluentes, & Histrionibus ex se non paratis mercedem soluentes, quia reuera per ipsos est, vt Comœdia detur, Postquam vero sufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato Histrionum iam est data sufficiens causa, ait accedentes posse non peccare, quia non amplius fouent in peccato, neque eorum peccato dant causam, cum hoc sufficienter sit præstitum iam ab aliis. ita Baldellus.

Altera sententia.

14. Altera sententia, & vera atque omnibus Christi fidelibus à confessariis, iisque, qui animarum curam gerunt suadenda in vniuersum, & absolutè asserit Comœdiarum eiusmodi turpium, & obscœnarum inspectores mortaliter peccare: quæ sententia sacræ scripturæ auctoritatibus, sacris sanctionibus, legibus ciuilibus, Sanctorum Patrum testimoniis, doctrinæ Summistarum, Theologorum, & Scholasticorum, Philosophorum, & aliorum sapientum dictis, & rationi ipsi est consentanea; quibus omnibus ita manifestè confirmatur, & demonstratur, vt non videatur reliquus vllus de eius veritate ambigendi locus.

Primò igitur hanc sententiam suadent loca Diuinæ scripturæ *Ecclesiastes 9. Tobiæ 3. & Isaiæ 3.* quæ sacri interpretes non minus de spectaculis, seu ludis theatricis, quàm de ludis chorealibus intellexere, & merito cum non minus libidinis, & peccati periculum in turpibus spectaculis, quam in choreis adsit, vt ex *superius* traditis licet agnoscere.

15. Secundò hanc sententiam probant sacri Canones suprà *num.*4. adducti, in quibus dum damnantur Histriones, Comœdiarum turpium Actores, & tam grauibus pœnis *ibidem* enumeratis afficiuntur, & earundem Comœdiarum exercitium mortale esse ostenditur, ex consequenti condemnantur etiam earundem Comœdiarum inspectores tanquam rei flagitiosæ, & exitialis approbatores, & cooperantes ad Histrionum crimen. Præterea can. *Donare d.* 86. (qui canon desumptus est ex D. Augustino *tract.* 100. *in Ioannem*) dicitur esse immane vitium, scilicet peccatum res suas Histrionibus donare; qui autem Comœdias adeunt, aliquid suarum pecuniarum largiuntur Histrionibus, qui propter quæstum tantùm infamem artem exercent. can. *legant d.* 37. acriter reprehenduntur Episcopi, qui permittunt pueros legere Comœdias turpes, & obscœnas. & can. *sacerdotes* eadem *distinctione* acrius reprehenduntur sacerdotes easdem Comœdias legentes. ergo multo magis iuxta sacros canones digni reprehensione sunt, qui intersunt eiusmodi Comœdiis; cum maius periculum labendi in libidinem aliquam immineat ex præsentia, quam ex lectione, vt superiùs *num.*7. ostensum est *can. presbiteri d.* 34. *can. oportet* 2. *de consecr. d.* 5. & *cap. cum decorem de vita, & honestate Clericorum* prohibetur clericis huiusmodi turpibus spectaculis interesse, vt diximus etiam *in tit. præcedenti n.*6. & 7. *can. qui die de consec. d.*1. decretum fuit, esse excommunicandos, qui in die festiuo adeunt spectacula.: Et à Synodo sexta Constantinopolitana *canone* 55. absolutè damnantur spectacula, & tam Mimi, quam inspectores excommunicantur: verba canonis sunt: *Omnino prohibet hæc sancta, & vniuersalis synodus eos, qui dicuntur Mimi, & eorum spectacula, deinde venationum spectationes, easque, quæ fiunt in scena saltationes, fieri, si quis autem præsentem canonem contempserit, & se alicui eorum, quæ sunt vetita, dederit, si sit quidem clericus deponatur, si vero laicus, segregetur.* Similem excommunicationem in Histriones, & spectatores latam fuisse à concilio Arelatensi refert Franciscus Maria del Monaco, *in præallegata parenesi in responsione ad primam obiectionem*; sed ego reperio tantum Concilium Arelatense secundum *cap.*2.*num.*20. solùm agitatores, & theatricos, dum agitant, decreuisse à communione aliorum fidelium separari; vt notaui suprà *num.* 4. licèt autem tam decretum canonis *qui die*, quam eiusdem sextæ Synodi Constantinopol. & etiam concilij Arelat. non sint vsu recepta, nec illud sextæ Synodi Constantinop. & concilij Arelat. fuerit in canones relatum, magnam tamen authoritatem, & vim ad confirmandam hanc sententiam habere, non est dubitandum; neque enim vllo modo censendum est, sanctissimos Antistites voluisse Actores turpium spectaculorum, & eorum inspectores excommunicationis; & à fidelium communione separationis pœna afficiendos, nisi mortalis culpæ, reos illos existimassent.

Tertiò eandem sententiam confirmant leges ciuiles *n.*4 adductæ, quæ dum Histriones, & Mimos Comœdiarum actores declarant infames, & repellunt à dignitatibus, exhæredationi obnoxios, puniantque pœna capitis, si milites sint, certè innuunt legislatores se existimasse easdem Comœdias esse malas, & grauia crimina, & ita etiam esse mortalis culpæ reos, qui illis intersunt, & sua præsentia, atque ridendo, applaudendo, & Histrionibus mercedem pro tali actione elargiendo easdem approbât, earumque participes, & cooperatores efficiuntur. 16.

Quarto inspectores eiusmodi Comœdiarum obscœnarum, & qui oculis, ac auribus earum actoribus fauent tanquam grauis sceleris rei condemnantur a Sanctis Patribus, qui spectacula impudica, & turpitudines scenicas execrantur, ac vehementer detestantur; quorum testimonia recitata sunt *in tit. præcedenti n.*26. Tertul. spectacula hæc impudica appellat insana, diabolica, sedilia hostium CHRISTI, cathedram pestilentiariam; quæ fidelis quisque fugere debet; *Non ergo* (inquit) *fugiet sedilia hostium* CHRISTI, *cathedram pestilentiariam?* D. Cyprianus dicit esse Dæmonum inuenta, mores gentilium; & grauissime queritur de miseria, & insania Christianorum, qui ea sectantur. D. Chrysostomus theatra eiusmodi appellat omnium malorum fontem, atque publicum incontinentiæ, & fornicationis gymnasium; & aliis similibus tanquàm nefaria crimina condemnat, vt ostendunt eius verba *d.n.*26. scripta; qui etiam *homil.*6. *in cap.*2. *Matth.* statuit par esse peccatum actorum, & spectatorum, Comœdiarum; sicut etiam Gregorius Nazianzenus poëmate ad Nicobulum non minus acri reprehensione detestatur spectatores, quam actores turpitudinum scenicarum. Saluianus loco *eodem n.*26. allegato. Christianos theatra eiusmodi impudica sectatores appellat Apostatas, atque eos Baptismo renunciare, & fidei professionem in eo factam abnegare; videantur eius verba *eodem n.*26. recitata. quibus certè inspectores turpium spectaculorum vti nefarij sceleris reos condemnat. D. Augustinus loco *eod. n.*26. citato impudica spectacula appellat caueam diaboli turpissimam; & *lib.*3. *confess. cap.*2. indicat esse fontem libidinis, & *tract.*100. *in Ioan.* superius allegato dicit donare res suas Histrionibus esse vitium immane; & similia aduersus spectacula reperiũtur apud alios S. Patres *cit. n.*26. *in tit. præcedenti* allegatos: & si quis Comœdiarum huius temporis turpium fautor dicat S. Patres, tàm vehementer spectacula execrantes, & acriter exagitantes non loqui de eiusmodi Comœdiis, atque repræsentationibus turpibus, quæ hodie apud nos habentur, sed de Hastiludiis, spectaculis gladiorum, agitationibus taurorum, aliarumue ferarum, & ludis in honorem, & cultum idolorum institutis. Hoc dictum certè omni prorsus fundamento caret, & apertè aduersatur verbis eorundem Patrum præsertim Tertulliani, D. Augustini, D. Chrysostomi, & Saluiani, ex quibus manifestè apparet, eos spectacula impudica, & talia, quales sunt hodiernæ Comœdiæ turpes, & in quibus agitur de iis, quæ superius *n.*2. dixi reddere Comœdiam turpem, & impudicam, atque inhonestam. Si dicatur etiam S. Patres tam acerrimè inuehi contra antiqua spectacula, quia hodiernis Comœdiis inhonestiora erant; quippe in quibus mulieres in omnium oculis nudari solitæ erant; vt ætatem omnem ad libidinem prouocarent, 17.

uocarent, & in sceoa ipsa sæpe se præstituebant post lasciuas cantilenas, & saltationes in honrem Martis, & Liberi, vt docent S. Augustinus *libr. 2. de ciuitate* Dei *cap. 13. 14. & 17.* & Lactantius *lib. 1. cap. 20.* Respondetur aliqua antiquiora spectacula fuisse inhonestiora Comœdiis obscœnis nostri temporis, quales superius *num.* 2. dixi esse inhouestas, & turpes; sed ramen iidem Patres reprehendunt in vniuersum spectacula impudica, & quæ irritamenta, & fomires libidinis existunt, & seminaria incontinentię, fornicationis, adulterij, & aliorum scelerum (vt ex illorum testimooiis *suprà*, & *d. n. 26. præcedentis tituli* adductis elarè constat) atque adeo reprobant spectacula, quæ cum nostris Comœdiis turpibus conueniunt: Item reprehendunt, & execrantur spectacula illa vti efficaciter inducentia ad libidinem ob concursum virorũ, & mulierum accurato vestitu, & cultu spectacula adeuntium propter mutuum aspectum virorum, & mulierum etiam nobilium; & ob verba lasciua, & cantiooes meretricias, quæ ibi audiuntur, & alia similia, quæ omnia in Comœdiis nostri temporis reperiuntur: Testatur id Tertullianus expressè verbis superius §. 11. adducta: testatur quoque apertè D. Chrysostomus *in allegata homilia de Dauid, & Saule*, vbi sectatores, & inspectores spectaculorum asserit magnum scelus committere, & delictum, qoo nil aliud grauius. *Cum se ipsos*, inquit, *planè adulterio contaminant*. & huius rei rationem reddens sequentia subdit: *Quod si auetis adulterij motum cognoscere, non mea verba vobis referam, sed illius, qui de tota hominis vita iudicaturus est, qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendam illam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si mulier sponte, ac fortè in foro obuia, & neglectius culta sæpe numero curiosius intuentem capit ipso vultus aspectu, isti, qui non simpliciter, neque fortuitò, sed studio, & tanto studio, vt Ecclesiam quoque contemnant, & hoc gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem in facies fœminarum illarum nobilium defixos habent oculos, qua fronte poterint dicere, quod eas non viderint ad concupiscendum? vbi verba quoque accedunt fracta, lasciuaque, vbi cantiones meretriciæ; vbi voces vehementes ad voluptatem incitantes; vbi stibio picti oculi; vbi coloribus tincta gena; vbi totius corporis habitus facorum impostura plenus est; aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos, inescandosque intuentes instructa; vbi socordia spectantium, multaque confusio; & hinc nascens ad lasciuiam exhortatio, tum ab iis, qui spectaculis interfuerunt; tum ab illis, qui, quæ viderunt in spectaculis, post aliis enarrant. Accedunt huc irritamenta per fistulas, ac tibias, aliaque huius generis modulatio in fraudem illicient, mentisque robur emollient, ac meretricum insidiis delectatione præparans illic desidentium animos, efficientque vt facilius capiantur*: hæc Chrysostomus. Quæ quis neget in Comœdiis hodiernis interuenire? Addo Patres *hoc*, & *præcedenti titulo* allegatos, & alios scripsisse contra spectacula non vno, & eodem sæculo, sed diuersis; oam prius scripsere Tertullianus, Lactantius, Cyprianus: post hos Augustinus, Chrysostomus, Basilius, Naxianzenus. Hieronymus; & sæculis ploribus post Nazianzenum, & Hieronymum, Beda, D. Bernardus, & alij præsertim Noster S. Carolus Borromæus, nulli Sanctorum Pontificum postponendus, rigidus certè huiusmodi spectaculorum censor & insequutor. Quare spectacula impudica, quæ hic damnamus, sanctissimi, & eruditi Antistites, atque viri Religiosi pietate, atque doctrina conspicui cuiuscunque temporis, & sæculi execrati suot, & detestati.

17. Veniamus ad Doctores Theologos, & Summarum Compilatores, qui Sanctorum Patrum Doctrinam amplexi non solũ Histriones & actores, sed etiam inspectores spectaculorum impudicorum, & Comœdiarum obscœnarum, de quibus hic agimus, mortiferè peccare docuerunt, S. Thomas 2. 2. *q 162. art. 2. ad 2.* sic scribit: *inspectio spectaculorum vitiosa redditur in quantum per hoc homo fit pronus ad vitia lasciuiæ, vel crudelitatis per ea, quæ ibi repræsentantur*; Vnde Chrysostomus dicit, quod adulteros inuerecundos constituunt tales inspectiones; & 2. 2. *q. 168. art. 3. ad 3. qui sustentant*, inquit, *illos Histriones, qui illicitis ludis vtuntur, peccant, quasi eos in peccato fouentes: vnde Augustinus dicit* super Ioannem, *quod donare res suas Histrionibus vitium est immane.* Caietanus super illa priori responsione ad secundum, *Circa inspectionem spectaculorum* (inquit) *aduertendum est, quod concurrunt ibi multa, scilicet, repræsentatio ipsa; & quoad hoc non est peccatum, quia naturaliter animum delectat repræsentatio, vt dicit Aristoteles: Res repræsentata; & quoad hoc iuxta earum qualitatem sunt iudicanda. Nam si repræsentantur luxuriosa, aut crudelia bonis moribus aduersantur, quia inductiua ex natura sua sunt ad vitia, vt Chrysostomus in litera dicit; & quoniam communiter qui intersunt huiusmodi spectaculis, delectationis causa adsunt; ideo si indecentia sunt, quæ repræsentantur, non excusantur à peccato videntes dato, quod in veritate sola eos repræsentatio delectaret; & ratio est, quia saltem dant exteriori actu operam rei illicitæ, scilicet, delectabili præsentiæ de indecentibus. Præsentia si quidem illa exterior suapte natura communiter fit ad delectandum animum non de sola repræsentatione, sed de repræsentatis vt patet. Præter hoc autem grauius peccant viri graues ratione scandali, & mali exempli. Grauissimè autem Clerici, & Religiosi, Sacerdotes, aut Pontifices in hoc delinquerent; & licet ad indecentia spectacula nullus deberet etiam inuitatus ire; si tamen futura indecentia nesciens se ibi inueneris, nec exire potest, imitetur Alipium claudendo oculos, vt sic, & se ipsum seruet, & quantum in se est, alios hoc facto moneat.* ita Caietanus super illa responsione ad 2. super responsiooe vero illa Diui Thomæ ad tertium, in responsione, ait: *Ad vltimum aduerte duos casus, quibus dare Histrionibus est illicitum, scilicet, vel propter superfluitatem, & hoc spectat ad prodigalitatis vitium, vel propter iniquitatem ludi, & hoc spectat ad idem vitium, ad quod ludus ille spectat cum actione, quæ ad ludum assumitur, quoniam vt in litera dicitur, peccat vt fouens Histrionem in tali crimine; & propterea iuxta excessum in primo, & iuxta qualitatem peccati in secundo iudicari debet quando mortale, vel veniale, & quando grauius, & quando minus graue est.* idem Caietanus *in summa* verbo *spectaculum* post verba superius *numero* 3. recitata; sequitur ita; *spectantes autem* (scilicet spectacula ootabiliter impudica) *si delectantur eiusmodi malis procul dubio peccant mortaliter, delectatio enim de peccato mortali, peccatum est mortale; si autem præter opinionem occurrit hæc spectare, quæ non placent, qalibet de se ipso rationem reddat, quare non recessit; & communiter videtur veniale in huiusmodi casu seclusa ratione scandali*, propter quæ vltima verba, aliqui allegarunt eundem Caietanum in fauorem prioris sententiæ; sed Caietanus excusat à mortali solum in hoc casu, nempe quando quis nescius indecentiæ spectaculi, & ex accidenti, ac præter opinionem præsens reperitur, nec potest recedere, & solum delectatur de ipsa repræsentatione sine scandalo; quod idem innuit super illa responsione S. Thomæ *ad* 2. Nos autem agimus de illis, qui sponte adeont spectacula notabiliter impudica gnari illorum indecentiæ, & turpitudinis. Alexaoder de Ales *2. p. allegata quæst. 132. membro 3.* ait ex Chrysostomo, *quod peccatum, quod in voluntaria inspectione ludorum, & ioculationum turpium committitur, tantam imponit sordem vt neque decem millibus fontibus expurgare possis; sed solum lachrymis, & confessionibus*; & paulo post in resolutione: *studiosa ergo inspectio* (concludit) *per quam præstatur fomentum iocalationis Histrionicæ, vel ioculationis choræalis potest vergere in peccatum mortale.* & *membro 4. in resolutione. Dicendum*, inquit, *quod illi, qui huiusmodi ioculatoribus, & Histrionibus ministrant necessaria in fouendo vitium, si hoc faciunt illo intuitu mortaliter peccant, talibus enim dare pro exercitio sui vitij immane peccatum est.*

Paludanus

Paludanus *in 4. dist. 16. q. 2. art. 3 conclusione*, ait, *turpia ad malum incitantia impediunt*, scilicet, pœnitentiam, *quia ad mortale alliciunt.*

Durandus *eadem dist. q. 5. Spectanda, dicit, quædam sunt rerum turpium, & ad peccatum prouocantium, & studiosa inspectio talium, & similium ludorum theatralium peccatum est, & quandoque mortale*; Vnde Chrysostomus dicit, quod inspectores talium inuerecundos, & adulteros ipsa spectacula constituunt.

Gabriel Biel *in 4. dist. 15. q. 13. art. 3. dub. 3.* ait quod spectacula, quæ includunt essentialiter turpitudinem, sunt peccatum mortale, & talium inspectores, qui inspiciendo dant illis causam, quia si non essent inspectores non fierent, esse cooperatores ad talia spectacula, & ideo peccare mortaliter, qui sic cooperando consentiunt peccato mortali, & iuxta Apostolum *ad Rom. 1. non solum facientes, sed & facientibus consentientes digni sunt morte.*

S. Antoninus *2. part. 3. cap. 7. §* 11. non solum Histriones actores spectaculorum notabiliter turpium, sed etiam eos, qui voluntariè illis intersunt docet peccare mortaliter, superius *n. 3.* illius verba sunt scripta.

Idem quod S. Antoninus affirmat Syluester *v.* ludus q. 8. vbi post relata verba eiusdem D. Antonini, scilicet, *si in spectaculis repræsentantur multum turpia, mortale est exercere, & voluntariè uidere cum sit delectari de turpibus, tum etiam quia est exponere se periculo tentationis*, cum sequentibus, approbat Archiepiscopi doctrinam, & ex ea infert, quod *inspectio spectaculorum loquendo ex se præcisè non est peccatum mortale, nisi ratione efficacis inductionis ad mortale, aut complacentiæ in illud volendo tale quid fieri, vt videatur, aut cessationis a corrigendo, per accidens vero est mortale ratione intentionis, aut periculi animæ, vel corporis, vel scandali.* Item Syluester *verbo* Ars *n. 6.* versic *septimò* loquens de arte histrionatus, & ludis, seu spectaculis, quæ faciunt, docet peccare mortaliter tum actores, tum inspectores non solum Clericos, seu Ecclesiasticos, sed etiam Laicos, etiamsi ipsi non procurent talia spectacula, si sint valdè turpia, verba illius sunt; *Esset peccatum etiam mortale, vt si fiant similia* (scilicet spectacula) *tempore pœnitentiæ, vel in Ecclesia, vel à personis Ecclesiasticis, aut cum iniuria Dei, aut proximi, puta, cum verbis turpibus, aut actibus repræsentantibus turpia, aut incantationibus, quod patet, quia talibus corpus Christi denegatur, vt in* can. pro dilectione de consec. d. 2. *vnde non sunt absoluendi; & de talibus Cyprianus loquitur in* d. can. pro dilectione, *& Augustinus* dist. 86. can. donare *vbi dicit magnum esse peccatum dare aliquid talibus pro opere suo, quia in scelere suo tolerantur, & illud peccatum videtur mortale; quia est cooperatio ad mortale; & illud quod datur pertinet ad turpe lucrum, erogandum pauperibus de consilio.*

Angelus *v. ludus* scribit sic: *Est & tertius ludus, qui dicitur diabolicus, quia operatione diabolica est inuentus, ad inducendos homines ad peccatum; & est in quo sunt rerum inhonestarum demonstrationes, & talis ludus est omnibus prohibitus tam exercere, quam videre, quando tales demonstrationes habent prouocare ad lasciuiam, tunc peccant mortaliter tam exercentes, quam voluntariè videntes.*

Rosella v. adulatio: *cum histriones*, ait *vtuntur indifferenter tali exercitio* (scilicet histrionatus) *ad repræsentandum etiam turpia, huiusmodi exercitium illicitum est; & illud oportet dimittere, & peccatum est talia aspicere, & talibus pro illo opere dare d. 86. can. donare.* Tabiena v. chorea *initio* refert D. Hieronymi verba huiusmodi: *Quod non credit viro, si dicat, se illæsum exiisse è spectaculis talium.* Marcellus Megala *in epitome suæ institutionis n. 16.* sic habet: *Qui in Comœdiis ea* (scilicet verba ad lasciuiam, & fornicationem incitantia) *voluntariè audiunt, quamuis ea audiant absque sensuali delectatione; & tantum animi gratia, mortalis criminis rei sunt* Azorius *part. 3. lib. 5. cap. 27. fine* sic habet: *licet ludus sit peccatum mortale ex se, non erit mortale aspicere, & delectari absque vllo periculo mali consensus in me, si tantum delecter eo ludo, vt quid iocosum, vel quid ridiculum, aut gratum sensibus habet in se; quoniam tunc non delector, in re gesta, sed modo rei, qui est bonus in se. Raro tamen in aspectu similium rerum, maximè obscœnarum deerit peccatum mortale propter hominum fragilitatem.* quibus verbis vltimis re ipsa docet Azorius hanc posteriorem sententiam; nam si raro deest peccatum in aspectu talium, ergo voluntariè inspicientes exponunt se periculo peccati mortalis, & ita mortaliter peccant.

Tam inspectores Comœdiarum impudicarum, quàm Histriones earum actores mortaliter peccare docent, & esse Sanctorum Patrum sententiam tradunt Paulus Comitolus *lib. 5. respon. mor. q. 11. per totam*, Iulius Mazarinus super sermone Domini in monte *discursu* 109. & 110. & Franciscus Maria del Monaco *paranesi in actores, & spectatores Comœdiarum nostri temporis*, cuius verba placet hîc referre, quæ sunt; *Inspectores Comœdiarum, in quibus tum viri, tum mulieres in scenam prodeunt, & de amoribus, & de lasciuis rebus colloquuntur &c. non peccare mortaliter est propositio Christiano homine indigna, nedum Theologo, Reipublicæ maximè perniciosa Patrum doctrinæ directè opposita; Theologorum omnium Scholasticorum placitis minimè consentanea.*

Lælius Zecchus Sacræ Theologiæ, & Iuris vtriusque Doctor *tract. de pœnitentia cap. 1. proposit. 7.* de Comœdiis ita scribit: *Et ideo cum hodierna die pessima hac arte abutantur, & obscœna vbique misceant, Deum timenti huiusmodi spectacula fugienda sunt, & ij ab iis Principibus essent è Ciuitatibus pellendi; vel præficiendi viri graues, qui iuxta Platonis sententiam eorum dicta, & facta spectarent, & approbarent.*

Iacobus Mænochius magnus Iurisperitus, & Canonum Doctor *de arbitrariis in allegata addit. ad casum 69. num. 34.* dicit, Impudicorum, & inhonestorum spectaculorum actores, & etiam spectatores, & auditores iure Diuino, & humano damnari, eosdemque spectatores mortaliter peccare.

Huius sententiæ à fortiori sunt Doctores superiùs *num.* 8. allegati, asserentes notabiliter turpia loqui, aut cantare, & audire ob solam curiositatem, vanitatem vel delectationē locutionis esse peccatum mortale.

Eandem sententiam satis apertè indicat Franciscus Petrarcha locis superius *n. 11.* citatis.

Denique plures etiam ex Philosophis gentilibus, & Christianæ sapientiæ luce orbati solo lumine naturæ ducti, dum theatra turpia, & impudica improbarunt, vbi vitiorum, turpitudinum, fornicationum, stuprorum, incæstuum, adulteriorum, atque scelerum omnium origines, ita vt nil bonis moribus ciuium perniciosius existiment; atque adeo histriones, & mimos Ciuitatibus & Prouinciis arcēdos, vel saltem nunquam permittendū eos in scenas prodire, antequam Magistratus eorum poëmata, & dicenda ad populum viderint, & admiserint: hanc eandem sententiam approbarunt.

Hi præsertim sunt Plato *dialogo 7. de legibus* & *lib. 3. de Repub.* Aristoteles *lib. 7. polit.* & *in problem. sect. 30. n. 9.* Cicero *in lib. de Repub.* Valerius Maximus *lib. 2. cap. 6.* & plures alij, quorum dicta apud Franciscum Mariam del Monacho videri possunt.

Cum auctoritatibus, & testimoniis Diuinis, & humanis superius adductis concurrunt rationes, quibus Comœdiarum turpium, & obscœnarum inspectores conuincuntur Rei culpæ mortalis; quæ in recitatis dictis Sanctorum Patrum & Theologorum, atque Summistarum indicantur, & 18.

Prima est voluntariè oblectari de rebus turpibus, & obscœnis mortalibus, est mortale peccatum iuxta præallegatos Doctores, & iuxta communem omnium, quos allego in 2. tomo horum moralium *tit. 1. n. 2175.* vbi etiam *n. 2176.* idem pronunciaui de morosa delectatione de rebus mortaliter malis extra materiam luxuriæ; sed qui Comœdiis turpibus intersunt delectātur & de actione histrionum, quæ illis mortalis est, vt §. 1. proba-

tum est; & etiam de rebus turpibus repræsentatis, & recitatis. vt enim Caietanus *num. præcedenti* allegatus notauit super illa responsione S. Thomæ *ad 2. art. 1. q. 167.* & experientia ipsa patet; qui intersunt eiusmodi spectaculis, delectationis causa adsunt, & præsentia illa exterior suapte natura communiter fit ad delectandum animum, & de repræsentatione, & de repræsentatis; ergo iidem spectatores sunt rei culpæ mortalis. Si ex Doctoribus primæ sententiæ dicas, spectatores vt plurimum delectari tantum de repræsentatione, seu narratione, & modo narrandi, non de rebus narratis; hæ enim delectationes, cum tendant in obiecta distincta, separabiles sunt, potestque vna concipi sine altera, vt in 2. tomo horum moralium *tit. 1. num.* 1174. & 2181. demonstratum est, delectatio autem de sola cognitione, vel inspectione actionis mortaliter malæ, vel modo quo fit, non est peccatum mortale iuxta tradita eisdem numeris 2174. & 2181. At hæc responsio non potest inspectores Comœdiarum turpium, & obscœnarum tueri à mortali crimine, primo, quia in materia luxuriæ difficile est discernere, an quis delectetur de re narrata, an tantum de narratione, aut modo narrandi; & facilis est transitus ab vno affectu in alium, & à delectatione de narratione, & modo ad delectationem de re in iis, quæ pertinent ad venerem propter naturæ inclinationem, & hominum fragilitatem. Quare in huiusmodi materia hæ præcisiones difficiles sunt, & vix in praxi possunt adhiberi præsertim in prolixa repræsentatione, & narratione rerum obscœnarum, & lasciuarum: facilius enim in tanto interuallo ab actuum, & verborum delectatione ad rerum transitur oblectationem; citò in appetitu excitatur venerea concupiscentia, aut complacentia, dum verba obscœna audiuntur, & turpia aspiciuntur, vt id etiam contingat, cum fortuitò audiuntur, & videntur; quid ergo cum quis sponte, & diu audit, aspicit gestus, motus, quibus repræsentantur, & menti imprimuntur, & de ipsis verbis, & gestibus volens delectatur? certè auditis, & visis obscœnis, ac turpibus præsertim sponte cito modo imperceptibili concipitur venerea voluptas, vt Augustinus loco mox citando, & facillimum est nos falli; vt proinde omnes fateri debeant eiusmodi præcisiones, si in praxim adhibeantur, & pœnitentibus à Confessariis admittantur, vel aperiantur; viam lasciuiis, & obscœnitatibus aperire. Propterea fortè Tertullianus *in lib. de spectaculis*, voluptatem, quæ capitur ex obscœnis spectaculis, enumerat inter ea, quæ prohibentur sub præcepto *non concupisces*; quia voluptati, quæ capitur ex narratione, cantionibus, & gestibus, quibus turpia exprimuntur, & veluti ante oculos exponuntur, via fieri potest, quin ob naturæ corruptæ fragilitatem, & in venereas delectationes propensionem, comes sit concupiscentia, aut complacentia venerea. Et ad maiorem horum confirmationem propono expendendum aliud testimonium eiusdem Tertulliani *in eodem libro* vbi ad inspectores spectaculorum loquens sic dicit, *Tanta est enim vis voluptatum, vt & ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam corrumpat in dissimulationem, aut vtrumque.* & rursus. *Quam sapiens argumentatio ignorantia humana, præsertim cum aliquid eiusmodi de gaudiis; & fructibus sæculi metuit amittere*, quibus verbis disertè declarat facilem transitum de vna in alteram voluptatem, & quam facile sit nos nosmetipsos fallere in eiusmodi voluptatibus concipiendis, & discernendis. Accedat etiam S. Augustinus *lib. 3. confess. cap. 2.* vbi loquitur de affectibus gaudij & doloris, & commiserationis, quos concipiunt inspectores spectaculorum, & ait, commutari in voluptatem libidinis. *Sed quo*, inquit, *vadit? quo fluit, vt quid decurrit in torrentem picis bullientis, æstus immanes tetrarum libidinum, in quos ipsa immutatur, & vertitur per nutum proprium de cælesti serenitate detorta, atque deiecta.* Secundo quod illa responsio non præseruet inspectores Comœdiarum turpium à lætali culpa, ostenditur; quia dato quod in rei veritate sola repræsentatio delectaret, cum actio ipsa repræsentatiua sit crimen læthale, iuxta tradita §. *præcedenti*; & admittunt iidem Doctores prioris sententiæ, asserentes histriones actores turpium Comœdiarum mortaliter peccare, delectatio esset de obiecto mortaliter malo, & ita mortaliter culpabilis, cum delectatio sumat speciem, & conditionem, scilicet, bonitatem, vel malitiam, ac deformitatem ab obiecto, in quod tendit, hocque procedat in quacunque materia etiam si non sit luxuriæ, per tradita *in d. 2. tomo tit. 1. n. 1175. & 1176.* & Doctores *ibidem* allegatos, & hoc indicat Caietanus *loco* mox *allegato*, dum ait, etiamsi sola delectatio repræsentationis eos delectaret, inspectores Comœdiarum turpium peccare, quia saltem dant operam rei illicitæ, scilicet delectabili præsentiæ de indecentibus. Præterea etsi loquendo in vniuersum spectator ludi, seu actus, qui respectu ludentis, aut agentis est peccatum lætale, non peccet mortaliter capiendo delectationem de ludo, seu actu, non quatenus est mortaliter malus, sed solum propter industriam, & artem ludentis, & agentis, si ipse non det causam tali ludo, vel actui, & nihil aliud mali grauis ex aspectu, & delectatione illa sequatur, vel timeatur, vt tradunt Doctores, quos *dicto tit. 1. n. 2174. & 2181.* allegaui, & alij ex allegatis *num. præcedenti*; peccant tamen mortaliter, qui sunt talis ludi, vel actus causa, vel cooperantur ad talem ludum, & actum; vt docent Gabriel, Durandus, Angelus locis *num. præcedenti* allegatis, Syluester *d. v.* ludus *q. 8.* & cum aliis Nauarrus *in man. cap. 19. n. 14. & 15.* certum autem est, quod inspectores Comœdiarum turpium dant illis causam, quia sine illis aspicientibus, & audientibus non fierent, vt loco citato dixit Biel, & illis cooperantur audiendo, applaudendo, & soluendo, seu dando Histrionibus pecuniam pro ipsorum opere, & exercitio mortiferè malo. Item iuxta eosdem, & alios communiter peccant mortaliter aspicientes, & audientes tales ludos, vel actus mortaliter malos, quoties inde imminet periculum similia faciendi, vel in aliud graue peccatum consentiendi, vel aliis præbetur scandalum, & occasio in graue peccatum incidendi, quæ omnia inueniuntur in inspectoribus, & auditoribus Comœdiarum obscœnarum. Vnde fit

Secunda ratio sine necessitate exponere se probabili, vel morali periculo, ac proximæ occasioni grauiter peccandi, est peccatum mortale omnibus Doctoribus consentientibus, & constat ex traditis *n. 11.* sed inspectores 19.
Comœdiarum obscœnarum, scilicet in quibus habentur obscœna, & inhonesta *n. 1.* explicata, licet eas adeant absque intentione actuali finis mortaliter mali, sed ob solam causam curiositatis, vel visus, vel solius voluptatis de ipsa narratione, cantu, gestu, iocis, vel modo, quo Comœdiæ exercentur, & repræsentantur, se sponte, & absque necessitate ingerunt morali periculo, & proximæ occasioni incidendi in aliquod graue peccatum, ergo sunt Rei peccati mortalis. Minor huius argumentationis probatur ex doctrina superius *n. 11.* tradita; scilicet, quia in spectaculis obscœnis ex auditione, & inspectione rerum obscœnarum, cantionum, motuum, & gestuum turpium imminet morale periculum, proximaque occasio consentiendi in voluptatem veneream, incidendi in praua desideria, & faciendi facta turpia, & inhonesta: Morale enim periculum, proximaque occasio peccandi tunc est, quando plurimi, & vt plurimum offendunt, vt contingit in Comœdiis rerum turpium; quare is, qui interest cum aliis, etiamsi interdum non incidat in illud crimen aliorum, tamen peccat, quia se offert occasioni, in qua plurimi, & pluries peccant grauiter; quod autem in spectaculis, seu Comœdiis de rebus turpibus, & obscœnis adsit omnibus morale periculum, & proxima occasio labendi in graues turpitudines, & lasciuias, & experientia ipsa docuit; & demonstrant authoritates Diuinæ Scripturæ, Sanctorum Patrum, & aliorum

rum virorum sapientissimorum *eodem num.* 11. adductæ: Et ad maiorem confirmationem iubet hic addere verba D. Basilij *in lib. de non legend. lib. gentilium eodem num.* 11. allegati: *Oportet*, inquit, *nec oculos spectaculis, nec vanis præstigiatorum ostentaculis tradere, nec per aures corruptricem animarum melodiam audire, hoc enim musicæ genus seruitutis, & ignobilitatis fructus parere, præterea libidinum aculeos acuere solet.* ita Basilius.

Non ergo inspectores turpium Comœdiarum possunt sese à culpa mortali excusare illo prætextu, quod eas non adeunt cum peruersa intentione, neque ob malum finem, & res turpes ibi inspectæ, vel auditæ multorum animum non feriunt, quodqua ipsi alibus non mouentur, nec delectantur, nam vt peccent grauiter, sat est quod morali periculo, & proximæ occasioni grauiter peccandi sese exponant, vt dixi; & præterea nunquam tam securus eiusmodi spectaculis adstabit quis, vt minimè timere debeat, vbi plures, & potior pars omnino labitur, vbi tot lenocinia ad lasciuiam irritantia, vbi verba fracta, & lasciua; cantiones obscœnæ, modulationes suauiter mentis robur emollientes, voces vehementes ad voluptatem incitantes, vbi motus corporis, gestus virorum, ac mulierum venerea exprimentes, vbi choreæ inter mares, & fœminas; vbi habitus, & vultus fucorum impostura plenus; vbi inter adstantes colloquia de mille obscœnitatibus, & lasciuiis, de mulieribus, de pueris, & adolescentibus: Vbi socordia adstantium, vbi præsentia ad finem voluptatis capiendæ; vbi tandem omnia, quæ aguntur, sunt ad lasciuiam exhortatio, & inescandos iuuentes instructa? præter alia ad æstus libidinum accendendos efficacia, de quibus superiùs *num.* 11. & 16. ex D. Chrysostomo *homil. de Dauid, & Saule,* vbi etiam contra spectaculorum eiusmodi turpium, inspectores, sibi securitatem non labendi in aliquam iniquitatem, vtitur validissimo argumento: *Etenim* (subdit verbis *d. num.* 16. *ex eodem* recitatis) *si hìc* (scilicet in Ecclesia) *vbi psalmi, vbi Diuinorum verborum enarratio, vbi Dei metus, multaque reuerentia frequenter ceu latro quispiam versutus clam obrepit concupiscentia; quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani neque audiunt, neque vident, qui vndique obsidionem patiuntur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiam?* Nullum certè id præstare, sibique persuadere posse existimo, nisi forte Salamandræ virtute polleat, vt in flammarum medio constitutus non comburatur, caloris que vim non sentiat: idem Chrysostomus loco *inferiùs num.* 23. allegato existimat impossibile, vt eiusmodi spectaculorum turpium inspectores non incidant in aliquod graue peccatum. Equidem mirum est, quod ex vna parte quotidie precemur, *Et ne nos inducas in tentationem*, & ex altera parte voluntariè & per liberam electionem, nulla impellente necessitate, neque stimulo tentationis in ipsas tentationes nos ingeramus; & nobis persuademus posse euadere illæsos, & victoriam decantaturos. Non credendum igitur, quem interius non moueri ad aliquem prauum effectum complacentiæ, vel desiderij; præsertim cum hi, & similes affectus in spectaculis insensibiliter insurgant, vt Augustinus loco *num. præcedenti* citato aduertit; expendat etiam quisque exemplum Alipij, qui inuitus spectaculis eiusmodi interfuit oculis clausis, & tamen tandem exarsit.

20\. Ex quibus, & ex notatis superius *num.* 7. si quis dicat in lectione Comœdiarum, etiamsi sint turpes, de amoribus, & viri, ac fœminæ colloquantur, non esse periculum morale labendi in peccatum, ideoque posse legi sine mortali culpa, & ab Inquisitoribus permitti; in promptu est discrimen inter lectionem, & inspectionem, atque auditionem Comœdiarum turpium; si quidem voces, vultus, habitus, corporis motus, gestus maximè mulierum, & alia eiusmodi maximam habent efficaciam ad prouocandum ad lasciuiam, quam non habet simplex lectio, vt latiùs *eodem num.* 7. explicauimus; Præterea si Comœdiæ scriptæ sint notabiliter turpes, & de rebus ad venerem excitantibus, sicut non possunt componi absque peccato, quia multis sunt causa ruinæ, vt superiùs *eodem num.* 7. probatum est; ita videtur non posse absque peccato legi ob periculum peccandi, cui se exponeret lector; nec Inquisitores tales Comœdias permittunt, sed in regulis indicis librorum prohibitorũ vetantur. Vnde cum Sanchez *d. lib.* 9. *de matr. alle disp.* 46. *num.* 36. & Bonacina *de matrim. citata q.* 4. *p.* 9. *num.* 10. asserant, si verba, cantica, gestus sint valdè lasciua, & inhonesta ex natura sua vehementer mouentia venerem ad eamque excitantia, eum, qui loquitur, cantat, & exercet aliis præsentibus peccare mortaliter, quia probabiliter possunt esse causa peccati mortalis in audientibus, & præsentibus; ergo contra eosdem ipsimet sponte, & absque vlla necessitate audientes, & aspicientes eiusmodi, peccant mortaliter, quia se exponunt probabili periculo peccandi.

Ex iisdem manifestè apparet decipi eos spectatores eiusmodi turpium Comœdiarum, qui putant, & audacter dicunt, se non effici alicuius culpæ mortalis reos, quia vadunt ad eas tantum causa ridendi, animum subleuandi, & recreandi, atque capiendi delectationem solum ex iocosis verbis, vel gestibus. Etenim vt non possint à graui culpa excusari sat est, vt se probabili periculo, & proximæ occasioni peccandi exponant. Deinde audiant hi Tertullianum *lib. de spectaculis cap.* 17. dicentem: *Cur licet audire, quæ loqui non licet, cum etiam scurrilitatem, & omne vanum verbum à Deo iudicatum sciamus?* Audiant quid in *lib.* 2. *pedagogi cap.* 5. scripsit; nempè quicunque de actionibus, & rebus turpibus, & inhonestis gaudet, ac ridet, indicat se illis consentire; & quod eiusmodi risus est fornicationum præcursor. S. Basilius *in reg. breui q.* 31. districtè vetat risum. & D. Augustinus allegato sæpiùs *cap.* 2. *lib.* 3. *confessionum* damnat lacrymas, seu planctum, & dolorem, quem adstantes in eiusmodi spectaculis concipiunt, dum spectant luctuosa, & tragica; & talem planctum, ac dolorem appellat miserabilem insaniam; & quæritur etiam de se ipso, quod in theatris congaudebat amantibus, cum se se fruebantur per flagiria, quamuis hæc imaginariè gererentur in ludo spectaculi; & etiam monet hos affectus doloris, & gaudij tandem mutari in immanes æstus tetrarum libidinum. Saluianus *lib.* 6. *de prouidentia* superius *n.* 16. & *in præcedenti tit. n.* 26. allegatus scripsit Christianum causa risus, aut voluptatis frequentantem spectacula violare promissionem illam in baptismi susceptione Deo factam, *Abrenuntio Sathanæ, & pompis eius*, Scenicas repræsentationes appellans pompas Diaboli. S. Ioannes Chrysostomus *homil.* 39. *in Matth.* Apostoli doctrinam sequutus, vult esse euitanda non solum mala, & peccata, verùm etiam omnia, quæ mali speciem habẽt, vel ad malum, ac peccatum faciendum irritant, ac prouocant; nemo autem potest ire inficias, quin concipere risum, & gaudium de rebus turpibus non aperiat viam ad turpia facta; sitque veluti quoddam turpium actionum initium. Demum vt tam auctores, quam inspectorem eiusmodi spectaculorum, seu Comœdiarum, de quibus hîc agitur agnoscant ioci, & ludi prætextu non posse tegi criminis grauitatem, audiant Iustinianum Imperatorem *in proœmio Digestorum* non longe à fine §. *illud verò* pronunciantem huiusmodi spectacula ioci, & ludi nomen mereri, & retinere non posse. *Quis enim* (inquit bonus Imperator) *ludos appellet eos, ex quibus crimina oriũtur.* 21.

Tertia ratio, quam suggerunt Sanctorum Patrum testimonia *superiùs* adducta, & exprimunt Theologi, & Summarum auctores pro hac sententia allegati; Afferre alteri causam exercendi actionem mortiferè malam; & illi ad talem actionem cooperari, illamque approbare, in eamque consentire, citra omne dubium est peccatum mortale. At inspectores eiusmodi Comœdiarum obscœnarum dando illis pretium, exhibendo præsentiam, 22.

ridendo, applaudendo offerunt causam Histrionibus, & Mimis exercendi actus illos scenicos turpes, in quibus mortaliter peccant, vt §. *primo* demonstrauimus, illisque cooperantur, actionique eorum mortiferè malæ authoritatem præbent, atque consentiunt; ergo in mortiferum peccatum incidunt; & eadem, qua Histriones censura, & pœna sunt digni; iuxta Apostoli *ad Rom.* 1. regulam supra allegatam. *Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Minor, ex qua tota huius argumentationis vis pendet; diserte asseritur à Patribus, Theologis, & Summistis superius allegatis, & manifestè constat. Nullus enim det Histrionibus pretium operis criminosi, cum talem artem ob quæstum exerceant, à tali opere, & ludis illis obscœnis abstinebunt: Propterea D. Thomas, quem Caietanus, & alij sunt sequuti, dixit inspectores sustentantes histriones, scilicet, qui illis dant pretium, seu pecuniam propter exercitium flagitiosum peccare mortaliter, quia sic illos fouent, quatenus actionem mortiferè malam faciunt; & D. Augustinus dixit ita donare histrionibus esse immane vitium, sicut enim qui sustentat, & pascit adulteram, seu meretricem, quia adultera, vel meretrix est, ac meretriciam exercet, fouet illam in peccato, illique comparatur; ita prorsus, qui pretio illis pro opere illorum malo dato pascit hos histriones, illos fouet in peccato, atque illis cooperatur. Nullus item adsit in Comœdiis spectator, illas non repræsentabunt histriones; ergo spectatores dant illis causam repræsentandi, illisque comparantur; & quidem nihil magis loquentem, seu dicentem adiuuat, eique cooperatur, quàm audientes, maximè si plaudant, & dicenti arrideant risu, nutibus, vel oculis intentis, vt in huiusmodi repræsentationibus scenicis euenit; accipit enim dicens ab Auditoribus quodammodo verba, sales, sententias, imò vires, latera, & ingenium; sicut etiam accipiunt vires à pecunia, dum propter pecuniam loquuntur, nec sine quæstu in scenas prodirent. Quod si quis dicat etiamsi ego non adeam eiusmodi Comœdias illas adhuc agerent histriones, non ergo illis affero causam, illosuè foueo in peccato, neque eis cooperor. Ego illi dico, quod singuli Comœdiarum inspectores possent omninò idem respondere; & ita nullus ex inspectoribus, & auditoribus poterit dici afferre histrionibus causam, illos fouere in peccato, & illis cooperari. Quod tamen apertissimè absurdum est, & nemo potest admittere, quia sine auditoribus, & inspectoribus, & dantibus pretium pro illorum opere Histriones non agerent; ergo iidem auditores sua præsentia, & pecunia sunt causa, vt illi agant illisque cooperantur. Præterea Histriones à quolibet adeunte exigunt pecuniam, & mercedem operis mali; ergo quilibet illos sustentat, & fouet, quatenus opus malum agunt, & illis cooperatur ad malum. Item quilibet Inspector sua præsentia, & authoritate actionem criminosam approbat, & ridendo, applaudendo, risu, voce, gestibus consentit facientibus, illisque vires pro sua parte addit. Demum quilibet pecunia, præsentia, applausu concurrit cum aliis; atque adeo sicut alij, ita & ipse cooperatur, & particeps peccati est, quod in cooperatione admittitur.

Quarta ratio in qua ostenditur inspectores Comœdiarum eiusmodi turpium peccare grauiter, etiam si frequentent sine mala intentione, & sibi persuadeant non exponi periculo labendi in aliquod graue peccatum, est, quia præbent alij duplex scandalum; alterum ratione sui, si sint personæ graues, alicuius authoritatis, & probatæ vitæ homines habeantur, etenim alij in eiusmodi theatris, in quibus obscœna, & lasciua repræsentantur, & recitantur, ibi eos vident, non intuentur mentem, nec agnoscunt, an res turpes, & lasciuæ ibidem repræsentatæ corda illorum moueant, mentesque aliqua praua affectione contaminent nec ne; sed eos vident in loco indecenti, scilicet, in Comœdiis, & spectaculis, quæ grauem, & virtuti affectam personam non decent, & à personis vt plurimum perditorum morum frequentantur, & proinde affert occasionem, vt aliis, in quorum conuentu reperitur, & cum quibus societatem habet, similis reputetur, iuxta illud vulgare; formamur à coniuncto; & commune dictum, Quod *quis talis existimatur, qualis sunt, quorum vtitur conuersatione. Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Psalm.* 49. Non sufficit ad peccatum euitandum, vt quis non adeat eiusmodi Comœdias, & spectacula absque intentione criminis alicuius patrandi, sed cauere debet, ne associetur, & adæquet, seu assimiletur iis, qui ob peruersum finem adeunt. Alterum scandalum & magis proprium respicit alios, si quidem præbent occasionem ruinæ grauis aliis procliuioribus, qui nisi viderent alios viros graues in Comœdiis, ipsi non accederent, vel saltem suo exemplo promptius accedunt, licèt ferè semper committant aliquod graue peccatum; Hoc enim propriè est præbere scandalum, quod definitur factum, vel dictum minus rectum præbens occasionem ruinæ; estque mortale peccatum, tametsi grauis ruinæ alterius sit causa per accidens, scilicet, non ex intentione agentis, sed tamen præuisione, vel debito, seu obligatione præuidendi, cùm videlicet quis contemnit salutem proximi, & pro ea conseruanda non prætermittit, quod sibi libuerit, vt D. Thomas 2. 2. *q.* 43. *art.* 1. *&* 4. Peccant ergo mortaliter etiam ij, quibus nulla est periculi ratio adeundo Comœdias turpes, quoniam ipsorum authoritate, & exemplo alij illas frequentant, & hæc ratio quo ad hanc posteriorem partem desumpta est ex D. Chrysostomo: *Sed ego* (inquies) *ostendam nihil multis huiusmodi ludos obfuisse; imò verò id maximè nocet, quod frustra tempus consumis, & scandalum aliis offers. Nam etsi tu in excelso quodam animi robore nihil inde tibi mali contraxisti; attamen quoniam alios imbecilliores exemplo tuo spectaculorum studiosos fecisti, quomodo non ipse malum tibi contraxisti, qui causam mali committendi aliis præbuisti? qui enim ibi corrumpuntur tam viri, quam mulieres omnes corruptionis crimina & causam in caput tuum transferunt. Quare quamuis animi tui modestiam fecisti, vt nihil mali tibi obfuerit* (*quod ego fieri non posse arbitror*) *quoniam tamen alij casu ludorum multa peccarunt, graues propter hoc pœnas lues. Quamuis, multò modestior, & temperatior esses si nullo modo co pergeres.* In hoc autem genere, scilicet, ratione scandali, & mali exempli grauius peccant (si Comœdiis obscœnis intersint, eatue frequentent) ij, quibus cura est aliorum, vt Patresfamilias, qui in Republica habent administrationem, reguntque populos, & multò grauius Clerici in Sacris constituti, Religiosi, & sacerdotes, aliæque personæ Ecclesiasticæ maioris authoritatis. Quibus etiam specialiter interdictum est, ne choreis, saltationibus, & his spectaculis, de quibus agimus, intersint *can. presbyteri dist.* 34. *can. oportet* 2. *de consecr. d.* 5. *cap. cum decorem de vita, & honestate Cler.* Syluester locis suprà *num.* 17. allegatis. Nauarrus *in man. cap.* 20. *num.* 14. Mænochius *de arbitr. in d. addit. ad casum* 69 *num.* 34. Cuccbus *institut. mor. lib.* 3. *cap.* 10 *num.* 21. Caietanus in primo loco ex citatis suprà *num.* 17. & alij Doctores citati *eodem num.* 17. & *in titulo præcedenti num.* 6. Quare etsi Sanchez loco superius *num.* 13. citato quem sequuti sunt alij recentiores *ibidem* allegati dicit etiam Clericos, tametsi in Sacris constitutos non peccare mortaliter, si audiant Comœdias eiusmodi obscœnas ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus in aliquod peccatum graue, & cessante scandalo, quod addit hodie cessare, cum frequentissimum, inquit, sit Clericos illis interesse, & prohibitionem factam in *d. can. opportet.* & *d. cap. clerici* ait vel esse tantum de honestate iuxta Innocentium in *d. cap. Clerici*, vel non obligare sub peccato mortali cessante scandalo, & contemptu iuxta doctrinam Caietani *in summa* verbo *Clericorum*

peccata,

peccata, ad finem. Contrarium tamen, & non euadere peccatum mortale Clericos, & alios personas Ecclesiasticas audientes eiusmodi Comœdias turpes, asserunt in terminis Syluester *d. v.* Ars *n.6.* allegato versic. *septimo.* Caietanus 2.2.*q.*167.*art.*2. *super responsione ad* 2. (vbi ait grauissimè peccare, vt constat ex eius verbis superiùs *n.*17. recitatis) Mazochius *d. n.*34. vbi dicit idem quod Caietanus Comitolus, & Franciscus Maria del Monaco locis *eodem n.*17. relatis, & indicati Doctores *in praecedenti tit.n.*6. allegati; idque primo demonstrant authoritates, & rationes superius adductæ, quæ in vniuersum procedunt tam in Clericis, quam in Laicis; multo magi locum habent in Clericis ob specialem rationem *in d. c. presbiteri* assignatam, scilicet, *ne auditus, & obtutus sacris ministeriis deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.* Præterea colligitur ex adductis Sacris sanctionibus, in quibus à Pontificibus grauibus verbis Clerici, & personæ Ecclesiasticæ prohibentur interesse huiusmodi ludis, & spectaculis, non enim ita grauiter, & toties Pontificea prohiberent, si culpa esset venialis. Item Clerici præsertim Sacerdotes, etiamsi non mouentur rebus turpibus repræsentatis, peccant grauiter, quia alij assistentes non vident internum, sed bene vident illos in Comœdiis, & spectaculis, quæ grauem, & probatæ virtutis personam dedecent; & à personis vt plurimum dissolutis, & perditorum morum frequentantur, *vt superius* dixi. Neque etiam cessat, sed multo magis ab ipsis præbetur scandalum, & occasio ruinæ, ex eo, quod videntur passim, & sine delectu frequentare Comœdias, quia frequentia sua alios aduocant, & reddunt ad similem frequentiam promptiores, licet aliqui imbecilliores, minimeque exeant ab eiusmodi Comœdiis illæsi.

24. Præter authoritates diuinas, & humanas, atque rationes adductas ad demonstrandum quantum spectacula huiusmodi turpia, & impudica Deo displiceant, quamque grauem iniuriam illi inferant eorundem inspectores, faciunt duo exempla eiusdem Dei iracundiam in eos, qui talium spectaculorum obscœnitatibus animum commaculant declarantia, quæ ad id refert Tertullianus *in libr. de spectaculis* sæpiùs allegato. Primum est cuiusdam mulieris; *quæ* (verba sunt Tertulliani) *theatrum adiit, & inde cum dæmonio rediit, & cum in exorcismo onerarentur dicere immundus spiritus, cur ausus esset fidelem aggredi, constanter, & iustissimè quidem, inquit, feci, in meo eam inueni.* Ex quo magis confirmatur reos esse peccati mortiferi spectatores turpium Comœdiarum, quia spontè adeunt locum, qui est de districtu, & iurisdictione Diaboli. Alterum exemplum scribit Tertullianus hisce verbis: *Constat, & alij linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragædum audierat, cum exprobratione nominato tragœde; non vltra quintum diem eam mulierem in sæculo fuisse.*

25. Porro longè grauius crimen committent tam Actores, quam inspectores eiusmodi spectaculorum, seu Comœdiarum turpium, si habeantur in diebus Dominicis, & aliis festis, cum & repugnent fini festorum, & iis diebus strictè prohibeantur Sacris sanctionibus, & legibus Imperatorum, vt *in tit. præcedenti n.*18. cum pluribus sequentibus latè ostendimus.

Satisfit obiectionibus.

Verùm etsi ex *superius* adductis ita clarè appareat inspectores Comœdiarum abscœnarum, quales vt plurimum sunt hodiernæ, graui scelere sese commaculare, vt nemo nisi malè affectus, & habens rationis lumen propè extinctum, cuique voluptas, non honestas sit ratio ferendi iudicium, inficiari queat; nihilominus ad tollendum quemcunque excusationis prætextum, operæ pretium duxi satisfacere nonnullis obiectionibus, quæ contra prædicta ab ipsis histrionibus, & in vniuersum à fautoribus eiusmodi Comœdiarum illas frequentantibus opponuntur.

26. Prima obiectio est. Quod in spectaculis edocentur inspectores plura ad mores, & ad humanas actiones dirigendas spectantia, inueniæ enim sunt Comœdiæ, & tragœdiæ ad humanæ vitæ exemplum, vt per eas quis discat euitare proditiones, furta, adulteria, lenocinia, dolos, artes malè agendi, & alia mala, quæ in scenis repræsentantur, & exhibentur, quod si qui iis malè vtuntur, ipsorum tantum malitiæ imputari debet. At quid boni, & honesti poterit quis addiscere ab infamibus Histrionibus impudicitiæ, incontinentiæ, lenociniorum, fornicationum, adulteriorum, & omnium vitiorum magistris? imò quod mali genus, quod facere non discat à talibus Magistris instructus. *Primus discendi ardor* (ait Diuus Ambrosius in lib. de Virgin.) *est excellentia Magistri.* Nonne spectacula iuxta Sanctorum Patrum præsertim Augustini, Chrysostomi, & Tertulliani testimonia superiùs adducta sunt cathedra turpitudinum, cathedra pestilentiaria, intemperantiæ schola, luxuriæ officina, & publicum incontinentiæ, & fornicationis gymnasium. In eiusmodi rerum obscœnarum schola quisquam non solum in bonis moribus, probitate vitæ, & virtutibus proficit, sed imò si malus iust, rediit pessimus, si bonus, contagionem contraxit iuxta Petrarchæ dictum suprà *n.*11. recitatum, & iuxta Senecæ testimonium ibidem adductum *durior redit, ambitiosior, luxuriosior &c.* & Tacitus de theatris loquens *lib.*14. *annal. vix artibus honestis pudor retinetur nedum in certamina vitiorum pudicitia, aut modestia, aut quicquam probi moris reseruaretur.* Non licere alicui furari vt faciat eleemosynam, nec quodcunque aliud, quod sit peccatum exequi propter finem bonum, docent omnes Summistæ, & Theologi, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona; ita ergo nec ob finem aliquid addiscendi fas est audire, & inspicere res turpes ad lasciuiam prouocantes cum periculo morali lapsus in peccatum, & cooperari ad peccatum repræsentantium, & recitantium turpia. Non desunt libri de rebus ad virtutem & mores spectantes, non desunt scriptores Sacri, & profani, non Magistri spirituales, non prædicatores, non alij viri probi, & sapientes ad bonos mores informandos & instruendos in quouis virtutum genere iuuenes, senes, & cuiuslibet conditionis homines.

Secunda obiectio desumitur ex bono exitu, nempe, quod Comœdiarum occasione multa contrahantur matrimonia, quæ non contraherentur: cui obiectioni non oportet aliam afferre responsionem, quam *in tit. præcedenti n.*28. versus finem contra defendentes eboreas simili prætextu adductam ibi videndam; legatur quoque Iulius Mazarinus *allegato discursu* 110. lit. *V.* vbi pluribus aliis obiectionē hāc, ceu frigidam excusationē reprobat. 27.

Tertia obiectio, est eorum, qui dicunt se nullius culpæ effici reos, eo quod non alicuius oblectationis causa, sed tantum in gratiam amicorum eos ad eiusmodi comœdias comitantur, & honoris ergo cum eisdem intersunt. At cogitent vulgare prouerbium, *Amicus vsque ad aras*; non enim prudentis viri est, amicum comitari eò vsque, vt Dæmonis dominium, & districtum ingrediatur, & de illius iurisdictione efficiatur: ordinata charitas non permittit in amici gratiam aliquid cum animæ propriæ detrimento fieri.

Quarta obiectio, consistit in hoc, quod populis præsertim iuuenibus necessaria sit aliqua recreatio profana, vt ita à multis malis grauibus auocentur, quæ alioqui committerēt; & tales videntur huiusmodi Comœdiæ, ad quas itur animi subleuandi, & recreandi causa; Verum, vt *in præcedenti titulo num.*36. diximus, illicita omninò est recreatio illa, quæ haberi non potest vel sine peccato, vel absque morali periculo labendi in peccatum aliquod graue; talis est Comœdiarum turpium auditio, & inspectio, quæ est quædam cooperatio ad actionem criminosam Histrionum, & aspicientibus semper affert morale periculum labendi in peccata venerea, vt satis *in præcedentibus* est demonstratum. Recreatio igitur capienda est ex honestis ludis, & qui sint tales 28.

(vt ait Aristoteles *lib. 7. polit. cap. 7.*) *vt sint incitationes eorum, quæ postea sunt seriò facienda*; non vero sint exhortationes, & irritamenta ad ea, quæ omninò sunt fugienda, euitanda, & detestanda.

30. Quinta obiectio, est eorum, qui aiunt, se, dum adeunt comœdias, nescire, an sint futuræ, seu exhibendæ de rebus turpibus, vel honestis, nec ita intentione audiendi, vel videndi inhonesta, de iisuè delectandi, ac proinde ob eiusmodi existimationem, seu ignorantiam, se excusari à peccato, si postea contingat res turpes repræsentari vel recitari. Huiusmodi autem obiectio, seu potius facta excusatio reiecta manet ex dictis supra *num. 2. & num. 9.* vbi demonstratum est Comœdias nostri temporis vt plurimum, & ferè semper esse de turpibus,& illicitis; explicauimusque qualis sit mos, & modus histrionum, qui ob solum quæstum artem infamem exercent; nempe fabulis, obscœnisque imitationibus, & canticis inspectorum aures, & oculos oblectare, vt eos ad frequentiam Comœdiarum alliciant, maioremque quæstum faciant: Et cum omnes, qui interfuère eiusmodi Comœdiis, illasuè frequentant, dicant esse de turpibus,vel nunquam carere admixtione turpium; facileque sit vnicuique, antequam eas adeat ab amicis, vel ab aliis acquirere notitiam qualitatis Comœdiarum, quæ nunc temporis fiunt, nemo ficto præfatæ inscitiæ velo potest culpam suam obtegere. Præterquam quod, vt peccent, satis est de turpitudine earumdem Comœdiarum dubitare, & dubio reclamante, atque conscientiam vellicante illis interesse.

31. Sexta obiectio est, quod in decalogo, aut alibi non reperiatur prohibitum spectaculis eiusmodi interesse. At huic obiectioni responderunt iam Tertullianus *in lib. de spectaculis*,& Chrysostomus *in allegata homilia de Saule, & Dauide*, prohibitum esse in nono præcepto *non concupisces*. Præterea eiusmodi spectacula, & eorum frequentia prohibentur sacris sanctionibus Summorum Pontificum, Conciliorum,& decretorum,ac etiam constitutionibus Imperatorum conditis contra Histriones, & etiam contra inspectores,de quibus *superius n.4. & 15.* Caietanus etiam secundo loco *superius n. 17.* allegato, scilicet, super responsione S Thomæ *ad 3. art. 1. q. 168. primæ secundæ* dixit peccatum, quod committitur dando aliquid histrionibus propter iniquitatem ludi, spectare ad idem vitium, ad quod ludus ille spectat, cum actione,quæ ad ludum assumitur; & idem dicendum de peccato, quod admittitur in spectaculis assistendo iisdem histrionibus, eos audiendo, & risu, vultu, gestu eorum turpibus actionibus applaudendo.

32. Septima obiectio, ij de populo, qui hodiernas Comœdias frequentant nesciunt esse peccatum mortale illis interesse,sed putant licere, & esse honestam recreationem, cum videant sæpè in eiusmodi Comœdiis plures ex Clericis,Religiosis, & Sacerdotibus, quorum authoritate, & exemplo, id non esse peccatum saltem læthale suadetur populus, ad quem non spectat examinare controuersias de conscientia; & complures etiam Doctores, & authoritatis (quales sunt *n.13.* relati, & alij, qui de hac re non scripserunt,sed interrogati tantum id viua voce responderunt) docent,quod frequentare eiusmodi spectacula, licet de rebus turpibus, non esse mortale, & maximè quia his populus à peioribus remoueatur. Ob huiusmodi ergo ignorantiam, & opinionem quod non sit peccatum mortale, excusantur saltem à lætali crimine. Ad hanc obiectionem respondetur à graui culpa non posse vt plurimum excusari spectatores ob eiusmodi ignorantiam, cum omnes sciant, vel saltem dubitent, esse graue peccatum, & non sit ignorantia probabilis, & inuincibilis, cum de hac controuersia an sub mortali illicitum sit spectaculis nostri temporis & obscœnis interesse, vbiquè agatur à viris, & fœminis etiam in ipsis Comœdiis; cum Confessarij in confessionibus, & Prædicatores verbi Dei in publicis concionibus grauissimè condemnent eiusmudi Comœdias vehementer reprehendant inspectores, acerrimèque in eosdem inuehantur, cum tot Sancti Patres, tot Theologi, ac Summistæ (quos superius enumeraui,& pro nostra sentētia adduxi) omnes sapientissimi, & probitate vitæ conspicui in histriones spectaculorum actores, & eorundem spectatores scripserint. Quorum certè authoritatem, & doctrinam quis dubitet esse præferendam paucorum Neotericorum opinioni solido fundamento destitutæ,& exemplo nōnullorum Ecclesiasticorum fortassis parum timoratæ vitæ, qui in Comœdiis visuntur. Noui ego personas Ecclesiasticas Deum timentes, quæ aliquando eiusmodi Comœdiis interfuerant admonitas de grauitate criminis, in quod earum spectatores incidunt, vt conuincunt adducta in præcedentibus, in huius sententiæ fauorem, omninò in posterum abstinuisse,& etiam alios à tali insania reuocasse; ingenueque fatebantur euidens periculum labendi in veneris peccata grauia spectatoribus imminere. Neque verum est eiusmodi spectaculis populos à peioribus reuocari; cum exhorrentur,& prouocentur ad omne genus flagitij; ibique præter voluptatem, quæ capitur ex ex actione histrionum, quæ illis non est sine culpa lætali (vt *supra* §. 1. ostensum est) & vt plurimum de obscœnis ipsis repræsentatis, narratis, aut decantatis concipiantur, & probentur mala, & turpia alibi executioni mandanda, vt superius adducta testimonia Sanctorum Patrum hac de causa appellantium eiusmodi spectacula Cathedram pestilentiatiam, scholam intemperantiæ, publicum incontinentiæ, & fornicationis gymnasium, malæ cupidinis inductionem, malorum omnium fontem.

Octaua, & vltima obiectio fundatur in inueterata consuetudine, & permissione superiorum, cum enim in omnibus sæculis consuetum fuerit in populis haberi eiusmodi spectacula, seu Comœdias, quæ his temporibus exhibentur ab histrionibus,& mimis,& id permiserint superiores Ecclesiastici,& etiam Principes,& Magistratus laici; non videtur tanquam graue crimen condemnandum, quod tot sæculis factum, receptum Populis, & permissum à superioribus. At talis consuetudo vbi extitit,& adhuc extat,non potest dici propriè consuetudo, sed fuit, & verè est abusus, & corruptela; in malis nulla datur consuetudo, nulla præscriptio illa cohonestans;in omni sæculo,in omnibus populis fuerunt, & sunt periuria, fornicationes,adulteria,& alia plurima peccata, non indè tamen efficitur vt non sint mala, sed semper sunt illicita, vt potè intrinsecè mala. Prælati etiam,& Superiores probi,& sapientes,ac Deum timentes populis non permittunt ludos, nisi honestos,& spectacula, repræsentationes de rebus honestis; abominantur vero, vehementer reprehendunt, & curant, quantum in ipsis est impedire ludos, spectacula,& repræsentationes de turpibus, & inhonestis,in quibus versatur periculum morale ruinæ spiritualis, & salutis animarum; Et tales in Ecclesia Dei non defuerunt in omni sæculo: id præstitere Summi Pontifices,Sanctissimi Antistites in sacris sanctionibus *superius n.4 & 15.* recitatis.id Sancti Patres in præcedentibus *hoc titulo*, & *in tit. præcedenti n. 16.* relati:Id in præsenti sæculo Sanctissimus Antistes Carolus Borromæus: id quoque præstitere boni, & sapientes Imperatores, & legum conditores tot pœnis contra histriones,& mimos constitutis,de quibus *n.4.* Id alij Principes,& populorum Rectores, quos è suis Ciuitatibus,Prouinciis,& Regnis pœnis grauibus contra eos statutis eiecisse histriones cōstat *ex superiùs n.4.* notatis. Et insuper contra eiusmodi spectacula,ludos,& Comœdias pugnarunt semper ferè omnes Theologi, Scholastici,& Summarum scriptores. Præterea non est nouum aliqua licitè permitti, quæ tamen absque graui peccato fieri nequeunt. Permittuntur meretrices, & lupanaria ad maiora peccata euitanda. Permittuntur fraudes circa dimidium iusti pretij, legeque ciuili non puniuntur, nec contractus illas continentes irritantur, ad euitandas lites,iurgia in Republica;sed quia hęc mala permittuntur, 33.
non

non ideo tamen ea honesta, & licita, vel vt honesta approbantur: *Non quia lex approbet* (dicit S. Thomas 2.2. *q.77. artic. 1. ad 1.*) *sed quia non punit.* Quamquam eiusmodi Comœdiæ turpes, & obscœnæ nullo modo sint permittendæ, permittiuè licitè, & absque graui peccato possint. Nam etsi (vt *in præcedenti titulo num.30. fine* dixi) occulta vitari omninò non possunt, saltem publica impediri debent, quæ plurimis præbent peccandi occasionem, neque vllo modo permittendum est, vt turpitudinum tanquam publica schola habeatur, quæ publicum, & Doctorum, & populi consensum contra Dei honorem habere videatur, & tunc etiam tantum aliquod malum licitè à Superioribus permittitur, impunitumque relinquitur, quando id expedit ad euitanda maiora mala; qua ratione permittuntur meretrices ad impedienda stupra, adulteria, & vitium nefandum. Quam rationem ex *superiùs* tradictis, & experientia ipsa patet deficere in comœdiis, & spectaculis obscœnis, quæ non solum sunt in se peccata, sed ad peiora efficaciter inducunt, quorum aliqua de præsenti in ipsis committuntur, Comœdiis libidinosis amoribus, oblectatione, & desiderio rerum venerearum absque consensu in actiones turpes, & lasciuas; alia ibidem disponuntur, & concipiuntur alibi perficienda.

Qualis obligatio, & quod officium Principum, ac Gubernatorum tollendi, vel impediendi spectacula theatralia impudica.

34. Quapropter hic Principibus, & Populorum Gubernatoribus denuò propono meditanda ea, quæ de eorum obligatione à populis eiusmodi corruptelas tollendi *in præcedenti tit. num.* 30. tradita sunt, eosque moneo, & inculco ipsos potius sollicitos esse debere de honore Dei, & animarum salute, quàm & ex vi proprij officij, & ex zelo Christianæ pietatis curare, & tueri potius tenentur, quam de recreationibus profanis populo exhibendis ficto illo prætextu politico, quod populis necessarij sint ludi aliqui, quibus recreëtur, & à peiorum machinatione auocentur. Sciant ad subditorum salutem omnem suam gubernationem dirigendam esse, vt *eodem num.* 30. latiùs probatum est; Atque adeo cum tot mala (& est admonitio piissimi Iurisconsulti Iacobi Mænochij *de arbitr. in allegata addit. ad casum 69. num.* 31.) ex spectaculis, ludisque theatralibus impudicis, & inhonestis exoriantur, nouerint iidem Principes, & quicunque quibus populi cura, & custodia demandata est, se teneri ex vi sui officij omnem adhibere diligentiam, ne turpes histriones, & Mimi obscœnarum comœdiarum Actores vrbes, & ciuium domos inficiant, alioqui non minus ipsi, quàm alij grauiter delinquent; cum facere is videatur, qui non prohibet, cum prohibere possit, vt *eodem num.* 30. explicaui. Nec eos remoretur frigida illa ratio politica, populos aliquibus ludis detinendos, ne ad peiora labantur: Et certè res non leui reprehensione digna, & non exiguum scelus videtur, quòd Principes Christiani ob politicam rationem, causamque profanam, puta ob mortem vnius Principis, amici vel consanguinei tam facilè sæpè grauibus pœnis statutis populis subditis per longum temporis spatium Comœdias, laruas, aliosque publicos ludos, & festa Bacchanalia prohibeant nil mali inde timentes, & tamen tot inconuenientia, pericula, & incommoda Prælatis, & verbi Dei Prædicatoribus opponunt, quoties ab ipsis admonentur, & rogantur, vt eandem iisdem pœnis constitutis prohibitionem populis intiment ad euitanda tot peccata, & impediendas tam graues Dei offensiones, quæ ex Comœdiarum frequentia tanquam ex omnium malorum fonte originem trahunt: Multóque grauius crimen eorum Principum pronunciandum est, qui non solum non arcent histriones, & Mimos à suis ciuitatibus, & Prouinciis, aut in illis admittendis non se præbent difficiles, sed imò eos abituros, & recessuros pecuniarum, & præmiorum abundanti oblatione detinent; Audiant, quæso, Principes exhortationem S. Ioannis Chrysostomi *homil.39. ad Populum*: *Theatralibus ludis* (inquit) *euersis non leges, sed iniquitatem euertetis; ac omnem ciuitatis pestem extinguetis.*

Itaque boni Principes, ac DEVM timentes vnum ex duobus remediis adhibeant tanto malo. Primum dum volunt Histriones, & Mimos permittere in suis ciuitatibus, præficiant prius viros graues, & probos, qui, priusquàm illi permittantur prodire in scenam, & artem exercere histrionicam, eorum dicta, & facta singula expendant, spectent, & approbent, id monuit Plato *in lib.7. de legibus* vbi: *Nemo Poëta* (inquit) *præter ciuitatis leges, & iusta, vel bona fingere quicquam audeat, ne liceat, quæ composuit, vlli priuatorum ostendere, antequam constituti hac de re iudices, legumque custodes & viderint, & approbarint.* Neque idem Plato potestatem facit auctoribus tragœdiarum in publicum prodeundi, vt eas agant nisi ante à legitimis Magistratibus fuerint comprobatæ. Prohibeant ne in scenam ad recitandum, & cantilenas habendas inducantur mulieres, aut pueri, seu adolescentes fœmineo habitu induti. Non permittant fœminas impudicas ad Comœdias accedere, nec etiam mulieres honestæ vitæ, vetent, ne noctis tempore spectacula habeantur; si aliquando permiserint mulieres vnà viris in scena recitare, nullo tamen modo id permittant mulieribus fingentes, seu vocitantes se esse histrionum vxores. Habeant fidos exploratores, qui diligenter obseruent, an dictæ Histrionum vxores exerceant cum aliis turpitudines. Interdicant aliis, præsertim iuuenibus illorum hospitia, seu ædes frequentare, & ingredi, quemadmodum Tiberium Cæsarem mandasse Senatoribus, ne histrionum domos intrarent, testatur Tacitus *lib. 1. Annalium.* Constituant aliquem virum zelo Christianæ pietatis, ac religionis præditum, qui obseruet, & referat omnem etiam minimum excessum illorum in verbis, motibus, gestibus, & fabulis, vt reperti delinquentes possint puniri, & eiici: Hæc & similia diligentiæ officia præstent, quæ si neglexerint, sciant Principes se grauiter à Deo puniendos, vt potè qui permiserint, & authoritate sua consenserint infamem, & publicam omnium scelerum scholam haberi. Verum cum vix fieri, aut contingere possit, vt à venalibus hisce histrionibus Comœdiæ inhonestæ non exhibeantur, & ne in iis viri, & mulieres ex professo, vel furtim introducant colloquia de amoribus, & aliis ad venerem excitantibus. Alterum remedium, securius, & tutius est, vt iidem Principes imitatione bonorum Principum, quos *superiùs num* 4. commemoraui, Histriones non recipiant, vel receptos è Ciuitatibus, Prouinciis, & Regnis expellant. 35.

Quod officium Episcoporum.

Ad Episcoporum vero officium, & curam præsertim spectat omnem adhibere diligentiam, vt vel histriones è sua diœcesi eiiciantur, quemadmodum fecisse S. Carolum *superiùs num.*4. diximus, vel ne permittantur vllo modo exhibere Comœdias inhonestas, ac proinde non possint prodire in scenam nisi obseruatis iis, quæ in primo remedio Principibus proposito, sunt enumerata. Quod si Princeps laicus maximè ab Episcopo admonitus neglexerit eiusmodi Histriones, & Mimos malè, & cum periculo ruinæ spiritualis spectatorum arte histrionica vtentes punire, & expellere, citra omne dubium poterit Episcopus pœnis spiritualibus, puta, excommunicationis, aut alia simili contra eosdem, & Mimos statutis eisdem interdicere ne vllo modo exhibeant; & etiam si illorum præsentia in diœcesi afferat detrimentum bonis moribus, vt accidit vt plurimum, præcipere, vt omninò recedant. Potest enim Episcopus statuere adiuuando ius commune apponendo nouam pœ- 36.

nam, vel aggraoando pœnam impositam, vt *in tit. præcedenti num.32.* probatum est. ius autem commune, histriones morientes priuat sacra Communiooe; interdicit sacris Ordinibus, & aliis pœnis afficit, vt ex traditis *suprà num.4.* constat. Item Episcopus circa laicos potest statuere præter ius ad motum correctionem, & peccata tollenda, atque ad pietatem conseruandam, vt latè *in præcedenti titulo num.34.* ostensum est, & ratione peccati laicus fit de iurisdictione Episcopi, vt *eodem num.34.* demonstraui: imò vt aduertit Mænochius *de arbitr.in allegata addit. ad casum 69.num.48.* si manifestè constet de inhonestate Comœdiarum, ex æquo tum Ecclesiasticus Princeps nempè Episcopus, quàm Prioceps sæcularis poterit agere, & procedere contra eosdem Histriones ad eorum eiectionem, vel correctionem, seu punitionem, cum sit delictum mixti fori, vt idem Mænochius *num.37.* tradit. Quemadmodum etiam hac de causa, quando manifestè constat contractum aliquem esse fœneratitium; tam iudex Ecclesiasticus, quàm sæcularis contractum ipsum dissoluit, & fœneratorem punit, vt docent Bartholus & communiter scribentes *in l. Titia ff. solut. matrim.* & alij, quos Mænochius *d.num.48.* refert, & sequitur. Qui *num. sequenti* addit, quando dubium est, ao Comœdia, ludus, & spectaculum sint honesta, vel inhonesta, Ecclesiasticum iudicem debere cognoscere cum agitur de actu, ex quo peccatum, vel oon peccatum causari potest, vt in dubio de contractu an sit fœneratitius, vel non, tradidere recitati Doctores. Concludo hunc Titulum obsecrans in Christi visceribus Confessarios, & Concionatores, vt enixè semper hortentur fideles ne adeant, aut frequentent eiusmodi spectacula, de quibus abhorrendis, & fugiendis huc vsque egimus, terreant Saoctorum Patrum reprehensionibus, & propositione imminentis periculi spiritualis ruinæ; repetant illis verba Lactantij *lib. 6. Diuinarum institutionum*, vbi, *Fugienda igitur*, ait, *omnia spectacula, vt tranquillum mentis statum tenere possimus; renunciandum noxiis voluptatibus, ne deliniti suauitate in pestifera mortis laqueos incidamus:* Erunt enim qui grauitate periculi, & criminis, quod inspectione eiusmodi spectaculorum incurritur, desistant à frequentia, salutémque suam turpi voluptate potiorem habeant.

TITVLVS VIGESIMVS-PRIMVS, HVIVS TOMI NONVS.

TITVLVS NONVS,

De Ieiunio Ecclesiastico.

PLVRA de Ieiunio Ecclesiastico tradidi in tractatu de triplici Iubilei priuilegio *sect.4. casu 18. per totum*, vbi *à n.1. ad 106.* exactè disserui de spectantibus ad substantiam ieiunij, & *à num. 107. ad finem* latè egi de serotina refectione tam quoad quantitatem, quàm quoad qualitatem ciborum, quibus in ea vesci licitum, vel illicitum est: in prima etiam parte horum moralium *tit.1. § 46.* nonnulla de Ecclesiastico ieiunio explicaui. Quare de *ibidem* traditis, & explicatis hîc nil agendum, sed de aliis, præsertim difficilioribus.

SVMMARIVM §. I.

Qui in die Ieiunij de præcepto, vel instante præcepto ieiunandi assumit opus laboriosum, vt inde factus impotens non ieiunet, an peccet contra præceptum ieiunij. Negatiua sententia. num.1. & 2. Affirmatiua. n.3.4.& 5.

Qui in die ieiunij, vel eo instante merè voluntariè dat operam ludo pilæ, venationi laboriosæ peregrinationi, &c. præuidens se euasurum impotentem ad ieiunandum eodem die ieiunij peccat contra præceptum ieiunij. n. 6. secus si ex rationabili causa. n.12.13.& 21.

Apponens irrationabiliter causam proximam omissionis alicuius præcepti, præuidendo dictam omissionem peccat contra tale præceptum. n.6.

Qui in die festiuo se inebriat, vel se dat somno, venationi, aut studio cum præuisione omissionis missæ peccat contra præceptum audiendi missam. ibidem.

Præcepta Ecclesiastica non obligant semper ad tollenda, seu vitanda impedimenta remota. num.7. limitatur. num. 9. & 10.

Qui voluntariè incidit in morbum, præuidens fore, vt deinde recitare non possit Diuinum officium, Missam audire in diebus festiuis, & ieiunare in diebus de præcepto, non peccat contra præceptum recitandi Diuinum officium, audiendi Missam, aut ieiunandi. n.8.

Parochus si præuidet Parochianos carituros Sacramentis, & Missis in longam infirmitatem voluntariè incideret, carentia illa imputaretur ei ad culpam saltem quando causam apponit. num.10.

Defectus Officij præuisi in voluntaria infirmitate quamuis remoti iudici, vel Gubernatori imputantur ad culpam. num.11.

Qui peregrinationem, quam commodè differre potest, potius in die ieiunij, vel instante ieiunio, quàm in alio tempore suscepit, præsertim si id faciat, vt ieiunio non teneatur, peccat. ibidem.

Is, qui in die ieiunij de præcepto, aut ieiunio instante dat operam ludo pilæ, venationi, vel veneri, &c. ea intentione vt factus impotens non ieiunet, peccat contra præceptum ieiunij. n.14.

Apponens voluntariè causam, ex qua necessariò sequitur omissio præcepti, seu euentus à præcepto prohibitus, ea intentione, vt talis omissio, seu euentus sequatur, peccat directè contra tale præceptum, quamuis seclusa illa intentione non peccaret. ibidem.

Confessarius præuidens ex actu confessionis secuturam pollutionem vacat culpa, si præter intentionem sequatur, secus si sit prius intenta. n.15.

Pollutio præuisa in ebrietate, nimia comestione, vel in comestione talis cibi, vel ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, non habet malitiam contra castitatem, si non sit intenta; habet si fuerit intenta. n.16.

Euasio Recentiorum ad sustinendam sententiam negatiuam. n.1. positam, & eius confutatio. n.16. & 17.

Qui in die festo proprij domicilij proficiscitur ad alium locum, vbi id festum non obligat, animo non audiendi missam, vel exercendi seruitia, an peccet contra præceptum audiendi Missam, & festi. n.17. & 18.

Regula ad dignoscendum quando quis peccet contra præceptum, dum vult, & quærit non obseruare, id quod præceptum iubet, & ad id adhibet media. n.19.

Responsio

Responsio ad argumenta, negatiua sententia. num.1. posita. num. 20.

Assumens bona fide aliquem laborem honestum, licet labor non sit necessarius, & praeuidens, quod tali labore assumpto non poterit postea ieiunare non tenetur ieiunare, nec peccat in prafata assumptione, & explicatur res exemplo. n.21.

Bona fide, & sine fraude existimans sibi esse iustam causam non ieiunandi excusatur à culpa, si non ieiunat, & si à parte rei est causa. n.22.

§. I.

An qui in die ieiunij de pracepto, vel instante ieiunio de pracepto v.g. in die immediatè pracedenti diem ieiunij dat operam ludo pila, venationi, vel veneri ea intentione, vt factus impotens non ieiunet, peccet contra praeceptum ieiunij.

1. SEntentiam negatiuam. & quod is, qui præsertim in die proximè antecedente vigiliam, in qua ex præcepto Ecclesiastico ieiunandum est, suscepit laborem aliquem grauem (v. g. dat operam ludo pilæ, vel venationi laboriosæ, vel veneri, vel assumit longum iter) in quo solet ita defatigari, vt reddatur impotens ad ieiunandum, non solum excusetur à ieiunio, sed nec peccet, neque etiam in causa contra præceptum ieiunij tametsi nouerit ex tali defatigatione sequuturam omissionem ieiunij, & data opera, & in hac intentione, vt non ieiunaret eo die talem laborem absque rationabili causa, sed ex mera libertate susceperit; sustinent Ioannes Sancius in selectis *disput. 54. num. 14. & 20.* P. Diana *1. p. tract.9. resolut.40. & 46.* & *resolut. 52. fine*, quos sequitur etiam alius Recentior. verba Ioannis Sancij *d. num. 14.* sunt hæc: *Eximuntur item ab obligatione ieiunij, qui labore aliquo defatigantur, vt qui pedester iter agit, quamuis illud in alium diem commodè differre queat, ius enim habet ille ad iter hodie agendum, quo non priuatur ob ieiunium seruandum; limitant plures, nisi in fraudem ieiunij id ageret nullius negotij causa itinerando, sed solum desiderio non seruandi ieiunium. At melius Suarez tom.1. de relig. lib.2. cap.13. num.6. loquens de obseruatione festorum, qui dicit ibi non interuenire propriam fraudem aut dolum, sed fugam quandam (vt ita dicam) obligationis pracepti, qua tamen contra praeceptum non est, sed bona, vel mala ratione finis, ob quem fit, ille talis non ieiunans non agit contra id, quod praceptum iubet, quod solum est, vt praceptum in tali loco non violetur; quam doctrinam docet etiam Salas* de legibus disput.14. sect.5. num.66. & *licèt pracipiat, vt seruetur in tali loco, non tamen pracipit ibi assistere ad obseruandum illud, quod idem docet Sanchez* lib.1. summ. cap. 12. n.35. & lib.3. de matrim. disp.18. num.29. hæc Ioannes Sancius *d. num.14. Numero* verò 20. *eiusdem disput. 54.* sic habet: *liberos item à ieiunio existimo, qui culpa sua ita defatigati redduntur, aut in morbum, incidunt, quòd ieiunare non valeant, & qui ita defatigatus esset ludo pila, aut nimis deditus esset fœminarum commistioni; nam tales die, quo praceptum obligat, impotentes sunt seruare; die vero, quo ludunt nondum aduenit; quod si in fraudem ieiunij se defatigarint, peccare desiderio illo frangendi ieiunium docent Henriquez, & plures: At ex Suarij doctrina, & Sancij superius adducta intelligitur tunc non interuenire fraudem, sed fugam quandam obligationis. qua non sufficit ad causandum peccatum. Aliud quidem est desiderare aliquem frangere praceptum quando est obligatio; aliud desiderare se reddi impotentem ad praceptum; hoc enim nil aliud est, quam optare excusationem pracepti, quam licet quis intendat via illicita, non operatur aduersus tale praceptum, cum non desideret illud frangere, quando obligat. sed modum, quo non obliget, quarat.* ita Ioannes Sancius *d. num.20.* Quæ autem habet Ioannes Sancius *d. num.14* P. Diana scribit *d. resolut.40. & 46.* & quæ habet idem Ioannes Sancius *d. num.20.* tradit idemmet Diana *d. resolut.52.* in cuius fine ita scribit: *Dicendum est, quod non tenetur ieiunio, qui labore aliquo defatigatur, etiamsi id agat in fraudem ieiunij, quia dum defatigatio acquiritur, non adest ieiunij praceptum; dum iam vero acquisita est, impossibilitas est ad ieiunandum, ergo, &c.* hæc Diana: Eandem Sancij, & Dianæ sententiam sequutus est Pasqualigius in praxi de ieiunio *decis. 320.*

Hæc sententia ex mox notatis probatur primò, quia iste in die proximè antecedenti vigiliam, & etiam in die ipso ieiunij de præcepto ius habet ad iter agendum, ad ludendum pila, ad venandum, & alia eiusmodi, ex quibus sequitur impotentia ad ieiunandum, quo iure non priuatur ob ieiunium seruandum. Præterea, quia in eiusmodi casibus non interuenit fraus, sed fuga quædam obligationis, quæ non sufficit ad inducendum peccatum; cum aliud est desiderare quempiam frangere præceptum, quando adest obligatio, aliud desiderare se reddi impotentem ad præceptum; nam hoc nil aliud est, quam optare excusationem præcepti, quam licet quis intendat, non agit aduersus tale præceptum, cum non desideret illud infringere, quando obligat, sed modum, quo non obliget. & etiam dum in die proximè præcedenti diem ieiunij de præcepto opus laboriosum suscipitur, & defatigatio, atque impotentia acquiritur, nondum adest ieiunij præceptum; in ipso vero die ieiunij iam adest impotentia ad ieiunandum, quæ excusat à ieiunio. Demum huic sententiæ fauere videntur Suarez, Salas, & Sanchez locis *num. pracedenti* relatis, qui iisdem locis loquentes de obseruatione festorum docent quempiam licitè posse recedere à proprio domicilio, in quo dies est de præcepto festiua, in locum, vbi non est festiua, ad opera seruilia exercenda, eo quod præceptum diei festiui non prohibeat exitum à loco, in quo obligat, nec extra illum liget; cum forenses non obligentur legibus proprij domicilij, vt latè tradunt Suarez *d. cap.13.* Sanchez *d. cap.12.* & *d. disput. 18. à num. 18.* quod etiam ego ipse docui in allegato tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect. 4. dicto casu 18. num.39.* Hæc sententia vt primum innotuit, sicut nonnullis parum timoratæ conscientiæ in quadam Tusciæ Ciuitate, in qua tunc temporis morabar, placuit, qui inde indulgendæ gulæ, ventrique in diebus ieiuniorum quadragesimæ occasionem sumpserunt; ita multum displicuit aliis piis, & religiosis viris, sed nec mihi tunc placuit, nec etiam modo eam approbo, sed à vero aberrare puto motus sequentibus. 2.

Imprimis igitur hanc opinionem illius oppositum docentes expressè damnant omnes alij Theologi, & summistæ tam antiqui, quam recentiores, quos ego videre potui. S.Thomas 2.2. *quast. 147 art.4. in responsione ad 2.* & *ibi* Caietanus, D. Antoninus *2. p. sum. tit. 6. cap.2. §.6.* Syluester *verbo* ieiunium *quast 9.* & apud eum Paludanus, Tabiena *eod. num.19* Angelus *eodem num.18.* Nauarrus *in man. cap.21. num.18.* Grassius *p.1. decis. aur. lib.2. cap.27. num.51.* Cosmus Philiarcus *p.1. de offic. sacerdot. lib.3. cap.25.* Angles *in flor. p.4. quast.6. de ieiunio dub 6.* Emanuel Rodriq. *1. p. summ. cap.23. n 6.* Toletus *in summ. lib 6. cap.4. num.6.* Abulensis *in cap. 6. Matth. quast.141. & 143.* Azorius *p.1. instruct. lib.7. cap.17. q.9.* citans Rosellam *verbo* ieiunium *num 21.* Lessius *de iustitia & iure lib.4. cap.2. dub.6. num.44.* Salas 1.2. *quast.71. tract.13. disput.2. sect.9. num.118.* Fagundez *de quinque pracept. Eccles. pracept.4. lib.1. cap.8. num.17.* Filliuccius *tom.2. tract.27. cap.6. num 123.* Layman *lib.4. tract.8. c.3. num.5.* versic. *His quedam.* Sanchez *lib.5. consil. mor. c.1. dub.7. num.11. 12. & 15.* Villalobos *p.1. sum. tract. 23. diff 4. num.11.* Ægidius Turllench in decalogum *tom.1. lib.3. cap.2. dub.7. num.10.* Fernandez in medulla *p.2. c.8. num.2.* Homobonus *de exam. p.2. tract 8. cap.7. quast.24.* & *tract.9. cap.4. quast.74.* Ortiz, & Ioannes Crux relati à Diana, & alij communiter ab eisdem relati. Qui omnes 3.

asserunt

asseruut eum, qui in die ieiunij, eoue instante absque vlla honesta causa, sed merè voluntariè, & sua culpa ob laborem susceptum agendo iter, vel ludendo pila, vel venando, vel insequendo amicam ita defatigatus est, vt ieiunium seruare nequeat; & prævidit, quod ex tali labore omninò voluntariè, vel ob malum finem suscepto secutura erat impotentia ad ieiunandum eo die, peccare contra præceptum ieiunij, si non eo tempore, quo supposita iam impotentia, & necessitate frangit ieiunium (quo tamen tempore etiam multi ex præallegatis Doctoribus tenent eum peccare contra præceptum ieiunij ob malam voluntatem præcedentem; licèt contrarium sit verius, imò certum videatur, vt notat Sanchez *d. num.* 12. quia supposita illa necessitate non tenetur ieiunare, & consequenter excusatur) saltem quando dat antecedenter iniustam causam impotentiæ, seu necessitatis plurium refectionum, & fractionis ieiunij.

4. Eandem opinionem damnant Bartholomæus Medina in instructorio *cap.* 15. §. 10. versic. *a questo capo si riduceno*, Petrus Ledesma *in summ. tom.* 2. *tract.* 27. *concl.* 6. *cap.* 2. *dist.* 5. & Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 1. Bonacina de legibus *disput.* 2. *de peccatis quæst.* 8. *p.* 1. *num.* 15. qui etsi doceant eos, qui instante ieiunio de præcepto, imò etiam eodem die ieiunij defatigantur laboriosa venatione, vel ludo pilæ, vel insecutione amicæ prævidentes se post defatigationem euasuros impotentes ad ieiunandum, & omissuros ieiunium de præcepto, non peccare contra præceptum ieiunij, eo quia, inquit Bonacina, præceptum ieiunij non obligat ad conseruandam sanitatem, aut ad abstinendum à venatione, ludo, itinere, fornicatione, & consequenter hæc videtur causa per accidens fractionis ieiunij; tamen id expressè limitant, nisi quis defatigetur in fraudem, & intentione violandi præceptum ieiunij; nam tunc inquiunt, non excusatur à violatione præcepti de ieiunando. Et idem videtur docere Henriquez (quem *pro sua* opinione citat Ioannes Sancius) *lib.* 9. *summ. cap.* 25. *num.* 11. in Glossa *lit. O, P*, dicens eum, qui nimium, aut noxium cibum edit prævidens ob morbum inde contrahendum se omissurum Missam, ieiunium, & horas Canonicas non peccare contra præceptum audiendi Missam, vel recitandi horas Canonicas nisi fecerit in fraudem præcepti ex intentione illud violandi: Eandem opinionem Trulleneh de præceptis decalogi *lib.* 5. *cap.* 2. *dub* 3. *n.* 11. & Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 1. *puncto* 21. *n.* 3. versic. *ego vero*: Leandrus Discalceatus de præceptis Ecclesiæ *tract.* 5. *disput.* 8. *quæst.* 132. & latissimè *quæst.* 158. reiicium: licet idem etiam Discalceatus *d. disput.* 8. *q.* 154. *&* 155. teneat in die ieiunij posse assumi laborem incompatibilem cum ieiunio si non fiat in fraudem ieiunij, seu cum intentione non seruandi ieiunium: Itaque opinioni supradictæ negatiuæ contrarium tradenti auctoritas Doctorum vniuersaliter opponitur.

5. Imò vt ex dicendis apparebit contradicunt iidemmet auctores, qui pro eadem negatiua sententia confirmanda citantur, & præsertim in terminis Sanchez *vbi suprà*, & etiam Salas *d. tract.* 13. *sect.* 9. *num.* 118. vbi opinionem Medinæ magis tolerabilem, quam sit prædicta sententia negatiua, acriter reprehendit, dicens esse ab omnibus reprobatam his verbis. *Deterius autem est, quod dicit Medina* in summa in explicatione 3. præcepti §. 10. fol. 101. *non peccare contra præceptum ieiunij eum, qui iter facit, vt inuisat concubinam, seu amicam, vel laborat in venatione, vel in ludo pila præuidens inde fore vt in die illo non possit ieiunare. Hoc enim* (subdit Salas) *falsum est, & ab omnibus reprobatum, quia impedimenta proxima, & facilia vitatu, qualia sunt illa, vitanda sunt: sicut non tenetur quis non se ingurgitare, nec inebriare, vt possit Sacrum audire.*

6. Hinc deueniendo ad rationes prætereа (omissa ratione Sanchez *d. dub.* 7. *num.* 15. dicentis eo casu, quo quis iniustè se inhabilitat ad ieiunium præuidendo inhabilitatem, non esse iustum, vt propter talem laborem iniustè susceptum ab illo excusetur, etiamsi non in fraudem ieiunij assumatur) probo minus veram esse oppositam sententiam negatiuam, nec non opinionem Medinæ, P. Ledesmæ, & Bonacinæ *num.* 4. relatam; etenim qui opponit, & dat irrationabiliter causam saltem proximam omissionis alicuius præcepti affirmatiui, quod aliàs obligat ad sui obseruantiam præuidens, vel præuidere debens ex appositione talis causæ, seu impedimenti proximi sequuturam omissionem talis præcepti, peccat contra huiusmodi præceptum, quod peccatum habet malitiam omissionis, vt docent S. Thomas 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 5. ibidem omnes eius Discipuli, etiam Medina *in secunda conclusione secundi dubij* sibimet (vt notauit Emanuel Roderiq. *loco citato* contrarius, Vasquez 1. 2. *disput.* 93. Salas *d. tract.* 13. *disput.* 13. Paulus Layman *lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *& seqq.* & *tract.* 3. *capit.* 4. & *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. Sanchez *lib.* 1. *summ. cap.* 15. *num.* 4. *cap.* 16. *num.* 37. *& seqq.* & *cap.* 17. *num.* 21. & *lib.* 9. *de matrim. disp.* 45. *ferè per totam*, sed præcipuè *num.* 33. *in responsione ad octauum*. Castrus Palaus *d. p.* 21. Emanuel Rodriq. *d. cap.* 23. *num.* 6. Henriquez *loco citato*. Bonacina item sibi contrarius *de legibus disput.* 2. *quæst.* 4. *p.* 4. *num.* 5. & Cæteri Doctores apud præallegatos. Qui dant exempla primo in eo, qui in die festiuo se inebriat, vel dat somno, venationi, aut studio præuidens, se omissurum sacrum, quem aiunt peccare peccato omissionis contra præceptum audiendi Missam, contra quod præceptum diei festi, & ieiunij peccare etiam eum, qui festa, & ieiunia in hebdomade occurrentia non obseruat ex eo, quod die Dominica præcedenti noluit interesse Missæ, in qua Parochus festa, & ieiunia indicare consueuit, nec rogare eos, qui interfuerunt, præuidens, vel præuidere debens, quod ob ignorantiā huiusmodi culpabilem esset transgressurus talia præcepta. Secundo exemplificant in Sacerdote, & beneficiato, qui proiicit in mare Breuiarium præuidens inde se futurum impotentem ad recitandum Diuinum officium, & illud omissurū, quem aiunt peccare contra præceptum recitandi horas Canonicas; quod exemplum ponit etiam Henriquez *loco citato*. Demum declarant exemplo eius, qui voluntariè, & scienter reddit se proximè impotentem ad faciendam restitutionem, ad præstandam pœnitentiam in sacramento pœnitentiæ iniunctam, & ad implendum votum emissum; quem affirmant, dum dat eiusmodi causam omissionis proximam, peccare contra præceptum restituendi, & pœnitentiæ, & contra votum. Nam qui apponit causam omissionis præcepti præuidens illam secuturam, illam vult, & intendit saltem indirectè, & consequenter peccat contra illud præceptum; igitur ad rem nostram. At qui in die ieiunij de præcepto, vel pridie proximè antecedenti merè voluntariè, & absque vlla rationabili causa laborat in venatione, vel ludo pilæ, vel facit iter longum, vt insequatur amicam præuidens inde fore, vt non queat ieiunare, & fracturus ieiunium, dat causam proximam omissionis ieiunij, seu apponit proximum impedimentum ad implendum ieiunij præceptum; ergo peccat contra ieiunij præceptum; sicut peccat contra præceptum audiendi Missam, qui in die festiuo se inebriat, vel dat somno præuidens inde se omissurum Missam, & sacerdos peccat contra præceptum recitandi horas, dum proiicit in mare Breuiarium præuidens eo die proiectionis, vel aliquot diebus sequentibus se futurum impotentem ad Diuini officij recitationem, cum sit eadem omninò, & par ratio. Neque iuuat dicere præceptum ieiunij non obligare ad abstinendum ab itinere, à ludo, à venatione, à coitu. Nam verum est non obligare absolutè, at obligat, quatenus prædictæ actiones sunt proximum impedimentum ad obseruandum ieiunij præceptum. Quemadmodum etiam præceptum audiendi Missam non obligat absolutè ad abstinendum ab ebrietate, à somno, à studio, & præceptum recitandi Diuinum officium non obligat vt non proiiciatur Breuiarium (vt si quis illud totum

totum memoria teneat) obligant tamen quatenus sunt proxima impedimenta ad audiendam Missā in die festo, & ad recitandum Diuinum officium; si quidem quodlibet præceptum etiam tantum Ecclesiasticum prohibet virtualiter omnes actus, qui sunt causæ non rationabiles omittendi eiusdem præcepti obseruantiam iuxta omnium Theologorum doctrinam, vt tradunt Salas *d. tract. 13. disput. 2. sect. 6. num* 100 Sanchez *d. disp. 45. num. 33. in d. responsione ad octauum*, reliqui Doctores superiùs allegati, & alij citati à Sanchez *d. disp. 45. n. 11.* alioqui apertissima, & latissima pateret via ad transgredienda impunè, & absque culpa omnia præcepta diuina, naturalia, & humana. Quare etiam non iuuat dicere, quod die immediatè ante vigiliam cum ieiunio de præcepto, dum acquiritur defatigatio corporis, & impotentia ad ieiunandum, non obligat præceptum ieiunij, in die vero vigiliæ, quando obligat ieiunij præceptum, iam est impotentia, quæ à ieiunio excusat; non iuuat, inquam, quia licet præceptum ieiunij in die antecedente vigiliam non obliget, vt tunc ieiunium præstetur, obligat tamen ad euitandos actus, quibus quis proximè impeditur, fitque impotens obseruare ieiunij præceptum: sicut si hodie iam recitaui officium, præceptum horarum Canonicarum hodie non me obligat ad recitationem, obligat tamen ad non proijciendum Breuiarium in mare, si inde efficior impotens ad cras recitandum Diuinum officium.

7. Dixi autem, *qui apponit causam proximam omissionis, seu proximum impedimentum:* Nam probabile est, (quamuis non desint, qui etiam quoad hoc contrarium sentiant) præcepta positiua, & humana Ecclesiastica non semper obligare ad tollenda, seu euitanda impedimenta remota, & quæ à longè impediunt præcepti obseruantiam, & consequenter omissiones eorum, quæ quis tenetur facere iure positiuo, non semper imputari in causa valdè remota.

8. Vt si quis voluntariè incidit in morbum præuidens fore, vt diu recitare non possit Diuinum officium, Missam audire in diebus festis, & ieiunare in diebus de præcepto, quæ occurrent, non peccat ratione eiusmodi euentus contra præceptum recitandi horas Canonicas, vel audiendi Missam, aut ieiunij, & si quis incurrat excommunicationem præuidens se futurum impotentem ad audiendum sacrum, vel cum sit excommunicatus negligit obtinere absolutionem ab excommunicatione, ob quam est impotens ad audiendam Missam; hic peccat quidem alio peccati genere incurrendo excommunicationem, & negligendo absolutionem, sed non peccat specialiter contra præceptum audiendi Missam in die festiuo, ita docent Suarez *tom. 3. in 3. parte disp. 88. sect. 6.* versic. *prima ergo excusatio* Zummel *in 1. 2. q. 71. disput. 5.* post solutionem tertij argumenti contra quintam conclusionem. *ibidem* Salas *dict. tract. 13. disput. 2. sect. 9. num* 117. Palaus *d. puncto* 21. & alij viri docti, quos tacitis nominibus allegant Suarez & Salas, & hoc idem tantùm puto asseri ab Henriquez *d. cap. 15. num. 11.* in Glossa *lit. O. P.* loquitur enim de omissione recitationis Diuini officij, & ieiunij præuisa in appositione causæ remotæ: In hunc etiam sensum intelligendus est Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. d. dub. 7. num. 14.* vbi cum Medina *t. 2. quæst. 77. art. 7.* dicit quod quando quis non intendit se facere impotentem ad ieiunandum in die ieiunij, nec ea intentione comedit res nociuas saluti, licèt præuideat se infirmaturum, & sic esurum carnes, non peccabit contra præceptum non edendi carnes; sed contra aliud conseruandi salutem; quia licet quis teneatur seruare præcepta Ecclesiæ, at non tenetur se conseruare robustum, & fortem ad seruandum ea, hæc Sanchez *ibidem*; qui omninò intelligi debet de faciente se impotentem ad ieiunandum in die de præcepto per appositionem causæ remotæ, in qua præuisa sit impotentia, sed non intenta in fraudem ieiunij, alioqui sibi ipsi *in eodem dubio septimo* manifestè contradiceret. Ratio autem, cur præcepta humana Ecclesiastica non semper obligent ad euitanda impedimenta remota ex præallegatis Doctoribus est; quia durum videtur cum tanto rigore præceptum audiendi Missam, recitandi Diuinum officium, & ieiunandi obligare, vt ob sui obseruantiam teneatur homo tollere, vel præcauere illa omnia, quæ etiam remotè, & à longè, ac valdè per accidens possunt impedire eius executionem; solum ergo obligat ad præcauenda ea, quæ vel proximè, vel eodem quasi tempore, in quo præceptum obligat, possunt executionem impedire, vt in die festo se inebriare, dare se somno vel studio cum præuisione omissionis Missæ; vel omninò voluntariè in die ieiunij de præcepto; aut eo iam instante superfluo labore itineris, ludi, venationis, aut vsu veneris reddere impotentem ad ieiunandum illo die; vel tollunt media per se ordinata, & facilia in ordine ad talem executionem; vt non carere sufficienti notitia festorum, & ieiuniorum per hebdomadam occurrentium in ordine ad audiendam Missam, abstinendum ab operibus mechanicis, & pluribus refectionibus, & esu carnium, & similiter in ordine ad recitandum Diuinum officium.

Limitant nihilominus præallegati Doctores, vt præceptum humanum non obliget ad præcauenda remota impedimenta v. g. infirmitates, quando præcepti executio non est valdè necessaria sibi, vel aliis, vt est auditio Missæ, recitatio Diuini officij, & ieiunium; quæ non sunt admodum necessaria; secus vero quando executio præcepti est valdè necessaria, nam tunc dicunt existimandum esse præceptum obligare ad tollenda, vel præcauenda impedimenta etiam remota, maximè si non sint valdè difficilia; vt quia per præceptum annuæ confessionis purgatur anima à peccatis, quod est quid homini valdè necessarium, tenetur Christianus præcauere, & tollere impedimenta etiam remota; vt si sit excommunicatus procurare absolutionem ab excommunicatione vt possit illud præceptum implere, vt docet Suarez *loco citato*. 9.

Et quia ministrari Sacramenta Parochianis, & Missas coram illis celebrari, est ipsis valdè necessarium, si præuideat Parochus Parochianos carituros Sacramentis & Missis, in longam infirmitatem voluntariè incideret, carentia illa imputaretur ei ad culpam, saltem quando causam dedit. 10.

Item, inquit Salas *d. num.* 117. quia valdè expediens est vniuersitati, vt iudex, vel Gubernator suum munus exerceat, defectus officij præuisi in voluntaria infirmitate ei imputabitur, quamuis sint remoti, quod est conforme doctrinæ S. Thomæ 1. 2. *quæst. 77. d. art. 7. in responsione ad* 3. vbi docet voluntariam infirmitatem non excusare à peccato, & consequenter vult S. Thomas saltem aliquas omissiones, vel euentus imputari ad peccatum, si infirmitas sit voluntaria. 11.

Dixi quoque, *Qui in die ieiunij de præcepto, eóue iam instante merè voluntariè, & absque vlla causa honesta, & rationabili suscipit iter longum, & laboriosum, laborat in venatione, &c.* Nam si quis ex rationabili, & honesta causa v. g. deuotionis ob notabilem vtilitatem spiritualem in die ieiunij suscipit peregrinationem, quæ non potest commodè differri, quamque vnà cum ieiunio perficere non possit, excusatur à ieiunio, & ab omni culpa; ita omnes Doctores etiam *num.* 3. allegati: Qui tamen aiunt malè facere, & peccare eum, qui peregrinationem, quam commodè differre poterat potius in die ieiunij, vel instante ieiunio, quàm alio tempore suscipit, præsertim si id faciat, vt ieiunio non teneatur. 12.

Similiter si in die ieiunij quis ob honestam recreationem dat operam ludo, vel venationi non ex intentione, vt soluat ieiunium, præuidens tamen ex defatigatione se euasurum impotentem ad ieiunandum, posset excusari à ieiunio, & à transgressione præcepti ieiunij in causa, eo quòd præceptum ieiunij non videatur ita strictè obligare, 13.

obligare, vt quis abstineat etiam ab honesta recreatione iuxta illius statum. ita præallegati Doctores præsertim Sanchez *dict. dub.7. num.* 18. vbi ait, Magnates, & Equites, qui in diebus ieiunij, vt in quadragesima, vel extra assumunt aliquem laborem incompatibilem cum ieiunio recreationis gratia v. g. ludunt pila, eunt ad venandum per totum diem recreationis, vel exercitij gratia, vel ob recreationem, vel quia rogantur ab amicis exercent se in ludo hastatum, propter quod non possunt ieiunare, non peccant, si id faciant semel, vel iterum, & non in fraudem ieiunij assumendo talem laborem, licet prævideant quod non possint ieiunare; quod si frequenter id facerent, aut eos tunc non excusari; sed peccare contra legem ieiunij, quia hæc interpretatio, & æquitas videtur deduci ex iure naturali, & ex intentione legislatoris; ipsa enim æquitas naturalis videtur dictare, quod non sit intentio legislatoris prohibere hæc exercitia honesta, & licita propter ieiunium, & eadem dictat non fuisse intentionem excusare hos, si frequenter faciant, quæ omnia approbat etiam Turllench *d. dub.7. num.* 10. In his igitur, & similibus casibus iusta de causa susceptis etiam in ipso die ieiunij opus laboriosum, quod vna cum ieiunio perficere non possit, nullo modo peccabit contra ieiunij præceptum; secus vbi voluntarie omninò id facit, vel facit ea intentione, vt ea die ieiunare non possit, & consequenter non teneatur, nam tunc semper in omni casu peccat in causa contra præceptum ieiunij ob prauum affectum ad peccatum, vt docent authores etiam citati *n.* 4.

14. Quare præterea impugno præfatam negatiuam, quatenus ait instante ieiunio, aut in die ieiunij dantem mete voluntariè operam ludo, venationi; imò, quod peius est, & nimiu coitui in fraudem ieiunij ea intentione, vt effectus impotens non ieiunet, non peccare vllo modo contra præceptum ieiunij, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunij cum illa expressa intentione, vt postea non ieiunet; cuius oppositum tanquam certissimum, & indubitatum docent omnes Doctores *num.*3. & 4. citati. Nam qui vult, & apponit causam, ex qua necessario sequitur omissio præcepti, seu euentus à præcepto prohibitus, ea intentione, vt talis omissio, seu euentus sequatur, non solum peccat contra tale præceptum; Sed etiam directè peccat, quia directa intentione tendit contra præceptum & ex hac intentione applicat causam tanquam medium vt eiusdem præcepti violatio sequatur; vt tradunt S. Thomas 1.2. *d quæst.*71. *artic.*5. & *ibidem* Theologi Quod est verum, tametsi causa ex illa intentione prius apposita, ex qua sequitur euentus à præcepto prohibitus, aliàs præcisa, seu seclusa tali intentione potuisset absque culpa apponi cum præuisione sequuturi euentus, quia in tali casu malitiæ non oritur ex præcisa appositione causæ, sed ex mala intentione ex prauo affectu erga præceptum.

15. Hoc pacto Confessarius licet ex actu confessionis præuideat sequuturam pollutionem, vacat culpa, si præter eius intentionem eius pollutio sequatur, secus si sit ab eo prius intenta, & audiat confessionem in eum finem, vt sibi pollutio eueniat; vt rectè docet Sanchez *lib.*9. *de matr. disput.* 45. *num.*4. & *seqq.* & tradunt omnes Doctores, quos idem Sanchez, & alij *infrà* citati referunt, & tradidi ego quoque *in tom.*1. *horum moral. var. tit.*1. §. 59.

16. Similiter ex eodem Sanchez *d. disput.*45. *num.*16. 17. & 18. quamuis pollutio præuisa in ebrietate, vel nimia comestione, vel in comestione talis cibi, vel ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, non habeat specialem malitiam, pollutionis contra castitatem, si non sit intenta, quod & ego tradidi *d.* §. 59. habet autem, si fuerit intenta, & ad eum finem, vt pollutio ex impulsu naturæ sibi contingeret, tales causas adhibuisset. Quod in terminis loquentes de pollutione prouueniente ex solo impulsu naturæ docent Nauarrus *in man. cap.*16. *num.*6. Suarez *tom.*3. *in* 3.*p. quæst.* 3. *art.*7. & *in comm. paulò post initium.* Vasquez *in* 1. 2. *disput.*115.*n.*9. & *ibidem* Salas *quæst.*6. *tract.*3. *disput.*1. *sect.*13.*num.*170. & 171. Quare eadem ratione dato, & non concesso, quod omissio ieiunij præuisa in ludo pilæ, venatione, nimia commixtione cum meretrice non habeat in causa malitiam omissionis præcepti ieiunij, quando non esset intenta; habebit tamen, si fuerit intenta, & ad finem non ieiunandi quis ludat, &c. Neque iuuat ille euasio, scilicet, quod ludere pila ea intentione, vt non ieiunet, non sit intendere, & desiderare frangere ieiunij præceptum, sed solùm fuga quædam obligationis, & desiderium habendi impotentiam ad ieiunandum, vt excusetur à ieiunio; quod est solum optare excusationem præcepti ieiunij. Nam contre eiusmodi euasionem (quæ desumpta est ex Suarez, Sanchez, & Salas locis *superius num.*1. allegatis; sed non rectè applicatur casui, de quo est præsens controuersia) quia si huiusmodi euasio in præsenti casu sufficeret ad excusandum à culpa omissionis ieiunij, inde sequeretur manifestè, quod sacerdos proiiciens in mare Breuiarium ea intentione, vt factus impotens non recitaret Diuinum officium, non diceretur intendere, & desiderare frangere præceptum recitandi horas Canonicas, sed solum fugere obligationem, & quærere statum, in quo excusaretur à recitatione Diuini officij, quod est contra omnes Doctores; est enim simillima ratio. Et simili modo se ingurgitans in die festo, vt se reddat impotentem ad audiendam Missam, ea intentione, vt non audiret, vel audiens confessiones, aut nimium comedens, vel tali situ dormiens, vt eueniat sibi pollutio, quam vitare tunc non sit in sua potestate; vel reddens se impotentem ad faciendam restitutionem rei furto ablatæ, vt non restituat, posset omninò excusari à peccato contre præceptum audiendi Missam, castitatis, & restituendi, cum nulla diuersitatis ratio appareat. Item admissa illa euasione reddens se impotentem ipso die ieiunij ea intentione vt non teneatur ieiunare, non peccaret contra ieiunij præceptum, quod tamen non videntur admittere Auctores sententiæ negatiuæ *num.*1. relati.

Quare malè (vt dicebam) præsenti casui applicatur doctrina Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *cap.*13. *num.*6. Sanchez *lib.*1. *summ. cap.*12. *num.*13. *lib.*3. *de matrim. disput.* 18. *num.*21. & Lessij *lib* 4. *cap.*2. *num.*35. Docent enim eum, qui in die festo proprij domicilij proficiscitur ad alium locum, vbi festum non obligat animo, & gratie vitandi seruilia, non peccare contra præceptum festi; eo quod non sit propriè fraus, & intentio non seruandi præceptum festi, sed quædam obligationis præcepti fuga; quæ non aduersatur præcepto exitum à loco non interdicenti, sed solùm obliganti, vt non violetur, dum non receditur ab eo loco, vbi obligat; & est ex se indifferens, ac proinde bona, vel mala ex fine adiuncto. Hæc enim doctrina (licèt aliis, vt Rebello *de oblig. iust. p.*2. *lib.*1. *quæst.*7. *sect.*3. *num.*16. & Sayto *in Claui lib.*7. *cap.*4. *num.* 12. non probetur) tamen est valdè probabilis (& eam sum secutus *in tract. de contr. matr. cap.* 1.) quia in tali casu transferens se ad alium locum, vt seruitia exerceat, vult quidem, & intendit facere id, quod præcepto festi prohibetur; sed non quando, & vbi præceptum festi obligat; sed vbi, & quando præceptum cessat omninò obligare per se, & per accidens ob non subiectionem eidem præcepto, quod non obligat extre limites talis loci. At qui in die ieiunij, vel proximè antecedenti ludo pilæ, vel venatione voluntariè se reddit impotentem ad non ieiunandum vt non ieiunet, fugit ieiunium, & non vult ieiunare vbi, & quando præceptum ieiunij per se obligat, & illi est subiectus, licet per accidens supposita impotentia ad ieiunandum, tunc is, qui mere voluntariè apposuit impedimentum, excusetur à ieionio, quamuis peccauerit contra eiusdem ieiunij præceptum, dum apposuit impedimentum ad finem non ieiunandi. Et ita omninò sentiunt iidem Suarez, Sanchez, & Lessius, cum dicant in die festo proficiscentem 17.

proficiscentem ad alium locum, vbi non est dies festus, vt ibi seruilia exerceat non agere contra id, quod præceptum festi iubet, eo quia præceptum festi iubet vt in tali loco non violetur.

18. Et vt clariùs pateat sensus dictorum Auctorum ponam responsionem, quam Sanchez, & Lessius *locis citatis* afferunt ad illam dubitationem, *An is, qui à loco, vbi obligat præceptum festi, vult proficisci ad alium locum, vbi non obligat gratia exercendi seruilia, teneatur audire Missam ante profectionem.* Aiebant enim Nauarrus, Ludouicus Lopez, & Emanuel relati à Sanchez *d. disp.* 18. *n.* 21. & *lib.* 9. *de matr. d. disp.* 45. & à Lessio *d. c.* 5. *n.* 55 teneri manè audire Sacrum ante profectionem, quia præceptum in loco vbi vim habet, ipsum deprehendit, & proinde cum proficiscitur, iam præcepto audiendi sacrum astrictus est. Confirmant, quia conscius impedimenti superuenturi, ne possit interesse Sacro in die festo, præceptúmue audiendi Missam implere, tenetur præuenire summo manè, quia iam præceptum obligare cœperat. Nihilominus Sanchez, & Lessius dicunt non teneri ad Sacrum, si intra tempus opportunum ad audiendum, scilicet, ante meridiem sit peruenturus ad locum, in quo id festum non obseruatur, nec obligat; quia in proprio domicilio vsque ad id tempus, & quam diu superest illa commoditas potest differre auditionem sacri, nec peccat contra præceptum non audiendo: quando vero peruenit ad alium locum, iam deobligatus omninò est ab eo præcepto: Et ad rationem à Nauarro, & aliis in contrarium adductam respondent non obstare; quia erat astrictus ea conditione, si intra tempus obligationis eò peruenturus non sit, vbi præceptum omninò cessat. Ad confirmationem pariter respondent non obstare, quia manente subiectione, & consequenter vi præcepti obligandi, impedimentum superueniens non tollit audiẽdi Sacrum obligationem; sed excusat omissionem; & ideo tenetur præcauere impedimentum, & præuenire; cum autem eò peruenturus est, in quo id festum non seruatur, nullo modo præceptum obligat, dum peruenit. Hæc Sanchez, & Lessius. Quibus manifestè apparet non rectè ad casum applicari præallegatam euasionem desumptam ex doctrina eorundem alij casui apta, scilicet, quando quis vult, & quærit non obseruare id, quod præceptum iubet, quando præceptum omninò, & omnibus modis desinit obligare, nullamque habet vim; secus quando retinendo suam vim cessaret obligare solum per accidens.

19. Qua propter ad dignoscendum, an quis peccet contra præceptum, dum vult, & quærit non obseruare id, quod iubet præceptum, & ad id adhibet medium, inseruit hæc distinctio. Nam si quis vult, & intendit non obseruare vbi, & quando præceptum cessat omninò, & prorsus desinit obligare vel ob subtractionem materiæ præcepti (vt cum quis, ex præcepto pœnitentiæ Sacramentalis tenetur ieiunare per annum qualibet feria sexta, & vt non ieiunet, lucratur indulgentiam plenariam, & iubilæum, qua obtenta cessat omnino obligatio faciendi pœnitentias satisfactiuas in confessione impositas, vt docui *in tractatu de triplici iubil. priuileg. sect.* 1. *casu* 19. *num.* 24. & 42. cum pluribus aliis Doctoribus, quia aufertur materia dicti præcepti, nẽpè reatus pœnæ) vel ob non subiectionem personæ (vt cum quis existens in loco, vbi obligat festum, vel ieiunium, se transfert ad locum, vbi festum, aut ieiunium non obseruatur, vt non ieiunet, vel seruilia exerceat, & consequenter omninò deobligatur à præcepto) tunc est fuga, quæ ex se non est mala, neque contra illud præceptum; si vero vult, & intendit non obseruare id, quod præceptum, quando adhuc durat vis præcepti manente eadem materia, & eadem subiectione, & ad hunc finem, vt non obseruet, adhibet media, seu impedimenta; licet impedimenta excusent omissionem ad illam consequentem, vt tunc non imputetur ad culpam; nihilominus cum apponuntur, peccatur contra præceptum, quia illa impedimenta non tollunt obligationem præcepti, sed tantum excusant omis-

sionem; vt dicebat Sanchez *d. n.* 11. & ex his apertè constat parum verosimilem esse contrariam opinionem negatiuam, & remanent etiam illius fundamenta resoluta.

20. Nam ad primam rationem respondetur præceptum ieiunij absolutè non tollere ius ludendi pilà, &c. sed tamen coarctat, quatenus ludus est proximum impedimentum seruandi ieiunium, vt dictum est *n.* 6. & licet etiam non obliget ad ieiunium pridiè ante Vigiliam, tamen obligat ad cuitanda proxima impedimenta illud in die vigiliæ seruandi, & ita obligat, vt in die antecedenti vigiliam non exerceat actus, quibus proximè redditur impotens ad præceptum implendum, vt *eodem n.* 6. declaratum est.

Ad secundam rationem, seu potius euasionem respondeo constare ex dictis superiùs *à n.* 16 esse propriè fraudẽ, & fugam inducentem peccatum contra præceptũ ieiunij.

Ad authoritates Suarez, & aliorum dico prædictos auctores non rectè pro eadem negatiua allegari, nec ei fauere; sed eos omninò contrariũ docere, vt ex toto præcedenti discursu, & præsertim *ex n.* 5. 17. & *seqq.* apparet.

Non desinam etiam aduertere Layman loco *superius n.* 3. citato intelligere Paludanum, & Medinam locis *n.* 4. relatis, vt solum velint eos qui non necessaria corporis defatigatione assumpta in die ieiunij, vel eo instante præuidentes se inde euasuros impotentes ad obseruandũ ieiunium id non facientes animo non implendi præceptum, excusari à peccato, si de facto non ieiunent, cum iam sufficiens causa excusationis adsit; non vero vt non peccet in apponenda causa impotentiæ.

21. Aduertit etiam Sanchez *lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *d. dub.* 7. *n.* 16. (& sequitur Turllench *lib.* 3. *c.* 2. *dub.* 7. *n.* 10.) quod is, qui non in fraudem ieiunij, sed bona fide assumit aliquem laborem honestũ, licèt id non ex officio, nec labor sit necessarius, & licèt præuideat, quod assumpto tali labore non poterit postea ieiunare, non peccat assumendo talem laborem incompatibilem cum ieiunio, nec tenebitur postea ieiunare v. g. paterfamilias (inquit) habet Messores, vel putatores, vult pedestris eos inuisere in die ieiunij, licet sciat fore, vt non possit ieiunare; non peccat, licèt ipse non sit ibi necessarius; quia v. g. habet œconomum sollicitum, & hoc erit ei licitum, non tantùm semel, aut iterum, sed quoties voluerit modo bona fide faciat, & non in ieiunij fraudẽ: probat Sanchez hac ratione, quod in toto iure non est præceptum, vt abstineat quis à iustis, & honestis laboribus vt seruet ieiunium, & ait ita sentire Victoriam, & alios iuniores; Addit etiam quod licet hic habeat equum, si ex aliqua causa rationabili vult ire pedestris, vel quia est impeditus equus, excusabitur, sicque ait sensisse eosdẽ recentiores, & idem ait Sanchez *n.* 17. (& approbat Turllench eadem ratione de itinerante ex alia causa honesta, licèt non necessaria; vt si scholasticus vult in die recreationis solitæ ieiunij, vel in hebdomada Sancta, vel in vigilia alicuius Sancti ire ad visendum patrem, vel parentes, vel ad sumendam recreationem ibi, ne aliis diebus absit à scholis, licet videat quod non poterit ieiunare, si faciat illud iter, non peccabit;) additque Sanchez ita existimasse eosdem recẽtiores; & licèt communis sententia Doctorum qui *n.* 4. relati sunt, videatur velle solum laborem aliquo modo necessarium, & vtilem temporaliter, vel spiritualiter, vel ex causa honestæ recreationis assumptum excusare à violatione præcepti ieiunij.

22. Nihilominus non displicet prædicta doctrina Sanchez tum ob honestatem causæ laboris, tum quia censetur iusta recreatio; & potest confirmari per doctrinam, quam tradunt D. Antoninus *p.* 2. *tit.* 6. *cap.* 2. §. 10. Syluester *verbo* ieiunium *q.* 8. Caietanus *in summ.* verbo eodem §. *quoad tertium*, & 2. 2. *q.* 147. *art.* 3. Nauarrus *in man. c.* 21. *n.* 10. Toletus *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 9. Valentia *tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 2. *p.* 5. idem Sanchez *d. c.* 1. *dub.* 6. *n.* 1. Lessius *de iustit. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 34. Reginaldus *lib.* 4. *n.* 221. Paulus Layman *Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 6. & Villallobos *p.* 2. *tract.* 23. *diff.* 2. *num.* 2. & alij recentiores communiter. nempè, quòd si quis bona fide, & sine fraude existimet sibi esse iustam

causam non ieiunandi, licet à parte rei nulla ex causis infra explicandis excusantibus à ieiunio adsit, & idcirco eadem bona fide durante non ieiunet, vel in serotina refectiuncula contra consuetam quantitatem excedat, aliàs non fracturus ieiunium, nisi crederet se excusari non peccat saltem mortiferè. Sicut enim circumstantia ignorantiæ, modo non sit crassa, vel supina, ita bona fides minuit culpæ grauitatem, vt non sit mortalis: Syluester *verbo inobedientia* dicit non peccare, quia non est transgressor præcepti, quia non per se agit contra præceptum, nec per accidens. Layman confirmat, quia moralia præcepta moraliter interpretari conuenit; neque Ecclesiæ intentio est, graue aliquod iugum conscientiis fidelium iniicere. Quare idem Layman post Caietanum aduertit, vt Confessarij non nimis vrgeant pœnitentes suos, si rationem aliquam, quæ ipsis probabilis, & iusta apparet, afferant, cur in quadragesima tantum bis, vel ter ieiunent; ne fortè si ipsis contradicant, vel nunquam omninò ieiunent, vel ob conscientiam grauius peccent, qui alioquin sine omni culpa, vel saltem sine mortali fuissent. Quod si propriè dubitaret, an causa sit iusta, dicit Lessius, quod in hoc dubio tenetur veritatem inquirere, & dubio perseuerante debet seruare ieiunium, nisi petat à superiore potestatem habente dispensationem; quia in dubio tenetur legem seruare; cum illa sit veluti in possessione libertatis subditi; vt constat ex traditis de conscientia dubia in primo Tomo horum moralium *tit. 1. num.* 1220. *& seqq.* Verùm pro vberiore explicatione, & cognitione multorum, quæ in præcedentibus tradita sunt, declaremus quænam sint iustæ causæ à ieiunio Ecclesiastico excusantes: sit igitur

SVMMARIVM §. II.

Minores viginti & vno annis completis non obligantur præcepto Ecclesiastico ieiunij, etiamsi sint robustiores. n. 23.

Neque etiam statutis synodalibus præcipientibus aliquod ieiunium, nec votiuis ieiuniis alicuius Ciuitatis. ibidem. licet conueniens sit, vt ieiuniis assuescant. ibidem.

Minores viginti & vno annis, & pueri compotes vsus rationis in diebus ieiuniorum quadragesimæ, & aliorum ieiuniorum, & in diebus Veneris, & Sabbathi tenentur abstinere à carnibus, & aliis cibis in quadragesima prohibitis. num. 24. & quid si sint compotes vsus rationis ante septennium. n. 25. & quid in dubio an sint compotes vsus rationis. ibidem.

Pueri tam mares, quam fœminæ vsu rationis compotes etiam ante septennium ligantur præceptis Ecclesiæ. num. 24. & 25.

Pueris vsum rationis habentibus præbentes carnes, vel alios cibos vetitos in diebus ieiuniorum, aut Veneris, vel Sabbathi peccant mortaliter, nisi aliud habeat patria consuetudo. num. 26.

Pueris nondum habentibus vsum rationis, perpetuo amentibus & etiam amentibus ad tempus, & infidelibus nullum est peccatum præbere carnes, & alios cibos vetitos in diebus ieiuniorum, & Veneris ac Sabbathi prohibitos; ebriis vero præbere non licet. n. 27.

Pueri ante vsum rationis non sunt capaces obligationis legalis. ibidem.

Minores 21. annis ieiunia pro lucro iubilei iniuncta tenentur obseruare ad illud lucrandum. num. 28.

Item tenentur seruare ieiunia, ad quæ obligantur ex voto proprio etiam ante annum decimum quartū emisso, vel ex pœnitentia in Sacramento Confessionis illis iniuncta. n. 29.

Item tenentur seruare ieiunia præcepta à regula ordinis, cuius sint Religiosi professi. n. 30. Et quid de senibus excusatis à ieiunio Ecclesiastico an teneantur seruare ieiunium regulæ. n. 44.

Possunt quoque iidem minores viginti & vno annis in maxima aliqua calamitate obligari ad ieiunium à Papa, vel aliis Prælatis. num. 31.

Iuuenis in dubio an expleuerit 21. non tenetur ieiunare. n. 32.

Quid de iuuene ieiuno explente annum 21. mane diei ieiunij. num. 33.

Explens 21. annum in medio quadragesimæ, tenetur ieiunare reliquam medietatem. n. 34.

Qui non potest ieiunare totam quadragesimam, & potest partem, ad id tenetur. ibidem.

Qui potest ieiunare in aliqua die certa quadragesimæ, ad id tenetur, licet non possit in alia. ibidem.

In dubio quot diebus quadragesimæ quis possit ieiunare, & an totam, vel saltem partem aliquam, quid faciendum. ibidem latè.

Senes masculi, & fœminæ, quos constat esse verè senes in quacunque ætate existant, eximuntur à lege ieiunij Ecclesiastici. n. 35. & 36.

Septuagenarij, & sexagenarij masculi an absolutè eximantur à lege ieiunij, an que sufficiat attingere annum sexagesimum, & quid in dubio, an polleant viribus ad ieiunandum n. 37. ad 41.

Fœmina quinquagenaria an sint exempta à lege ieiunij Ecclesiastici. n. 42. & 43.

Senes considerata tantum senectute non possunt comedere in die ieiunij cibos eo die prohibitos. n. 44.

A ieiunio Ecclesiastico excusantur infirmi, & valetudinarij, & qui; & an si sua culpa in infirmitatem inciderint, & an si ieiunium illis non noceret, sed potius prodesset. n. 45.

Excusantur tertianarij, & quartanarij, & qua ratione. n. 46.

An, & qua ratione excusentur, qui vacuo stomacho capitis dolorem, vel vertiginem patiuntur, vel nocte calefieri, vel dormire non possunt, & an hi teneantur sumere manè collatiunculam, cœnam ad noctem differendo. n. 47.

Excusatur à fractione ieiunij, qui in die ieiunij aliquid cibi capit, vt choleram reprimat, vel ne nimium debilitetur inedia. ibidem.

Excusantur à ieiunio, qui sunt valdè debilis stomachi. n. 48.

An excusentur habentes duos, vel tres fontes. ibidem.

Excusantur prægnantes, & lactantes siue suos, siue alienos filios, & quid si constaret prægnantem, vel lactantem esse adeo robustam, vt seruando ieiunium nullum sibi, nec proli immineret periculum nocumenti. n. 49.

Prægnantes cum periculo fœtus ieiunantes mortaliter peccant. ibidem.

Prægnans ad vincendas carnis tentationes vrgentes an possit, & debeat ieiunare cum periculo prolis. n. 50.

Ad vincendas carnis tentationes non est licitus concubitus inter virum & vxorem grauidam cum fœtus periculo. ibid.

Non tenemur euitare periculum labendi in peccatum existenti vrgentissima iusta causa. ibidem.

Prægnantes, & lactantes in diebus ieiuniorum an teneantur abstinere à carnibus, & aliis cibis in ieiunio quadragesimali prohibitis. n. 51.

Maior causa seu necessitas requiritur ad esum carnium in die ieiunij, aut ouorum, & lacticiniorum in quadragesima, quàm ad multiplicem refectionem. n. 52. & an, qui in die ieiunij haberet tantum panem, & nullam alium cibum nisi carnes possit illas edere n. 61. fine.

Vbi est euidens necessitas esus carnium non est opus dispensatione superioris, secus in dubio. ibidem.

Pauperes, & mendici an, & quando excusentur à ieiunio Ecclesiastico, & quid si aliquo die habent quantum sufficit ad vnam plenam refectionem. n. 53.

Quid de iter agentibus hora prandij non habentibus alimentum sufficiens. n. 54.

Quid de famulis non obtinentibus à dominis vnicum prandium sufficiens ad ieiunium. ibidem.

Quid de his, qui nec possunt parare, nec habent parantes necessaria ad ieiunium. n. 55.

Pauperes mendici habentes tantum panem, poma, & olera an teneantur ieiunare. n. 56.

An aliis cibis non suppetentibus possint vti cibis in diebus ieiuniorum prohibitis. n. 57. & 58.

Agricolæ,

§. II.

Quænam sint causæ excusantes à ieiunio de præcepto Ecclesiastico.

PRima causa est impotentia, seu imbecillitas.

Minores 21. annis completis excusantur à ieiunio Ecclesiastico.

Prima causa est impotentia, seu imbecillitas ratione ætatis, quare pueri, & puellæ excusantur à ieiunio, & licet nonnulli Doctores, quos referunt Sanchez *lib. 5. consil. moral. c. 1. dub. 2.* & Fagundez de quinque præceptis Eccl. *præcepto 4. lib. 1. c. 8. n. 2.* voluerint iuuenes præsertim robustiores teneri ad ieiunium Ecclesiasticum ante ætatem vigesimi primi anni, maximè si iam decimum sextum, vel decimum octauum annum expleuerint: Nihilominus communis Doctorum sententia, & Ecclesiæ consuetudine approbata affirmat à ieiunio de præcepto Ecclesiastico excusari iuniores iam masculum, quam fœminam ante vigesimum primum annum completum, vt notaui *in 2. tom. horum moralium tit. 2. n. 122.* & præter Auctores *ibidem* recitatos, ita docuerunt S. Thomas 2. 2. *q. 147. artic. 4* Caietanus *ibidem*, & *in summa* verbo *ieiunium*, Syluester, Tabiena, Rosella, Armilla *verbo eodem*, Sanchez *d. dub. 2. n. 4.* & *lib. 7. de matr. disp. 32. num. 17.* Lessius *de instit. lib. 4. cap. 2. n. 40.* Laymao *lib. 4. tract. 8. c. 3. n. 1.* Filliuccius *tom. 2. tract. 27. c. 6. num. 110. & 111.* Villallobos *p. 1. sum. tract. 23. diff. 4. n. 3.* Bonacina *de præcepto 1. Eccles. p. vltimo n. 6.* Turllench *in decalog. lib. 3. c. 2. dub. 6. n. 1.* & *dub. 7. n. 2.* Recentiores omnes, & alij quos Sanchez *loco citato* & Fagundez *de præceptis Eccles. præcepto 4. lib. 1. cap. 8. num. 2.* referunt. Ratio autem cur Ecclesia noluerit pueros, seu adolescentes tam mares quàm fœminas ante dictam ætatem 21. completi obligari ad ieiunia, cum tamen fideles teneantur aliis legibus Ecclesiæ per se loquendo postquam ad rationis vsum peruenerint, vt latè post alios tradit Sanchez *lib. 1. summ. cap. 12. num. 6. & seqq.* est, quia ante eam ætatem iuuenes sunt in statu augmenti, & abundant calore, 23.

ideóque frequentiore, & abundantiore alimento indigent, ac proinde illis nociuoin esset ieiunium, iuxta autem S. Thomam *loco cita.o* & alios Doctores communiter ea ætate minoribus consultum, & conueniens est, vt ieiuniorom tempore ad ieiunandiun se exerceant, & assuescant habita ratione ætatis, ac virium eorum, ita quod ea conuenientia plus debet ieiunare ille, qui est in decimoquarto anno, quam ille, qui est in duodecimo, & similiter plus debet, qui est in decimosexto, & magis robustus corpore, & sic de aliis Hinc infertur minores 21. aonis completis nón obligari statutis synodalibus præcipientibus aliquod ieiunium, nec votiuis ieiuniis alicuios ciuitatis, eo quia illa vincula non habent maiorem vim, quàm præceptum Ecclesiæ generale. ita Angles Flor. 1. *p. in materia de ieiunio* 96. *dub.* 3. Sanchez *d. dub* 2. *num.*7. Turllench *d. dub.*3. *num.*1. & alij recentiores *suprà* allegati.

24. Dixi autem *excusantur à ieiunio*, quia iidem minores 21. anois, etiam pueri compotes ratione, obligantur legibus ieiuniorum quoad abstinentiam à carnibus, & aliis cibis interdictis in die ieiunij de præcepto, licet non teneaotur seruare ieiunium semel tantum, & hora competenti comedendo. ita Azorius *p.* 1. *lib.*7. *cap.* 17. *quæst.*2. *fine*, Faguodez *d. cap.*8. *num* 8. Turllench *d. n.*1. & loquentes de ieiunio quadragesimæ pueros compotes rationis, etsi non tenentur ieiunare, teneri tamen abstinere à carnibus, ouis, & lacticiniis tradunt Syluester *verbo* ieiunium *num.*7. Caietanus 2. 2. *q.*147. *artic.*8. Graffius *decis. aur. p.*1. *lib.*1. *cap.*36. *nam.*45. Ledesma 2. 4. *q.*17. *art.*6. Fagundez *d. præcepto* 4. *lib.*1. *cap.*2. *num.*15. Villallobos *d. tract.* 23. *diff.* 8. *num.*7. Sanchez *d. lib.*1. *summ. cap.* 12. *num.* 6. *fine*, & Doctores communiter, quos idem Sanchea *ibidem* refert; & hoc pacto Azorius, & Fagundez intelligunt dictum Innocentij *in Rubrica de obseru. ieiun.* pueros, vbi primum suot rationis compotes statim legibus ieioniorum teneri, quoad hoc quod debent in diebus ieiuniorum abstinere à carnibus & reliquis cibis interdictis, ac proinde eosdem peccare edendo. Ratio autem, cur pueri dum ad vsum rationis perueniont (quod communiter septennio completo accidere solet, vt ostendi *tom.*2. *borum moral. tit.*2.) teneantur legibus Ecclesiæ excepta lege ieiunij, & Eucharistiæ sumendæ io Paschate, est (vt notat Sanchez *d. num.* 7.) quia iam sunt compotes obligatioois, vnde sicut lege oaturali obligantur, ita & Ecclesiastica, si sint baptizati; cum non constet de aliquo iure, aut aliqua generali consuetudine ilios excipiente: Cum autem in quadragesima præceptum ieiunij contineat duo diuersa scilicet vnicam refectionem, & abstinentiam à carnibus. ouis, & lacticiniis, ideo ea concessione plurium refectionum non potest fieri illatio ad esum carnium, & ouorom, ac lacticioiorum *l. Papinianus exul. ff. de minoribus.*

25. Limitat, seu declarat ioannes Sancios *in selectis disp.*51. *n.*31. *fine*, præfatam doctrinam, quod pueri rationis compotes obligentur legibus ieiuniorum quoad abstinentiam à carnibus, & aliis cibis, qui in diebus ieiunio dicatis interdicti snot, & aliis etiam legibus Ecclesiasticis, procedere in pueris, qui post septennium completum (in quo solet vsos rationis contingere) doli capaces suot, non vero in pueris infantibus, qui ante septennium sint doli capaces, & rationis vsum habeant; hos enim existimat nullo præcepto positiuo obligari ob eam rationem quoad leges positiui iuris ante iliam ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri solet, non intendant obligare, & per accidens in vno alio puero rationis vsus acceleretur. Ad ea enim, quæ freqoenter accidunt, leges adaptantur, *l. nam ad ea ff. de legibus* At contrarium, & etiam pueros, quos ex iodicio præcoci vsum rationis ante septennium completum, adeptos esse certò constat, legibus Ecclesiasticis obligari, & teneri abstinere à carnibus, & aliis cibis in diebus ieionij interdictis, tenent absque dubio Sanchez *d. c.*11. *n.*6. *iuncto n.*13. Faguodez *d. cap.*8. *n.*8. Villallobos *d. diff.*8. *n.*7. *fine*, & idem sentire puto alios Doctores *suprà* allegatos, & alios omnes, quos Sanchez *d. n.*6. refert, asserentes absolutè pueros doli capaces, & rationis vsus compotes ligari legibus Ecclesiasticis, præter legem ieiunij, & Eucharistiæ, & idem sentire videtur Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resol.* 42. *fine.* ita apertè Leãdrus Discalceatus *de præceptis Eccl. tract.* 5. *disp.* 2. *q.* 42. & conuincit ratio *superius* adducta, quæ à Doctoribus communiter affertur, scilicet, quod pueri eo ipso, quod soot vsus rationis compotes, sunt capaces obligationis legalis, nec ius aliquod, aut generalis coosuetudo illos excipit. Io dubio autem vsus rationis, cum pueri aote septeonium completum non præsumaotur illo potiri, sed tantum post completum septenoium, (vt etiam *tom.*2. *borum moralium tit.*2. probaui) non censentur in tali dubio obligari vlla lege positiua, neque etiam præcepto Ecclesiæ confitendi semel in aono vt rectè Sanchez *d. c.*12. *n.*13. meritò tamen addens iure diuioo io articulo mortis teneri confiteri ob æternæ dãnationis periculũ, si fortè rationis vsom habeant, & peccato læthali infecti sint.

Quemadmodum autem pueris vsum rationis habentibus non licet edere carnes, & alios cibos in diebus ieiuniorum prohibitos, & si edant peccaot mortaliter, ita etiam, qui eisdem pueris vsu rationis fruentibos præbẽt in eisdem diebus ieiunorum carnes, & alios cibos prohibitos, mortaliter peccãt. ita Azorius *d. c.*17. *q.*2. Fagundez *d. c.*2. *n.*15. & *c.*8. *n.*8. Saochea *d. c.*12. *n.*9. Turllench *vbi suprà*, & alij communiter, & idem dicendum si carnes illis præbeant in die veneris, vel Sabbathi, vt in specie notat Fagundez *d. n.*8. Quod tamen limitatur, si patriæ consuetudo foerit, vt pueris iam adultis in quadragesima, & in aliis diebus ieiuoiorum, vel in die veneris, aut Sabbathi porrigantor carnes, & lacticinia, quia talis coosuetodo veloti lex habẽda est, Fagundez *d. n.*8. in quo tameo facile timeri, seu præsumi potest potius corruptela, quàm consuetodo legitima introducta, & parentes vt plurimùm nimis faciles se exhibent ad præbendas cãrnes, & lacticinia pueris etiam adultis in Quadragesima. 26.

Pueris autem noodũ adultis, seu noo habeotibus vsum rationis præbere carnes in Quadragesima, & in aliis diebus ieiuniorum, ac etiam in die veneris, & Sabbathi nullum est peccatum nec veniale; ita Caietanus, Ledesma locis *n.*24. relatis, Saochez *d. c.*12. *n.*9. Fagundez *d. cap.*2. *n.*15. & *d. c.*8. *n.*8. Azorios *d. c.*17. *q.*3. Turlleoch *vbi suprà*, Diana *d. resol.*42. & alij communiter, quos referunt Sanchez, & Diana; Et licet Caietanus, Ledesma *locis allegatis*, Corduba, & nonnulli alij allegati à Sanchez, & Diana indicent id licere ex sola consuetudine introducta pueris ante vsum rationis dandi lacticinia, & carnes ob teneritudinem ætatis, quasi velint non licere, si talis consuetudo alicubi non existeret, vel esset coosuetudo opposita; quod idem videtur sentire Azorius *d. q.*3. Nihilominus dicendum est esse licitum, & vbi est talis consuetodo, & vbi non est. Et ratio est quia pueri ante vsum rationis non sont capaces obligationis legalis, ac proinde nullis legibus astringuntur, & ita absolutè, & nulla consuetudinis habita ratione tenent Saochez, Turllench, Diana *locis citatis*, Fagundez *d. c.*8. *n.*8. & recentiores communiter. Hinc etiam licitum est in diebus ieiuniorum ministrare carnes paganis, & infidelibus, vt tradoot Azorius, Diana, Turllench *locis citatis*, & Sanchez *d. c.*12. *n.*14. cum nullis Ecclesiæ legibus sobdãtur; & idem (licet non rectè negat Ioanoes Sancius *d. disp.*51. *n.*29.) dicendũ de perpetuo amentibus, sæpè licitum esse eis porrigere carnes in diebus ieiuniorũ, vt tradunt Sanchez *d. c.*12. *n.*16. Azorius, Fagundez, Diana *locis* modò *allegatis* & Angles vbi suprà *diff.*6. *fine*. Et quamuis Azorius dicat id licitum, vbi sic fuerit consoetudo recepta, quasi sentiat non licere seclusa tali consuetudine. Nihilominus dicendum est esse absolutè licitum, vt Sanchez, & alij docent ob eandem rationem, quod cum perpetuò amentes ob defectum vsus rationis censendi sint vt infantes vsu rationis carentes, sint incapaces præcepti, & legalis obligationis. Addit Sanchez aliam rationem, quod hi perpetuò amentes ob 27.

ob morbi grauitatem, & medicorum iudicio indigent salutaribus cibis, vt carnibus, & quia etiam amentes ad tempus & quorum salus non desperatur, iisdem cibis salutaribus, & carnibus egent; ideo idem Sanchez *ibidem* cum Angles *loco citato* ait etiam his amentibus licitum esse io diebus ieiuniorum carnes præbere; addit autem non esse licitum præbere ebriis, licet careant vsu rationis; quia ebrietas non est morbus his cibis indigens, & est temporalis breuisque priuatio vsus rationis.

28. Dixi etiam *n.25. Minores 21. annis completis excusari à ieiunio de præcepto Ecclesiastico.* Nam primò tenentur ezequi ieiunia iniuncta pro lucro iubilei volentes fauoribus iubilei vti, & indulgentiam iubileam consequi, si valeant viribus, & ex ieiunio non timeatur notabile detrimentum illis adueniturum, vt aliis relatis tradidi in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect.4. casu 18. n.77.* & præter Doctores *ibidem* relatos, docent Azorius *p. 1. lib.7. cap.17. allegata q.3.* Fagundez *d. cap.8. num.6.* Diana *p.1. tract.9. resolut.16.* Turllench *lib. 3. cap.2. d. dub. 6. num.1.* & alij recentiores; rationem adduxi *d. num. 77.* quia cum iubileum sub illa conditione sit concessum, ad illud lucrandum opus præscriptum præstandum est, nisi adsit legitima causa commutandi, & commutatio in bulla concedatur.

29. Secundò non excusatur à ieiunio minor ante vigesimum primum annum completum, si ad illud teneatur ex voto ieiunandi à se emisso, vel ex pœnitentia à Confessario in Sacramento pœnitentiæ iniuncta, & valeat viribus ad ieiunandum, vt docent Sanchez *lib.5. conf. c.1. dub.2. n.5.* & *lib.4. sum. c.11. num 55.* Layman *lib.4. tract.3. n.2.* versic. *sed & improbabilem.* Fagundez, Azorius, Turllench *locis citatis*, alij, quos citat Ioannes Sancius *disp.54. n.6.* & Sanchez *d.n.55.* vbi contra Medinam *loco mox citando* Angles Floribus *d. q.6. de ieiunio diff.4.* & Manuel *1. p. sum. c.24. n.1. in 2. editione*, ait & meritò id procedere etiam si minor vouisset ieiunium ante 14. annum; nam ad voti obligationem non requiritur ætas decimi quarti anni, sed sufficit vsus rationis, vt tradidi *in tract. de contr. matr. c.13.* & *tom.2. horum moralium tit.2.*

30. Tertiò Iuuenes ante ætatem 21. anni completi professi in religione, cuius institutum, aut regula præcipit aliquot ieiunia, vt est institutum, & regula Ordinis Minorum S. Francisci, quæ præcipit vt sexta quaque feria cuiusque hebdomadæ ieiunetur, licet excusentur à ieiuniis de puro præcepto Ecclesiastico, tenentur tamen seruare ieiunia præcepta à regula Religionis, ita Syluester *verbo* ieiunium *q.6.* Rosella *verbo eodem num.14.* Sanchez *d. cap.11. n.56.* Azorius, Fagundez, Layman, Diana, Turllench *locis allegatis*, Villalobos *d. tract.23. diff.4. num.5.* & alij ab Azorio, Faguodez & Layman relati; & nouissimè plures alios allegans Leandrus Discalceatus *d. tract. 5. disput.8. q.9.* Præceptum enim, & lex regulæ obligat omnes professos: Et quemadmodum iuuenis ante vigesimum primum annum completum potest spontè sua votum emittere de seruando ieiunio, illoque emisso obligatur, vt *numero præcedenti* dictum est, & docent auctores communiter, ita etiam potest se religioni obligare, ita vt illius præceptis, & legibus sit obstrictus, de facto autem obligatur per votum professionis. Quare nullo modo sunt audiendi Medina *lib.1. instruct. Confess. cap.14. §.10.* Graffius *1. p. decis. aur. lib.2. cap.37. num.41.* Tamburius *tom.1. de iure Abbatum disput. 12. q.4. n.4.* Pasqualigius *decis. 254.* dicentes tales professos non obligari, eo quia regula non videtur magis obligare, quam præceptum ieiunij Ecclesiasticum; quod dictum caret omni fundamento; ac proinde meritò reiiciendum, vt aiunt *locis citatis* Azorius, Fagundez & Sanchez.

31. Quartò minores 21. annis possunt obligari ad ieiunium ab Ecclesia; puta à Papa, vel aliis Prælatis Ecclesiasticis in maxima aliqua calamitate, & vrgenti necessitate generali, in qua ad impetrandum diuinum auxilium, vel iram DEI placandam ieiunia publica indicantur, ita Sanchez *d. dub.2. num. 6.* & Fagundez *d. c.8. n.5.*

& idem docuisse alios recentiores testatur Sanchez.

In dubio autem an quis expleuerit annum vigesimum primum, teneatur seruare præceptum Ecclesiasticum de ieiunio, explicatum est *in tom.1. horum moral. tit.1. n.1699.* vbi Doctoribus allegatis probaui non teneri, & quod possessio stet pro libertate voluntatis. 32.

An vero iuuenis complens vigesimum primum annum mane diei ieiunij, & ante punctum expletionis nondum fregerit ieiunium, teneatur illo die ieiunare, negatunt Ioannes Sancius & Diana locis *tom.1. horum moral. tit.1. n.122.* relatis, & Castrus Palaus *tom.1. tract.3. disp.1. p.24. §.1. n.11.* quorum opinionem etiam Torllench *d. dub. 6. n.1.* putat non improbabilem, & absolutè tenet nonnullos alios allegans Leandrus Discalceatus *de præceptis Eccl. tract.5. disput.8. q.12.* At verius affirmant Sanchez loco *eodem n.122.* citato, Basilius Pontius *lib.5. de matr. c.8. n.3.* & Bonacina de primo præcepto Ecclesiastico allegato *p. vlt. n.7.* idque latius probaui *eodem n. 122.* ita etiam sentiunt alij relati à Leandro *d. q.12.* Quid etiam de proficiscente ab oppido vbi non ieiunatur (in quo reperiebatur quasi in transitu & vt aduena) & accedente ad locum proprij domicilij, vbi est dies ieiunij nondum fracto ieiunio an teneatur ieiunare, *eodem n.122.* explicaui, & quod *ibidem* tenui, præter Doctores *ibidem* relatos tenet etiam Bonacina *d. num.7.* 33.

Explens vigesimum primum annum in medio Quadragesimæ tenetur reliquam medietatem ieiunare.

Vtrum autem, qui explet vigesimum primum annum in medio Quadragesimæ, teneatur ieiunare reliquam medietatem; nonnulli tacitis nominibus à Sanchez *d dub.2. num.8.* relati negatuot, dicentes præceptum dari de tota Quadragesima tanquam indiuiduum; sed hoc perpetam dixerunt. Et affirmandum tanquam certissimum teneri, ad ieiunandum prædictam reliquam medietatem; imò etiam si tantum vnus superesset dies Quadragesimæ post explerum vigesimum primum annum, teneretur ieiunare: Et ratio est, quia iam peruenit ad debitam ætatem, & præceptum non est indiuiduum, sed de tota quadragesima, & de singulis diebus. ita Sanchez *lib. 5. consil. c.1. d. dub.2. n.8.* & Filliuccius *tom.2. tract.27. c.6. n.111.* versic. *infertur quartò.* Et confirmatur ex alia doctrina, scilicet, quod qui non potest ieiunare totam Quadragesimam, & potest partem, tenetur ad id: vt docent Caietanus in summa *verbo* ieiunium §. *ex parte autem.* Nauarrus *in summa cap.21. num 20.* Manuel *qq. reg. tom.1. quæst.42. art. 10.* Graffius *lib.2. decis. aur. c.36. n.42.* & idem Sanchez *lib.1. sum. c.19. n.10.* vbi in specie ait contra Manuel *loco citato*, quod si potentia ieiunandi in aliquo die Quadragesimæ certa sit, obligabit præceptum ieiunandi, vt contingere (inquit) posset alicui, qui defectu sufficientis alimenti non potuit ieiunare, vel morbi, aut alicuius occupationis ratione; nam quotiescunque habuerit sufficiens alimentum, vel morbus, & occupatio omninò cessarunt, tenetur ieiunare; si verò quantitas dierum, quibus ieiunare potest sit prorsus incerta, tunc si nequeat maiorem partem ieiunare, pars (ait) maior tradit ad se minorem, & excusatur omninò à ieiunio; si vero quantitas sit æqualis, quia constat posse illum dimidia Quadragesima ieiunare, tenetur io illa ieiunare. Quando enim incertum est, an ratione valetudinis, defectus sufficientis victus, vel laboris officij, quis possit ieiunare hos, vel illos, tot, vel tot dies ad euitandam perplexitatem, & scrupulorum vexationem facilè inde orituram videtur excusandus à toto ieiunio; licet videatur consultius ieiunij experientia per aliquot dies, vel consultis Medico & Confessario certiorem acquirere cognitionem, an possit aliquibus diebus ieiunare; vt *loco citato* Manuel & Graffius, & approbat idem Sanchez. Non desinam autem hic notare, quod post Caietanum *2.2. quæst. 147. art.7.* docent Nauarrus *in sum. cap.21. num.20.* Graffius *d. n.41.* & Villalobos *d. diff.4. n.18.* scilicet, non valentes iei mare 34.

tota quadragesima, debere bis, aut ter in hebdomada ieiunare si possunt, & ita præcepto satisfacere; & eum qui dubitat an sine notabili damno suæ salutis ieiunare possit, debere consulere Confessarium, vt experiatur, & si per id cognouerit ieiunium esse sibi notabiliter nocium iustè à ieiunio cessare posse: Et si adhuc dubitauerit ad superiorem pro dispensatione debere recurrere, & si hoc recusauerit non esse absoluendum; quia non satis videtur esse contritus, cum videatur nolle parere Ecclesiæ, & prædicta approbat etiam Sanchez *lib. 5. consil. moral. cap. 1. dub. 6. num. 3.* & Filliuccius *tom. 2. tract. 27 c. 6. num.* 131. Quid verò dicendum de eo, qui habet experientiam se infirmari ob abstinentiam à carnibus in Quadragesima an iterum teneatur experiri, vide infrà *num.* 241. prædicta quoad pueros minores 21. annis completis.

An, & in qua ætate senectus excuset à ieiunio tàm mares, quàm fœminas.

35. Ratione etiam imbecillitatis ætatis à ieiunio de præcepto Ecclesiastico excusantur senes, vt tradunt Doctores communiter *supra & infrà* mox allegandi. Senes enim æquiparantur valetudinariis, & infirmis, imò senectus ipsa est morbus de quo latè egi *in tractatu de triplici iubilei priuil. sect. 4. casu 22. num. 97. cum pluribus sequentibus*, cùm enim senes patiantur continuum decrementum, & in eis deficiat calor naturalis, & robur virium, ac proindè indigeant sumere modicum cibum, sed sæpius, à ieiunio Ecclesiastico censentur excusati. Sed quia valdè controuersum est inter Medicos, Iurisperitos, & alios Doctores, qua ætate quis dicatur, & censeatur senex, nec senectuti sit determinata ætas, & alij citiùs, alij tardiùs senescant, de qua re etiam latè egi *dicto casu 22. a num.* 104. *ad* 111. ideò circa ætatem, in qua quis ratione senectutis censeri debeat excusatus ab obseruatione præcepti Ecclesiastici de ieiunio, variè opinati sunt Doctores, licet enim omnes supponant senectutem significare ætatem, in qua datur defectus, & diminutio virtutis, & caloris naturalis, tamen quandonam ista diminutio virtutis, & defectus caloris incipiat, aiunt non esse certum in omnibus.

36. Igitur primò omnes conueniunt, quandocunque, & in quacunque ætate constet aliquem verè esse senem; ita vt manifestè appareat incipere naturam decrescere, & indigere frequentia cibi, non teneri ieiunare. ita Ledesma, Caietanus Angles, Nauarrus, Syluester, Tabiena, Rosella, Armilla, & alij antiquiores relati à Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 32. num. 17.* & *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 4.* Fagundez quarto Ecclesiæ præcepto *lib. 1. cap. 8. num. 9.* Axorius *1. p. lib. 7. cap. 17. quæst. 4.* & Ioannes Sancius *in selectis disput* 54. *num. 8. & 9.* & alij recentiores allegandi. Quare & hi, quos constat ante sexagesimum annum esse verè senes, & debiles, excusantur à ieiunio iuxta eosdem Doctores, & alios communiter, & in specie notauit Sanchez *d. dub. 4.*

37. Secundò aliqui censent omnes septuagenarios censeri verè senes, & excusari à ieiunio. ita Syluester *verbo* ieiunium *quæst. 6. dicto* 2. allegans etiam Paludanum, Rosella *eodem num.* 15. Angelus *eodem num.* 15. Tabiena *eodem num.* 18 Gabriel *in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 4.* Axorius *d. quæst. 4.* Toletus *lib. 6. summ cap. 4. num.* 110. Filliuccius *tom. 2. tract. 27. cap. 6. num.* 112. alij relati à Fagundex *d. num. 9.* Azorio *d. quæst. 4.* & Sanchex *d. num. 17.* & ita videtur sentire Caietanus *in summ.* verbo *ieiunium*, & Lessius *lib. 4. cap. 2. num. 41.* vbi solum de sexagenariis loquitur, quos dicit excusari à ieiunio, nisi euidenter constet ex robustiore complexione posse absque læsione ieiunare. Et pro hac sententia faciunt Doctores asserentes senem absolutè dici septoagenarium, quos allegaui, & secutus sum *in d. tract. de tripl. iub. priuileg sect. 4. d. casu 22. num.* 107. & 110. septuagenarij enim ob illam ingrauescentem, & imbecillem ætatem excusantur passim à muneribus personalibus, & à tutela, & à cura, *l. vnica Cod. qui morbo, aut ætate se excusant. l. 3. ff. de iure immunitatis*, & *§. item maior. instit. de excus. tut.* & post eam ætatem septuaginta annorum hodie ferè, & regulariter apparet hominem non solum esse imbecillo corpore, & viribus, sed & incommoda valetudine vti solere; imò ab antiquo dixit Psalmista *Psalm. 89. Dies annorum nostrorum septuaginta anni, & amplius eorum labor, & dolor*; quod multò magis verum est hodie. Quamuis enim superioribus ætatibus multi vltra septuagesimum, & octuagesimum annum extiterint valdè fortes, & robusti, quos commemorat Mænochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt 46. à num. 9. ad* 21. Nihilominus hodie septuagesimum annum agentes; & multò magis excedentes sunt valdè debiles, & infirmi, & experiuntur dolores, & labores, & multa vitæ incommoda; vt tradit idem Mænochius *num.* 21., ac proinde *dicto casu* 22. *allegato num.* 110. concludit eos citra omne arbitrium viri prudentis esse censendos infirmos.

Tertiò alij (& est sententia communis, vt testantur Nauarrus *in sum. cap. 21. num. 16.* Sanchex *d. num. 17.* & Fagundex *d. num. 9.*) affirmat absolutè etiam sexagenarios excusari à ieiunio Ecclesiastico, atque adeo excusari etiam eos, qui in ea ætate aliquando apparent robusti, & fortes viribus pollentes, & apti ad ieiunium sustinendum. ita præter Doctores *numero præcedenti* relatos Angles Flor. *1. p. quæst. 6. de ieiunio dub. 6.* Emanuel Sà *verbo* ieiunium *num. 9.* Henriquez *in summ. lib. 7. cap. 13. num. 10.* Sanchez *d. disput. 32. num. 17.* & *d. dub. 4. num. 7.* Villallobos *p. 1 summ. tract. 33. num. 6.* Antonius de Literatis in summa Sacramentorum *p. 1. cap. 39. num. 9.* Flamma *in methodo p. 3. cap. 5. §. 20.* Porrel *in dub. reg. p. 1.* verbo *ieiunium*, Diana *p. 1. tract. 9. resolut.* 20. & alij recentiores relati à Diana *ibidem*, & à Ioanne Sancio idem sentiente *d. disput. 54. num. 8.* & nouissimè idem sentiunt Gordonus *lib. 6. Theol. mor. quæst. 18. num. 11.* & Ægidius Turllench *in decal. lib. 3. cap. 2. dub. 7. num. 3.* Pasqualigius *decis.* 256. & plures alios allegans Leandrus Discalceatus *d. disput. 8. quæst.* 17. & valdè probabilem putat Filliuccius *loco citato*; idque præsertim in senibus habentibus sexaginta tres annos, cum is annus sit criticus, & decretorius, & in eo moriantur multi, & etiam Axorius *d. quæst.* 4. dicit hanc opinionem probabilem, quippe quæ benigna est (inquit) & senibus fauet, & quod senectus ipsa infirmitas quædam censetur, vt *suprà* dictum est. Probatur hæc sententia præsertim ex Sanchex, quia iuuenes, eo quia ante vigesimum primum annum regulariter non habent perfectum robur, & augmentum non tenentur ieiunare, licet aliqui robusti sint, & viribus polleant, ergo similiter senes cum in anno sexagesimo communiter vires deficiant, licet aliqui robusti sint, excusabuntur, & præsertim, quia licet aliqui senes in ea ætate sexagenaria robusti videantur, negari tamen nequit naturam iam in eis languescere, & celeriter ad interitum tendere; atque adeò eorum naturam frequenter cibi adminiculo indigere, vt non tam præsenti statui, quàm futuro consulatur, ne ob cibi defectum natura citius corruat, viresque deficiant; non enim ieiunium soluere licet, attenta sola præsenti necessitate, sed etiam quando in posterum lapsus probabiliter timetur. Confirmat Sanchez primò, quia ex Galeno *lib. 5. de sanitate tuenda* & *lib. 6.* sanitas senis non est firma, & constans, quamuis robusta videatur, sed fallax, & incerta, mediaque inter morbum, & perfectam sanitatem: cum ergo sexagenariorum sanitas non sit constans, sed fallax, & apparens, & valetudinariis merito æquiparentur, frequentius est eis cibus comedendus, sicut & conualescentibus, vt natura adiuuetur, cibusque concoqui valeat, & consequenter à ieiunio sunt excusandi. Secundò confirmat quia Pius V. & postea eius successores concedentes Clericis, & Religiosis in Bullis Cruciatæ Indultum vescendi ouis, & lacticiniis in Quadragesima, statim exceperunt sexagenarios, quasi

consentaneum

consentaneum sit, vt in ea ætate imbecillitati, & defectui naturæ consulatur; & ita ob eandem rationem eximentur ab obligatione ieiunij Ecclesiastici. Addit etiam Torllench vbi supra post Neutericum valdè probabile esse, vt sexagenarij à ieiunio excusentur, sufficere quod attigerint sexagesimum annum, cum in fauorabilibus tempus inceptum pro completo reputetur iuxta tradita *in to. 2. horum moral. variorum tit.* 2. idem etiam docent Pasqualigius, & Leandrus *locu citatis*.

39. Quarto, alij docent sexagenarios, si euidenter constet adeo robustos esse, & viribus pollere, vt ieiunio eorum natura non sit lædenda, teneri ieiunare. ita Nauarrus *in summ. cap.* 21. *num.* 16. Graffius *decis. aur. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 38. Caietanus, Lessius, Azorius, Billiuccius locis supra *num.* 37. recitatis Fagundez *citato cap.* 8. *num.* 9. versic. *Quarta.* Bonacina *de pracept. Eccles. disp. vlt. q.* 1. *p. vlt. num.* 4. Layman *lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 1. & 2. & nonnulli alij ab iisdem Fagundez, Bonacina & Layman relati: imò Fagundez, & Layman idem sentiunt de septoagenariis, si constet euidenter esse robustos, & fortes, & eorum natura non lædenda ieiunio: Et pro hac eadem sententia referunt D. Antoninum *p.* 2 *tit.* 6. *cap.* 2. §. 6. Bartholomæum Medinam *in instruct. lib.* 1. *cap.* 14. §. 10. Ioannem Medinam *q.* 9. *de ieiunio.* Ledesmam 2. 4. *q.* 17. *art.* 3. Valentiam 2. 2. *disp.* 19. *p.* 5. Rodriquez, & Vegam, & nonnullos alios refert Ioannes Sancius in selectis *d. q.* 54. *num.* 9. Quorum fundamentum est, quia senectus non habet definitum tempus ætatis iuxta *suprà* dicta, sicut habet adolescentia, cum alij citiùs, alij tardius senescant; Quapropter licet senectus plerumque accidat anno ætatis sexagesimo, ideoque à ieiunij lege deobliget, quod in dubio etiam præsumendum, vt mox dicetur; nihilominus, si constet aliquem verè senuisse, ac viribus defecisse ante illam ætatem v.g. circa annum quinquagesimum, vel quinquagesimum quintum à ieiunij lege eximitur, vt ostensum est superius *num.* 36. ita è contra si euidenter constet aliquem sexagenarium, vel etiam septuagenarium adhuc valdè robustum esse, & viribus ad ieiunium aptis pollere, talis censeri debet obligatus ad ieiunium; & ita Nauarrus *d. num.* 16. dicit, quod ipse agens annum octuagesimum, perinde poterat ieiunare, ac eum ageret quinquagesimum. Ad rationem autem sententiæ communis *numero præcedenti* positæ aiunt hi Doctores esse diuersam rationem in iuuenibus; atque in senibus: nam omnes homines vsque ad annum vigesimum primum adolescunt, crescunt, & augentur; ideo Ecclesia noluit, nec conueniebat, eos obligare lege ieiunij, tametsi alioqui fortes, & sani sint; at non omnes anno sexagesimo ætatis anno senescere incipiunt, sed alij citiùs, alij tardiùs; ideoque ratione solius præfatæ ætatis sexagința annorum non sunt censendi exempti à lege ieiunij, si alioqui sint robusti, & fortes; idque constet euidenter. Negat etiam Fagundez senes sexagenarios esse instar valetudinariorum, & conualescentium, nisi sint debiles, & viribus desi..i incipiant. vt ordinariè solet contingere; & de iis scilicet, scribus ordinario modo loquutum fuisse Galenum, non de illis, quos constat adhuc robustos, & succulentos, & instar adolescentium vegetos. Piom verò quintum, inquit idem Fagundez, ideo fortasse voluisse eximere Religiosos, & Ecclesiasticos sexagenarios, quia communiter huiusmodi Religiosi; & Ecclesiasticæ personæ grauioribus laborant infirmitatibus, quàm sæculares; aut quia hæ personæ communiter loquendo sint frequentius scrupulis obnoxiæ, & conscientiæ magis timoratæ, eis omninò voluit omnes scrupulos in hoc negotio auferre.

40. Dictum autem est, *si euidenter constet &c.* nam etiam iuxta præfatos Doctores in dubio an sint robusti, & habiles ad ieiunium sine læsione sustinendum, non tenentur sexagesimum annum agentes ieiunare, quia cum communiter, & ordinariè sexagenarij sint senes in illa ætate, præsumuntur non posse ieiunare, nisi constet de contrario; præterquam quod in tali dubio ieiunando exponerent se periculo grauis incommodi, ad quod Ecclesia non censetur velle obligare.

Hæc sententia sic explicata est valde probabilis; nihilominus alteram sententiam communem *num.* 38. relatam, & confirmatam non minus probabilem, & etiam tutam (quidquid secus sentiat Fagundez dicens esse parum tutam) existimo, & Confessarij communiter illam in praxi amplectuntur. Ad id mouent tum rationibus pro ea adductis, præsertim quod in ea ætate natura communiter incipiat languescere, & viribus destitui, & futuro statui sit prospiciendum; tum quia ex opposita sententia oriri facilè possunt multi scrupuli; nam quisque sexagenarius poterit dubitare, an sit debilis, vel fortis, quos scrupulus tollit communis sententia. 41.

Fœminæ in qua ætate excusentur à ieiunio ratione senectutis.

An vero prædicta procedant etiam in fœminis, vt nimirum regulariter ratione senectutis non sint excusandæ à lege ieiunij, sed oporteat constare de virium debilitate, & defectu, vt deobligentur; an vero vt excusentur sufficiat esse quinquagenarias. Hanc difficultatem primo excitauit Sanchez *d. lib.* 7. *de matr. disp.* 32. *allegato num.* 17. *post medium*, vbi dicit probabile esse quinquagenarias eximi à lege ieiunij, & ita censuisse nonnullos viros doctos à se consultos; eo quod sicut citius adolescunt, ita cum sint natura debiliores, citius senescant; & in ea ætate illis virtus naturalis valde diminuta sit, & deficiat, cuius rei signum est, quod vsque ad eam ætatem generare possunt, & in maiori ætate non possunt, quod certè prouenit ex defectu virtutis naturalis: virtus enim generandi communiter in fœminis vsque ad quinquaginta annos extenditur, in viris vsque ad annum sexagesimum, vt dixi *in primo tomo horum moralium variorum tit.* 1. agendo de conscientia dubia. 42.

At Doctores *in præcentibus numeris* allegati non distinguunt inter senes sexagenarios mares, & fœminas, sed absolutè, & indistinctè docent excusari communiter à ieiunio solum senes sexagenarios, non vero infra eam ætatem, nisi euidenter constet ante ætatem sexagesimi anni aliquem verè esse senem, scilicet, debilem, & viribus destitui, minusque habilem ad ieiunium, & in terminis non excusari communiter à ieiunij lege quinquagenarias, sed solum sexagenarias tradunt Fagundez *d. cap.* 8. *num* 11. Layman *d. cap.* 3. *citato num.* 2. versic. *illud vero*, & Ioannes Sanchez in selectis *disp.* 54. *num.* 11. & probabilius putat Sanchez *d. num.* 17. addens priorem sententiam esse quidem probabilem speculatiuè loquendo, at in praxi non esse tutam. Vt pote contra communem Doctorum. Ratio verò est, quia nulla apparet ratio conuincens fœminas nondum sexagenarias esse regulariter, & communiter eximendas a lege ieiunij; nam licet fœminæ vltra annum quinquagesimum non sint communiter aptæ ad generandum, & sint etiam naturæ debilioris, quam mares, nihilominus eum abundent flegmatibus, & minus corpus exerceant, pauciori cibo indigent; Vnde videmus etiam fœminas esse ad ieiunium procliuiores, faciliusque quam viri illud sine læsione ferunt. Nihilominus Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 19. asserit absolutè etiam practicè fœminas quinquagenarias eximi à lege ieiunij, ad id etiam allegans nonnullos alios, & satis probabilem putat Pasqualigius vbi supra, idque ob rationes iam adductas. 43.

Porro sicut supra dictum est de pueris post septennium, ita etiam senes cuiuscunque sint ætatis, licet propter senescentem ætatem excusentur à ieiunio, & possint sæpius eodem die cibum sumere, non tamen 44.

possunt comedere cibos in die ieiunij prohibitos nempè carnes, aut oua, & lacticinia in quadragesima, nisi aliàs ratione alicuius infirmitatis permittendum, sit. ita Doctores citati superius *num.* 24. & Tusllench *d. dub.* 7. *num.* 3.

Aduertendum etiam Religiosos, & Religionis professos in religione cuius institutum, aut regula præcipit aliquot ieiunia etiamsi sint sexagenarij, vel sexagenariæ, aut quinquagenariæ ratione solius ætatis, nisi cum ætate sit coniuncta debilitas virium, aut infirmitas excusans à ieiunio, non eximi ab obligatione horum ieiuniorum, sed teneri illa seruare vt manifestè colligitur ex Syluestro, & aliis Doctoribus supra *num.* 30. *initio* citatis, & expressè docent Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 11. *num.* 14. Laymao *Theol. mor. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Bordonus *qq. reg. to.* 1. *resolut.* 16. *num.* 6. & Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 20. & conuincit ratio suprà *d. num.* 30. adducta. Certum enim est, quod seoes in præfata ætate licet excusentur à ieiunio de præcepto Ecclesiastico, etiam si alioqui sint robustiores, & polleant viribus, possunt tamen voto se obligare ad ieiunium, sicut etiam iuuenes ante vigesimum primum annum, dum vires illis ad ieiunandum suppetunt, de facto autem obligantur per votum professionis in illa religione, cuius regula ieiunium præcipit. Atque adeo in hoc etiam non sunt audiendi Ioannes Saoctus *in selectis disp.* 54. *num.* 8 *fine*, Hieronymus Rodericus *in comp. qq. reg resolut.* 75. *num.* 10. & Tamburinus *to.* 2. *disp.* 12. *q.* 4. *num.* 4. & *q.* 5. *num.* 7. quatenus à ieiunio regulæ absolutè, & vniuersaliter excusant Religiosos sexagenarios, id enim solum potest procedere in iis Religiosis, qui in ea ætate sunt debiliores, & patiuntur notabilem defectum virium, quem defectum præfati Doctores supponunt comitari semper illam ætatem, cuius tamen contrarium ostendit in multis experientia.

Secunda causa excusans à ieiunio.

Secunda causa à ieiunio Ecclesiastico excusans est impotentia ratione nonnullarum aliarum conditionum ab imbecillitate prouenientem ratione ætatis.

Qua ratione infirmi, & debiles à ieiunio excusentur.

45. Imprimis à ieiunio excusantur infirmi, & valetudinarij, si infirmitas, aut debilitas sit notabilis, vt ieiunium sit allaturum non leue nocumentum, quæ in dubio an sit talis de consilio Medici, vel superioris authoritate, seu indulgentia diiudicandum erit. Est communis omnium Doctorum sententia ita enim S. Thomas *in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *art.* 2. *q* 4. Caietanus *in sum.* verbo *ieiunium quoad tertium*, relinquit summistæ *verbo eodem*, Nauarrus *in summ. cap.* 21. *num.* 16. Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 5. Sanchez *lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *dub.* 14. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 13. Bonacina *de præcept. Eccles. disp. vlt. q.* 1. *p. vlt. num.* 2. Lessius *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 39. Filliuccius *to.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *num.* 113. Villallobos *p.* 1. *tract.* 13. *diff.* 4. *num.* 2. Layman *lib.* 4. *tract.* 8 *cap.* 3. *num.* 3. Tusllench *in decalog. lib.* 3. *cap.* 2. *dub* 7. *num.* 4. & alij in iisdem relati: Ratio est, quia non est intentio Ecclesiæ ad ieiunium cum periculo grauis detrimenti infirmos obligare; nec enim danda est afflictio afflictis, ieiunium enim vt plurimum infirmis nocet, leges autem respiciunt id, quod commune est. Quod procedit etiam si quis sua culpa in talem infirmitatem incidisset, nam non culpæ præteritæ, sed præsentis impotentiæ, ob quam ieiunium absque grauis detrimenti periculo seruari non potest, habenda est ratio; vt etiam in terminis Fagundez, Bonacina, & Tusllench post Maiorem *in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. Item si infirmitas est talis, quæ communiter solet à ieiunio excusare, licet valetudini eiusmodi infirmi conduceret ieiunare, & oppositum noceret, non tenetur ieiunare ex præcepto Ecclesiæ, sed solum ex præcepto abstinentiæ, cuius fractio communiter est venialia. ita Sanchez *d. dub.* 14. *num.* 1. eam afferens rationem, quod Ecclesia absolutè voluit excusare omnes infirmos, quia ieiunium ei plurimum eis nocet, quod autem huic non noceat, est per accidens, & Ecclesia tantum respicit id, quod communiter euenit; & ita docuisse alios doctos recentiores testatur idem Sanchez *ibidem*, & tenet etiam Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 189.

Hinc tertianarios, vel quartanarios excusari à ieiunio docet Sanchez *d. dub.* 14. *num.* 3. eo quod hæc sit infirmitas ad id sufficiens; ac proindè licet Medicus præciperet bis, vt seruarent diœtam, & ipsi cœnarent in die ieiunij, non peccarent contra præceptum ieiunij iuxta eundem Sanchez *ibidem*, & alios iuniores à se consultos. 46.

Secundò ratione impotentiæ excusantur à ieiunio, si qui tam infirmæ, & teneræ complexionis sunt, vt vacuo stomacho notabilem capitis dolorem, vel vertiginem aut tremorem patiantur, vel nocte per notabilem quantitatem noctis calefieri, aut dormire non possunt, ita Nauarrus *d. num.* 16. Gabriel *in.* 4. *dist.* 16. *q.* 3. Angles Floribus 1. *p.* vbi *de ieiunio*, Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract.* 4. *disp.* 8. *quæst.* 24. 25. 27. Sanchez, Fagundez, Filliuccius, Bonacina, Tusllench *locis citatis* & alij recentiores. Qui præsertim Bonacina, & Tusllench idem dicunt de eo, qui in die ieiunij aliquid cibi capit, vt choleram reprimat, vel ne nimium debilitetur, aut viribus deficiat ob inediam; in his enim casibus præsumitur impotentia moralis, & consequenter non censetur Ecclesia velle ad ieiunium cum tanto incommodo obligare. Et etiam in prædictis casibus cibus potius sumitur per modum medicinæ, quam cibi; in quibus tamen casibus tutius erit, si adsit iudicium Medici, aut authoritas superioris. Neque qui non accepta cœna non potest nocte calefieri, aut dormire tenetur mane sumere collatiunculam cœnam ad noctem differendo, iuxta Diana 1. *p. tract.* 9. *resolut.* 51. Ioannem Sancium *dicta disp.* 54. *num.* 13. Pasqualigium *de.* ... 265. Leandrum *d. disp.* 8. *q.* 30. & Tusllench *d. dub.* 7. *num.* 15. & ita videntur sentire Doctores præallegati, cum absolutè, & indistinctè dicant excusari à ieiunio, qui vacuo stomacho nocte calefieri, vel dormire non possunt. Et ratio ex eodem Diana, & aliis est, quia etsi seruetur ieiunium sumpta collatione manè, præsertim si id fiat ex aliqua iusta causa, vt ostendi in tractatu de tripliei iubilei priuilegio *sect.* 4. *casu* 18. *num.* 102. *ad* 106. nihilominus non obligatur quis ordinem refectionum ab Ecclesia in ieiunio consuetum peruertere, sed tuto potest se communi bominum ieiunantium consuetudini conformare. Quamuis his consulendum videatur, vt mane collationem sumant cœnam ad noctem differendo. Imò Sanchez *d. cap.* 1. *dub.* 27. *num.* 4. & Tusllench *d. cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 7. *fine*, asserunt eum, qui non potest aliter ieiunare, nisi somendo mane collationem serotinam, teneri hoc modo ieiunare, quia moralia præcepta, moraliter sunt interpretanda in executione, vt mos bonus intentus in exequutione quantum fieri potest ser... & sic sensisse Doctores recentiores testatur Sanchez *ibidem*; & ita sentit etiã Caietanus in summa *verbo ieiunium* versic. *quoad tertium* seu *cap.* 3. *paulo ante finem*, & 2. 2. *q.* 147. *art.* 6. *dub.* &: certè supposita illa sententia verior, & communiori, quod sumere mane serotinam refectiunculam dilata ad noctem cœna non sit contra substantiam ieiunij, ita videtur sentiendum; & si talis, qui absque cœna non potest calefieri, vel dormire, mane sumeret serotinam collationem prædicta sententia supposita tenetur ieiunare, seu ad abstinendum à pluribus comestionibus, si absque notabili incommodo posset sumendo tantum cœnam, quia potest absolutè ieiunium seruare; & id in terminis etiam Filliuccius *to.* 2. *tract.* 27. *cap.* 2. *num.* 24. 47.

Tertiò

48. Tertiò ratione impotentiæ excusantur à ieiunio, qui tam debilis stomachi sunt, vt alimentum sufficiens vna vice sumere nequeant, eo quod multo alimento notabiliter grauentur, ita Angles *vbi supra*, Syluester *v. ieiunium q. 9.* Sanchez *d. dub. 14. num. 12.* An autem à lege ieiunij excusentur habentes duos fontes; excusari ait Ioannes Sancius *d. disp. 54. num. 17.* versic. *Et lege ieiunij.* Quia hi (inquit) maximè debiles redduntur, & cœnare illis opus est; & addit idem Sancius ita sibi testatos esse nonnullos expertos, quos de hoc consuluit. Dicitque hoc intelligendum tametsi carnes non edant fontes habentes. Nam si illis opus esset carnibus vesci, lege ieiunij non tenerentur, cum abstinentia à carnibus essentialis sit ieiunio; vt tradit ipsemet *disp. 51. num. 4.* & tenui ego etiam *in tract. de trip. Iub. priuil. sect. 4. casu 18.* & quoad hos dispensatos ad carnes, seu indigentes carnibus assentior eidem Sancio. Quoad alios vero habentes duos fontes, & non edentes carnes puto ex hoc capite solum generaliter non excusari; & ita seruatur in praxi cum apertè constet plures robustissimos maximè valentes ieiunare habere duos, vel etiam tres fontes; imo bis ad exsiccandos exuberantes humores, propter quos euacuandos habent fontes, ieiunium maximè prodest, & illis à medicis suadetur abstinentia; & post hæc scripta reperi ita sentire contra Sancium etiam Pasqualigium *decis. 266.* & Leandrum Discalceatum *d. disp. 8. quæst. 31.*

Qua ratione à ieiunio excusentur prægnantes, & lactantes.

49. Quarto ratione impotentiæ excusantur prægnantes, & lactantes paruulos, cum indigeant pleniore cibo; egent enim cibo non solum sua ipsarum tantum, sed fœtus, & paruuli nutriendi, causa, ita communiter Doctores, Gabriel *vbi suprà.* Caietanus *in summa* verbo *ieiunium* versic. *quoad tertium.* Angelus *eodem num. 15.* Syluester *eodem num. 24.* Rosella, Tabiena *verbo eodem*, Graffius *decis. aur. lib. 2. cap. 36. num. 49.* Azorius *1. p. lib. 7. cap. 17. q. 6.* Reginaldus *lib. 4. num. 211.* Abulensis *in cap. 6. Matthæi q. 146* Sanchez *allegato dub. 14. num. 12.* Fagundez *d. cap. 8. num. 14.* Layman *d. cap. 3. num. 3.* Filliuccius *d. tract. 27. cap. 6. num. 114.* Bonacina *d. p. vltimo num. 3.* Turllench *d. dub. 7. num. 5* Villallobos *d. difficultate 4. num. 2.* & alij recentiores relati à Ioanne Sancio in selectis *d. disp. 54. num. 15.* & Diana *p. 1. tract. 9. resolut. 14.* & *p. 4. tract. 4. resolut. 126.* Et quoad mulieres lactantes procedit hoc siue suos, siue alienos filios nutriant vt in terminis Abulensis, & Reginaldus. & est de mente aliorum. Et quamuis Syluester, Abulensis, Graffius, Fagundez, *locis citatis*, Rainandus de ortu infantium *cap. 11. num. 4. & 5.* alios allegans & Nauarrus *d. cap. 21. num. 16.* si constet aliquam prægnantem, vel lactantem esse adeo robustam, vt vnica comestio pro se, & prole, aut paruulo lactente sufficeret, nullumque possit timeri periculum eius, vel abortus, aut paruuli lactentis, velint teneri ad ieiunium; quod idem docuit Caietanus *2. 2. q. 147. artic. 4. versic. 2.* Nihilominus alij Doctores prægnantes, & lactantes absolutè, & indistinctè excusant à ieiunio, & in terminis, etiamsi aliquæ robustæ. Reginaldus, Turllench *locis allegatis.* Diana *d. resolut. 14.* Molgesius *in summa to. 1. tract. 10. cap. 4 num. 49.* & Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract. 5. disp. 8. q. 55.* Mulieres enim prægnantes, & lactantes paruulos communiter non sunt tam robustæ naturæ, vt vna refectione possint tantum alimenti sumere, & digerere quod pro se, & prole. aut infantulo lactente sufficiat (vnde in dubio excusari semper à ieiunio ait etiam præfatus Fagundez ex mente quoque Caietani) lex autem Ecclesiastica respicit ea, quæ communiter accidunt, vt dictum est *suprà* cum de senibus sexagenariis & ita absolutè à ieiunio excusantur omnes præfatæ mulieres. Præterquam quod prægnantes (vt notant Azorius & Filliuccius) appetunt sæpè vehementer nunc hoc, nunc illud genus cibi, vt nisi desiderio suo satisfiat, fœtus de vita periclitetur, & exponatur periculo abortus; & ita in praxi, & meritò Confessarij communiter prægnantes, & lactantes excusant à ieiunio. Iuxta autem omnes præfatos Doctores prægnantes non solum excusantur à ieiunio, cum datur periculum fœtus, seu prolis, sed etiam peccant mortaliter cum eodem periculo ieiunando, & si ad longum tempus ieiunia suscipiant, præcipiendum est illis, ne omninò id faciant; vt etiam post Rosellam notauit loco citato Azorius.

Prægnans ad vitandum periculum incontinentiæ an possit ieiunare cum periculo fœtus.

Imò licet Fernandus de Moure *p. 4. exam. Theol. cap. 15. §. 6.* ab Homobono nostro *loco mox citando*, & à Raynaudo *d. cap. 11. num. 7.* relatus dixerit prægnantem, quæ patitur graue carnis tentationes, quas nouit, seu experta est, non posse superari nisi viribus corporis per ieiunium, & abstinentiam debilitatis, posse, & debere ieiunare cum periculo prolis, & abortus, eam afferens rationem, quod docemur corporalibus anteponere spiritualia tum nostra, tum aliena, & subsequuta mors, vel debilitas prolis per accidens subsequetur. Nihilominus oppositum asserendum est; & non posse nec iure naturæ prægnantem cum periculo fœtus præsertim iam anima rationali informato teneri ieiunare ad vincendas carnis tentationes; id quod etiam tradunt Homobonus *p. 1. exam. tract. 8. cap. 7. q. 17.* Diana *p. 1. tract. 9. resolut. 30.* Turllench *d. num. 5.* Pasqualigius *decis. 289.* Leandrus *d. disp. 8. q. 58.* & Raynandus *d n. 7.* & faciunt etiam Sanchez *lib. 9. de matr. disp. 22. num. 1.* & Basilius Pontius *eodem tract. lib. 10. cap. 14. num. 9.* asserentes omninò illicitum esse concubitum inter virum, & vxorem grauidam cum verisimili periculo abortus fœtus; tametsi talis concubitus adhiberetur, vti remedium ad vitandum incontinentiæ periculum; eo quod nullum incontinentiæ periculum præponderare possit probabili abortus pericolo; ita vt hoc existente concubitus licitus reddatur. Et vtriusque Ratio est, quia illi incontinentiæ periculo aliis viis, & mediis quàm per ieiunium, aut concubitum consuli potest absque fœtus damno; puta, oratione, Sacramentorum frequentatione, piis consiliis, & aliis eiusmodi remediis, quæ etiam possunt esse efficaciora, quàm ieiunium, quo humores acres, & salsi corporis incenduntur magis, vnde grauiores carnis motus excitantur, quam ex temperato vsu ciborum, vt docuit D. Basilius *lib. de vera virgine.* Præterea semper liberum est prægnanti non consentire tentationi, & euitare peccatum; at vero fœtus, si moriatur ob alimenti defectum corpore, & anima, absque culpa actuali sua, & voluntate peribit in æternum. Addo quod quis non tenetur euitare periculum labendi in peccatum mortale, si habeat propositum non peccandi, & faciat ob vrgentem iustam causam, nempe ob summam alterius necessitatem corporalem, & multo magis spiritualem extremam, vt ostensum est *in 2. tomo tit. 1. num. 2205.* versic. *Dixi semper.* 50.

Prægnantes, & lactantes an regulariter teneantur in die ieiunij abstinere à carnibus & aliis cibis vetitis.

An vero prægnantes, & lactantes sicut excusantur à ieiunio, ita in die ieiunij ordinariè possint licitè comedere carnes, & in quadragesima oua, & lacticinia. Nonnulli tacitis nominibus allegati à Bonacina *d. puncto vltimo num. 3.* & Martinus Fuoes *in speculo mor. p. 3. cap. 2. num. 5. & 6.* relatus à Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 126.* affirmarunt negant vero Bonacina, & Diana 51.

locis

locis citatis; Raynaudus *d. cap.* 11. *num. 6.* versic. *multo autem scrupulosius.* Turllench *allegato dub.7.num.5.* Leandrus à S.Ioanne *in summ.q de ieiunio art.4.diff.6. appen.3.* relatus à Diana, & colligitur ex Villallobos *d. diff.* 4. *num.* 20. cùm enim obligatio abstinendi à carnibus, & obligatio faciendi vnicam refectionem, seu comestionem contentæ in præcepto ieiunij sint diuersæ, non eo ipso, quod quis ob aliquam causam excusatur à posteriori obligatione, censetur excusatus à priori; si pluribus refectionibus sumptis seruata qualitate eiborum, qui in die ieiunij permittuntur, suæ necessitati consulere potest; vnde plures, qui dispensantur quoad ieiunium, & excusantur ab obligatione vnicæ refectionis, non dispensantur quoad qualitatem eiborum, neque excusantur ab esu carnium, vel lacticiniorum, & ouorum in quadragesima, vt est communis Doctorum sententia, & eam indicant Lessius *d. lib.* 4. *cap.*2. *num.* 45. Villallobos *d. num.* 20. Quapropter similiter grauida, vel lactans abstinendo à carnibus, & per quadragesimam ab ouis, & lacticiniis sumptis pluribus refectionibus eiborum non vetitorum sufficienter satisfacit necessitati suæ, & fœtus, seu lactentis, ita vt nec sibi, nec fœtui, aut lactenti non timeatur incommodum, aut detrimentum, vt ordinariè videtur contingere, cum regulariter maior sit necessitas maioris quantitatis cibi, & plurium refectionum, quàm qualitatis ciborum, non apparet cur deobligetur à præcepto ieiunij quoad eiborum qualitatem vetitam; solum ergo prægnantes, & lactantes in die ieiunij excusarentur ab obligatione abstinendi à carnibus, vel ouis, & lacticiniis in Quadragesima si escam carnium, vel ouorum, & lacticiniorum exigeret infirmitas præsens, vel quæ alioqui probabiliter timeretur, vel saltem rationabiliter dubitaretur de contrahenda ægritudine, vel nocumento proli ex abstinentia à talibus eibis sequuturo, cum lex naturalis de non inferendo nocumento fœtui, ac proli multo vrgentior sit lege humana ieiunij, & abstinendi à talibus cibis. Hæc sententia de rigore est vera, vel saltem verior. Nihilominus in praxi ferè communiter seruatur prior opinio, præsertim quoad prægnantes nobiles, & diuites, & quoad mulieres, quæ lactant paruulos nobilium, & certè saltem facile cum illis dispensatur.

52. Huius difficultatis occasione aduertendum vniuersaliter loquendo, maiorem infirmitatem, maioremue necessitatem requiri solere ad esum carnium in die ieiunij, aut ouorum, & lacticiniorũ in Quadragesima, quam ad multiplicem refectionem concedendam. Cum carnes strictius prohibeantur præcepto negatiuo indicant Lessius *d. num.* 45. Sanchex *lib.5.consil. mor. cap.* 1. *dub.* 19. *num.*7 Villallobos *d. num.*20. & tradunt in terminis Bonacina *de precep. disp. vlt.q.* 1. *d.p. vltimo num.* 2. & Torllench *lib.* 3. *cap.* 2. *d. dub.* 3. *num.* 4. & manifestè colligitur ex aliis Doctoribus in præcedentibus allegatis. Vbi autem est euidens necessitas non solum plures refectiones, se etiam cibi vetiti conceduntur absque vlla superioris dispensatione; in dubio autem opus est dispensatione Superioris, vt præcitati Doctores præsertim Lessius *d. num.*45. & constat ex dictis *in primo tomo horum moral. tit.* 1. *à num.* 1242. *ad* 1247. quis autem sit ille superior dictum est *eodem tit. à num.* 1255. *ad* 1266. & explicatur *sequenti paragrapho.*

Paupertas qua ratione excuset à ieiunio, vbi an, & quando ob defectum piscium, & ales liceat esus ouorum, lacticiniorum, & etiam lardi, vel etiam carnium in diebus ieiuniorum, & quadragesimæ.

53. Quintò ratione impotentiæ à ieiunio excusantur Pauperes, & mendici, qui ostiatim victum mendicant, qui hora prandij, & suo tempore non possunt habere vnicam refectionem, completam, & sufficientem, & non quando illi, & quantum volunt edere queunt. ita Summistæ verbo *ieiunium*, & alij Doctores communiter *superiùs* relati. S.Thomas 4. *dist.* 15. *q.*3. *art.* 1. Nauarrus *d.cap.*21. *num.*16. Azotius *d. cap.*17.*q.*7. Sanchez *d. cap.*1. *dub.* 14. Fagundex *d. cap.* 8. *num.* 12. Reginaldus *d. lib.*4. *num.* 211. Graffius *d. lib.*2. *cap.*36. *num.*40. Bonacina *d. p. vltimo num.*5. Filliueeius *d. cap.*6. *num.*115. Lessius *lib.*4. *d. cap.* 2. *num.*39. Turllench *d. lib.*3.*cap.*x. *dub.*7 *num.* 6. Layman *lib.*4. *tract.* 8. *d. cap.*3. *num.* 3. & alij omnes. Quod si iidem Pauperes, & mendici possunt habere quantum sufficit ad vnam plenam refectionem, tunc non excusantur à ieiunio, vt in terminis Graffius, Sanchex, & Reginaldus, & videtur esse de mente aliorum; quia tunc cessat impotentiæ ratio. Limitat tamen id Sanchex cum aliis, nisi ex præcedenti inedia ita debilitati sint, vt ieiunium commodè ferre non possint. Videtur etiam posse limitari in mendicis, qui ordinariè non habent prandium sufficiens, nec assueti sunt ieiunare, vt si vno, aut altero habeant quantum sufficit ad completum prandium, non tamen teneantur ieiunare iuxta ea, quæ infrà *num.* 62. traduntur de rusticis operariis, qui in die ieiunij non laborant.

54. Quod autem de pauperibus, & mendicis, idem dicendum de iter agentibus, qui hora prandij non possunt inuenire alimentum sufficiens; & de famulis, qui non obtinent à Dominis suis vnicum prandium sufficiens ad ieiunium; hi enim excusantur à ieiunio ob eandem impotentiæ causam, & ita etiam in terminis post Anglem, Sanchez *d. dub.*14. Turllench *d. num.* 6. & Pasqualigius *decis.* 277.

55. Idem dicendum de his, qui non possunt parare, nec habent parantes necessaria ad ieiunium, vt sæpe contingit in commorantibus extra Patriam causa litigij, vel studiorum, & similibus. ita post Syluestrum *v.* ieiunium *q.* 9. *dicto* 4. & Tabienam *ibidem*, Graffius *d. num.* 40. Sanchez *d. dub.* 14. *num.*2. Turllench *dub.*7. *num.*6. Pasqualigius *decis.* 226. *num.*1. Leandros Discalceatus *disp. mox citanda q.*43.

56. Vbi idem Sanchez ex Angle, & aliis iunioribus aduertit, quod licèt pauperes mendici inueniant panem, & pomorum fructus, & olera, non tenentur ieiunare, quia hæc regulariter non sunt sufficiens prandium; & hoc idem Diana *p.5 tract.*14.*resolut.*13. versic. *Notandum est.* & Pasqualigius *decis.* x75. & 279. licet habentes panem, fructus, & olera regulariter, nisi sint Magnates, aut personæ delicatæ, lautioribus eibis assuetæ, teneri ieiunare affirmat Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract.*5. *disp.* 8. *q.* 42. & 43. putans id sufficere ad sufficientem comestionem pro sustentatione, idque foret saltem consulendum; solus autem defectus vini (quamuis contrarium teneat Pasqualigius *decis.* 275.) nullo modo mihi videtur excusare à ieiunio, seu tribuere causam sufficientem faciendi plures comestiones; quia licet deficiat vinum, aut ceruisia, aliaue potio, quæ loco vini adhibetur, possunt esse eibi, & tales, qui abundè sufficiant ad vnicam sufficientem comestionem, seu refectionem, & ita etiam Leandrus *d. disp.*8. *q.*41.

57. Cæterùm pauperes non solum excusantur, si sæpius in die ieiunij refectionem sumant, sed etiam, si alij cibi illis non suppetant, nisi vetiti, puta carnes, vel oua, aut lacticinia in Quadragesima, possunt de illis edere; non enim volt Ecclesia, vt ex ieiunio quis incurrat periculum vitæ, aut valetudinis. ita S.Thomas, Axotius, Layman, Lessius, Filliuecius, Turllench, Bonacina *locis citatis*, Sanchez *d. lib.*5. *cons. cap.* 1. *dub.*19. Henriquez *lib.* 7. *summ. cap.* 13. *num.* 9. & alij Doctores communiter.

58. Quare excusantur pauperes ostiatim mendicantes, qui non habent aliàs vnde sustententur, nisi ex fragmentis ouorum, & lacticiniorum, quæ hîc, vel ibi dantur, possunt enim licitè ea comedere in diebus ieiuniorum quadragesimæ ob eandem rationem, vt Henriquez,

Sanchez

Sanchez, Turllench *locis citatis*, & Manuel *in summ. to. 1. cap. 23. fine*; Nec etiam sunt grauandi, vt solo pane vtantur, aut communent; illa pro aliis cibis idem Henriquez *d. num. 9.* lit *Z.* vbi etiam in Glossa Medinam, & Dominicanos Salmanticenses allegat; & addit ad id confirmandum paupertatem habere multa priuilegia; & vnum ouum, aut partum orizæ cum lacte, vel frustum caseï esse in his pauperibus paruam materiam.

59. Addit Sanchez *d. dub. 19. num. 4.* & approbant Turllench *d. num. 6.* & Pasqualigius *decis. 80.* quod ratione paupertatis poterunt Agricolæ, & alij rustici paupetes edere lacticinia diebus prohibitis, si non possunt commodè habere aliud, quod comedant, & oua, & lacticinia habeant domi, vel possunt hæc facile inuenire, non autem pisces, dicitque Sanchez ita sensisse Henriquez (quam tamen *d. num. 9* lit. *T.* in textu ait in hoc expendendam esse consuetudinem, & in Glossa refert Penoam absolutè dicentem licere prædictis pauperibus rusticis, edere oua, & lacticinia in Quadragesima cum facile pisces habere non possint) & alios iuniores doctos ex Societate. Subdit idem Sanchez iuxta eosdem iuniores securius quidem esse hoc facere cum dispensatione; vbi tamen necessitas est clara, non esse necessariam. Eadem quoque causa, & necessitate existente ait idem Sanchez (& late re agitata testatur ita resolutum fuisse à multis viris doctis ex Societate) quod iidem Agricolæ, & Rustici possunt præbere oua, & lacticinia suis domesticis diebus vetitis, & suis operariis, messoribus, putatoribus; & illi possunt licitè ea comedere, licet careant bulla; hoc enim videtur suadere eadem ratio necessitatis, & paupertatis; quæ omnia approbant Turllench, & Pasqualigius *vbi supra*. Et pro confirmatione facit illud iam supra tactum, scilicet, quod non videntur grauandi pauperes (maximè qui toto die operi laborioso vacant) vt solo pane, vel cum aliis cibis leuioribus puta oleribus, & similibus vtantur; hoc enim esset valdè durum; nec censetur debet Ecclesiam cum tanto rigore, & incommodo velle suo præcepto obligare. Cum grano tamen salis Confessarij in praxi vtantur hac doctrina. Et Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract. 5. disp. 3. q. 16.* eam non admittit, nisi quando ex aliis cibis non possunt prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem facere.

60. Quod de mendicis, & Agricolis, & aliis Rusticis pauperibus traditum est, idem Sanchez ob eandem rationem ait esse dicendum de iter agentibus licet diuites sint, possunt enim (inquit) sine bulla lacticinia edere, quando non inueniunt in itinere pisces, quos emant. Vnde (subdit) omnes hi admonendi sunt à Confessore, ne peccent ex conscientia erronea; quam Sanchez doctrinam approbat Diana *p. 5. tract. 14. resolut. 13.* vers. fic. *Notandum est.* & Pasqualigius *decis. 84.* Quamuis Leandrus Discalceatus *d. disp. 3. q. 17.* id admittat in personis delicatis, & Magnatibus assuetis edere cibos delicatos, & in iis iter agentibus qui excusantur à ieiunio ob defatigationem, & quando non comedendo oua, & lacticinia non possent ieiunare, comedendo autem possunt ieiunare; tunc enim ait non solùm posse, sed etiam debere comedere oua, vt ieiunent iuxta tradita *infrà num. 234.*

61. Quod aduertit autem idem Sanchez *d. dub. 19. fine* multò maiorem necessitatem requiri, vt liceat in diebus prohibitis vesci carnibus: Quare (inquit) si nullus alius cibus esset, nisi panis, non liceret carnibus vesci, nisi per plures dies duraret inedia, vt in longa nauigatione, aut in arcto bello, vbi deest victus, hocque subdit tenere Angles Floribus *1. p.* vbi *de ieiunio q. 9. dub. 7. diff. 4.* Addens nonnullos doctos, viros dixisse se nullo modo audere excusare Agricolas, qui causa paupertatis in locis, vbi non est oleum, præparant herbas lardo in diebus, in quibus esus carnium, & lardi est prohibitus; sed si præfati Agricolæ, quia non possunt commodè habere pisces, aut aliud, quod vnà cum pane comedant, possunt in diebus ieiuniorum Quadragesimæ comedere oua, & lacticinia, quæ domi habent, videtur etiam quod si careant butyro, & oleo, vel ea commodè ratione paupertatis habere non queant, possint pro condiendis herbis vti lardo (vt etiam post hæc scripta reperi tenere Leandrum Discalceatum *disp. infra citanda q. 37.*) eadem ratione; & quia cui conceditur vsus ouorum, casei, & aliorum lacticiniorum, conceditur etiam vsus lardi, seu sagiminis, & pinguedinis iuxta sententiam Glossæ in *cap. presbiter d. 82.* verbo *sagimine*. Hostiensis *in summ. in rubr. de obseru. ieiuniorum*, Syluester *v.* ieiunium *q. 5. num. 16.* & aliorum, quos refert, & sequitur Henriquez *d. cap. 13. num. 11. litera H.* in *textu* & *in Glossa*; & tenent etiam Fagundez *d. precept. 4. lib. 1. cap. 3. num. 20. fine.* Azorius *1. p. lib. 7. cap. 10. q. vlt.* & Pasqualigius *decis. 74.* eo quod talis pinguedo reuera non est caro ex Aristotele *2. de gener.* licèt ex carne originem trahat, perinde ac oua, butyrum, & caseus; & ita non computatur inter carnes, sed inter oua, & lacticinia. Quamuis iure communi inspecto contrarium, & vbi comeduntur oua, & lacticinia in diebus ieiuniorum non esse licitum comedere lardum, seu sagimen teneant Villallobos *1. p. tract. 13. diff. 8. num. 16.* Filliuccius *to. 2. tract. 27. cap. 6. num. 61.* Turllench *lib. 3. cap. 2. num. 8.* Sanchez *vbi supra*, & prius docuerunt Tabiena *v.* ieiunium *num. 8.* & Bartholomæus Medina *in summ. lib. 2. cap. 14. §. 10.* & nouissimè Leandrus Discalceatus *disp. infra citanda q. 10.* & *eadem disp. 2. q. 34. & 35.* idque ob contrariam rationem, quod talis pinguedo non est lacticinium, sed caro, seu potius ad carnes pertinet, quàm ad oua, & lacticinia, cum sit adeps carnis; & hanc sententiam quoad praxim tenet etiam Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 5.* licèt priorem Glossæ & aliorum dicat videri speculatiuè probabilem: & pro confirmatione contra priorem sententiam addit, quod periculum sit, si hominibus talis licentia fiat vescendi lardo in diebus ieiuniorum, ne eam ad similia v. g. ad farcimina, tusculum ex carnibus paulatim extendant non sine graui scandalo, & ieiunij Ecclesiastici detrimento. Quare iuxta eundem Layman *ibidem*, & Turllench sicut sagimen, seu lardum, ita quoque ius carnium in diebus ieiuniorum Veneris, & Sabbathi iure communi censetur vetitum, cum magis pertineat ad carnes, quam ad oua, & lacticinia. Et hoc idem de iure, in quo coctæ fuere carnes, docent Sanchez *lib. 4. summ. cap. 11. n. 48.* & Portel *in dubiis reg.* verbo ieiunium *num. 6.* rationem afferentes, quod ius carnium in se imbibit substantiam carnium, & consequenter Ecclesia prohibens carnes, prohibet etiam carnium ius; & ita etiam Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 2. q. 8.* Et hanc eandem posteriorem sententiam confirmat praxis communis Italiæ, in qua in diebus ieiuniorum Veneris, & Sabbathi nunquam fuit permissus vsus lardi, & sagiminis, & iusculi ex carnibus. Et hæc sententia mihi quoque verior videtur iure communi attento, & seclusa consuetudine in contrarium consentientibus Prælatis introducta. Qualis consuetudo potuit in aliquibus locis induci, scilicet, vt defectu olei & butyri adhibeatur sagimen ad præparanda oua, & ad condiendas herbas, & talem consuetudinem testatur Henriquez *vbi supra* reperiri in Gallecia, & Regno Peru; & iuxta hanc consuetudinem Turllench *loco citato* ait intelligendos Azorium, & alios Doctores primæ sententiæ, qui tamen loquuntur absolutè, & seclusa consuetudine. Cæterùm quamuis præfata posterior sententia sit probabilior: Nihilominus prior sententia Glossæ, & aliorum efficit, vt Agricolis, & aliis Rusticis pauperibus non videatur in diebus ieiuniorum vsus lardi, & sagiminis ita strictè, & rigorosè prohibitus, sicut esus carnium. Quare Layman *loco citato* ait præfatam sententiam Confessario in suis Germanicis Regionibus ad tria inseruire posse. Et primo vt pauperibus talem licentiam

tiam facilius concedat ob paupertatis causam. Secundo vt etiam ditiores propter vsum saginis, seu lardi in cibis condiendis non facile mortalis peccati condemnet; ne si nihilominus postea vescantur, grauius peccent contra conscientiam: Nam etsi, inquit, consuetudo apud Germanos non ita vsum saginis, sicut ouorum, & butyri permittat; est tamen etiam persuasio, minorem esse prohibitionem, quàm sit ipsius carnis; vt proinde in Regionibus, in quibus esus ouorum, & butyri concessus est, propter æquiparationem, atque similitudinem esus saginis videri possit, non ita grauis, ac sufficiens ad peccatum mortale. Tertiò quod ancillis, quæ iussu herarum lardum porcinum, aut anserum pinguedinem diebus ieiuniorum loco butyri adhibent, si nequeant contradicere, facile permittere possit Confessarius, vt & coquant, & comedant.

Aduerto etiam Pasqualigium in praxi ieiunij *decis.* 49. *num.* 3. *&* 4. contra doctrinam Sanchez, & Anglez *initio num.* notatam docuisse absoluè eum, qui in die ieiunij vnico non habet nisi panem, & carnes, posse vesci carnibus, eo quod lex Ecclesiastica ieiunij, & abstinendi à carnibus non obligat cum tanto rigore, & ad tantam macerationem, quam doctrinam Leandrus Discalceatus *dicta disp.* 2. *q.* 19. admittit quoad personas delicatas, & Magnates, non quoad alios; sed à doctrina Sanchez non videtur recedendum, nisi arbitrio prudentis. comedens solum panem notabiliter pateretur, ac posset, & deberet tunc non ieiunare, si faciendo plures comestiones posset commodè abstinere à carnibus.

Labor an, & qua ratione excuset à ieiunio.

62. Tertia causa à lege ieiunij excusans est necessarius, aut honestus labor, cum quo commodè ieiunium constare nequit, ita omnes Doctores, Abulensis in *cap.* 6. *Matthæi q.* 143. Caietanus *in summ.* verbo *ieiunium.* Syluester *eodem q.* 9. Angelus *eodem num.* 15. Rosella *eodem num.* 29. Tabiena, *eodem num.* 19. Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 16. Azorius *t. p. lib.* 7. *quæst.* 8. Reginaldus *lib.* 4. *num.* 215. *ad* 219. Sanchez *lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *dub.* 7. & sex sequentibus, Fagundez *præcepto* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. *& tribus seqq.* Layman *lib.* 4. *tract.* 8. *cap* 3. *num.* 3. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 42. *& seqq.* Ioannes Sancius *disp.* 54. *num.* 14. *& pluribus sequentibus.* Filliuccius *to.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *num.* 116. *ad* 124. Villallobos *p.* 1. *tract.* 13. *diff.* 4. *num.* 7. *ad* 15. Bonacina *de præcep. Eccles. disp. vltima q.* 1. *p. vltimo num.* 8. Graffius *p.* 1. *decis. aur. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 46. Turllench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 7. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 7. & *pluribus sequentibus*, Gordonus *lib.* 6. *q.* 18. *cap.* 6. & alij. Et ratio est, quia in moralibus, quod est valde difficile, reputatur impossibile; & supposita laboris necessitate, habet locum illud, quod necessitas caret lege. Quare Ecclesia in huiusmodi casibus non intendit obligare suo præcepto.

Quinam operarij exercentes artem mechanicam, & opifices excusentur à ieiunio.

Hinc à lege ieiunij excusantur Agricolæ, seu agrorum cultores, fabri ferrarij vel lignarij, fossores, cæmentarij, textores, pelliones, fullones lanarij, pistores, & qui furnaciam artem exercent, & qui panes coquunt, figuli, argentarij, aurifices, qui pecunias cudunt, vel vasa fabricant, coriarij. & cæteri huius generis operarij, & artifices, qui similibus, vel maioribus laboribus occupantur: his enim, cum exerceant opus valdè laboriosum, regulariter non sufficit cibus semel in die sumptus ob nimios corporis labores. ita præfati Summistæ Nauarrus, Azorius, Sanchez. Lessius, Reginaldus, Fagundez, Filliuccius, Villallobos, Turllench: idque Syluester, Nauarrus, Azor, Fagundez, & alij ex præallegatis Summistis aiunt declarasse Eugenium Quartum, scilicet, opifices, qui laboriosas artes exercent, & agrorum cultores, & alia similia opera ex officio exercentes siue diuites, siue pauperes, liberos esse ab onere, & obligatione ieiunij. Quare etsi Abulensis *d. q.* 143. & Reginaldus *num.* 216. *fine*, dicunt eos operarios, qui fortes, & robusti sunt, si possint laborare ieiunando, ad id teneri, & non excusari: Nihilominus, dicendum omnes etiam fortes excusari, tum propter illam declarationem vniuersaliter comprehendentem omnes opifices, tum quia regulariter, & communiter præfatis operariis non sufficit vnica refectio; tum demum, quia alioqui res esset obnoxia valdè scrupulis, nam quisque posset dubitare, an habeat vires.

An vero sutores, sartores, tonsores seu barbitonsores, typographi, sculptores, pictores, Scribæ, Notarij, Aduocati excusentur à ieiunio, Angles Floribus *vbi de ieiunio p.* 1. Tolerus *lib.* 6. *cap.* 4 *num.* 5. tenent Sutores non excusari, Villallobos ait id remittendum boni, & prudentis viri arbitrio, eo quod suere calceos sit parum laboriosum, & alia etiam opera magis laboriosa exerceant. Azorius, Lessius, Fagundez, Layman, Turllench, Bonacina, Reginaldus, & Sanchez *d. dub.* 7. *num.* 5. & Diana *d. resolut.* 7. aiunt Sutores, qui suunt calceos excusari à ieiunio; eo quod ponunt magnam vim, & exercitium videtur laboriosum, quod etiam aiunt Leandrus Discalceatus *disp.* 8. *q.* 66. & Pasqualigius *decis.* 276. non rectè tamen limitans in conficientibus calceos ex materia molli. Sutorem vero, qui solum scindit calceos, seu præparat materiam officialibus, ait Sanchez non videri ex hoc solum excusari; & in hoc ait esse veram sententiam Angles, & ita sentit etiam Leandrus *q.* 68. nisi totum diem consumat scindendo. Sed alij Doctores citati præter Turllench, Pasqualigium & Leandrum non distinguunt, sed absoluè dicunt Sutores à ieiunio excusari, eo quod dicta ars videatur laboriosa, & vere etiam respectu scindentium calceos, & præparantium materiam officialibus videtur laboriosa. Quoad Sartores, & barbitonsores eos non excusari aiunt Abulensis *in cap.* 6. *Matth. q.* 143. Azorius, Sanchez, Lessius, Reginaldus, Filliuccius, Turllench, Ioannes Sancius, Villallobos, & alij Doctores relati à Ioanne Sancio, & Diana *resolut.* 8. quorum fundamentum est, quod eorum munus, seu exercitium non sit nimis laboriosum, & cum ieiunio incompatibile; vel notabiliter difficile; ob eandem rationem Layman docet non esse sufficientem causam eximendi à ieiunio in fœminis fila ducere, nere, & vestes sarcire: At sartores, & barbitonsores excusari tradunt Ledesma 2. *to. summ. cap.* 4. *q.* 17. *art.* 3. Fagundez *d. cap.* 8. *num.* 15. *&* 16. *fine.* Diana *d. resolut.* 8. & ita sentire videtur etiam Bonacina *d. p. vltimo num.* 12. probat Ledesma dicens, quod sic habet vsus, licet labor non sit adeo magnus. Fagundez probat ex præfato indulto, seu priuilegio Eugenij IV. dicit enim prædictos artifices, & omnes artifices indiscriminatim suas artes exercentes ratione indulti à dicto Eugenio concessi omnibus artificibus indiscriminatim sumptis eos excusari à ieiunio, idque intendisse Eugenium siue eis concedendo priuilegium non ieiunandi, siue declarando eos non comprehendi in lege ieiunij; & *dicto num.* 15. *initio*, dicit idem Fagundez ab omnibus fermè Doctoribus artifices eximi à lege ieiunij. Hoc idem indicat Sa *verbo* ieiunium *num.* 9. vbi à ieiunio excusat absoluè exercentes artificium; hanc eandem opinionem quoad sartores, & barbitonsores probabilem dicunt Filliuccius, Turllench. Et licèt prior sententia de rigore sit verior, cum munus sartoris, & barbitonsoris sit parum laboriosum; Nihilominus saltem quoad sartores vsus habet contrarium, & communiter à Confessariis non coguntur ieiunare, præsertim cum talem modum viuendi 63.

viuendi eligentes eommuoliet laboteni necessitate, & paupertate; hic enim(vt notat Fagundez *d. num.* 15. *post medium*) non tam strictè necessitas capienda est, vt extremam solum comprehendat. Quoad Typographos Gordonus *loco citato*, & Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 134. aiont excusari à ieiunio eos, qui prælum versant, quia ponunt magnam vim, non vero eos, qui typos colliguut, quia non videntur grauem subire laborem. At iuxta Fagundez, *vbi suprà* volentem omnes artifices indiscriminatim excusari à lege ieiunij ratione illius priuilegij, seu declarationis Eugenij IV. & Emanuelem Sà *d. num.* 9. asserentem, absolutè artificium excusari à ieiunio etiam colligentes typos essent liberi à lege ieiunij; & certè licet hi lieut sartores laborent sedentes, & eorum labor non sit tam improbus; nihilominus videntur excusari à ieiunio, vel quia talem artem exercentes communiter sunt pauperes, non habentes vnde possint sumere cibum semel tantum in die ieiunij sufficientem; vel qoia sic habet vsus, & consuetudo, nec Confessarij illos grauant ad ieiunium, & ita nouissimè sentit idem Diana *p.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 56. sequens doctrinam Macbodi ita quoque sentientis *to.* 2. *lib.* 6. *p.* 8. *docum.* 4. *num.* 2. Quoad sculptores Lessius vbi supra *num* 43. dicit non eximi à ieiunio, quod ars non sit laboriosa. At eos eximere videntur omnes recentiores mox allegandi, qui solum de pictoribus loquuntur, & expressè eximunt Fagundez, Azotius, Turllench, eorum enim opus videtur laboriosum. Quoad pictores vero eos non excusari à ieiunio, eo quod eorum opus ingenij potius sit, quam virium corporis docent Abulensis, Azorius, Sanchez, Lessius, Ioannes Sancius, Bonacina, Reginaldus, Filliuccius, Villalobos, Layman, Gordonus, & Turllench *locis citatis*. At iuxta sententiam Fagundez *d. num.* 16. tenentem omnes artifices generaliter excusari à ieiunio, dum suarum artium opus exercent, iuxta declarationem illam Eugenij IV. dicendum est excusari; cum & hi sicut & sculptores generali nomine artificum comprehendantur. Quoad Aduocatos, Scholasticos, Notarios, Scribas, & alios similes, iidem Azorius, Sanchez, Lessius, Villalobos, Ioannes Sancius, Bonacina, Reginaldus, Filliuccius, Layman, & Turllench affirmant non excusari ex sola ratione sui officij, & laboris, eo qood eorum labor non sit grauis, & etiam minor, quàm sartorum, barbitonsorum, & pictorum, quos tamen volunt non excusari. & Sanchez *d. dub.* 7. *num.*7. Turllench *d. dub.* 7. *num.* 9. & alij relati à Leandro Discalceato *d. disp.* 8. *q.* 123. dicunt à ieiunio ex sola ratione sui officij non excusari, neque eos, qui ex officio scribere habent, vt Regum secretarij, & alij, qui ex hoc labore viuunt, quia labor horum officiorum non est tantus, quin sit compatibilis cum ieiunio: Nec refert, inquit Sanchez, qood ipsi dicunt esse magnum laborem spiritus, cum sit opus ingenio, nam maiori ingenio (replicat idem Sanchez) opus est ad studium, & tamen studium non excusat; At hos, qui ex officio scribere habent, vt prædicti Regum secretarij, & alij ex hoc labore viuentes à ieiunio excusat Angles *vbi suprà*, Ioannes qooque à S. Ioanne *t. p. summ. tract. de ieiunio art.* 6. à Ioanne Sancio *disp.* 54. *num.* 16. relatus à ieiunio excusat scribas, qui exactè scribunt die ieiunij; & idem sentire videtur Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 130. & absolutè tradunt Pasqualigius *decis.* 335. & Leandrus *d. q.* 121. & 124. Et certè in hoc mihi videtur oon posse tradi certa regula, sed videtur considerãda quantitas occupationis, roboris, vel imbecillitatis scribæ, & inde iudicandum, an labor, & occupatio commodè admittat necne ieiunium: propterea Ioannes Sancius dixit, quod in hoc scriba consulat imbecillitatem suam. De Aduocatis, & Scholasticis, an aliquando à ieiunio excusentur infra explicabitur. Sanchez etiam *d. dub.* 7. *num.* 8. ex Heotiquez, & aliis doctis iunioribus rectè aduertit, quod etsi

prædicti artifices, sartores, barbitonsores, pictores, Scribæ, & alij ex solæ ratione artificij, aut officij à ieiunio non excusentur, possunt tamen aliæ circumstantiæ concurrere: vt quia de more habent minus vigilare, vel nimij laboris molestia prægrauantur capite, vel stomacho; & hoc ait conferre ad tollendos scrupulos, quod Doctores graues (vt sunt *superiùs* allegati) excusant aliquos horum à ieiunio: Et hoc habet etiam Turllench *d. num.* 9. Adoertit etiam idem Sanchez *num.* 9. cum nonnullis doctis iunioribus esse aliqua officia, seu artes, quæ habent aliqua opera laboriosa, & alia non, & ideo dum opifices exercent laboriosa excusari à ieiunio; quando vero exercent non laboriosa vt v. g. *delineare*, non excusari. Propterea idem Sanchez *d. dub.* 7. *num.* 5. aduertit, quod quando Confessarius non nouit quantus sit labor alicuius artis, debet interrogare ab ipso pœnitente; & si ipse dixerit, quod habet tantum laborem sicut faber lignarius, aut aliud officium, de quo scit Confessarius, qood excusat, potest illi dicere eum non teneri ieiunare, & ita etiam aliis, qui laborando ponunt magnam vim. De aliis opificibus vero considerãda sunt *suprà* tradita. Ex qoibus etiam infertur. Quid dicendum de textoribus viræ sericæ, aut alterius generis, in quibus texendis ratione suæ arctitudinis non adhibetur magna vis, seu magnus labor corporis, cum sufficiat exigua brachiorum extensio, qua de causa Pasqualigius *decis.* 299. ait eos teneri ad ieiunium; verùm de his dicendum sicut de sartoribus, & etiam sicut de aliis textoribus panni linei, vel lanei, & ita sentiunt Doctores *num.* 61. versic. *Hinc* citati, qui absolutè & indistinctè eximunt textores ab obligatione ieiunij.

Cæterùm circa operarios suprædictos, qui iuxta Doctores communiter, vt potè opera valde laboriosa exercentes, à ieiunio excusantur. Aliqui Doctores voluerunt à ieiunio excusari solum, si exercitium artis, seu labor est necessarius ad victum, vel statum conseruandum, vel aliter non poiest quis alere familiam suam, vestire, dotare filias, alere filium in Academia, & prouidere sufficienter suis, quotom cura ei incumbit; secus vero si labor sit voluntarius, & non necessarius ad prædicta; scilicet, quia illam artem, seu illum laborem, cum ieiunio incompatibilem exercentes sint diuites, & possint sine illo labore, vel sine tanto labore decenter viuere, nec talis labor est necessarius ad sustentandam familiam. ita Graffius *decis. aur. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 16. & plures ex antiquis, qoos refert Sanchez *d. dub.* 7. *num.* 3. & alij quos refert Fagundez *d. cap.* 8. *num.* 15. & ita sensisse videtur etiam Caietanus *in summa* verbo *ieiunium* versic. *quoad tertium*. At dicendum præfatos operarios, agrorom cultores, & alios *num.* 62. enumeratos, & quoscunque ex officio, seu vsu suæ artis exercentes opus laboriosum incompatibile cum ieiunio, quantumcunque sint diuites, & possint optimè, & abundanter non laborando se, & suam familiam alere, & decenter sustentare, posse in die ieiunij licitè suam artem, seu officium exercere, & à ieiunio omninò excusari. ita communiter Doctores, Syluester, Rosella, Tabiena, Nauarrus, Azorius, Toletus, Sanchez, Lessius, Fagundez, Villalobos, Bonacina, Filliuccius, Reginaldus, Turllench *locis citatis*. Castrus Palaus *to.* 10. *tract.* 3. *disp.* 1. *puncto* 21. *num* 4. & alij relati à Sanchez *d. dub.* 7. *num.* 4. & sic aiunt Eugenium IV. in prælegato indulto declarasse; opifices scilicet, qui laboriosas artes exercent, & agrorum cultores, & similes siue sint diuites, siue pauperes, liberos esse à lege ieiunij; & ita declarauit Eugenius, quia multi Doctores (vt dixi) antea probant non excusari, nisi qoi necessitate aliqua compulsi diebus ieiuniorum laborabant. Confirmatur etiam 64

etiam tum quia artes sunt necessariæ Reipublicæ ad transigendum vitam humanam, & semper est vtile Reipublicæ, vt opifices suas artes exerceant; tum quia (vt inquiunt Nauarrus, & Fagondez) nullus eorum, qui operi laborioso ex officio incumbunt, vt plurimum tam diues est qui suo labore ad aliquid ex prædictis bonis necessariis seu ad sui suorumuè decentem victum, & sustentationem non indigeat.

Conducentes præfatos operarios in die ieiunij cum pacto, vt non ieiunent, an peccent.

65. Quare etsi S.Thomas 4. *dist.* 15. *q.* 3. *art.* 2. *q.* 4. *ad* 3. ibidem Richardus *art.* 3. *q.* 4. Paludanus *q.* 4. *art.* 2. Durandus *q.* 10. Gabriel *dist.* 6. *q.* 3. *art.* 1. Caietanus 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *dub. penult.* Graffius *decis. aur. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 17. Toletus *d. cap.* 5. *num.* 2. & 6. Angelus, Syluester, Rosella, Tabiena relati à Sanchez *d. lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 1. & ab Azorio *p.* 1. *lib.* 7. *d. cap.* 17. *q.* 8. qui eos *ibi*, & *cap.* 31. *q.* 12. sequi videtur, docuerint peccare conductores, qui præfatos operarios, cauatores, Agricultores, messores, & similes conducunt in die ieiunij non nisi cum pacto, vt non ieiunent; quando ipsi operarij volebant laborare, & minuere mercedem, vt sic possent ieiunare; & necessitas operis non exigit festinationem, & vt operarij citius absoluant; moti illa ratione quod impediunt, seu sunt causa, vt tales operarij non obseruent ieiunij præceptum, aliàs parati illud obseruare, & ita peccent non ieiunando. Nihilominus Sanchez *d. dub.* 8. Fagundez *allegato cap.* 8. *num.* 16. Bonacina *d. p. vltimo num.* 9. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 13. & Turllench *d. dub.* 7. *n.* 9. sentiunt huiusmodi conductores nullo modo peccare, nec venialiter, si id deducunt in pactum, & labor talis sit, vt excuset à ieiunio. Ratio est, quia ipsi operarij etiamsi sint diuites habentes aliunde alimenta excusantur à lege ieiunij, seu ieiunare non tenentur in die laboris incompatibilis, vt *numero præcedenti* dictum est, ac proinde tales conducentes operarios ad laborem excusantem à ieiunio, eo pacto, vt non ieiunent non peccant vllo modo, cum in hoc non inducant ad vllum malum, aut peccatum, cum ipsi operarij non peccent non ieiunando, & ita habet communis vsus. Quod si operarius vellet ieiunare, ac proinde minus solito laboret conductor ob id minuere poterit mercedem operarij absque peccato, vt docent Caietanus, & Azorius, quia non debet conductor maiorem mercedem promittere, aut soluere, quam operarius mereatur.

Domini, & Patresfamilias compellentes seruos, & famulos in die ieiunij ad laborem incompatibilem cum ieiunio, quando commodè potest differri, an peccent.

66. Licèt etiam Gabriel, Azorius, & Toletus *locis citatis*, Fagundez *d. lib.* 1. *cap.* 10. & 11. Reginaldus *lib.* 4. *n.* 201. Filliuccius *to.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *n.* 70. versic. *Dico secundo.* Turllench *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *n.* 8. Rodriquez 1. *p. summ. cap.* 23. *n.* 5. Angles, Ledesma, & nonnulli alij sentiant peccare mortaliter Dominos, & patresfamilias compellendo seruos, aut famulos in die ieiunij ad ministeria & opera laboriosa incompatibilia cum ieiunio, quando commodè, & sine notabili damno possunt differri in alium diem, quia, inquiunt, saltem tenentur familiam à ieiunio non impedire. Contrarium tamen, & nec ipsos seruos, & famulos, nec Dominos, & Patresfamilias peccare in hoc etiam venialiter docent Sanchez vbi supra *dub.* 9. Fagundez *d. cap* 8. *n.* 5. Bonacina, Turllench, Diana *locis citatis*, & alij docti iuniores tacitis nominibus à Sanchez relati, & indicat Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 42. dum dicit, quod famuli, & ancillæ solita ministeria etiam diebus ieiunij præstare debent volentibus Dominis, etiamsi cum illis ieiunium constare nequeat. Ratio est, quia ipsi potuerunt licitè locare operas suas ad inseruiendum, prout ipsis fuerit iniunctum, & ipsi Domini possunt illos occupare in talibus ministeriis, & operibus laboriosis pro vt se obtulerint; nec tenentur sub peccato obseruare, an sit dies ieiunij. Et ita habet vsus etiam apud timoratos, & religiosos viros. Quamuis Patronis, & Dominis consulendum videatur, vt differant ministeria in alium diem, quando id sine vllo incommodo fieri potest.

Operarij rustici, Agricultores, fossores &c. an in die ieiunij, in quo non laborant, teneantur ieiunare.

An autem prædicti opifices, & operarij, Agricultores, fossores, fabri lignarij, & cæteri opifices, operarij, qui ex officio exercent ministeria valde laboriosa, & in die ieiunij excusantur à lege ieiunij, teneantur ieiunare eo die ieiunij, in quo laborem intermittunt, vel quia sit dies festus, vel quod occupet alia occupatio, quæ non est cum ieiunio incompatibilis. Bartholomæus Medina 1. *p. summ. cap.* 14 §. 10. Villallobos *d. diff.* 4. *n.* 9. respondent id viri boni arbitrio definiendum, & quod tunc licitè ieiunium soluunt, aut quia alioqui inepti ad labores, & operas in die sequenti essent; aut quia ex labore præterito nimium defatigati sunt; & hoc idem sentiunt Azorius *d. cap.* 17. *d. q.* 8. versic. *item quæstio.* Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 214. Filliuccius *d. cap.* 6. *num.* 121. Bonacina *d. puncto vltimo n.* 9. *fine*, Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *num.* 15. & Turllench *d. num.* 9. & Syluius relatus à Diana *d. tract.* 9. quia in dictis duobus casibus sufficientem excusationis causam habent. At Sanchez *d. lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 10. Fagundez *d. cap.* 8. *n.* 16. Diana *d. resolut.* 9. Pasqualigius *decis.* 293. & Leandrus Discalceatus *de precept. Eccl. tract.* 5. *disp.* 8. *q.* 54. aiunt absolutè præfatos operarios excusari à ieiunio, si vno, aut altero die ieiunij non laborent, quorum ratio est, tum quia licet illo die non debeant laborare, satis tamen est ad eos à ieiunio excusandos, quod die præcedenti laborauerint, & die sequenti sint laboraturi; manent enim regulariter loquendo defatigati, & lassi ex præcedenti labore, & sic indigent ampliori cibo, & aliqua recreatione; tum quia durum est huiusmodi operarios viros rusticos, & agrestes minimè ieiuniis assuetos vno, aut altero die, quo operam, & laborem intermittant, ad ieiunium obligare; solent enim nimis afflictari cum ieiunare coguntur ob solitum laborem intermissum. Addit tamen Sanchez cum Victoria ex aliis iunioribus doctis, & approbant Turllench, Pasqualigius, & Leandrus, quod si sint tres, vel quatuor dies ieiunij simul, & continuati in quibus non laborent, tenentur ieiunare aliquos illorum, quia tunc in tot diebus est tempus opportunum ad recuperandas vires, & ad recreationem, vt continuent laborem non ieiunando vnum, aut alterum diem, & consequenter reliquos ieiunare tenentur; quod tamen in praxi puto rarò posse contingere. 67.

Aduertendum etiam viatorem, qui longum iter peregisset, & in die ieiunij subsisteret, excusari illo die à ieiunio ob debilitatem contractam, vel si acturus, & persecuturus esset die sequenti iter, ita ieiunando debilitaretur, vt non posset illud conuenienter, & commodè prosequi, ita Abulensis vbi suprà *q.* 141. Reginaldus, & Filliuccius *locis citatis*. 68.

* *
*

Excusat

Excusat à ieiunio grauis labor assumptus grauis damni vitandi, vel lucri faciendi causa, etiamsi id non fiat ex officio.

69. Porro excusantur à ieiunoio, qui grauia damoi proprij, vel proximi temporalis, vel spiritualis vitandi, vel notabilis lucri captandi (cuius occasio oon semper datur) causa soscipiunt laborem grauem, ex quo defatigatio sequitur, & com quo ieiunium commodè consistere noo potest, etiamsi ex officio non soleant; & quidquid excusaret à custodia festi, à fortiori excusabit à praecepto ieiunij, si ieiunium simul cum tali labore seruari nequit, cum praeceptum ieiunij minus sit, & mious arctum. ita Caietanua *in summ.* verbo *ieiunium.* & 2.2. *d. q.*147. *art.* 3. Nauattus *d. cap.*21. *num.*16. Toletus *d. cap.* 5. *num.* 5. Sanchez *d. lib.*5. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Filliuccius *d. cap.* 6. *num.* 118. Villalloboa *d. diff.* 4. *num.* 12. *&* 13. Turllench *d. dub.* 7. *num.* 9. Layman *d. cap.* 3. *num.* 3. versic. *quarta causa*; & alij. Quare mercatores, & alij, qui ad nundinas proficiscuntur praesertim peditea, vel ad alia negotia, quae commodè differri oequeunt: item qui certis temporis vacaot piscationi halecium, vel vcoatiooi aprorum excusantur à ieiunio, vt exemplificant Lessius, Villallobos, Layman, & Filliucciua

An ratione laboris coqui excusentur à ieiunio, si babēt parare plura fercula maximè pro pluribua, regulariter videntur excusati, cum talia praeparatio requirat laborem oon leuem, si verè tamen labor esset leuia non excusarentur, vt etiam Pasqualigiua *decis.* 297. & Leandros Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 77. Quare coqui Religiosorum licet praeparent cibos pro multia Religiosis, quia tamen pauca fercula praeparant, ideo eorum labor videtur lenis, & non sufficiens ad excusandum à ieiunio regulariter loquendo, & ita practicatur apud nos, & credo etiam apud alios Religiosos: Religiosi enim laici caetcentes muous coqoi consueuerunt obseruare ieiunia sicut alij Religiosi: licet etiam bos non teneri ieiunare affirmet Pasqualigius *decis.* 297. quod procederet si non solum praepararent cibos pro pluribus, sed etiam multum laborarent in laoandis vasibus, ollis, scutellis, & altis instrumentis, & hoc pacto loquitur Pasqualigius.

Itinerantes pedestres, & equestres, & in curru, aut lectica an, & quando excusentur à ieiunio.

70. Ad hanc tertiam causam laboris à ieionio excusantem spectat iter longum, & magnum, maximè si fiat pedester; ita facientes iter pedestres vt cursores, Muliones, Agasones excusari à ieiunio, quando iter non est omninò voluntarium, sed necessarium ad comparandum victum, ad augendum, vel seruaodum statum, vel ad euitandum aliquod damnum aut periculom, & non potest iter commodè differri in aliom diem, & labor est incompatibilis cum ieiunio, tradunt communiter Doctores, S. Thomas 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *ad* 5. Abulensis *d. q.* 14. Richardus, Gabriel, Paludanus, Durandus locis *superius num.*65. citatis. Diuus Antoninus, Syluester, Angelus, Rosella, Tabiena, Sanchez, & Fagundez *locis* mox *allegandis* citati. Nauattua *d. cap.*21. *n.*16. *fine*, Angles Floribus *vbi de ieiunio p.* 1. Graffiua *decis. aur. p.* 1. *lib.*2. *cap.* 16. *num.* 18. Azorius *p.* 1. *lib.*7. *cap.*17. *q.* 9. Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 218. Sanchez *d. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 10. Fagundez *d. praecepto* 4. *lib.*1. *cap.* 8. *n.*17. Toletus *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 6. Villallobos 1. *p. tract.* 23. *diff.* 4. *num.* 10. Filliuccius *p.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *n.*122. *&* 123. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 46. Bonacina *d. puncto vltimo*, Turllench *d. lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 12. *&* 14. Layman, & Lessius locis *suprà* allegatis, & alij. Quare Cursores, Muliones, Agasooea, & caeteri, qui longè proficiscuntur; & tota die pedibus iter faciunt ex officio, sine quo non possunt, vel oon aequè beoe possuot viuere, excusantur à ieionio, vt Abulensis, Reginaldus, & alij Doctores recitati; & idem Abulensta, Paludanus, Syluester, Angles & Reginaldua similiter volunt tales excusari, si se locatuot ad annum integrum; secus verò sentiunt de Cursore, & simili, qui se ad diem certum locat nulla necessitate cogente, eo quòd aliàs habet, vnde commodè iuxta suum statum viuat; tunc enim aiunt non excusari, quia cessat ratio debiti, in qua eiumodi excusatio fundatur. Verùm alij existimant probabilius esse, quod siue hi habeant id ex officio, vt deportatores Epistolarum, siue id oon habeat ea officio, sed est homo, qui habet aliud officium, & vult tunc facere illud iter, quia fortè lucrabitor magis ex tali itinere, quàm ex soo officio ordinario, excusetur à ieiunio. ita Sanchez, Lessius, Turllench, Layman, & Bonacioa *locis citatis*; idque confirmatur ea traditis suprà *num* 64. & superiùs *num.* 21. vbi dictum est, eum, qui oon in fraudem ieiunij suscipit laborem, sed ob honestam causam, licet id non habeat ex officio, nec labor sit necessarius, excusari à ieiunio, si ieiooium sit eum tali labore incompatibile; nam praeceptum ieiunij non videtur tam strictè obligare, vt quia abstineat à labore cum ieiunio incompatibili si adest iusta, & honesta causa suscipieodi talem laborem, nec suscipiatur in fraudem ieiunij secus verò si labor v.g. iter in die ieiunij cum praecisione necessitatis frangendi ieiunium soscipiatur, cessante omni honesta causa, & multò magis si id fiat in fraudem ieiunij. Quidquid contra sentiant Pasqualigius *decis.* 314. Leandrus Discalceatua *d. disp.* 8. *q.* 98. Bonacina & alij Doctorea superius *num.*4. relati, & Ioannes Sancius, & Diana locis supra *num.*1. citatis, quorum sententia reiecta est per totum paragraphum praecedentem. Cum autem liceat facere in die ieiunij iter cum ieionio incompatibile ad damnum temporale vitandum, hinc est quod quis potest in die ieiunij iter aggredi, vel prosequi cum habet socium viae, quem amittet, nisi iter illo tempore conficiat, vt dicit Toletua *loco citato*. Quemadmodum etiam licitum est iter in die ieiunij cum eo iocompatibile, quando tēpus ieiunij praeoccupat in via hominē, vt ait Graffius *vbi suprà*.

Si quaeratur quodnam iter censeodum sit longum, & magnum, vt illud faciens pedester ordinariè excusari debeat à ieiunio. Azorius ait tale esse iter quindecim, aut decem, & octo milliarium Italorom; Bonacina ait iter 15. vel 20. milliarium; Filliucciua ait duodecim, aut quindecim milliarium, Villallobos ait iter septem, aut octo leucarum. Hieronymus Rodericus *in compend. qq. reg. v.* ieiunium *num* 4. ait iter sex leucarum. Sanchez *d. dub.* 10. *num.* 3. dicit excusari à ieionio eum, qoi facit iter pedestris per magnam partem diei. Quare si quis iter pedestris faceret breue per sex, aut octo milliaria, aut per vnam, & dimidiam leucam iuxta eosdem Doctorea non excusaretur à ieiunio, nisi ex complexione particulari delicata aliqua ea breui itinere contraheret tantam lassitudinem, sicut alius ex magno, ita vt commodè non posset ieiunare. Addo vel nisi itineris asperitas, vel quid simile efficeret, vt quia ex breuiori spatio ootabiliter defatigaretur, vt proinde à ieiuoio excusari debeat, arbitrio boni viri. ita Rodericus *d. num.* 4. Imò Leandrua Discalceatua *de praecept. Eccl. tract.* 5. *disp.* 8 *q.* 95. putat absolutè iter nooem milliariom, seu trium leucarum excusare à ieiunio. Quin etiam Pasqualigius *decis.* 327. docuit septem, aut octo milliaria sufficere ad excusandum à ieiunio: sed hi duo Doctores nimium indulgent; experientia enim videtor constare ex itinere pedestri octo, vel nouem milliarium non sequi defatigationem magnam, & notabilem defectum spirituum, vt propterea quis excusetur à ieiunio, oisi concurrat debilitas complexionis, vel itineris asperitas. 71.

Eos porrò, qui equestres faciunt iter, communiter non excusari à ieiunio ea hoc tradunt Sanchez *d. dub.* 10. *n.* 4. Filliuccius, & Turllench *locis citatis* (& videtur omninò 72.

de mente aliorum Doctorum, quos *n.70.* allegaui, cum loquantur solùm de facientibus iter pedester) quod non ita defatigentur, sicut qui pedestres iter faciunt, Filliuccius, & Turlleneh limitant, si equitatio sit ad tempus breue, vt sex, vel octo dierum, tunc enim aiunt non afferre excusationem à ieionio. At si equitatio esset ad longum tempus, ita quod ex longo itinere equitans notabiliter defatigatus existeret, vel dubitaretur superuenturam debilitatem, vel experientia constaret, quem aliàs non habere vires ad iter complendum, aiunt excusari à ieiunio, quod idem aiunt Pasqualigius *decis.* 316. & Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 10. quia generaliter (vt Lessius *d. cap.* 2. *num.* 43. & Layman *d. cap.* 3. *num.* 3. & alij communiter docent) qui officio suo fungi nequeunt cum ieiunio, excusantur. Et idem ibidem Filliuccius, & Diana dicunt de itinerantibus, in curru, vel lectica, nam si longum sit iter, inducere solet debilitatem, & currus valde concutit, & defatigationem inducit, nisi valdè commodus esset, ita vt nulla, vel modica defatigatio contingeret, ita præfati duo Doctores. Quando etiam iter non esset longum, addit Sanchez *d. num.* 4. (& notat etiam Turllench) quod quis excusatur à ieiunio, si ex complexione particulari contrahat tantum lassitudinem equitando, vt commodè ieiunare nequeat; vel si non inueniat simul vnicam refectionem sufficientem ad victum totius diei, vel si non inueniret nisi panem, fructus, & olera iuxta tradita suprà *num.* 56. item iuxta Paludanum, & Grassium à ieiunio excusantur cursores equitum, quando trottant; quia talis labor multum consumit de humido, & nimis grauarentur vna vice sumendo ad sufficientiam, ideoque excusari debent. Hinc non videtur vllo modo approbandus Ortiz *in summ. cap.* 19. *num.* 12. quem refert, nec reprobat Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 46. versic. *Non reticeam*; imò probare videtur *p.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 40. absolutè autem Ortiz sententiam approbat Mechadus *ibidem* à Diana citatus, asserens absolutè omnes itinerantes siue pedites, siue equestres, etiamsi iter non sit laboriosum, & improbum non teneri ad ieiunandum, gratis enim hoc dicit, & sine fundamento contra Doctorum communem; nam si iter non est laboriosum, nec tale, vt inducat notabilem defatigationem, ex solo capite itineris non adest sufficiens ratio excusans à ieiunio, nisi interueniat aliqua alia causa ex *suprà* dictis. Igitur ad inducendam huiusmodi excusationem à ieiunio attendenda est defatigatio equitantis, quæ potest prouenire ex debilitate complexionis, ex incommodo, incessu equi, ex itinere montuoso, & aspero; ita quod etiamsi iter sit vnius diei tantum, vel maioris partis diei excuset à ieiunio, & concurrat aliqua ex prædictis causis, verum est quod Leandrus *d. disp.* 8. *q.* 10. dicit nempè equitantes vnico die octo, aut decem leucas excusari à ieiunio propter magnam defatigationem.

Labor animi, & ingenij, qua ratione excuset à ieiunio.

73. Cæterùm non solùm labor corporis (vt ex dictis constat) sed etiam labor animi, & solius ingenij excusat à ieiunio, si cum eodem ieiunio sit incompatibilis, cum parum referat qualis sit labor, si non patitur secum ieiunij vsum; ita Lessius, Layman, Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *num.* 17. & alij Doctores *num.* 62. relati, qui ideo excusant à ieiunio Concionatores, Lectores, seu Cathedraticos, Aduocatos, Confessarios, si officio suo concionandi, legendi, patrocinandi; & audiendi Confessiones commodè fungi nequeunt in die ieiunij seruando ieiunium, de quibus in sequenti causa; omnes enim, qui officio suo cum ieiunio fungi nequeunt, lege ieiunij non obligantur iuxta eosdem Doctores, & alios tam *suprà* allegatos, quàm infra allegandos.

Pietas, seu opus maioris perfectionis excusat à ieiunio; vbi an, & quando, & qua ratione excusentur à ieiunio concionatores, lectores; Magistri, & scientiarum professores, Confessores, Aduocati, Procuratores, Scholastici, Cantores.

Quarta causa excusans à ieiunio est pietas, seu opus magis bonum ieiunio, vt sunt opera misericordiæ spiritualis, & corporalis, opus iustitiæ, vel charitatis, si cum tali opere non potest ieiunium consistere, nec commodè potest differri, ita Doctores communiter S. Thomas 2. 2. *q.* 147. *art.* 3. *sub finem*, ibidem Caietanus *in summa*, verbo *ieiunium* versic. *quoad tertium*, Syluester verbo eodem *num.* 26. Sà *eodem num.* 9. Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 17. Angles Floribus *vbi de ieiunio*, Ioannes Medina *Cod. de ieiunio quæst. de his, qui ieiunare tenentur.* Ledesma 2. 4. *q.* 17. *art.* 3. *dub.* 9. Toletus *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 6. & ex aliis recentioribus superius *num.* 61. Azorius *d. lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 1. Sanchez *d. cap.* 1. *dubio* 13. Lessius *d. cap.* 2. *num.* 44. Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 219. Fagundez *d. cap.* 8. *num.* 19. Filliuccius *d. cap.* 6. *num.* 124. Layman *d. cap.* 1. *num.* 4. Gordonus *d. cap.* 6. *fine.* Bonacina *d. puncto vltimo num.* 13. Grassius *d. cap.* 36. *num.* 49. Villallobos *d. diff.* 4. *num.* 15. & 16. Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *num.* 17. & *seqq.* Diana *d. tract.* 9. *resolut.* 10. 11. & 12. & Turllench *d. dub.* 7. *num.* 15. Ratio autem ex S. Thoma, & aliis est, quia cum Ecclesia præcipiat ieiunium, vt promotiuum ad bonum, non est illius intentio ad illud obligare, quando maioris alicuius boni est impedimentum arg. *cap. non mediocriter de consecr. d.* 5. prædicta autem opera sunt præstantiora, & actus præstantioris virtutis, scilicet, misericordiæ, aut Religionis, aut iustitiæ, vel charitatis quam abstinentia, cuius actus est ieiunium. 74.

Hinc primò propter maius bonum excusantur à ieiunio Concionantes verbi Dei, lectores, seu Magistri publici, Confessarij, Cantores, Musici Ecclesiarum, qui prædicationi publicæ, lectioni, auditioni Confessionum, diuinis officiis decantandis incumbunt, quando cum ieiunio iisdem muneribus non possunt commodè incumbere, vel per ieiunium ad illa exercenda inhabiles redderentur. ita præfati Doctores ob adductam rationem, & quia omnes nequeuntes officio suo fungi cum ieiunio, etiamsi labor non sit nisi ingenij, ab illo excusantur, vt superius *num.* 73. dictum est, & tradunt in terminis Doctores *ibidem* relati, & alij. 75.

Et licet aliqui ex præallegatis Doctoribus dicant, præfatos excusari modo ex officio, vel obedientia, aut voto exerceant prædicta munia prædicandi, vel docendi, vel Confessiones audiendi, vel saltem sequatur magna vtilitas, & quæ per alium æque bene procurari nequit; secus si omninò voluntariè. ita Syluester, Caietanus, Nauarrus. Medina, Ledesma, Toletus, & Fagundez. Nihilominus verius est excusari exercentes prædicta opera, etiamsi omninò voluntariè exerceant, quando non possunt simul cum illis ieiunare. ita in terminis Sanchez Lessius *locis citatis*, & alij Doctores *superius* relati, & alij à Sanchez citati, dum absolutè dicunt præfatos excusari à ieiunio incompatibili cum talibus muneribus; & etiam S. Thomas 4. *dist.* 5. *q.* 3. *art.* 1. *quæst* 2. *ad* 3. & Gabriel *d. dist.* 16. *q.* 3. *art.*.. vbi expresè dicunt, indiscretum esse ieiunium, quo quis ab operibus vtilioribus impeditur, licet ad illa opera non teneatur: Et conuincit ratio *num.* 74. adducta, nempè quod ieiunium non debet esse impeditiuum maioris boni. 76.

Etsi etiam aliqui ex relatis Doctoribus aiunt, exercentem prædicta opera meliora, & præstantiora 77.

axcusari

excusari à ieiunio, quando exercent ob pietatem, & charitatem, secus vero si ob mercedem, & lucrum. ita videntur sentire Caietanus Toletus, Ledesma, & alij à Sanchez *d. dub.* 13. *num.* 3. & Diana *d. resolut.* 11. relati. Tamen longè probabilius est, excusari, etiamsi ob lucrum, & mercedem præstent dicta opera meliora. ita Nauarrus, Angles, Graffius, Reginaldus, Bonacina, Filliuccius, Turllencb, Diana *d. resolut.* 11. & Ioannes Sancius *num.* 17. *fine &* 18. & ratio est quia lucrum, & stipendium licitum non est mala circunstantia, nec per hoc desinit actus esse bonus, aut melior quàm ieiunium: Nauarrus, Graffius, Turllench, & Reginaldus limitant, si principaliter ob necessitatem sustentandi se, vel suos, vel ob pietatem, seu causa misericordiæ, vel cultus Dei, & minus principaliter ob lucrum ea munia exercerent, tunc enim aiunt excusari à ieiunio, si cum illo commodè nequeunt exercere; secùs si principaliter ob pecunias, & mercedem. At Sanchez, Filliuccius, Turllench, Bonacina, Ioannes Sancius & Diana dicunt absolutè, & indistinctè excusari; imò Sanchez expresè dicit excusari à ieiunio, etiamsi principaliter ob lucrum, & stipendium ob rationem mox adductam.

78. Quamuis etiam Villallobus putet Concionatores, lectores, seu Magistros, Confessarios muneri concionandi, legendi, & audiendi Confessiones actu incumbentes ordinariè posse simul ieiunare absque notabili incommodo, & impedimento sui muneris, & in casu dubij, seu dum dubitatur, vti auctoritate Superioris; & etiam Fagundez cum Maiore 4. *dist.* 15. *q.* 3. dicat non omnes regentes cathedram excusari, sed tantum illos, quorum labor est improbus, vel quia ita debiles sunt vt sufficienter studere non possint, vt lectionem explicent, & legant cum satisfactione; & quoad hoc eundem Fagundez refert Diana *d. resolut.* 10. & approbat: idem Diana *ibidem* sentit Prædicatores, qui in diebus quadragesimalibus concionantur esse omnioò excusandos à ieiunio, quia summopere laborant; eos verò Prædicatores, qui Dominicis diebus tantum concionantur putat vt plurimum non excusari à ieiunio, nisi essent debiles, & paruæ complexionis; atque adeo hoc remittendum ad arbitrium boni viri.

79. Sanchez *d. dub.* 13. *num.* 6. (quem sequitur Turlleoch *d. num.* 15. Pasqualigius *decis.* 326. & Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 112.) asserit concionatores, qui in quadragesima concionantur ter, aut quater in hebdomada communiter, & regulariter excusari, ita vt in nullo die quadragesimæ teneantur ieiunare; & hoc maximè si cum feruore concionentur; eos etiam, qui intra annum frequenter concionantur, non teneri ieiunare in vigiliis concionis, & in ipso die; additque idem Sanchez ita respondisse viros doctos: Et prædictorum rationem esse ait, quia hoc videtur requisitum ad robur necessarium ad benè, fructuoseque concionandum; nam qui debet officium exercere, non tantum attendere debet, an possit in hac quadragesima, vel in hoc die simul ieiunare, & prædicare; sed etiam vt conseruentur vires, & possint plures dies, & quadragesimas prædicare; & ita etiam ij, qui semel, aut bis tantum in quadragesima concionantur, excusabuntur à ieiunio die concionis, & die præcedente concionem, vt etiam expresè tradunt Pasqualigius *d. decis.* 326. & Leandrus *d. disp.* 8. *q.* 13. non excusarentur vero à ieiunio totius quadragesimæ, nisi alioqui forent debiles & paruæ complexionis cum ieiunio non aptæ sustinere munus; & laborem concionandi illis duobus diebus, vel semel in hebdomada, vt etiam iidem Pasqualigius, & Leandrus.

80. Item lectores, qui singulis diebus quatuor lectiones legunt, vt faciunt lectores Grammaticæ in scholis Societatis Iesu, dicit idem Sanchez *d. dub.* 13. *num* 7. non esse obligandos ad ieiunandum totam quadragesimam, quamuis ipsis videatur, quod id possunt ferre; quia (inquit) est magnus labor, & intra paucos annos ita fatigantur, vt non possint vltra progredi ieiunando, nec paucis diebus. Quare concludit, quod quamuis lectores Grammaticæ in Societate sint valdè fortes, & robusti sufficit, vt ieiunent dimidium Quadragesimæ, nempè tribus diebus in hebdomada, etsi aliquis fuerit debilior, minus, vel nihil ieiunet. Admonet proinde superiores ad tollendũ omnem scrupulũ, debere facile cum talibus dispensare, cum causa sit sufficientissima etiam ad non ieiunandum sine dispensatione; hæcque tradit etiam de mente aliorum iuniorum Doctorum.

De lectoribus Theologiæ, vtriusque iuris, Medicinæ, & huiusmodi, qui quotidie legunt vnam lectionem docet idem Sanchez *n* 8. eos ex vi talis laboris non excusari; secùs si essent debilis, & paruæ complexionis, vt ieiunantes non possent sine graui incommodo lectioni incumbere; & omnes cathedraticos conductos ad legendum excusari à ieiunio, quando ob laborem lectionum non valent ieiunare, tradunt Ioannes Medina *loco citato* Caietanus *d. art.* 3. versic. *ad hac dicitur*, Ioannes Sancius *d. num.* 17. & alij communiter; secus quando sine notabili incommodo, quod cum aliis tradit etiam Leandrus *d. disp.* 8. *q.* 116. 81.

Quod scholasticos studentes, præfatus Sanchez *d. n.* 8. ait studium eis non esse sufficientem causam ad excusandum à ieiunio; quia potius scholasticus indiget modico cibo, nisi scholasticus aliquis sit ita debilis, vt perdat totum Quadragesimæ studium propter ieiunium, nam tunc ait excusari; at vero ob hoc, quod sentiat magnam lassitudinem multum studendo, & simul ieiunando, dicit non excusari, sed potius debere minuere studij horas, ita ait sentire Anglem *vbi supra*. Quamuis ex eo, quod his scholasticis studentibus officium studendi est proprium, non videntur cogendi ad abstinendum à tali studio propter ieiunium, sicut nec alij officiales licet diuites, qui ex officio defatigati redduntur, non tenentur minuere laborem, vt ieiunent, & omninò, excusentur, vt dictum est supià *n.* 73. & tradunt Doctores *ibidem* citari, & idem Sanchez *d. dub.* 13. *n.* 10. & in his terminis scholasticorum asserit Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *n.* 17. versic. *imo lege ieiunij*, & Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 121. Quod si quis scholasticus debeat pati extraordinarium laborem ingenij propter aliquem actum publicum, vel propter aliquam lectionem oppositionis ob consequendum beneficium, aut cathedram; vel propter repetitionem, vel examen laboriosum, si commodè non possit simul ieiunare, tunc excusari tradunt Angles *d. p.* 1. *q.* 6. *diff.* 16. Sanchez *d. dub.* 13. *n* 9. dicens ita tenuisse Doctos recentiores, & Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *n.* 17. addens ob hanc rationem excusari etiam à recitatione horarum canonicarum. Imò etiam si scholasticus legeret ostentationis causa ad opinionem comparandam, vt adueniente cathedræ oppositione merita illius dignoscantur vberius, liber erit à ieiunio, & horarum recitatione iuxta Anglem *d. q.* 6. & Maure a. *p. cap.* 8. §. 2. *n.* 12. quos loco citato refert Ioannes Sancius, & sequitur. Et prædicta approbat etiam Leandrus Discalceatus *d. disp.* 8. *q.* 16. *&* 117. Pasqualigius *decis.* 327. vbi de Magistris præsidentibus publicis, vel etiam priuatis disputationibus, qui pro exercendo dicto munere multum defatigantur instituendo: Arguentes vero etiam in publicis disputationibus non ita facile ob laborem studij, vel agitationis in arguendo possunt excusari à ieiunio, vt Leandrus etiam *d. q.* 117. notauit; si tamen ratione studij, & magni conatus in disputando passi essent notabilem defatigationem, & spirituum defectum, vel essent passuri, excusarentur. 82.

Etiam Iurisperitos, seu Aduocatos, & Procuratores, si non possunt simul ieiunare, & patrocinari, & opus est studiis causarum operam dare, ex quo defessi euadunt, vel se euasuros probabiliter timent, excusari à ieiunio; nec officium dimittere teneri, sicut nec concionatores, nec cathedraticos (vt dictum est) nec etiam teneri 83.

minuere laborem, & studium per aliquot horas, vt ieiunium sint potentes adimplere; sicut alij artifices non tenentur, licet sint diuites, minuere laborem sui officij, vt possint ieiunare, ex sententia aliorum virorum, & sua tradit Sanchez *d. dub.* 13. *num.* 10. & docent etiam Diana cum aliis *d. tract. 9. resolut.* 13. & Ioaones Sancius *d. disp.* 54. *num.* 17. versic. *sit quoque, iuncto num.* 19. vbi cum Niena *in summ.* tit. 17. docet (& sequitur Diaoa *d. tract. 9. resolut.* 11.) presbiteris in quadragesima fas esse ouis vesci causa vocis conseruandæ, quia causa ieiunij quis noo est astrictus diminutè suum exequi munus, sicut nec Artifex tenetur operas intermittere per aliquas horas, vt possit ieiunare: & addit in facti contingentia Doctorem Thomam Lopez doctoralis præbendæ Canonicum Ecclesiæ Placentinæ in Hispania consultum à quodam cantore, num posset comedere oua in quadragesima causa vocis, respondisse illi fas esse. Quod dicunt Ioannes Sancius, & Diana procedere vrgentius in cantoribus Regiis, & Magnorum Principum, vbi ad splendorem Capellæ maximè decet cantores voces habere perfectas, siue in Musicis Cameræ ad solatium concinentibus.

84. De confessariis etiam assiduè audientibus Penitentium confessiones, si cum labore audiendarum confessionum ieiunium commodè obseruare non possunt, certum est, illos excusari à ieiunio, nec teneri desistere à confessionibus, vt Tabiena *v.* ieiunium *num.* 16. Sà *num.* 9. Fagundez, Diana, & Pasqualigius *decis.* 331. Leandrus *d. disp.* 8. *q.* 115. communiter alij Doctores *superius* allegati, imò Leandrus *d. q.* 115. excusat à ieiunio omnes Confessarios, qui per totum diem aut fere per totũ labori audiendarũ Confessionum incumbunt, licet audiát Confessiones tantum peccatorum venialium, vult enim esse magnum laborem, & in eo consumi spiritus animales. Sanchez tamen *d. dub.* 13. *num.* 11. dicit eos communiter non habere tantum laborem, vt excusentur à ieiunio, quia, inquit, eorum labor est similis studentium; addit quod ita debilis possit esse Confessor, & tanta frequentia in audiendis confessionibus, & tantus labor, vt excusaretur; & in dubio ad tollendum omnem scrupulum superiorem posse, & debere dispensare; quod idem notat Fagundez *d. cap.* 8. *num.* 19. *fine*, subdens etiam sufficere dubitanti viros doctos adire, & & quod illi exposita causa iudicauerint, id per se sufficere ad eum excusandum. Hine

85. Tandem (vt generalis regula tradatur) an, & quando ex prædictis, & similibus operibus, in quibus contingit labor animi, & genij, & sæpè etiam corporis contrahatur tanta defatigatio, & virium debilitatio, vt talis labor compatiatur ieiunium, relinquendum est arbitrio boni viri, qui debet iudicare habita ratione non tantum laboris secundum se, sed etiam qualitatis, & complexionis personæ in particulari; & modi concinnandi, seu legendi, frequentięque concionum, & lectionum, patrociniorum, & confessionum; ita colligitur ex præallegatis Doctoribus, & in terminis notat Saochez *d. dub.* 13. *num.* 5. dicens ita tenere viros doctos.

Infirmarij, & ornantes templa in die ieiunij à ieiunio cum suo opere incompatibili, excusantur.

86. Secundò Infirmarij, & ministrantes in Xenodochio excusantur à ieiunio cum tali opere incompatibili colligitur ex Doctoribus *num.* 74. relatis, & *ibidem* traditis, & in terminis tradunt Medina *in summ. lib.* 1. *cap.* 14. §. 10. Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 6. *num.* 2. & Layman loco *d. n.* 74. citato: item excusantur ornantes in die ieiunij templa, si opus ornandi non potest commodè differri. ita Gordonus, & Bonacina locis *d. n.* 74. allegatis.

Pia peregrinatio, an, & quando sit iusta causa à ieiunio excusans.

Tertiò ratione pietatis excusat à ieiunio pia peregrinatio ad loca sancta, quando est necessaria ex voto, vel pœnitentia, vel præcepto superioris, & differri commodè non potest, vel quia tempus implendi accedit; vel quia nisi tunc peregrinetur, amitteret socios, & iter est periculosum, vel illud nescit, vel socij faciunt illi expensas, quas ipse non habet. Ita omnes Caietanus *in summ. v. ieiunium* versic. *quoad tertium*, Nauarrus *in summ. cap.* 21. *n.* 18. Abulensis *in cap. 6. Matth. q.* 140. ex Doctoribus relatis suprà *n.* 74. Sanchez *d. cap.* 1. *dub.* 11. *n.* 5. Villallobos *d. diff.* 4. *n.* 16. Toletus *d. cap.* 4. *n.* 6. alij recentiores, *ibidem* allegati, & alij Doctores communiter quos Saochez *d. dub.* 11. *n.* 1. & 2. refert. 87.

An autem quæcunque pia peregrinatio omninò voluntaria causa deuotionis ita laboriosa, vt simul cum ea nequeat ieiunium consistere, sit legitima causa soluendi ieiunium, seu excuset à ieiunio, tametsi possit commodè differri in aliud tempus. Excusare affirmant Bartholomæus Medina in *summ. lib.* 1. §. 10. (dicens tamen sic peregrinantem non excusari à peccato veniali) Bonacina *de peccatis disp.* 2. *q.* 8. *p.* 1. *n.* 15. versic. *idem à fortiori*, & *de precept. Eccl. disp. vlt. q.* 1. *p. vlt. n.* 8. Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *n.* 14. & 22 (vbi vniuersaliter asserit excusandum iri à ieiunio exequentem aliquod opus pium etiam absque necessitate, quod secum ieiunium non compatiatur) Diana *p.* 1. *tract. 9. resolut.* 46. vbi etiam refert Ortiz *in summ. cap.* 19. *n.* 12. absolutè docentem peregrinantes non esse astrictos ad ieiunium, & nonnullos alios allegantes Pasqualigius *decis.* 341. & Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract.* 5. *disp.* 8. *q.* 135. Probant primo Bonacina, & Ioannes Sancius ratione adductis superiùs *n.* 2. scilicet, quia iste, qui peregrinatur, ius habet ad iter hodie agendum, quo non priuatur ob ieiunium seruandum. Secundò, quia Ecclesia præcepto ieiunij non præcipit abstinere à peregrinatione, sed tantum ieiunium seruari à potentibus. Tertiò, quia ieiunium non impedit opera virtutis, præsertim meliora: & si præceptum seruandi vitam cessat ob bonum virtutis exequendum, iuxta ea quæ idem Ioannes Sancius tradit *disp.* 3. *n.* 7. (vt Cathusianis moribundis licet ob bonum maximum virtutis abstinere à carnibus, licet ex medici consilio, seu declaratione foret omninò necessarius cibus ille ad salutem recuperandã) ergo multo magis cessabit positiuũ ieiunij. 88.

At communis Doctorum sententia est peregrinationem voluntariam. etsi valdè laboriosam regulariter, seu non semper excusare à ieiunio, seu non esse sufficientem causam soluendi ieiunium ab Ecclesia præceptum; præsertim si commodè differri potest. ita S. Thomas 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *ad* 3. Paludanus 4. *dist.* 15 *q.* 4. ibidem Palacius *disp.* 8 Gabriel *dist.* 16. *q.* 3. *art.* 1. Abulensis *loco citato.* Sylnester *v.* ieiunium *q* 9. Tabiena *eodem q.* 18. Graffius *decis. aur. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 18. Caietanus, Nauarrus *locis citatis*, Ioannes Medina *Cod. de ieiunio q. de his, qui ad ieiunia tenentur*, Ledesma 1. 4. *q* 17. *art.* 3. Sanchez, Toletus, Villallobos locis *n.* 87. relatis, & ex aliis recentioribus suprà *n.* 74 allegatis, Azorius *d. q.* 8. Fagundez *d. c.* 8. *n.* 19. Lessius *d. c.* 2. *n.* 44. Laymao *d c.* 3. *n.* 4. *fine*, Reginaldus *d. lib.* 4. *n.* 220. Gordonus *d. c.* 6 *fine*. Filliuccius *d. c.* 6. *n.* 25. & Turllench *dub.* 7. *n.* 15. Probat Caietaous, & post eum Sanchez, quia peregrinatio ad loca sancta non est opus melius, seu præstantius ieiunio; nam ieiunium est actus virtutis pœnitentiæ, seu abstinentiæ, aut temperantiæ, peregrinatio vero nullum importat actum virtutis, sed à religione imperatur, seu imperatiuè assumitur. Confirmatur per ea, quæ tomo 1. borum moraliom var. *tit.* 1. *n.* 1665. tradidi de voto peregrinationis concorrente cum præcepto ieiunij, vbi ostendi huius voti obligationem, cum sit voluntaria, & præcepti Ecclesiastici necessaria, cessare, & cum vtriusque scilicet voti, & præcepti obseruantia est incõpossibilis, potius esse seruandũ præceptum, 89.

nisi

nisi res per votum promissa esset tanti honoris diuini, vt meritò præferenda esset præcepto Ecclesiastico iuxta exempla *ibi* posita: recta enim ratio omninò dictare videtur, vt opera omninò voluntaria non præferantur necessariis ex aliquo præcepto, nisi aliqua iusta causa maioris vtilitatis spiritualis, vel honoris Dei aliter faciendum esse suadeat.

90. Dixi *regulariter*, quia sunt aliqui casus, in quibus peregrinatio voluntariè assumpta cum ieiunio de præcepto incompossibilis est legitima causa excusans à ieiunio. Primus casus est, quando illius personæ peregrinatio esset valdè vtilis ad diuinum honorem; vt quia est persona magnæ authoritatis, ex cuius peregrinatione multum augetur communis deuotio, & non potest simul ieiunare, & peregrinari. Secundus cum feruor deuotionis sic accedit ad peregrinandum, vt animæ spiritualiu saluti ipsius peregrinantis vtilius sit peregrinari sine ieiunio, quàm ieiunium sine peregrinatione: ita quod vtrumque casum Caietanus, & reliqui Doctores omnes *numero præcedenti* allegati. Et vtriusque ratio est vna, scilicet, quia ieiunium non debet esse impeditiuum maioris boni: in primo enim casu impediret maius bonum commune; in secundo maius bonum proprium. Tertius quando peregrinatio est ad Ecclesiam, in qua plures conceduntur indulgentiæ certo die, & agnoscit quis futuram sibi valdè vtilem. ita Sanchez *d. num.* 5. & colligitur ex aliis, quia & in hoc casu militat ratio adducta: & idem videtur dicendum si dies festus alicuius Sancti immineat, ad cuius Ecclesiam quia ex speciali deuotione erga illum Sanctum (licet fortè ibi nulla concessa indulgentia visitantibus Ecclesiam) pergere cupit, nec poterit commodè præuenire diem ieiunij, illa enim specialis deuotio videtur causa sufficiens ad cohonestandam peregrinationem incompatibilem cum ieiunio, & ita videtur sentire Graffius *loco citato*. Idem dicendum, quando peregrinatio est adeo longa, seu ad loca sancta valde distantia, vt quouis tempore intercedere oporteat plures dies ieiuniorum, & est valdè pia, & solo diuino intuitu assumitur, vt adire Sepulchrum; ita Abulensis, Sanchez, & Turllench, & indicat Graffius, dum dicit peregrinationem excusare à ieiunio incompatibili, quando tempus ieiunij præoccupat in via hominem. Item idem videtur sentiendum, quando quis ex sola pietate, deuotione speciali, & solo diuino intuitu cupit assumere peregrinationem ad sancta loca, & nisi tempore ieiunij peregrinetur, omitteret socios necessarios ob iter periculosum, vel ipse illud nescit, vel quia socij facient illi expensas, quas ipse non habet ita Sanchez *d. n.* 5. dicens sic tenere doctos iuniores, & Toletus *d. cap.* 4. *num.* 6. vbi tamen dicit, vt præfatæ, & similes peregrinationes ex sola deuotione, & nulla existente necessitate implendi votum, pœnitentiam, aut superioris præceptum assumantur de consilio Confessoris iudicantis plus spiritui pro futuram peregrinationem, quam ieiunium, quod certè consultius est, & tutum ad tollendum omnem scrupulum: In prædictis ergo, & similibus casibus, in quibus ob peregrinantis specialem deuotionem peregrinatio specialem vtilitatem affert, & est incompatibilis cum ieiunio, nec potest commodè differri, ab eo excusat iuxta præallegatos Doctores; secus vero si non afferat specialem vtilitatem spiritualem iuxta eosdem Doctores, & iuxta prædictos possunt rectè intelligi Ioannes Medina *Cod. de ieiunio d. quæst. de his, qui ieiunare non tenentur* Palacios, & Ledesma locis *suprà* allegatis, dum absolutè dicunt peregrinationem voluntariam in cultum, & honorem alicuius Sancti assumptam excusare à ieiunio cum ea incompatibili, quando commodè differri nequit; cum enim id probent ea ratione; quod ieiunium non impedit opera meliora, videntur omninò loqui de peregrinatione, quæ specialem vtilitatem affert, alioqui non esset opus melius ieiunio. His sic explicatis.

91. Ad primum argumentum sententiæ Bartholomæi Medinæ, Bonaciosæ, & aliorum respondetur præceptum ieiunij tollere ius itineris faciendi, quatenus iter est proximum impedimentum illud implendi iuxta tradita superiùs *num.* 20. & in toto præcedenti § Vnde etiam ad secundum respondeo, Ecclesiam præcipiendo ieiunium, præcipere etiam abstinentiam à peregrinatione omninò voluntaria, & nullam specialem vtilitatem afferente, vel quæ potest commodè differri, quatenus proximè est impeditiua impletionis eiusdem præcepti ieiunij. Ad tertium respondetur ex dictis *num.* 89. peregrinationem ex genere suo non esse opus melius ieiunio, & licet sit opus bonum, si tamen est omninò voluntaria, non est præponenda ieiunio, quod est de necessitate præcepti, vt dictum est, nisi aliqua ratio specialis, aut maior vtilitas spiritualis concurrat, vt in supradictis casibus, & ita etiam præceptum conseruandæ vitæ non cessat, nisi ob rationem alicuius boni specialis alicuius insignis virtutis.

Flagellantes se in hebdomada sancta, cum prævisione, quod inde non possint ieiunare, an excusentur à peccato.

Sed quid sentiendum de flagellantibus se, seu sumentibus disciplinam publicam in hebdomada Sancta, seu die Iouis sancti, si videant quod ex tali labore non poterunt ieiunare, an excusentur à peccato contra præceptum ieiunij. Non excusari, atque adeo monendos esse, vt vel temperent flagella, & sic possint ieiunare, vel vt omittant disciplinam docuisse Palacium loco supra *num.* 89. citato, & alium doctum recentiorem testatur Sanchez *lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *dub.* 12. & pro eadem sententia nonnullos alios refert Pasqualigius *decis.* 340. At nullo modo peccare, & excusari à ieiunio, siue sint confratres, siue alij particulares, dummodo non se verberent in fraudem ieiunij, ob hanc scilicet causam, vt à lege ieiunij sint immunes; nec esse necesse admonere illos, vt temperent flagella propter ieiunium; sed propter salutem corporalem, & vt rationabile sit obsequium, tenet Sanchez *d. dub.* 12. quem sequitur Turllench *lib.* 3 *cap.* 2. *d dub.* 7. *num.* 15. *fine.* & idem absolutè docent Ioannes Sancius *d. disput.* 54. *num.* 22. Diana *p.* 1. *d. tract.* 9. *resolut.* 46. Pasqualigius *dict. decis.* 349. & Leandrus Discalceatus *d. disput.* 8. *quæst.* 321. & pro hac sententia Turllench citat Filliuccium *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *num.* 125. vbi tamen nullum verbum de hac difficultate. Probat Ioannes Sancius rationibus, superius *num.* 88 ex eo, & Bonacina adductis; nempè quod generaliter excusetur à ieiunio, nec contra ieiunij præceptum peccat exequens aliquod opus pium etiam absque necessitate, licet sit cum ieiunio incompatibile; & quod Ecclesia in die ieiunij non præcipit abstinere à flagellis ob ieiunium, sed tantum ieiunium seruari à potentibus; quæ rationes quomodo deficiant, constat ex *superiùs* traditis. Sanchez vero rationem esse ait, quia hæc causa est honestissima, & maximè conueniens religioni, & deuotioni fidelium, quod sint in Ecclesia huiusmodi Confraternitates, & publicæ flagellationes. Sed prior sententia mihi probabilior videtur, si flagellationes excedant modum virtutis, vires, & sufferentiam personæ, ita vt verè contineant irrationabile obsequium, & ex tali excessu præuideatur impotentia ad ieiunandum; & multo magis si vehementiores flagellationes fiant ob vanam causam potiùs, quam ob diuinum obsequium, vt sæpè contingit in publicis flagellationibus dicti Iouis sancti; quando enim dictæ flagellationes sunt irrationabiles, & ob vanitatem factæ, tunc enim non possunt dici honestissima causa à ieiunio excusans, cum non sint opus melius, sed longè deterius ieiunio, nec placeant DEO. Et ego quidem ex confessionibus agnoui grauia inconuenientia aliquando ex præfatis publicis disciplinis sequuta illis terminatis;

neque illas publicas flagellationes nisi moderatas possum approbare. Reprobandus vero multo magis Pasqualigius *loco citato* sentiens non peccare mortaliter eum, qui se flagellat ob euitandum ieiunium; cui aduersantur alij Doctores prædlegati, & tradita supra per totum §. primum. Illud etiam aduertendum iuxta posteriorem sententiam non omnes se flagellantes indiscriminatim ob talem laborem excusari à ieiunio, sed an quis sit ob hunc laborem excusandus, debere hoc indicari habita ratione qualitatis, & complexionis personæ particularis. ita Sanchez, & Turllench.

Coniux à ieiunio excusatur, quando ieiunans non posset alteri coniugi reddere debitum.

93. Quartò propter opus iustitiæ coniux, seu maritus, vel vxor excusatur à lege ieiunij, si ob ieiunium reddatur notabiliter impotens ad reddendum debitum coniugale moderatè postulatum. ita omnes Doctores *n.74.* relati, & alij quos refert, & sequitur Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccles. tract. 5. disput. 8 quæst.* 48. de qua re Iste ago in tractatu de effectibus contractus matrimonij *cap. 1. num.* 118. vbi plura notabilia pono *ibi* videnda.

Metus notabilis damni, vt periculi mortis, seruitutis, &c. & amissionis bonorum temporalium, & cuiusuis notabilis nocumenti excusat à ieiunio.

94. Quinta causa à ieiunio excusans est iustus metus alicuius damni notabilis, vt periculi mortis, seruitutis, captiuitatis, carceris, tormentorum, iacturæ bonorum, vel magnæ partis illorum ita Caietanus 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 5. & *in summa* verbo *ieiunium*. Graffius *decis. aur.p.2. lib.2. cap.*16. *num* 21. Azorius 1. *p. lib.7. cap.*18. *quæst.*7. Fagundez 4. *præcepto lib.*1. *cap.9. num.*9 Villalobos *p.1. tract.*23. *diff.*4. *num.*13. & Turllench *lib.*3. *cap.*1. *dub.* 7. *num.*22.

95. Hinc à ieiunio excusabitur etiam vxor si ieiunans reddatur pallida, & deformis, & inde fiat marito exosa, ab illoque despiciatur, vel non multum diligatur, quod doceo etiam *in d. tract. de effectibus contractus matrimonij citato cap.*1. *num.*120. & tradunt Fagundez *d. lib.*1. *c.8. num.*18. Sanchez *de matr. lib.* 9. *disput.*3. Basilius Pontius *eodem tract. lib.*10. *cap.*2 Ioannes Sancius *d. disp.*54. *num* 26. quos etiam cum aliis pluribus *d. num.* 120. allego. Leandrus *d. disput.*8. *quæst.*49. Et idem dicendum de fœmina nubere volente; si enim ieiunio deformis efficiatur, ita vt difficilius multò nubat, excusabitur à ieiunio, cum id notabile damnum sit. ita iidem Doctores modò citati; quos etiam cum aliis ad id allego *dict. cap.*1. *num.*121. & etiam Pasqualigius *decis.*285. & Leandrus *d. disput.*8 *quæst.* 53. id tamen limitantes, quando esset ieiunandum vno, aut altero die, quia tunc non posset timeri probabiliter notabilis deformitas, & ob eandem rationem dicunt in quadragesima bis, aut ter in singulis hebdomadis teneretur ieiunare; sed hoc iudicandum ex experientia, & in dubio fauendum fœminæ.

96. Hinc quoque excusaretur à ieiunio vxor, quando à marito frangere præciperetur, & præcepto accederent minæ, vel ex inobedientia notabiles discordiæ timerentur. ita Azorius, Fagundez, Villallobos, Turllench locis *num.* 94. citatis Leandrus Discalceatus *d. disput.* 8. *quæst.*50. & Doctores communiter, quos refero in prædllegato tractatu de effectibus contractus matrimonij *d. cap.*1. *num.* 122. vbi de hac re latè agitur, & nonnullis aliis relatis, & ostenditur rationem euitandi scandalum, & discordias esse sufficientem ad excusandum vxorem à ieiunio etiam sine dispensatione Superioris, nisi esset dubium rationabile an discordiæ orituræ essent magnæ considerationis, vel leuis. Probo etiam contra Ioannem Sancium *d. num.* 26. sufficientem causam soluendi ieiunium esse solum probabile periculum rixarum, & discordiarum seclusio etiam quocunque alio nocumento temporali (quale essent verbera, seu flagellatio, & simile) ex ieiunij obseruantia contra præceptum mariti euentuto. Dico etiam cum aliis vxorem non excusari si maritus v. g. hæreticus præciperet ei fractionem ieiunij in contemptum eiusdem ieiunij. Quæ omnia sunt ibi videnda.

97. Hinc insuper vir Catholicus Iter agens per Prouincias Turcarum, Paganorum, aut hæreticorum, si illi vel in ipso itinere, vel in hospitiis, vel in comitatu sociorum offerunt cibos vetitos, ac prohibitos in diebus ieiunij, vel carnes in diebus veneris, quos si non comedat, sed respuat, necessariò se Catholicum prodet cum periculo mortis, vel carceris, vel captiuitatis, aut tormentorum, excusabitur à lege ieiunij, poteritque licitè illis cibis vesci, dummodo absit magna offensio, seu scandalum aliorum, nec illi cibi offerantur in contemptum fidei, & religionis, vel authoritate publica ad explorandam eius fidem, vel inde religionis nostræ despectio oriatur. ita Graffius, Azorius, Fagundez, Villallobos, Turllench locis *num.* 94. citatis. qui etiam assignant rationem, scilicet, quia carnium, & aliorum ciborum vetitorum esus non est de se signum infidelitatis, aut professio hæresis, sed est de se indifferens, & ex accidenti hæretici esum carnium trahunt ad signum infidelitatis, & sectæ. Catholici autem nulla lege adstringuntur ad abstinendum ab huiusmodi signis, quæ hæresim malo animo ad hæresim assumunt. Præterea poterit hic Catholicus prætendere infirmitatem, & ita non peccabit, quia occultat fidem suam, & non profitetur alienam, quod ei licet facere timore mortis, aut grauis damni; ita Faguodez, & Turllench.

98. Addunt iidem Azorius, Fagundez, & Turllench item remiges in triremibus Turcarum, Saracenorum, aut hæreticorum, & alios itidem seruos, famulos, operarios conductos à lege ieiunij excusari si seruare non possunt, dum suum debitum obsequium, famulatum, operas, laborem, & officium præstant, aut damnum notabile patiuntur si ieiunia seruent, dummodo non cogantur in contemptum Ecclesiæ ieiunium prætermittere.

Gratia amici inuitantis, & rogantis ad cœnam an, & quando liceat ieiunium soluere.

99. An vero liceat soluere ieiunium socij, vel amici gratia inuitantis ad cœnam, vel infirmi alicuius consolandi, vel peregrini excipiendi, Azorius 1. *p. lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.*1. versic. *sed quæstio*, Reginaldus *d. lib.*4. *num.* 221. & Turllench *lib.*3. *cap.*2. *dub.*7. *num.*17. Respondent licere, si proximi necessitas exigat, vt in casu, in quo Episcopus Spiridion carnem in quadragesima comedit, historiam latè refert Azorius *ibidem*; eam rationem afferunt, quod id censetur misericordiæ opus. Addunt autem iidem Reginaldus, & Turllench id non licere, cum necessitas proximi nihil tale postulauerit; quia tunc nec infirmitas, nec pietas, nec causæ necessitas excusans aderit, & nisi iuxta hanc doctrinam reguleotur tradita à Pasqualigio *decis.* 350. vbi dicit licitum esse soluere ieiunium ob hospitem vespere receptum, qui mane tantum collatiunculam fecisset, & multo magis propter hospitem magnatem, cui non possit non præparati, & exhiberi cœna, non sunt admittenda; nam si Pasqualigius in dictis duobus casibus velit absolutè posse solui ieiunium, vt videtur velle, nullo modo est audiendus, nec eius fundamenta sunt alicuius momenti; vt etiam notauit Leandrus *d. disput.*8. *q.*150. & 151.

Rogatus

Rogatus ab amico ex sola vrbanitate in die ieiunij modicum cibum capiens post prandium, vel post refectiunculam serotinam an excusetur etiam à veniali.

100. Num etiam ab omni culpa tam veniali, quàm mortali excusentur illi, qui post prandium, vel post factam serotinam refectiunculam solam amicorum causa cibum modicum capiunt rogati, ne inurbani videantur. Non excusari à veniali, sed tantum à mortali respondent Azorius *p.1. lib.7. cap.9. quæst.1.* & Villallobos *p.1. sum. tract.23. diff.6. num.4.* aientes ita etiam docuisse Paludanum *in 4. dist.15. quæst.4. art.3.* Richardum *ibidem q.3. art.4.* D. Antoninum *2. p. tit.6. cap. 2. §. 6.* Syluestrum *verbo* ieiunium *quæst.3.* Caietanum *2. 2. quæst.141. art.3.* & *in sum.* verbo *ieiunium*, & Nauarrum *in man. cap. 21. num.13.* Quos tamen non reperio id in terminis dicere. Sanchez etiam *lib.5. moral. cap.1. dub.22. num.6.* id docere ait Angiem *1. p. in materia de ieiunio fol.437.* expressè ita tenet Leandrus Discalceatus sequens Azorium *de præcept. Eccles. tract.5. disp.5. quæst.14.* Probant Azorius, & Villallobos, quia non videtur legitima causa excusans ab omni culpa sola voluntas, & petitio amici; quia primo satisfaciendum est DEO, postea amicis. At Bartholomæus Medina *1. p. sum. cap.14. §. 10. initio.* Vega *lib.1. summ. casu 250.* Fagundez *præcepto 4. lib.1. cap.4. num.3.* Filliuccius *tom.2. tract.27. cap.1. num.41.* & Pasqualigius *decis.137.* docent excusari etiam à culpa veniali, si non ex appetitu gulæ, sed solum ex vrbanitate rogatu amici etiam post sumptam iam serotinam collationem quis modicum cibum, cuius paruitas excusat à mortali, capiat, & ita sensisse Victoriam testatur idem Medina, & hoc idem sentire videtur Sanchez *d. num.6.* Probat Fagundez, quia in tali casu modicus ille cibus non sumitur ex intentione comedendi, & voluntate propria; sed ex intentione obsequendi iustè, & vrbaniter amicis, & vnica tantum comestio, quæ in præcepto ieiunij iniungitur, vnica est reputanda ex intentione comedendi, non ex casu occurrente, vt in hoc casu, & id etiam mihi videtur probabilius: nec enim Ecclesia suo præcepto censenda est obligare cum tanto rigore, vt in re parua, & modica, ob quam ieiunium verè non frangitur, velit ab actu vrbanitatis abstinendum esse. Potest etiam hæc sententia confirmari ex his, quæ tradidi *in dict. tract. de tripl. iubilei privileg. sect. 4. casu 18. num. 16.*

In die ieiunij sentiens se ad luxuriam procliuiorem ieiunando, vel patiens magnam difficultatem ad ieiunandum, an ob id à ieiunio excusetur.

101. Quid etiam de illis, qui in diebus ieiunij illud obseruantes sentiunt fortiores carnis tentationes, & se ad luxuriam procliuiores, vel seminis fluxum, an propter hoc excusentur à ieiunio; quod cum pro charitate institutum sit contra charitatem militare non debet, sicut videretur militare in hoc casu, in quo ieiunium cederet ieiunanti contra intentionem Ecclesiæ ieiunia præcipientis. Dicendum huiusmodi causas siue ex eorum naturali conditione, siue ex vitio proueniant, non esse sufficientes, vt à ieiunio excusentur. ita Ioannes Medina *Cod. de ieiunio quæst. de his, qui à ieiunio excusantur fine.* Sanchez *lib.5. consil. cap.1. dub.11. num 6.* Filliuccius *tom.2. tract.27. cap.6. num 125.* Pasqualigius *decis. 342.* Leandrus Discalceatus *d. disput. 8. quæst.138.* & etiam Honcala *opuscula de ieiunio*, & Ledesma *2. 4. quæst. 17. art.3.* quos Sanchez refert. Ratio iuxta eosdem est, quia ieiunium de se ad malum non inducit, imò à malo cohibet, & per se ad carnem subiiciendam ordinatur, & per accidens est, quod sentiantur tentationes, quibus alias potest occurri. Hinc etiam illos, qui ex natura, vel ex vitiosa consuetudine adeo ad comedendum inclinati sunt, vt notabilem, & magnam difficultatem ad ieiunandum patiantur; ita vt facile ad assueta redeant, ratione solius huius difficultatis non excusari à ieiunio asserit idem Medina, & post eum Filliuccius & alij, quos Leandrus *d. disput. 8. quæst. 140.* refert; idque ob eandem rationem, & quia ieiunium per se non ingerit tantam difficultatem, quam homo, si velit, superare non possit: quare per accidens ieiunanti contingit hæc difficultas, sicut & procliuitas maior ad luxuriam; ob ea autem, quæ accidunt, non est recedendum ab his, quæ per se sunt, saltem in casu dubij. Dicit tamen Medina in vtroque casu præfatas causas esse sufficientes, vt à superiore concedatur dispensatio, & idem dicit Sanchez quoad sentientes fortiores carnis tentationes: De patientibus autem magnam difficultatem in ieiunio non loquitur. Nec videtur tam vrgens, & legitima causa dispensandi, sicut in priori casu. Pasqualigius *d. decis. 341.* & Leandrus *quæst. 139.* addunt etiam sine dispensatione eximi ab obligatione ieiunandi eos, qui non solum sentiunt maiores stimulos carnis; verum etiam ob debilitatem personarum frequenter in peccata carnis incidunt; quod idem aiunt de patiente solum carnis stimulos tam vehementes, vt generent magnam inquietudinem, qua impediretur ieiunans à consuetis exercitijs. Verum hæc quidem probant iustam causam faciliter dispensandi; sed ex se non auferunt obligationem ieiunij, cum se habeant ad ieiunium per accidens; & alioqui quis facile posset persuadere sibi, se habere excusationem à ieiunio ob similes causas accidentales, & extrinsecas. Iidem Pasquiligius *decis.143.* & Leandrus *dict. quæst. 140.* aiunt sentientem magnam difficultatem in ieiunando non ex vitiosa consuetudine gulositatis, sed ex naturali conditione, scilicet, ex nimio calore naturali causante quandam voracitatem, cui valdè difficile sit resistere, excusari à ieiunio; cuius præceptum non obligat cum tanto incommodo: verùm vel dicendum hanc esse infirmitatem, & ex capite infirmitatis excusare; vel esse solum iustam causam facillimè dispensandi, quod est tutius.

Dispensatio legitima excusat à ieiunio.

Sexta, & vltima causa excusans à ieiunio est legitima dispensatio. ita omnes Doctores supra *num.23. & 62.* allegati, & mox allegandi, & alij omnes, & est certissimum; cum enim hoc præceptum sit humanum, cadit in illud dispensatio. Quare sit 102.

SVMMARIVM §. III.

Referuntur Doctores tractantes de iis, qui possunt dispensare in lege Ecclesiastica ieiunij. num.103.

Summus Pontifex potest dispensare in lege ieiunij tum quoad particularem personam in totum eximendo illam à lege ieiunij per totam vitam, tum quoad omnes absolutè auferendo legem ieiunij. n.104.

Solus summus Pontifex absolutè quoad particularem personam, vel quoad omnes dispensare potest. n.105.

Papa, & quilibet legislator absque vlla iusta causa dispensans in lege sua, vel inferioris, an peccet, & quo genere peccati. n.107. ad 11.

Procurans dispensationem nulla existente iusta causa, an, & quale peccatum committat, & quid si subditus bona fide petit, putans esse causam legitimam, cum verè non sit. num.116.

Quid de acceptante dispensationem absque causa oblatam, & datam à superiore absque iusta causa. n.117.

Quid de vtente dispensatione data absque iusta causa. n.118. 119. & 120.

Cessante

vel

vel medici, aut alterius viri prudentis non est necessaria dispensatio superioris. n.156.

Vbi alicui causa non apparet euidenter iusta, consulendi sunt Medicus, Confessarius, aut alius vir doctus pro ea cognoscenda. n.156.

Si remanet dubium strictum, an sit sufficiens causa, necessaria est dispensatio superioris ad frangendum ieiunium, aut ad esum vbi adest tantum iudicium probabile de sufficientia causa ad excusandum à ieiunio, &c. an opus sit dispensatione Superioris, vel Parochi, negant aliqui. num.157. affirmat Author si facile adiri potest Superior. num.159.

Quando pœnitens dicit Confessario, se non posse ieiunare in Quadragesima allegans aliquam debilitatem stomachi, vel capitis, & Confessarius non agnoscit causam certò excusantem, quid facere debeat. n.160.

Cum itinerante equitando solum per paucos dies, qua ratione superior possit, & debeat dispensare in lege ieiunij. num.161.

Leuior causa sufficit ad dispensandum ad esum lacticiniorum, quam ad dispensandum in ieiuniis; maior autem requiritur ad dispensandum ad esum carnium, quam ad non ieiunandum. n.162.

Minor etiam causa requiritur ad dispensandum cum vno, aut paucis, quàm cum tota Communitate, aut oppido. ibidem.

Episcopus ex causa iusta potest ieiunium Vigilia de praecepto Ecclesiastico incidens in festum solemne puta Patroni transferre in alium diem, puta antecedentem, vel commutare in aliud opus pium, & an debeat. n.163.

Potest etiam, & debet ieiunium Vigilia S. Ioannis Baptista incidens in diem Corporis CHRISTI *transferre in diem antecedentem. ibidem.*

Quid de ieiunio Vigilia S. Matthia incidente in feriam secundam, aut tertiam Quadragesima. ibidem.

Facta tali translatione ex iusta causa etiam Religiosi se conformare debent tali translationi. ibidem.

Ieiunia quatuor temporum contingentia in die festo non transferuntur, nec transferri possunt ab Episcopo. ibidem fine.

Episcopus an, & quando possit quoad omnes sua diœcesis vel alicuius sua vrbis dispensare in ieiunio quadragesimali, vel alio ieiunio, & ad esum carnium. num. 164. & 165.

Quid de aliis Pralatis habentibus Iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos saculares, quid de Parocho, & quid de Pralatis Regularium. n.167.

Episcopus, aut Parochus requisitus à subdito an semper teneatur dispensare in lege ieiunij existente legitima causa dispensandi. n.168.

Ordinarius Pralatus, vel Delegatus in casibus, in quibus potest dispensare, an requisitus ad id teneatur. ibidem.

Episcopus, & Parochus, seu Superior Pralatus, & inferior à Superiori habens dispensandi potestatem existente, & agnita legitima causa dispensandi in lege ieiunij, vel aliis legibus teneatur dispensare purè, & absolutè, an verò possit partim dispensare, partim commutare in aliquod aliud opus pium, & in eleemosynam, seu mulctam pecuniariam. Prima sententia affirmat absolutè teneri dispensare purè. n.169.

Secunda sententia ait teneri Superiorem dispensare purè, si dispensatio sit debita ex iustitia; secus si non sit debita ex iustitia. num. 170. Inferiorem vero non posse dispensare iniungendo eleemosynam. ibidem.

Tertia sententia dicit legislatorem, & superiorem posse dispensare miscendo aliquam commutationem. ibidem fine.

Resolutio Auctoris est, quod Episcopus, & Parochus potest, & debet miscere aliquam commutationem quando nouit causam dispensandi non esse plenè sufficientem ad dispensandum. n.171. quod potest miscere commutationem in dubio de sufficientia causa. & etiam quando iudicatur probabiliter causam esse sufficientem. num. 172. 173. & 176. licet in his duobus casibus dubij, & probabilitatis sufficientie causa non teneatur commutationem miscere, sed possit purè dispensare. n. 174. & 175. & demum quod etiam Pralatus inferior in casibus, in quibus potest ex iusta causa dispensare in lege Superioris, dispensando posse imponere aliquod opus pium, eleemosynam, vel mulctam, si expedire iudicauerit. num.177.

Limitatur si inferiori expresè prohibitum sit dispensare imponendo eleemosynam, vel mulctam. ibidem.

In remissione denunciationum matrimonialium Episcopus non potest imponere mulctam pecuniariam; neque in dispensatione super interstitiis, sed gratis vtraque dispensatio facienda. ibidem.

In dispensatione voti an possit, & debeat misceri commutatio aliqua. num.178.

Quis non excusatur à ieiunio, si loco illius faciat eleemosynam: Nec potest satisfacere precepto Ecclesiastico ieiunij per alium. num.179. & 180.

Qui fregit ieiunium vnius diei de precepto Ecclesiastico non tenetur supplere altero die. n.181.

§. III.

Quinam possint in lege ieiunij dispensare, & quando, quaue causa legitima dispensandi.

DE hac materia Syluester *verbo* ieiunium *num.*19. & 103.
20. Angelus *eodem num.* 20. Caietanus *in summa* verbo eodem *cap.*3. Nauarrus *in man. cap.*21. *num.* 21. & 22. Graffius *decis.p.*2. *lib.*2. *cap.*36. *num.*50. Toletus *lib.*6. *cap* 4. *num.*9. Azorius *p.*1. *lib.*7. *cap.* 18. *quast.*2. & *seqq.* Sanchez *lib.*5. *consil. mor. cap.*1. *dub.* 5. & 6. Reginaldus *lib.*4. *num.* 223. & *duobus seqq.* Lessius *lib.*4. *cap.*2. *n.*45. Fagundez *p.*4. *lib.*1. *cap.*9. Layman *lib.*4. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.*8. & 9. Filliuccius *tom.*2. *tract.* 27. *cap.*6. *num.* 126. & *quinque sequentibus.* Villallobos 1. *p. summ. tract.*23. *diff.*4. *num.*21. *ad finem.* Bonacina *de precept. Eccl. disput. vlt. quast.*1. *puncto vltimo num.*15. & *duobus seqq.* Ioannes Sancius *disput.*54. *num.*36. & *seqq.* Tutllench *lib.*3. *cap.*2. *dub.*7. *n.*18. & *seqq.* & alij ab iisdem relati.

Summus Pontifex potest in lege ieiunij, & in omnibus, qua sunt iuris positiui Canonici, & à Summis Pontificibus inductis dispensare.

Primò certum est Summum Pontificem posse in hac 104.
lege ieiunij dispensare, tum quoad aliquam personam particularem eximendo eam à lege ieiunij etiam per totam vitam, vt nunquam teneatur ieiunare; tum quoad omnes dispensando absolutè, & simpliciter in lege ieiunij; nempè auferendo absolutè legem ieiunij. ita Nauarros *d. num.*21. Graffius *d. num.*50. Sanchez *d. dub.* 5. *num*3. Fagundez *d. cap.* 9. *num.*1. Filliuccius *d. cap.* 6. *num.*127. Suarez de legibus *lib.*10. *cap.*14. *num.* 2. Salas *eodem tract. disp.*20. *sect.* 2. *num.*1. & 16. Basilius Pontius *de matrim. lib.*8. *cap.*5. *num.*2. Bonacina *de leg. disput.*1. *quast.*2. *puncto* 5. *num.* 8. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.*6. *p.*4. *num* 2. Couarruuias de sponsalibus *p.*2. *c.*6. §.3. *num.*6 Ioannes Medina *Cod. de ieiunio quast. de dispensatione in Quadragesima*, & communiter Scribentes *in rubr. de obseruatione. ieiun.* & alij, quos refert Salas *dict. num.*16. Et ratio est, quia Summus Pontifex est supra hoc præceptum, & supra omne ius positiuum. Potest enim Papa dispensare in toto iure Canonico, omnibúsque legibus aliorum Summorum Pontificum; quia ipse est æqualis authoritatis, & in legibus Concilij Generalis, quia est superior Concilio solo, & sine Summo Pontifice, sumpto, & etiam in legibus, & statutis humanis ab Apostolis conditis, & inductis; qualis est lex ieiunij quadragesimalis, obseruationis diei Dominicæ, Bigami

non

non ordinandi; quia licet Apostoli in dignitate Apostolica aliisque prærogatiuis fuerint Pontifice Superiores, & excellentiores; in iurisdictione tamen illis Summus Pontifex inferior non est, cum non sit inferior Petro, in cuius iurisdictione successit. ita Couarruuias, Ioannes Medina, Fagundez, Salas, Suarez, Basilius, Palaus *locis citatis*, & Doctores communiter, quos *dict. num.* 16. Salas refert. Quare etsi ieiunium Quadragesimæ originem trahat ab Apostolis, vt dixi, nihilominus cum non fuerit à CHRISTO Domino institutum, sed ab ipsis Apostolis, & consequenter sit præceptum iuris positiui, potest in eo Summus Pontifex dispensare modis prædictis.

105. Solus autem Summus Pontifex potest dispensare absolutè, & simpliciter in lege ieiunij auferendo legem ieiunij, & eximere aliquem omninò à lege ieiunij; quia lex ieiunij est Papæ, & consequenter solus Papa potest in ea absolutè dispensare. ita Nauarrus *d. num.*11. Caietanus 2. 2. *quæst.*147. *art.*4. *dub.*1. Sanchez, & Fagundez *locis citatis*, & Doctores communiter, præsertim Scribentes *in d. Rubricam de obseruatione ieiun.* Et ratio generalis est, quia inferior non potest dispensare absolutè in lege Superioris, scilicet, auferendo absolutè legem, vel liberando aliquem omninò à lege; vt nunquam illam, & nullo in casu seruare teneatur, vt docent omnes Doctores; inter quos licet sit dissidium, An Episcopus ex vi sui officij, & muneris, atque ex iure diuino possit dispensare in lege Superioris scilicet, Canonica, & Pontificia; communiori sententia id negante, sed solum posse dispensare, quando ei expressè, vel tacitè conceditur facultas dispensandi: Et huius sententiæ Doctores allegaui in primo Tomo horum moral. *tit.* 1. *num.*1263. Altera sententia minus communi affirmante, cuius sententiæ Doctores allego *d. tit.* 1. *num.* 1264. Nihilominus hæc sententia intelligitur de dispensatione ex iusta causa absque abrogatione legis, vt sic, vel quoad particularem personam, quia abrogatio legis est tantum illius, qui illam condidit, vel Superioris illius.

Summus Pontifex etiam sine causa validè dispensat in lege ieiunij, & iure Canonico, & in lege sua propria, & inferiorum, & ita etiam quilibet legislator in propria lege.

106. Cùm ergo Summus Pontifex habeat supremam potestatem circa omne ius positiuum Ecclesiasticum, etiamsi dispenset in lege ieiunij, & quocunque alio iure positiuo absque vlla iusta causa, valida est dispensatio, quemadmodum valida est quæcunque dispensatio propriæ legis ab ipso legislatore facta, licet absque vlla causa. ita contra Fortunium, Garziam, in repetitione *l. Gallus* §. *& quid si tantum num.* 296. *&* 297. *ff. de lib. & posth.* & nonnullos alios Iurisperitos à Couarruuia *de sponsal. d. cap.*6. §. 9. *num.*8. Azorio *p.*1. *lib.*5. *cap.*15. *num.*3. Sanchez *de matr. lib.*8. *disput.*17. *num.*23. & Salas *d. disput.*20. *sect.*4. *num.*36. relatos, & etiam contra Vasquez 1. 2. *disput.*178. *cap.*3. asserentes inualidam esse dispensationem sine causa in lege propria, vel inferioris factam. ita, inquam, Doctores communiter, quos referunt, & sequuntur Couarruuias *dict.* §. 9. *num.* 10. Azorius *d. quæst.*3. Suarez de legibus *lib.*6. *cap.*19. *num.*6. Salas *d. sect.*4. *num.*37. Sanchez *d. dub.*5. *num.* 4. & *dict. disput.*17. *num.*24. Pontius *d. lib.*8. *cap.*14. *num.*7. Fagundez, Filliuccius *locis citatis*, & idem Filliuccius *tom.* 1. *tract.*10. *cap.*10. *num.*313. & *tom.*2. *tract.* 21. *cap. vltimo num.* 440. Castrus Palaus *d. disput.*6. *puncto* 8. §. 1. *num.*7. Villallobos *tom.*1. *tract.*2. *diff.*41. *num.*5. & Diana *p.* 1. *tract.*10. *resolut.*32. & ita sentit etiam Ioannes Medina loco *suprà* citato, & Recentiores communiter agentes de legum dispensatione. Ratio autem est, quia ius, seu lex omninò pendet ex voluntate statuentis, seu legislatoris, ac proinde nullam aliam vim habet obligandi nisi ex voluntate, & iussu eiusdem legislatoris; ergo si ipsemet legislator reuocet voluntatem, & iussum, non obligabit & consequenter actus sequutus ex tali dispensatione firmus erit, & validus; Et hæc ratio, cum sit vniuersalis, habet locum non solum in legislatore supremo, sed etiam in inferiore respectu legis à se conditæ, qui sicut sua voluntate legem imponit, & obligationem tribuit, ita potest omninò auferre. Vnde dispensatio Episcopi, & Archiepiscopi in legibus suis, vel Synodi diœcesanæ facta sine causa, valet; tametsi iuramento confirmatæ essent, quia potest secum in iuramento dispensare, & esto quod periurium committat, dispensatio tamen, cum sit in re propria, & in propria voluntate, tenet. ita Sanchez *d. dub* 5. *num.*22. & alij mox citandi. Insuper est valida dispensatio propriarum legum ab Episcopo sine causa concessa: Esto sint confirmatæ à Summo Pontifice, dummodo confirmatio sit tantum approbatiua, non authoritatiua, qua leges illas suas efficiat. ita in terminis Pontius, & Palaus *locis citatis.* Salas *d. sect.*4. *num* 42. *&* 43. & latiùs Sanchez *dict. disput.*17. *num.*27. 31. *&* 32. qui *à num.*26. *ad finem disputationis* latè de hac re agit, & dum *num.* 30. dicit Episcopum non posse absque causa validè dispensare in sua lege authoritate Pontificia confirmata, intelligi debet de confirmatione, qua Summus Pontifex suam faciat Episcopi legem. Neque prædictis obstant Fortunij, Vasquez, & aliorum oppositum tenentium fundamenta, quæ solùm probant dispensationem sine causa vlla non esse licitam, non tamen probant esse irritam, & inualidam, vt benè ostendunt Sanchez, Salas, & Suarez *locis citatis*; licet enim iure diuino prohibitum sit vnicuique dispensare sine causa, ac proinde peccatum, vt mox dicetur; hinc solum sequitur prohiberi factum, non vero impediri quoad valorem, sicut plura iure diuino prohibentur fieri, quæ facta tenent. Neque prædictæ communi sententiæ obstar, quod dispensans in lege sua videretur dispensare in lege communi *cap. cum omnes de constitut.* quod iubet, ne dispensent inferiores in suis legibus sine causa. Nam respondetur violare quidem ius commune peccando, sed non dispensare in iure communi, sed in proprio, ad quod extenditur eius potestas.

Papa, & Princeps sine causa dispensans in iure humano, & in lege propria, vel inferioris an peccet.

Quamnis etiam inter Doctores controuertatur, an Summus Pontifex, & quicunque legislator, si dispenset in lege sua absque iusta causa, peccet: Et non peccare, sed Summum Pontificem, & quemlibet Principem, licitè posse ad libitum in propria lege dispensare, & solum suam voluntatem esse sufficientem dispensandi rationem, multi Doctores sensisse videntur. & Sanchez *lib.*8. *de matrim. disput.* 18. *num.* 2. refert ita sentire ex Iurisperitis, & Canonistis Glossam vltimam *in l. relegati* 4. *in fine ff. de pœnis*, Bartholum, Speculatorem, Innocentium, Ioannem Andream, Butrium, Hostiensem, Anchatanum, Henricum, Cardinalem, Abbatem, Imolam, Felinum, Baldum, Decium, Gigantem, Turrecremaiam, Hyppolitum, Bermundum, Mænochium Borgatium, Brunonem, Rotam, & Vasquium *lib.* 1. *qq. illustr. cap.* 25. *num.* 9. *&* 16. Limitantes tamen, quando dispensatio ex gratia, & non ex iustitia est concedenda. Ex Summistis, & Theologis idem Sanchez *ibidem* ait, ita sentire Rosellam, Angelum, Syluestrum, Armillam, Paludanum, Aluarum, Pelagium & Siunitam. Ratio præcipua videtur, quia sicut sola Principis voluntas induxit legis suæ obligationem, ita potest eam remouere; condentis enim ius est illud destruere, nec Princeps suis legibus astringitur *l. digna vox Cod.* 107.

Cod. de legibus, & res facilè ad pristinam suam naturam redit *l. si vnius §. pacta. ff. de pactis.* Confirmant Sanchez *d. num.2.* Suarez de legibus *lib.6. cap.18. num.1.* & Salas *eod. tract. disp.10. sect.10. num.49.* pluribus aliis rationibus apud Ipsos videndis.

108. Sed communis, & vera sententia asserit contrariom, nempè & Papam, & alium quemcumque supremum Principem, & etiam inferiorem legislatorem dispensantem in propria lege, vel in lege inferioris absque causa iusta peccare, ita ex Iurisperitis, & Canonistis Nauarrus *in man. cap.12. num. 57.* Couarruuias *d. §.9. num.7. & 10.* Spino *in specul. testam. glossa 12. num 1.* Abbas, Præpositus, Aleander de Neuo, Turrecremata, Additionator ad Iosnoem Andream, Gallego allegati à Sanchez *d. disp.18. n.3.* & à Salas *d. sect.5. n.50.* ex Theologis, & Summistis S.Thomas *1.2. q. 97. artic.4.* ibidem Medina, Caietanus, Conradus, Sotus *lib.1. de iustit. q.3. art.3.* & *lib.7. q.4.* Azotius *1.p. lib.1. c.15. q.1.* Sanchez *d. disp.18. n.3.* & *lib.5. consil. cap.1. dub.5. n.5.* Suarez, & Salas locis modò citatis, Ioannes Medina *Cod. de ieiunio d. quaest. de dispensatione, in quadragesima,* Basilios Pontius *d.c.14. n.3.* Layman *lib.1. tract.4. c. 22. n.13.* Filliuccius *d cap. vlt. num.438.* Castrus Palaus *d. §.1. n.2.* Villallobos *d. diff.41. n.6.* Bonacina *de legibus disp.1. q.2. puncto 3. n.6.* Diana *p.1. tract.10. resolut.32. & 35.* Valentia, Victoria, Cano, Cordubs, Petrus Ledesma, Rosella, & plures alij à Sanchez, & Sala *locis allegatis* citati. Ratio est primo, quia per talem dispositionem violat ius naturæ dictans partem suo toti congruere debere eacipiens temerè, & imprudenter aliquos, & etiam inæqualitatem facit, & aliquo modo vitium acceptionis personarum committit, & ita est peccatum contra iustitiam, quæ æqualitatem erga omnes seruari iubet *cap. iustum est d. 9.* secundo dispensatio hæc non est dispensatio, sed potius dissipatio, & sic erit peccatum imprudentiæ; erit etiam peccatom infidelitatis, quia non habet intentionem ad bonum commune, & tali dispensatione præbet causam offensionis cæteris subditis. Vnde D. Bernardus *lib. de dispensat. & praecepto* dispensatores sine causa vocat dissipatores; quia potestate data in ædificationem, iuxta illud Pauli *2. ad Corinth.10.* vtuntur in destructionem; præbentes aliis occasionem legem violandi sine dispensatione, & quia talis dispensatio cedit in aliorum iniuriam, vt si à principio aliqui sine causa exciperentur à lege, quæ omnes habentes eandem causam debet comprehendere; sicut & lex debet ad commune bonum fieri. *cap. erit autem lex d.4.* Accedit, pluribus aliis omissis, vrgens confirmatio ex Tridentino *sess.23. cap.1. de reform.* & *sess.24. c.5.* vbi loquens de matrimonij impedimentis: *Vel nulla*, inquit, *dispensatio detur, vel rarò, idque ex causa*, & *sess.25. c.14.* vbi petitur causa ad dispensandum, & *c.18.* vbi dicitur, quod si vrgens, iustaque ratio, maiorque quandoque postulauerit, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, & summa cum maturitate à quibuscunque, ad quos dispēsatio pertinebit, præstandū est: Ex quo infertur contra Pasqualigiū *decis.382.* peccare Summū Pontificem si absque causa iusta dispenset cum aliquo in lege ieiunij, & contra eundem Pasqualigium plura congerit Leandrus Discalceatus *de precept. Eccl. tract.5 disp.10. q.4.*

109. Neque obstat ratio pro contrario parte adducta; nam probat tantum solam Principis voluntatem esse causam sufficientem legis dissoluendæ, vt dispensatio teneat, non vt sit licita eximendo aliquem priuatum cæteris ligatis, qui offenduntur propter inæqualitatem, & in legum obseruatione tepescunt, cum non sit data potestas ad destructionem, sed ad ædificationem. Præterea sicut legislator nunquam potest licitè sola voluntate absque causa legitima, & sufficienti boni communis legem condere (vt docent omnes Doctores) imò nec abrogare absque causa (vt in terminis docent Salas *n.52. ad 1.* & Palaus *n.3* licèt Sanchez *d. disp.18. n.14. ad 2.* & Layman *d. n.13.* contrarium sentiant, & etiam multi alij, ita teneant) ita neque cum aliquo dispensare sine causa, quæ saltem mediatè cedat in bonum commune; quia iure naturæ obligatur bono communi prospicere, cui non satis consuleret, si pro libito ab obligatione legis aliquos eximere posset. Dato etiam quod ad abrogandam in totum legem sufficiat sola voluntas; nihilominus ad eximendum aliquem à lege per dispensationem requiritur causa, ne imprudenter, & temerè pars excipiatur, nec congruat suo toti, & cum offensione, & iniuria aliorum, vt dictum est. Neque etiam ex hoc, quod Princeps non possit absque legitima causa dispensare, sequitur Principem non dispensare propriè, sed tantum declarare, esse causam excusantem à lege; nam non quælibet iusta causa dispensandi est iusta causa faciendi contra legem absque dispensatione; quare dispensando verè relaxat legem.

Non obstat etiam, quod Devs pro sola sua voluntate sine vlla causa ad suam solam liberalitatem, vel charitatem à legum obligatione aliquem potest eximere; nam voluntas diuina, est summa regula bonitatis; quæ tamen non est humana; & etiam legislator humanus tam in legis impositione, quam in illius dispensatione consulere debet bono communi, cum sit dispensator bonorum communium, cui tamen bono Devs non tenetur attendere, sed potest bono speciali alicui prospicere; quia est Dominvs omnium, atque adeo homo ob solam ostensionem amicitiæ, & liberalitatis non potest dispensare in propria lege, nisi cum ex gratia, vel amicitia ad commune bonum, cui ipse tenetur attendere, conducit.

Neque item obstat, quod possit Princeps tributa sibi debita debitori remittere absque vlla alia causa, sed solum ob voluntatem, vt illi benefaciat. Hinc enim non infertur posse etiam à legis obligatione aliquem eximere; quia in remissione tributi debiti habet se Princeps vt persona priuata; in exemptione autem à lege non gerit priuatam personam, sed communem.

Item non obstat plures dispensationes in gradibus prohibitis temere absque allegatione causæ à Pontifice peti, & concedi; nā vt tradit Sanchez *d. lib 8. disp. 19. n.35.* non conceduntur simpliciter sine causa; nam pro causa concessionis succedit copiosior compositio, maiorque eleemosyna, quæ à dispensato donatur in sumptus publicos; sicut & eleemosyna in subsidiū data, est iusta causa concedendi Indulgentias Bullæ. Et Præterea aliquando causa sufficiens concedendi dispensationē, censetur, quod Pontifex ea dispensatione cōciliet sibi gratiam Principis sæcularis Ecclesiæ vtilem; vel alicui de Ecclesia benemerito beneficium, aut commoditatem retribuat, & tunc ponitur (vt notat Salas *d. sect.5. n.52. ad 4.*) clausula in dispensatione, qua dicatur etiam si causæ aliæ narratæ non subsistant, dispensationem concedi & fore validam. 110.

Denique non obstat illa distinctio dispensationis ex gratia, & dispensationis ex iustitia, nam verè non datur dispensatio ex gratia, scilicet, quæ sine causa concedatur licitè; solum dici potest (vt aduertit Salas *n. 51.* explicando illud dictum Vasquij) duplicem esse causam dispensandi; alteram non tam vrgentem, vt ob eam Princeps non cogatur dispensare; alteram vero quasi ex iustitia, scilicet, quæ est tam vrgens, & tanta necessitas dispensandi, vt quasi ex iustitia debeat Princeps dispensare. Hæc igitur causa tanta, & tam vrgens non requiritur ad licitam dispensationem, sed ad honestatem dispensationis sufficit minor causa, nēpè aliquis finis honestus Pontifici propositus, vt conciliet sibi gratiam, & amicitiam Principum sæcularium, vel aliorum, cum quibus, vel ad quorum petitionem dispensat sine detrimento cæterorū, vel cōmunis boni, & cum commodo, & vtilitate eorum, quibus indulgetur. Illa igitur potest dici causa necessitatis; hæc congruitatis, & decentiæ. Et Doctores *n. 107.* relati, qui pro contraria sententia allegantur forte locuti sunt de priori causa necessitatis, si verè docuerunt Principem posse licitè in sua lege iusta dispensare sine causa; non verò de posteriori causa congruitatis, & decentiæ; vel solum voluerunt posse sine vlla causa dispensare validè: Et certè præfatos Doctores non esse contrarios huic 111.

huic secundæ sententiæ, neque asseruisse Principem, seu legislatorem posse licitè in sua lege dispensare absque vlla prorsus causa, indicat Salas *sect.5. num.52.ad 5.* & apertè sentit Suarez *d.cap.8. num.3. fine*, vbi dicit præfatos. Authores si attentè legantur, non tractare punctum huius controuersiæ, an possit legislator licitè; sed simpliciter, an possit dispensare in sua lege sine causa: Et hoc modo, inquit, affirmant, & interdum declarant talem dispensationem reddere tutum dispensatum apud DEVM, & in conscientia, iuxta dicenda *infrà*; additque hoc patere ex Felino *in cap. ad audientiam 2. de rescriptis num.4.* Syluestro *verbo* dispensatio *quæst.3.* Angelo *ibidem num.3.* & Paludano *in 4. d.38.q.4. art.4. num.40.* qui dictis locis pro prima sententia allegantur à Sanchez. Quare idem Suarez putat, vel nullos, vel paucos Authores tenuisse præfatam sententiam in sensu huius controuersiæ. Quod ait esse maximè notandum, ne alicui propter anthoritatem tot Doctorum eadem sententia probabilis fortasse videatur.

Quale sit hoc peccatum dispensantis in lege propria, aut Inferioris sine iusta causa.

112. Quale autem sit peccatum, quod Summus Pontifex in Iure Canonico, & quilibet Princeps, seu legislator sine vlla legitima causa in sua lege iusta dispensans committit, venialenè, an mortale ex genere suo. Plures tenent esse tantum peccatum veniale ex genere suo, secluso scandalo, ac notabili aliorum damno, quale esset alios nimis grauari, ex eo quod quis absque causa à tributi soluendi lege liberaretur. ita Nauarrus *in man. prælud.9.* Sotus *lib.1. de iust. q.7.artic.3. prope finem.* Valentia *1.2. disp.7.q.5.p.9. ad finem.* Sanchez *d.disput.18.n.7.* Salas *d. sect.5.n.54.* Pontius *d.c.14.n.4.* Paulus Layman *d.cap.22. n.13.* Filliuccius *tom.2. tract.21. cap.vltimo n.439.* Castrus Palaus *d. §.1.n.5.* Diana *p.1. tract.10. d. resol.33. & d. resolut.35.* Villallobos *d.diff.41.n.6.* Vasquez *1.2. disp.178. c.2. fine.* Pasqualigius *decis.382.* & alij, quos Sanchez, Salas, Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract.5. disp.10.q.5.* referunt. Probant, tum quia licet talis dispensatio sit peccatum, quatenus deformitas quædam est partem à toto sine causa discrepare, hæc tamen deformitas non videtur grauis remoto scandalo & aliorum damno; Tum quia licet talis dispensatio absque causa sit contra iustitiam tum legalem, tum distributiuam, nihilominus violatio iustitiæ legalis, vel distributiuæ non est mortale peccatum ex se, seu ex genere, nisi sit in materia graui, seclusis extrinsecis, scilicet, notabili aliorum damno, & scandalo, seu graui damno communitatis inde proueniente: In præsenti autem non reperitur grauis materia, si absint prædicta extrinseca incommoda; nam iniuria inæqualitatis inter subditos ex liberatione vnius ab obligatione legis sine causa, ex se, & in tota latitudine propria est leuis; nec etiam per se loquendo infertur graue damnum Communitati ex eo, quod aliquis sine causa à communis legis obligatione eximatur; dummodo talis sit dispensatio, per quam aliis damnum non inferatur v. g. si dispensatio sit, ne aliquis in quadragesima ieiunare cogatur; si verò esset cum damno aliorum, vt exemptio à tributo, vel obsequio communi sine causa, esset peccatum mortale; sicut etiam iniuria inæqualitatis esset mortalis, si interueniret in distributione bonorum, & dignitatum; cum per se tribui minus digno cedat in magnum damnum digniorum, Reipublicæ, & Ecclesiæ. Addunt etiam Sanchez & Salas sic dispensare sine causa non fieri peccatum mortale ex sola frequentia, & multiplicatione actuum; sed tantum ex prædicta circumstantia extrinseca damni notabilis aliorum, & scandali; scandalum autem esset quando grauis, seu magna occasio violandi legem non dispensatis tribueretur; Esset damnum notabile contrarium decori Ecclesiæ, & status sacerdotalis, si in cœlibatu Sacerdotum, sine graui causa dispensaretur; item esset graue damnum Ecclesiæ dispensare sine causa in pluralitate beneficiorum. ita Salas. Quando autem Tridentinum locis supra citatis seuerè prohibet dispensationes sine causa, ideo, inquiunt Salas, & Pontius id fecit, quia timebat damna, & incommoda extrinseca, quæ ex eiusmodi dispensationibus sequi solent, & possunt; propter quæ, dum timentur, rectè prohiberi potest dispensare sine causa, & etiam inferioribus grauiter præcipi, ne in legibus superiorum sine causa dispensent; cum tales dispensationes sint nullæ, vt *infra.*

Contrarium, & esse peccatum mortale ex genere suo, & veniale solum vbi paruitas materiæ à mortali excusat; atque adeo esse peccatum mortale, si Papa sine causa dispenset in legibus grauibus, & multum conducentibus ad bonum commune, & bonos mores, vt in recitando horas canonicas, in audiendo sacrum in festis, & ieiuniis, & reliquis huiusmodi; & similiter, si Princeps sine vlla causa dispenset in legibus ciuilibus, tenent Couarruuias *d.§.9 n.7.* (vbi dicit Principem sine causa dispensantem, peccare, & fortassis, & frequentissimè mortaliter) Petrus Ledesma *in sum. Sacram.* vbi *de matr. c. 27. post 4. concl. dub.1.* Rodriquez *1.p. sum. in 2.edit.c.196.fine.* Vega *2.p. c.23. casu 14.* Suarez de legibus *lib.6.d. c.18.n.9.* & Sanchez *d.lib.5. consil. moral. c.1.d.dub.5. n.6.* (vbi retractat opinionem quam *d.disp.18.* tenuit.) ita etiam Leandrus Discalceatus *d.q 5* huius etiam sententiæ fuisse videntur Caietanus, Armilla, & Corduba locis à Sanchez *d.disp. 18.n.6.* citatis. Probant, quia huiusmodi iniqua dispensatio, cum faciat inæqualitatem inter subditos, & non dispensatis iniuriam inferat, vt *superius* dictum est; & etiam sit contra proprium officium Principis, qui debet vti sua potestate in ædificationem, non in distructionem, & damnum communis boni; est contra iustitiam distributiuam, iuxta quam Princeps tenetur seruare æqualitatem inter subditos, & euitare personarum acceptionem, & etiam contra iustitiam legalem, iuxta quam tenetur Princeps non abuti potestate, nec aliquid agere contra commune bonum, ergo est peccatum mortale; quia omnis violatio cuiuscunque iustitiæ videtur esse ex genere suo mortalis, vt videntur velle Doctores communiter agentes de iustitia. Secundo si ex genere suo esset veniale peccatum, nunquam per additionem materiæ fieret mortale, vt patet in mendaciis officiosis; Et sic licet Papa omnes leges Ecclesiasticas abrogaret, non peccaret mortaliter, quod est absurdissimum. Hæc sententia quoad dispensationem sine causa in legibus mihi etiam videtur probabilior, tum propter dictas rationes; tum etiam quia huiusmodi iniqua dispensatio absque causa ex se videtur præbere occasionem scandali, & inducere alios non dispensatos ad legis transgressionem, vel saltem efficere, vt in obseruatione tepescant; licet aliquando de facto non sequatur scandalum, quia sit occulta; erit ergo peccatum mortale talis dispensatio ex genere, veniale vero tantum ratione paruitatis materiæ, nempe quando lex, in qua dispensatur, non esset magni momenti, sed leuis, & huic sententiæ certè Concilium Tridentinum locis *n. 108.* citatis valdè fauet. 113.

Supposita autem hac secunda sententia Sanchez *dict. dub.5.num.8.* cum nonnullis aliis doctis iunioribus à se tacitis nominibus allegatis, aduertit quod non est iudicandum, quæ sint grauia, & quæ leuia præcepta, vt dispensatio in illis sine causa sit mortalis, vel venialis, per hoc quòd illa frangere sine dispensatione esset veniale, vel mortale; sed debet attendi penes hoc, quod si ponantur in Republica, non multum attinent ad bonum illius; nec si tollantur, subuertunt illum multum, nec multum pertinent ad splendorem Reipublicæ, quamuis illa omittere absque dispensatione esset mortale, & ponit exemplum; vt dispensare in aliquibus gradibus consanguinitatis, & affinitatis, & in lacticiniis sine causa, tantum erit veniale, quia hæc reputantur minima, & maximè, inquit cum in Hispania sit tanta copia Bullarum, quibus tam facile conceduntur lacticinia; facilior 114.

sit

sit dispensatio, & leuis causa sat est. Addit idem Sanchez *num.9.* cum iisdem Iunioribus, quod cum dispensare in his leuibus absque causa, tantùm sit veniale, dispensare ex parua causa nullum erit peccatum, quia ad dispensandum in leuibus, leuis causa sufficit, & sicut parum sufficit ad committendum peccatum veniale, ita etiam parum sufficit ad illud excusandum, nisi sit intrinsecè malum. Dum autem superior in lege positiua humana, seu Princeps in iure humano dispensat, in dubio, vbi non constat de iustitia causæ, præsumendum est, causam esse iustam, vt tradidi in to.1. horum moral. *tit.1. n.1679. & 1680.* & præter Doctores ibidem citatos tenent etiam Bartholus, Cynus, Felinus, Decius, & alij quos referunt, & sequuntur Couarruuias vbi supra *n.9.* Salas de legibus *disp.*20. *d.sect.*5.*n.*63. & Sanchez *d.dub.*5.*n.*7.& *d.disp.*18. *n.*9. in dubio enim iudicandum est pro superiore iuxta *ibidem* tradita, & constat ex can. *si quid culpatur* 23.*q.*1. & *ex cap. in præsentia de renunc.* Limitant tamen aliqui præfatam doctrinam, vt procedat quando Princeps dispensat motu proprio, & non ad instantiam partis in iure humano; tunc enim aiunt ita præsumi causam iustam, vt probatio in contrarium non admittatur; secus quando ad instantiam partis; vel in his, quæ ad ius diuinum spectant, vt in votis; etenim tunc (aiunt) non præsumitur causa, nisi probetur. Quia cum ad instantiam partis dispensatur, censetur potius dispẽsatio per importunitatem obtenta, seu extorta, quam quod ita agendum Princeps censeat. ita Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut.* quem refert Salas *d.num.*63. verum si fideliter causæ propositæ sunt Summo Pontifici, in foro conscientiæ præsumendum est causas fuisse iustas tam in dispensatione in iure humano, quam in his, quæ sunt iuris diuini v. g. in votis, vt dixi *d.num.* 1680. & tenent Doctores *ibidem* relati, & præter eos Sotus 4. *dist.* 21. *quæst.* 2. *num.*2. Sà *verbo* dispensatio *num.*4. & Salas *dict. num.* 63. in foro etiam externo si dispensatio Principis sit in propria lege, aut in lege inferioris, præsumendum erit pro iustitia causæ, & valore dispensationis, nec dabitur probatio in contrarium, etiamsi data fuerit absque causa; cum talis dispensatio etiam scienter sine causa data sit valida, vt superius probatum est. In votis autem vel iuramentis, vel matrimonio rato, non consummato, quæ pertinent ad ius diuinum in foro externo posse, & debere admitti probationem in contrarium tenent Salas *d. num.*63. & alij à me *d. num.*1680. allegati, vbi etiam refero alios tenentes contrarium.

Procurans, aut acceptans dispensationem nulla existente iusta causa an, & quale peccatum committat.

115. Ex his inferri potest qualenam sit peccatum petentis, seu procurantis præfatam dispensationem sine causa, scientis verè non adesse causam. Dicendum enim est peccare eo genere peccati, scilicet, mortalis, vel venialis, quo peccat Princeps, seu superior illam scienter sine vlla causa concedens, atque adeo supposita prima sententiæ *num.*112. posita peccare venialiter secluso scandalo, aut notabili damno aliorum, & mortaliter si adsit scandalum, vel aliorum notabile damnum. Supposita verò altera sententia *n.*113. posita, & approbata peccare mortaliter, quoties petit, vel procurat talem dispensationem in rebus, seu legibus grauibus. ita omnes Doctores superius pro vtraque sententia relati; cum enim inducat dispensantem ad rem intrinsecè malam, quam absque peccato veniali, vel mortali non potest præstare, ex necessitate sequitur, vt eodem genere peccati peccet.

116. Dixi *scientis verè, &c.* quia si bona fide quis subditus petit ignorantia inuincibili, seu probabiliter credens esse causam legitimam excusabitur à peccato. & multo magis, quam Prælatus ipse, quia non pertinet ad eum examinare, an causa sit omninò sufficiens, nec ne, & ideo securè potest in hoc stare iudicio Prælati; qui non excusabitur à peccato, si tunc dispenset cognoscens non esse causam dispensationis. ita Sanchez *d. dub.*5. *num.*7. Suarez *lib.*6. *de legibus d. cap.*18. *num.*12. Pontius *d.lib.*8. *cap.*14. *num.*15. Palaus *tom.*1. *d. tract.*3. *disp.*6. *p* 8. §. 1. *num.*6. & Salas *d. sect.*5. *n.*63. vbi etiam ait, si subditus dubitans de iustitia causæ, vel causarum eas fideliter referat superiori, & ipse eas iustas iudicet, excusari subditum in petitione, & vsu dispensationis, etiam si fortè illæ non sint iustæ; quod idem docet Sanchez *d. disput.* 18. *num.*9. è contrario etiam contingere potest, vt excusetur superior putans esse iustam causam, & subditus dispensationem petens non excusetur, vt potè qui bene nouit causam non adesse, & falsam causam proposuit. ita Suarez *num.*13. Pontius, & Palaus *locis citatis.* Quod si superior cognouerit causam legitimam non adfuisse ad dispensandum, & etiam si à principio dispensauerit sciens nullam subesse causam, tenetur dispensationem datam reuocare, quia semper tenetur consulere, vt subditi vniformiter viuant, & legibus communibus æqualiter obligentur, nisi sit iusta causa excusans, & tenebitur sub peccato veniali, vel mortali iuxta dicta *num.*112. & 113. ita in terminis Pontius, & Palaus *locis citatis* & Suarez *d. lib.*6. *cap.*19. *num.*14. & 15. vbi confirmat, quia dispensans sciens dispensationem carere omni causa iusta non reuocans illam, quasi prosequitur peccatum prius in dispensatione commissum, seu de nouo illud repetit.

Quod autem dictum est de petente, aut procurante 117.
talem dispensationem, dicendum etiam esse de acceptante eandem dispensationem absque vlla causa à superiore sponte oblatam, & quam ipse non petiit, tradit Sanchez *d.disp.*18.*n.*8. scilicet peccare eo genere peccati, quo petens, & procurans; idque ob eam rationem, quod consentiat peccato concedentis, imò cooperetur, cum dispensatio non plenè suum effectum sortiatur, donec acceptetur. Suarez autem *d.c.*18.*n.*13. censet subditum sic acceptantem non peccare ex vi cooperationis, probat ex eo, quod non sit vera cooperatio, nam dispensatio à solo superiori fit, & ad illam, vt à superiori procedit, subditus non concurrit, sicut cooperatur, quando superiorem excitat, & inducit. Nec refert (inquit) quod acceptatio sit necessaria ad effectum; tum quia non est necessaria, vt concausa; sed vt conditio necessaria, quam ponere, solùm est permittere effectum, non facere; tum quia posita dispensatione ex parte superioris, ponitur tota malitia grauis illius actionis, & quod sequatur effectus non habet malitiam nouam; atque adeo acceptare, aut velle illum effectum, non est in subdito cooperatio ad malum; quidquid sit an dispensatus vtens tali dispensatione peccet; de quo mox. ita Suarez. Verùm supposito quòd dispensatio non sortiatur effectum, nec dici possit completa, nisi per acceptationem, non video quomodo acceptans possit dici non cooperari ad eandem acceptationem, & ideo probabiliorem puto sententiam Sanchez, & sic acceptantem ratione cooperationis peccare eodem genere peccati, quo dispensans iuxta *suprà* dicta, & ita tenet etiam Bonacina de legibus *disput.*1. *q.*2. *p.*3. *num.*15.

Qui vtitur dispensatione à Papa, vel Principe, vel inferiori data in lege sua sine causa an peccet in tali vsu, & quo genere peccati.

Vtrùm verò vtens tali dispensatione à supremo Prin-
cipe, vel inferiori data in lege propria data, seu impe- 118.
trata absque causa peccet, & quo peccato veniali, vel mortali. Multorum sententia est, eum non peccare nec mortaliter, nec venialiter secluso scandalo, & aliorum damno notabili. ita tenent ex Iurisperitis, & Canonistis Ancharanus *in cap. non est, fine, de voto.* & *cap. cum ad Monasterium n.*25. *de statu Monachorum.* Felinus *cap. ad audientiam*

audientiam 2. *de rescript. n.*4. Gigas *de pens. q.* 6. *num.*13. Nauarrus *in man. c.*12. *n* 57. & Brunotus *in suo compendio* lit. *P.* verbo *Papa*, ea Summistis, & Theologis Palacius, Stunica, Sotus, Syluester, Aogelus, Arragon relati à Sanchea *lib.*8. *de matr. d. disp.*18. *n.*10. & *lib.*5. *mor. consil. cap.*1. *dub.*5. *n.*11. & Azorio 1. *p. lib.*5. *cap.*15. *q.*3. Suarez *lib.*6. *de leg. cap.*19. *n.*14. Pontius *lib.* 8. *de matr. cap.*14 *n.*15. Vasquea 1.2. *disp.*178. *cap.*4. Castrus Palaus *tom.*1. *tract.*3. *disp.*6. *p.*8. §.1. *n.*8. Pasqualigius *decis.*392. & alij recentiores; & probabile putant Sanchez *d. n.*10. Salas de legibus *disput.* 20. *sect.* 5. *num.* 60. & Layman loco *infrà* allegato. Probatur hæc sententia, quia vtens tali dispensatione non peccat contra legem ipsam positiuam, cum illius obligatio iam ablata sit per dispensationem, quæ licet absque causa data est valida, vt suprà *num.* 106. probatum, & in hoc conueniunt etiam Doctores sequentis sententiæ; sed nec peccat vllo modo contra ius naturale; nam primo non peccat, quia cooperetur peccato dispensantis iniquè, quia solum cooperatur dum petit, & procurat, aut acceptat, ea vero concessa vtitur tantum effectu illius dispensationis, in quo effectu, seu vsu nulla apparet malitia, cum talis vsus non videatur specialiter prohibitus. Neque secundo peccat contra legem naturalem dictantem partem absque causa non debere à toto discordare; nam in hoc casu dispensatus non tenetur iure naturæ se aliis conformare; quia iam habet causam legitimam non se conformandi, nempè dispensationem validam, quà à lege cæteros obligante est verè exemptus, tametsi fuerit illicitè obtenta. Vnde in hoc magna differentia, (inquiunt Suarez, Pontius & Palaus) est inter subditum, & Superiorem. Nam Superior secum in sua lege sine causa dispensans peccat, dum dispensat, & dum vtitur dispensatione, quia potest, & tenetur dispensationem sibi sine causa concessam reuocare, quia sciens, & prudens perseuerat, seu repetit de nouo prius peccatum vt suprà *num.*116. dictum est; at subditus non potest reuocare, nec illi incumbit tale onus, cum non spectet ad eius officium, & ideo nullo modo perseuerat mortaliter in peccato commisso in petitione, cum pœnitentia prioris peccati stet cum vsu dispensationis.

119. At probabilius est, vtentem tali dispensatione sine causa data, seu impetrata peccare venialiter in tali vsu, ita ex Iurisperitis Couarruuias de sponsalibus *p.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 7. Nauarrus *in man. prælud.* 9. *num.* 14. Panormitanus, Additionator ad Ioannem Andream, Barbatia, Gambata, Rebuffus, Gallego à Sanchea *dict. disput.* 18. *num.* 11. relati, ex Theologis Ledesma 2. 4. *quæst.*27. *num.*2. Cordoba *qq. lib.*4. *quæst.*8. Sotus *lib.*1. *de iustit. quæst.*7. *art.* 3. *fine*, Caietanus 1. 2. *quæst.* 96. *artic.* 5. Valentia *disput.* 7. *quæst.* 5. *p.* 6. *ad finem.* Azorius *dict. quæst.* 3. *fine.* Sanchez *dict. disp.*18. *num.* 11. & *dict. dub.*5. *num.*11. & 15. Filliuccius *tom.* 1. *tract.*10. *cap.*10. *num.*114. Layman *lib.*1. *tract.*4. *cap.*21. *num.* 13. *fine.* Villalloboa *p.* 1. *tract.*2. *diff.* 41. *num.*7. & alij relati à Sanchez, & Leandro Discalceato *de præcept. Eccles. tract.* 5. *disput.*10. *quæst.* 16. Ratio est, quia licet iste vtens non peccet contra legem positiuam, cuius obligatione reuera solutus est; neque peccat, quia cooperetur, vel consentiat peccato dispensantis, cum hic vsus non sit consentire peccato eiusdem dispensantis, nec prosecutio peccati, commissi in petitione, vel acceptatione, quia ea peccata omninò transierunt; peccat tamen verè contra legem naturæ præcipientem parti, ne sine causa discordet à toto; turpis enim est pars toti, seu suo vniuerso non congruens, & consonans, & ita propter hanc indecentiam, & singularitatem irrationabilem erit peccatum. Neque obstat legis obligationem quoad hunc vtentem, esse ablatam omninò per dispensationem; nam dum manet lex obligans in ordine ad alios, turpe, & rationi dissonum est, vt quis nulla iusta ratione excusatus non viuat æquali iure cum aliis. Quare si Papa aboleret omninò aliquod ius positiuum sine causa, vel Princeps omninò sine causa abrogaret legem suam quoad omnes subditos, tunc tale ius, vel talem legem non seruans nullo modo peccaret, cum quoad omnes sit sublata. Huiusmodi autem peccatum vtentis tali dispensatione absque causa data secluso omni extrinseco incommodo, scilicet, scandalo, vel aliorum notabili damno, erit ex suo genere veniale, vt Caietanus, Nauarrus, Corduba, Sotus, Valentia, Sanchez, Filliuccius, Layman, Villalloboa *locis citatis* docent. Nam ea sola deformitas partis cum toto ex se, seu ratione suæ indecentiæ, & secluso scandalo, vel alio damno, non est ita grauis, vt excedat culpam venialem; Et Sanchez *dict. num.* 15. *fine*, addit tunc esse culpam venialem, quando dispensatio est in legibus alicuius momenti, vt in lege ieiunij, & similibus. Non obstat, quod Princeps concedens talem dispensationem, vel illam non reuocans peccet mortaliter iuxta tradita *num.* 113. & 116. Nam ad Principem spectat curare, vt leges ob commune bonum impositæ obseruentur, at subditi non est id prouidere, sed tantum obseruare, quam diu leges sibi sunt impositæ, illisuè ligatur. Cum ergo vsus talis dispensationis sit saltem culpa venialis dispensatus sine causa tenetur abstinere à tali vsu, vt per se patet; sicut vnusquisque tenetur vitare peccatum veniale. Quod si dispensatio sine causa facta esset in iure naturali, aut diuino v. g. in voto, tunc vsus talis dispensationis esset peccatum mortale, cum ipsa dispensatio sit nulla, ita omnes Doctores, Caietanus *in summa* verbo *dispensatio.* Armilla *eodem num.* 13. Sanchea *lib.*8. *de matrim. disput.* 17. *num.* 3. & *dict. dub.* 5. *num.* 13. Suarez *lib.* 6. *de leg. cap.* 17. Salas *eodem tract. disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 30. Filliuccius *dict. cap.* 10. *num.*309. Basilius Pontius *dict. cap.* 14. *num.*1. Palaus *dict. p.* 8. §. 1. *num.*1. & alij Canonistæ, & Theologi ab eisdem relati.

Aduertunt etiam Sotus, & Couarruuias locis *suprà* citatis (& notant etiam Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 14. & Salas *dict. sect.* 5. *num.*62) vsum dispensationis à Principe in iure humano, & in lege positiua propria, vel inferioris legislatoris factæ sine causa esse peccatum mortale, quando cederet in graue detrimentum, & iniuriam aliorum, quod docuisse etiam alios doctores iuniores testantur iidem Sanchez, & Salas. Et assignatur primo ab illis iunioribus exemplum, quando in toto Regno, vel in aliqua Ciuitate taxatur triticum, si aliquis sine iusta causa in ordine ad bonum commune per dispensationem eximatur à Principe ab illa taxa, ac pluris, ac vltra taxationem vendat, peccat mortaliter, & tenetur restituere excessum taxationis, nam licet ille solutus sit à lege taxationis; non est tamen exemptus à pretio extrinseco, quod prouenit illi tritico, & ex eo, quod aliæ merces similes tanti venduntur, & ita peccat contra iustum pretium naturale, quod est illud, quo communiter venduntur similes merces. Et propter hanc rationem idem sentit Sanchez, & Salas ait iuxta quosdam fortè veritatem continere, sed tamen non carere difficultate, sed dicta ratio videtur excludere omnem difficultatem; Sotus, & alij (vt iidem Sanchez. & Salas notant) ponunt aliud exemplum, vt si quis absque causa procuret, & obtineat à Rege seu Principe priuilegium ad non soluenda communia tributa, vnde prouenit vt alij grauentur, quia pars, quam non soluit hic dispensatus, diuiditur inter alios ciues; ob hoc enim grauamen aliorum sine iusta causa peccat mortaliter vtens tali dispensatione, nisi Princeps dispensans aliis compenset illud grauamen. At Sanchez, & Salas *locis citatis* cum aliis sentiunt hunc Principem aliquem, vel aliquos eximentem absque iusta causa peccare mortaliter nisi aliàs compenset illis grauaris; illum autem, qui procurat hanc libertatem, & exemptionem absque causa, vel non peccare, vel saltem non peccare mortaliter contra iustitiam. Rationem esse aiunt, quia 120.

tributa

tributa sunt seruitutes quædam, quæ tollunt, vel minuunt nobilitatem; licebit ergo vnicuique in Republica fieri membrum nobilius, & id procurare, in quo quisque videtur vti iure suo, ad quod naturaliter inclinatur; cum ad nobilitatem, vel augmentum eius hominis natura propendeat; Neque hoc est subtrahere se à membris Reipublicæ, sed effici membrum nobilius. Quod si Princeps aliundè oneras subditos imponendo grauia tributa, sibi imputet; subditus enim dispensatus tantum postulat eximi, non autem petit nec contrahit, vt Princeps amplius grauet alios ciues, sed est tantum occasio, quam Princeps sumit; ita Sanchez, & Salas, & valdè probabiliter.

Cessante omninò, & totaliter causa finali dispensationis, vel priuilegij, an cesset dispensatio, & vtens tali dispensatione, aut priuilegio, postquam causa illius cessauit, peccet, & quo genere peccet.

121. Verum cum non omnes dispensationes quoad vsum, & executionem sint æqualis durationis; nam aliquæ dispensationes statim in primo vsu finiuntur, vt sunt dispensationes ad contrahendum matrimonium cum consanguinea, vel affini; post primum enim vsum, nullus est alius vsus, proprius scilicet, & immediatus talis dispensationis. Quare si in vsu debet esse peccatum, debet esse in illo primo vsu illius dispensationis; cum non restet alius vsus illius. Aliæ verò sunt, quarum vsus multoties occurrit, habentque tractum successiuum, seu dantur ad successiuè operandum; vt dispensatio de non ieiunando per totam quadragesimam, vel de non ieiunando per totam vitam, vel de non recitando diuino officio, vel ad anticipandum tempus recitandi diuinum Officium vltra ius commune datum; vel de vescendis carnibus, aut lacticiniis in Quadragesima, aliisue diebus vetitis. De his ergo dispensationibus inter Doctores controuertitur, an quando dispensatio fuit iusta, quia tunc erat iusta, ac rationabilis, ac sufficiens causa iudicio prudentium, & consequenter fuit valida, & licita; sed postea successu tẽporis totaliter cessauit omnis causa, peccet tunc vtens tali dispensatione v. g. Petrus fuit dispensatus, vel vt per totam quadragesimam comederet carnes propter debilitatem, vel ægritudinem, quæ prudenter iudicabitur duratura toto illo tempore, vel ne per totam vitam ieiunaret propter infirmitates aliquas, quæ prudenter iudicatæ sunt perpetuæ; & ante finitam quadragesimam totaliter cessauit debilitas, aut ægritudo, vel iam omnino cessarunt infirmitates iudicatæ perpetuæ, siue cessauerint naturaliter, siue miraculosè; controuertitur an Petrus adhuc possit licitè vti illa dispensatione, & vesci carnibus in reliquis diebus, quadragesimæ, vel non ieiunare, an vero peccet tali dispensatione vtens. De qua controuersia præsertim Sanchez *lib.*8. *de matr. disp.*20, *n.*13. & 14. & *lib.*5. *consil. mor. c.*1. *d. dub.*5. *n.*15. Suarez de legibus *lib.*6. *c.*20. & *lib.*8. *cap.*30. Salas de legibus *disp.*20. *sect.*6. *n.*64. & 65. Basilius Pontius *de matr. lib.*8. *c.*20. Layman *lib.*1. *tract.*4. *c.*21. *n.*15. Palaus *to.*1. *tract.*3. *disp.*4. *puncto* 15. & alij ab iisdem relati, qui omnes agunt, an dispensatio, & priuilegium cesset cessante omninò, & totaliter causa, ob quam fuit data dispensatio, aut concessum priuilegium; ex cuius difficultatis resolutione potissimum dependet resolutio propositæ controuersiæ de vtente dispositione, postquam omninò illius causa cessauit.

122. Prima igitur sententia est, dispensationẽ etsi in se perfectam, & consummatã, nondum tamen executioni mandatam, seu ad vltimum effectum deductam, siue illius vsus consistat in vnico actu, siue habeat tractum successiuum, cessare, & effici inualidam cessante omninò causa finali, propter quam fuit concessa, & idem esse de priuilegio, ac proinde si cessat omninò causa finalis dispensationis ad matrimonium contrahendum, iam in se perfectæ, & consummatæ, sed nondum effectum sortitæ, quia nondum contractum fuit matrimonium, tunc omnino extingui dispensationem, & similiter si dispensatio cæperit habere effectum, & is sit commodè diuisibilis, vt patet in exemplis dispensationum de non ieiunando, de non recitando horas canonicas, de anticipando tempore, de vescendo carnibus, vel lacticiniis diebus vetitis, & postea omninò talis dispensationis causa finalis omninò cesset, cessare etiam dispensationem, ita quod illa postea vtens peccet contra præceptum; super quo fuit dispensatio obtenta. ita Iurisperiti, quos allegat, & sequitur Sanchez *d. disp.*30. *n.* 14. & ita sentit idem Bonacina *de legib. disp.*1. *q.*2. *p.*10. §.3. *n.* 5. *cum seqq.* Præcipuum fundamentum est, quia actus non operatur vltra agentium intentionem *cap. quemadmodum de iureiur.* at in omni dispensatione subintelligitur conditio, si causa perseueret, quando dispensatus illa vult vti, aliàs iniquus esset dispensator, si vellet dispensationem extendi ad casum, quo causa prorsus cessaret, quia daret licentiam ad operandum contra legem etiam sine causa. Quemadmodum enim fidelis, & prudens dispensator non debet intendere dispensare à principio sine rationabili causa pro illo tempore, sic nec velle debet, quod duret dispensatio, nisi quamdiu rationabilis causa durauerit siue vnicus, siue multiplex sit vsus talis dispensationis. Plura alia argumenta adducit Sanchez, & post eum Bonacina, quæ pro nunc omitto. Dixi *nondum ad vltimum effectum deductam*, &c. *& si is commodè diuisibilis sit*. Nam si dispensatio sit ad vltimum deducta effectum etiam diuisibilem, si is effectus commodè diuidi, aut partim reuocari non potest, quamuis omninò tunc cesset causa finalis, non extinguitur, nec suspenditur dispensatio, eo quod tunc talem esse mentem dispensantis rectè præsumitur, ne alioqui ex dispensatione grauia mala oriantur; ita idem Sanchez *d. disp.*30. *n.*10. Bonacina *d.* §.3. *n* 9. versic. *verum* Suarez *d. c.*30. *n.*12. Castrus Palaus *d. puncto* 15. *n.*3. alios allegans, & est indubitatum apud omnes: Exempla ponunt tum in eo, qui ob periculum incontinentiæ dispensatus fuit in voto castitatis, & talis dispensationis vigore matrimonium contraxit; is enim etiam cessante omninò periculo incontinẽtiæ non solum potest reddere debitũ, sed etiam petere, ex dispensantis præsumpta voluntate, quia alioqui vel permaneret in matrimonio cum magno animæ periculo, vel vt non peteret, cogeretur discedere ab vxore, cum magno illius, & filiorum detrimento, & aliorum scandalo: Tum in irregulari ex iusta causa, nempè ob eius paupertatem dispensato ad beneficium, & ad ordines, nam etsi is susceptis ordinibus, & obtento beneficio diues factus est, cessauitque penitus causa finalis, ob quam fuit dispensatio super irregularitate concessa, non extinguitur ipsa dispensatio, quia habuit iam vltimum effectum, qui non potest commodè diuidi; vnde virtute talis dispensationis obtento subdiaconatu, & cessante postea omninò causa dispensationis potest ad vlteriores ordines ascendere.

Ex hac sententia sequitur primo dispensatum in lege ieiunij, vel ad vescendum carnibus, aut lacticiniis in diebus vetitis ob infirmitatem tanquam ob causam finalem, hac omninò cessante teneri ieiunare, vel abstinere à carnibus, & lacticiniis, alioqui peccare contra præceptum ieiunij, & abstinendi à carnibus, &c. ita Sanchez *d. num.*14. Bonacina *d.* §.3. *num.*6. in quo cum Sanchez conueniunt Suarez, Layman, Palaus, & Pontius *locis citatis*. Secundò dispensatum ad matrimonium cum consanguinea cessante omninò causa dispensationis ante contractum matrimonium, inualidè postea contrahere, ita Sanchez, & Bonacina. Tertio multò magis dispensationem in his, quæ sunt iuris diuini, & in quibus dispensatio sine iusta causa concessa est nulla, vt in voto, iuramento, & similibus, cessante postea omnino causa, propter quam talis dispensatio fuit data, non prodesse amplius dispensatio, huncque peccare contra votũ, aut iuramentum, si tali dispensatione vtatur. ita iidẽ Sanchez, & Bonacina, & alij recẽtiores, quos tacitis nominibus refert 123.

Salas *d. sect. 6. d. num 65.* qui volunt intentionem Summi Pontificis dispensantis in voto Religionis, & perpetuæ castitatis & similibus, esse huiusmodi, scilicet, *Dispenso tecum in voto religionis, vel castitatis perpetuæ, quamdiu rationabilis causa, quæ nobis proposita fuit ad dispensandum, durauerit.* Et huiusmodi intentionem esse virtualiter, & interpretatiuè in omnibus Prælatis circa ea, quæ sunt iuris diuini dispensantibus. Quare eum, qui dispensationem in voto castitatis, aut religionis impetrauit ad contrahendum matrimonium ob periculum incontinentiæ, illudque contraxit, tali matrimonio dissoluto, si iam cessauit omninò incontinentiæ periculum, quod fuit causa finalis dispensationis, non posse aliud matrimonium contrahere ex vi talis dispensationis. ita Bonacina *d. §. 3. num. 9.*

124. Addit tamen Sanchez *d. disp. 30. n. 17.* cessante causa dispensationis, aut priuilegij non ita cessare dispensationem, eiusuè valorem, quin si postea redeat causa, ob quam fuit dispensatio concessa, & ipsa dispensatio redire non possit; ac proinde dicit non propriè cessare, sed suspendi eius valorem, quousque causa concessionis præexistat, & dum non redit, vsus dispensationis nec licitus, nec validus sit, quod probat, quia cum dispensatio semel valida fuerit, solum cogimur credere mentem concedentis esse, vt cessante causa cesset illius vsus, ne illicitus sit defectu causæ, qua honestari debet. Quare cum redeunte eadem causa vsus sit licitus credendum piè est non esse Pontificis, seu Principis mentem, vt dispensationis valor non sit cassatus, sed suspensus redeat, idque confirmat Sanchez doctrina Vasquij *lib. 1. de success. progressu in præfat. à n. 67. & lib. 1. controu. illustr. cap. 42. n. 3.* vbi latè tradit, & probat legem, cuius obligatio cessat, non statim extingui, sed suspendi, ac sopiri, & redeunte causa iterum reuiuiscere, & obligare.

125. Secunda sententia asserit dispensationem ex iusta causa integrè, & perfectè ac tota simul ab initio existente, absolutè, & simpliciter concessam in se perfectam, & consummatam (v. g. dispensationem à Summo Pontifice datam, & omninò expeditam in voto castitatis ob carnis tentationem, aut in impedimento matrimonij ob paupertatem, aut irregularitata ad suscipiendos ordines ob paupertatem propriam, vel parentum, vel propter indigentiam Ministrorum Ecclesiæ; vel in pluralitate beneficiorum propter munus, quod dispensatus gerit) non cessare, & vinculum per dispensationem semel iam iustè ablatum non redire, etiamsi omninò cesset causa illa finalis, propter quam fuit concessa, ipsa dispensatio, seu vinculum relaxatum, & si dum cessat causa, nondum sit deducta dispensatio ad effectum; vel si effectua est inchoata habeat tractum successiuum. ita Glossa, Speculator, Archidiaconus, Cardinalis Alexandrinus, Henricus, Tiraquellus, Gutierez Angelus, Syluester ad id à Sanchez *d. disp. 30. n. 13.* & Suarez *d. c. 20. n. 17.* citati. idem Suarez *d. c. 20. n. 15. & seqq & c. 30. n. 7. 12. & seqq.* Layman *d. c. 21. n. 15.* Basilius Pontius *d. c. 20 n. 4.* Castrus Palaus *d. puncto 15. n. 4.* & Salas *d. sect. 6 n. 65. & 66.* Fundamentum præcipuum est, quod per dispensationem ex iusta causa concessam in se perfectã, & consummatam extinguitur obligatio, seu dissoluitur vinculum legis, aut voti, vel impedimenti; gratia enim dispensationis perficitur, & consummatur in relaxatione legis, seu ablatione, & dissolutione vinculi. aut impedimenti, per legem, aut votum, vel iuramentum introducti; ergo talis obligatio semel iustè ablata, seu vinculum per dispensationem iustam, & validam dissolutum, etiamsi cesset illa causa finalis, ob quam Princeps motus fuit ad dispensandum, & auferendum vinculum. postea non conualescit, seu reuiuiscit, si dispensatio ipsa non reuocetur, vel per aliquam causam moraliter efficientem, (quæ in proposito casu assignari non potest,) de nouo inducatur, seu renouetur; Causa enim iusta solum ab initio dispensationis requiritur, vt sit iusta, & valida, quod verò imposterũ illa causa cesset, non efficit, quin fuerit, & permaneat iusta, & valida cum non fuerit concessa propter causam futuram, sed propter actum præsentem. Cum ergo illa dispensatio semper manaat iusta, & valida, qua ex iusta causa fuit concessa, etiam permanet eius effectus; quia iste effectus non pendet à duratione causæ, sed ab illius existentia tempore dispensationis datæ. Neque dicatur reuiuiscere obligationem, seu vinculum, eo quod dispensatio, seu relaxatio data sit sub conditione, si causa duret, virtualiter subintellecta, & volita à dispensante. Nam talis restrictio, seu conditio ex forma dispensationis colligi non potest, quia absolutè conceditur, vt suppono, & regulariter fit; neque etiam ex aliqua lege, cum nulla reperiatur, neque etiam est necessaria ad iustitiam dispensationis, seu ne dispensator peccet; nam dispensans non tenetur præuenire effectus contingentes, & accidentarios; sed satis est, quod eo tempore, quo fit dispensatio habeat iustam causam; quia dispensator legis, sicut & legislator non tenetur, considerare ratum, & contingentem euentum, sed ea, quæ in plurimum accidunt. Neque etiam obstat, quod cessante omninò causa, dispensatio non possit iustè dari: Nam multa illicitè fiunt, quæ tamen facta conseruantur, ergo è contrario multa licitè conseruantur in esse, quæ tunc non possent de nouo fieri; ergo licet dispensatio, aut priuilegium ex defectu causæ perueniat ad statum, in quo non posset licitè incipere, poterit licitè, & honestè permanere, & conseruari. Est etiam vulgare axioma plura requiri ad fieri, quam ad conseruari, & ita etiam plus requiritur ad honestandam rei productionem, quam ad honestandam permanentiam rei iam productæ. Confirmantur prædicta ex regula 73. in 6. *Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat, in quo non potuit inchoari.* Confirmatur præterea hæc sententia, quia si Princeps debitum sibi tributum alicui absolutè remittat, quia pauper est, etsi ille cras reperto thesauro fiat diues, non ideo tamen redditur nulla donatio, seu liberatio heri facta; ita ergo etiam si Papa aliquos consanguineos per dispensationem liberauit impedimento matrimonij, quia causa iusta aderat, v. g. legitimandæ prolis; etsi postea causa cesset, nempè proles moriatur ante matrimonium contractum, nihilominus consanguinei illi dispensatione vti poterunt. Demum (relictis pluribus aliis argumentis apud Sanchez, & alios Recentiores huius sententiæ videndis) per dispensationem legitimè factam, aut priuilegium legitimè concessum est ius dispensato, seu priuilegiato acquisitũ; ius autem semel acquisitum non reuocatur ob cessationem causæ ob quam facit prius concessum, vt tradunt Tiraquellus in tractatu cessante causa *num. 91. & 94.* Mænochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 1189. num. 197.* & Gutierez *canon. qq. lib 1. cap. 15. num. 30. & 132.* & ex dictis iuxta hanc sententiam manet solutum fundamentum primæ sententiæ. Ad plura autem alia argumenta à Sanchez pro eiusdem primæ sententiæ confirmatione adducta latè respondent Suarez, Salas, Palaus, & Pontius *locis allegatis.*

Quod si dispensatio, vel priuilegium fuerint conces- 126.
sa ea intentione, vt cessare deberent cessante causa, idque constet, seu colligatur ex verbis, aut modo concessionis, aut quia aliqui concessio dispensationis, aut priuilegij futura esset illicita, nisi daretur cum tali intentione formali, aut virtuali, vt non duret, nisi durante causa, tunc inquiunt Suarez *d. c. 30. n. 16.* & Pontius *d. c. 20. n. 7.* deficiente causa desineret priuilegium, & ponunt exemplum vt *in cap. Abbate de verb. signific. in fine.* ibi: *tam diu Monasterium ipsum hac honoris prærogatiua debeat gaudere, donec ibidem viguerit obseruantia regularis.* vbi clarè ponitur causa illa, seu circumstantia vt necessaria ad conseruationem priuilegij, & redditur causa, in qua explicatur, illum terminum designari, vt possit esse licitus vsus priuilegij, scilicet, vt *idoneæ personæ inueniantur in illo* (Monasterio) *quæ possint in Abbatem assumi.*

Si etiam ex mutatione materiæ, vel alicuius circum- 127.
stantiæ dispensationis seu priuilegij vsus redditur iniustus,

iniustus, & iniquus; tunc etiam iidem Suarez *d. cap.* 30. *num.* 6. Pontius *num.* 4. & Palaus, dicunt, quod cessaret pro tunc priuilegium, & est certum, quia non potest dari licentia ad illicitum faciendum, aliàs liceret, quod est illicitum: Exemplum ponit Suarez, vt si monasterio applicata esset aliqua pars alicuius Ecclesiæ, quia tempore concessionis ex reliquo poterat Ecclesia sufficienter sustentari, & prouideri, postea vero mutatis rebus non possit sustentari, & prouideri, si in tota illa parte decimarum defraudetur; tunc enim (inquit Suarez) cessat causa priuilegij, & consequenter cessat priuilegium *cap. generaliter* 16. *q.* 1. & *cap. tua de Clericis non resident. & alien.* Hoc etiam pacto ait Suarez procedere principium iuris. *Quod peruenit ad statum in quo incipere non potest, in eo remanere non potest l. Vranius* 71. *§. sed cum duo ff. de fideiuss.* & illud Glossæ *ibidem*: Quod *impedit faciendum, destruere quoque iam factum*: Et hunc modum cessandi priuilegium Suarez, & Pontius vocant per cessationem causæ finalis contrariæ; quia cessatio causæ reddat illicitum vsum priuilegij siue contra ius diuinum, & naturale, siue contra ius positiuum Ecclesiasticum, aut humanum; licet hic modus dicendi non placeat Castro Palao *d. num.* 8. vbi tamen addit esse quæstionem de nomine, & nullius momenti, cum certum sit ab omnibus admittendum, cessare vsum priuilegij, quoties ex aliqua circunstantia redditur iniquus. Et dicit *cessare*, quia pro tunc non extinguitur priuilegium, sed tantum sopitur, & suspenditur solum eius effectus, ita vt cessante illa circunstantia reddente vsum iniquum, & redeunte causa tempore habili eius vsus iterum valeat, & licitus sit; quod etiam notat Suarez *d. cap.* 30. *num.* 22. & confirmat ex traditis suprà *num.* 124. iuxta Sanchez, & Vasquium; Palaus etiam probat *arg. cap. Abbatis de verbor. signific. fine* & auctoritate Glossa id tradentis *ibidem* in verbo *donec.*

118. Dictum est etiam *num.* 125. in propositione huius secundæ sententiæ *dispensationem ex iusta causa integrè, & perfectè & tota simul ab initio existente*, vt *ibidem* in exemplis *ibidem* adductis; nam si causa finalis dispensationis non exiftat ab initio dispensationis integrè, & perfectè, sed sit diuidua, & successiua, seu habeat tractum successiuum, sicut & ipsa dispensatio fit de materia, seu obligatione diuidua, & successiua, seu concessa ad vsum habentem tractum successiuum propter causam successiuam nempè necessitatis tanquam principalem, & adæquatam; tunc Suarez *d. cap.* 20. *num.* 18. & *d. cap.* 30. *num.* 9. Layman *d. cap.* 21. *num.* 16. Pontius *d. cap.* 20. *num.* 8. & Palaus *d. puncto* 15. *num.* 5. & 6. aiunt cessante causa cessare dispensationem, & priuilegium, quamdiù causa ipsa cessat. Probant quia in hoc casu dispensatur in obligatione, quamdiù fuerit causa, & cum sit simplex obligatio, censetur etiam dispensatio virtualiter multiplex requirens multiplicem causam, seu causæ continuationem, & perseuerantiam, vt locum habeat obligationis relaxatio. Exemplum ij Doctores ponunt in dispensatione concessa à Summo Pontifice, seu alio Prælato superiore propter ægritudinem, aut debilitatem ad comedendum carnes in quadragesima; & aliis diebus vetitis; vel ad non ieiunandum per totam vitam & aiunt cessante causa, & recuperatis præter opinionem viribus à dispensato, dispensationem quoad vsum licitum cessare; nam causa huius dispensationis non integrè existit ab initio dispensationis, sed succedit, seu habet tractum successiuum, sicut & vsus dispensationis; atque adeo eum illo commensuratur; & sicut materia, seu obligatio, super quam cadit dispensatio, non est indiuisibilis, sed diuidua, & habens successionem, a lex ieiunij quadragesimalis (inquit Suarez *d. num.* 18. & Iuniores relati) licet per modum vnius concipiatur, reuera est multiplex, & singulis diebus, quasi nouam obligationem imponit; & ideo dispensatio in illa lege non fit absolutè tota simul, sed est virtute multiplex dispensatio, & pro singulis diebus veluti singulæ dispensationes conceduntur; & vnaquæque propriam causam pro suo tempore, & die requirit; ita quod Papa dispensat in esu carnium hoc mense, hac hebdomada, hoc die propter infirmitatem huius mensis, huius hebdomadæ, vel diei; & ob hanc non dispensat, nec potest dispensare vt sequenti mense, vel hebdomada carnes comedantur, sed propter infirmitatem, quam tunc dispensatus habebit, quia infirmitas huius mensis, vel hebdomadæ parum deseruit ad honestandum esum carnium in mente, vel hebdomada sequenti; vnde si infirmitatem mente, vel hebdomada sequenti dispensatus non habet, iam cessat causa dispensationis pro illo mense, vel pro illa hebdomada, pro quo tempore dispensatio illam requirebat Atque ita quamuis in huiusmodi casu dispensatio ad esum carnium videatur dici simul, & per vnicum, & simplicem, ac absolutum actum dispensandi pro tota quadragesima, non tamen ita datur, nec vt statim dispensans auferat totum vinculum legis pro tota quadragesima, sed vt successiuè illud auferat, prò vt successiuè obligauerit; si eadem ratio, seu causa excusationis perseueret, ita Suarez, Palaus, & alij relati; & addit Suarez *d. num.* 18. in huiusmodi materia non posse aliter considerari causam iustificantem dispensationem, nisi vt habens tractum successiuum cum ipsa lege, eiusuè obligatione; quia esset irrationabilis dispensatio, si infirmitate, & necessitate, propter quam concessa est, cessante in medio quadragesimæ, non cessat quoad dies residuos; cum dispensatio ad esum carnium successiuum concessa sit propter illam causam necessitatis tanquam principalem, & adæquatam. Propterea inquit idem Suarez *dicto num.* 18. *fine*, quod in talibus dispensationibus regulariter solet explicari illa conditio, scilicet, *causa necessitatis durante*; & si interdum non exprimatur, ideo esse, quia vel duratio causæ tanquam moraliter certa supponitur, vel quia ex qualitate materiæ tanquam nota relinquitur. Ex quod dictum est de dispensatione esu in carnium diebus vetitis propter debilitatem, aut infirmitatem, iidem Suarez *d. cap.* 20. *num.* 18. *fine*, & *d. cap.* 30. *num.* 9. & Palaus *d. puncto* 15. *num.* 6. aiunt dicendum de dispensatione in similibus præceptis habentibus tractum successiuum, obligationemque diuiduam, & successiuam, vt de dispensatione in lege ieiunij per totam vitam propter infirmitatem existimatam perpetuam, de dispensatione ad non recitandas horas propter ægritudinem, vel propter imminentes occupationes, seu munus, quod dispensatus gerit; aiunt enim in his casibus cessare dispensationem, cessante causa necessitatis, ob quam tanquam causam adæquatam, & principalem fuerit concessa dispensatio (nam si necessitas reuera non fuisset causa adæquata, non ideò illa cessante, cessaret dispensatio) dispensatio enim in his præceptis, seu obligationibus habentibus tractum successiuum non est tota simul sed diuidua, & successiua sicut ipsa obligatio, & ita etiam requirit causam pro eo tempore, quo durat, ita præfati Doctores dicentes secus esse de dispensatione, quæ statim tota simul conceditur, & habet quasi indiuisibilem effectum, tollendo inhabilitatem, impedimentum, aut votum: nam illa (inquiunt) simul habet totum effectum; & simul etiam habere potest causam actu existentem integrè, propter quam absolutè concedatur iuxta tradita *per totum num.* 125.

Quare iuxta Doctores huius sententiæ dispensatus, postquam cessauit omninò causa, vtens dispensatione, quæ fuit concessa tota simul ob causam tunc actu existentem, iuxta modo notata, & tradita *d. num.* 125. non peccat contra legem, aut votum, quia verè manet dispensatus, legeque, aut impedimenti, vel voti vinculo solutus; sed neque etiam contra legem naturalem dictantem partem non debere à toto sine causa discordare; dato quod dispensatio esset in lege communi; quia 119.

iuxta præfatos Doctores scilicet, Suarez, Pontium, & Palaum, nullum est peccatum etiam veniale vti dispensatione valida, licet fuerit concessa, & obstenta sine vlla iusta causa vt suprà *num.* 118. ostensum est. At vero dispensatus non amplius permanente causa vtens dispensatione, quæ non est data tota simul, sed est virtualiter multiplex, & concessa propter causam successiuam; peccat, quia ea causa cessante cessat dispensatio, quia conceditur dependenter ab illa causa, vt explicatum est *toto numero præcedenti*.

Tertia sententia, quam probabiliorem puto, continet plura dicta.

130. Dictum primum est, Dispensationem ex iusta causa, siue in his, quæ sunt iuris diuini, seu in his, quæ sunt iuris humani, & Ecclesiastici concessam non cessare, neque suspendi quoad eius valorem, si omninò non cessat causa, seu si remanent aliquæ causæ illarum, quæ fuerunt motiuum ad dispensandum, licèt non remaneant tantæ, & tales, sed aliquales ad arbitrium boni viri; & dispensatus potest licitè vti tali dispensatione, etiamsi fuerit dispensatio in lege communi, quia in conseruatione dispensationis, & in eius vsu minor causa requiritur, quam in ipsa dispensatione, dum conceditur. ita in terminis Sanchez *lib.* 5. *moralium cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 15. Suarez *d. cap.* 30. *num.* 9. indicant idem Sanchez *allegata disp.* 30. & alij Doctores tam pro sententia prima, quam pro secunda allegati: nam disputantes, an cessante causa finali dispensationis cesset dispensatio, & illius vsus efficitur illicitus, loquuntur quando cessat omninò, & totaliter, & adæquatè causa, propter quam dispensatio concessa fuit.

131. Dictum secundum est, dispensationem absolutam, & sine conditione datam ex causa, quam dispensator probabiliter iudicauit sufficientem, & iustam ad sic dispensandum, siue sit in his, quæ sunt iuris diuini, & naturalis, vt in votis, iuramentis, siue in his, quæ sunt iuris & præcepti humani, in hisque siue tota dispensatio possit vnico actu suum effectum sortiri, vt est dispensatio in impedimentis matrimonij iure canonico dirimentibus, siue pluribus actibus sit executioni mandanda, vsusque illius habeat tractum successiuum, vt dispensatio in lege ieiunij, ad esum carnium, vel lacticiniorum diebus vetitis, in lege recitandi horas canonicas, & similibus, non cessare, nec suspendi quoad valorem, ex hoc solum capite, quod omninò & totaliter, & adæquatè cessat causa; propter quam fuit concessa, ita Sanchez *d. dub.* 5. *citato num.* 15. & Salas *d. disp.* 10. *citata sect.* 6. *num.* 65. & 66. & alij Docti Iuniores, vt iidem Sanchez, & Salas testantur. Ratio est, quia per dispensationem absolutè, & sine restrictione datam ex causa à dispensante probabiliter, & prudenter existimata iusta, & sufficiente ad sic dispensandum extinguitur obligatio voti, vel legis, in qua dispensatum est; obligatio autem semel extincta non reuiuiscit neque de nouo inducitur, nisi per causam moralem efficientem, aut dispensatio reuocetur ab habente authoritatem; vt probant tradita supra *num.* 125. ad secundam sententiam stabiliendam. Neque debet esse differentia inter dispensationem, cuius vsus habet tractum suauissimum; & dispensationem, quæ vnico actu sortitur effectum; nam per vtramque ex iusta causa absolutè, & sine conditione, ac restrictione datam æquè dissoluitur & extinguitur vinculum legis, seu præcepti. Quare si propter infirmitatem, aut debilitatem, quam probabiliter Pontifex perpetuam putat, cum aliquo absolutè dispensat, vt non ieiunet per totam vitam, vel vt vescatur carnibus diebus prohibitis, extinguitur statim obligatio legis ieiunij, & abstinédi à carnibus ac proinde & si præter opinionem cesset infirmitas, aut debilitas, non reuiuiscit obligatio legis, nec cessat vllo modo dispensatio, cum fuerit absolutè, & sine restrictione concessa; quamuis cessatio causæ sit causa sufficiens, per quam dispensator, seu alius superior authoritatem habens illam sciens possit, & debeat dispensationem concessam reuocare, vt rectè ait Salas *d. num.* 66. Et idem dicendum de dispensatione ad vescendum carnibus per totam quadragesimam propter debilitatem, seu infirmitatem, quam dispensator probabiliter putabat, vel dubitabat duraturam toto quadragesimæ tempore, hæc enim dispensatio non cessat, neque reuiuiscit obligatio abstinendi ab esu carnium quoad reliquos dies, si in medio quadragesimæ præter opinionem dispensatus vires recuperet; & omninò cesset causa, quia dispensatio fuit absolutè concessa, & ablata obligatio legis pro toto illo tempore ob causam, quæ tempore dispensationis prudenter sufficiens, & iusta iudicata est. Et gratis dicunt Suarez, & alij Iuniores in his, & similibus præceptis dispensationem non dari totam simul pro illo tempore, sed successiuè, & dependenter à causa successiua; nam id non colligitur ex verbis dispensationis, quæ conceditur absolutè, neque requiritur, vt dispensatio sit rationabilis, & ne iniquus sit dispensator; nam talis dispensatio, etsi absolutè, & simpliciter concessa est rationabilis; nec sic dispensans est iniquus dispensator, quia satis est, vt eo tempore, quo fit dispensatio, habeat iustam causam, tempore autem dispensationis probabiliter putauit, vel putat causam fore perpetuam, vel duraturam pro toto illo tempore, & ideo dispensauit; siue dispensat absolutè, & sine limitatione, ac restrictione; etsi sciens postea certò causam cessasse, debeat dispensationem reuocare, vt dixi. Et certè si huiusmodi dispensationes fierent, vel deberent intelligi cum illa restrictione, & dependentia à duratione causæ, vsus illarum esset valdè obnoxius scrupulis, cum dispensatus facile posset sæpè dubitare, an causa necessitatis, ob quam dispensationem obtinuit, adhuc perseueret, vel totaliter cessauerit; atque adeo ex hoc etiam capite talis restrictio non est admittenda. Addo, quod si in huiusmodi dispensationibus, quarum vsus habet tractum successiuum, intelligitur talis restrictio, non apparet ratio, cur non deberet etiam intelligi in dispensatione voti castitatis propter periculum incontinentiæ, cuius etiam vsus non est vnicus, sed potest esse multiplex, & habere tractum successiuum; ac proinde si nondum contracto matrimonio omninò cessaret periculum incontinentiæ; illicitus esset vsus talis dispensationis, nec matrimonium contrahi licitè posset; Et si matrimonium virtute talis dispensationis illa causa perseuerante semel contractum dissolueretur, & interim illud periculum incontinentiæ omninò cessasset, non posset dispensatus ad secundas nuptias transire, quæ tamen omnia Suarez, Pontius, Palaus & Layman locis *num.* 125. non admittunt. Quod si daretur alicui dispensatio in recitatione horarum propter munus, quod gerit, quia scilicet, illud munus plurimas requirit occupationes; tunc cessante illa causa, nempè si dispensatus munus deserat, vel ab eo amoueatur, tunc etiam cessaret dispensatio, quia constat illam datam esse tantum pro illo tempore. Si etiam cessante causa dispensationis, vel priuilegij illius ob aliquam aliam circunstantiam reddatur iniquus, & illicitus, puta, quia per talem vsum infertur damnum sine causa, tunc procedunt tradita suprà *n.* 127. hîc non repetenda.

Dictum tertium est, si dispensatio iusta, quia erat iusta causa tunc probabiliter existimata sufficiens, fuit in legibus communibus, puta, in lege ieiunij, recitationis horarum, & similibus, & post successu temporis totaliter cessauit causa, licet vsus talis dispensationis non sit peccatum mortale contra legem, seu præceptum, in quo facta est dispensatio, quia obligatio semel extincta per cessationem causæ dispensationis non reuiuiscit, tamen vti tali dispensatione est peccatum veniale contra legem naturalem dictantem turpe esse partem, quæ absque causa non conformatur toti, quare iste vsus non est peccatum etiam veniale ex eo, quod lex antiqua relaxata in aliquo conualescat, sed ex sola indecentia, & singularitate,

ſingularitate, vt hæc pars non conformetur toti, ita Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 15. & Salas *dictis numeris* 65. & 66. & probant tradita ſupra *num.* 119. & id etiam intelligendum in legibus alicuius momenti, puta ieiunij, abſtinendi à carnibus diebus vetitis, recitationis horarum, & ſimilibus, vt notat Sanchez *d. num.* 15. *fine*, & notaui etiam ſuprà *d. num.* 119. Quare diſpenſatus in perpetuum ad non ieiunandum, vel ad eſum carnium propter infirmitatem tempore diſpenſationis probabiliter exiſtimatam perpetuam, ea ceſſante non ieiunans, vel veſcens carnibus non peccat mortaliter, cum diſpenſatio retineat ſuum valorem, donec reuocetur, vt probatum eſt, ſed tantum venialiter ratione ſolius illius indecentiæ, & ſingularitatis. Quod ſi diſpenſatio iuſta fuit in obligationibus, quæ oriuntur ex voluntate priuata, vt in votis, iuramentis &c. & poſt omnino ceſſauerit cauſa, tunc diſpenſatus vtens tali diſpenſatione non peccat mortaliter contra obligationem, quæ extincta fuit, nec reuiuiſcit; ſed nec venialiter, quia ibi non eſt indecentia, neque ſingularitas, nec fit contra illam legem dictantem partem debere conformari toti. ita Sanchez *d. num.* 15. Salas *d. num.* 65. & alij docti Iuniores, vt iidem Sanches, & Salas teſtantur & tenent etiam Suarez, Layman, Pontius, & Palaus *locis allegatis*.

Legiſlator etiam ſupremus vt Papa, & ſupremus Princeps peccat ſine cauſa diſpenſando ſecum in iure poſitiuo humano; & quale peccatum ſit, & in vſu talis diſpenſationis peccat mortaliter.

133. Porro cum legiſlator etiamſi ſit Papa, & ſupremus Princeps ſuis legibus, quoad vim directiuam obligetur, quando legis materia eſt communis, & eiuſdem rationis in ipſo, ſiue hæc obligatio oriatur proximè, & immediatè ab ipſa lege, ſeu ex vi voluntatis (vt videntur velle Caietanus 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *circa* 3. *argumentum*, & Bonacina de legibus *diſp.* 1. *q.* 2. *p.* 3. *num.* 6. negant tamen communiter Doctores, vt teſtatur Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſp.* 1. *num.* 4. verſic. *Tertio*, & ita in terminis negat Suarez de legibus *lib.* 3. *cap. vltimo* & *lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 16. & ita etiam procul dubio ſentiunt alij Doctores mox allegandi, & alij relati à Suares *d. cap. vltimo num.* 4. & ratio eſt, quia lex eſt quoddam præceptum, quod prouenit à iuriſdictione in ſubiectum, nemo autem habet propriè iuriſdictionem in ſe ipſum, nec ſibi ſubiectus eſt: obligatio enim legis quatenus fundatur in voluntate ferentis illam eſt obligatio emanans ab imperio, ac proinde obligatio ſubditi ad ſuperiorem, vt latè explicat Suarez *d. num.* 16.) ſiue ex vi legis naturalis vel dictantis rationi diſſonare caput non conformari corpori, ac proinde ſi nulla ſit cauſa exemptionis debere ſeruare legem communem licet à ſe latam (quam rationem adducunt Doctores communiter) vel præcipientis (vt ſingulariter vult Suarez *locis citatis*) legiſlatori vt obſeruet illud medium virtutis, quod per legem ſuam ſtatuit pro tota communitate, quando materia legis eſt communis, & vniformitatem poſtulat in capite cum corpore, vbi nulla ſubſit ratio exemtionis. ita S. Thomas *d. art.* 5. *ad* 3. Caietanus *ibidem* Sanchez *d. diſp.* 3. *num.* 7. Suarez *d. cap. vlt. per totum*, Villallobos 1. *p. summ. tract.* 2. *diff.* 30. *num.* 3. & communiter Theologi, & ſummiſtæ, quos Suarez *d. cap. vlt.* refert.

134. Cùm inquam etiam Papa, & quiuis alius Princeps ſuis legibus modo prædicto obligetur in conſcientia, & quoad vim directiuam, licet poſſit ex iuſta cauſa ſicut cum ſubditis, ita & cum ſe ipſo diſpenſare licitè in ſua lege, vt tradunt magis communiter Doctores Iuriſtæ, Theologi, & Summiſtæ, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *d. diſp.* 3. *num.* 6. Henriquez *lib.* 6. *num.* 3. *in com.* lit. 1. & *lib.* 7. *cap.* 18. *in* 1. *com.* lit. *H.* Villallobos *d. tract.* 2. *diff.* 49. *num.* 4. & latè probat etiam Caietanus *d. art.* 5. *circa tertium argumentum*; nihilominus peccat ſecum diſpenſando in tali lege de materia communi ſine vlla iuſta cauſa, ſicut ſupra dictum eſt, eum peccare diſpenſando cum aliquo ſubdito ſine cauſa. ita Caietanus & Bonacina *locis citatis*, Suarez *lib.* 6. *de leg. cap.* 18. *num.* 11. Baſilius Pontius, & Caſtrus Palaus locis ſuprà *num.* 118. allegatis. Nauarrus, Sotus à Suarez relati, & eſt de mente aliorum; & ratio eſt clara, quia alioqui (vt benè Caietanus) inutilis, & ridicula eſſet illa obligatio, ſi poſſet Princeps illam à ſe tollere ſine peccato ſua voluntate ſola, & ſine cauſa. Et huiuſmodi peccatum Suarez *loco citato* dicit eſſe ex ſuo genere graue, & mortale, quod puto verum non ſolum propter tradita ſuprà *num.* 113. ſed etiam propter ſpecialem rationem iam adductam, nempè, quia aliàs Princeps nunquam obligaretur ſua lege ſub culpa mortali; & etiam eſſet ridicula obligatio in illo gradu, ſi ſua voluntate, & ſine cauſa poſſet auferre à ſe obligationem illam ſine peccato mortali, tum quia nemo eſt, qui volens non ſeruare legem ſuam, non prius auferat à ſe obligationem grauem eius, ſi poteſt, etiamſi in tali ablatione peccet venialiter vt caueat peccatum mortale; tum quia nullius momenti eſt obligatio, quam quis poteſt à ſe auferre ſuo arbitrio, & ſine cauſa.

An verò legiſlator, ſeu princeps poſſit ſine cauſa ſecum diſpenſare validè in ſua lege ſicut validè ſic diſpenſat cum ſubdito, Caietanus, & Bonacina, reſpondent eſſe validam, & ita ſi vtatur tali diſpenſatione ſecum facta, eum non peccare contra legem ſuam, ſed ſolum contra legem naturæ præcipientem caput non debere diſcordare à corpore. Probant, quia cum lex pendeat à voluntate ipſius legiſlatoris in fieri; ita etiam eadem ſola voluntate poteſt auferri, & eius obligationem tolli tam reſpectu omnium, quam reſpectu particularium, vt ſupra *num.* 106. oſtenſum eſt, licet ea reſpectu ipſius ſublata ſine cauſa remaneat obligatio naturalis, quam caput habet non diſcrepandi à corpore. At verò Suarez *d. lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 17. reſpondet legiſlatorem ſecum in ſua lege communi diſpenſare ſine cauſa non poſſe, nec licitè, vt oſtenſum eſt, nec validè, & talem diſpenſationem ſine iuſta cauſa nullam eſſe, nullumque effectum in ipſo legiſlatore habere; probat quia legiſlator ſiue ſit Papa, ſiue alius Princeps, & ſuperior non obligatur ſuis legibus proximè, & immediatè ex ſua lege, exque vi ſuæ voluntatis iuxta Doctores communiter, vt ſupra *num.* 133. dictum eſt, ſed ſolum ex vi legis naturalis modo *eodem num.* 133. explicato: per diſpenſationem autem etiam à Papa datam ſine cauſa non auferrur obligatio naturalis vt omnes fatentur; quia inferior ſine iuſta cauſa non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, qualis eſt lex naturalis, cuius author eſt Deus ſolus. Prima reſponſio eſt vera ſuppoſito, quod legiſlator obligetur ſua lege propriè, & immediata obligatione legis poſitiuæ humanæ. Secunda reſponſio etiam bene procedit ſuppoſito contrario. Ex ſecunda tamen reſponſione non debet inferri legiſlatorem, qui ſecum ſine cauſa diſpenſauit in lege aliqua ſua communi irritante actum aliter factum; ſi faciat actum illum fore nullum (nam contractum irritum iure poſitiuo, ſi ſcienter fiat à Principe, validum eſſe, eſt communis doctrina, quam tradunt Nauarrus *in man. cap.* 23. *num.* 108. Couarruuias *in cap. quamuis pactum p.* 1. §. 3. *num.* 5. & Suarez *d. cap.* 19. *num.* 19. dicentes etiam Principem eo ipſo diſpenſare cum alio ſecum contrahente vt validè contrahat) nam cum dicitur legiſlatorem non poſſe ſine cauſa ſecum diſpenſare validè, intelligitur de diſpenſatione habente aliquem effectum in foro conſcientiæ, & ad eximendum illum ab aliquo peccato, ſi illa vtatur, ita quod ſemper manet obligatus, quoad vim directiuam, irritatio autem actus per legem inducta ſpectat ad coactionem, quia vel vt plurimum eſt pœna, vel ei aſſimilatur, quia includit quandam veluti coactionem voluntatis, quatenus eius conſenſus irritus fit, 135.

quod

quod requirit efficaciam superioris voluntatis, nec potest fieri ab aliquo circa se ipsum Ita Suarez *d. num.* 19. addens naturalem obligationem seruandi conformitatem non extendit ad hos effectus quasi coactos, violentos, sed solum versari circa mores humanos, neque plus dictare naturalem rationem.

136. Aduertit etiam Suarez *d. cap.* 19. *num.* 15. (id quod etiam constat ex traditis supra *num.* 118. *&* 119.) in vsu dispensationis sine causa factæ discrimen esse inter legislatorem, & subditum; talis enim vsus in legislatore peccaminosus est, etiamsi in subdito possit esse sine peccato iuxta sententiam *d. n.* 118. traditam, vel licet in subdito sit tantum veniale peccatum, iuxta tradita *n.* 119. in legislatore est peccatum mortale ex genere suo vt *d. num.* 118 & *d. num.* 119. dictum est, idque propter rationem differentiæ ibidem adductam; quam magis explico, nempè quia superior peccat grauiter secum dispensando sine causa, vt supra *num.* 4. ostensum est; & potest, & consequenter tenetur illam dispensationem reuocare; & quoties in ea voluntariè permanet, peccatum illud prosequitur, seu repetit vt *d. n.* 118. dictum est; vnde vtendo tali dispensatione virtute illam confirmat, iterumue illam sibi concedit; ac proinde saltem hoc titulo peccat mortaliter in illo vsu, si lex sit grauis momenti; Princeps enim tenetur ex officio, & ex iustitia distributiua vitare illam improportionem, quæ est in tali dispensatione, qua obligatione subditus non tenetur; atque adeo non mirum si sit maior obligatio, maiusque peccatum Principis quàm subditi in vsu talis dispensationis. Et prædicta quoad potestatem Summi Pontificis ad dispensandum in iure humano ecclesiastico, & canonico: videamus quinam alij possint in lege ieiunij dispensare.

Episcopus cum suis subditis potest dispensare in lege ieiunij, & ad esum ciborum in diebus ieiunij, & aliis vetiterum & qua ratione.

137. Secundò igitur Episcopus ex iusta causa potest in lege ieiunij dispensare cum hoc, vel illo ex suis subditis, vt non ieiunet in hoc, vel illo die. ita omnes Doctores suprà *num.* 103. relati, & alij, quos congerit Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 16. Huius potestatis Episcopalis erga subditos duplex post assignari ratio; vna, quod licet Episcopus non possit ius commune ex toto, vel ex parte abrogare, potest tamen ex vi sui muneris hunc, vel illum suum subditum ob iustam causam licitè, & validè à lege, vel canone eximere, nisi id lex, aut canon expresè eis interdicat, & prohibeat iuxta sententiam plurimorum Doctorum, quos *tomo* 1. *horum moralium variorum tit.* 1. *num.* 1164. allegaui asserentium Episcopum, ex vi sui muneris in sua Diœcesi, & circa suos subditos posse ea omnia, quæ summus pontifex potest in vniuersali Ecclesia, nisi per sacros canones, aut per summum Pontificem expressè reseruentur, aut prohibeantur, cùm ergo in lege & canone ieiuniorum, nec alibi id expressè reseruetur, seu prohibitum sit; sequitur posse Episcopum data iusta causa hos, vel illos soluere à lege ieiunij, & cum illis dispensare. Hanc rationem ex Doctoribus *d. num.* 103. allegatis adducunt Azorius *d. q.* 6. Fagundez *d. cap.* 9. *num.* 1. & Villallobos *d. diff.* 4. *num.* 23. Altera ratio est, quod id Episcopo competat, ex præsumpta Papæ commissione propter frequentem necessitatem talis dispensationis, quia valdè onerosum, & intolerabile esset, & impossibile in re tam necessaria. & passim occurrenti expectare dispensationem Pontificis; & quando illa veniret, iam esset transacta necessitas; & hic non esset benè consultum Ecclesiæ, & ideo verisimile est Summum Pontificem in ieiuniis, sicut & in festis, cum frequenter necessitas dispensationis occurrat, velle, vt in his Episcopi dispensent. ita Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 51. Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 16. Salas de legibus *disp.* 20. *num.* 11. *fine*, & *n.* 22. versic. *Quintus*, Bonacina loco *d. num.* 103. relato. Suarez de legibus *lib.* 6. *cap.* 14. Palaus *to.* 1. *tract.* 4. *disp.* 6. *puncto* 4. & alij ex relatis à Sanchez *d. num.* 16. & à me *d. tit.* 1. *num.* 1257. & 1263. Addi potest huiusmodi potestatem competere Episcopis etiam ex vniuersali consuetudine in tota Ecclesia recepta, quæ sufficit ad dandam talem potestatem (vt *infrà* dicetur de simili potestate in Parocho) & constat ex *cap. cum contingat de foro compet.* & *cap. duo simul de officio ordinarij.*

138. Quod autem dictum est circa dispensationem ieiuniorum, dicendum etiam circa dispensationem præueniendi horam in die ieiunij, & comedendi cibos vetitos, nempè carnes, & lacticinia; possunt enim Episcopi cum suis subditis circa eiusmodi dispensare ex iusta causa ob easdem rationes. ita Caietanus 2.2. *q.* 147. *art.* 4. *dub.* 1. ex citatis suprà *n.* 103. Syluester *q.* 7 *fine*. Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 21. Filliuccius, Layman & alij *d. num.* 103. relati locis *ibidem* allegatis.

139. Dixi *ex iusta causa*, nam si Episcopus, & alij Prælati inferiores (de quibus *infrà*) sine iusta causa dispensent in lege ieiunij, vel abstinendi à carnibus, & lacticiniis, & in aliis legibus Papæ, & in iure communi canonico, talis dispensatio erit inualida, & nulla. Ita Hostensis, Innocentius, Ioannes Andreas, Abbas *in cap.* 1. & *cap. consilium de obseruat. ieiun.* Couarruuias *de sponsal. p.* 2. *cap.* 6. § 9. *num.* 11. plures alios referens Sanchez *lib.* 8. *de matr. disp.* 17. *num.* 4. & *d. dub.* 5. *num.* 23. Valentia 1.2. *disp.* 7. *q.* 5. *p.* 9. Vasquez 1. 2. *disp.* 178. *cap.* 3. *num.* 17. Salas de legibus *disp.* 20. *num.* 31. Basilius Pontius *de matr. lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 8. Augustinus Barbosa *de potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 35. *num.* 3. & *collectaneo in cap.* 18. *sess.* 25. Trident. *de reform. num.* 4. plures alij ab iisdem relati & ex aliis suprà *d. num.* 103. *relatis*. Azorius *d. q.* 2. & cum aliis Fagundez *d. cap.* 9. *num.* 1. & Ioannes Sancius *d. disp.* 54. *num.* 38. Inferior enim non potest dispensare ad libitum, & sine causa in lege superioris (cuiusmodi sunt leges Papæ, & ius commune canonicum) vt omnes iidem Doctores asserunt, quia non videtur superior potestatem concedere, nisi pro dispensatione rationabili; ac proinde licentia interpretatiuè concessa à Papa Episcopis, & aliis Prælatis inferioribus dispensandi in his casibus propter necessitates passim occurrentes intelligitur iusta causa interueniente, & consequenter inferior aliter dispensans excedit mandatum, & commissionem, atque adeo nulla est eius dispensatio. Ex quo fit peccare mortaliter vtentem tali dispensatione, quam scit absque causa factam, quia cum sit inualida, perinde est, ac si sine dispensatione frangeret legem, vt iidem Doctores, & per se patet.

140. Aduertendum autem causam iustam, ob quam Episcopus, & alij Prælati (de quibus *infra*) possunt validè, & licitè dispensare esse non solum quando causa est, seu iudicatur sufficiens, sed etiam quando rationabiliter dubitatur, seu est dubium strictum, an causa sit sufficiens ad dispensandum, vt ostendi *to.* 1. *horum moralium tit.* 1. *num.* 1676. & præter Doctores *ibidem*, relatos tenent Caietanus 2.2. *q.* 147. *art.* 3. *fine*, & *art.* 4. *dub.* 1. *fine. in summ. cap.* 3. Armilla *v.* ieiunium *num.* 6. & ex Doctoribus suprà *num.* 103. allegatis, Nauarrus *d. cap.* 21. *n.* 22. Azorius *d. q.* 1 & *q.* 6. *fine*. Sanchez *d. dub.* 5. *n.* 25. & *dub.* 6. *n.* 2. Fagundez *d. cap.* 9. *n.* 7. Reginaldus *n.* 217. Filliuccius *n.* 128. Layman *d. n.* 8. Villallobos *d. diff.* 4. *n.* 21. & Turllench *d. dub. n.* 16. & rationem adduxi *d. n.* 1676. scilicet, quod in dubio eiusmodi est in benigniorem partem inclinandum, & existimandum facultatem superiorum esse in tali dubio, idque petere bonum, & suaue regimen Ecclesiæ; nam alioqui multis scrupulorum occasionibus esset exposita potestas, si ad causas solas certas extenderetur. In dubio autem de existentia causæ, seu an existat causa aliqua dispensandi, superior non posset dispensare, vt probaui *eodem num.* 1676.

vbi

vbi & notaui tutum in conscientia esse subditum, qui dubius de causa rem totam fideliter exponit superiori, si ille dispenset quod tradit Sanchez *lib. 4. summ. cap. 40. num. 11.* & *cap. 44. num. 6.* dicens esse communem Doctorum, quos ibi refert, & etiam Azorius, & Fagundez *locis modò citatis*; quia in tali dubio standum est iudicio Superioris: & ita iidem Azorius, & Fagundez aiunt illum, qui lege ieiunij soluitur, & eximitur, vel authoritate superioris, vel arbitrio confessarij, vel consilio medici esse in tuta conscientia, quamuis sibi non euidenter constet se causam habere; quia in dubiis melior est conditio superioris, Confessarij, & medici, ac proinde eorum iudicio standum est, non nostro.

141. Quod si Episcopus, aut alius Prælatus cognoscat causam non esse plenè sufficientem ad puram dispensationem, eum posse etiam in tali casu dispensare, sed debere miscere aliquam commutationem dispensationi iniungendo aliquas orationes, aut eleemosynas, & similia opera iuxta qualitatem causæ ad dispensandum; & quanto illa fuerit sufficientior, tanto minus esse iniungendum, tradunt Caietanus, Nauarrus locis *numero præcedenti* relatis, & Sanchez *d. dub. 5. num. 25.* & *dubio 6. num. 4.* & ad id faciunt tradita à me *in tract. de triplici iubilei priuileg. sect. 2. casu 30.* vbi ostendo in dispensatione voti regulariter esse miscendam aliquam commutationem, cum rarò subsit causa tollendi prorsus voti obligationem; ac proinde iniungendum aliquod opus pium, quod causam compleat. Quamuis idem Sanchez *de matr. lib. 8. disp. 14. num. 2. fine*, contrarium docuerit, ibi enim ponit discrimen inter potestatem, quam habet Episcopus circa vota, & circa leges superioris; nempe Pontificis, & iuris communis; scilicet, quod in voto potest partim commutando dispensare, licet causa omninò dispensandi non adsit, quia idem vinculum voti manet super materia loco prioris subrogata (vt dixi *in tract. de tripl. iubil. priuil. sect. 2. casu 28. & 29.*) ac vinculum id voti potest absque eius iniuria omnino commutari. At Episcopus, & quilibet Prælatus inferior in lege superioris non potest dispensare admixta commutatione, quando constat non adesse causam ad plenè dispensandum, quod tunc relaxetur omninò lex; non enim eadem lex potest in aliam materiam transferri nisi per legislatorem, nec datur inferioribus in ea dispensandi facultas, nisi quando necessitas causæ vrget; quod minimè euenit, quoties constat causam dispensandi non esse omninò iustam. si autem sit dubium an sit omnino iusta, tunc iuxta omnes potest plenè dispensare. ita Sanchez *d. num. 2.* quem sequitur Castrus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 6. puncto 9. num. 4.* in quo idem Sanchez sibi contrarius fuit. Sed non est recedendum in praxi ab opinione, quam posteriori loco scilicet *d. dub. 5. num. 25.* tenuit cum Caietano, & Nauarro; Altera enim opinio est scrupulis multis exposita, & in his rebus frequentissimis rectè præsumi potest voluntatem superioris esse, vt inferior possit dispensare, licet aliquid sufficientiæ non notabile desit causæ, dummodo paruus defectus suppleatur iniunctione alterius operis pij.

142. Ex quibus infertur (vt dixi *d. tit. 1. num. 1677.*) minus bene, & minus prudenter agere Episcopus, aut Prælatos, qui subditos recurrentes ad eos in suis dubiis pro dispensatione nolunt consolari, siquidem tuta conscientia hoc possunt facere, vel dispensando omninò, si causa est sufficiens, talisuè probabiliter iudicetur, vel si non est sufficiens, de sufficientiauè dubitetur, dispensando partim, & partim commutando. ita etiam Caietanus, Nauarrus, Sanchez, Azorius, Reginaldus, & Fagundez locis suprà *d. num. 140. initio*, citatis. Oportat igitur (vt Azorius, Reginaldus, & Fagundez aduertunt) vt Prælatus in hac parte, non sit scrupulosus, nec rem in conscientia subditi relinquat, aut in eius arbitrium, sed subditum lege ieiunij soluat, quando subditus ab eo petit, & dubia, & incerta causa videtur quoad sufficientiam; nam si eximit, nulli se periculo peccandi obiicit, quia potestate sua vtitur in relaxando, quæ in tali dubio sibi competit, vt ostensum est supra *d. num. 140.* si autem subditum lege ieiunij non soluit in causa dubia, & incerta, sed conscientiam eius onerat, aut rem subditi arbitrio relinquit, ipsum subditum exponit periculo peccandi, & errandi.

Ex dictis etiam patet Episcopos, & alios Prælatos multò magis posse cum suis subditis dispensare in lege ieiunij quoad plures refectiones, vel ad esum carnium, quando probabiliter, & rationabiliter, ac bona fide iudicant adesse causam sufficientem, licet id certò, & euidenter sibi non constet. Id quod etiam ex Doctoribus suprà *num. 103.* relatis tradunt in terminis Azorius *d. cap. 18. q. 4. & 6.* Sanchez *d. cap. 1. dub. 6. num. 2.* Fagundez *d. cap. 9. num. 3. & 7.* Filliuccius *to. 2. tract. 27. cap. 6. num. 128.* & Villallobos *d. diff. 4. num. 21.* Probatur, quia si possunt in dubio stricto de sufficientia causæ, multo magis quando probabiliter & bona fide putant causam esse sufficientem. Præterea quando est euidens, & certa causa necessitatis plurium comestionum, vel esus carnium, non est tunc opus superioris dispensatione, sed subditus per se eximitur, vt dicit Fagundez, & docent communiter Doctores non solum relati supra *d. num. 103.* præsertim Lessius, Layman, Filliuccius, Villallobos, Turllench, sed etiam alij à me *to. 1. horum moral. tit. 1. num. 1241.* allegati: ergo ad iustam dispensationem satis erit probabiliter, & bona fide iudicare causam esse sufficientem. 143.

Quare quoties Episcopus, vel alius Prælatus cum subdito dispensat in lege ieiunij, vel ad esum carnium bona fide credens iustam subesse causam ad id faciendum, etiamsi à parte rei talis causa non existat, non peccat, & dispensatio, & relaxatio prodest, valet, & tenet, quia facta est prudenter, & bona fide. ita Sanchez, Azorius, Fagundez *locis citatis*, & Reginaldus *d. lib. 4. num. 222.* & id confirmatur per tradita à me *to. 1. horum moral. d. tit. 1. num. 1681. & 1683.* vbi examinatur an dispensatio voti, & legis (in quibus sine iusta causa nequit validè dispensari) bona fide à subdito obtenta, & etiam data à Prælato credente adesse iustam causam, valeat si postea innotescat causam iustam non fuisse, & concludo censendam esse validam. 144.

Addunt etiam ibidem iidem Sanchez, Azorius, Reginaldus, & Fagundez, quod si Confessarius, vel medicus declarat bona fide credens esse legitimam causam, aliquem non teneri ad ieiunium, vel posse edere lacticinia, aut carnes diebus vetitis, licet reuera non sit causa legitima, Confessor, vel medicus declarans excusatur à culpa, & ille est tutus in conscientia, quamuis sibi euidenter non constet se causam legitimam habere; quia in dubiis melior est conditio superioris, Confessarij, & Medici; ac proinde eorum iudicio tutò statur. 145.

Quin imò, quando quis propria authoritate soluit ieiunium post adhibitam moralem diligentiam ad cognoscendum sufficientiam causæ iuxta casus occurrentiam bona fide credens causam esse sufficientem, & iustam, licet talis non sit, excusatur à culpa, vt notatum est superiùs *num. 22.* & tradunt Doctores *ibidem* citati, & alij communiter; quia vt Caietanus *ibidem* citatus (præter aliam rationem ibidem adductam) iste nec per se agit contra præceptum de ieiunio, vt potè qui nullam illius violandi habet voluntatem, quia non frangeret, nisi crederet se in occurrente casu excusari à peccato violationis eiusdem; nec per accidens contra agit propter adhibitam diligentiam tum in examinanda causa, an ea esset rationabilis, & supponimus non adesse periculum scandali, aut damni proximi, quod fuerit præuidendum, & vitandum. 146.

Porrò Episcopi, & alij Prælati (de quibus *infrà*) ex iusta causa modo in præcedentibus explicato, ob quam iustè cum suis subditis, ita etiam cum seipsis dispen- 147.

fare

sare possunt in lege ieiunij, & ad vescendum carnes, & lacticinia in diebus vetitis, vt in his terminis Azorius *d. quæst.* 6. & Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 216. Episcopi enim, & alij Prælati, ex iusta causa possunt secum dispensare in votis, & legibus, in iis omnibus casibus, in quibus possunt eum suis subditis iuxta probabiliorem sententiam, quam aliis telatis tradit Sanchez *de matr. lib.* 8. *disp.* 3. *num.* 8. & idem asserunt Villallobos, & alij Doctores citati supra *num.* 134. & communiter recentiores, quorum plures refero *in tract. de tripl. iubilei priuilegio sect.* 1. *casu* 10. *num.* 193. vbi hoc idem docui, & plures rationes adduxi; & idem asserui *sect.* 2. *casu* 21. *num.* 31. Dispensatio enim est actus iurisdictionis non coactiuæ, sed voluntariæ, quæ potest erga se ipsum exerceri iuxta tradita *eisdem locis*.

An verò possit Episcopus commutare, seu transferre diem ieiunij in alterum diem, & dispensare in tota diœcesi, vel in aliqua ciuitate, aut oppido in ieiunio quadragesimali per totam Quadragesimam ex iusta aliqua causa explicatur *infrà*. nunc prosequendo enumerationem eorum, qui in lege ieiunij possunt ex iusta causa dispensare.

Omnes Prælati habentes quasi diœcesim propriam, & eorum Vicarij Generales, sicut & Generales Vicarij Episcoporum, habent eandem potestatem dispensandi in ieiuniis, & circa esum ciborum vetitorum, quam Episcopi.

148. Tertiò quod dictum est de Episcopo, idem dicendum de eius Vicario Generali, de omnibus Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos sæculares, & eorum Vicariis Generalibus; possunt enim ex causa, iuxta superius tradita, cum suis subditis dispensare in lege ieiunij, & ad vescendum lacticiniis, & carnibus in diebus vetitis ob easdem rationes adductas ad probandum id posse Episcopos, cum Vicarius Generalis Episcopi faciat vnum tribunal cum Episcopo, & ex vi sui officij habeat Iurisdictionem in tota diœcesi, & alij Prælati habentes quasi diœcesim, in sua quasi diœcesi se habent tanquam Episcopi. & ita sentiunt procul dubio omnes Doctores *num.* 101. relati; & est indubitatum; & de Vicariis Generalibus in terminis Palacios *in* 4. *dist.* 15. *disp.* 8. Sanchez *d. dub.* 5. *n.* 18.

Prælati Religiosorum erga suos subditos Religiosos habent eandem facultatem, & quæ priuilegia circa ieiunia sint variis Ordinibus concessa.

149. Quarto Prælati Religiosorum ex eadem causa modo superius explicata iusta cum suis subditis possunt dispensare in ieiuniis, & in esu lacticiniorum, ouorum, & carnium diebus vetitis. ita omnes Doctores supra *num.* 103. relati, Caietanus, Nauarrus, Lessius, Layman locis *ibidem* relatis. Azorius *d. cap.* 18. *q.* 6. Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 19. Fagundez *d. cap.* 9. *num* 7. *&* 8. Villallobos *d. diff.* 41. *num.* 23. Reginaldus *d. lib.* 4. *d. num.* 223. Turllench *d. dub.* 7. *num.* 18. *fine*, & alij relati à Sanchez *d. num.* 19. & ratio est, quia Prælati Religiosorum sunt verè Prælati eorum habentes in eos iurisdictionem quasi Episcopalem; Vnde hi Prælati (vt notant Azorius, Sanchez, & Fagundez) hanc potestatem habent non ex vi alicuius priuilegij, sed ratione sui muneris, & officij (vt habent Episcopi) saltem ex præsumpta voluntate, & commissione summi Pontificis, quem in is minimis, & frequenter occurrentibus adire difficile est. idem etiam constat ex consuetudine vniuersali, quæ vt dixi, tribuit iurisdictionem.

150. Hanc autem facultatem dispensandi iuxta eosdem Doctores habent tum Prælati mediati, vt Generales, & Prouinciales ordinum, tum immediati; vt conuentuales Priores, Abbates Præpositi; Rectores, alij qui sunt superiores locales, & toti Collegio, Monasterio, aut conuentui præsunt; omnes enim isti sunt verè Prælati. Subpriores vero, vice-rectores, Vicarij eorundem Prælatorum, & alij similes ipsis Prælatis, seu superioribus localibus subiecti; cum in iure nomine Prælati non veniant, quia tali Collegio non præsunt, sed tantum ex vi sui statuti, & constitutionis religionis ipsis superioribus absentibus vicem illorum gerunt, cum eandem potestatem, & authoritatem in tali absentia habeant erga subditos, quam habent illi; ita etiam illis absentibus dispensare possunt, ac soluere eos à ieiunio, vel concedere esum ciborum vetitorum ex iusta causa; non autem iisdem superioribus præsentibus. ita Azorius, Fagundez, Villallobos *locis citatis*, & Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 20.

Licet autem prædicta potestas præfatis Prælatis Regularium, & in eorum absentia eorum Vicariis, & vice-rectoribus ex vi muneris, & officij sui competat, vt dictum est, nihilominus ad tollendos multorum Religiosorum scrupulos à diuersis Religionibus impetrata sunt priuilegia circa ieiunia, quæ habentur in compendio priuilegiorum aliquarum Religionum, verbo *ieiunium*, & competunt aliis Religiosis, qui prædictorum ordinum priuilegiis fruuntur. 151.

Sixtus IV. concessit Religiosis Congregationis S. Iustinæ de Padua ordinis S. Benedicti, vt possent, dum in quadragesima, & vigiliis, quæ de præcepto ieiunantur, equitando iter faciunt, sumere mane aliquid per modum consuetæ collationis, & sub nocte cœnare. ita tradunt Azorius, Fagundez, & Villallobos, Compendium priuileg. Societatis Iesu *verbo* ieiunium § 1. Compendium Theatinorum *verbo eodem* §. 1.

Leo X. concessit Fratribus Minoribus, vt Fratres itinerantes possint transferre ieiunium diei itineris in alium diem præcepto Ecclesiastici ieiunij non impeditum. ita Compendium Minorum *tit.* itinerantes fratres §. 6. Compendium Theatinorum *verbo*, ieiunium §. 3. Hieronymus Rodericus, vbi suprà *num.* 4. cum autem conficientes pedestres iter quindecim milliarium, seu sex, aut octo leucarum regulariter excusentur à ieiunio iuxta tradita suprà *num.* 71. priuilegium poterit inseruire, quando ex itinere breuioris spatij contrahitur aliqua debilitas, quæ ex se seclusio priuilegio non videtetur sufficiens ad excusandum à ieiunio.

Idem Leo X. concessit eisdem Minoribus, maximè iis, qui sunt Prædicatores, vt possint anticipare ieiunium vna hora ante horam consuetam ieiunij; & etiam anticipare, vel postponere horam serotinæ collationis. Azor, & Villallobos *vbi supra* Compendium Minorum *v.* ieiunium §. 5. Compendium Theat. *v. eodem* §. 2. Hieronymus Rodericus vbi suprà *num* 2.

Eugenius IV. concessit Prælatis Minorum, vt etiam sine medico possint dispensare cum infirmis circa ieiunium, idque etiam possint Vicarij, & Confessores Fratrum. Compendium Minorum *v.* ieiunium § 7. Similiter Clemens VII. Congregationi Theatinorum concessit, vt Præpositi possint dispensare cum suis subditis infirmis super ieiuniis etiam de præcepto, & quadragesimalibus, & cum concessione serotinæ collationis, & comestionis etiam panis; Compendium Theatinor. *verbo*, dispensatio §. 11. & Iulius III. concessit Societati Iesu, vt possint dispensare non solum super ieiuniis in diebus prædictis, sed etiam super cibis prohibitis, Compend. Societ. *Verbo* dispensatio §. 2. Comp. Theat. *d.* §. 11. iidem Præpositi in prædictis possunt dispensare non solum per se ipsos, sed etiam per quemlibet alium sacerdotem ex Societate, ex concessione Gregorij XIII. Comp. Socier. *v.* dispensatio §. 3. Comp. Theat. *d.* §. 11.

Præfatus Eugenius IV. concessit, quod Prælati ordinis D. Hieronymi, & in eorum absentia Vicarij, imò & Confessores Fratrum possint de consilio Medici, & etiam

etiam sine eius consilio, si commodè haberi non posset, dare licentiam fratribus, & etiam familiaribus Conuentus infirmis, ac debilibus, vt possint soluere ieiunia, & comedere carnes, & oua, aliosque cibos prohibitos. ita Compend. D. Hieronymi, Portel *in dubiis reg. v.* ieiunium *num.* 5. Rodericus vbi suprà *num.* 2. & Villalobos *vbi suprà*. Et id forte est priuilegium, quod competere Societati Iesu tradunt Azorius, & Fagundez: & referunt in hæc verba. *Præpositi locorum, aut Doctores possunt dare licentiam consilio medici, vel sine eo, si commodè non possit haberi, vt nostri familiares domorum infirmi, seu debiles possint comedere carnes, oua, lacticinia, & alia sanis interdicta in quadragesima, & aliis ieiuniis Ecclesiasticis sine licentia Diœcesani, vel vt sint soluti à lege ieiunij in prædictis temporibus etiam sine consilio Medici.* Hæc quoad Prælatos, & Superiores Regularium.

Parochi cum suis Parochianis an possint ex iusta causa dispensare in lege ieiunij quoad plures comestiones, & quoad comestionem ciborum vetitorum, & an simplices Confessarij: & quid de Medico.

152. Difficultas est de Parocho, an cum suis Parochianis possit dispensare in lege ieiunij, & ad esum carnium diebus prohibitis in iis casibus, in quibus, iuxta supradicta, Episcopi, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt cum suis subditis.

Et aliqui negatunt Parochum posse propriè dispensare relaxando legem ieiunij, sed tantum declarare, an causa sit iusta, vel sufficiens & ob huiusmodi causæ existentiam legem non obligare, seu quem à ieiunio excusari; sicut etiam potest Medicus, Confessarius, & alius vir prudens, & probus. ita Gabriel *in 4. dist.* 16. *q.* 3. *art.* 3. *notab.* 5. Palacius *dist.* 15. *disp.* 8. *fine*. Angelus v. ieiunium *num.* 10. quos ad id refert Sanchez *de matr. lib.* 8. *disp.* 9. *n.* 17. & *lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 17. & pro hac sententia Azorius 1. *p. lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 3. & Fagundez *præcept.* 4. *Eccl. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 2. referunt Hostiensem, Butrium, & Tabienam, & ita sentit etiam Bonacina *de præcept. Eccl. disp. vlt. q.* 1. *puncto vltimo n.* 17. Probant, quia Parochus, sicut & Confessarius habet iurisdictionem solum in iis, quæ ad internum forum animæ spectant: Dispensatio autem propria in lege ieiunij, & in aliis legibus Ecclesiasticis, & incertis spectat ad forum externum, seu ad externam Ecclesiæ gubernationem, vt aliis relatis dixi in meo tract. de triplici iubilei priuilegio *sect.* 2. *casu* 8. *n.* 28. & hanc eandem sententiam videntur tenere Toletus *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 9. & Turlecoch *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 7. *n.* 17.

Alij aiunt Parochum posse cum suis Parochianis dispensare propriè in absentia Episcopi, vel si Episcopus pro dispensatione commodè adiri non potest. ita ex Doctoribus supra *n.* 103. relatis Nauarrus, Caietanus, Filliuccius, Lessius, Layman locis *ibidem* allegatis, Fagundez *d. num* 9. Reginaldus *d. lib.* 4. *n.* 223. & 228. & præter hos Emanuel Sà verbo *ieiunium* Paludanus, Diuna Antoninus, Angles, & plures alij, quos Sanchez *locis citatis*, & Ioannes Sancius *in selectis disp.* 54. *n.* 36. referunt. Rationem esse inquiunt, quia licet Parochus id non possit de iure ex vi sui officij, potest tamen ea consuetudine, quando Episcopus facile adiri non potest; & potest addi quod possit etiam ea præsumpta voluntate Episcopi, imò etiam Summi Pontificis, cum vrget necessitas dispensationis, & difficile est adire Episcopum, quia alioqui non videretur benè consultum animabus, ad quod faciunt tradita à me *to.* 2. *horum moral. tit.* 5. *num.* 1281. iunctis iis, quæ trado *num.* 1160.

Alij demum docent Parochos (etiam præsente Episcopo, ad quem sit facilis recursus) ea causa sufficienti ob quam potest Episcopus dispensare cum suis subditis, posse cum suis Parochianis, scilicet, hoc vel illo dispensare propriè in lege ieiunij, & ad esum ciborum vetitorum in diebus prohibitis. ita Sanchez *d. disp.* 9. *citato n.* 27. & *d. dub.* 5. *num.* 18. Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 14. *fine*. Azorius *d. cap.* 18. *q.* 3. versic. *sed dubia*. Villalobos *p.* 1. *tract.* 23. *diff.* 4. *num.* 21. & Ioannes Sancius *d. n.* 36. & Sanchez *d. num.* 27. dicit ita tenere Syluestrum *v.* ieiunium *q.* 7. *d.* 4. & videri ita tenere etiam Caietanum 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *dub.* 1. Bartholomæum Medinam *in summ. lib.* 1. *cap.* 14. §. 10. *ad finem*. Viualdum *candelabro aureo Sacramen.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 57. & Valentiam 4. *to. disp.* 9. *q.* 2. *p.* 5. versic. *penult.* dum dicunt indistinctè hanc dispensationem spectare ad Episcopos, vel Parochos; alios etiam pro hac sententia allegat *ibidem* Sanchez, & repetit Ioannes Sancius *d. num.* 36. & hanc sententiam probabilem dixi ego quoque *to.* 1. *horum var. mor. d. tit.* 1. *num.* 122. & *num.* 1282. Pro ratione affertur, quod etsi attento iure Parochus hanc potestatem non habeat; habet tamen ea vniuersali consuetudine (quæ dat iurisdictionem iuxta textus suprà *num.* 137. *fine*, allegatos) nam in his minimis, & frequenter occurrentibus (vt sunt ieiunia, & festa) non est vsus recurrendi ad Episcopum, etiamsi sit in Ciuitate, quod sciunt Episcopi, & permittunt, vnde & videntur approbare; In his enim rebus frequentioribus præsumitur consensus legislatorum, quod inferiores concedant dispensationem; nam alioqui esset intolerabile onus semper ad superiores recurrere, vt *d. num.* 137. dixi. Additur ferè semper nisi cum incommodo adiri posset Episcopus pro dispensatione. Et verè ita videtur vbique vsu receptum; vt non ad Episcopos, sed ad Parochos recurratur pro dispensatione, quoad solutionem ieiunij & quoad dispensationem ad esum carnium in hoc, vel in illo die, in quo sint vetitæ; quo verò ad dispensationem ad esum carnium in quadragesima per totam quadragesimam, vel notabilem partem eius in aliquibus Ciuitatibus solet recurri ad Episcopum, vel eius Vicarium; in locis vero extra Ciuitatem etiam talis dispensatio petitur à Parochis Gerentibus etiam vicem Parochorum in illorum absentia competit ex consuetudine eadem potestas, quam habent ipsi Parochi. & ita etiam in terminis Sancius *d. num.* 36.

De simplici autem Confessario, non Parocho, licèt Palacios *d. disp.* 8. *num.* 119. dicat eum, si adest facultas Apostolica eligendi Confessarium posse dispensare ea iusta causa in ieiuniis sicut & Parochus, quia talis Confessarius (inquit) habet vicem Curati (Palacium refert Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 18.) Nihilominus dicendum simplices Confessarios id non posse, vt etiam tradunt Azorius *d. cap.* 4. *q.* 4. Sanchez *d. num.* 18. & *disp.* 9. *num.* 27. Fagundez *d. cap.* 8. *num.* 3. alij ab Azosin citati, & Doctores communiter; quia id non habet à iure, cum non habeant iurisdictionem fori externi; nec constat eos habere ex consuetudine. 153.

Medicus quoque solum potest declarare aliquem excusari à ieiunio, aut posse concedere carnes ratione morbi, vel debilitatis, quando causa est manifesta, aut sufficiens sibi videtur iuxta regulas artis, aut declarare esse locum dispensationi, quando iuxta easdem regulas suæ artis causa est dubia. ita Azorius, Fagundez *locis citatis*, Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 28. & alij *num.* 103. relati. Consilium autem Medici an requiratur, vt is, ad ad quem spectat dispensare, rectè dispenset, Azorius, & Fagundez *locis citatis* respondent; Si Prælatus, vel Parochus certò, & euidenter iudicet causam iustam non subesse, tunc medicus est consulendus, & eius consilium Prælatus sequi potest; & ita dispensare, si iudicat causam dubiam, posse ex se dispensare. 154.

Quare Confessarius, Medicus, Professor casuum conscientiæ, & quiuis alius vir doctus, & prudens ab aliquo consultus potest solum declarare præceptum ieiunij, vel abstinendi à car- 155.

nibus certis diebus non obligare in hoc, vel illo casu, quia ipsis videatur adesse causam excusantem certam, & manifestam, ac sufficientem; quod probant tradita à me *to. 1. berum moral. d. tit. 1. num.* 1141. vbi cum aliis docui, si manifestum sit casum aliquem ob speciales circumstantias à lege generali excipi debere, & ideo legem minimè obligare, non esse pro interpretatione recurrendum ad Superiorem, sed talem interpretationem fieri posse iuxta leges prudentiæ à quolibet viro docto, & probo. Ad eiusmodi enim declarationem, & interpretationem non requiritur iurisdictio, sed sufficit iudicium, seu consilium boni, ac prudentis viri. Et licet ægroto consulenti videatur causa ambigua, & incerta; nihilominus consilium solius Confessarij vel Medici, aut alterius viri docti, & prudentis iudicium de certitudine, & existentia causæ iustæ sufficiet vt solvatur à lege ieiunij, illudque sequi poterit, absque vlla dispensatione superioris; vt constat ex dictis superiùs *n.* 141. & 143. & tradunt etiam Azorius, & Fagundez *locis citatis*. Hic autem porro admonendos Confessarios, & Medicos, vt benè expendant causam excusationis à lege ieiunij, vel dispensationis, quia procul dubio peccarent declarantes sine rationabili causa, quod quis possit, vel frangere ieiunium sine cœnando, siue cibos vetitos edendo; vel impetrare dispensationem, id quod notat Sylvester, verbo ieiunium. Quæ causa etiam sollicitè consideranda est, antequam quis iudicet certo, se à lege ieiunij excusatum.

Quæ causa sint sufficientes ad dispensandum in ieiuniis, & esu carnium, & lacticiniorum.

156. Igitur circa huiusmodi dispensationem quoad praxim, quando causa est euidenter, & clarè iusta, & sufficiens ad excusandum à lege ieiunij, vel abstinendi à cibis vetitis, vel iudicio eius, qui intendit soluere ieiunium, vel edere cibos prohibitos, vel iudicio medici, aut Confessarij, vel alterius viri probi, & periti, nulla est opus dispensatione, vt dictum est suprà *n.* 141. & docent Aoctores ibidem citati, & alij citati suprà *n.* 103. & communiter omnes. Et si alicui causa non appareat euidenter iusta, nec ex se existentiam, aut quantitatem iustitiæ causæ agnoscere, tunc consulendi sunt Medicus, Confessarius, aut aliquis alius vir doctus pro agnoscenda causa.

157. Quod si iudicio ipsius, vel Medici, aut Confessarij, vel alterius docti, & probi viri causa videatur incerta & ambigua, etiamsi existimetur talis, vt non iudicetur probabiliter sufficiens, sed sit, seu remaneat dubium proprium, & strictum, an sine dispensatione, & relaxatione legis teneatur ieiunare, vel possit edere carnes, & alios cibos vetitos, id dubium est causa sufficiens ad dispensationem absolutam in ieiunio, & in cibis prohibitis, constat ex dictis *n.* 140. & docent Doctores ibidem citati, & alij communiter; & præter rationem ibidem adductam, confirmat Sanchez *d. dub. 6. n.* 7. ibidem allegato, quia alioqui nullius momenti esset dispensatio, quia quando causa est euidenter, & clarè sufficiens & iusta iudicio ipsius, vel Medici, aut alterius viri probi, & periti, potest quis sine dispensatione non ieiunare, & comedere cibos prohibitos, vt dictum est; At hæc ratio solum conuincit, quod solum iudicium probabile de iustitia, seu sufficientia causæ satis esset ad frangendum ieiunium, & comedendum cibos prohibitos absque dispensatione, de qua re post numerum sequentē. Et forte (vt credo) Sanchez *ibi* nomine dubij intelligit tum dubiū strictum, & suspensiuum excludens assensū, & dissensum; tum dubium opinatiuū, scilicet iudicium probabile de sufficientia, & iustitia causæ cum formidine oppositi.

158. In huiusmodi autem dubio stricto, & suspensionis an causa sit sufficiens ad dispensandum in ieiunio, vel cibis prohibitis sicut à Prælato Superiore, vel Parocho potest concedi dispensatio, & relaxatio legis, ita etiam est petenda, & necessaria eadem dispensatio, alioqui sine dispensatione frangere ieiunium, aut edere cibos prohibitos eo dubio manente esset peccatum mortale contra ieiunij legem, vt latè ostendi *in to. 1. berum moral. tit. 1. n.* 1220. 1221. & 1222. & tradunt Doctores *d. n.* 1220. relati, & communiter alij, & præsertim ex citatis suprà *n.* 103. Caietanus, Nauarrus, Lessius, Layman locis *ibidem* citatis. Toletus *d. cap.* 4. *n.* 9. Reginaldus *lib.* 4. *n.* 213. Filliuccius *d. cap.* 6. *n.* 128. Bonacina *d. puncto vltimo n.* 15. Villalobos *d. diff.* 4. *n.* 21. Azorius, Sanchez, & Fagundez locis suprà *n.* 141. citatis. Horum autem rationem addunt *d. n.* 1220. scilicet, quia in huiusmodi dubio possessio stat pro lege, seu præcepto ieiunij, à cuius obligatione quis non debet eximi propter existimationem dubiam, vt latè in numeris antecedentibus dictum *n.* 1220. Confirmatur, quia alioqui nunquam esset necessaria dispensatio ad frangendum licitè ieiunium. Ioannes Sancius *disp.* 51. *n.* 9. quem sequuntur Diana *p.* 4. *tract.* 3. *resolut.* 56. & Turllench *allegato dub.* 7. *n.* 19. dicit hoc verum esse in dubio causæ, quando est dubium leuis nocumenti ex ieiunij obseruatione; secus vero quando est dubium notabilis & magni nocumenti ex ieiunij obseruatione, aut abstinentia ab esu carnium; nam tunc ait non opus esse dispensatione superioris ad licitè soluendum ieiunium, vel comedendum carnes, tametsi superior pro dispensatione facilè adiri possit; cuius tamen dictum latè reprobaui *d. tit.* 1. *n.* 1222. vt *ibidem* videre poterit lector; non enim decet repetere semel scripta, cum nihil noui explicandum occurrit; & ratio adducta conuincit vniuersaliter, quoties superior, vel Parochus commodè adiri potest; secus quando facile ad superiorem, vel Parochum non posset recurri in tali dubio notabilis nocumenti, vt ex ibidem traditis constat.

An verò, quando adest tantum iudicium probabile cum formidine oppositi, quod subsit iusta, & sufficiens causa ad dispensandum in ieiunio, & ad comedendum cibos prohibitos, liceat soluere ieiunium, vel comedere cibos prohibitos absque dispensatione Superioris, vel Parochi, an vero opus sit dispensatione, quando facile potest haberi, nec est periculum in mora. De hac difficultate egi latè *d. tit.* 1. *n.* 1251. & *quatuor sequentibus*; & post relatos nonnullos Doctores tenentes non esse opus recurrere ad superiorem pro dispensatione, etiamsi facilis sit recursus; resolui contrarium, & non obstante tali iudicio probabili, vbi non est periculum in mora, debere adiri superiorem pro interpretatione, vel dispensatione; quod asseruerunt in terminis plures Doctores, quos allego *d. tit.* 1. *n.* 1252. & 1254. & ita absque dubio sentiunt etiam Lessius, & Layman locis *n.* 103. citatis, Azorius, Filliuccius, Villalobos, & Sanchez locis suprà *n.* 143. allegatis, dum aiunt vbi euidenter, & certo constat causam esse iustam non esse opus dispensatione; si vero sit incerta, & ambigua, & dubia recurrendum ad superiorem, vel Parochum pro dispensatione; sub nomine enim causæ incertæ, ambiguæ, ac dubiæ intelligunt etiam causam probabiliter iustam, seu iudicio probabili existimatam iustam; tum quia vbi est tantum iudicium probabile res adhuc dici potest, & est incerta, & ambigua, ac dubia; tum quia cum constituant tantum duo membra tanquam opposita scilicet, causam certò, & euidenter iustam, & causam incertam, ambiguam, & dubiam, necesse est, vt sub causa incerta, & dubia comprehendant causam probabiliter tantum iustam. Rationem autem huius rei tradidi *dictis numeris* 1252. & 1254. ibi videndam. 159.

Stantibus ergo prædictis, si pœnitens dicat Confessario se non posse ieiunare allegans fortè aliquam debilitatem stomachi, vel capitis, si Confessarius non inueniat causam certò excusantem, debet (inquit Sanchez *d. dub.* 6. *n.* 3. & *dubio* 11. *n.* 8.) illi dicere, vt experiatur sumendo mane aliquid panis, vel fructus, vel electuarij per modum medicinæ, & bibendo vinum interdiu, & quando hoc non potest, & habeat aliquam causam rationabiliter 160.

biliter dubiam, vt excusatur à ieiunio totius quadragesimæ (puta quia habeat aliquam debilitatem, vel officium requirens mediocrem laborem, quamuis non sufficientem ad excusandum à ieiunio,) debet illi dicere, quod experiatur saltem tribus diebus ; & quando hoc etiam modo est illi valdè difficile, & adhuc Confessarius dubitat de sufficientia,tunc consulere debet,vt petat dispensationem, ad tollendos omnes scrupulos, quamuis si pœnitens post illam experientiam comperiat ieiunium sibi nocere notabiliter iustè à ieiunio cessare possit absque dispensatione iuxta tradita supra n. 34. quæ hic non sunt repetenda, sed videnda pro rectâ praxi.

161. Licèt etiam itar, quod fit equitando, si sit solum sex, vel octo dierum, regulariter non sit,iusta causa excusans à ieiunio, vt suprà n. 72. dictum est ; nihilominus si sic itinerauti esset valdè difficile ieiunium cum conditionibus itineris, & ideo recurrat ad Prælatum, idem Sanchez d.dub.6.n.4. dicit, quod Prælatus debet dispensare, vel partim dispensata, partim commutare in aliquod aliud opus pium ipsi dispensato facile, si causa non videatur omninò sufficiens.

162. Animaduertendum atiam leuiorem eausam sufficere ad dispensandum ad asum lacticiniorum, & ad declarandum talem esum licitum esse, quam ad dispensandum in ieiuniis, eum sit res leuior. ita Sanchez d. dub.6. num.5. testans ita etiam respondisse viros doctos, à se consultos.Ad asum vero carnium maior requiritur causa,quàm ad soluendum ieiunium,eiusuè obligationem per dispensationem relaxandam, quia est res grauior. ita Sanchez d.dub.6.n.6.& alij. Item minor, & priuata causa sufficit, vt cum vno, vel paucis Episcopus, & Prælatus dispenset ; maior vero eaque publica requiritur vt Episcopus, seu prælatus dispenset generaliter cum tota communitate scilicet, vel cum omnibus suæ diœcesis, vel cum omnibus alicuius Ciuitatis, aut oppidi de sua diœcesi, quod ex iusta causa potest facere, vt ex sequentibus.

Episcopus potest ex causa iusta ieiunium vigiliæ transferre in alium diem,puta, si contingat in solemni festo; & quid de ieiunio Vigiliæ S.Ioannis Baptistæ occurrente in festo Corporis Christi, & de ieiunio Vigiliæ S. Matthiæ incidente in feriã secundam, aut tertiam Quinquagesimæ.

163. Itaque si ieiunium ab Ecclesia præceptum in Vigilia aliqua incidat in festum solemne peculiariter in aliqua diœcesi, vel Ciuitata celebrari solitum, potest Episcopus illius diœcesis, & Ciuitatis illud ieiunium transferre in alium diem v. g. in diem antecedentem illius festi solemnis. ita Abbas *in rubr. de obseruatione ieiuny n.* 10. Caietanus *in summa v. ieiunium cap. 3. fine.* Armilla *eodem num* 6. Tabiena q.12. Syluester : ex aliis Doctoribus supra n.103. allegatis Azorius *d. cap.*18. q.5. Sanchez *d. dub* 5.n.26. Fagundez *d. cap.*9. n.4. Reginaldus *d. lib.* 4. n.214. Layman *d.cap.*3.n.8. versic.*ad extremum*, Villalobos *d. diff.*4.n.22. Turllench *d. dub.7.num.* 21. Diana p.3. *tract. 6.resolut.* 60. Pasqualigius *decis.* 179 & Leandrus Discalceatus *de præceptis Eccl. tract.*5. *disp.*10.q.39.& 41. Ratio est, quia hæc translatio,seu commutatio in alium diem antecedentem consonat dispositioni iuris communis *in cap.*1. & 2.*de obseruat. ieiuny* disponentis, vt quando vigilia occurrit iu Dominica, transferatur in diem antecedentem : imò Caietanus, & Sanchez dicunt Episcopum non solum posse huiusmodi ieiunium in magno, & solemni festo occurrens transferre in diem antecedentem, sed etiam debere,vt ieiunia Christiani populi consonant iuris dispositioni. Addo quod facilè à populis violarentur ieiunia in similibus festis incidentia; ac proinde esse iustam causam illa transferendi. Posse etiam Episcopum non transferre,sed commutare in aliud opus pium, præsertim si id magis expedire iudicauerit, videtur dicendum, & indicant Layman, Diana, & Turllench, & expresse ait Azorius. Quare si ieiunium vigi-

liæ incidat in festum solemne Patroni Ciuitatis, vel totius diœcesis, aut Prouinciæ, Episcopus potest, & debet illud transferre in diem antecedentem iuxta eosdem Doctores : & sic refert Syluester fieri in Francia, in qua festum S. Quinini solemniter celebratur, & occurrit in vigilia omnium Sanctorum, & authoritate Episcoporum per totam Galliam transfertur hoc ieiunium in diem præcedentem.Hinc etiam si vigilia S.Ioannis contingat in dia Corporis CHRISTI potest, & debet Episcopus transferre ieiunium in diem antecedentem ita Caietanus,& Sanchex *locis citatis*,& Nauarrus *in man.cap.*21. n.11.refert Leonem X. in quodam Breui misso ad legatum Hispaniæ statuisse,vt quando vigilia S.Ioannis Baptistæ occurrit in die Corporis CHRISTI transferatur in diem antecedentem ; & idem nouissimè statuit Vrbanus VIII. in constitutione edita 13. Iun. Anni 1638.incipiente *cum euenire.* Quin etiam si vigilia S. Matthiæ incidat in feriam secundam, vel tertiam Quinquagesimæ, si Episcopus animaduertat homines talis loci vt plurimos ob illorum intemperantiam, & procliuitatem ad gulam ieiunium (nisi fiat traslatio, aut commutatio) violaturos fortè etiam cum carnium esu non sine scandalo, hæc erit iusta causa,vt transferat tale ieiunium in præcedens Sabbathum,vt in terminis Layman,Diana, & Turlleuch *locu citatis*,Pasqualigius *decis.*180,quidquid contra irrationabiliter sentiat Leandrus q.42. & ob similem causam, scilicet, quia plurimi Ciuitatis Florentiæ violabant ieiunium vigiliæ S. Ioanuis Baptistæ propter ludos publicos,qui à prandio fiunt die antecedenta dictum festum, ieiunium illud fuit translatum in diem antecedentem vigiliam, licet Florantiæ id factum fuerit authoritate Summi Pontificis Vrbani VIII. potuisset tamen Archiepiscopus,ob specialem enim eausam boni animarum sibi subditarum (vt rectè Layman loco citato) pro vna vice in lege vniuersalis ieiunij dispensare, aut commutare, ad Episcopum spectare debet,cum eius officium sit spirituali subditorum saluti inuigilare, & scandala infirmorum tollere. Neque etiam alicubi in lure id expressè illi prohibitum reperitur : & idem dicendum videtur, etiamsi sine esu carnium vt plurimi essent violaturi ieiunium,vt notauit etiam Diana, quia militat ratio boni animarum, & vitandi peccatum licet non ita graue, ac si comederentur atiam carnes. Quando autem Episcopus ex causa iusta publicè transfert ieiunium in diem antecedentem, Caietanus, & Sanchez *locis citatis* aiunt, quod etiam Religiosi se conformare debent in tali ieiunio quoad eius translationem, Iidem Caietanus, & Sanchez ibidem notant prædicta procedere de ieiunio vigiliæ, quia Ecclesia fugit vigilias fieri in festis, & propterea non assignat vigiliam S.Ioannis Euangelistæ in die S.Stephani,non autem ieiunia quatuor temporum in festis ; sæpè anim occurrunt in die S.Thomæ Apostoli, & in die S.Matthæi, in iisque debet ieiunari,vt decidítur *d.cap.* 1.*de obseruat.ieiuny*;& ideo (inquiunt iidem Caietanus, & Sanchez) ieiunia quatuor temporum occurrentia in aliqun magno festo non sunt transferenda.

Episcopus an, & quando possit quoad omnes sua Diœcesis, vel alicuius sua vrbis dispensare in ieiunio Quadragesimali & ad esum carnium.

Vtrum autem Episcopus cum toto populo, & quoad omnes in sua Diœcesi, vel aliqua Ciuitate ex causa magna publica,& generali puta pestis,qua diœcesis,vel vrbs sibi subiecta sit infecta, si ex communi Medicorum consilio ita expedire videatur,possit dispensare in quadragesimali iaiunio,& esum carniũ concedere, tametsi periculũ non sit in mora, & facile possit recurri ad summum Pontificem pro tali dispensatione. 164

Negat nostet Marchinus de bello Diuino p. 6. *cap.*2. *num.* 3. & *seqq.* addens se nunquam Classicum scriptorem huc vsque legisse, qui expressè dicat licere Episcopo vniuersam vrbem, & diœcesim, in qua robustissimi reperiuntur, abstinentia quadragesimali eximere. Mone-

tur primo, quia Doctores, vt Azorius, Fagundez, & alij supra *num.* 103. allegati locis ibidem citatis, dicunt Episcopum ex iusta causa posse dispensare in ieiunij præcepto ex parte scilicet, cum hoc, vel illo, non ex toto; & quod solus Papa potest generaliter dispensare in ieiuniis, Episcopus autem solum, vt aliquis habens iustam causam non ieiunet. Secundo, quia inferior non potest legem superioris ex toto abrogare, vt ostensum est supra *num.* 105. Tertio, quia facultas dispensandi in lege ieiunij ex causa Episcopo non competit ex iure ipso, & vi sui officij, sed solum ex consuetudine merito introducta quoad singulares personas ob frequentem necessitatem, & difficultatem adeundi Summū Pontificem, seu ob periculum, quod esset in mora recurrendi ad eundem Summum Pontificē. Non constat autem esse introductam consuetudinem dispensandi generaliter cum tota vrbe, si Papa facile, & absque periculo in mora potest adiri.

At omninò asserendum est, posse Episcopum quoad omnes, in quadragesimali ieiunio in diœcesi, vel vrbe infecta sibi subiecta (licet aliqui forsan robusti possint absque periculo sustinere obseruantiam quadragesimalem) si ex Medicorum consilio id expedire iudicetur, esto quod facilis sit aditus ad Papam. ita expressè Sanchez *lib.* 5. *consil. moralium cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 4. cuius verba sunt, *Similiter idem dices dum de toto populo, quando est aliqua causa generalis, vt pestis, vel magna fames; tunc enim ad Prælatum spectat per se, vel per Parochos, aut concionatores Populo denunciare, vt hoc mense v.g. pauperes non ieiunent, vel si causa est dubia partim permittere.* ita Sanchez. Idem sine dubio sentiunt alij Doctores *n.* 163. allegati; asserunt enim Episcopum ex causa iusta, eaque publica posse generaliter quoad omnes in sua diœcesi, vel ciuitate sibi subiecta dispensare in lege ieiunij pro hac, vel illa vice, nec restringunt posse solum cum hoc, vel illo subdito. Et licet Doctores eodem *n.* 163. citati ponant tantum exemplum in translatione, aut commutatione ieiunij vigiliæ occurrentis in solemni festo, tamen eum in tali casu doceant Episcopum posse, & debere ieiunium vigiliæ transferre, aut commutare, quia ratio est iusta, & generalis, nimirum solemnitas festi, & ablatio occasionis, seu periculi violationis ieiunij cum ruina animarum: Innuunt etiam posse Episcopum quoad omnes subditos in diœcesi, vel aliqua ciuitate sua relaxare ieiunium Quadragesimale, vel occurrens extra quadragesimam, si hic, & nunc, ac pro hac vice subsit causa iusta generalis, & publica, puta si talis relaxatio prudenter existimetur necessaria ad non contrahendam infectionem, & ad euitandas infirmitates in populo, & etiam ad vitanda scandala, & communem violationem præcepti ieiunij. Quod enim Episcopo interdicitur, nec competit, est dispensare absolutè in lege ieiunij etiam quoad sibi subditos vt citato *n.* 105. ostensum; non vero, pro hac, vel illa vice, si subsit iusta causa id faciendi cum hoc, vel illo particulari sibi subdito, vel cum tota communitate sibi subiecta; cum ad ipsum spectet cura & singularum personarum, & totius populi. Igitur probatur assertio tum quia quoad dispensationes facultas ordinaria Episcoporum extenditur ad ea omnia, quæ non sunt illis expressè prohibita, vt iam notaui supra *n.* 1.. & docet Azorius, Fagundez & Villallobos *ibidem* relati; & tot alij, quos refero *to.* 1. *hor. moral. tit.* 1. *n.* 1264. nullibi autem reperitur reseruatum, quod Episcopus in suo districtu, & quoad sibi subditos non possit etiam ex iusta causa cum omnibus ciuibus suæ ciuitatis dispensare quoad obseruantiam ciborum quadragesimalium. Tum quia esto id non possit à iure; & ex vi sui officij, iam ex consuetudine vniuersali totius orbis Christiani competit Episcopis plena potestas circa dispensationem, vel commutationem ieiuniorum erga suos subditos, legitima causa existente id faciendi; possunt ergo non solum quoad singulas personas, sed etiam generaliter quoad omnes subditos diœcesis. vel alicuius vrbis peste infectæ medicorum consilio id suadente dispensare in quadragesimali ieiunio: Et licet aliqui ciuibus robusti ferè semper adsint in vrbe infecta; legitima tamen causa dispensandi etiam cum ipsis videtur hæc, scilicet, ablatio occasionis, seu periculi moralis frangendi obseruantiam quadragesimalem, dum vident alios communiter comedere carnes, oua, & lacticinia. Addi etiam potest, non existere ita robustum, qui à peste non possit facile inuadi, dum grassatur; morbus enim pestiferus, si inueniat humores homogeneos, qui gignuntur ex cibis quadragesimalibus, facilius interimit; ac proinde tempore pestis vniuersalis in vrbe, & maximè venenifera nihil deficit ex parte causæ ad dispensandum; etiamsi præceptum esset diuinum; & ex parte Episcopi adest potestas; & quia nullibi inuenitur reseruatio, & quia Episcopo ex consuetudine in tota Ecclesia vniuersali competit plena potestas circa ieiuniorum dispensationem, aut commutationem. Neque obstant fundamenta Marchini, vt ex dictis patet; non primum, cum assertionem teneant Sanchez expressè, & alij non negent, seu manifestè innuant; & qui dicunt solum Papam dispensare in lege ieiunij in toto, & generaliter, loquuntur quoad totum orbem Christianum, & abrogando, seu auferendo legem ieiunij absolutè. Non secundum, quia probat tantum Episcopum non posse absolutè relaxare legem ieiunij modo *n.* 105. explicato; Non tertium, vt constat ex ratione ad confirmandam assertionem adducta.

Ex his infertur Episcopum posse etiam extra tempus pestis dispensare vniuersaliter cum toto aliquo populo in lege ieiunij, vel in cibis prohibitis, quoties erit causa aliqua iusta generalis, vt contingit tempore magnæ famis, vel quando aliqua Ciuitas sustinet longam obsidionem, & tempore quadragesimæ, aut aliorum ieiuniorum ciuitas obsessa laborat penuria piscium, & aliorum ciborum in ieiuniis adhiberi solitorum. 166.

Quod autem dictum est de Episcopo quoad translationem ieiunij in alium diem, & quoad dispensationem generalem tempore pestis, vel existente alia causa generali, idem dicendum est de aliis Prælatis habentibus quasi diœcesim; & de Prælatis Regularium in suis Monasteriis, & conuentibus; cum circa legem ieiunij habeant eandem erga suos subditos potestatem, quam habent Episcopi. Imò occurrente magna necessitate publica idem posset Parochus in tota Parochia, si non esset facilis aditus ad Episcopum, & periculum commune salutis spiritualis, vel corporalis, esset in mora, quæ omnia colliguntur ex *superius* traditis. 167.

Episcopus, aut Parochus requisitus an teneatur semper dispensare in lege ieiunij existente legitima causa dispensandi, vbi an ordinarius, vel Delegatus in casibus, in quibus potest dispensare, ad id teneatur.

Si quis quærat, an Episcopus, seu Prælatus aut Parochus requisitus à subdito teneatur dispēsare in lege ieiunij, & in esu carnium stante, & agitata iusta causa dispēsandi. Huius quæsiti resolutio petitur ex mente generalis quæstionis, an superior ordinarius, vel etiam Delegatus in casibus, in quibus ex iusta causa potest dispensare, teneatur omninò dispensare, nec possit dispensationem denegare, interueniente iusta causa dispensandi. De qua diffi. ultate egi *in tract. de tripl. ind. priuilegio sect.* 2. *casu* 34. & *in tract. de contractu matrimony c.* 7. §. 25. *n.* . q. *&* 104. vbi etiam refero Sanchez *lib.* 3. *de matr. disp.* 10. q. 1. & *lib.* 4. *summ. c.* 54. *n.* 12. & alios Recentiores de eadem re latè agentes, de qua etiam pertractant Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 18 *num.* 21. 22 *&* 23 & *to.* 1. *de religione lib.* 4. *cap.* 20. Salas de legibus *tract.* 14 *disp.* 10 *sect.* 7. *num.* 70. Castrus Palaus *to.* 1. *tract.* 3. *disp.* 6 *puncto* 8. *num.* 8. *& seqq.* Ioannes Sancius in selectis *disp.* 43. *n.* 4. §. *præterea superiorem.* Qui *ibidem* affirmat superiorem teneri dispensare stante iusta causa dispensandi, nec posse dari causam sufficientem ad dispensandum, si velit 168.

Superior

Superior; non tamen ſufficientem ad illum conſtringendum ad diſpenſationem præſtandam. Et rationem eſſe ait, quia iure iuſtitiæ commutatiuæ tenentur Iudices Ordinarij exercere iuriſdionem in ſubditus poſtulantes ex pacto interueniente inter Rempublicam, & illos, diſpenſatio autem eſt actus iuriſdictionis, vt ſuprà *n.* 152. dictum eſt. Atque ita *diſp.* 54. *n.* 4. aſſerit Epiſcopum, & Parochum teneri ſemper diſpenſare in lege ieiunij, quoties ſubditus petit, & interuenit iuſta cauſa. At *dicto* §. 25. tradidi ſuperiorem ſtante iuſta cauſa licet poſſit ſemper diſpenſare, non tamen ſemper teneri ad diſpenſandum; ſed ſolum quando diſpenſatio expedit notabiliter, vel bono publico, vel priuato diſpenſationem petentis ſpirituali, vel temporali, quod præter Sanchez, & alios, quos *d.* §. 25. *num.* 103. & *d. caſu* 34. & *num.* 2. & 4. allego, aſſerunt etiam Suarez *d. num.* 21. & *d. n.* 55. Salas *d. num.* 70. & Palaus *d. p.* 8. *n.* 9. & 10. Ratio autem (vt *d.* §. 25. *num.* 4. dixi) eſt, quia recta ratio non exigit, vt ius commune diſpenſatione rumpatur, ſeu relaxetur (quamuis alioqui ſine culpa fieri poſſit) quando ipſa relaxatio non proficit notabiliter; & ſic etiam Prælatus, ſeu ordinarius iudex ex officio non tenetur ſemper relaxatione iuris conſulere commoditati ſuorum ſubditorum etiam ſpirituali, niſi ſit notabilis. Quare non peccat contra obligationem ſui officij denegando diſpenſationem in caſibus, in quibus agitur de leui incommodo, præſertim ſi leue incommodum potius temporale ſit, quam ſpirituale; & conſequenter nec contra iuſtitiam diſtributiuam; nec committit acceptionem perſonarum propriè dictam, ſeu iniuſtam; videantur tradita à me *dictis locis*; & etiam tradita ab Auctoribus *ſuprà* allegatis, & aliis à me in dictis *locis citatis*.

Ex his ad quæſitũ reſpondeo me ſtante iuſta cauſa Epiſcopum, ſeu prælatũ, & Parochum teneri diſpenſare in lege ieiunij, & in eſu carnium, aut lacticiniorum, quoties id expedit notabiliter communi bono, vel priuato ſpirituali, aut corporali petentis: conſultius autem erit, vt ſemper diſpenſet, quoties adeſt cauſa diſpenſandi, iuxta tradita in præcedentibus, iuſta, ſcilicet, quia eſt dubium rationabile, an ſit ſufficiens, vel probabiliter iudicetur ſufficiens; vel ſi iudicetur non plenè ſufficiens cum diſpenſatione admiſceatur commutatio in aliquod aliud opus pium. Expedit enim in huiuſmodi diſpenſatione circa legem ieiunij Prælatum eſſe facilem, & benignum erga ſubditos, quoties agnoſcit cauſam iuſtam diſpẽſandi, vt conſtat ex dictis ſuprà *n.* 222. & *n.* 142.

Epiſcopus, aut Parochus interueniente legitima cauſa diſpenſandi in lege Eccleſiaſtica ieiunij, an poſſit partim diſpenſare, partim commutare in eleemoſynam, aut aliud opus pium. Vbi an tam ſuperior, quàm inferior diſpenſando in lege poſſit iniungere aliquod opus pium, ſeu mulctam pecuniariam.

169. Si quis etiam inquirat, an quando iudicatur adeſſe legitimam, & ſufficientem cauſam diſpenſandi in lege ieiunij, & in eſu carnium Epiſcopus, aut Parochus poſſit diſpenſationi miſcere commutationem in aliquod aliud opus pium, putà, orationes, vel eleemoſynam &c. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 54. *num* 40. aſſerit exiſtente cauſa ad diſpenſandum non eſſe integrum Parocho ieiunium in aliquod opus pium commutare, etiam ex parte renuente illo, qui petit diſpenſationem. Imò ibidem tenet vniuerſaliter quoties exiſtit iuſta cauſa diſpenſandi in lege, neque legiſlatorem, aut ſuperiorem, neque inferiorem poſſe partim diſpenſare, partim commutare in aliquod aliud opus pium, & hoc idem tradit Botteus *de ſynodo p.* 2. *art.* 4. *n.* 14. Probat, quia ſuppoſita cauſa iuſta ille, qui petit diſpenſationem habet ius iuſtitiæ, quod ſecum diſpenſetur, & tàm ſuperior quam inferior ex vi ſui muneris tenetur diſpenſare iuxta tradita ab eodem Ioanne Sancio loco *numero præcedenti* allegato, quoties vero aliquis aliquid efficere ex iuſtitia tenetur, debet illam exercere nullo onere adiuncto; nam pro actione debita non poteſt pretium aliquod, neque onus imponi. Quare *in fine d. num.* 40. concludit idem Ioannes Sancius; quod ſi exiſtente legitima cauſa nolit ſuperior, vel inferior diſpenſare niſi commutatione facta, poterit fictè acceptare commutationem diſpenſatus æquiuocatione retenta in mente, & poſtea non tenebitur commutationẽ implere. Et hanc eandem ſententiam ait Ioannes Sancius tenere Filliuccium *to.* 2. *tract.* 17. *cap.* 6. *num.* 128. vbi tamen ſolum dicit non eſſe neceſſe, vt Prælatus commutet ieiunia in alia pia opera, cum legitima eſt cauſa iuxta Nauarrum *in man. cap.* 21. *num.* 10. non tamen negat poſſe miſcere aliquam commutationem, vel commutare, ſi iudicauerit expediens. Quamuis Nauarrus *d. num.* 19. loquatur in caſu, in quo euidenter conſtat cauſam excuſare à ieiunio, dicens contra Syluestrum tunc non eſſe de præcepto, vt ieiunium in aliud opus commutetur, ſed tantum de conſilio, vt in vxore excuſata à ieiunio ob ſeruandam pacem cum marito.

Caſtrus Palaus *d. diſp.* 6. *puncto* 9. pertractans illam quæſtionem, an habenti poteſtatem diſpenſandi in lege (ſiue ſit legiſlator, & ſuperior, ſiue inferior) exiſtente legitima cauſa liceat diſpenſando imponere ei cum quo diſpenſat, aliquam mulctam pecuniariam pro fabrica Eccleſiæ, vel pauperibus erogandam, aut onus aliquod perſonale; primo dicit *num.* 3. Superiorem in iis caſibus, in quibus tenetur omninò diſpenſare, non poſſe exiſtente legitima cauſa partim diſpenſare, partim commutare iniungendo eleemoſynam, aut aliud opus pium perſonale, idque ob rationem illam, quod diſpenſatio eſt debita ex iuſtitia, & pro actione debita onus non poteſt imponi; & hoc idem tradunt Paſqualigius *deciſ.* 398. & Leandrus Diſcalceatus *d. diſp.* 10. *q.* 119. ſi vero diſpenſatio non ſit debita iuxta tradita ſupra *n.* 168. tunc ait legiſlatorem, & ſuperiorem poſſe in lege diſpenſare partim relaxando, & partim in aliquam eleemoſynam, vel aliud opus pium perſonale commutando: imò totam legis obligationem in aliam materiam ſubrogare; & idem dicit Suarez de legibus *lib.* 6. *cap.* 16. *initio*, vbi teſtatur eſſe omnium; hocque confirmatur ex praxi quotidiana ſummi Pontificis in ſuis legibus diſpenſantis ſemper iniungendo aliquod opus pium; & *ex cap. licet de feriis* vbi conceditur diebus feſtis poſſe vacare piſcationi baleciæ, ita vt poſt factam capturam Eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem. addit Palaus rationem, quia cum non teneatur ſuam legem abſolutè relaxare; poterit illius obligationem in aliam materiam ſubrogare; & hoc idem docent Paſqualigius, & Leandrus *locis citatis*. Secundo dicit idem Palaus *num.* 4. inferiorem exiſtente iuſta cauſa diſpenſandi in lege ſuperioris non poſſe diſpenſando iniungere eleemoſynam, aut aliud opus pium, quod idem tenent Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 10. *num* 9. & *lib.* 8. *diſp.* 14. *n.* 2. Paſqualigius *d. deciſ.* 398. Leandrus *d. diſp.* 10. *q.* 28. & alij ab eodem Palao, & Sanchez relati. Probant, quia inferior non poteſt legem præexiſtentem ad aliam extendere, neque de nouo legem, & præceptum imponere, hoc enim ſpectat ſolum ad legiſlatorem, à quo inferioribus non datur talis facultas diſpenſandi in ſua lege, niſi quando eſt neceſſitas, aliud autem eſt de diſpenſatione voti cum aliqua commutatione, quia vinculum voti manet ſuper materia ſubrogata, vt ſuprà *n.* 143. dictum eſt. Quare iidem Sanchez, & Palaus ibidem aſſerunt Epiſcopum, & Prælatum inferiorem exiſtente iuſta cauſa diſpenſandi in lege ieiunij, vel feſtorum diſpenſando non poſſe imponere aliquam eleemoſynam, aut aliud opus pium diſpenſato, ipſo renuente. De legiſlatore vero, & ſuperiore idem Sanchez *d. diſp.* 10. *num.* 9. verſic. *ſed obiicies*, & *num.* 11. *fine*, & *d. diſp.* 14. *num.* 1. videtur abſolutè ſentire legiſlatorem, & 170

Superiorem in sua lege posse ex iusta causa dispensare miscendo aliquam commutationem, & *d. num.* 1. rationem assignat, scilicet, quod cum lex in qua dispensat, à sua voluntate dependeat, vimque obligandi habeat, potest ex iusta causa in ea dispensare partim relaxando, partim in aliquam eleemosynam, aut in aliud opus pium personale commutando, sicut S. Pontifex (inquit) quotidie facit. Hæc prædicti Doctores.

171. Ego dico primò Prælatum posse, & debere dispensando in lege ieiunij, vel esu carnium miscere aliquam commutationem in aliud opus pium, quando agnoscit causam dispensandi non esse plenè sufficientem ad dispensandum, vt per eam commutationem suppleatur, seu compleatur causa, & dispensatio reddatur iusta. ita Caietanus *in summ. verbo* ieiunium *cap.* 3. Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 2. & Sanchez *lib.* 5 *moral. cap.* 1. *dub.* 5. *n.* 25. & *dub.* 6. *num.* 4. & supra *num.* 143. notaui commutationem faciendam iuxta qualitatem causæ, vt quanto fuerit sufficientior, tanto minus opus iniungatur.

172. Dico secundò si Prælatus, aut Parochus dubitat de sufficientia causæ, etiam in hoc casu potest partim dispensare, partim commutare ieiunium in aliud opus pium, ita Caietanus, Nauarrus, & Sanchez *locis citatis*: quia cum causa sit dubia rectè potest Prælatus reddere illam causam, seu certò iustam miscendo commutationem aliquam in aliud opus pium iuxta quantitatem dubij; imò Caietanus loco citato videtur sentire, quod Prælatus dubitans de sufficientia causæ debeat supplere dubium commutatione.

173. Dico tertiò, quando Episcopus, Prælatus, aut Parochus probabili iudicio putat causam dispensandi in lege ieiunij esse sufficientem, & iustam potest dispensare absolutè nullam admiscendo commutationem. ita Filliuceius *d. num.* 129. quem tantùm iuxta hoc, & sequens dictum puto debere intelligi, dum dicit non esse necesse commutare ieiunia in alia opera pia, cum legitima est causa, scilicet causa probabiliter iudicatur iusta, & est rationabile dubium an sit legitima, & sufficiens ad dispensandum; nam quando constat euidenter, & certo esse sufficientem ad excusandum à ieiunio, nulla est opus dispensatione, & consequenter nec commutatione vt dicit Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 19. Probatur hoc dictum, quia stante iudicio probabili determinato de sufficientia causæ, licet sit aliqua formido oppositi rectè potest Prælatus se conformare huic iudicio in fauorem dispensari, sicut in aliis similibus, & plenè dispensare, rationabiliter enim operatur conformando se tali iudicio. & ita absque dubio sentiunt omnes, & seruatur in praxi à dispensantibus; qui vt plurimum in ieiuniis, & in esu ciborum prohibitorum iudicantes adesse causam sufficientem dispensant sine vlla commutatione.

174. Dico quartò, etiam quando dubium est, an causa sit sufficiens, licet Episcopo, aut Parocho dispensare sine vlla commutatione; nam in tali dubio rectè potest in fauorem dispensari benigniori parti se conformare in dispensatione. confirmo, quia omnes dicunt dubium de sufficientia causæ esse legitimam causam dispensandi; & solum Caietanum reperio dixisse in hoc casu supplendam esse causam aliqua commutatione.

175. Dico quintò, quando Prælatus, aut Parochus iudicat probabiliter causam esse iustam, & sufficientem ad dispensandum in lege ieiunij, licet non teneatur dispensationi miscere aliquam commutationem, tamen potest partim dispensare, & partim commutare ieiunium in aliquam eleemosynam, vel aliquas orationes, aut aliud opus pium iuxta quantitatem formidinis. pro hoc dicto stant omnes Doctores dicentes in casu, quo potest Episcopus in ieiunio dispensare, eum posse illud commutare in aliud opus pium, partim dispensando. Hoc Doctores refert Sanchez *d. disp.* 14. *num.* 2. & sunt Innocentius *in cap.* 1. *num.* 2. *de obseruat. ieiunij* ibidem Henricus *num.* 2. Hostensis *in rubr. eiusdem tit num.* 9. ibidem Ioannes Andreas *num.* 2. Butrius *num.* 5. Cardinalis *num.* 2. Abbas *num.* 9. Ancharanus *num.* 8. Paludanus 4. *dist.* 15. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 13. Caietanus 1.2. *q.* 97. *art.* 4. *fine.* Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 22. Diuus Antoninus, Rosella, Angelus, Syluester, Angles, Vega *locis* ab eodem Sanchez *citatis*, & Azorius 1. *p. lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 5. & idem videntur sentire Fagundez, Layman, Diana, Turlleoeb locis suprà *num.* 163. citatis. Probatur hoc dictum, quia ex eo, quod adest aliqua formido de sufficientia causæ, si dispensator velit tollere illam formidinem, & certò complere sufficientiam causæ, seu efficere illam certo iustam, & legitimam partim dispensando, & partim commutando in aliud opus pium iuxta proportionem formidinis de eiusdem causæ sufficientia, non videtur irrationabiliter, sed conformiter rectæ rationi operari, licet ad id non teneatur. Confirmatur ex vsu, nam Prælati dispensantes in ieiuniis sæpè imponunt aliquam eleemosynam.

176. Ex quibus patet in omni casu, in quo opus est dispensatione ad soluendum ieiunium, vel esum ciborum prohibitorum posse Episcopum, & Parochum miscere aliquam commutationem in aliquam eleemosynam, vel aliud opus pium personale; nam dispensatio iuxta tradita in præcedentibus, solum est necessaria, vel quando cognoscitur causam non esse plenè, & omnino sufficientem, vel dubitatur rationabiliter an sit sufficiens; vel iudicatur tantum probabiliter sufficiens; Quando enim certo, & euidenter constat causam esse legitimam, & sufficientem, ad excusandum à ieiunio, non est necessaria dispensatio ad illud soluendum, vt superius sæpè dictum est, & consequenter non debet commutari in aliud opus pium, nisi tantum de consilio, & ab ipsomet, qui ieiunium seruare non potest, non per authoritatem Superioris.

177. Vltimo addo valdè probabile esse vniuersaliter Prælatum inferiorem in casibus, in quibus potest ex iusta causa dispensare in lege Superioris, non teneri dispensare purè, sed dispensando posse, si expedire iudicauerit, imponere aliud opus pium, puta aliquam eleemosynam (seu vt vocant multam pecuniariam in fauorem fabricæ, vel loci pij) aut aliud opus pium personale; seu posse relaxare legem partim dispensando, & partim commutando in aliud opus pium; dummodo id expresse non sit inferiori dispensatori prohibitum. pro hac sententia Sanchez refert Doctores *num. præcedenti* allegatos. eandem sententiam probabilem putant idem Sanchez *d. disp.* 14. *num.* 2. & Palaus *d. puncto* 9. *n.* 5. eandem omninò approbare videtur Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 16. *num.* 4. vbi absolutè dicit posse inferiorem dispensare in lege Superioris per modum compensationis; & idem docet *tomo* 1. *de religione tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 10. & *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 15. Ratio est, quia dum legislator, aut superior potestatem dispensandi in sua lege concedit inferiori, videtur etiam illi tacite concedere, seu permittere, vt ea potestate suam legem relaxandi vtatur, pro vt melius, & magis expedire iudicauerit, & ita vel absolutè dispensando, & relaxando vel miscendo aliquam commutationem. Confirmatur ex praxi, nam Prælati inferiores sæpè dispensant in obseruatione ieiuniorum, & festorum iniungendo aliquam mulctam pecuniariam, seu eleemosynam pauperibus, vel fabricæ Ecclesiæ dandam. Dixi *dummodo id expressè non sit prohibitum*: Nam in remissione denunciationum matrimonialium Episcopo prohibetur imponere mulctam pecuniariam, sed tenetur dispensare gratis; quia ita disponit Tridentinum *cap.* 18. *sess.* 25. *de reformat.* de quo egi in tractatu de contractu matrimonij *c.* 7. *n.* 105. *&* 106. sicut etiam non potest Episcopus imponere mulctam pecuniariam, dum dispensat in interstitiis ad ordines, vel concedit licentiam suscipiendi ordines ab alio Episcopo iuxta dispositionem eiusdem Tridentini *c.* 1. *sessionis* 24. & *cap.* 1. *sess.* 21. *de reformat.*

178. An in dispensatione voti debeat misceri aliqua commutatio

commutatio, & aliquando sine vlla commutatione dispensari possit latè explicaui io tractatu de triplici Iobilei priuilegio *sect. 2. casu* 30.

179. An etiam quis excusetur à ieiunio, si loco illius faciat eleemosynam. Certum est non excusari, vt tradunt Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 32. Reginaldus *lib.* 4. *n.* 187. & communiter alij. Debitor enim vnius rei soluendo aliam oon liberatur *l. eam l. manifesti, Cod. de solut.*

180. Quemadmodum quis non potest satisfacere præcepto Ecclesiastico ieiunij per alium, ita Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 32. *quæst.* 7. Reginaldus *d. lib.* 4. & *d. num.* 187. & est certum, quia ab Ecclesia præcipitur vt opus personale ad castigandum, & domandum corpus. Aiunt autem *ibidem* Azorius, & Reginaldus, quod ieiuoium à Iudice impositum vt pœna delicto, seu peccatis debita potest quis per alium soluere: Sed hoc oon spectat ad præsentem materiam. ipsi videantur

181. Neque etiam qui ieiunium certo die præceptum frangit, tenetur in alio die ieiunare, vt illud suppleat, vt post alios Azorius *d. lib.* 7. *cap.* 20. *quæst.* 5. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 19. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *num.* 84. Leandrus Discalceatus *de præceptis Eccl. tract.* 5. *disput.* 1. *quæst.* 14. & Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 188. quia est onus tali diei astrictum. Vnde Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 5. contrariom docens communiter reiicitur. Neque obstat quod Ecclesia iusserit ieiuoia, quæ in vigiliis Sanctorum seruari oequeunt, vt si vigilia incidat io Domioicam, transferatur in diem aotecedentem scilicet in Sabbathum præcedeos; id enim ratiooabiliter factum est authoritate Ecclesiæ substituentis Sabbathum Dominicæ diei, ideoque seruari debet. Ecclesia autem non iussit, vt qoi in die, io quo quis ieiuoare debet, ieiunium non seruet, teoeatur sequenti die; quare dispar est ratio.

SVMMARIVM §. IV.

Dispensatus ad carnes in die ieiunij, etiamsi alioqui sit robustioris complexionis, remanet liber ab onere ieiunij. num. 182.

Dispensatus ad carnes, qui die ieiunij non vult illas edere, an teneatur illo die ieiunare, & ad vnicam refectionem. num. 183.

Quid de astricto voto ieiunandi dispensato ad carnes, qui similiter in aliquo die non vult edere carnes. num. 184.

Dispensatus ad lacticinia, & ad carnes, an possit simul edere pisces, & comedendo peccet contra præceptum ieiunij, vel abstinendi à cibis vetitis, an solum contra temperantiam tantum. & an incurrat excommunicationem Synodalem latam contra comedentes carnes, & pisces simul in quadragesima, & quando nullo modo peccet. num. 185. *& tribus seqq.*

Religiosi exempti an obligentur legibus, seu edictis Episcopalibus, & statutis Synodalibus de ieiuniis, & aliis rebus, seu actionibus communibus totius populi, & an Moniales exemptæ, & non exemptæ, latè num. 189. *& duobus seqq.*

Religiosi iidem an teneantur seruare ieiunia & abstinentias à cibis generali consuetudine laicorum, & Clericorum inducta. num. 192.

Religiosi tenentur ad ieiunia, & abstinentias à certis cibis propria regula, & alias obseruantias, quamuis contrarium apud sæculares obseruetur. num. 193.

Tenentur ad ieiunia, & alias obseruantias sua regula etiam quando existunt extra claustra. n. 194.

Religiosus factus Parochus Ecclesiæ sæcularis tenetur vigiliis, & abstinentiis, & reliquis obseruantiis regularibus non impedientibus munus Parochiale. ibidem fine.

Sæculares an ieiunia ab Episcopo indicta teneantur seruare etiam in loco exempto in diœcesi Episcopi leges, & statuta Episcopi an obligent subditos existentes, aut delinquentes in locis exemptis, & præsertim in Monasteriis. ibidem

Exemptio à iurisdictione Episcopi an sit odiosa. num. 195 *fine.*

Dispensatus in die ieiunij, & quadragesima ad carnes an possit edere omne genus carnis, suinam, bubulinam & etiamsi noceat, an vero edendo peccet, & quo genere peccati. n. 197. *&* 198.

Dispensatus ad carnes, an possit edere oua, & lacticinia. num. 199.

Dispensatus in quadragesima ad oua, an possit vti lacticiniis, & è contra dispensatus ad lacticinia an possit vti ouis. num. 200.

Quid si ex consuetudine alicubi esset introductus in quadragesima tantum vsus ouorum, vel tantum vsus lacticiniorum. ibidem fine.

Cui interdicuntur oua, an censeantur prohibita etiam carnes. num. 201.

Votum non edendi oua, & lacticinia, an, & quando comprehendat etiam abstinentiam à carnibus, & votum abstinendi ab ouis, an comprehendat abstinentiam à lacticiniis, & è contra. ibidem.

Cui prohibentur carnes, an censeantur prohibita oua, & lacticinia. n. 202.

Votum abstinendi à carnibus aliquo die extra quadragesimam, an comprehendat abstinentiam ab ouis, & lacticiniis. ibidem.

Quid de voto abstinendi à carnibus in quadragesima. ibidem.

Qui vouit abstinere à carnibus, an possit vesci iure carnium. num. 203.

Qui habet experientiam se infirmari ob abstinentiam à carnibus, & ouis in quadragesima, non tenetur expectare per aliquot dies ad experiendum an abstinentia noceat, vel non. num. 204.

§. IV.

Resoluuntur nonnulla dubia circa dispensatum ad carnes in die ieiunij.

NOtandum quem posse dispensari ad esum carnium io diebus ieiuniorum de præcepto duplici ex causa, primo vel infirmitatis præsentis, vel corroborandi stomachum, aut vires restauraodi, vel complexionis valdè delicatæ, & ex natura multum debilis. Secundo, vel quia abhorret à piscibus, vel quia alij cibi putantur nociui suæ complexioni, licet alioqui sit fortis, & robustæ complexionis, & habeat maoifestas vires, & salutem ad ieiuoandum, & faciendam vnicam tantum comestionem. Non solum autem dispensatum ad carnes in primo casu, sed etiam dispensatum in secundo casu ex traditis à me in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect.* 4. *casu* 18. *num.* 73. iuxta opinionem magis communem suppono remanere liberum ab onere ieiunij, scilicet dum comedit carnes, non teneri ieiunare, & posse sumere plures refectiones in eadem die ieiunij, & de hoc videnda sunt, quæ ibi latè explicaui exactè examinando triplicem Doctorum sententiam, nec enim oportet semel tradita de oooo scribere. 182.

Dispensatus ad carnes, qui die ieiunij non vult illas comedere, an teneatur eo die ieiunare.

Dubiom primum, ao dispensatus ad carnes in die ieiunij, si io aliquo die ieiunij nolit comedere carnes, sed tantum alios cibos comedat, teneatur ieiunare, & vnicam tantum refectionem sumere. Hoc dubium etiam resolui *d. num.* 73. versic. *cum autem*, & cum Sanchez *lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 30. dixi teneri ieiunare, si sit dispensatus ad carnes solum ex secunda causa, scilicet, quia alij cibi ipsi sunt nociui, vel à piscibus abhorret, 183.

habet tamen vires sufficientes ad ieiunandum; quod idem docuerunt docti iuniores, vt testatur idem Sanchez, & tenent etiam (quos non allego *dict. num.* 73.) Turllench *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 7. & Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 189. Rationem *ibidem* adduxi ex eodem Sanchez, scilicet, quia eo die, quo is dispensatus non edit carnes, nullam habet causam à ieiunio excusantem, dum enim comedit, excusatur solùm quia esus carnis est contra ieiunij substantiam; atque adeo hac causa cessante tenetur ieiunare, cum habeat vires ad ieiunandum sufficientes, vt supponitur, quam rationem latius ibidem prosequor; secus autem esset si foret dispensatus ad carnes ob primam causam, scilicet ratione infirmitatis, & debilitatis, &c. tunc enim licet aliquo die à carnibus abstineat, non tenetur ieiunare, tametsi eius saluti conduceret, illas non comedere eo die, & ieiunare, vt docet idem Sanchez *d. dub.* 30. etiam ea sententia aliorum iuniorum doctorum, & constat ex dictis supra *n.* 45. & tenet etiam Diana *dict. resolut.* 189. Prædictis tamen non obstantibus idem Diana *p.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 2. *fine*, nullam faciens mentionem de sententia tradita allegata *resolut.* 189. dicit absolutè quod qui potest vesci carnibus in die ieiunij, & propter deuotionem vult aliquo die vesci lacticiniis, vel ouis, non tenetur ieiunare. & ita ait dixisse Turtianom *in summ. p.* 1. *c.* 256. *dub.* 35. *concl.* 6. & idem expresè de quocunque dispensato ad carnes tenent Pasqualigius *decis.* 268. & Leandrus Discalceatus *de præceptis Eccl. tract.* 5. *disp.* 8. *quæst.* 35. Verùm hoc non potest admitti, & procedere de dispensato ad carnes in secundo casu, & solum quia alij cibi illi noceant, cum alioqui manifestè polleat viribus ad ieiunium, quia dum abstinet à carnibus, cessat totalis causa à ieiunio excusans, vt dictum est. Neque obstat, quod dispensatio à ieiunio sit accessoria ad dispensationem ad esum carnium; nam dispensatus, qui in refectione facta in meridie noluit comedere carnes, iam pro illa die non censetur amplius dispensatus ad carnes, cum illis non indigeat, vt supponitur, quia est vir robustus, & sufficienter refectus; fit enim dispensatio dependenter à causa, quæ eo die sumpta iam sufficienti refectione absque carnibus cessat, & consequenter cessat dispensatio à ieiunio.

Hinc sic dispensatus, qui in meridie comedit pisces solum, & sufficienter refectus est, in nocte non potest cœnare edendo carnes, vel pisces, sed licitè potest sumere tantum consuetam refectiunculam, vt rectè Sanchez *loco citato*, & diximus *d. num.* 73. *fine*.

184. Hinc etiam adstrictus voto ieiunandi dispensatus ad carnes solum, quia alij cibi nocent, si aliqua die non vult edere carnes, tenetur, (vt etiam inquiunt Sanchez, & Turllench *locis citatis*) seruare votum ieiunandi illa die, cum supponatur vires habere, & esse robustum: votum enim ieiunij obligat ad instar præcepti, vt docet idem Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 11. *num.* 31. & dicitur *infrà*. Vnde quando non excusatur à præcepto, non excusatur à voto.

Dispensatus ad lacticinia, & ad carnes, an possit simul edere pisces.

185. Dubium secundum, an dispensatus ob aliquam necessitatem ad edendum lacticinia, oua, & carnes, possit simul edere pisces. Nauarrus *tom.* 1. *lib.* 3. *tit. de obseruat. ieiunij in antiquis*, dicit, quod licitè potest edere in vno die de ouis, aut carnibus, & altero die piscibus, & etiam eodem die in prandio vti solum ouis, & carnibus, si non tenetur ieiunare, & in cœna solum piscibus, vel è contra nisi pisces notabiliter ei noceant, quia potest fauori suo renunciare; at negat quod possit licitè in eodem prandio, vel in eadem cœna comedere oua, & lacticinia, aut carnes simul, & pisces: Cuius fundamentum est, quia vel potest vesci piscibus sine damno notabili, vel non potest; si non potest peccat eos comedendo; si potest ergo caret necessitate vescendi ouis, aut carnibus, & sine causa iusta ei vsus horum ciborum prohibitorum conceditur. Addit tamen, quod non esset mortale, si simul comederet parum piscis, quod parum ei noceret, licet esset veniale, quia superfluè, & cum aliquo damno sine necessitate comedit. Rodriquez 1. *p. summ. cap.* 24. *num.* 10. *in conclusione*, conuenit cum Nauarro dicens eum, qui dispensatus est, vt comedat carnem in tempore ieiunij non posse comedere pisces; declarat tamen, seu limitat primò, nisi fortè eos comedat ratione excitandi appetitum, præsertim si egeret tali excitatione ratione alicuius infirmitatis, quo casu ait nec veniale peccatum esse. Secundo nisi esset persona assueta piscibus, & gaudeat magis eorum esu, quàm carnium, hoc enim casu dicit non esse peccatum saltem mortale, nisi esus piscium foret illi à medico prohibitus ob periculum magnæ infirmitatis ex tali esu. Tertio nisi cum carne comedat aliquam trutam, aut similem piscem sanum, & saluberrimum.

Communis Doctorum sententia est sic dispensatum ad carnes, vel ad lacticinia in tempore, quo prohibentur ob aliquam necessitatem, seu causam ex duabus supra notatis comedentem pisces etiam in magna quantitate simul cum carne, vel ouis, & lacticiniis nullo modo peccare contra præceptum Ecclesiasticum de abstinendo à carnibus, vel ouis, & lacticiniis. ita Henriquez *in sum. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 11. 57. Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 5. Sanchez *lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 6. & *lib.* 8. *de matr. disput.* 1. *num. vltimo.* & *lib.* 4. *sum. cap.* 11. Reginaldus *lib* 4. *num.* 191. Fagundez *præcep.* 4. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Villallobos *tom.* 1. *tract.* 23. *diff.* 8. *num.* 10. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 2. *num.* 55. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resol.* 26. & *tract.* 11. *resolut.* 4. versic. *omnes* & *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 70. versic. *nota etiam*. Turllench *in decalog. lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 10. Pasqualigius *in praxi ieiunij decis.* 47. & *decis.* 80. Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 2. *quæst.* 29. & plures alij relati à Sanchez, & etiam à Ioanne Sancio *in selectis disput.* 51. *num.* 22. qui & eos sequitur Ratio est, quia dum Prælatus existente necessitate, aut iusta causa dispēsat ad esum carnium, aut aliorum ciborū prohibitorum dispensat absolutè, & sine vlla conditione & restrictione relaxat vinculum præcepti. Et ita etiam ille, qui ob euidentem necessitatem absque dispensatione potest edere carnes, vel oua, & lacticinia in tempore ab Ecclesia prohibito, edendo carnes, aut oua, & pisces simul non peccat contra præceptum abstinendi à carnibus, & ouis, ac lacticiniis, quia ratione talis necessitatis Ecclesia ab hoc præcepto excusat absolutè. ita Sanchez, & alij modo relati. Et sic quoque qui ex priuilegio Bullæ Cruciatæ in diebus prohibitis potest edere lacticinia, vel carnes, nullo modo peccat contra præceptum abstinendi à dictis cibis, si vnà cum illis vescatur piscibus; quia Priuilegium absolutè liberat à vinculo præcepti, & pro libito potest vesci lacticiniis, vel carnibus. ita Azorius, Fagundez, Reginaldus, Filliuccius *locis citatis*, Sanchez *dub.* 14. *num.* 8. Diana *d.* versic. *omnes*, & colligitur ex aliis Doctoribus allegatis. 186.

Diximus *non peccare contra præceptum*, &c. nam poterit peccare peccato gulæ, & contra temperantiam, vt si pisces ei noceant, vel si superfluè eos comedat (quod tamen peccatum secluso notabili nocumento præuiso non erit mortale, sed veniale) vel peccato scandali, si alios scandalizet; si etiam adsit statutum Synodale in Diœcesi ne in quadragesima edantur simul carnes, & pisces (vt in Toletana, Abulensi, & Hispalensi Diœcesi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibetur statuto Synodali, vt referunt Sanchez *d. num.* 6. & Ioannes Sancius *d. disput.* 51. *num.* 21.) peccabit contra tale statutum, & innodabitur excommunicatione, si in notabili quantitate pisces edat. ita vterque Sancius *locis citatis*. 187.

Porro si edatur cum carnibus, aut ouis, & lacticiniis parum de piscibus ad excitandum appetitum pro comedendo 188.

comedendo

dendo totom, quo ad voum prandium, vel vnam cœnam necesse est, oon erit peccatom neque veniale contra temperantiam iute naturæ seruodam. vt Rodriquez, Sanchez, Azorius, Faguodez, Filliuccius *locis citatis* & alij omoes, id eoim concessum est iure naturæ; vnde etiam sic dispensatus ad carnes, simul cum carnibus edens pisces ad excitandum appetitum, quia tali excitatione iodigeat ad sumeodam refectionem conuenientem, non incidit in excommunicationem præfatam Synodalem; quia cum id sit concessum iure naturæ, non est æquum à iure positiuo prohiberi. ita Sanchez *dict. dub.14.num.7.* allegaos Aoglem, Cordubam, Ludouicum Lopez & Vegam, & Ioannes Sancius *d. num.21.* addens non fore tali excommunicationi obnoxium, qui pisce saluberrimo, & sano (qualis est truta) vesceretur absque vlla necessitate excitandi appetitum, quia eum noo noceat saluti non læditur temperaotia, & consequenter nullum aderit peccatum saltem mortale; quod oisi interueniat excommunicatio saltem maior ferri, & iocurri oon potest: & hoc idem Leandro *d. tract.5. disput.2. quæst.30.* De habente etiam priuilegium edendi oua, & lacticinia Azorius, & Fagundez *locis citatis* addunt ei licere in eodem, & eadem cœna vesci simul ouis, lacticiniis, & piscibus; tum quia fieri potest, vt si quis solum praodio piscibus vtatur, sibi noceat; quare per priuilegium Pontificis ei conceditur potestas ouis simul, & piscibus vescendi; tum quia accidere potest, vt oua taotum, & lacticinia ooo sufficiant vni homini ad iotegrum prandium, vel cœnam, vel è contra vt pisces ei non sufficiant.

Religiosi exempti an teneantur seruare ieiunia, & abstinentias, quæ ab Episcopis per statutum synodale, aut edictum certo die indicta sunt: vbi an teneantur legibus synodalibus, Episcoporumue obedire.

589\. Circa illud autem statutum synodale prohibens sub excommunicatione io quadragesima edere simul carnes, & pisces, vbi est, aduertendum Religiosos exemptos non teneri illud seruare, licet esset Concilij Prouincialis etiam approbati à Papa. ita Sanchez *d. dub.14. num.9.* & ratio est, quia Ordinarius auctor talis statuti non habet iurisdictionem in tales Religiosos, & confirmatio simplex, & tantum approbatio Papæ nihil addit, vt dictum est supra *num.106.* & tradit etiam Syluester *verbo* irregularitas *quæst.4.* relatus à Sanchez *d. n 9.* vbi etiam ait ita sensisse Doctores iuniores. Addit tamen idem Sanchez *ibidem*, quod hi Religiosi exempti ex consuetudine possent teneri.

590\. Quamois autem idem Sanchez *lib. 4. summ. cap. 15. num.21.* prædictis doctrinam contrariam tradiderit, vt notaui *in tract. de triplici iubilei priuilegio sect.4. casu 18. num. 32.* versic. *quamuis contrarium etiam.* ibi eoim dicit quod legibus synodalibus Episcoporum in omnibus actionibus communibus, quæ lege synodali præcipiuntur, teneotur Religiosi etiam exempti obedire. quod idem doceot Vasquez, Bonacina, & Lezana *locis allegatis* à me dicto versic. *quamuis contrarium*, asserentes Religiosos exemptos saltem ea vi iuris naturalis teneri obedire constitutionibus synodalibus, & Episcoporum concernentibus actiones communes totius populi, & non derogantibus obseruantiæ regulari; quibus Doctoribus addo Villallobos *p.1. summ. tract.23. diff.5. num. 6.* vbi asserit si Episcopus edicto, vel lege statuat ieiunandum in tali die io tali loco suæ Diœcesis, etiam Religiosos exemptos ibi viuentes obligari ad obseruantiam talis ieiunij; quia licet Episcopus noo sit illorum superior quoad vim coactiuam, tenentur tamen iure naturali se conformare aliis.

591\. Contrarium tameo & Regulares, ac Monachos exemptos non teneri seruare ieiunia (secluso aliorum scandalo) ab Episcopo certo die, vel sua lege, ac constitutione indicta ostendi *d. casu 18. eodem num.32.* versiculo *Neque etiam, vsque ad finem numeri*; & præter alios Doctores *ibidem* relatos docent io terminis Azorius *p.1. lib.7. cap.10. quæst.2.* Sanchez *d. dub.14. num.9.* & infra *dub.20.num.2.* Fagundez *præcepto 4. lib.1. cap.7. num.4.* Suarez de legibus *lib.4. cap 20. num.8* Diana *p.1. tract.9. resolut. 26.* Hieronymus Rodericus *in summ. qq. reg. verbo* ieiunium *num.18.* Bordonus *tom.1. qq. reg. resolut.18. num 5.* Franciscus Cespedes *in tract. de exempt. reg. cap.20. dub.3 §1. num.2. 3. & 4.* & Tutlench *in decalog. lib.3. cap.2. dub.5. num.2.* & rationem ibi adduxi iam *num.189.* positam, scilicet quod Regulares exempti, cum fiot exempti à iurisdictione Episcoporum, noo ligantur eorum legibus, & statutis; & quod Tridentinum *cap.12. sess.25. de Regularibus* specialiter statuit, scilicet, interdicta, & festa, ab Episcopis iodicta debere obseruari à Regularibus, non est extendendum ad ieiunia, & ad alia, quæ in synodalibus constitutionibus, vel ab Episcopo præcipiuntur, vt dixi *d. num. 73.* imò ex eo, quod Tridentinum obligat Regulares solum ad obseruantiam festorum, & interdictorum ab Episcopis in sua diœcesi indictorum firmatur regula in contrarium quoad alia. Neque dici potest, teneri Regulares exemptos ad communia ieiunia ab Episcopo indicta ex vi iuris naturalis dictantis partem noo debere discrepare à toto; quia, vt docet Sanchez *d. dub.21. num. 2. fine*, & dixi *d. num.73.* sunt diuersus status à statu laicorum, & Clericorum, & habent caput, & corpus diuersum, vnde non suot propriè membra populi (vt notauit etiam Gordonus *d. num 5.*) licet à fauoribus populo competentibus oon excludantur. Quod vero dictum est de Regularibus, & Monachis exemptis à iurisdictioue Episcoporum, idem puto omninò dicendum de Monialibus exemptis à iurisdictione Episcoporum, & subiectis Regularibus, scilicet, illas non obligari vllo modo ieiuniis à statutis synodalibus, & constitutionibus Episcopum indictis, militat eoim eadem ratio, & ita etiam Cespedes *d.cap.20. dub 3§3.num.3.* vbi etiam *num.2.* cum Pasqualigio de ieiunio *decis.197.* asserit etiam Moniales non exemptas, & Episcopo totaliter subiectas non teneri ad ieiunia, quæ ab Episcopo imponuntur vniuersaliter pro Ciuitate, vel etiam pro tota Diœcesi non facta speciali mentione Monialium; seu quod velit etiam Moniales sibi subiectas ad dicta ieiunia teneri; idque ob eam rationem, quod lex, seu præceptum vniuersale Episcopi dirigatur ad populum, vel ad ciues, Moniales autem licet non exemptæ, non sunt de communitate populi, aut Ciuitatis, cum constituant diuersum Ordinem, & distinctam communitatem; ergo nisi Episcopus aliquo modo expresserit, seu indicauerit se habere intentiooem obligandi etiam Moniales non erunt comprehensæ in lege, aut præcepto generali ieiunij. Sed videtur satis exprimere intentionem suam, dum fert legem, seu præceptum vniuersaliter de materia etiam Monialibus conuenienti, seu aptabili, & in ordine ad quem obtinendum non minus, sed etiam magis possunt Moniales concurrere, vt si Episcopus indiceret generale ieiunium in aliqua vrgenti necessitate, putà, pestis, belli, vel magnæ siccitatis, aut sterilitatis ad implorandam diuinam opem; vel ad reddendas Deo gratias pro communi beneficio à Deo accepto; licet enim Mooiales sint in diuerso statu, nihilominus sunt subiectæ iurisdictioni Episcopi: & ideo non mirum si Episcopi lex generalis de materia oon minus ipsis, quam aliis de populo, aut ciuitate aptabili, & respiciente finem ipsis, & populo communem, ad cuius consequutionem ipsæ etiam valdè iuuare possunt, ad ipsas etiam se extendat ex Episcopi intentione. Et ita videmus in praxi similes leges, aut præcepta Episcoporum seruari etiam à Mooialibus subiectis.

Religiosi

Religiosi an teneantur seruare ieiunia, & abstinentias generali consuetudine inductas.

192. Etsi quoque Azorius *d. quæst.2.* Fagundez *dict. cap. 7. num.3.* Villallobos *d. diff.5.eodem num.6.* Diana *d.res.26.* Turllencb *d. num.2.* Bonacina, Vasquez, & Lezana locis à me *d. casu 18.citato num.73.* versic. *Quamuis* allegatis, dicant si in aliqua Prouincia, oppido, vel loco recepta sint generali consuetudine nonnulla ieiunia, aut abstinentia tantum à carnibus, ea quoque obligare Monasteria, & Religiosorum collegia intra eundem locum, vbi ea generalis consuetudo viget, constituta. Quod probant Azorius, & Fagundez, quia sunt ea ieiunia in ea circumstantia omnibus communia, & moribus omnium in eo loco habitantium probata. Vasquez vero, & Bonacina probant, quia Religiosi stante tali consuetudine generali ex vi iuris naturalis tenentur eandem consuetudinem seruare; secus autem aiunt, si consuetudo non esset generalis, sed tantum Clericorum, aut laicorum. Nihilominus *dicto num.73.* tenui contrarium, & Religiosos exemptos non obligari tali consuetudine generali laicorum, & Clericorum ieiunandi, aut abstinendi à carnibus certo die, vel ab ouis, & lacticiniis in diebus ieiuniorum extra quadragesimam, quando non est consuetudo generalis totius Ecclesiæ, sed particularis, quod præter Syluestrum, Anglem, Medinam à me *ibidem* citatos, asserunt etiam Sanchez *lib.5. consil. mor. cap.1. dicto dub.21. num.2.* & Bordonus loco *suprà* allegato, idque latè probaui *d.num.73.* versic. *Neque etiam*, scilicet, tum quia cùm sint diuersi status secularium, Clericorum, & Religiosorum, sunt diuersæ consuetudines; Tum quia Religiosi exempti à iurisdictione Episcoporum, & laicorum eximuntur etiam à consuetudinibus, & statutis, seu legibus particularibus laicorum, & Clericorum, quia habent propria onera, & non coguntur alia onera sustinere, nisi quæ summi Pontifices, & eorum Prælati imposuerint. Quare etiam eo ipso, quod sunt exempti ob diuersitatem status, constat non teneri seruare prædictas consuetudines, & leges particulares, neque etiam ob vniformitatem, cum Clero, & populo (vt dixi) & consequenter neque quoad vim coactiuam, neque quoad directiuam; Solum ergo tenerentur seruare talem consuetudinem ad vitandum scandalum, vbi timeretur; vel si ipsi quoque Regulares in eandem consuetudinem superiorum suorum expressa, vel tacita approbatione accedente consenserint, & illam vt obligantem acceptauerint, & obseruauerint. Et hoc fortè sensu loquuti sunt Azorius, & alij Doctores præallegati, vt etiam notaui *d. num.73. fine.*

Religiosi an teneantur ad ieiunia regulæ, & alias obseruantias etiam extra claustra.

193. Ex his infertur, si Religiosi ex vi regulæ proprij ordinis obligati sunt abstinere ab aliquibus cibis in certis diebus, licet apud sæculares sit inducta legitima consuetudo illos iisdem diebus comedendi, non posse eosdem Religiosos vti tali consuetudine, seu illi se conformare, & iisdem diebus præfatos cibos edere, nisi etiam apud ipsos talis consuetudo fuerit legitimè introducta; Cum enim ob status diuersitatem consuetudo sæcularium non liget Regulares exemptos, quando inducit nouam obligationem, ita neque fauet iisdem Religiosis, quando inducit obligationem, & ita etiam in terminis tenet Villallobos *d. diff.5.n.7.*

194. Et non solum intra claustra non est fas Religiosis se conformare tali consuetudini vescendo cibis prohibitis, quos propria regula illis vetat, sed neque extra claustra in domibus ipsorum sæcularium; vniuersaliter enim Regulares, qui tenentur ad ieiunia, & abstinentias à certis cibis in suis regulis, vel constitutionibus indicta, tenentur ea obseruare etiam extra claustra, seu Monasteria in domibus sæcularium, nisi aliter in eorum statutis exprimatur; vt etiam in terminis tradit Bordonus *d. resol. 18. num. 4.* & ratio fundamentalis, & conuincens est, quia huiusmodi obligationes non sunt locales, sed personales Religiosum ipsum comitantes, ac proinde eum afficientes quocunque pergit; etenim leges dicuntur obligare localiter, quando legislator habet Diœcesim, & territorium (quod est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque Ciuitatis iuxta Glossam *verbo* territorium *cap.2. de constitut. in 6.* per textum *in l. pupillus ff. de verb. signif.*) quale habent Papa, Episcopus, & Princeps sæcularis. Prælati autem Regulares nullum habent huiusmodi territorium; exercent enim suam iurisdictionem, & potestatem in suos subditos regulares independenter in quouis loco, vnde tenentur obedire censuris, & aliis præceptis, quamuis delinquant extra claustra; & consequenter etiam tenentur obseruantiis regularibus extra claustra, ac si essent intra illa. Confirmatur ex eo, quod Religiosus factus Parochus Ecclesiæ sæcularis non solum tenetur votis Religionis, & præcepto portandi habitum iuxta omnes Doctores, sed tenetur etiam vigiliis, & abstinentiis, & reliquis obseruantiis regularibus, quæ in Ecclesia sæculari vnà cum Parochiali munere seruari commodè possunt; seu quæ munus Parochiale non impediunt, sed potius adiuuant, vt post Syluestrum *verbo* Religio 7. *quæst.1.* Angelum *verbo* Monachus *num.7.* Azorium *p.1. lib 12.c.19. quæst.15.* & alios docet Sanchez *tom.2. summ. lib.6.cap.6. num.36.* Et hanc sententiam tenet etiam Salas de legibus *disput.14. sect.6.* versic. *ego autem credo, fine*; vbi dicit quod omnes sentiunt præcepta superiorum obligare vbique Religiosos subditos, & oppositum esset Religiosorum perniciei. Et equidem statuta, constitutiones & regulæ Religiosorum frustrarentur, si tam facilè Religiosus posset se eximere eundo extra claustra, seu Monasterium, & ad domos sæcularium, quod est sibi facillimum.

Sæculares an ieiunia ab Episcopo indicta teneantur seruare etiam in loco exempto præsertim in Monasteriis existentes.

An autem sæculares Episcopis subditi ieiunia ab iisdem Episcopis indicta teneantur seruare etiam in Monasteriis Regularium intra diœcesim existentibus; ita vt si sæcularis accedat ad aliquod Monasterium Regularium eo die, quo ieiunium à suo Episcopo indictum in Diœcesi obligat, & ibi ieiunium frangat, peccet contra legem Episcopi, & incurrat censuram, si quæ est ipso iure lata contra legem ieiunij violantes. Negant Pasqualigius de ieiunio *decis.213.* & post eum Cespedes *d.tract. de exempt. reg. cap.14. dub.217.* qui allegant etiam Bonacinam *de legib. disput.1. quæst.1. puncto 6. num. 66.* vbi ex doctrina de qua mox, ait inferri posse eos, qui Mediolani cum Religiosis exemptis in loco exempto, ibique non seruant ieiunia ritu Ambrosiano præscripta, quæ seruari non consueuerunt à Religiosis exemptis iuxta Romanum ritum excusari à peccato. Hæc negatiua probatur, quia Doctores magis communiter asserunt leges, & statuta Episcopi non extendi ad loca exempta constituta intra ipsius territorium, seu non obligare subditos existentes non solum extra Diœcesim, sed etiam existentes intra Diœcesim in loco exempto. ita Hugolinus *de cens. tab.1. cap. 9. §.3. num. 3.* Suarez de censuris *disput.5. sect.4.* & *lib.3. de legib. cap.32.* & innumeri alij, quos referunt partim ipse Hugolinus, partim Salas *de legib. disput. 14. sect.6. num.85.* Layman *lib.1. tract.4. cap.11. num. 5.* & Castrus Palaus *tom. 1. tract. 5. disput.1. puncto 24.§.5. num.29.* loca enim ideo vocantur exempta, quia eximuntur à iurisdictione illius, cuius sunt exempta, & licet locus exemptus sit in diœcesi, nihilominus in ordine ad iurisdictionem Episcopi, à quo exemptus est, æquiparatur loco sito extra diœcesim, & 195.

consequenter

consequenter Episcopus non potest ibi iurisdictionem contentiosam exercere exceptis casibus expressis in iure. Idque procedere non solum quoad loca exempta, in quibus Iudex territorij exercere iurisdictionem non potest, sed alterius iurisdictioni subduntur, puta alteri Episcopo, vel Papæ sunt subiecta; sed etiam quoad Monasteria Regularium exempta aiunt in terminis Henriquez *lib.13. summ. cap.6. §. 2.* & Layman *d. num. 5.* & iidem Pasqualigius, & Cespedes.

196. At Suarez *d. sect.4. num.* 10. Marius Alterius de censuris *lib.3. disput.9. cap.5.* versic. *Hoc intelligendum.* Salas *d. sect.6.* versic. *ego autem.* Filliuceius *tom.1 tract.11. c.5. num.* 149. & Castrus Palaus *d. §. 5. fine*, volunt præfatam doctrinam communem quoad leges, & statuta Episcopi non obligantes subditos existentes, seu delinquentes in locis exemptis intra territorium, seu diœcesim sitis, non intelligi de Monasteriis Religiosorum exemptis; aiunt enim nomine locorum exemptorum intelligi loca penitus exempta, scilicet ratione loci, & personarum, & alteri Episcopo, aut Prælato in loco, & erga personas ibi degentes iurisdictionem Episcopalem habenti (cuiusmodi Conimbricæ ait Salas esse Parochiam S. Crucis exemptam à iurisdictione Ordinarij, & Priori illius Conuentus subiecta, & plura alia similia loca à iurisdictione Episcopi Ordinarij, intra cuius diœcesim sunt sita, exempta, & subiecta quoad locum, seu territorium, & quoad personas alteri Prælato ibidem habenti iurisdictionem Episcopalem) non autem per loca exempta intelligi Ecclesias, aut Monasteria Religiosorum Exemptorum, quæ non sunt penitus exempta ratione loci, sed tantùm ratione personarum; non enim loca ipsa sunt propriè exempta, cum Prælati ibi non soleant habere Episcopalem iurisdictionem, sed personæ ibi habitantes, quæ priuilegiatæ sunt dicuntur exemptæ: Vnde Prælati Regulares huiusmodi Monasteriorum non dicuntur habere territorium, & iurisdictionem respectu loci, sed tantum in personas regulares sibi subiectas ibi degentes, & ita iuxta eosdem Doctores subditi Episcopi Diœcesis, & territorij, in quo sita sunt hæc Monasteria Religiosorum, aut Monialium exemptorum illuc accedentes ligantur legibus, seu præceptis, aut statutis eiusdem Episcopi latis pro suo territorio, & illa ibidem violantes peccant, & incurrunt censuras latas contra violantes, & consequenter iuxta eosdem Doctores ieiunia ab Episcopo generaliter in sua Diœcesi, vel pro aliqua Ciuitate indicta subditi existentes in Monasteriis Religiosorum exemptorum tenentur obseruare. Addit Salas, quod consuetudo ita interpretatur, vt quoad illam generalem, & communem doctrinam per loca exempta non intelligantur præfata Monasteria, & certè si intra Monasteria Religiosorum exemptorum intra territorium Episcopi constituta liceret subditis eiusdem Episcopi transgredi leges, & præcepta ieiuniorum, non ludendi certis ludis (quale præceptum solet in pluribus Episcopatibus imponi Clericis) & similia, cum vbique sint multiplicata Monasteria Regularium exemptorum, pateret aditus fraudibus, & facile eludi à multis possent eiusmodi Episcoporum leges, et præcepta. Vt in simili dixi supra *tit.5. n.33.* solùm ergo à ieiuniis particularibus ab Episcopis indictis existimarem excusari sæculares degentes in Monasteriis regularium exemptorum, hi enim cum sint famuli, seu familiares intra eadem Monasteria vitam cum iisdem Regularibus agentes, non est mirum si in modo viuendi possint licitè se iisdem Regularibus conformare, maximè stantibus pluribus priuilegiis Regularium, respectu eorundem famulorum, seu familiarium, qui ipsis inseruiunt, & cum ipsis viuunt. Pro maiori prædictorum confirmatione addi potest, quod Salas *d.* versiculo *ego autem* notat, scilicet, valdè probabilem esse opinionem Federici, & Marsilij dicentium absolutè statuta Episcopi obligare in loco exempto contento intra territorium statuentis.

Nam textus, qui pro contraria communi opinione afferuntur, solum probant Episcopos in his locis non posse exercere quosdam peculiares actus iurisdictionis, aut alios similes concernentes iurisdictionem contentiosam, & solemnem cum authoritate, & strepitu iudicij, quales sunt habere ibi tribunal, publicare edicta, vel statuta, capere reos, & similia, de quibus *in cap. cum Episcopus de offic. Ord. in 6. & cap.1. de priuil. eod. lib. & Clem. fin. de priuil.* exemptio autem, cum sit priuilegium quoddam, & odiosa respectu iudicis Ordinarij, seu Episcoporum (quidquid secus Pasqualigius, & Cespedes locis *suprà* allegatis) non operatur vltra expressam intentionem priuilegiantis, ita Salas Addens se credere hunc esse vsum, & consuetudinem, & communem omnium sensum, vt Clerici, vel alij in locis exemptis intra territorium sitis non minus censeantur obligari statutis, & edictis Episcoporum, quàm in aliis locis territorij, & maximè quia statuta, & edicta (vt iam dictum est) frustrarentur, si tam facile quis posset ab eorum obligatione eximi, ingrediendo locum exemptum, quem propè se haberet. Et eadem etiam ratione dici posset habitantes loca exempta non obligari extra illa statutis, edictis, aut præceptis suorum Prælatorum, quod non potest negari esse absurdum præsertim quoad Regulares iuxta tradita supra *num.* 194. Cæterum redeundo ad materiam huius paragraphi propriam sit

Dispensatus ad carnes in die ieiunij, an possit edere omne genus carnis, suinam, bubalinam, &c. etsi sibi noceat.

Dubium tertium. An ex iusta causa dispensatus ad carnes, seu habens manifestam necessitatem, ob quam ei licet absque dispensatione in diebus ieiuniorum, vel aliis diebus, in quibus carnes prohibentur, possit absque violatione præcepti Ecclesiastici de ieiunando, vel abstinendo à carnibus, edere quodcunque genus carnis, nempe lardum, leporem, hædum, capream, bouem, & alias carnes infirmis nociuas, & disconuenientes. 197.
Ioannes de la Cruz *in suo directorio conscientiæ* relatus à Ioanne Sancio *d. disput.54. num.10.* & Diana *p.1. tract.9. resol.47.* dixit non licere dispensato ob infirmitatem in esu carnis tempore Quadragesimæ comedere suinum, & alias carnes nociuas, quia per medicum non dispensatur in istis cibis nociuis.

Sed iuxta tradita suprà *num.*186. dicendum est huiusmodi dispensatum ad carnes, seu eum, cui ob euidentem necessitatem licet comedere carnes in diebus prohibitis illas edere, edendo carnes nociuas etiam in magna quantitate, etiamsi tota refectio ex illis fieret, non peccare contra præceptum Ecclesiasticum abstinendi à carnibus; cum sit absolutè dispensatus, aut excusatus propter euidentem necessitatem; ac proinde liber ab obligatione præcepti Ecclesiastici, vt *d. num. 186.* dictum est. & ita tenent Sanchez locis supra *d. num.186.* relatis, Turlleoch *lib.3. cap.2. dub.2. num.9.* Ioannes Sancius *d. num.20.* Villalobos *d. diff. 8. num. 11.* & Diana *dicta resolut.47.* Peccabit tamen peccato gulæ, & contra præceptum naturale temperantiæ edendo in tanta quantitate, vt sibi noceat, secùs verò si paruam quantitatem, vt excitet appetitum ad capiendam integram refectionem iuxta tradita supra *num.*188. & ita tradunt etiam præallegati Doctores. 198.

Dispensatus ad carnes an possit edere oua, & lacticinia.

Dubium quartum, an is, cui ex priuilegio, vel dispensatione iusta licet in quadragesima comedere carnes, possit licitè comedere oua, & lacticinia. Aliqui ab Azorio *p.1. lib.7. cap.10. quæst.4.* tacitis nominibus relati negarunt, eo quod priuilegium, & dispensatio cum iuri communi deroget, sint strictè interpretanda; ac proinde 199.
cui

cui conceditur vnum ex diuersis prohibitis, non statim censetur concessum alterum, quamuis minus. At affirmant Azorius *ibidem*, Reginaldus *lib.4. num.* 170. Filliuccius *tom.2. tract.*17. *cap.*3. *num.*50. Turllench *lib.*3. *cap.*2. *dub.*2. *num.* 8. Ouiedus *in* 1.2. *tract.*6 *controu.* 5. *puncto* 3. *num.*26. Pasqualigius *decis.*48 Leandrus Discalceatus *d. disput.*2. *quaest.* 31. & alij Recentiores sequuti Medinam *in summ. lib* 1.*cap.*14.§.10. Ratio est, quia oua, & lacticinia trahunt originem à carnibus, ac proinde concessis carnibus multo magis censentur concessa oua, & lacticinia, & confirmatur, quia cui conceditur maius, intelligitur etiam concessum id, quod est minus.

Dispensatus in quadragesima ad oua, an possit vti lacticiniis.

200. Dubium quintum, an is, qui ex priuilegio, vel dispensatione, aut euidenti necessitate potest in diebus quadragesimae edere oua, possit etiam licitè vesci lacticiniis, caseo, butyro, & lacte. Negat Bonacina *de praecept. Eccl. disp.* 10. *q.* 1. *puncto* 2. *n.* 4. propter rationem *num. praecedenti, initio*, adductam, oua enim & lacticinia sunt quid diuersum, & dispensatio est odiosa, vnde concesso vno, non videtur eo ipso alterum concessum, & ita nec esse licitum in apparandis, & condiendis ouis, vti caseo, butyro, vel lacte, & è contra qui ex priuilegio, vel dispensatione potest vesci lacticiniis, non poterit edere oua. Nihilominus affirmandum prout etiam affirmant Medina, Azorius, Reginaldus, Turllench locis *numero praecedenti* relatis, Filliuccius *d.n.*50. *& n.*59 Villallobos *tract.*23. *diff.*8. *n.*3. & Leandrus Discalceatus *d disp.*2. *q.*32, *&* 33. tum quia oua solent apparari cum aliquo ex his, nempe lacte, vel butyro, tum quia haec omnia videntur esse eiusdem omninò rationis, cum ex carne trahunt originem & vnica esse videtur eorum prohibitio, & consequenter vnica erit concessio; seu cui vnum conceditur, videtur alterum etiam concessum. Dixi *ex priuilegio, vel dispensatione, aut euidenti necessitate.* Nam si ex consuetudine alicubi introductus sit tantum vsus lactis, aut solius casei, talis consuetudo erit attendenda, & tantum lacte vti licebit, & non reliquis, & idem vbi solus ouorum vsus est introductus: Consuetudo enim habet vim legis; at si lex aliqua permitteret tantummodo lac, aut tantummodo caseum, lacte, & ouis negatis, non liceret eis vti. ita Abulensis *ad cap.*6. *Matth.q.* 171.

Cui interdicuntur oua, an censeantur prohibita etiam carnes, vbi an votum non edendi oua, & lacticinia comprehendat etiam abstinentiam à carnibus.

201. Dubium sextum; an cui interdictus est esus ouorum, censeatur interdictus esus carnium. Negant Syluester *verbo* ieiunium *q.*7. *d.*2. Azorius *d. c.*10. *q.*2. Reginaldus *d.lib.*4. *n.*146. & Bonacina *d. puncto* 2. *eodem num.* 4. Ratio est, quia sunt res diuersae; ac proinde vnum ex necessitate non includitur in alio.

Sed pro maiori declaratione explicandum est, an vouens abstinere ab ouis, & lacticiniis teneatur abstinere à carnibus, ita quod votum abstinendi ab ouis includat etiam abstinentiam à carnibus. Villallobos *d. tract.* 23. *diff* 8. *n.*5. asserit hunc vouentem censeri habuisse intentionem abstinendi etiam à carnibus, nisi dum vouet, habuerit propositum contrarium. Syluester, Azorius, Reginaldus *locis citatis*. Sanchez *lib.*4. *sum. ca.*1.*n.*46. & Fagundez *praecepto* 4. *lib.*1. *cap.*6. *n.*7. & Portel *in dubiis regularibus verbo* ieiunium *num.*5. si vouens nihil cogitauit de carnibus, aut non meminit, quid cogitauerit, quamuè intentionem circa abstinentiam à carnibus habuerit aiunt in tali dubio posse licitè edere carnes: tum quia in tali dubio vouens non tenetur sequi, quod tutius est; tum quia, cum abstinentia ouorum, & lacticiniorum sit rei minoris, minusque dilectae non extenditur ad rei maioris, magisque dilectae abstinentiam. Sed quid si vouens in tali dubio crederet, quod si dum vouit venissent in mentem carnes, vouisset quoque abstinentiam ab illis. Azorius *vbi supra* dicit non esse in hoc casu vouenti licitum edere carnes. At Sanchez, & Portel aiunt non obstante tali affectu, & quod vouisset etiam abstinentiam à carnibus, si tempore voti menti occurrisset, vouentem posse edere carnes; quia ad inducendam obligationem, aut ad eximendam ab ea non attenditur qualis voluntas habenda foret, si se obligans meminisset; sed qualis habita est. Amplius ait idem Sanchez hoc verum esse, etiamsi tempore voti meminerit carnium, & voluerit ab illis abstinere; adhuc enim (inquit) potest vouens illis vesci; nisi etiam voluerit eam intentionem in suum votum cadere, eo quod intentio tempore voti concepta non obligat, nisi ea in voto claudatur iuxta tradita ab eodem Sanchez *d. cap.*11. *num.*5. Addit idem Sanchez *n.*47. & post eum Portel *vbi suprà*, nec eum, qui vouit abstinentiam ab ouis teneri abstinere à lacticiniis, nec è contra qui à lacticiniis, teneri ab ouis, nisi in vtroque casu constet de expressa vouentis intentione vtramque abstinentiam comprehensam esse, eo quod haec sint verè diuersa, nec vnum in alio includatur.

Cui prohibentur carnes, an censeantur prohibita oua, & lacticinia, vbi an votum abstinendi. à carnibus includat abstinentiam ab ouis, & lacticiniis.

Vtrum autem, cui prohibentur, seu interdicuntur carnes intelligatur etiam prohibitus esus ouorum, & lacticiniorum: affirmant Couarruuias *lib.*4. *var.c.*20.*n.*14.& alij allegati ab Azorio *d.q.*2. id probantes *ex cap. denique d.*4. vbi ex hoc quod in quadragesima prohibetur esus carnium, colligitur esum ouorum. & lacticiniorum etiam interdici. At negant Azorius *ibidem* alios allegans, Reginaldus *d. lib.*4.*n.*145. Bonacina *d.n.*4.& Turllench *d.n.*8. tenentes, si lege prohibeantur carnes, & nil aliud de ouis, & lacticiniis exprimatur, non censeri prohibita oua, & lacticinia; Et ita sentit etiam nouissimè Leandrus Discalceatus *de praecept. Eccl tract.*5.*disp.*2.*q.*4. Probant, quia sunt res distinctae, quarum vna prohiberi potest, alia non prohibita, & alia concedi, non concessa alia, & patet experientia in feria sexta, & Sabbatho in quibus prohibentur carnes, & conceditur esus ouorum, & lacticiniorum; Accedit quod poenae legibus irrogatae restringi debent, & praeterea non eo ipso, quod lex prohibet, quod maius est, continuo sequitur, vt prohibeat etiam quod minus est *d. can. denique*, & *can. presbiter d.*81. *Eodem* autem *can. denique* in Quadragesima prohibentur non solum carnes, sed etiam oua, & lacticinia, quia D. Gregorius *ibidem* id exprimit, ibi *par est*, *&c.* quae verba continere praeceptum explicaui *in tract. de triplici iubilei priuilegio casu* 18. Hinc si esus carnium solum consuetudine aliquo die prohiberetur, multò minus censeretur prohibitus esus ouorum, & lacticiniorum; nam consuetudo (vt *n.* 200. dictum est) vnum prohibens aliud non vetat, & vnum concedens non concedit aliud. Hinc etiam, qui vouisset aliquo die extra quadragesimam abstinere à carnibus, & non cogitasset de ouis, vel dubitaret, an cogitauerit, in tali dubio non teneretur abstinere ab ouis ob eandem rationem. quod sunt res diuersae, & in dubio fauendum est vouenti pro quo stat possessio; quod si vouisset abstinere à carnibus in quadragesima, tunc in dubio putarem eum voto ligari ad abstinentiam etiam ab ouis, & lacticiniis; nam videretur vouisse idem, quod praecipit tunc Ecclesia, & ita etiam abstinentiam ab ouis & lacticiniis. 202.

Quod si quis vouit abstinere à carnibus an possit vesci iure, in quo carnes coctae sunt Sanchez *d.c.*11.*n.*48. Portel *d. verbo* ieiunium *n.*6. dicunt absolutè teneri abstinere, si non habuit expressam intentionem se non obligandi ad abstinentiam à iure, & licet si tempore voti occurrisset memoriae 203.

memotiæ talem intentionem haboisset. Probat Saochez, quia huiusmodi vntum absolutè emissum obligat instat præcepti Ecclesiastici interdicentis earnes (iuxta doctrinam eiusdem Sanchez *d.cap.*11.*num.*31.) præceptum autem Ecclesiasticum nbligans abstinere à catoibus obligar etiam abstinere à iute, in quo coquuotur, quia catnis substantiam imbibitam habet, vt supra *num.*61. dictum est, & ita etiam sentit Castrus Palaus *to.*3.*tract.*15. *disput.*1. *puncto* 12. *num.*11.

Qui habet experientiam se infirmari ob abstinentiam à carnibus, aut ouis in Quadragesima non tenetur expectare per aliquot dies ad experiendum, an abstinentia noceat vel non.

204. Demom aduertendum eum, qui habet antiquam experientiam sibi esse nociuum carnibus noo vti in Quadragesima, non teneri in fututis Quadragesimis abstinere à carnibus ad probandum, aut experiendum, an abstinentia noceat, vel non, nec teneri medicum liceotiam denegate nisi præmisso tali medicamento, alioqui nunquam licerer veici earnibus ob præsernationem, sed solum ob ptæsentem infirmitatem minitantem iocrementum, respectu euius maioris ægritudinis præcaueodæ licentia ad earoes diceretur esse concessa ratione præsetuatioois: quod tamen intelligendum oisi maximè dubitaretut causam oocumenti cessasse, vel quia ante quadragesimæ tempus medicamenta fuerunt applicata, aut temperies mutata, vel aliquid aliud. ita Lopez *p.* 2. *instru. cap.* 112. & Ioaones Cruz 3. *precepto de ieiunio art* 4. *dub.*9. *concl.*3.

SVMMARIVM §. V.

*Vnica refectio, seu comestio est de essentia ieiunij, intelligitur de refectione completa, & perfecta, & non excluditur serotina refectiuncula. n.*205.

*Potio vini, aquæ, & ceruisiæ non frangit Ieiunium, etiamsi sæpius vinum sumatur in fraudem ieiunij. n.*206.

Quid de liquidis multum nutritiuis sumptis extra consuetam refectionem. ibidem.

*Quid de potione chocloatis sumpta extra eandem consuetam refectionem an frangat ieiunium. n.*207.

*Pomum, aut quid simile sumere ante, vel post prandium ad sedandam sitim non frangit ieiunium. n.*208.

*Enumerantur casus, in quibus aliquid nutritiuum extra refectionem ordinariam sumi potest in diebus ieiuniorum absque fractione ieiunij, & peccato vllo, & sunt si sumatur medicina curatiua, vel præseruatiua, vel per modum medicinæ, de quo plura exempla ponuntur, vel vt proprio officio satisfiat, vel quia id charitas exigit. n.*209.

Extra ordinariam refectionem in die ieiunij sumens modicum cibi etiam ob solam voluptatem non frangit ieiunium, nec peccat mortaliter. n 210.

Cauendum tamen ne sæpius in die fiat, nam multiplicatio induceret mortale. ibidem.

Plures paruæ cibi comestiones in eodem die ieiunij an, & qua ratione constituant obiectum peccati mortalis, & per eas ieiunium frangatur. ibidem.

Quænam sit dicenda parua, & modica cibi quantitas, per quam sumptam extra ordinariam refectionem, & refectiunculam serotinam non frangitur ieiunium. n 211.

Qui in die ieiunij ob aliquod negotium peragendum, tunc occurrens à prandio non finito surgit animo illud statim finito negotio resumendi non frangit ieiunium, nec peccat iterum comedendo, sed censetur vna comestio. num. 212. *& quid si quod iam manducauit fuit sufficiens ad sustentationem ieiunij. n.*215.

*Quanta possit esse ista interruptio prandij, vt possit dici vnica comestio, nec dicatur frangi ieiunium. num.*212.

Seruitores, & lectores ad mensam qua ratione possint aliquid cibi sumere ante lectionem, vel seruitium. ibidem.

Quid de sumentibus aliquid summo mane propter longam occupationem retardaturam prandium. ibidem.

Quid de famulis inseruientibus mensis Dominorum comedentibus gulosè ex iis, quæ de mensa tollunt, & statim post Dominos sunt comesturi. ibidem.

*Qui surgit à mensa animo non comedendi iam amplius, si postea ad eam redeat, & comedat, an tunc sit duplex comestio, & frangat ieiunium, & peccet mortaliter, explicatur pluribus modis. n.*213. *&* 214.

Qui in die ieiunij plusquam semel, bis, ter & quater comedit, an frangat ieiunium, & peccet mortaliter contra ieiunij præceptum solum in secunda comestione, an vero toties quoties præter vnicam comestionem comedit, peccare toties quoties, &c. est sententia multorum. num. 216. *altera sententia probabilior tenet frangi, & violari præceptum ieiunij, & mortaliter peccari solum in secunda. num.*217.

Qua ratione ieiunij præceptum sit negatiuum. & distinguatur à præcepto abstinendi à carnibus, & ab ouis, & lacticiniis in quadragesima; vbi quod duplex est præceptum negatiuum limitatè, & absolutè. num. 216. *&* 218.

*Carnes in diebus ieiuniorum prohibentur ab Ecclesia simpliciter, & absolutè. n.*218.

Dispensatus vt possit sæpius quàm semel in die ieiunij comedere, potest comedere toties, quoties absque violatione præcepti de ieiunando, licet possit peccare contra temperantiam. n. 219.

*Dispensatus vt possit plusquam semel comedere in diebus ieiunij quadragesimæ non potest vesci carnibus, aut ouis, & lacticiniis. n.*220.

*Qui in die ieiunij ter, & quater comedit, an in tertia, & quarta comestione peccet venialiter contra præceptum ieiunij. n.*221.

*Præceptum abstinendi à carnibus in diebus ieiuniorum, & ab ouis, & lacticiniis in quadragesima est simpliciter negatiuum. n.*222.

Comedens carnes in die ieiunij, vel Veneris, aut Sabbathi toties peccat mortaliter, quoties comedit, nisi excuset materiæ paruitas. ibidem & n. 223.

*Comedens oua, & lacticinia in quadragesima toties peccat mortaliter, quoties comedit. n.*224.

*Comedens carnes, & lacticinia, atque oua in die aliqua quadragesimæ an committat duplex peccatum distinctè in confessione explicandum. num.*225. *& n.*292. *fine.*

Medicus, qui in diebus prohibitis absque legitima causa concessit licentiam edendi carnes, an teneatur manifestare in confessione illos dies ieiunio fuisse consecratos. n. 222. *post medium.*

*Qui in die ieiunij pluries inaduertenter comedit in notabili quantitate, an postea aduertens esse diem ieiunij teneatur reliquo tempore eiusdem diei ieiunare. num.*216. *&* 227.

*Qui in die ieiunij mane comedit, seu ientaculum siue sufficiens, siue non sufficiens ad sustentationem illius diei sumpsit inaduertenter, an teneatur ieiunare, an vero possit hora consueta prandij iterum comedere. n.*228. 229. *&* 230.

*Collatiuncula serotina manè sumi potest absque fractione ieiunij, & peccato mortali. n.*230.

*In die ieiunij præueniens scienter horam ieiunij consuetam, ac determinatam ad prandendum sumendo refectionem, an teneatur ieiunare, & abstinere ab vlteriori comestione. num.*231. *&* 232.

*Hora determinata ad prandendum in die ieiunij non est de substantia ieiunij, & an anticipare notabiliter horam prandij in die ieiunij sit peccatum mortale siue id fiat sine causa, siue ex aliqua causa. n.*232.

*Qui scienter sumpsit manè ientaculum teneatur ieiunare differendo refectionem ad vesperam, vel sumendo moderatam refectionem circa meridiem. n.*233.

Alia summatia vide post numerum 234.

§. V.

Explicantur nonnulla dubia circa multiplicem comestionem, seu refectionem in eodem die Ieiunij, & quædam alia.

205. IMprimis præmitto omnes Doctores conuenire in hoc, quod ad seruandum præceptum ieiunij semel tantum comedendum sit, seu quod vnica comestio sit de essentia præcepti ieiunij. ita Innocentius, Panormitanus, & alij Canonistæ *in rubr. de obseruat. ieiunij*. Couarruuias *lib.4. var. cap.20. n.11.* Summistæ verbo *ieiunium*. Azorius *p. 1. lib.7. cap. 9. q.1.* Sanchez *lib.4. summ. cap.11. num.42.* & *lib.5. consil. moral. cap.1. dub.22.* Fagundez *de praeceptis Eccl. precept.4. lib.1. cap.4. n.1.* Villalobos *p.1. tract.23. diff. 6.* Bonacina *de precept. disput. vltima q. 1. puncto 3.* Leandrus Discalceatus *de precept. Eccl. tract.5. disput.4. quæst.1.* & reliqui Theologi omnes, qui *infra* allegantur, & alij, quos latè referunt Azorius, & Fagundex. Et quamuis de hoc non sit in iure Canonico textus clarus, tamen textus *in cap. Quadragesime de consecrat. d. 5.* qui ad id citatur præsertim à Panormitano vbi suprà *num.3.* cuius verba sunt: *Dies Dominici in Quadragesima sunt à ieiuniis subtracti; in ceteris vero quadragesima diebus ieiunium seruamus.* maximè suffragatur; imo Panormitanus loco citato *num.3.* ex illis verbis ait constare; quia præfata, inquit, differentia non est, nisi quia in Dominicis diebus non semel tantùm comedimus, cum tamen non aliis cibis præterquam quadragenario ieiunio conuenientibus vtamur, ac proinde in cæteris diebus, ideò ieiunium seruamus, quia tantùm semel edimus. Quam tamen argumentationem post Gabrielem *in 4. dist.16. q.3. art.3. dub.1.* non approbant vti conuenientem Couarruuias, Axor, Fagundex, & plures *alij*; quod potuerit esse illorum dierum discrimen, quod in diebus Dominicis quadragesimæ liberum fuisset cuique toties pisces edere, quoties voluisset, in aliis vero diebus non item, sed bis tantummodo; aut fortè quod tunc videlicet diebus Dominicis carnes ederentur, non autem aliis diebus: sed quidquid sit, an expressè necnè illo textu definitum sit semel tantum in die ieiunij comedendum, certè vniuersalis totius Ecclesiæ consuetudo, quæ est optima legum interpres, & etiam habet vim legis, interpretata est, præceptum ieiunij Ecclesiastici, vt non nisi semel in die sit comedendum; & ita post Innocentium vbi supra tradunt alij Doctores *suprà* citati, & alij communiter. Et iure merito, quia si pluries refectio sumeretur, non castigaretur corpus; passim enim homines contenti sunt duplici refectione. Quare circa hoc quod vnica refectio, seu comestio sit de essentia præcepti ieiunij, nulla est dubitatio; idque intelligitur de refectione, seu comestione completa, & perfecta; præterquam salua ieiunij substantia licet sumere serotinam refectiunculam, seu collatiunculam, vt præfati Doctores omnes aiunt, & alij communiter, de qua refectiuncula quoad qualitatem, & quantitatem ciborum, & an sine ieiunij læsione sumi possit mane prandio vsque ad Vesperam dilato latissimè egi in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect.4. casu 18. a n.102. ad n.162.* Incipit autem ieiunium Ecclesiæ à media nocte, ad mediam noctem sequentem durans, & in ea terminans vt tradidi *in 1. tom. horum moral.* § 46. & tradunt communiter Doctores *in præcedentibus* allegati, & constat ex praxi Ecclesiæ. Quod etiam procedit in ieiunio feriæ quartæ cinerum, ita quod in vltima nocte bacchanalium nullo modo sit licitum differre cœnam post mediam noctem: quidquid secus malè, & temerè dixerunt aliqui, quos tacitis nominibus citat Pasqualigius *decis.* 61. *n.2.* vbi etiam plura adducit ad confirmandam horum opinionem, quod illa nocte liceat differre cœnam post mediam noctem, addens sibi probabilia videri, quamuis non audeat approbare, sed relinquat aliis diiudicandum; cum tamen sint omninò improbabilia, & manifestè illis aduersetur praxis Ecclesiæ; quæ licet non castiget ducentes saltationes illa nocte vltra mediam noctem, tamen non approbat, & multo minus approbat, aut concedit, neque vllo modo permittit fideles cœnare post mediam illam noctem, sed imò punit, & vt non comedant post mediam noctem vbique in Ciuitatibus, & oppidis per horam, vel dimidium horæ ante mediam noctem datur signum campanæ, quod in media nocte terminat, vt omnes fideles signo finito abstineant à choreis, & ab esu carnium, & aliorum ciborum, nisi alioqui à ieiunio excusentur, sed plura de hoc contra Pasqualigium videantur apud Leandrum Discalceatum *de precept. Eccl. tract.5. disp.6 q.30.*

Potio vini, ceruisiæ, & aquæ non frangit ieiunium.

Aduertendum etiam substantiæ ieiunij non aduersari potum vini, vel ceruisiæ extra consuetam corporis refectionem sumptam. vt tradidi *d. casu* 18. *n.*10. & docent communiter Doctores *suprà* allegati, & alij *d. n.*10. relati, quod verum est etiamsi potus vini sæpius sumeretur in fraudem ieiunij, scilicet causa nutritionis, & non ad sedandam sitim; vt dixi *ibidem num.* 12. & docent Auctores magis communiter, quos ibi allego, & præter ibidem citatos, & alios, quos allegat Sanchez *d. cap.1. dub.23. n.4.* Ioannes Sancius *in selectis disp.51. n.2.* Diana *p.1. tract.9. resol.23.* Turllench *in decal. lib.3. cap.2. dub.1. num.3.* Pasqualigius *decis.*117. & Leandrus Discalceatus *de precept. tract. 5. disp.5. q. 3.* Cùm enim sint quædam liquida, quæ licet sumantur per modum potus, tamen principaliter ordinantur ad nutritionem, habentque propriam, & per se rationem cibi; horum potio extra refectionem consuetam frangit ieiunium, nisi paruitas materiæ excusaret, vt dixi *eodem casu* 18. *num.*11. & tradunt Doctores *ibidem* allegati, & præter eos Villallobos *num.*15. Diana *p.4. tract.4. resolut.*194. & *p.5. tract.5. resol.*11. Leandrus *d. disp.5. q. 1.* & alij relati à Sanchez *d. dub.*22. Villallobos, & Diana *locis citatis.* Talia autem liquida sunt iusculum, lac, & similia iuxta eosdem Doctores; idem de aqua sacharo mixta docet Sanchez *d. dub.*22. ex sententia etiam aliorum virorum doctorum. Vnde idem etiam multò magis dicendum de vino pariter sacharo condito, quod etiam docet Franciscus Syluius (quem refert Diana *d. resolut.* 194.) *in 2. 2. q.*147. *art 6.* vbi ait frangi ieiunium, si quis sumat magnæ quantitatis potum multum nutritiuum, veluti (inquit) ceruisiam crassam, mulsúmque substantiosam, aut vinum siue sacharo, siue aliis aromaticis variè conditum, aut qui alioqui copiosè alat. ita Syluius; sed quod dicit de ceruisia non est intelligendum de consueta amara, quæ licet sit aliquantum crassa; nihilominus in Germania habet propriè rationem potus, & sumitur loco vini; sed intelligi debet de ceruisia crassiori, quæ fieret ad eum finem, vt principaliter nutriret. Quod etiam dictum est de aqua, & de vino sacharo mixtis, intelligi debet si magna sacchari quantitas misceretur, quo casu potio esset multum nutritiua per se, & potius cibi ad nutriendum, quam potus ad refrigerandum rationem haberet, & ita intelligo Pasqualigium *decis.*118. & Leandrum Discalceatum *dict. disputat.5. quæst. 4.* dicentes potum aquæ sacharo, aut melle mixtæ non soluere ieiunium, scilicet, quando parum sacchari, aut mellis miscetur, vt hodie communiter fieri consueuit tempore æstatis; miscetur enim aquæ parum sacchari ad mitigandam aquæ cruditatem, & vt gustui magis placeat potio, & ita non amittit rationem potus, qui ad sitim extinguendam sumi solet. 206.

Chocloate an frangat ieiunium.

Sed hîc insurgit specialis difficultas, an *Choclоate* Hispanicum debeat enumerari inter liquida, quæ principaliter ordinantur ad nutriendum, habeatque potius 207.

rationem

rationem cibi proprism, quàm potus: & ita illius potio extra refectionem ordinariam frangat ieiunium; nisi materiæ paruitas excuset. Et ratio difficultatis est, quia Chocolate constat ex aqua, & facchato, & aliis ingredientibus multum nutritiuis. & ita iuxta tradita *numero præcedenti*, & Doctores *ibi*, & *dict. casu* 18. *num.* 10. allegatos, videtur omninò dicendum Chocolate ordinatum principaliter ad nutriendum, habereque propriam rationem cibi, & non potus; atque adeo illius potionem frangere ieiunium, nisi obstet materiæ paruitas, & ita præter alios, quos referunt Pasqualigios *decis.* 141. illos sequens, & Leandrus *dict. disputat.* 5. *quæst.* 5. tenent Turrianus *in summ. p.* 1. *cap.* 156. *dub.* 34. *conclus.* 4. *&* 7. Antonius de Leone *in quæst. moral. de Chocolate p.* 3. *num.* 50. & Diana *p.* 5. *tract.* 5. *dict. resolut.* 21. vbi idem sentit, & in hanc eandem sententiam magis inclinat *p.* 4. *tract.* 4. *dict. resolut.* 194. *fine*, quamuis ibi dicat, se non audere damnare contrariam sententiam (imò *p.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 54. approbat vti probabilem) asserentem huiusmodi potionem Hispanicè vulgo Chocolatè non frangere ieiunium; quam sententiam *eadem resolutione* 194. *&* 156. ait docuisse Didacum Trasmieram Inquisitorem Regni Siciliæ, Antohirez, Basilium Pontium, Franciscum Cornejo, Caramoelem Machedam, Escobar, & plures Patres Societatis IESV; qui ad id asserendum moti sunt, quod huiusmodi potio (vt iidem Doctores aiunt) in Hispania, & alibi babeatur, & sumatur pro potu vsuali. Et hos Doctores sequi videtur Torllench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 15. Alios etiam huius sententiæ refert Leandrus *dict. quæst.* 5. vbi ipse ait quidem sumptionem Chocolatis in se frangere ieiunium cum sit (inquit) verè cibus, sicut, & Sacchatum; sumptionem vero potionis, quæ ex modica aqua, & modica quantitate Chocolatis admixta fit, non frangere ieiunium, quia tunc habet rationem potus simpliciter, & per modum potus sumi solet in Hispania. Sed vt audiui à pluribus, & etiam à nonnullis medicis Chocolate solet sumi potius per modum Medicinæ, quam potus: Et si constet ex prædictis ingredientibus clarè apparet habere potius rationem cibi, quam potus, & ex sui natura, & per se ordinari ad nutriendum, & consequenter nisi sumatur in parua quantitate, ita quòd sit multum aquæ & parum Chocolatis, adeo vt parum posset nutrire; vel per modum Medicinæ iuxta mox dicenda. An vero in Hispania sumptio Chocolatis sit licita ex concessione summorum Pontificum non conueniunt Doctores Hispani, vt constat ex Leandro Discalceato *dict. disput.* 5. *quæst.* 5. §. 2. vbi dicit de hac concessione non constare, & illa admissa debere intelligi iuxta secundum membrum suæ distinctionis. An etiam licita sit in die ieiunij potio Chocolatis ex consuetudine legitimè inducta in Hispanis, negat idem Leandrus §. 3. nisi iuxta dictum secundum membrum suæ distinctionis.

Casus, in quibus in die ieiuny ante vel post prandium aliquid sumitur nutritiuum absque ieiunij fractione, & peccato.

208. Quemadmodum autem potus vini, vel alterius liquoris per se ordinati ad refrigerandum, habentisque propriam rationem potus non frangit ieiunium; ita etiam absque fractione ieiunij, & licitè potest pomum, aut quid simile, puta paruum vuæ recentis, vel parum malorum vulgo, *limoni*, & *naranci*, sumi ante, vel post prandium ad sedandam sitim, cum tunc non sumatur ad nutriendum, vt docui *dict. casu* 18. *num.* 13. post Filliuceium loco *ibidem* citato, & colligitur ex aliis Doctoribus *num.* 105. allegatis, & in terminis etiam tradunt Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 24. Torllench *dict. cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 13. *fine*. & Pasqualiglus *decis.* 135. *&* 136. quidquid secus sentiat Leandrus Discalceatus *dict. disput.* 5. *q.* 6. 7. *&* 8.

Aduertendum etiam non frangi ieiunium, seu committi peccatum contra ieiunij præceptum per aliquios res nutritiuæ sumptionem extra ordinariam refectionem, ante, vel post in sequentibus casibus vt tradunt Doctores *num.* 105. relati, Nauarrus *in man. cap.* 21. *n.* 13. Reginaldus *lib* 4. *num.* 173. *& tribus seqq.* Bonacina *dict. disputat. vltim. quæst.* 1. *puncto* 1. *secunda propositione*, Filliuccius *tom.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 8. & Torllench *in decalog. lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 1. *num.* 3. & *dub.* 3. *num.* 12. *&* 13. & ego ipse *in tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.* 4. *dict. casu* 18. *num.* 13. *& quatuor seqq.* Et primo si in die ieiunij sumatur medicina purè curatiua præsentis infirmitatis, vt Syrupus, Pharmacum, &c. sed etiam conseruatiua, vt electuaria aliqua confecta ex facchato, bellaria, aut viginti quatuor vuæ passæ, licet immerito reclamet Leandrus *d. disput.* 5. *quæst.* 15. si sumantur pro conseruatione præsentis sanitatis, nisi de proximo timeatur infirmitas secundò, si confecta ex facchato, bellaria, seu electuarium, parum de fructibus, seu vuæ passæ, nuces, oliuæ, parum panis sumantur in parua quantitate per modum Medicinæ, puta, vel vt somnium necessarium capere possit, vel reprimere choleram, vel vitare capitis vertiginem, vel membrorum tremorem, vel aliud, vel ne deficiat viribus præ vacuitate nimia, vel quia si quis sit ieiunus, os malè olet, vel quia est cantor, & nisi aliquid sumat, non habet vocem accommodatam, vel quia est lecturus, vel ministraturus mensæ, vel differetur prandium, vel non erit ita aptus ad faciendum bene hoc ministerium, vel ne potus, quo indiget, vel inuitatus ab amico bibere cogitur, noceat, & hoc idem aliis pluribus relatis tenent Pasqualigius *decis.* 119. & Leandrus *d. disput.* 5. *quæst.* 10. & licèt circa hoc vltimum Caietanus 2.2. *q.* 187. *art.* 6. *fine*, quem ad id etiam refert Sanchez loco supra *num.* 105. allegato scilicet *d. dub.* 22. *num.* 4. dicat, quod cum crudum super indigestum noceat potius, & generet morbum, non licere causa medicinæ sumere aliquid cibo adhuc indigesto, ne potus noceat, bene tamen post digestionem cibi, idem tamen Sanchez asserit, quod cum potus sit licitus, qui ad bibendum, vel quia inuitatur ab amico, aut quia sitim habet bona fide sumit aliquid ne sibi noceat talia potus, non peccabit, siue prandium sit digestum, siue non, & certè opinio Caietani quoad praxim apta est gignere scrupulos, cum difficilè sciri possit, an cibus sit necnè adhuc indigestus. Tertiò quando Pincernæ Principum, & Dominorum cibos prægustant, seu faciunt credentiam in cibis, quos iisdem Principibus, & Dominis ministrant, ad vitandum toxicum, si fortè Dominis propinetur, etiamsi Domini mane comedant, & cibos prohibitos scilicet, carnes; non enim sumunt, seu prægustant cibos causa manducandi, aut per modum prandij, & comestionis, sed ex officio, & necessitate seruitij, & pro securitate Dominorum, & ita etiam non franguot ieiunium, nec peccant, qui ægrotis inseruiunt, & cibos illorum prægustant, ne quid infirmis malè præparatum ministretur; imò etiam qui inseruiunt infirmis possunt absque ieionij fractione, & peccato aliquid in die ieiunij comedere etiam ex carnibus, quando vident idesse commodum ad excitandum appetitum infirmorum, quia patiuntur fastidium, quia id etiam non fit causa manducationis, sed ex charitate id postulante, & Ecclesia non intendit impedire opera charitatis; in prædictis autem casibus cauendum à sumptione in notabili quantitate, vel ne modica sumptio in eodem die ieiunij iteretur absque iusta causa; quia esset in fraudem ieiunij, & multa modica cibi, seu rerum prædictarum ad nutriendum de se ordinatarum facerent vnum satis ad violandum ieiunium. Quare cum in præfatis casibus ieiunium non frangatur, quia intentio sumentis, seu comedentis non est ad manducandum, sed ad subueniendum infirmitati, vel satisfaciendum alicui alij necessitati; 209.

Gabriel *loco citato*, & post eum Reginaldus *dict. lib. 4. num.176.* notant eiusmodi intentionem deprehendi ex quantitate cibi sumpti, & ex modo somendi, nempe, quia non multum sumit, nec aliter quam pro præsenti necessitate, vel pro præsenti infirmitate, vel pro vitanda iam instante; non autem (inquiunt, & idem dicunt Innocentius *in rubr. de obseruat. ieiunij*, & Angelus *verbo* ieiunium *num.3.*) pro sanitate conseruanda, si nollum infirmitatis adest signum.

Extra consuetam refectionem in die ieiunij sumens modicum cibi etiam ob solam voluptatem non frangit ieiunium, & quæ quantitas cibi debeat dici leuis, & modica.

210. Denique qui causa indulgendi gulæ, & ob solam voloptatem in die ieiunij extra consuetam refectionem, & refectiunculam sumeret modicum cibi propter leuitatem materiæ, & violati ieiunij imperfectionem non frangeret ieiunij præceptum, nec mortaliter contra idem præceptum ieiunij peccaret, sed tantum venialiter, vt dixi *d. casu 18. num 9.* & tradunt Doctores *superius* allegati, præsertim Syluester *verbo* ieiunium *num. 9.* Reginaldus *dict. lib.4. num. 173.* Layman *lib. 4. tract.8. cap.1.n. 12.* Diana *p. 3. tract.6.resol. 43.* & *dict.p.5.tract.5. resol.11. & resol.52.* & Turileneh *d. dub.3.num.2.* Parum enim in moralibus pro nihilo reputatur, de quo latè egi *in dict. tract. de triplici iubilei priuilegio sect. 4. casu 8. num.6.* id tamen non est sæpius in die faciendum, quia vt *suprà* dictum, multa modica faciunt vnum satis ad frangendum ieiunium, & ad committendum peccatum mortale; vt docui *in tom. 2. horum moral. tit. 1. num. 21. & 28.* & tradunt Sanchez, Vasquez, Suarez, & Layman locis à me allegatis *d. tit.1. num.2126.* quibus addo Lessium *lib.8. cap.2. num.11. fine.* Dianam *dict. resol. 43.* & *dict. resolut. 52.* & rationem ex iisdem Doctoribus adduxi *dict. num.2128.* scilicet, quia cùm sit eadem dies ieiunij eæ modicæ comestiones, & paruæ materiæ interruptæ continuantur motaliter, & manet, atque vnitur eorum effectus contra finem ieiunij: Quare committitur peccatum mortale, & frangitur ieiunium in illa modica comestione, seu parua quantitate cibi sumpta, qua ad quantitatem notabilem cibi peruenitur, vt tradidi *dict. num.2128.* & docent iidem Auctores, & licèt Salas de legibus *disput.10. sect.8. num. 41.* versiculo *& ratio est*, vt plures paruæ materiæ, seu transgressiones veniales vniuntur ad constituendam quantitatem notabilem, seu ad faciendum vnum obiectum graue, & mortale, velit, vt attingantur vno, & eodem actu interno voluntatis, & ita multas modicas comestiones interruptas in eodem die ieiunij non vniri, nec in vltima construente notabilem quantitatem cibi sumpti committi peccatum mortale, nisi quis eodem actu voluntatis voluerit omnes illas paruas comestiones. Nihilominus contrarium dicendum est, & sufficere quod perueniatur ad vltimam paruam comestionem cum aduertentia, quod tunc completur quantitas notabilis cibi sumpti; etiamsi illæ modicæ comestiones non sint obiectum vnius internæ volitionis, quia etiamsi quis vnico actu eas non intendat, tamen cum remaneat eorum effectus, & in eadem die fiant ex necessitate in suo effectu vniuntur, & constituunt sufficientem materiam grauis transgressionis præcepti ieiunij, & peccati mortalis contra idem præceptum; cum eiusmodi paruæ, & modicæ comestiones multiplicatæ habeant omninò eundem effectum, quem produceret vnica comestio plena, & perfecta: Vnde præfata opinione admissa facile eluderetur, & frustraretur præceptum ieiunij. Et contra Salam absque dubio stant Doctores *suprà* allegati, & alij, quos allegaui *dict. num. 2128. fine*, & alij communiter ab ipsis citati, & in terminis Diana *d. resolut. 43.* & repetit *d. resolut.52.*

Quæ autem dicenda sit parua, & modica cibi quantitas, & per cuius sumptionem non frangatur ieiunium, Doctores communiter tàm *num. 205.* quàm *num. 206.* & alij etiam non determinant, sed tantum ponunt quædam exempla v. g. vnius pomi, viginti quatuor vuarum passarum; vnde id relinquunt arbitrandum iudicio viri prudentis, & probi, aliqui tamen determinant paruam cibi quantitatem dici, & esse eam, quæ non excedit duas vncias; ita docuisse Aloysium Turrianum *in sum. Theolog. mor. p.1. cap. 256. dub. 27. num. 2.* refert Diana *dict. resolut.52.* & approbat: *ibidem* etiam refert Antonium de Leone *in dict. quæst. mor. de Chocolate* asseruisse paruam quantitatem dici eam, quæ est quarta pars refectiunculæ serotinæ, & hanc quoque assertionem approbat idem Diana, & vult coincidere cum assertione Turriani. Probat idem Diana, quia in serotina collatiuncula sumi possunt octo vnciæ cibi, vt tradunt Doctores, quos in *dict. tractatu de triplici iubilei priuilegio sect.4. casu 18. num.146.* allego, & tenet ipsemet Diana cum aliis *p. 1. tract. 9. resolut. 1.* & *dict. resolut.52.* quarta autem pars serotinæ collatiunculæ cuiusmodi sunt duæ vnciæ, dicuntur parua quantitas, sicut quarta pars ordinariæ, & integræ cœnæ, dicitur parua pars, vt liceat sumere in die ieiunij in refectiuncula serotina, vt tradunt alij Doctores à me *dicto casu 18. num. 147.* relati. Quare iuxta Turrianum, & eundem Dianam, quis mane antequàm è domo exeat potest sine mortali fractione ieiunij sumere quantitatem cibi duarum vnciarum, & postea hora consueta comedere, & serò vespertinam collatiunculam sumere. ita in terminis Diana. Turrianus tamen vt constat ex verbis illius ab eodem Diana relatis loquitur determinatè de duabus vnciis communis cibi. Verum sicut *dict. casu 18. eodem num. 146.* non approbaui illam opinionem de octo vnciis quoad serotinam refectiunculam, quam non rectè Doctores *ibidem* citati dedoxerunt ex Azorio; quia facile potest contingere vt octo vnciæ cibi in refectiuncula permissi respectu vnius sint fere integra cœna, & respectu alterius attenta illius complexione forti, & robusta, & plurimum cibi indigente non attingant quantitatem, quæ illi potest permitti in eadem collatiuncula. Vnde *eodem casu 18. num. 148. 149. & seqq.* quoad quantitatem permissam, in dicta collatiuncula approbaui sententiam Nauarri, Syluestri, Toleti, & aliorum asserentium in hoc attendendam esse consuetudinem in regione receptam apud homines probos, & timoratos, & etiam diuersitatem personarum; ideo etiam puto non posse in genere respectu omnium determinari, quod duæ vnciæ cibi debeant dici parua quantitas non frangens ieiunium, & frangens, si excedat duas vncias, & extra consuetam refectinnem, & refectionem serotinam sumatur. Et puto etiam esse considerandam qualitatem cibi, nam minor quantitas vnius multum nutritiui sufficiet ad constituendam notabilem quantitatem essentiæ ieiunij aduersantem, & non sufficiet maior quantitas cibi parum nutritiui, & valde aqoosi, vel excrementitij, vt v. g. esse pomum trium vnciarum. Hæc ergo determinatio videtur relinquenda iudicio prudentis, & probi viri, consideratis qualitate cibi, consuetudine, temperamento regionis, & qualitate personarum. Suppositis igitur prædictis, & quod vnica comestio seu refectio completa sit de essentia ieiunij, & quod per secundam comestionem, seu refectionem ieiunium frangatur, & præceptum ieiunij violetur. 211.

An

An interruptio comestionis, seu refectionis faciat, vt sit secunda comestio, & sic soluat ieiunium, vbi an qui surrexit à prandio cum animo, vel sine animo redeundi frangat ieiunium, si postea redeat, & iterum comedat.

212. Dubium primum est, an frangat ieiunium, qui prandium cæptum interrumpit, & deindè resumit. Conueniunt Doctores eum, qui in die ieiunij ob aliquod negotium peragendum tunc occurrens à prandio nondum finito surgit, cum animo illud statim peracto negotio resumendi, & iterum comedendi non peccare, nec frangere ieiunium resumendo ipsum, & iterum comedendo. ita Caietanus *in sum. verbo* ieiunium c. 1. Syluester *eodem n.* 1. Nauarrus *in man. c.* 21. *n.* 14. Toletus *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 3. Graffius *decis. aur. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 36. *num.* 18. Palacios 4. *dist.* 15. *disput.* 8. Angles Flor. *p.* 1. *in materia de ieiunio.* Azorius 1. *p. lib.* 7. *c.* 9. *q.* 1. Reginaldus *lib.* 4. *n.* 177. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 11. versic. *infertur quarto.* Sanchez *consil. mor. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 24. Fagundez *precept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 18. *cap.* 8. *num.* 41. Layman *lib* 4. *tract.* 8. *cap.* 1. *num.* 6. Villallobos *parte* 1. *tract.* 23. *diff.* 6. *num.* 4. Portel *in dubiis reg. verba* ieiunium, *in addit. num.* 10. Bonacina de præceptis *disput. vlt. quæst.* 1. *puncto* 3. *num.* 10. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 32. Ioannes Sancius *disp.* 58. *n.* 4. Turllench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 13. Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 5. *q.* 22. Pasqualigius *decis.* 121. Gordonus *lib.* 6. *q.* 18. *num.* 7. & alij communiter. Ratio est, quia illa est vnica comestio, seu refectio ex intentione interrumpentis, & per accidens accidit illa diuisio; sicut etiam accidit in recitatione horæ canonicæ; vt enim dicatur, & sit vnica comestio, non requiritur vt sit continuata physicè, seu mathematicè, sed sufficit quod continuetur moraliter; quod contingit in præsenti, dum interrumpens comestionem ex aliqua iusta causa tunc occurrente habet voluntatem illam resumendi, & perficiendi. Quanta autem possit esse ista interruptio prandij, seu comestionis, vt possit dici vnica comestio, seu vnicum prandium moraliter continuatum. Portel assignat mediam horam. Sanchez ex sententia aliorum doctorum iuniorum ait, non esse habendum scrupulum, si aliquam maiorem interruptionem quis facit, quia hæc moralia sunt, & ita censeri vnicam refectionem & si etiam per vnam horam interruperit. Angles dicit non frangi ieiunium, quando ex iusta causa quis interrumpit prandium, licèt intercedat notabile tempus, & per hoc notabile tempus Ioannes Sancius intelligit spatium duarum horarum, & hoc spatium duarum horarum, & non maius admittit Leandrus Discalceatus *d. disp.* 5. *quæst.* 33. Azorius, & Reginaldus ex Maiore 4. *dist.* 15. *quæst.* 3. §. *contra concl.* aiunt id relinquendum esse iudicandum arbitrio boni viri; in quo arbitrio habendam esse dicunt rationem negotij, ob quod interrumpitur prandium, & temporis, & loci, & animi quo quis interrumpit, scilicet, an sit ad illud repetendum, an desistendum omninò ab illo. Palacios demum, & Toletus vniuersaliter, & indistinctè dicunt, quod si non sufficienter se refecit, & ex occupatione necessaria surrexit à mensa, potest cessante occupatione perficere. Et hoc mihi videtur magis approbandum. Vnde etiam occupatio esset trium horarum, & amplius, & fuerit iusta, & occurrens in medio prandio, & interruptio facta animo perficiendi refectionem nondum sufficientem, puto dicendam vnicam refectionem moraliter continuatam: Ad hanc enim vnitatem videtur sufficere iusta causa interruptionis, & animus resumendi, & perficiendi, & ita videtur sentire Pasqualigius *dict. decis.* 121. Ex his Sanchez infert primò (& aiunt Turllench, Pasqualigius, *decis.* 128. & Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. dict. tract.* 5. *disput.* 3. *quæst.* 15. 16. & 18.) seruitores, & lectores ad mensam posse assumere aliquid ante lectionem, vel seruitium non solum per modum medicinæ, vt possint debitè exequi officium, vt supra dictum est; sed etiam per modum cibi, & sustentationis, & ad subleuandam famem, licet nullam habeant necessitatem; quia possunt tunc velle incipere comestionem, & finito seruitio, vel lectione perficere; quod confirmat etiam ex Caietano *dict. cap.* 1. & Syluestro *vbi supra quæst.* 3. excusantibus prædictos propter vnitatem prandij, quod statim debent continuare. Addit vero cum eodem Caietano eos, qui sumunt aliquid manè propter longam occupationem retardaturam prandium, non excusari ex hoc capite vnicæ refectionis, quia hoc non videtur admittere, quod spectet ad vnitatem prandij, quod mane sumitur, cum tantum distet à prandio; sed posse excusari ex debilitate. Infert secundo famulos, qui inseruiunt mensis Dominorum non frangere ieiunium comedendo gulosè ex iis, quæ de mensa tollunt, si statim post Dominos suos sint comesturi, quia totum reputatur vnica comestio, & possunt illo modo incipere comestionem; Et id etiam approbat Turllench, & dixerunt alij iuniores docti teste eodem Sanchez, & nonnullis aliis relatis tradit Leandrus *dict. disputat.* 5. *quæst.* 29. qui etiam *quæst.* 30. ob eandem rationem addit omnes ieiunatores posse licitè sumere paulò ante prandium quodcunque genus cibi, & in quacunque quantitate; censetur enim vna moraliter comestio.

Id quod controuertitur inter præfatos Doctores est, an qui surgit à mensa animo, & voluntate non comedendi iam amplius, præsertim si satis ad sustentationem sumpserat; si postea ad eam redeat, & comedat, frangat ieiunium, & peccet mortaliter. 213.

Et absolutè, & sine vlla distinctione affirmant Nauarrus, Graffius, Portel, Angles, Reginaldus, & probabilius putat Layman. Rationem afferunt, quia illa est alia comestio: per voluntatem enim illam desistendi omninò à mensa, & non comedendi iam amplius, præcedens comestio non solum physicè, sed etiam moraliter interrupta est, ita vt sequens in vnam numero non modo physicè, sed nec moraliter cum ea continuari, seu coalescere possit, cum ab vna continuata voluntate non procedat.

Verum si mutata voluntate redeat, durante adhuc prandio, vel cœna, & cum aliis conuiuis, à quibus recesserat, comedat, Lessius dicit eum non frangere ieiunium; quia tunc (inquit) non est bis prandere; aut cœnare, sed adhuc est vnicum prandium, & hoc idem approbant Villallobos, Filliuccius, Diana, Bonacina, Leandrus *dict. disputat.* 5. *quæst.* 35. & probabile dicit Layman. imò Filliuccius dicit, etiamsi non esset alius conuiua, si prandium instauraret intra breue tempus, vt quadrantem horæ, vel paulo magis probabile esse non frangi ieiunium ob eandem rationem, scilicet, quia reputaretur vna comestio moraliter propter paruam interruptionem; quodque cum Molfesio approbat Diana, idem dicit Leandrus *dict. disputat.* 5. *quæst.* 36. & tenet etiam Pasqualigius *decis.* 122. Sanchez quoque *dict. dub.* 24. *num.* 5. dicit quod non frangeretur ieiunium, si statim ac surrexit animo non manducandi amplius, adduceretur aliquid, quia, inquit, tunc posset illud comedere, sicut posset, si antequam surgeret à mensa finito iam prandio, & plicato linteolo cum proposito non edendi amplius, manducare aliquid, quod de nouo adduceretur, & hoc postremum admittit etiam Villallobos, & post eum Diana, & Pasqualigius *decis.* 122. & Leandrus *d. disp.* 5. *q.* 27. Et ratio secundum Sanchez, & Villallobos est iam adducta, nempè, quia moraliter censetur eadem comestio, & hæc sunt moralia; & ita etiam respondisse nonnullos doctos iuniores testatur idem Sanchez. Et prædicta omnia ego quoque puto probabilia, si intercedat breuis interruptio, vel duret prandium aliis conuiuis mensæ accumbentibus, & comedentibus; nam tunc non obstante priori 214.

voluntate non edendi amplius propter breuem moram, vel durationem eiusdem conuiuij, seu prandij, verè comestio videtur vnica moraliter, licet etiam Doctores *numero præcedenti* absolutè dicant frangi ieiunium ab eo, qui recessit à mensa animo non manducandi amplius, si redeat, & manducet: Nihilominus si quod iam manducauit ante recessum ex iusta causa tunc occurrente, non fuisset sufficiens ad sustentationem ieiunij puto quod non frangeret ieiunium, si mutata intentione rediret statim finito negotio, ob quod recessit, & comederet intercedente solum tanta interruptione, quanta permittitur ei, qui recessit animo redeundi; nam etiam tunc videretur posterior comestio moraliter continuari cum prima propter continuam occupationem circa negotium, ob quod comestio fuit interrupta, seu omissa, & propter indigentiam posterioris comestionis ad sumendum cibum sufficientem, & necessariam ad completam, & plenam refectionem.

215. Non omittam notare Portellium iudicare frangi ieiunium etiam ab eo, qui satis sumpserat, & quantum sufficit ad sustentationem ieiunij, & surrexit ob negotium occurrens à prandio si redeat, & iterum comedat, licet surrexerit habens intentionem redeundi; hocque ait dicere Rodriquez in addit. *ad sum.* to.4. *verbo* quadragesima *cap.*110.*n.*10. verba Portellij sunt. *Requiritur* (scilicet vt non frangatur ieiunium ab eo, qui ob negotium occurrens surrexit à prandio, & iterum redit, & comedit) *vt relinquens prandium, & surgens ad aliud negotium habeat intentionem redeundi ad illud. Nam si surgit cum animo iterum non manducandi, vel id, quod iam manducauit fuit sufficiens ad sustentationem ieiunij, non potest iterum comedere, absque fractione ieiunij.* ita Portellius. At quoad hoc contra Portellium est, quod sicut iste poterat diutius absque fractione ieiunij protrahere prandium, & continuare physicè comestionem per aliud tempus, licet iam assumpsisset cibum sufficientem ad sustentationem ieiunij, ita potest iterum redire, & comedere post interruptionem ex causa iusta, & ob occurrens negotium factum eum animo redeundi, & iterum manducandi, quia censetur vnica comestio, & moraliter continuata, vt ostendit ratio *n.*212. adducta, & ita puto sentire alios Doctores *d. n.*212. allegatos, qui tantum controuertunt, an frangat ieiunium, qui surrexit animo non comedendi amplius, & postea redit, & comedit. Imò eum, qui in die ieiunij sumpsit prandium, si surgat à mensa animo eundi aliò ad aliquid edendum non frangere ieiunium, si postea adhuc edat, tradunt post Mollesium Pasqualigius *decis.*123. & Leandrus *d. disp.*5. *q.*33. eo quòd tunc censeatur moraliter continuari eadem comestio, & ita aiunt, quod dum quis domi comedit, potest è mensa surgere, & ire ad domum amici, & etiam ire ad emenda fercula, & postea ad domum redire, & ea comedere. Quæ omnia sunt intelligenda parua intercedente mora inter recessum à prandio, & aliam comestionem.

Qui in die ieiunij plusquàm semel comedit, an peccet mortaliter, & frangat ieiunij præceptum solùm in secunda comestione, an verò toties, quoties præter vnicam comestionem comedit.

216. Dubium secundum, an qui in die ieiunij post sumptam plenam refectionem iterum, & sæpius comedit cibos tamen in die ieiunij non prohibitos, contra ieiunij præceptum peccet solum in secunda vice, seu in secunda comestione, an vero etiam in tertia, & quarta, & toties quoties contra ieiunij præceptum peccet, quoties post primam refectionem comedit. Cum essentia ieiunij iuxta Ecclesiasticum illius præceptum consistat in vnica comestione, seu refectione, vt *suprà* ostensum est, duobus modis potuit Ecclesia præcipere vnicam comestionem, seu semel tantum comedendum; vno modo prohibendo absolutè omnem aliam refectionem præter vnicam scilicet, non solum secundam, sed & tertiam, & quartam cibi sumptionem; ita vt quoties aliquis in die ieiunij extra vnicam refectionem cibum sumit, toties peccet contra præceptum negatiuum. Altero modo prohibendo solum secundam cibi sumptionem, quatenus per illam destruitur essentia ieiunij, quæ consistit in eo, vt corpus semel tantù reficiatur. Difficultas ergo est, an Ecclesia prohibuerit in die ieiunij iteratam refectionem primo modo vetando omnem aliam præter vnicam, an vero secundo modo vetando tantum iteratam refectionem aduersatur substantiæ ieiunij consistentis in vnica refectione. Et pro maiori explicatione aduertendum Præceptum ieiunij licet sonet affirmationem, non est tamen affirmatiuum, quo præcipiatur semel comedendum esse (aliàs contra præceptum ieiunij ageret, qui nunquam in die comederet, quod est absurdum) sed est merè negatiuum, quo prohibetur comedere, seu reficere corpus plusquam semel, vt tradunt Salas de legibus *disp.*9. *sect.*2. *n.*12. versic. *vbi etiam*, Azorius, Reginaldus, Fagundez, Villalobos, & alij *infra* allegandi, & alios allegans Ioannes Sancius in selectis *disp.*54.*n.*41. duobus autem modis potest concipi esse negatiuum, nempè vel simpliciter, & absolutè, quale esset, si illo primo modo prohiberet omnem aliam refectionem præter vnicam; vel limitatè, scilicet, quatenus prohibet, ne plusquam semel comedatur ad seruandam integritatem, & conditionem, seu essentiam ieiunij, quale dicendum est, si prohibeat iteratam refectionem illo secundo modo.

Prima igitur sententia tenet Ecclesiam præcepto ieiunij primo modo prohibuisse iteratam refectionem, atque adeo contra ieiunij præceptum mortaliter peccare, qui in die ieiunij comedit secundo, & qui tertio, & toties, quoties vltra vnicam refectionem comedit, seu reficitur. ita post Ioannem de Napoli Couarrunias *var. lib.*4. *cap.*2. *n.*3. Ioannes Medina *Cod. de ieiunio q. de numero refectionum in ieiunio.* & Montesinus 1.2. *to.*2. *q.*13. *art.*4. *q.*4. *n.*47. qui tamen intelligit toties, quoties peccare, si interrumpatur voluntas, vt nec formaliter, nec virtualiter maneat. Præcipuum fundamentum est, quod præceptum ieiunij, vt non nisi semel comedatur est negatiuum (vt notatum est numero præcedenti) & sonat idem, ac ne quis sæpius, quam semel comedat; præceptum autem negatiuum obligat ad semper, ita quod peccator, quoties ei contrauenitur; vt patet in aliis præceptis negatiuis non furandi, non mœchandi, non occidendi, non celebrandi nisi semel in die, contra quæ præcepta quis peccat, quoties furatur, aut mœchatur, aut occidit, aut plus quam semel celebrat; ergo etiam contra ieiunij præceptum peccatur, quoties plus quam semel corpus reficitur. Confirmatur, nam qui post votum castitatis contraxit matrimonium toties peccat mortaliter, quoties petit coniugale debitum, & edens carnes in feria sexta toties peccat, quoties edit, & etiam edens carnes in die ieiunij peccat toties, quoties illas comedit.

Altera sententia communis, & longè probabilior asserit iteratam refectionem in die ieiunij ab Ecclesia fuisse prohibitam secundo modo, & solùm quatenus abstinentia ab iterata comestione est de integritate, conditione, & essentia ieiunij, & ita non peccari contra ieiunij præceptum toties, quoties quis post primam refectionem hora competenti factam, comedit, sed tantum dum secunda vice comedit; atque adeò violato semel ieiunio secunda comestione post eandem primã, amplius non violari ieiunij præceptum per sequentes comestiones. ita Durandus *in* 4. *dist.*15. *q.*11. Paludanus *ibid. q.*4 *art.*5. Gabriel *dist.*16. *q.*3. *dub.*5. Caietanus 2.2. *q.*147. *art.*8. Nauarrus *in man. c.*21. *n.*14. Sanchez *lib.*4. *sum. c.*11. *n.*42. & ex Doctoribus supra *n.*212. relatis. Azorius *d. c.*9. *q.*2. Reginaldus *d. lib.*4. *n.*179. Fagundez *d. lib.*1. *c.*4. *n.*5. & 6. Lessius *d. c.*2. *n.*15. Filliuccius *d. tract.*27. *c.*2. *n.*23. Layman *d. c.*1. *n.*13. Villalobos *d. tract.*23. *diff.*6. *n.*5. Bonacina *d p.*3. *n.*7. Diana *p.*1. *tract.*9. *resol.*44. Tutllench *dict. dub.*3. *num.*3. & 217.

præter

præter hos Salas *de legib. disput.94. sect.5. num. 68.* Augustinus Barbosa *collectan. ad rubr. de obseruat. ieiunij num. 1.* Ioannes Sancius *disp.54 n.42.* & alij communiter ab Azorio, Fagundez, & latiùs à Ioanne Sancio relati. Probatur hæc sententia optima ratione, quam adducit Lessius, & benè explicat, & post eum alij ex præallegatis recentioribus, & tacta est suprà *num.* 205. scilicet, quia plures refectiones non prohibentur in ieiunio, nisi quatenus earum abstinentia videtur pertinere ad mortificationem carnis; at sola abstinentia à secunda refectione videtur ad hoc valere, non autem tertia, vel quarta, nisi fortè valde parum; communiter enim homines extra tempus ieiunij (exceptis operariis mechanicis) non nisi bis comedunt, corpusue reficiunt; & qui bis comedit non potest abstinendo à tertia videri aliquid notabile facere ad mortificationem carnis spectans. Quare sola secunda principaliter subtrahenda, & prohibenda erat, vt ieiunij ratio, seu integritas, & substantia consisteret, non tertia, & quarta; ergo rectè præsumi potest, & debet Ecclesiam præcepto ieiunij præter vnicam comestionem non prohibuisse omnem aliam, sed tantum secundam; cum hoc satis esset ad substantiam, & integritatem ieiunij. Confirmatur primo, quia lex continens onus, solet intelligi iuxta benigniorem, & mitiorem partem, quod maximè procedere debet in lege Ecclesiastica. Secundo, quia qui ratione ætatis, vel debilitatis excusantur à ieiunio, ita vt bis possint comedere, possunt etiam comedere ter, vel quater, vt tradunt Doctores communiter, & notanit etiam Salas *d. num.* 68. & constat ex communi praxi, ergo signum est, Ecclesiam in præcepto ieiunij non prohibuisse nisi secundam refectionem. Denique confirmatur ex communi praxi; nam in Confessione à Pœnitentibus non solet explicari, nec à Confessoribus inquiritur numerus refectionum, cum quis se accusat se fregisse ieiunium in die de præcepto, quod est signum in Ecclesia præceptum ieiunij fuisse semper intellectum prohibere iteratam refectionem, solum quatenus destruit ieiunij essentiam, & ita solam secundam refectionem.

218. Ad fundamentum prioris sententiæ respondetur præceptum ieiunij esse negatiuum, non tamen simpliciter, sed tantum limitate respectu substantiæ, & integritatis ieiunij, scilicet, prohibere, ne plus quam semel comedatur, quatenus abstinentia ab iterata comestione, seu negatio iteratæ comestionis est conditio ieiunij, & de illius essentia, & integritate; ac proinde cum per solam secundam comestionem post primam destruatur ratio, & integritas ieiunij, negatio, seu prohibitio comprehendit tantum secundam comestionem, & consequenter in ea solū & non in tertia, & quarta violatur pręceptū ieiunij, & cōtra illud peccatur iuxta tradita. Non est autem simile de aliis pręceptis negatiuis in eodem fundamento eiusdem sententiæ adductis, quia sunt negatiua simpliciter continentia absolutè negationem, ideoque toties contra ipsa peccatur, quoties actus per illa prohibitus iteratur; secus si forent negatiua limitatè, quale est votum de virginitate, quod est negatiuum in ordine ad integritatem carnis tuendam, qua semel sublata, seu destructa, per primum actum carnalem, per subsequentes actus non amplius peccatur contra votum virginitatis, in quo distinguitur à voto castitatis, quod est negatiuum simpliciter, scilicet, de seruanda absolutè castitate, atque adeo per quemcumque carnis lapsum peccatur contra tale votum; vnde etiam patet non obstare primum exemplum adductum in confirmatione fundamenti eiusdem sententiæ. Ad alia etiam duo exempla in eadem confirmatione adducta. Respondetur carnes in feria sexta, & in diebus ieiuniorum non prohiberi ab Ecclesia limitatè, & respectu alterius, scilicet integritatis ieiunij, seu vt ieiunij conditio, sed prohiberi absolutè, ac secundum se pro toto die, qua ratione etiam prohibentur oua, & lacticinia in diebus quadragesimæ; atque adeo qui in sexta feria, vel in diebus ieiuniorum carnes comedit, toties peccat contra præceptum ab illis abstinendi quoties comedit vt dubio sequenti; sicut & qui in diebus quadragesimæ comedit oua, & lacticinia toties peccat, quoties comedit iuxta magis communem sententiam, quod oua, & lacticinia ab Ecclesia sint prohibita in quadragesima eadem ratione, qua prohibentur carnes, de qua te latius egi in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect. 4. d. casu 18. num. 33. & seqq.* Quod autem in diebus ieiuniorum carnes sint prohibitæ absolutè, & simpliciter, & non in ordine ad integritatem ieiunij probatur ex communi fidelium sensu, & communi doctrina superius §. 2. tradita, scilicet, quod etsi aliqui ob aliquam iustam causam excusantur à ieiunio, non tamen eo ipso licet illis vesci carnibus, nisi adsit aliqua peculiaris causa iusta; & ita senes, pueri, & operarij, licet excusentur à ieiunio ratione ætatis, vel laboris, non ideo tamen excusantur ab abstinentia à carnibus, Illisue licitè vesci possunt, vt *dicto* §. 2. ostensum est iuxta Doctores communiter. Cur autem Ecclesia in diebus ieiuniorum prohibuerit esum carnium absolutè, & simpliciter, vna ratio potuit esse, quam tangit Lessius *d. cap. 5. num.* 17. quia abstinentia à carnibus semper spectat ad carnis mortificationem, siue vna, siue duabus, vel tribus refectionibus quis vtatur.

Ex dictis contra Doctores adductos pro prima sententia in hoc etiam contrarium sentientes, infertur dispensatum per aliquod priuilegium Summi Pontificis, vt possit sæpius quam semel in die ieiunij comedere censeri ex toto solutum, & dispensatum in lege ieiunij. & posse absque peccato contra præceptum ieiunij ter, quater, & toties, quoties voluerit cibos permissos in die ieiunij comedere (etsi à peccato gulæ non excusabitur, sicut nec extra tempus ieiunij) perinde ac operarij, qui ob laborem diurnum à ieiunio excusantur, ita expresſè Salas loco supra *num.* 217. citato, Azorius *d. cap. 9. q. 3.* Reginaldus *d. lib. 4. num.* 178. Fagundez *d. cap. 4. num.* 11. & Villallobos *d. tract.* 23. *diff. 6. num.* 8. Et ratio ex dictis est, quia semel violato, seu fracto ieiunio per secundam comestionem amplius non obligat eius præceptum. & ita docent procul dubio omnes alij Doctores *d. num.* 217. allegati. 219.

E contrà verò dispensatus ex Papæ priuilegio vt possit amplius quam semel comedere in diebus ieiuniorum quadragesimæ, censetur eo ipso dispensatus vt possit vesci carnibus, aut ouis, ac lacticiniis, aut aliis, quæ originem trahunt à carnibus, vt aiunt iidem Azorius, Reginaldus, Fagundez, & Villallobos, nam talis censetur solutus, & dispensatus à lege ieiunij quoad numerum refectionum, non quoad qualitatem ciborum, in qua non dispensatur, nisi expresſè Summus Pontifex id declaret in suo priuilegio: quemadmodum etiam fideles in diebus Dominicis quadragesimæ prandent, cœnant, edunt interdiu, at non nisi piscibus vtuntur, & etiam operarij Mechanici laborantes sæpiùs in die ieiunij comedunt, sed solos cibos in die ieiunij permissos. 220.

Quod autem ait Lessius *d. cap. 5. num.* 17. tertiò scilicet, & quartò comedentem in die ieiunij peccare saltem venialiter contra ieiunij præceptum in qualibet comestione (quod idem probabile putat Filliuccius *d. num.* 23.) quia, inquit, etiam in abstinentia à tertia, quarta, & aliis comestionibus mortificatur caro, & quia huiusmodi comestiones videntur secundariò, & minus principaliter prohibitæ, cum etiam per eas longius recedatur à fine ieiunij; vnde etiam communi hominum iudicio (subdit) magis censetur violare ieiunij legem, qui quater comedit, quam qui bis. Hoc, Inquam, non dicunt alij Doctores *d num.* 217. allegati, & expresſè reprobant Villallobos, & Ioannes Sancius locis *eodem num.* 217. citatis; volentes in tertia, & sequentibus comestionibus committi tantum peccatum veniale contra præceptum naturale temperan- 221.

tiæ: idqoe solum probant rationes à Lessio adductæ. & ita sentit etiam Gordonus *lib.6.q.18.num.9.* vet sic. *quarta dubitatio fine*, dicens in tertia, & quarta refectione esse quandam deformitatem, quatenos in ilia intemperantia eo præsertim die fit aliquid contra rectam rationem, & sufficientem ad veniale peccatum.

Vtrùm toties peccetur mortaliter, quoties aliquis in die ieiunij, aut in feria sexta, aut in Sabbatho comedit carnes; & quoties comedit oua, & lacticinia in aliquo die quadragesimæ, & an sit duplex peccatum in quadragesima edere carnes, & oua.

222 Dubium tertium an comedens in die ieiunij carnes toties peccet mortaliter, quoties comedit, nisi materiæ paruitas à mortali excuset. Videri alicui posset peccare tantum quando prima vice comedit, per quam frangitur ieiunium, iuxta sententiam, quod eum esu carnium non consistat ieiunij substantia; sicut enim, qui semel ieiuoium fregit per secundam comestionem, non peccat toties, quoties postea comestionem iterat, vt dubio secundo probatum est; quia præceptum ieiunij iam factom est, & violatum; sic etiam eum per primam carnium comestionem ieiuniom frangatur, noo videtur peccare, qui secundo, tertio, & quarto illas comedit. Verum dicendum est peccare toties, quoties, vt sentiunt omnes Doctores. ita Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 14. Sanchez *lib 4. summ. cap.* 11. *num.* 42. Fagundez *d. cap.* 4. *num.* 9. Layman *d. cap.* 1. *n.* 11. Ioannes Sancius *disp.* 51. *num.* 26. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 45. & alij omnes Superius *num.* 216. & 217. relati. Et pro clariori probatione aduertendum Ecclesiam duobus modis potuisse in die ieiunij præcepisse abstinentiam à carnibus; vno modo accessoriè, indirectè, ac respectu integritatis ieiunij, in quantum scilicet ieiuoiom absque tali abstinentia consistere neqoit; & si hoc modo Ecclesia talem abstinentiam præcepisset; hoc præceptum obligaret solos illos, qui ad ieiuniom tenentur; ac proinde excusari à ieiunio, siue quia illud semel per secundam comestionem fregere, siue ex alia causa; non peccarent contra huiusmodi præceptum ieiunij comedendo carnes, quia eom cessat obligatio principalis ieiunij, cessat quoque obligatio accessoria abstinentiæ: Et ita si hoc pacto Ecclesia præcepisset in die ieiunij abstinentiam à carnibus, comedens eodem die carnes non peccaret contra præceptum ab illis abstinendi toties, quoties comederet, sed tantùm in prima comestione carnium, per quam frangitur ieiunium, vt dicitur in ratione dubitandi. Altero modo potest Ecclesia in die ieiunij abstinentiam à carnibus præcepisse directè, & per se, ac simpliciter, & absolutè, atque independenter ab integritate, & obligatione ieiunij, quo pacto præceptum est simpliciter, & absolutè negatiuum, & facit hunc sensum, ne comedantur carnes, scilicet nonquam in die ieiunij comedantur carnes, cuiusmodi negatio distributiooem tribuit prędicato more aliarum negatiuarum propositionum, ac negatiuorum præceptorum; & consequenter obligat ad semper more aliorum præceptorum simpliciter negatiuorum; atque excusati à ieiunio contra hoc præceptum peccarent edendo carnes, & toties, quoties comederent. Ecclesia igitur non præcepit ieioniorum abstinentiam à carnibus primo modo; sed secundo modo, vt dixi suprà *num.* 218. & tradunt Doctores communiter; & constat ex communi sensu fidelium, vt *eodem num.* 218. explicatum est. Quare cum præceptum hoc abstinendi à carnibus in diebus ieiuniorum sit independens ab obligatione ieiunandi, & simpliciter negatiuom quoad carnium comestionem, seqoitur hinc euidenter toties committi peccatum mortale contra idem præceptum, quoties carnes comeduntur; sicut toties, quis peccat contra præceptum non furandi, quoties furatur, quia furandi præceptum est simpliciter negatiuum, scilicet de nunqoam furando. Ex prædictis etiam infertur Medicum, qui in diebus prohibitis absque legitima causa concessit licentiam edendi carnes, teneri in confessione manifestare illos dies ieiunio fuisse consecratos, vt tradit etiam Ioannes Sancius in selectis *disp.* 41. *num.* 16. quia est reus duplicis peccati diuersæ rationis ab violationem duplicis præcepti formaliter, & essentialiter diuersi, scilicet præcepti ieiunij, quod habet pro obiecto vnicam comestionem; & præcepti abstinendi à carnibus, qood habet pro obiecto ipsam abstinentiam à carnibus, quæ præcepta sunt formaliter, & essentialiter diuersa vt ostenditur infra *num.* 288. licet respiciant eandem virtutem temperantiæ; Vnde reiiciendi sunt Montesious 1.2. *to.* 2. *q.* 73. *art.* 1. *quæst.* 4. *num.* 47. & Tortlench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 14. docentes hoc esse vnum tantom peccatum contra temperantiam, licet notabiliter grauius, quod sola multiplicatio præceptorum, noo multiplicatis virtutibus non multiplicet peccata, vt infrà *n.* 277. quod procedit solum quando præcepta diuersa habentia motiuum eiusdem virtutis sunt materialiter diuersa, non vero quando sunt formaliter, & essentialiter diuersa, eo quia habeant obiecta adæquata diuersa, vt explicatur infrà *num.* 288.

Et ita etiam comedens carnes in feria sexta, vel Sabbatho toties peccat mortaliter, quoties comedit, qoia præceptom Ecclesiæ de non comedendo carnes in his diebus est simpliciter negatiuom, scilicet, vt nunquam In feria sexta, & Sabbatho carnes comedantur, vt etiam patet ex commoni sensu fidelium, & tradunt Azorius, Fagundez, Reginaldus locis citatis *num.* 217. & alij communiter. 223.

Sic etiam qui in diebus quadragesimæ comedit oua, aut lacticinia toties mortaliter peccat contra præceptum Ecclesiæ abstinendi ab illis in quadragesima, quia etiam tale præceptum est independens ab obligatione ieionij, & simpliciter, & absolutè negatiuum; scilicet Ecclesia non præcipit in quadragesima abstinentiam ab ouis, & lacticiniis respecto ieiunij, & in ordine ad illius integritatem; sed per se, & simpliciter, & absolutè, sicut præcipit iisdem diebus abstinentiam à carnibus; & ita quoque constat ex communi sensu fidelium, & praxi, si quidem noo omnes, qui in diebus ieioniorum quadragesimæ excusantur à ieiunio possunt edere oua, & lacticinia; vt constat in senibus, pueris, & operariis mechanicis, & ita sentiunt Doctores communiter, & toties committi peccatum, quoties die aliquo quadragesimæ oua, aut lacticinia eduntur, in terminis tradunt Sanchez *d. num.* 42. Tolerus *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 5. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 45. & Ioannes Sancius *d. disp.* 51 *eadem num.* 26. 224.

Vbi idem Sancius *num.* 27. etiam notat comedentem in aliquo die quadragesimæ sine causa iusta carnes, & oua, seu lacticinia simul duplex peccatum committere distinctè in confessione explicandum, & quod præceptum, quo Ecclesia in quadragesima prohibet esum ouorum, & lacticiniorum sit specie distinctum propter materiam essentialiter diuersam quam respicit, à præcepto, quo in eadem quadragesima, & in qoolibet die ieiunij vetat carnes, & hoc idem dicit Diana *d. resolut.* 45. & docent etiam Conineh *de Sacramen. disp.* 7. *n.* 42. & Ouiedus 1.2. *tract.* 6. *contro.* 5. *puncto* 2. *num.* 19. & 20. & *p.* 3. *num.* 26. ait, qood in confessione non sufficit dicere se comedisse cibum prohibitum, sed necessarium esse explicare qualitatem cibi; nec sufficere explicare comestionem lacticiniorum, si quis comedit carnes simul com lacticiniis, & ita etiam Coninch *d. num.* 42. addit tamen idem Ouiedus qnod sufficit explicare comestionem carnium, etiamsi illi fuerit adiuncta comestio lacticiniorum, & ouorum; tum quia transgressio facta per comestionem carnium quasi virtualiter, seu formaliter includit transgressionem fa- 225.

ctam

ctam per comestionem ouorum, cum nunquam prohibeantur oua, aut lacticinia non prohibitis carnibus; sæpè autem prohibeantur carnes non prohibitis lacticiniis. Vnde Doctores communiter tenent, dispensatum ad carnes, esse dispensatum ad lacticinia, & non è contra, vt suprà *num.* 199. dictum est; tum quia, inquit id suadet communis apprehensio; nam qui gallinam comedit in die quadragesimæ cum ouis, non curat id explicare; Quare in hoc contradicit Ioanni Sancio, licet concedat esse duo præcepta distincta, & duas transgressiones, si carnes, & oua comedantur. Verum supposito quod sint duæ transgressiones, & consequenter duæ numero malitiæ, non video cur non debeant distinctæ explicari nisi forte in casu quod carnes, & oua sumuntur per modum vnius cibi, vt quando Gallina ast condita cum ouis.

Qui in die ieiunij pluries inaduertenter comedit, an postea aduertens esse ieiunij diem teneatur reliquo tempore eiusdem diei ieiunare.

226. Dubium quartum, an si quis in die ieiunij bis, & ter comedit inaduertenter, inuincibiliter ignorans, vel non aduertens esse diem ieiunij, adhuc teneatur eo die ieiunare reliquum diei, si aduertat esse diem ieiunij, licet si comedisset sciens esse diem ieiunij peccasset contra ieiunij præceptum, illudque violasset, nec peccaret vlterius comedendo. Prima sententia affirmat teneri ieiunare in reliquo diei etiamsi carnes comederit. ita Ioannes Sancius in selectis *disp.* 52. *num.* 2. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 1. *fine*, & *resolut.* 45. *fine*, Fagundez *pracep.* 4. *lib.* 1. *d. cap.* 4. *num.* 6. *fine*, & iudicat Toletus *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 3. Ratio est, quia is, qui ex inuincibili ignorantia, seu inaduertentia, aut obliuione comedit bis, vel ter in die ieiunij, licet frangat materialiter ieiunium, non tamen frangit formaliter, nec violat ieiunij præceptum, neque contra ieiunij præceptum peccat, cum ad violationem formalem præcepti requiratur actus voluntatis; & consequenter notitia ipsius præcepti, seu obligationis; ergo adhuc remanet adstrictus seruare ieiunium. Et pro hac sententia faciunt, & allegantur Doctores asserentes eum, qui in die ieiunij nesciens esse ieiunium per ignorantiam, seu inaduertentiam à peccato contra præceptum ieiunij excusantem mane comedit etiam in notabili quantitate sufficiente ad plenam refectionem, teneri reliquo tempore seruare ieiunium eo modo, quo alij, perinde ac si nihil comedisset, & posse hora consueta prandere, idque ob eandem rationem scilicet, quia illa comestio, cum fuerit prorsus inuoluntaria respectu violationis ieiunij non computatur, nec per eam frangitur formaliter ieiunij præceptum, quod non violatur, seu soluitur nisi per actum aliquo modo voluntarium. Hi autem Doctores sunt Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. Syluester *v.* ieiunium *num.* 21. Graffius *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 22. Nauarrus *in summ. cap.* 21. *num.* 17. Sà *verbo* ieiunium *n.* 13. Viualdus de ieiunio *cap.* 15. *num.* 60. & nonnulli alij, quos refert Ioannes Sancius *d. num.* 2. Qui *num.* 3. addit eundem, qui bis. ter, vel quater inaduertenter comedisset, posse sumere collatiunculam noctu in die ieiunij solitam (& idem ait Diana *d. resolut.* 1.) nisi nimis proximè ad horam refectiunculæ nocturnæ cibum assumpsisset, & in tanta quantitate, quanta pro collatiuncula esset aliàs recipiendus. Quare tunc (inquit) quod intentione sumendæ paruæ refectionis solitæ pro ieiunio fiat, siue alio animo, non oberit, cum reuera assumptum sit illud, quod alij ieiunantes accipiunt, & illud met, quod ipse acciperet, quamuis meminisset illam quantitatem cibi sumi pro collatiuncula.

227. Secunda sententia negat etiam eum, qui nesciens, vel inculpabiliter inaduertens esse diem ieiunij secundo, aut ter notabiliter comedisset, teneri reliquo tempore eiusdem diei ieiunare, sicut nec tenetur, si scienter, & voluntariè comedisset iuxta tradita *num.* 217. & Doctores *ibidem* citatos. ita Layman *lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 1. *n.* 13. versic. *neque arbitror.* & *num.* 14. Bonacina *de pracept. disp. vlt. q.* 1. *puncto* 3. *num.* 8. & Turllench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 8. *fine*, & ego quoque probabilius existimo. Ratio ast, quia licèt iste non peccauerit contra præceptum ieiunij ob inaduertentiam inculpabilem obligationis ieiunandi, tamen dum fecit duas, vel tres comestiones notabiles, & seorsim sufficientes ad integram refectionem, verè à parte rei ieiunium fractum, & destructum est; cuius substantia, prout præcipitur ab Ecclesia consistit in vnica refectione, ergo iam non potest amplius eadem dia seruari secundum formam, & modum Ecclesiæ. Quod enim plures refectiones integræ in die ieiunij sumantur scienter, & voluntariè, vel ob obliuionem, & inaduertentiam, & inuoluntariè, nihil refert ad veram destructionem substantiæ, & integritatis ieiunij Ecclesiastici, cum iam non possit amplius obtineri finis ieiunij, qui est mortificatio carnis vt *n.* 205. *&* 217. dictum ast; sed solum facit ad excusandum, vel non excusandum à culpa, & peccato: cum ergo iam omninò sit destructa substantia ieiunij; nec possit ieiunium idem eo die seruari, prout ab Ecclesia præcipitur, nullum erit peccatum contra ieiunij præceptum, si talis, postquam aduertit esse diem ieiunij, vlterius comedat pro libito. Dixi *notabiliter*, quia si secunda, & tertia comestione sumpsisset cibum in parua quantitate non sufficienta ad violationem ieiunij, etiamsi scienter comedisset, tunc teneretur reliquo tempore ieiunare, quia posset seruare ieiunium quoad suam substantiam secundum formam, & modum Ecclesiæ.

Qui in die ieiunij mane sumpsit inaduertenter ientaculum, an teneatur ieiunare.

228. Sed quid de eo, qui ex ignorantia, vel inaduertentia inuincibili & excusabili à culpa in die ieiunij manè comedit, an postea aduertens esse diem ieiunij, possit hora consueta prandij cum aliis prandere. Affirmant Paludanus, Syluester, Nauarrus, Graffius, Viualdus locis suprà *num.* 226. citatis; eo quod talis comestio, & cibi sumptio non computetur in ordine ad præceptum ieiunij, eiusue violationem, ac si nihil cibi fuisset sumptum, vt ibidem dictum est. Et hanc sententiam probabilem putat Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 20. Hunc etiam non teneri ieiunare affirmant absolutè Pasqualigius *decis.* 346. & Leandrus Discalceatus *de pracept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 8. *q.* 146. aientes hunc non posse amplius seruare substantiam, & formam ieiunij.

229. Verùm siue comestio fieret in quantitate sufficiente ad prandium, & non comederit carnes, dicendum est, si absque notabili incommodo potest, teneri abstinere à prandio, & à secunda comestione, & seruare ieiunium: Et ratio est, quia hoc casu potest verè seruare ieiunium quoad integram suam substantiam, quæ consistit in vnica refectione, ergo consequenter tenetur, sicut si sciens esse diem ieiunij manè comedisset iuxta dicenda *infrà*; & ita ob hanc rationem tenent Layman *vbi suprà* Filliuccius *to.* 2. *tract.* 27. *cap* 2. *num.* 24. *fine*, Villallobos *p.* 1. *tract.* 23. *diff.* 6. *num.* 7. Gordonus *lib.* 6. *q.* 18. *num.* 9. versic. *quaro.* Turllench *d. num.* 5. & probabilius putat Lessius *d. num.* 20. & consentit etiam Ioannes Sancius *d. disp.* 52. *num.* 3. si ientaculum manè inaduertenter sumptum esset hora decima in ea quantitate, qua comestio meridiana aliàs sumeretur, vel etiam hora septima, quando illa comestio sufficiens esset pro sustentatione totius diei.

230. Quod si ientaculum manè ob inculpabilem obliuionem sumptum non esset in magna quantitate, nec sufficiens pro sustentatione totius diei, sed solum attingeret quantitatem consuetam, & permissam in collatiuncula serotina; tùc etiam teneretur seruare ieiunium, differendo,

differendo, si absque notabili incommodo posset, prandium, seu completam refectionem ad vesperas: quia etiam in hoc casu potest seruare substantiam, & integritatem ieiunij, quæ consistit in vnica refectione completa (cum collatiuncula serotina absque fractione ieiunij, & peccato mortali contra ieiunij præceptum possit etiam absque causa sumi mane dilato prandio ad vesperas, vt in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect.* 4. *casu* 18. *num.* 105. probaui, & tradunt Doctores ibidem relati, & alij etiam recentiores. vt Gordonus *d. q.* 18. Turllench *d. dub.* 5. *num.* 5. *&* 7. Sanchez *lib.* 5. *consil. mor. cap.* 1. *dub.* 27. *num.* 4. & Villallobos *d. tract.* 25. *diff.* 7. *num.* 2.) & ex consequenti tenetur seruare. & ita prorsus tenent Doctores *num. praecedenti* citati excepto Ioanne Sancio, & magis confirmabitur ex sequentibus.

Qui in die ieiunij mane notabiliter præuenit scienter horam ieiunij consuetam, ac determinatam ad prandendum sumendo refectionem, an teneatur ieiunare.

231. Sed quid etiam si quis in die ieiunij volens, & sciens siue absque vlla causa iusta, & cum culpa, siue ex iusta causa, & sine culpa, puta ob iter agendum, quod postea impeditus non fecit, vel ob hospitibus inseruiendum notabiliter ante horam meridianam, seu consuetam prandij comederet, seu sumeret ientaculum in ea quantitate, in qua comestio meridiana aliàs sumeretur, an teneatur postea ieiunare, & abstinere à secunda comestione. Paludanus, Syluester Nauarrus locis suprà *num.* 226. citatis asserunt non teneri postea ieiunare, & abstinere à secunda comestione, sed posse absque peccato contra ieiunij præceptum comedere pro libito. Et idem docet Ioannes Sancius in selectis *disp.* 53. *num.* 5. *& duobus seqq.* Quorum fundamentum est, quod per refectionem voluntariè sumptam mane notabiliter anticipando horam consuetam prandij in die ieiunij, quæ iuxta eundem Ioannem Sancium, & etiam Sanchez *loco* mox *allegando* est hora vndecima, iam voluntariè fractum & violatum est ieiunium, quia hora consueta, & præscripta sumendi refectionem in die ieiunij est de substantia ieiunij, vel saltem illi intrinseca, vt tradit ibidem Ioannes Sancius & videntur docere plures alij Doctores quos ego allego *in tract. de tripl. iubil. priuil. sect.* 4. *casu* 18. *num.* 93. asserentes esse peccatum mortale præuenire notabiliter horam determinatam, & plures alios ita sentientes refert, & sequitur Sanchez *lib.* 5. *moral. cap.* 1. *dub.* 28. *num.* 4. & ex consequenti anticipans notabiliter horam refectionis ita violat ieiunium, vt non satisfaciat illi, quamuis vlterius non comedat, vt Sanchez, & alij Doctores *d. num.* 93. allegati asserunt, & repetit cum aliis idem Ioannes Sancius *d. disp.* 53. *n.* 6. *& n.* 5. cum Raynero, & Ledesma dicit procedere etiamsi ex iusta causa anticipasset, Ieiunium autem semel fractum, & destructum non potest amplius reparari, eoque semel violato quis non tenatur abstinere ab vlteriori comestione iuxta tradita suprà *dubio secundo.* Hanc eandem sententiam sequuntur Pasqualigius *decis.* 344. & *dec.* 345. & Leãdrus Discalceatus *d. disp.* 8 *disp.* 144. *&* 145.

232. Sed dicendum est, si absque notabili incommodo potest, teneri ieiunari, & abstinere à secunda comestione. ita Lessius *d. cap.* 2. *num.* 18. Layman, Filliuccius, Villallobos, Turllench, Gordonus supra *num.* 229. citati. Leandrus Discalceatus *de precept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 6. *q.* 9. & ita videtur etiam sentire Diana *p.* 1 *tract.* 9. *resolut.* 48. *fine*: imò etiam idem Ioannes Sancius docet *disp.* 52. *num.* 3. vbi expressè ait, quod quando ientaculum ob obliuionem in die ieiunij somptum esset hora decima, vel etiam septima in ea quantitate, quæ sumeretur in refectione meridiana, vel esset sufficiens pro sustentatione totius diei, qui sumpsit tenetur abstinere à secunda comestione, si commodè potest abstinere. Probatur hoc dictum, seu hæc sententia ex dictis, quia iste potest ieiunare, seu seruare ieiuniũ quoad suam substantiam, & integritatem iuxta formam, & modum Ecclesiæ, quæ consistit in vnica refectione, ergo ex consequenti tenetur seruare, & abstinere ab vlteriori comestione. Antecedens, & quod possit seruata ieiunium probatur, quia hora determinata ad prandendum in die ieiunij non est de substantia, & intrinseca ratione ieiunij Ecclesiastici (quod quoad suam essentiam, & integritatem intrinsecam, & substantialem consistit in vnica corporis refectione) sed tantum circunstantia extrinseca, quæ manente eiusdem ieiunij substantia variari potest, & successo temporis magnam varietatem in Ecclesia habuit; id quod latè probaui *d. casu* 18. *num.* 95. *ad* 101. & tradunt innumeri Doctores, quos *d. num.* 95. allego: quibus addo Villallobos *d. tract.* 25. *diff.* 9. *num.* 3. Dianam *d. tract.* 9. *resolut.* 27. & Turllench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 3. Quare præuenire notabiliter horam ieiunij debitam solum erit peccatum veniale, si fiat absque iusta causa, vt dixi *d. casu* 18. *num.* 98. *&* *num.* 99. dixi non esse notabilem anticipationem, si sit per quadrantem, aut semi horam, vt tradunt Doctores ibidem citati, & etiam Torlleoch *d. num.* 3. *fine*, & Sanchez *d. dub.* 28. *num.* 7. vbi tamen dicit esse veniale absque causa etiam per mediam tantum horam anticipare prandium: sed probabilius est non esse etiam veniale, vt dixi *d. num.* 99. & tenet etiam Turllench *d. num.* 3. Sanchez autem putat esse veniale, quia tenet esse mortale anticipare notabiliter. Imò dato quod anticipare notabiliter horam prandij in die ieiunij esset peccatum mortale, vt docent Auctores à me *d. casu* 18. *num.* 93. allegati, & alij, quos allegat Sanchez *d. lib.* 5. *moral. cap.* 1. *dub.* 28. *num* 4. non tamen inde fit horam esse de essentia, & substantia ieiunij, quia Ecclesia potuit præcipere horam determinatam solum vt substantiam extrinsecam, & ita de facto præcepisse tenent Doctores *d. num.* 93. & cum aliis Sanchez *d. dub.* 28. *n.* 2. 3. 6. *&* 8. Quapropter dispensatum quoad horam non ex hoc esse immunem à ieiunio tradunt Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 22. quem refert, & sequitur Sanchez *d. dub.* 28 *num.* 2. vbi ait idem sensisse Henriquez *in suis scriptis*; sic etiam qui in die ieiunij anteuerteret horam licet peccaret, adhuc tamen eum teneri ieiunare, quia potest essentiam ieiunij seruare tradit idem Sanchez *ibidem. num.* 3. dicens ita sensisse eundem Henriquez & *ibidem num.* 8. docet idem Sanchez eum, qui culpabiliter præuenit notabiliter horam ieiunij comedendo v. g. hora octaua sine causa; licet id faceret animo soluendi ieiunium adhuc teneri illo die ieiunare, si talis comestio fuit de se sufficiens ad plenè se reficiandum, vel fuerit in ea quantitate, vt potuerit sumi loco serotinæ collationis reputando eam pro serotina collatione, & postea prandendo, quia ieiunium, quoad substantiam adhuc potest seruari; nam præuenire horam non est contra essentiam ieiunij, sed est (inquit iuxta suam sententiam) peccatum mortale contra præceptum annexum ieiunio; vt si quis in quadragesimali ieiunio absque priuilegio ederet oua peccaret mortaliter, & teneretur adhuc ieiunare. Confirmat, quia si hora solita ederet quis animo non ieiunandi adhuc teneretur ieiunare, quia adhuc potest seruare substantiam ieiunij. Quare subdit, quod dicunt Doctores, quod qui semel fregit ieiunium, vel aliquid per inaduertentiam mortaliter culpabilem sumpsit non peccat deinceps comedendo, intelligi quando sumpsit talem refectionem, quæ non esset sufficiens ad integrum prandium, nec ad serotinam collationẽ propter excessum, vel quia esset sufficiens ad prandiũ; quia tamen illam sumpsit valde mane non poterit cum sola illa abstinere vsque ad sequentem diem; in his enim casibus (inquit) non tenetur amplius ieiunare, nec peccat in secunda comestione, non quia fregerit ieiunium quoad substantiam suam, sed quia necesse habet iterum comedere; & sic non potest amplius ieiunare. ita Sanchez *d.* *num.* 8.

num. 8. addens sic etiam sensisse Ludouicum Lopez: & alios iuniores doctos. Quod etiam ex iusta causa possit absque culpa, & violatione præcepti ieiunij anticipari hora ieiunij, vt propter alias pias occupationes, vel iter, aut stomachi debilitatem tradunt (quidquid secus sentiat præfatus Ioannes Sancius quoad ieiunij fractionem) Doctores communiter vt notaui *d. casu* 18. *num.* 94. & cum aliis docet idem Sanchez *d. dub.* 28. *num.* 5.

Qui manè scienter sumpsit ientaculum an teneatur ieiunare differendo refectionem ad vesperam, vel sumendo moderatam refectionem circa meridiem.

233. Ex quibus contra eundem Ioannem Sancium *d. disp.* 53. *num.* 6. *&* 7. inferunt eum, qui siue malitiosè, siue quia putabat se iter facturum, vel laboraturum manè animo non ieiunandi sumpsit ientaculum in ea tantum quantitate cibi, quæ sumi solet, & potest in collatiuncula nocturna, & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, vel laboraret, teneri ieiunare differendo prandium, seu plenam refectionem ad vesperas, si absque notabili incommodo potest, seu ratione debilitatis, aut alterius legitimæ causæ non egeat prima refectione; vt etiam docent Doctores *num. præcedenti* allegati; & colligitur etiam ex Sanchez *d. dub.* 28. *n.* 8. iste enim potest seruare ieiunium faciendo vnam tantum comestionem completam differendo prandium ad vesperas, quia hora non est de substantia ieiunij, vt *suprà* probatum est; & etiam manè sumere refectiunculam serotinam differendo prandium ad vesperas siue ex aliqua iusta causa, siue absque causa non frangit, seu violat ieiunium, vt suprà *num.* 230. dictum est (licèt contrarium sentiat idem Ioannes Sancius *d. disp.* 53.) ergo ex consequenti tenetur ieiunare. Confirmatur ex dictis suprà *num.* 47. *fine.* Quod si non potest absque incommodo differre comestionem vsque ad vesperam, tunc potest circa meridiem sumere iterum aliam moderatam refectionem, vt aiunt Lessius, & Layman, & indicat Sanchez *d. num.* 8. abstinendo postea ab alia comestione, nisi ex alia causa egeat noua refectione.

SEQVITVR SVMMARIVM.
§. V.

Non valens ieiunare in die ieiunij quadragesimalis nisi comedat oua, & lacticinia, an teneatur hæc comedere vt ieiunet. n. 234.

Præceptum ieiunij quadragesimalis est diuiduum, & fertur super totam quadragesimam, & super singulos dies. n. 235.

Vtrum peccet magis qui in initio quadragesimæ proposuit generaliter nullum diem quadragesimæ ieiunare, an qui per singulos dies non vult ieiunare, & frangit ieiunium. ibidem.

Qui initio quadragesimæ generaliter proposuit non ieiunare, an in singulis postea volitionibus, & fractionibus ieiunij cuiuslibet diei nouum peccatum committat imputabile ad pœnam. Negauit Martinus de Magistris. n. 237. *sed affirmandum tanquam indubitatum n.* 238.

Qui cum fœmina ter, aut quater peccauit in eadem nocte, si habuit animum faciendi quantum posset, an sit vnicum peccatum, & sufficiat in confessione dicere feci quod potui, an vero toties peccatum commissum sit quot actus fornicationis fuerant facti, licet absque interruptione, & numerus fornicationum sit exprimendus in confessione: negatiua. n. 237. *affirmatiua, & vera. n.* 238.

Quantumuis homo plures homines continuè occidat ex præcedenti generali voluntate illos occidendi, plura peccata committit. n. 238.

Actus exterior malus quam ob rationem compleat, & faciat vnum peccatum cum interiori volitione imperante. ibid. fine.

Qui in principio quadragesimæ proponit se nolle ieiunare, aut abstinere à carnibus per totam quadragesimam, an in eo proposito peccet tot peccatis, seu malitiis numero distinctis, quot sunt dies ieiuniorum quadragesimalium, vel quot sunt dies quadragesimæ. n. 239. 242. *&* 249.

In eodem actu primo tendente in plura obiecta totalia numero distincta an multiplicentur peccata moraliter numero distincta, seu à ratione numerica distinctionis obiectorum totalium obiectiuè malorum in qua voluntatis actus fertur, multiplicentur numero peccata seu plures deformitates, seu malitia numero distincta in eodem actu sententia tenens non multiplicari, sed esse vnum peccatum numero physicè, & moraliter, seu habens vnicam numero malitiam. n. 241.

Contraria sententia, & communis, ac probabilior asserens in actu interiori voluntatis, & externo tendente in plura obiecta mala numero distincta totalia, & adæquata multiplicari peccata formaliter, totque inesse deformitates, & malitias quot obiecta, in confessione explicandas. num. 245.

In eodem actu tendente in obiecta mala habentia malitiam specie distinctam, multiplicantur malitia specie distincta. num. 246.

Qui eodem actu voluntatis concupiscit plures fœminas eiusdem conditionis, vel statuit occidere plures homines, vel vno actu plures percutit, & occidit, vel vno actu pluribus infert iniuriam, vel maledicit, vel detrahit, vel plures sanctos blasphemat, vel vno verbo plures inducit ad peccandum, vna mollitiè concupiscit tres fœminas coniugatas, an committat vnicum peccatum physicè, & moraliter habens vnam simplicem malitiam fornicationis, aut homicidij, aut iniustitiæ, aut contumeliæ, aut detractionis, aut blasphemiæ, aut scandali, aut adulterij; an vero habens plures malitias numero distinctas in Confessione etiam distinctè explicandas. n. 239. 242. *&* 249.

Vnica absolutione absoluens plures excommunicatos aliqua excommunicatione Bullæ cœnæ contra prohibitionem eiusdem bullæ an committat plura peccata, & contrahat plures excommunicationes. n. 243. *&* 244.

Qui eodem actu tres Clericos interficit, an committat tria sacrilegia, incurrat tres excommunicationes, & tres irregularitates. n. 243. *&* 249. *fine.*

Coniugatus, qui cum vxore alterius adulterium committit, an committat vnum tantùm, vel plura moraliter peccata adulterij, & iniustitiæ, seu vnum peccatum habens plures numero malitias adulterij, & iniustitiæ, vel etiam plures malitias specie distinctas. n. 244. *& n.* 309.

Habens votum castitatis peccans cum habente similiter votum castitatis, an committat peccatum habens duplicem malitiam specie distinctam, vel tantum numero diuersam. ibidem.

Quando obiecta obiectiuè mala, in quæ fertur voluntas vnico actu, non sunt numericè distincta vti totalia, & adæquata, sed sunt partialia, vel vnum alteri subordinatur, actus non habet plures numero malitias diuersas, sed vnum simpliciter, & explicatur in eo, qui vellet domum comburere, vel furari totam bibliothecam, aut gregem ouium, aut vnam myriadem nummorum &c. n. 250.

Qui eodem tempore, & impetu, & continuatè plures maledictiones, aut contumelias eiusdem rationis in eandem personam iacit, vel eidem plures alapas impingit, vel plura vulnera infligit vno iracundiæ impetu, vel plures contumelias dicit, vel plures fœminam eodem tempore, vel continuatè osculatur, vel lasciuè tangit in his singulis vnum peccatum numero physicè, & moraliter committit. n. 251.

Percutiens ter eundem hominem absque animo illum occidendi eodem tempore, non debet puniri pœna trium delictorum. ibidem.

Percutiens ter clericum continuatis vulneribus vnam tantum excommunicationem incurrit. ibidem.

Dilectiones interna lasciua circa eandem fœminam sine interruptione habita tot sunt peccata, & actus in genere moris,

moris, quot in esse physico, & cur. ibidem.

Qui furatur rem vnam, & eam, dum defert, sæpè deponit, & resumit, vel sibi sublatam, iterum recuperat, vnum tantum numero peccatum comittit. ibidem.

Proponens furari duas bursas eidem, & ex vi eiusdem actus modo arripiens vnam, modo alteram, committit vnicum peccatum furti; secus si furaretur à duobus personis. ibidem.

Confirmans eodem tempore, vel leui interruptione eandem falsitatem pluribus iuramentis, vel plures falsitates eodem iuramento vnicum periurium committit; duplex autem periurium erit si modo rem vnam iuramento falso confirmet, & immediatè aliam alio iuramento. ibidem.

Eodem iudicij actu negans duo mysteria fidei, vnum tantum peccatum; duplex vero peccatum committeret duobus iudiciis duo mysteria negans modo vnum, & immediatè aliud, vel simul vtrumque. ibidem.

Si quis eodem tempore, & impetu contumeliis diuersarum rationum afficit aliquem compellando furem, latronem, homicidam, adulterum, hæreticum, an peccet tot peccatis, seu malitiis specie, & numero, quot sunt contumeliæ, in confessione aperiendis. Affirmatiua sententia. n. 252. & 254. Negatiua tenens non esse plura peccata, sed tantum vnum peccatum numero grauius &c. n. 253. & 255.

Omnes contumeliæ & detractiones quantumcunque circa peccata specie diuersa sunt vnius speciei specialissimæ quoad malitiam n. 255. Habent tamen varios gradus, suntque leuiores, vel grauiores pro maiori vel minori vitio, quod proditur, vel obiicitur. ibidem. An in Confessione oporteat explicare hos gradus. ibidem.

Qui plures maledictiones diuersæ rationis vno impetu, & sine interruptione in eandem personam iacit deprecans illi mortem corporis, mortem animæ, infernum &c. an committat tot peccata specie, & numero distincta, quot sunt maledictiones: negatiua. n. 256 affirmatiua ibidem.

Maledictiones respicientes diuersa mala, quæ in opere posita constituunt diuersam speciem peccati, inter se specie differunt quoad malitiam moralem, & in genere iniuriæ. ibidem.

An qui vnico actu imprecatur mortem toti familiæ, vel duodecim Apostolos blasphemat, committat vnicum numero peccatum habens vnicam malitiam, an vero multiplex, seu peccatum habens tot malitias numero distinctas quot sunt personæ familiæ, & quot sunt Apostoli. Sententia negans esse multiplex peccatum. n. 257. sententia affirmans. n. 258. & 259. Vtraque probabilis. n. 260. affirmans tanquam probabilior approbatur. ibidem.

In præfato casu non satisfaceret Confessioni maledicens, vel blasphemans dicendo tantum haberi animum committendi homicidium. n. 260.

Non satisfaceret Confessioni, qui diceret se habuisse voluntatem fornicandi, si habuit voluntatem fornicandi cum omnibus fœminis, quæ in vna domo residebant, puta cum omnibus Monialibus vnius Monasterij. ibidem.

Cum quis vno actu furatur rem alicuius Communitatis, seu quæ pro indiuiso spectat ad multos, an sit vnicum peccatum, & vnica malitia furti, an vero multiplex malitia pro diuersitate personarum ad quas res spectabat. n. 261. & duobus seqq. & quid circa confessionem talis peccati. ibidem, & n. 273. 275. & 277

In præfato casu deberetur pœna vnius delicti, non plurium delictorum. n. 263. fine.

In eodem casu omnibus damnum perpessis competit actio ciuilis ad rei recuperationem &c. n. 261. & 263.

Sacerdos in peccato mortali existens pluribus successiuè Sacramentum pœnitentiæ, vel Eucharistiæ administrans an plura numero peccata committat, quot sunt personæ, quibus administrat. n. 264. ad 271.

Sacerdos in peccato mortali existens vnico actu aspersionis plures baptizans, aut vnica absolutione plures Sacramentaliter absoluens an committat plura peccata numero distincta. n. 264. & 270.

Qui per totam noctem continuatè cum vno, vel pluribus ludit ludo prohibito, an committat plura peccata, vel vnum tantum in genere moris, ac si semel tantum luderet n. 264. fine & n. 271.

Sacerdos in peccato mortali existens scienter administrans Sacrosanctam Eucharistiam an peccet mortaliter, vel tantum venialiter. n. 269.

Supposito, quod ex numerica distinctione obiectorum totalium eiusdem actus interni, vel externi praui multiplicentur in eodē actu tot numero peccata moraliter, seu tot malitiæ, quot sunt obiecta actus v.g. quot sunt personæ, quas quis vno actu voluntatis proposuit occidere, vel vno ictu occidit; an iste numerus obiectorū, seu personarum, seu respectus ad plura obiecta sit in confessione exprimendus. Negatiua sententia. n. 273. Affirmatiua & vera. n. 274.

Cum quis maledixit toti familiæ, vel detraxit qua ratione debeat confiteri hoc peccatum. ibidem.

Qui vnico sermone detraxit pluribus personis, vel pluribus scandalum præbuit, qua ratione in Confessione debeat peccatum detractionis, vel scandali explicare. ibidem.

Qui furatus est rem ad plures pro indiuiso spectantem, qua ratione debeat in Confessione explicare hoc furtum. ibid.

Supposito quod in eodem actu prauo non multiplicentur tot numero peccata moraliter, seu tot malitiæ morales numero distinctæ quot sunt eiusdem actus obiecta totalia eiusdem rationis, sed sit vnum peccatum vnicam malitiam habens, an hæc circumstantia plurium obiectorum debeat necessario explicari. n. 276. & 277.

Furtum centum aureorum an rectè in Confessione explicetur, si fur dicat, semel furatus sum in notabili quantitate. n. 277.

Alia summaria vide post numerum 277.

Qui in die ieiunij quadragesimalis non potest ieiunare nisi comedat oua, aut lacticinia, an teneatur hæc comedere vt ieiunet.

Dubium quintum, an qui in die ieiunij quadragesi- 234.
malis habet sufficientem sustentationem secundum modum suum absque hoc, quod comedat oua, vel lacticinia, si non ieiunet, & ieiunare nequit, si non comedat oua, vel lacticinia, teneatur comedere hæc vt seruet præceptum ieiunij. Sanchez *lib. 5. consil. moral. c. 1. dub. 32.* respondet teneri, quia præceptum ieiunij in quadragesima est principale, & grauius, quàm præceptum non comedendi oua; ac proinde si quis non potest aliter seruare præceptum ieiunij nisi comedendo oua, tenetur illa comedere, vt possit ieiunare, ita dicit respondisse alios doctos iuniores, & ita respondet etiam Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract. 5. disp. 8. q. 36.* & responsio deducitur ex communi doctrina tradita in primo tomo horum moralium titulo primo, vbi de conscientia erronea, quod in concursu duorum præceptorum, quorum alterum tantum obseruari potest, seruari debet, quod est grauius, & magis obligat. Addit tamen idem Sanchez satis probabile etiam esse non teneri, & ita absolutè tenet Pasqualigius *decis. 212.* quod fortè potest fundari in eo, quod excessus obligationis non sit notabilis; non vero in eo, quod præceptum abstinendi ab ouis, & lacticiniis sit vniuersale obligans etiam minores 21. anno vt vult Pasqualigius.

Vtrùm peccet magis qui initio quadragesimæ proponit generaliter & vult nullum diem quadragesimæ ieiunare, an is, qui per singulos dies non vult ieiunare, & an in singulis postea volitionibus, & fractionibus nouum peccatum committat.

Dubium sextum, an qui in principio quadragesimæ 235.
proponit, & vult nullum diem quadragesimæ ieiunare, magis peccet, quàm is, qui per singulos dies non vult ieiunare; & an in singulis postea fractionibus nouum

nouum peccatum committat. Notandum præceptum ieiunij quadragesimalis (vt suprà *n.* 34. dictum est, & etiam tradunt præter Doctores *ibidem* citati Gabriel *in 4. dist. 16. q. 3 art. 3. dub. 5. ad finem.* & Fagundez *præcepto 4. lib. 1. c. 4. n. 7. & 8* & *c. 10. n* 8.) esse diuiduum, & ferri super totā quadragesimā, & per singulos dies illius; præcipitur enim quod singuli dies præter Dominicas sint ieiunij; ac proinde ieiunium cuiuslibet diei totius quadragesimæ est in præcepto, atque adeo etiā violatio, seu fractio vnius non est in causa, quominus ieiunium alterius diei sit obligatorium, & legitimè adimpleri potest, sed in singulis diebus non ieiunando peccatur contra ieiunij præceptū nisi aliqui sit alia causa iusta a ieiunio excusans. Hoc notato

236. Fuit sententia Martini de Magistris, quem referunt Ioannes Medina *Cod de ieiunio q. de numero refectionum in ieiunio §. posset aliquis quærere.* & Sāchez *lib. 5. consil. moral. cap. 1. dub.* 35. volitionē illam generalē esse peiorem, quàm omnes particulares volitiones in singulis diebus distinctè, & seorsim conceptæ. At Sanchez *codē dubio* cum Palaeio *4. dist. 15. disp. 8.* & nonnullis aliis doctis iunioribus asserit, peiores esse illas quadraginta volitiones; quia sūt efficaciores, & intensiores; & ego etiam indubitatū puto, præsertim, quia illę quadraginta volitiones sunt quadraginta numero peccata distincta; vt mox probabitur.

237. Igitur etsi idem Martinus dicerit quidem in singulis diebus ieiunij quadragesimalis per fractionem ieiunij committi peccatum mortale, si nulla præmissa volitione generali violandi totum quadragesimale ieiunium quis singulis diebus eliciat volitiones particulares, quibus velit in illis diebus non ieiunare; quia illæ nolitiones singulares tales sunt, vt vna ex altera non consequatur, nec vna cum altera connexionem habeat, ac proinde quælibet per se sumpta est peccatum à priore distinctum; At vero si quis in principio quadragesimæ proposuit generaliter se nullo die ieiunaturum, & singulorum dierum ieiunium fracturum; & postea singulis diebus elicit nolitiones ieiunandi, & non ieiunat, dixit hunc peccare solum, & præcisè per propositum illud generale violandi totum ieiunium quadragesimale; nullum vero peccatum numero distinctum, & de nouo committere in singulis illis volitionibus, & fractionibus ieiunij, in quolibet die elicitis, & factis. Et huius rationem assignat, quod illæ volitiones, & fractiones particulares sunt velut actus imperati ex illo primo proposito generali in principio concepti: & quemadmodum actus exteriores (inquit) malitiā propriam non habent, nec nouam pœnam (subdit) merentur vltra eā, quæ actui elicito volūtatis imperatiuo debetur; ita, ait, illæ volitiones singulares singulis diebus elicitæ nec malitiam propriā habent, nec ad nouam, & propriam pœnam imputantur: Et ideo dixit, si Petrus v. g. proponat vna volitione occidere decem homines; & postea id volens executioni mandare, singulas volitiones illos decē homines occidendi eliciat, & sigillatim occidat; ait quod Petrus peccabit præcisè in prima volitione generali, qua in communi proposuit illos occidere, non tamē peccabit per alias volitiones particulares per quas vult hunc occidere vel illum, & illum.

Huius sententiæ profectò sunt Bertarducius *in sum. corona*, Italicè scripta (in Latina non reperitur) *1. p. cap.* a. *n.* 19. *fine.* & Marcus Scarsilia *in summa* etiam Italica *1. p. cap.* 125. *n.* 11. vbi aiunt qui cum fœmina ter, aut quater peccauit in eadem nocte, si habuit animum peccandi quantum posset, non peccare nisi vnico peccato, & quid simile docuit Zenardus *in direct. Confessorum 1. p. de sacramento pœnit.* vbi dixit eum, qui cum Amasia dormiuit, non teneri explicare in Confessione vices, quibus eam agnouit, sed sufficere, si dicat, feci, quod potui, dummodo non habuerit mentis, vel operis interruptionem.

238. At omninò asserendum non obstante illo generali proposito non ieiunandi per totam quadragesimam, peccatum de nouo committi qualibet volitione, & fractione ieiunij cuiuslibet diei. ita Medina *d. §. posset aliquis quærere*, Ledesma 2. 4 *q.* 17. *art. 4. dub. vlt.* Fagundez *præcepto 4. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 8. dicens esse indubitatū. Filliuccius *to. 2. tract. 27. c. 5. n. 87. & 88.* ita sentit etiā Oviedus *in 1. 2. tract. 6. controu. 5. pūcto 6. n.* 123. vbi dicit quod si accederet quis ad meretricē animo committendi duas fornicationes, & vnā immediatè post aliā absque vlla interruptione committeret, etiamsi ex vi eiusdem voluntatis actus, in quo semper perstitisset, vtraque fornicatio procederet duplex peccatum committeretur; quia (inquit) quælibet fornicatio est quoddam totum completum, & absolutum in seipso terminatum, & perfectum; & si post vnum consummatū aliud immediatè inchoaret; & inter hæc nulla est subordinatio, & moralis compositio, cum vnum ad aliud non ordinetur, nec sit pars alterius; & ita dum post commissa vna fornicatione immediatè ad aliam procedit, nouum aliud peccatum committit; id quod docet etiam Suarez *de pœnit. disp. 22. sect. 5. n.* 15. & idem ob eandem rationem dicunt, si quis proponeret occidere tres homines, & ex vi talis propositi illos aggrederetur, & interficeret vnum post alium, aiunt enim, quod peccaret in quolibet homicidio, & committeret tria peccata homicidij. Idem Ouiedus eadem *controu. 5. puncto 5. n.* 115. pariter docet eum, qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiamsi absque vlla interruptione animi, quo ab initio decreuit plures fornicari, quamuis continuè, & cum eadem fœmina exercerentur, peccare pluribus peccatis numero distinctis necessario in Confessione explicandis, quia quælibet fornicatio in se est absoluta, & completa, & nullam connexionem habet cum alia; nec temporis continuatio potest vnire actiones externas in se absolutè completas, & in suo genere adæquatas; nam quantumuis continuè homo plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta; & quid simile docent Layman *lib. 1. tract. 3. c. 3. n. 2.* & Castrus Palaus *to. 1 tract. 2. disp. 3. puncto 3. n.* 8. Probatur ergo assertio primo, quia quælibet volitio non ieiunandi, & fractio ieiunij non obstante illo proposito generali non ieiunandi per totam quadragesimam, est totum completum, & per se perfectum, absolutum, & in se ipso terminatum. neque vnius diei fractio alteri de se subordinatur, aut moralem compositionem facit, cum vna non sit pars alterius, neque etiam facit compositionem cum proposito illo generali, quod habet proprium obiectum generale, scilicet, violationem quadragesimæ totius per modum totius; ergo licet ex vi illius propositi generalis procedat ad fractionem primi diei quadragesimæ, & postea ad fractionem secundi, tertij &c. semper committitur nouum peccatum numero distinctum. Secundo quælibet illarum volitionum, & fractionum ieiunij particularium non obstante illo proposito generali est voluntaria, & libera, & aduersatur præcepto ieiunij, vt per se patet. At omnis actus voluntarius, & liber contra præceptum Dei, vel Ecclesiæ, aut Prælatorum est peccatum, & ad propriam pœnam imputabile, vt etiam est manifestum, ergo &c. Tertio probatur ex absurdo, quod ex sententia Martini sequeretur. Nam si per hoc, quod illæ volitiones, & particulares fractiones sunt in virtute prioris propositi generalis veluti ab illo imperatæ, propriam malitiam, aut imputationem non haberent, sequeretur (vt bene Medina loco citato) quod si quis proposuisset se velle Diuina mandata per omnia seruare; aut è contra proposuisset se in nullo velle legi euangelicæ obtēperare, quod quidquid postea ageret siue secundum legem Dei, siue contra eandem, nec mereretur, nec demereretur etiamsi homicida esset, & adulter, latro, infidelis &c. sed solum meritum, vel demeritum esset in illo generali proposito ab initio habito; quod quis non videt esse manifestum inconueniens, & enormissimum errorem; & tamen ex sententia Martini sequitur. Neque idem est de huiusmodi volitionibus, & fractionibus particularibus cuiuslibet diei quadragesimæ, ac de actibus exterioribus imperatis, quoad rationē bonitatis, & malitiæ. Nā actus exterior in se non habet propriā, & intrinsecam bonitatē, & malitiā formalem, sed tantū extrinsecè ab interiori actu participatam (vt dixi *in 2. tomo horum var. moral. tit.* 1. agens de conscientia scrupulosa) cum

naturali quadam necessitate sequatur ad actum elicitum imperantem, & etiam cum illo componant vnum actum completum; volitiones autem illæ particulares non ieiunandi in singulis diebus elicitæ, & fractiones particulares ex eisdem particularibus volitionibus procedentes non consequuntur naturaliter ad prius propositum generale, etiamsi quodammodo ea eius virtute fiant volitiones eædem particulares, & particulares fractiones; neque cum illo proposito complét vnum actum; atque adeo illud generale propositum non tollit ab eisdem particularibus volitionibus, & fractionibus malitiam, quam illo non præcedente haberent.

Qui in principio Quadragesimæ decernit se nolle ieiunare per totam quadragesimam, an in eo proposito peccet tot peccatis, seu malitiis numero distinctis, quot sunt dies ieiuniorum quadragesimalium.

239. An vero, qui initio Quadragesimæ proponit, & vult non ieiunare eo toto tempore, committat vnum tantum numero peccatum, seu habens vnicam tantum numero malitiam, an vero tot numero peccata, seu vnum materialiter peccatum formaliter multiplex, & habens tot malitias completas numero distinctas, quot sunt diuersi dies ieiuniorum quadragesimæ. Azorius *p.1.lib.7. c.31.q.8.* Fagundez *d.præcepto 4.lib.1.c.10.n.8.* & Turllech *lib.7.cap.3.dub.5. n.7.* affirmant committere tot numero peccata, seu vnum peccatum formaliter multiplex, seu habens tot deformitates, seu malitias eiusdem rationis, quot sunt dies ieiunij quadragesimalis; sicut inquiunt & ille, qui statuit vnico actu voluntatis se tribus diebus festis sacrum amittere, & qui statuit tribus diebus officium Diuinum omittere, & qui tres occidere, tria furta facere, tria periuria, vel sacrilegia committere, tria pariter peccata, seu vnum peccatum multiplex habens tres deformitates committit. Probat Azorius, quia peccata quatenus spectant ad peccatum, seu actus voluntatis malitiam, & deformitatem distinguuntur numero, quando res obiectæ, seu obiectum in quod fertur voluntas siue vno, siue pluribus actibus voluntas in obiecta tendat, illaué velit, seu de illis delectetur, est multiplex; vnde etiã sentiunt in Cõfessione ad illius integritatem præfatas deformitates esse explicãdas, seu non sufficere, si dicatur si habui semel propositum non ieiunandi; sed debere explicari habuisse propositum non ieiunandi per totam quadragesimam, omittendi sacrum tribus diebus festis, omittendi officium tribus diebus, committendi tria furta, tria adulteria, tria sacrilegia, & occidendi tres homines. Filliuccius autem *d.c.5.n.87.* ait vnum numero peccatum moraliter committi, tam graue tamen vt æquiualeat quadraginta numero peccatis eiusdem rationis, quæ secundum præcedentem opinionem committi dicunt: rationem esse ait, quia sit vnum obiectum, vel per modũ vnius animo obiicitur, non autem fertur voluntas super singulos dies quadragesimæ, & *n.88.* Idẽ dicit de eo, qui initio quadragesimæ statuit cõmedere carnẽ per totam quadragesimam, scilicet etiã in hoc casu committi vnũ numero peccatum valdè graue; & grauius eo, qui statuit tantũ non ieiunare comedẽdo tamẽ cibos quadragesimæ.

An in eodem actu prauo tendente in plura obiecta totalia numero distincta multiplicentur peccata moraliter numero distincta, seu malitiæ morales numero distinctæ iuxta numerum obiectorum.

240. Resolutio huius difficultatis pendet ex resolutione illius difficultatis valdè inter Theologos controuersæ: An ratione numericæ distinctionis obiectorũ totaliũ obiectiuè malorum, in quæ voluntatis actus fertur, possint multiplicari, & de facto multiplicentur numero peccata, seu possint esse, & sint in eodem actu plures deformitates, seu malitiæ numero distinctæ. Vt si quis eodẽ actu desiderat, & proponit occidere decẽ homines eiusdẽ conditionis, vel eodem actu desiderat, & proponit fornicari cum decem fœminis eiusdẽ conditionis, an iste cõmittat vnum tantũ numero peccatũ physicè, & moraliter, an vero tot numero peccata moraliter, quæ sunt homines & quot sunt fœminæ, seu fornicationes; seu an licet committat vnum tantum peccatum physicè, in eo tamen actu malo tot resultent, & multiplicentur malitiæ morales numero distinctæ, quot sunt homines, quos intendit occidere, & quot sunt fœminæ, quas desiderat, & fornicationes, quas intendit.

Prima sententia.

Prima sententia docet ratione eiusmodi numericæ distinctionis obiectorum eiusdem conditionis etsi totalium in eodem actu in illa simul, & indiuisibiliter tendente non multiplicari peccata numero formaliter, seu multiplicari malitias morales numero distinctas, ita vt tot in eo sint malitiæ, quot obiecta; sed esse vnum tantum numero peccatum physicè, & moraliter habens vnã simplicem malitiam notabiliter tamen grauiorem, quam si tenderet in vnum tantum obiectum, aut in singula seorsim. ita Suarez *de pœnit.disp.12.sect.5.n.34.* & *35.* & *de censuris disp.5.sect.3.n.8.* & *9.* Ægidius Coninch *de sacra. disp.3.n.13.* Filliuccius *to.2.c.21.c.8 n.320.* Layman *lib.1. tract.3.c.3.n.5.* & *tract.2.c.10.n.3.* versic. *secundo, qui malignum propositum,* Duardus *in Bullam cœnæ lib.3.§.3.q.5. n.3.* Bonacina *de peccatis disp.2.q.4.p.5.n.1.* Megala *1.p. lib.5.c.12.n.4.* Michaël Zenardus *in direct. Theologorum 1. p. in explicatione 6.* & *9. præcepti c.3.* & probabile putant Vasquez & Diana locis *infra* allegandis. Ratio præcipua est, quia actus tendens in plura obiecta totalia eiusdem rationis, & solum numero distincta, licet æquiualeat multis, tamen est vnus non tantũ physicè, sed etiã moraliter, quia illius obiectũ est vnũ formaliter, & moraliter quia fertur in illa plura obiecta per modum vnius obiecti, seu illum actum illa plura obiecta à parte rei numero distincta terminant per modum vnius obiecti; & cum malitiæ obiectiuæ sint vnius, & eiusdem rationis, in vnam malitiam coalescunt, quatenus eundem actum terminant; atque adeo cum sit vnum tantum obiectum formaliter, & moraliter, vnum tantum est numero peccatum physicè & moraliter notabiliter tamen grauius. Confirmat Suarez *d.n.35.* quia relatio transcendentalis fundata in indiuisibili entitate, non multiplicatur propter materialem distinctionem terminorum, seu obiectorum; vnde in tali actu neque augeri, neque minui potest ille transcendentalis respectus, quia indiuisibiliter tendit ad omnia illa obiecta per modum vnius, & ita vnum est obiectum formaliter, & moraliter, etsi à parte rei sint plura: Quare licet singula obiecta, si per se sumantur, possint terminare actum adæquatum, & dare actui in illa seorsim tendente malitiam numero diuersam; tamen quatenus omnia coniunguntur in vno actu, seu eodem actu indiuisibiliter attinguntur, hic & nunc nullum ex illis per se illam conferre potest, sed omnia simul per modum vnius concurrunt ad vnam, & eandem malitiam; id quod etiam Suarez, & Filliuccius, & Bonacina explicant, & confirmant exemplo illius, qui desiderat mortem multitudini hominum, quorum numerum ignorat, vt toti familiæ, Congregationi, Ciuitati, nationi &c. huiusmodi enim actus desiderij, seu odij, seu peccatum non potest habere plures malitias (sed est vnum peccatum numero physicè, & moraliter. vt docent Nauarrus *in man.c.6.n.18.* & Fagundez de præceptis Eccl *præcepto 2.lib.3.c.5.n.11.*) cum ignoretur quot sint, & consequenter non sint distinctè volitæ, sed confusè, & in vna illa multitudine. Declarat autem Layman *d.c.3.n.2.* numericam distinctionem obiectorum non facere plura numero peccata, cum vnico actu intenduntur, si distinctio sit tantum materialis, secus autem ait, si obiectorum multiplicatio sit formalis siue in ordine ad actum, quia voluntas quasi pluribus actibus in obiectum tendit, vt si quis proponeret hodie furatorum decem, & cras viginti; vel proponat mane furari claues, vt postea furetur pecunias. Cum enim, inquit actus internus essentialem ordinem gerat ad actum externum, ideo si actus externus sine obiectiuus vnitatem non habet, etiam actus internus virtualiter in genere moris multiplicatus censetur. ita Layman. Et ex hac sententia inferuntur sequentia ab iisdem Doctoribus. 241.

Primò

242. Primò illum, qui vno, & eodem actu voluntatis concupiscit plures fœminas eiusdem conditionis, aut statuit occidere decem homines, committere vnum tantum peccatum physicè, & moraliter, vnamque simplicem malitiam moralem, ita omnes præallegati Doctores. & ita etiam vnum tantum peccatum physicè, & moraliter committere eum, qui ieiunio Quadragesimæ vult nullum diem illius ieiunare.

Secundò vno actu plures percutientem, aut pluribus iniuriam inferentem, aut maledicentem, vel detrahentem, plures Sanctos blasphemantem, plures vnico verbo ad peccandum inducentem, plures mulieres in vna mollitie cogitantem, seu concupiscentem, vnum committere tantum peccatum habens vnam simplicem malitiam. ita Bonacina *vbi suprà*, & Vasquez *to.* 4. *in* 3. *p. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 8. supposita hac prima sententia.

Tertiò eum, qui vnica absolutione plures excommunicatos inuodstos aliqua excommunicatione ex contentis in bulla cœnæ absoluit contra prohibitionem eiusdem bullæ, vnum tantum peccatum committere, atque adeo etiam vnam tantum contrahere excommunicationem, & non plures, & tot excõmunicationes numero distinctas, quot sūt personę quas absoluit. ita Duardus *d. n.* 4.

243. Quartò, vnam tantum censuram incurrere Iudicem, qui duos homines simul ab Ecclesia extraheret, & eum etiam, qui duos excommunicatos simul, & eodem tempore alloqueretur; & cum quoque, qui eodem ictu tres Clericos percuteret, aut occideret, ita Suarez *d. disp.* 5. *cap.* 3. *n.* 8. & Bonacina *vbi supra*; eo quòd, inquit Suarez, in his casibus distinctio illa personarum non confert ad multiplicanda peccata, & simpliciter vnum est peccatum, & vnica transgressio, quæ in voica actione consistit, quamuis in tertio casu ex actione resultēt tres passiones, vel plura nocumenta; quæ potius (inquit) sunt plures effectus vnius peccati, quam plura peccata. Quamuis Duardus *d. q.* 2. *n.* 3. & 4. velit eum, qui eodem ictu tres Clericos percutit intendens illos vno eodem ictu percutere, incurrere tres excommunicationes numero distinctas, & huius rei duas affert rationes. Et prima est, quia excommunicatio contenta *in cap. si quis suadente* 17. *q.* 4. fertur contra percutientem Clericum; & consequenter tres Clericos percutiens incurrit tres excommunicationes. Neque, inquit, est simile de absolvente vnica absolutione plures contra prohibitionem Bullæ cœnæ, in qua tantum dicitur; *quod si qui forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicationibus, & anathemata illaqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserit, eos excommunicationis sententia innodamus.* Ex quibus verbis colligitur eodem modo excommunicari eum, qui plures excommunicatos eodem actu absoluit, ac qui absoluit vnum tantum; quia illos plures respicit per modum vnius; & ita vnum tantum peccatum committit; sicut qui maledicit toti familiæ, quia plures personas familiæ, seu totam familiam respicit per modum vnius iuxta supra dicta. At in *d. cap. si quis suadente* (subdit) simpliciter fertur excommunicatio contra percutientes Clericum nulla facta mentione de percutientibus plures Clericos; vnde illa excommunicatio non respicit plures Clericos per modum vnius; sed per modum plurium, ac proinde qui vno ictu plures Clericos percutit, plures numero excommunicationes contrahit: sed hæc ratio disparitatis est satis leuis, & friuola; nam particula *Clericum* posita in illa excommunicatione, cum sit indefinita æquiualet *vniuersali*, atque ideo idem fuerit dicere *percutientes Clericum, ac percutientes Clericos*. Et si in priori casu contrahitur vnica tantum excommunicatio ab absoluente vno, & eodem actu absolutionis plures, quia respicit per modum vnius; ita etiam vno ictu intendens percutere, & percutiens tres Clericos, illos respicit per modum vnius iuxta hanc sententiam. Altera ratio (quam idem Duardus dicit meliorem) disparitatis inter casum absoluentis eadem absolutione plures contra prohibitionem Bullæ cœnæ; & percutientis eodem ictu plures Clericos est; quod (inquit) per excommunicationem *d. cap. si quis suadente* punitur iniuria facta Clerico propter eiusdem percussionem; atque adeo excommunicatio illa respicit obiectum offensum, ipsiusque iniuriam intendit vindicare; & propterea sicut multiplicatur iniuria respectu obiectorum; ita etiam multiplicatur excommunicatio; at vero in priori casu absolutionis contra prohibitionem Bullæ cœnæ excommunicatio non tendit ad vindicandam iniuriam eorum, quibus impenditur absolutio; quia illi potius existimant beneficium consequi; sed tendit ad puniendam temeritatem Sacerdotum, & iniuriam, quam Ecclesiæ conferunt, vindicandam. Vnde cum Sacerdos eo casu vnicam tantum actionem faciat, & propterea vnicum peccatum committat, & vnicam iniuriam Ecclesiæ inferat, nil mirum si vnica absolutione plures excommunicatos absoluens vnam tantum, & non plures excommunicationes contrahat. Sed dicet Suarez etiam in secundo casu esse vnicam actionem percutiendi; licet inde resultent plures passiones, & excommunicationem esse iniunctam percussioni; atque adeo cum percussio sit vnica, vnicam tantum contrahit excommunicationem. Dicet etiam Suarez excommunicationem esse impositam percutienti propter sacrilegium quod in percussione Clerici committitur; ac proinde cum percussio sit vnicus actus, vnicum esse sacrilegium, & ita etiam vnicam incurri excommunicationem. Demum dicet plures illas iniurias, cum termineut vnicum, & indiuisibilem actum in plures Clericos tendentem, coalescere quasi in vnam iniuriam. vide infrà *n.* 565.

Quintò Michaël Zenardus loco citato infert coniugatum, qui cum vxore alterius adulterium committit, vnum tantum adulterij, & iniustitiæ peccatum vnicam habens malitiam committere, etsi eodem actu iniuriam inferat propriæ vxori, & marito alterius, & hoc idem sentire videtur Suarez *d. disp.* 22. *sect.* 5. *n.* 34. *iuncto n.* 35. idem docuit Emanuel Sa secundum Complutensem impressionem *v.* Confessio *n.* 30 qui proinde dicit satis esse fateri se adulterium commisisse. At Ioannes Lugo *de pœnit. disp.* 16. *n.* 140. existimat hoc peccatum adulterij coniugati cum coniugata habere duplicem malitiam specie diuersam, vnam ratione sui matrimonij; & alteram ratione matrimonij sui complicis, nam prior est malitia contra fidelitatem, quam debet suæ vxori, & contra leges sui matrimonij, posterior vero est quatenus adulterans est causa sua cooperatione, quod complex violet leges sui matrimonij; diuersa autem viderur esse Virtus, quæ inclinat hunc coniugē ad seruandū suum matrimonium, ab ea quæ inclinat ad seruāda aliena matrimonia; sicut diuersa est virtus, quę me inclinat ad seruandum ieiunium meum, ab illa, quę inclinat ad non violandū ieiuniū, quod alij debent; illa enim prior est propriè tēperantię, hæc verò non est propriè tēperantię; sed reductiuè; eadē ratione addit idē Lugo si quis habens votū castitatis peccat cum habente similiter votū castitatis, committit peccatum habens duplicem malitiam specie distinctam, quia alia species malitiæ contrahitur ex violatione proprij voti, alia vero ex cooperatione ad violationem voti alieni, ad cuius obseruationem ego non teneor ex voto, ita Ioannes Lugo, qui propterea ait in prædictis casibus in Confessione teneri coniugatum explicare se peccasse cum coniugata; & qui habens votum castitatis peccauit cum habente simile votum teneri pariter id in Confessione exprimere. At Doctores communiter tenere videntur in adulterio coniugati cum coniugata peccari solum contra iniustitiam; & ita præsertim Suarez *loc citato*, Castrus Palaus *to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 3. *n.* 9. Vasquez *to.* 4. *de pœnit. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 19. Conioch. *de sacram. disp.* 7. *n.* 46. Garzias *de benefic. p.* 3. *c.* 1. *n.* 130. & Sanchez *de matrim. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 6. *versic.* & *Emanuel Sà*, qui alios allegat. Et quod controuertitur inter Doctores est; an in tali adul- 244.

terio reperiatur, seu sit vna tantum simplex iniustitia, quod asserit Suarez; an vero duplex iniustitia numero distincta respectu vtriusque coniugis peccantium, quod affirmant *ibidem* Sanchez, Vasquez *d.n.4.* & Fagundez *d.n. 19.* ac proinde rectè asserentes in confessione esse aperiendam vtriusque coniugis circunstantiam, cum sit duplex adulterium; sicut ille, qui eodem ictu interficit duos homines tenetur explicare huiusmodi circunstantiam duorum hominum, & non satisfacit dicendo se vnum interfecisse, cum sit duplex numero homicidium, nec in vno coalescat, vt latè probatur in sequenti sententia, & etiam infrà *n.270. & 271.* & idem puto esse de peccato carnis habentis votum cum habente votum castitatis, scilicet esse contra vnicam virtutem religionis, quæ ab vtroque violatur, & solum posse esse difficultatem, an respectu vtriusque peccantium reperiatur vna simplex malitia contra religionem, an vero duplex numero diuersa. Prædicta quoad primam sententiam.

Secunda sententia.

245. Altera sententia, & magis communis, & probabilior asserit ex numerica distinctione obiectorum totalium, & integrorum atque adæquatorũ eiusdem rationis vnionem inter se non habentium, in quæ vnus, & idem actus malus internus tantum, aut simul cum externo fertur, multiplicari moraliter peccata, seu malitias morales, totque esse moraliter peccata numero, seu tot malitias, seu deformitates numero distinctas, quot obiecta. ita quod si quis vnico actu concupiscat tres fœminas eiusdem conditionis, vel statuat tres homines occidere, vel velit eodem ictu tres homines percutere, non committere vnum tantum numero peccatum physicè, & moraliter habens vnam simplicem malitiam, sed committuntur tria peccata moraliter numero distincta, seu committitur vnum peccatum, seu est vna actio habens tres malitias morales numero distinctas. ita Vasquez loco suprà *n.240.* citato, Sanchez loco *numero præcedenti* allegato, & *in summ. lib. 1. cap. 6. n. 8.* Henriquez *in summ. lib. 15. cap. 5. num. 4.* Molina de iustitia *to. 4. tract. 3. disp. 41. num. 3.* Azorius loco supra *num. 239.* relato, & *eadem p. 1. lib. 2. cap. 4. q. 2.* versic. *secunda circunstantia*, Fagundez loco supra *num. 239.* & *precept. 1. lib. 2. cap. 4. num. 7. & 19.* Turllench loco *eodem num. 239.* citato, Sayrus *lib. 2. clauis cap. 5. num. 14.* Gordonus *lib. 1. q. 11. num. 18.* versic. *si vero hac.* Salas *in 1. 2. tract. 13. disp. 3. sect. 1. n. 19.* Ariaga *in 1. 2. p. 1. disp. 43. num. 25.* Castrus Palaus *to. .. tract. 2. disp. 3. puncto 3. num. 8.* Diana *p. 1. tract. 6. de circunstantiis resolut. 17. fine, & resolut. 29. fine. & p. 3. tract. 4. resolut. 164.* Ouiedus *1. 2. tract. 6. controu. 6. p. 6. num. 122. & seqq.* & alij Theologi à Diana, & Ouiedo relati & ita videtur sentire etiam Ioannes Lugo de pœnitentia *disp. 16. num. 132 & 133.* & ex Iurisperitis Ioannes Andreas *in regula* delictum *lib. 6. in Mercurial.* & Hugolinus de censuris bullæ cœnæ *p. 3. cap. 3. num. 2.* vbi asserunt percutientem tres Clericos vna percussione incidere in tres excommunicationes numero distinctas, quod idem asserit Nauarrus *in man. cap. 6. n. 18.* & etiam Sacerdotem absoluentem vnica absolutione plures personas contra prohibitionem bullæ cœnæ contrahere tot numero excommunicationes ait *ibidem* Hugolinus. Probatur hæc sententia quia plura sunt obiecta totalia, & adæquata nullam habentia in se vnionem; quorum quodlibet per se aptum est tribuere actui propriam malitiam, & constituere vnum peccatum; ergo actus tam internus, quam externus, qui in illa fertur tot sortitur malitias morales, seu deformitates numero diuersas, quot sunt ipsa obiecta, cum non sit maior ratio, cur vnum conferat propriam malitiam numericam, quam aliud, nec coalescant ad conferendam vnam tantum malitiam, cum sint obiecta totalia, & adæquata nullam inter se de sui natura vnionem habentia, nec vnum ad aliud subordinetur; quare etiam non potest dici actum ferri in illa per modum vnius obiecti; nam cum sint totalia, & non habentia vnionem ex se, actus non potest ferri in illa nisi vt plura sunt; & eadem etiam obiecta non terminant actum per modum vnius, sed vt plura sunt. Confirmatur primò actus internus dicit essentialem ordinem ad actum externum; & etiam ad obiectum actus externi, sicut etiam idem actus externus dicit essentialem ordinem ad suum obiectum, in quod tendit, ergo si actus externus, & obiectum eiusdem actus externi vnitatem non habet, etiam actus internus, & externus virtualiter in genere moris non est vnus, sed multiplex, & tot peccata moraliter, seu habens tot deformitates, quot sunt actus externi, & obiecta in quæ tendit, & etiam actus externus in genere moris est multiplex, & habet tot deformitates, quot sunt illius obiecta immediata in quæ tendit; hoc enim totum probat ratio Layman suprà *n. 239. fine*, adducta, aut nihil probat.

Confirmatur secundo, quia licet Corradus *1. 2. q. 18. art. 18.* neget in eodem actu vno numero physicè posse multiplicari malitias morales specie distinctas, etsi in eo concurrant circunstantiæ specie distinctæ quoad malitiam moralem, sed velit ibi esse vnam indiuidualem malitiam coalescentem tanquam ex genere, & differentia, v.g. si furto accedat circunstantia sacrilegij, quia furatus est quis rem Sacram, vel fornicationi accedat circunstantia adulterij; quia accessit vxorem alterius; ait Conradus, circunstantiam furti contrahi per circunstantiam sacrilegij; & ita actionem furandi moraliter constitui sola specie sacrilegij, esseque non furtum formaliter, sed sacrilegium; circunstantiam vero fornicationis contrahi per circunstantiam adulterij; & ita accessum ad alienam constitui in sola specie adulterij, & non esse actum formaliter fornicationis, sed adulterij, seu iniustitiæ. Nihilominus Theologi communiter affirmant in eodem numero physico actu posse multiplicari malitias specie diuersas propter respectum ad circunstantias, seu obiecta habentia malitiam specie diuersam ratione oppositionis ad diuersas virtutes, vel modi oppositionis eidem virtuti; vt in exemplo accessus ad coniugatam, in quo sunt duæ malitiæ specie diuersæ, vna fornicationis, altera adulterij, seu iniustitiæ; & in eodem exemplo furti rei sacræ, in quo reperitur deformitas furti, seu iniustitiæ, & deformitas sacrilegij. ita S. Thomas *2. 2. q. 154. art. 3.* (dum adulterium dicit speciem fornicationis; ac proinde hoc ipso videtur denotare fornicationem per eas circunstantias sortiri varias species) alij Theologi *in 2. d. q. 18. art. 1 n.* Medina, Caietanus, Valentia: item Vasquez *disp. 53. cap. 1. & 3.* Suarez *to. 3. disp. 2. sect. 3.* & alij recentiores præsertim Ariaga *t. 2. disp. 17. n. 47.* Gordonus *lib. 1. q. 8. cap. 6. n. 27.* Et ratio est, quia in prædictis casibus non tollitur per rationem sacrilegij malitia furti; neque per rationem adulterij malitia luxuriæ & consequenter manet actus prior in specie furti; & posterior in specie luxuriæ, neque vna ratio, seu species malitiæ destruitur per aliam; nec apparet ratio, cur vna malitia faciat speciem suam, & non altera; Et hæ duæ malitiæ scilicet furti, & sacrilegij, & luxuriæ, & adulterij, cum non habeant oppositionem, non est cur posterior species destruat priorem: Aliæ confirmationes videantur apud Gordonum. Hac communi doctrina supposita, sic confirmo hanc posteriorem sententiam: In eodem actu multiplicantur malitiæ diuersæ specie propter respectum ad obiecta moraliter mala, specie diuersa; ita quod horum obiectorum quodlibet eidem actui tribuit suam speciem, seu propriam malitiam specialem, vt patet in fornicatione cum coniugata; & si quis eodem actu concupiscat mulierem solutam, coniugatam, & monialem, vel eodem actu velit percutere, & percutiat Laicum, & Sacerdotem. ergo etiam in eodem actu multiplicantur malitiæ morales numero distinctæ, propter respectum ad obiecta totalia, & adæquata numero distincta, & inter se vnionem non habentia; non enim

apparet

apparet ratio, cur obiecta mala specie distincta præbeant suam propriam speciem, seu specialem malitiam, & non præbeant suam propriam malitiam numericam obiecta eiusdem conditionis numero distincta; si dicatur malitias specie distinctas non posse coalescere in vnicam malitiam, posse autem malitias numero distinctas: contra est, quia neque duæ malitiæ numero distinctæ, vt duæ fornicationes, duo homicidia possunt in vnum coalescere, sunt enim obiecta totalia, & adæquata non habentia de se vnionem, atque adeo actos non potest ferri in illa per modum vnius, sed vt plura, & distincta sunt, vt iam ostendi.

247. Confirmatur secundo actus externus, & internus efficax eadem malitia indiuisibili indiuisibiliter afficiuntur, quia faciunt vnum in genere moris; ergo si datur duplex malitia externa, affectus efficax ex se tendens in vtramque habebit duplicem malitiam. Confirmatur tertio accedens ad meretricem animo committendi duas fornicationes, & vnam immediatè post aliam absque vlla interruptione committens duplex peccatum committit; quia quælibet fornicatio est quoddam totum completum vt suprà *num.* 237. probatum est, & etiam Suarez *ibi* relatus docet; ergo etiam actus voluntatis efficax committendi has duas fornicationes, cum tendat in duo peccata externa numero distincta completa, & in se terminata, habet duplicem malitiam numero distinctam; alioqui etiam is, qui vno actu statuit committere duplicem fornicationem; & ex vi eiusdem actus interni permanentis vtramque incontinenti exercet vnicum peccatum committeret.

248. Demum confirmat Ioannes Lugo *disp.* 16. *num.* 133. hac ratione, quam ait procedere à priori, nempè quia sicut oppositio cum diuersa regula rationis & honestatis potest multiplicare malitias in specie, vt suprà *num.* 244. probatum est; sic oppositio cum iuribus distinctis poterit multiplicare numero malitias iniustitiæ; nam sicut malitia moralis est læsio regulæ rationis; sic malitia moralis iniustitiæ & læsio iuris alieni; cum ergo qui occidit duos homines, aut infamat, lædat distincta iura, quæ illi habent ad suam vitam, & famam, consequens est, vt contrahat duas malitias iniustitiæ, seu duas oppositiones contra duo iura aliena. ita Lugo, & rectè, & deducitur ex prima probatione.

249. Ex his infertur primo eum, qui initio quadragesimæ proponit nullum diem illius ieiunare committere tot peccata moraliter numero distincta, seu vnum peccatum habens tot malitias morales numero distinctas, quot sunt dies ieiuniorum quadragesimæ. vt tradunt Azorius, & Fagundez locis supra *num.* 239. relatis, & Diana *d. resolut.* 164. Secundò eum, qui decernit omittere pluries missam in diebus festis, vel officium pluribus diebus, vel committere plures fornicationes, vel occidere plures homines, vel maledicere pluribus personis, vel pluribus simul eodem reuelato delicto honorem detrahere, vel proferre blasphemiam in plures Sanctos, peccare tot peccatis moraliter numero distinctis, seu tot malitiis moralibus numero distinctis, quot sunt personæ, vel obiecta, vel personæ circa quæ, vel circa quas illius actus voluntatis interior, & exterior, ex vi eiusdem interioris procedens versatur; & sic, qui eodem actu occidit tres homines, tribus maledicit, aut detrahit, tres Sanctos simul blasphemat; peccat peccato habente tres malitias morales homicidij, aut tres malitias morales contumeliæ, aut tres malitias morales detractionis, aut tres malitias morales blasphemiæ. ita Azorius & Fagundez locis *d.n.* 239. relatis idem Azorius *p.* 1. *lib* 4. *cap.* 4 *q.* 5. Vasquez, Sayrus, Gordunus, Aragia, Ouiedus *d. puncto* 6. *n.* 126. Castrus Palanarcit. *tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 3. *n.* 15. Diana *p.* 3. *tract* 4. *d. resolut.* 164. versic. *quartò infertur*, & Filliuccius *to.* 2. *tract.* 21. *c.* 9. *n.* 125. vbi loquitur de detrahente pluribus personis vnico sermone, & deferente testimonium falsum, eodē & vnico sermone contra plures personas. Tertiò infertur eum, qui in vna, & eadem mollitie tres coniugatas concupiscit, peccare tribus peccatis adulterij moraliter numero distinctis, seu tribus malitiis moralibus adulterij numero distinctis. Ita etiam Toletus *in lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. versic. *tertius casus*, Reginaldus *lib.* 25. *n.* 48. & Diana *d. resolut.* 164. Quartò etiam infertur eum, qui vnico sermone, vel exemplo inducit plures personas, puta, quinque ad peccandum, committere tot peccata numero moraliter, seu peccatum habens tot numero malitias scandali. ita Sanchez *d lib.* 1. *summ. cap.* 6. *n.* 8. & Diana *d. resolut.* 164. alios allegans, qui proinde aiunt talem circumstantiam esse in Confessione manifestandam. Quintò infertur eum, qui plures personas Ecclesiasticas eodem ictu interficeret, tot sacrilegia committere, & tot excommunicationes incurrere, quot essent personæ occisæ; & etiam tot irregularitates. Ita Ioannes Andreas, Hugolinus, Nauarrus, Molina locis *n.* 245. citatis. & Fagundez *precepto* 1 *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 7.

Dixi autem *n.* 245. in propositione huius secundæ *ex numerica distinctione obiectorum totalium, & adæquatorum vnionem inter se non habentium* &c. quia si essent partialia, vel vnum subordinaretur ad alterum tanquam pars illius cum illo conflans vnum totum, si vnicum actum terminarent, non efficerent multiplicem, & diuersam numero malitiam, sed vnam simplicem. ita Nauarrus *in man. c.* 6. *n.* 18. versic. *infertur quartò*. Azorius *p.* 1. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 3. & Filliuccius *d. tract.* 21. *cap.* 8. *n.* 319. & exemplificant in eo, qui vellet domum comburere, aut furari totam bibliothecam alicuius, in qua sunt multi libri, vel vnam myriadem Ducatorum, vel ingentem tritici cumulum, vel totum gregem ouium, aut totum armentum boum, aut porcorum. in his omnibus enim vnum tantùm numero peccatum committeret, quia domus est vnicum totum ex multis rebus tanquam partibus constans; item plures libri quorum singoli fortè possunt materiam grauem furti facere, vnam efficiunt bibliothecam, plures nommi vnā myriadem, seu vnum cumulum, plura grana tritici vnum comulum, plures oues vnum gregem, & plures boues, equi vnum armentum, & consequenter in his singulis volitionibus comburendi, & furandi vnum numero peccatum committitur, quamuis eo grauius, & maius, quo materia peccati est maior. 250.

Qui eodem tempore, & impetu plures eiusdem rationis maledictiones, aut contumelias in eandem personam iaciat vel pluries percutiat, an committat vnum numero peccatum, vel plura.

Præterea, qui eodem tempore, vel cum leui interruptione plures maledictiones eiusdem speciei iactat in eandem personam, vel plures illi impingit alapas, vel plura vulnera infligit vno iracundiæ impetu, vel plures contumelias, vel pluries fœminam eodem tempore, vel cum leui interruptione, & quasi continuatè osculatur, vel lasciuè tangit: in his singolis (licet alioqui si illi actus repetiti circa eandem personam fierent diuerso tempore, & cum notabili interruptione essent tot peccata numero, quot numero actus physici) vnum tantum numero peccatum committit. ita Nauarrus *d. c.* 6. *n.* 17. & 18. Azorius *d. c.* 4. *q.* 5. Vasquez *in* 3. *p. to.* 4. *q.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *d. n.* 8. Molina de iustitia *to.* 4. *tract.* 3. *disp.* 41. *n.* 3. (vbi confutat Couarruuiam 1. *var. c.* 10. *n.*.. & Clarum *lib.* 5. *sent.* §. *vltimo q.* 84 *n.* 2. & 3. asserentes percutientem ter eundem hominem absque animo illum occidendi eodem impetu debere puniri pœna trium delictorum) Layman *lib.* 1 *tract.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. Diana *p.* 1 *tract.* 1. *resolut.* 28. Palaus *to.* 1 *tract.* 2. *disp.* 3. *p.* 3. *n.* 5. Ouiedus *t.* 2. *tract.* 6. *controu.* 5. *p.* 5. *n.* 117. & alij Theologi cōmuniter ab ipsis præsertim Ioanne Sancio, & Palao relati & ex Iurisperitis Ioānes Andreas *in d. regula* delictū *d. reg. iur. in* 6. affirmat ter percutientē Clericū continuatis vulneribus vnam tantū excommunicationē incurrere, quia reputatur vna percussio. & ratio est, quia in his casibus licet actiones sint plures physice, tamē 251.

moraliter censentur vnica actio propter operis continuationem, & perseuerantiam, & propter eundem effectum, seu idem malum, seu damnum, quod per ipsas eidem personæ infertur; nam maledictiones idem malum imprecantur, alapæ, & vulnera idem damnum constituunt, & plura oscula, vel impudici tactus in opere exteriori continuantur videlicet, in perseuerantia cum fœmina permanente periculo, inquit Vasquez *in* 1. 2. *disp.* 75. *c.* 2 *fine*, vbi aliter dicendum ait de delectationibus lasciuis, quæ interius consumantur; hæ enim (inquit) cum non continuentur in aliquo opere externo, tot erunt peccata, & actus in genere moris, quot in esse physico. quod idem notat Ioannes Sancius *num.* 6. Porrò in iisdem casibus peccatum erit eo grauius, quo sæpius actus maledicendi &c. multiplicatur in eandem personam. idem quod in præfatis casibus dicendum, inquit, Azorius *loco citato*, & repetit Ioannes Sancius *d. num.* 1. si quis furetur rem vnam, sed eam, dum defert, sæpè deponit, & sæpè resumit; imò (addit) dum defert alius ei furatur, & eam ipsam mox recuperat, & deportat quousque ad destinatum locum perueniat, est enim vnicum furtum propter operis continuationem, & quia non est completum, donec in loco destinato reponit. Idem, vt docet Ouiedus *d. controu.* 5. *puncto* 6. *num.* 124. si quis proponeret furari duas bursas, quarum quælibet materiam grauem contineret, & ex vi eiusdem numero actus modo arriperet vnam, & incontinenti aliam ab eadem persona; esset enim vnum tantum iniustitiæ, seu furti peccatum vnicam habens malitiam, quia ablatio vtriusque bursæ continuatur eodem tempore, & in eodem damno, quod efficiunt eidem personæ: quod si etiam simul, & eodem tempore à diuersis personis bursam distinctam. seu res distinctas furaretur, tunc duplex esset peccatum eiusdem speciei, quia vterque habet integrum Ius ad rem suam, quod furto illo læditur, & vtrique immediatè damnum infertur. ita Henriquez *lib.* 5. *sum. cap.* 5. *num.* 4. Item si eodem, seu leui interruptione quis circa eandem materiam, seu ad confirmandam eandem falsitatem proferat plura iuramenta, vnum tantum erit peccatum periurij, quia omnia illa iuramenta confirmant eodem tempore vnicam falsitatem, & formaliter eadem est assertio, quam iuramento confirmat, & eadem ratione idem iuramentum. ita Ioannes Sancius *d. disp.* 6. *num.* 3. Palaus *loco citato*, & Ouiedus *d. controu.* 5. *puncto* 5. *num.* 116. & 117. vbi etiam dicit esse vnum periurij peccatum, si quis eodem iuramento confirmat diuersas falsitates, vt mox explicatur. Aduertit autem idem Ouiedus *d. num.* 116. quod si quis modo rem vnam falso iuramento firmauit; & immediatè aliam alio iuramento, esse duplex peccatum periurij, quia assertiones illæ sunt distinctæ, & quælibet in suo genere adæquata, & inter se vniri non possunt; licet earum materiæ possint eidem falsæ assertioni subesse, & tunc assertio illa iuramento firmata, vnum tantum esset peccatum (vt dixi) quod non multiplicatur ratione obiectorum; nam materia periurij non est materia falso affirmata, sed ipsa affirmatio. Quare cum dantur distinctæ affirmationes, dantur plures materiæ peccatorum adæquatæ, & inter se non vnibiles, & consequenter plura peccata. Similiter (vt idem Ouiedus *ibidem* notat, si quis eodem iudicij actu negaret duo mysteria fide reuelata vnum tantum peccatum committeret, quia mysteria non sunt materiæ peccati, sed iudicium: si autem duobus iudiciis distinctis negaret duo mysteria reuelata, modo vnum, & immediatè aliud, vel simul vtrumque (si duo iudicia numero distincta simul esse possunt eidem formali obiecto opposita) duplex committitur peccatum hæresis; nam quodlibet illorum iudiciorum est actus hæreticus adæquatus realiter distinctus ab alio, & cum illo non vnibilis, cum actus intellectus, qui sunt immediatæ peccatorum materiæ, vnibiles inter se non sit.

Si quis eodem tempore, & impetu contumeliis diuersarum rationum afficit aliquem an peccet tot peccatis seu malitiis specie, & numero distinctis, quot sunt contumeliæ.

252. Sed quid si quis eodem impetu iræ, & eodem sermone iaciat in aliquem diuersas contumelias v. g. compellando furem, latronem, homicidam, adulterum, hæreticum an etiam in hoc casu committat vnum tantum peccatum numero, & specie, an vero tot specie & numero, quot sunt ipsæ contumeliæ diuersæ.

Prima sententia multorum asserit esse tot peccata specie, & numero distincta, quot sunt contumeliæ diuersæ ita Nauarrus *in man. d. cap* 6. *num.* 18. versic. *secundò infertur*, Azorius 1. *p. lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 5. *initio.* Layman *lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. & nonnulli alij à Castro Palao, & Diana locis *infrà* allegandis relati: & ita videtur sentire etiam Vasquez *to.* 4. *de pœnit. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 5. *n.* 31. *fine*, & probabile dicit Ioannes Sancius *disp.* 6. *n.* 2. Rationem diuersitatis inter hunc casum, & alterum numero præcedenti explicatum, quando quis eodem sermone plures contumelias eiusdem rationis irrogat in alterum ter, aut quater appellando furem, aut adulterum, Layman ait esse, quod quando contumeliæ sunt eiusdem rationis, maiorem ordinem vnitatis moralis habent, quam quando sunt diuersæ rationis. Azor dicit, quod in præsenti casu sermo refertur ad obiecta specie diuersa, & consequenter tot peccata contumeliæ specie diuersa committuntur, quot sunt ipsæ contumeliæ diuersæ. fundatur ergo hæc sententia in altera sententia, quod contumeliæ prædictæ diuersæ habeant malitiam moralem inter se specie diuersam, & ita peccetur tot peccatis specie diuersis, & consequenter etiam tot numero distinctis.

253. At Rebellus *p.* 1. *lib.* 2. *q.* 17. *n.* 10. Fagundez *precepto* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 3. Bonacina *de Sacram. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *puncto* 2. § 3. *diff.* 3. *n.* 17. & *de peccatis disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 2. *n.* 12. & Castrus Palaus *to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 3. *n.* 6. asserunt non esse plura peccata, neque in Confessione debere explicari. Probat Palaus, quia esto essent iniuriæ diuersæ rationis, tamen in ratione iniuriæ, & contumeliæ conueniunt: Sicut si à Petro quis furatus esset equum, vestem, & arma non tenetur explicare ea in Confessione, sed satisfacit sufficienter declarando quantitatem; quia in ratione furti omnia illa eiusdem rationis sunt; sic videtur esse in ratione contumeliæ; aliàs semper deberet quis explicare in Confessione, quibus nominibus proximum dehonestauit. Rebellus autem, & Fagundez probant esse vnum peccatum, quia illæ diuersæ contumeliæ licet diuersas species iniurias significent, tamen cum ex vno impetu iracundiæ, aut odij proferantur sine morali interruptione, proferuntur per modum vnius, & ratione vnius temporis, & impetus vniuntur, & sic tantum vnum peccatum absolutè censentur. Non esse plura peccata tenet etiam Diana *p.* 1. *tract.* 7. *resolut.* 28. & probabilius putat Ioannes Sancius *d. disp.* 6. *n.* 2. ob eam tamen rationem, quod omnes contumeliæ in genere moris, seu quoad malitiam moralem sint eiusdem speciei specialissimæ etiamsi sint circa peccata differentissima.

254. Supposito quòd contumeliæ diuersæ circa peccata specie diuersa (vt cum quis alterum appellat furem, homicidam, hæreticum &c.) in genere moris, & quoad malitiam sint diuersæ speciei; etiamsi eodem impetu, & sermone in aliquem proferantur, videtur omninò cum prima sententia dicendum esse tot peccata specie differentia, quot contumeliæ, & consequenter etiam tot peccata numero distincta; hoc enim posterius sequitur ex illo priori: & ita sentit Ouiedus 1. 2. *tract.* 6. *controu.* 5. *p.* 5. *n.* 117. & ita essent in confessione explicanda; nec est simile illud de furto rerum diuersarum, quia hæ, quoad malitiam furti constituunt malitiam vnius speciei infimæ.

fimæ. Neque etiam vniri possunt in vnicam moralem malitiam supposita distinctione specifica.

255. Absolutè autem censeo cum secunda sententia non esse plura peccata, sed tantum vnum peccatum numero ob vnionem in continuata prolatione, & in eodem effectu, & damno vnius rationis, scilicet ablatione famæ. Ratio ergo est, quia omnes contumeliæ, & etiam detractiones quantumcunque circa peccata diuersissima, & specie differentia sunt vnius speciei specialissimæ quoad malitiam, & in ratione iniuriæ, & iniustitiæ, vt docent Caietanus 2. 2. *quæst.* 72. *art.* 1. Sotus de iustitia *lib.* 5. *quæst.* 9. *art.* 1. Molina *de iustit. tom.*5. *tract.*4. *disput.*19. *num.*3. Azorius *p.*3. *lib.*13. *cap.*5. *dub.*1. Reginaldus *lib.*24. *num.*102. Sà *verbo* contumelia *num.* 1. & alij ab ipsis relati. Ad id autem probandum à Caietano, Soto & aliis adducitur hæc ratio, quod species sumitur à forma, forma ex fine, sed finis omnium contumeliarum, & detractionum est vnus, scilicet, ablatio famæ; sed quia huic rationi obiici potest, primo quod quamuis peccata multa referantur ad eundem finem, tamen nihil prohibet distingui specie; puta quis intendit acquirere diuitias, vel honorem ob ambitionem, ob quam causam furatur, occidit, & alia mala facit; sunt peccata distincta specie etiamsi habeant eundem finem iuxta tradita supra *num.* 246. & Doctores communiter. Secundo quia non explicatur quare illa peccata posita in opere distinguantur specie, posita vero in sermone, & verbis non habeant species iniustitiæ distinctas. Ideo affero duas sequentes rationes, & primo quia peccatorum species sumuntur à distinctis rationibus deformitatum à ratione, sed hæc peccata dum sunt in opere habent distinctas rationes deformitatum, & signum est, quia sublata deformitate vnius peccati non tollitur altera; ergo sunt distincta specie. Contra vero posita in verbis habent vnam rationem deformitatis, quia sunt apta tollere famam; nam ab his peccatis verborum si auferatur deformitas sumpta à fine nihil remanebit peccati. Secundo quia cum peccata sunt in opere, non possunt non placere voluntati vel per se, vel propter finem alium; vnde quia ista opera habent diuersas deformitates, diuersis deformitatibus vitiant voluntatem, sed quando referuntur à detractore, solum placent propter ablationem famæ; vnde potest fieri, quod non placeat peccatum, placeat tamen loqui de peccato, & auferre famam alteri. Quamuis autem omnes contumeliæ, & detractiones sint eiusdem speciei, tamen habent varios gradus seu leuiores, vel grauiores sunt pro maiori, vel minori vitio seu peccato, quod proditur, vel obiicitur. An vero in confessione opus sit explicare hos gradus, seu peccata, quæ quis in alterum irrogauerit, vel dixerit pro contumelia, vel detractione; vel semper sufficiat dicere, contumelia proximum meum affeci, vel illi detraxi, seu illius famam denigraui exprimendo solum numerum, scilicet toties (si fuerunt interpolatæ) absque eo quod dicatur, vocaui eum latronem, adulterum, hæreticum. Sotus vbi supra asserit aliquando debere explicari gradus, seu qualitatem contumeliæ, aut detractionis, vt si sit valde grauis, seu notabiliter augeat iniuriam contumeliæ, aut detractionis vt v. g. si quis alium appellauerit, vel dixerit latronem, hæreticum, proditorem patriæ, quod est verum iuxta sententiam asserentem in confessione esse explicandas circumstantias non mutantes speciem notabiliter; intra eandem speciem aggrauantes; secus vero supposita alia sententia multorum asserentium sufficere in confessione explicare species peccatorum, & numerum; iuxta hanc enim opinionem sat est, dicere graui contumelia affeci, vel detraxi de graui peccato, non dicendo an appellauerit, vel dixerit esse hæreticum, an homicidam, &c. solum si explicatio gradus esset necessaria, vt Confessor iudicet, an fuerit peccatum mortale, vel veniale, adhibenda esset.

Qui plures maledictiones diuersæ rationis vno impetu in eandem personam iacit, an committat tot peccata specie, & numero distincta, quot maledictiones sunt.

Si quæratur an si quis eodem tempore, & sine morali interruptione in eandem personam iaciat plures maledictiones diuersas, seu diuersæ rationis iniurias, seu damna diuersarum rationum continentes; vt si illi deprecetur mortem corporis, mortem animæ, seu vt rapiatur à Diabolo, infamiam, &c. an committantur tot peccata numero, quot sunt diuersæ maledictiones in confessione explicanda. Palaus videtur velle esse tantum vnum peccatum ob illam rationem, quod omnes maledictiones, esto sint diuersæ rationis, conueniunt in ratione iniuriæ, idem videtur dicendum iuxta Rebellum, & Fagundez locis *num.* 253. citatis, quia scilicet videntur proferri per modum vnius, & ratione vnius impetus, & temporis vniri, & ita censeri debere absolutè vnum peccatum. Pro resolutione præmitto maledictiones respicientes diuersa mala, quæ in opere posita constituunt diuersam peccati speciem; inter se specie differre quoad moralem malitiam, & in ratione iniuriæ. ita Suarez de fide, spe, & Charitate *tract.*3. *disp.*6. *de Charitati oppositis sect.*2. *num.*3. Ioannes Sancius *dict. disput.*5. *num.*1. & Ouiedus 1. 2. *tract.*6. *controu.*5 *n.*36. *&* 117. Et ratio est, quia maledictiones, & imprecationes respiciunt mala in ordine ad opus ipsum, seu per verba maledictionis proferuntur mala in ordine ad exercitium, & cum affectu, vt maledictus re ipsa illis malis afficiatur; ergo sicut mala in opere posita habent distinctas rationes deformitatum, & consequenter specie differunt quoad moralem malitiam; ita etiam maledictiones dicta mala respicientes habent distinctas rationes deformitatum, & specie in ratione malitiæ, & iniuriæ differunt. Hoc supposito, ad quæsitum dicendum est, committi plura peccata specie, & numero distincta, & tot, quot sunt maledictiones iniuriam diuersæ rationis importantes. Et probatur, quia illæ maledictiones sunt diuersæ speciei, vt probatum est, ergo peccata specie differunt, & consequenter etiam numero, & consequenter etiam talis diuersitas maledictionum est in confessione aperienda, idque tanquam certum, & indubitatum docent Suarez, & Ioannes Sancius *locis citatis*, & tenet etiam Ouiedus *d. num.* 117. 256.

An is, qui vno actu imprecatur mortem toti vni familiæ, vel duodecim Apostolos blasphemat, vnum peccatum, vel plura numero distincta committat.

Ex declaratione etiam facta suprà *num.* 250. insurgit dubitatio; an is, qui vno actu maledicit, seu imprecatur mortem vni toti familiæ, etsi in ea sunt plures personæ, vnum tantum peccatum committat; & similiter, qui vno actu, seu sermone de duodecim Apostolis blasphemat, vel in duodecim Apostolos maledicta, aut contumelias conicit, vnum pariter tantum peccatum committat; an vero in his casibus tot committantur numero peccata moraliter, quot sunt personæ familiæ, & quot sunt Apostoli, aut Sancti. Affirmant esse vnum peccatum numero Nauarrus, Suarez, Bonacina, Filliucius locis supra *num.* 241. citatis, Fagondez *præcepto* 2. *lib.*3. *cap.*5. *num.* 11. & Ouiedus t. 2. *tract.* 6. *controu.* 5. *puncto* 6. *num.* 23. Probatur, quia in primo casu personæ familiæ, & in secundo Apostoli respiciuntur per modum vnius, ergo vnicum peccatum numero, sicut *eodem num.* 250. dictum est de eo, qui vellet domum comburere, vel furto surripere Bibliothecam, vel furari cumulum tritici, aut gregem ouium, vel armentum boum. Confirmatur antecedens, quia in iure vna familia ha- 257.

betur pro vna persona, *l. 1. ff. si familia furtum fecisse dicatur.* Et licèt familia sit nomen collectiuum, & significet multos, eos tamen omnes significat collectiuè, & per modum vnius. Confirmat totum argumentum, & explicat magis Ouiedus dicens non esse idem vno actu tendere in plures personas, & in eas tendere per modum vnius, vt patet (inquit) in actu, qui respondet huic conceptui *homo*, & in actu simplici, qui potest respondere huic complexo Petrus, & Ioannes, nam licèt vterque sit simplex actus, prior tamen tendit in plura per modum vnius,& posterior in plura per modum plurium. Quod ergo actus, quo quis vult mortem vni toti familiæ, vel maledicit duodecim Apostolis feratur in plures per modum vnius, ait idem Ouiedus probari,quia in his casibus affectus prauus non videtur ferri tam in personas, quam in familiam, seu communitatem; nam cum quis odio habet communitatem aliquam, ita actus ille odij attingit personas in ea Communitate, vt eo ipso quod aliqua à Communitate illa discedat, censeatur non odio haberi ex vi talis actus.

258. At contrarium, & in prædictis duobus casibus committi plura peccata, & tot numero moraliter, quot sunt personæ de familia, & quot sunt Sancti affirmant Azotius *1. p. lib. 4. cap. 4. quæst. 3. & 5.* Vasquez *de pænitent. tom. 4. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 10.* Salas *1. 2. quæst. 73. tract. 13. disput. 5. num. 65. fine.* in hanc partem videtur etiam inclinare Diana *3. p. tract. 4. d resol. 164.* versic. *sed his non obstantibus* (vbi etiam refert Molfesium) & Ioannes Lugo *de pænit. disputat. 16. sect. 3. num. 136. & 137.* Probat Azotius, quia numerica distinctio peccatorum, seu deformitatum, desumitur ex ipsis obiectis numero distinctis; ergo cum quis vno actu imprecatur mortem sex, vel decem de familia, vel eodem sermone contumelia afficit, vel blasphemat duodecim Apostolos, tot committit homicidia, & contumelias, seu blasphemias, seu in suo actu tot multiplicantur deformitates homicidij, aut contumeliæ, quot sunt personæ de familia, & quod sunt Apostoli. Confirmatur quia si eodem ictu, & impetu quis occideret omnes personas de familia, tot committeret iniurias, & homicidia, quot personæ occisæ, ergo etiam in actu voluntatis occidendi, & maledicendi tot debent esse numero peccata moraliter, seu tot deformitates homicidij, & contumeliæ, quot sunt personæ. Confirmatur magis, quia singuli familiæ homines, & quilibet Apostolus sunt obiecta homicidij, & contumeliæ ex se totalia, & integra, atque adæquata, & completa; ergo iuxta tradita suprà *num. 245.* necesse est, vt tot sint homicidia, & contumeliæ, seu tot in eo actu voluntatis sint deformitates homicidij, & contumeliæ, quot sunt personæ familiæ, & Apostoli. Addit pro maiori confirmatione Azorius, quod si aliqua persona ex illa familia esset Clericus, negari non potest, quin actus ille voluntatis habeat malitiam sacrilegij, ergo quælibet persona secundum se tribuit suam malitiam numero distinctam.

259. Et ab hac sententia re ipsa non discordat Palaus *tom. 1. tract. 2. disput. 3. p. 5. num. 15.* vbi dicit voluntatem occidendi totam vnam familiam sumptam per modum vnius esse quidem vnicum formaliter peccatum, quia vnus est indiuisibilis actus; aliàs, inquit, qui vellet homines infinitos occidere malitias infinitas formaliter haberet; at vero virtute multiplex esse iuxta multiplicitatem personarum, quæ appetuntur occidi, quia habet in voluntate formaliter plures occisiones; atque adeo est voluntas plura peccata committendi, & consequenter saltem in virtute illa voluntas plura peccata continet. Verum si habet in voluntate formaliter plures occisiones, quæ inter se non sunt vnibiles, sicut non sunt vnibiles plures fornicationes; ergo etiam actus ille voluntatis, licet sit physicè vnus, & indiuisibilis moraliter tamen est plura peccata, seu multiplex (ita potius, quam plura peccata, & his, & similibus casibus aiunt dicendum, seu loquendum Vasquez *1. 2. disp. 74. num. 7.* & Ouiedus *dict. p. 6. num. 125.* eo quod caetera accidentalia non multiplicentur per formas, sed per subiecta, & hic est vnum subiectum nempè actio vna physicè) peccatum nimirum habens formaliter plures malitias morales. Nec repugnare videtur, quod in eodem actu voluntatis prauo multiplicentur malitiæ specie, aut numero; sicut à parte rei obiecta praua possunt esse, & sunt à parte rei multiplicata.

Vtraque opinio est probabilis, sed posteriorem Azotij, & aliorum, ac Palai probabiliorem existimo, præsertim quia vtriusque sententiæ Doctores asserunt vno actu intendentem occidere totam familiam, seu personas totius vnius familiæ non satisfacturum Confessioni, si dicat habuisse voluntatem homicidij, quia non est voluntas vnius homicidij, sed plurium; sicut non satisfaceret Confessioni, qui diceret se habuisse voluntatem fornicandi, si habuit voluntatem fornicandi cum omnibus fœminis, quæ in vno residebant; quod est signum illam voluntatem prauam esse multiplex peccatum habens plures malitias morales distinctas; sicut non videtur posse negari, quin actus voluntatis fornicandi cum omnibus fœminis in domo morantibus, seu viuentibus, puta cum omnibus Monialibus vnius Monasterij sit multiplex peccatum habens formaliter plures malitias morales fornicationis, & sacrilegij. Neque obstat quod familia dicatur vna persona; nam dicitur, & est vna persona ficta; à parte autem rei constat pluribus hominibus, quorum quilibet verè est vna persona, & consequenter totale, & integrum obiectum homicidij. Vnde etiam non est simile de voluntate comburendi, seu destruendi domum, aut furandi cumulum tritici, vel libros vnius Bibliothecæ, vel gregem ouium, aut armentum boum; quia vt notauit Azotius *dict. quæst. 3.* & dixi *d. num. 250.* in his omnibus vnum tantum peccatum est physicè, & moraliter, quia verè, & propriè est vnicum tantum obiectum totale, & adæquatum actus; nam parietes, tectum & cæteræ partes constituunt verè, & propriè vnam domum, & plura grana tritici vnum cumulum, & plures libri vnam Bibliothecam, plures oues vnum gregem, & plures boues vnum armentum non fictè, sed verè, & propriè efficiunt: Et consequenter in his singulis est vnum peccatum habens vnicam malitiam eò tamen grauiorem, quò materia peccati est maior. 260.

Cum quis vno actu furatur rem alicuius communitatis, seu quæ pro indiuiso spectat ad multos, an sit vnum peccatum, & vnica malitia furti, vel multiplex numero malitia pro diuersitate personarum, ad quas res spectabat.

Sed quid si quis simul, & vnico actu minimè moraliter interposito furetur tritici cumulum, aut gregem ouium, aut quascunque alias res, quæ non sint vnius tantum personæ, sed sint alicuius Communitatis, aut pro indiuiso ad multos spectant quoad dominium; an tunc sit vnum tantum peccatum furti physicè, & in genere moris; an vero plura peccata numero moraliter, & tot malitiæ morales in eodem actu furandi, quot sunt personæ, ad quas pro indiuiso rei furto sublatæ dominium spectat, quæque damnum patiuntur. Molina de Iustitia *tomo 4. tract. 3. disput. 41. num. 4.* asserit tot esse peccata numero distincta, quot sunt hi, qui damnum patiuntur, & singulis etiam in damnum, eamue Iniuriam passis competere suam peculiarem numero distinctam actionem ratione eius. quod furto est ex ipsis sublatum, & competere tunc actionem merè ciuilem ad rem suam recuperandam, valoremuè illius, & ad reliqua damna, si quæ ex tali furto sunt ipsi vlterius subsecuta; tum etiam ad pœnam pecuniariam dupli, aut quadrupli; atque ad pœnam merè criminalem prout elegerit potius agere, & quod in hoc casu sint peccata numero 261.

mero distincta pro diuersitate numerica eorum, ad quos res furto sublata pro indiuiso attinebat; videtur sentita etiam Diana *parte 3. tract. 4. resolut. 164.* versic. *sed his non obstantibus*; cum enim in hoc casu per eandem actionem furandi pluribus inferatur damnum, & iniuria, necesse etiam est, vt in eadem actione multiplicentur peccata numero moraliter, seu malitiæ morales numero distinctæ pro diuersitate numerica eorum, quorum ius læditur.

262. At Vasquez *tom. 4. in 3. p. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 5.* tenet hoc in casu committi vnum tantum numero peccatum, esseque vnam numero malitiam; non vero multiplicari iuxta multiplicitatem personarum damnum patientium, & rationem esse ait, quod vnitas malitiæ consistit in vno respectu contra rationem; vnus autem respectus malitiæ ex vno damno consideratur; quod enim (inquit) plures illud patiantur non multiplicat respectum, vt sit duplex furtum, est autem (subdit) respectus malitiæ duplex; si quis eodem verbo læderet famam, & honorem duorum, veluti si occideret vnico actu duos; quia reuera detrimentum honoris est duplex, & non est vnum; sicut in furto rei alterius est vnum tantum damnum. Sed contra hanc rationem obiicit Lugo *de pœnit. disput. 16. num. 137.* quod non appareat, cur non sit ibi duplex, aut multiplex damnum, cum ex illo furto singuli de Communitate, seu ex his, ad quos pro indiuiso dominium spectat, ex eo furto aliquod damnum partiale sentiant; nam sicut vtilitas rei communis erat, & diuidebatur inter illos; sic damnum erit commune, & diuiderur inter eos. Nec etiam apparet, subdit idem Lugo, quomodo sit magis damnum multiplex, quando quis loquitur malè de tota familia; cum illi etiam possideant famam, & honorem Communitatis quasi pro indiuiso; sicut plures hæredes possident pro indiuiso hæreditatem nondum inter eos diuisam, & tamen iuxta eundem Vasquez, vt *num. 159.* dictum est, peccatum maledicentiæ in vnam familiam est multiplex peccatum, & infert multa damna propter respectum ad diuersas personas familiæ.

263. Amplector sententiam Vasquez, & puto & physicè, & in genere moris esse vnum numero peccatum, vnicamque numero malitiam furti: Et rationem desumo ex traditis *num. 150.* in hoc enim casu obiectum actus praui furandi totale, & adæquatum est vnum tantum numero, nimirum ius læsum, & damnum Communitatis vt sic; sola enim Communitas est adæquate domina, & ius integrum, & totale habet ad rem furto sublatam, singulæ autem personæ eiusdem Communitatis habent tantum iura partialia, quæ dum res manet indiuisa, coalescunt ad constituendum vnum indiuisibile ius completum, integrum, totale, & adæquatum respectu Communitatis vt sic. Cuius signum est, quod si furtum in se esset notabile, licet singuli de Communitate modicum damnum paterentur, nihilominus fur peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem vt tanquam rem indubitatam tradit Sayrus *lib. 9. clauis cap. 15. n. 27.* versic. *Confirmatur hæc ratio*, quia respectu Communitatis vt sic, quantitas est notabilis, & damnum vnicum notabile, & consequenter supponit vnum, & indiuisibile ius totale, & integrum ipsius Communitatis vt sic; cum ergo peccatorum numerica distinctio ratione obiecti consideretur tantum in ordine ad obiecta totalia, & integra, non in ordine ad partialia, vt *dicto num. 150.* ostensum est, fit in hoc casu vt sit vnicum numero peccatum physicè, & in genere moris tam in foro interno, quam in externo, in quo deberetur pœna vnius delicti, non plurimum delictorum; licet alioqui singulis, qui perpessi sunt damnum, competat actio, prout explicat Molina. Portò singuli de familia respectu vitæ, & honoris habent integrum ius, & respectu maledicentis toti familiæ se habent vt obiecta totalia, & adæquata vt suprà *num. 158.* dictum est; ideoque est dispar ratio.

Sacerdos in peccato mortali existens pluribus successiuè Sacramentum Eucharistiæ, vel pœnitentiæ administrans, an plura numero peccata committat; vbi de Sacerdote in culpa mortali vno actu plures baptizante, vel absoluente, & de ludente ludo prohibito cum pluribus continuatè.

An vero Sacerdos existens in peccato mortali pluri- 264.
bus eodem tempore, seu successiuè absque morali interruptione administrans Sacramenta puta, pluribus successiuè distribuens S. Eucharistiam, aut plures audiens in confessione & absoluens vnum post alterum immediatè, & continuatè, tot numero peccata physicè, & in genere moris committat, quot sunt distinctæ distributiones, & administrationes; seu quot sunt personæ, quibus Sacramenta administrat. In vtroque casu vnum tantum committi peccatum numero in genere moris tradunt Rodriquez *in summ. tom. 1. cap. 44. num. 9.* Fagundez *precepto 2. lib. 3. cap. 5. num. 9.* Diana *p. 1. tract. 7. resolut. 41.* (vbi loquitur de administrante pluribus Eucharistiam) & *resolut. 43.* (vbi loquitur de audiente plurium Confessiones) *p. 3. tract. 4. resolut. 67.* versic. *in resolutione 43.* loquens de vtroque casu; In primo casu de Sacerdote pluribus administrans Eucharistiam docent Henriquez *lib. 5. cap. 5. num. 6. lit. T. in textu*, & Glossa
† (vbi dicit Eucharistiam multis in peccato mortali mi- 265.
nistrare esse vnum peccatum in genere moris, cum sit absque iniuria proximi; sicut est vnum in genere moris, si quis Sacerdos in mortali existens vna aspersione Baptismi, aut vna absolutione baptizet, & absoluat simul multos) Tannerus *t. 2. disputat. 4. quæst. 2. dub. 4. num. 56.* Granado *controuer. 6. de peccatis tract. 2. disput. 5. num. 10.* & Ouiedus *t. 2. tract. 6. controu. 5. p. 5. num. 114.* Probatur hæc sententia quoad vtrumque casum, quia licet actus administrandi physicè sint plures, tamen in genere moris propter eorum continuationem ex vi eiusdem internæ voluntatis procedentem censentur vnum peccatum in genere moris, cum huiusmodi actus administrationis exerceatur absque iniuria proximi; in quo differt à casu occidentis vno ictu multos homines, quibus actio occisiua est iniuriosa, & ita etiam ob hanc eandem rationem Fagundez cum eodem Henriquez ait esse vnum tantum peccatum in genere moris, si Sacerdos in mortali existens vna aspersione multos baptizaret, aut vna absolutione multos absolueret.
† Quo autem ad administrationem simul pluribus Eu- 266.
charistiam probant Tannerus, Granado, & Ouidus, quia omnes illæ actiones administrationis habent in se vnionem moralem, quatenus adintegrant vnum conuiuium, seu censentur vnum conuiuium, in quo plures fideles accũbunt; atque adeo cum actio externa sit vna & continua, actus internus etiamsi pluries inter eiusdem actionis continuationem repetitus, censetur vnum peccatum. Confirmatur etiam hæc sententia per doctrinam, quam post plures alios Iurisconsultos tradit Nauarrus *in cap. consideret in princ. de pœnit. d. 5. num. 48.* versic. *ex quibus.* & *in man. cap. 6. num. 17.* & sequuntur Azorius *1. p. lib. 4. cap... quæst. 6. fine* & Ioannes Sancius in selectis *disput. 6. num. 1. post medium*, scilicet, eum qui per totam noctem continuatè cum pluribus lusit ludo per legem prohibito, in genere moris vnum tantum peccatum commisisse, censerique tantum semel lusisse; eo quod actio ludendi externa in tali casu absque morali interruptione continuata propter perseuerantiam censeatur moraliter vna, licet actus ludi sæpius fuerit repetitus.

At eum, qui successiuè plurium Confessiones excipit, 267.
& eos absoluit existens in peccato mortali, committere tot numero peccata in confessione explicanda, quot sunt personæ, quibus Sacramentum absolutionis administrauit,

nistrauit, asserunt Vasquez 1. 2. *disput.*98. *num.*9. Bonacina *de sacram. disputat.* 5. *quæst.* 5. *sect.*2. *puncto* 2. §. 3. *diff.*1. *num.*7. Castrus Palaus *tom.*1. *tract.*2. *disput.*3. *p.*3. *num.*8. Ouiedus *d. p.*5. *num.* 115. & Existimo longè probabilius: Et ratio est, quia in hoc licet plura Sacramenta administrentur consequenter, & esto etiam ex vi interioris propositi generalis administrantibus omnibus præsentibus, vel successiuè accedentibus ad confitendum peccata, sunt tamen plura Sacramenta numero distincta iuxta numerum personarum confitentium, quæ nullam inter se habent vnionem, seu connexionem ad efficiendum vnum, sed vnumquodque in se perfectum, & integrum, completum, & terminatum est; seu quælibet administratio est in se absoluta, & completa, nullam habens connexionem cum alia, aut dependentiam ab alia, non minus, quam quælibet fornicatio licet pluries cum eadem fœmina sine interruptione fiat, est in se perfecta, completa, & terminata, vt ostensum est suprà *num.* 238. (vnde hic locum habent omnia, quæ ibi dicta sunt) ergo quælibet administratio habet malitiam numero distinctam, sicut quælibet fornicatio habet malitiam numero distinctam ab alia. Nec enim temporis continuatio (vt *allegato num.* 238. notatum est) potest vnire actiones externas in se absolutè completas, & in suo genere adæquatas: nam licet quis continuatè ex vi propositi generalis interioris multos occidendi occidat plures, plura committit homicidia inter se numero distincta, vt non solum admittunt Ouiedus, Palaus, sed & alij Doctores huius sententiæ, sed & Suarez *de pœnit.*

268. *disput.*22. *sect.*5. *num.* 23. & 25. † Confirmatur magis quia sicut illæ actiones administrationis externæ numero distinctè sibi inuicem succedunt; ita necesse est internas voluntates multiplicari cum eadem immediatè successione vnius post aliam (vt rectè Suarez *d. sect.* 5. *eodem num.*23.) si quidem illæ actiones exteriores maximè in se completæ, & nullam habentes adinuicem connexionem, cum vna administratio ex se non subordinetur alteri aut ad alteram spectet complendam, non fiunt, seu fieri non possunt nisi ex motiuo voluntatis; sicut enim obiecta materialiter diuersa; ac proinde requirunt volitiones numero diuersas, & cùm quælibet harum actionum externarum, seu administrationum, quæ fiunt ab existente in peccato mortali, sit peccaminosa ratione proprij obiecti, nihil deest iàm ex parte actus mali interni, quàm ex parte ipsius administrationis externæ ad efficiendum vnum peccatum numero in qualibet administratione; peccata enim interna distincta ex diuersitate obiectorum, etiamsi successiuè fiant vnum post aliud, sunt verè plura numero habentia suam propriam numero malitiam, vt docet Suarez *d. num.* 23. & ostendunt rationes adductæ suprà *d. num.*238. Quod enim illæ volitiones sibi succedant, & vna aliam excitet, & causet; non tollit distinctionem earum, nec malitiam, quæ in qualibet est, vt *eodem num.*238. ostensum est. Patet ergo in hoc casu tot esse numero peccata, & consequenter in confessione explicanda (vt tradunt citati Doctores) quot sunt administrationes, seu absolutiones. Confirmatur quoque ex doctrina Bartholi *in l. inficiando* §. *infans ff. de furtis num.*5. vbi dicit eum, qui vendit certi vini mensuram decem nummis, stante lege, quod tantum octo vendatur, toties delinquere, quoties vendit etiam eodem die.

269. Eum etiam qui successiuè pluribus Eucharistiæ Sacramentum ministrat in culpa mortali, quod peccat toties, quot hostias diuersas distribuit asserunt Bonacina, & Palaus *locis citatis.* & idem Bonacina *disput.*4. *q.*5. *p.*2. *num.*5. & *disput.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 2. §. 1. *n.*15. Coninch *de sacram. quæst.*64. *art.*6. *dub.*1. *num.*35. *fine.* Petrus à S. Ioseph in idea Theologiæ Sacramentalis *lib.*1. *cap.*5. *resol.*1. versic. *obseruandum,* & alij recentiores. Et hoc etiam videtur probabilius, & ratio est eadem: nam sunt veræ distinctæ Sacramenti distributiones in se integræ, & completæ, cum earum quælibet ex se non habeat connexionem cum alia, & ab alia omninò independens est, etiamsi statim consequenter fiant, & ita in hoc etiam casu videntur habere locum omnia *numero præcedenti* tradita; secus autem esset, si plures hostias vni simul daret, quia tunc esset vnica distributio. Non videtur tamen negandum maiorem vnitatem in hoc casu reperiri ex parte administrationum, quàm in præcedenti, ob illam rationem, quod omnes hæ distributiones accipiantur, vel se habeant per modum vnius conuiuij. Porro hic aduertendum, quod licet nonnulli asserant Sacerdotem in culpa mortali scienter ministrantem S. Eucharistiam non peccare mortaliter, quemadmodum peccat, quando ministrat ex officio alia Sacramenta, quæ consistunt in fieri, & efficiuntur dum administrantur. ita Vasquez *in* 3. *p. tom.*2. *disput.*136. *cap.*3. *num.*38. Nugnus *in* 3. *p. quæst.*64. *art.*6. Ioannes della Cruz *in direct. confess. p.*2. *quæst.*4. *dub.*3. *concl.*1. Diana *p.*1. *tract.*7. *resolut.* 41. Martinus Ledesma, & alij à Sayro *loco mox citando* relati; ad id moti, quia Sacerdos non conficit Sacramentum sicut in aliorum Sacramentorum administratione, sed solùm ministrat, seu applicat Sacramentum iam factum, quæ administratio non videtur materia grauis, & sufficiens ad peccatum mortale. Nihilominus communis opinio Doctorum, quam veram puto, tenet esse mortale. ita Valentia *tom.*4. *disputat.*6. *quæst.*1. *p.*1. Sayrus *lib.* 2. *de sacramentis cap.*7. *quæst.* 1. *artic.*5. Suarez *in* 3. *p. disputat.*72. *sect.*4. versic. *quarto,* Coninch *de sacram. quæst.*64. *art.*6. *dub.*1. *num.*35. Filliuccius *tom.* 1. *tract.*4. *cap.*9. *num.* 275. Layman *lib.* 5. *tract.*1. *cap.*5. *num.*7. Bonacina *de sacram. disp.*1. *quæst.*2. *puncto* 2. §. 1. *num.* 13. & *disput.*4. *quæst.*5. *puncto* 2. *num.* 1. Reginaldus *lib.*29. *num.*56. Castrus Palaus *p.*4. *tract.*18. *disput. vnica puncto* 5. *num* 2. & plures alij à Sayro, Layman, Palao relati, & ratio est manifesta, quia quamuis in sic administrante Eucharistiam non sit eadem omninò similitudo rationis, quæ in conficiente, & alia Sacramenta administrante: nihilominus est similitudo in eo, quod verè dispensat realiter Corpus, & Sanguinem CHRISTI, quæ dispensatio est sacrum, & grauissimum, & augustissimum ministerium, & proximè ordinatum ad gratiam recipientis, ad quod sanctè perficiendum Sacerdos est peculiariter consecratus specialem gratiam recipiens, & consequenter in tali munere exercendo CHRISTI personam sustinens; ergo graue peccatum committit suo munere, & CHRISTI repræsentatione abutendo; Sacramentum sanctissimum indignè, & non sanctè ministrando: Et certè cum Eucharistia sit Sacramentum cæteris perfectius, fatendum est, administrare hoc Sacramentum non esse actionem minus sacram, & religiosam, quam Sacramentum extremæ Vnctionis efficere, & ministrare; ac proinde si hoc efficere in culpa mortali, est peccatum mortale iuxta omnes Doctores; ergo & Eucharistiam ministrare. Vnde etiam Diaconus in necessitate eandem Eucharistiam administrans, existens in mortali, cum id sciat, ex officio peccabit mortaliter; quod etiam post alios tradit Bonacina *dict.* §.1. *num.*14.

Ex traditis etiam de eo Sacerdote, qui in peccato mortali vnica aspersione simul plures baptizaret, vel vnica absolutione plures absolueret, dicendum est eum toties peccare, quot baptizat, & absoluit, quia verè tot Sacramenta ministrat distincta inter se independentia, & nullam connexionem ad faciendum vnum obiectum habentia; quare cum eiusdem aspersionis, & absolutionis sint plura obiecta totalia, & integra, & in se completa, & terminata numero distincta, oportet, vt etiam indigna actio baptizandi, aut absoluendi habeat malitiam numero distinctam, & necessariò explicandam in confessione iuxta tradita duobus numeris præcedentibus, & suprà *num.*245. 270.

De eo pariter, qui voluit ludere, & lusit ludo prohibito tota nocte cum pluribus, Castrus Palaus loco *num.*265. citato dicit eum plura peccata numero distincta 271.

iuxta

iuxta numerum personarum, quibuscum lusit, commisisse necessariò in confessione manifestanda, quia actio ludendi exercita cum vno est ex se independens ab actione ludendi exercita cum alio, nullamque ex se habent connexionem, ac proinde cum multiplicentur actiones prauæ, quarum quælibet habet in suo genere totam malitiam completam, necesse est etiam, vt multiplicentur numero peccata, sicut dictum est de fornicatione iterata, cum eadem, vel diuersis fœminis licet successiuè, & de administratione Sacramenti pluribus personis successiuè facta in culpa mortali. Nihilominus in hoc casu ludi, si ab initio habuit propositum ludendi tota nocte siue cum vno, siue cum pluribus, existimo esse vnum tantum peccatum numero propter temporis continuationem, & perseuerantiam in eadem actione ludendi, vt suprà *num.*151. dictum est de osculante sæpius eandem fœminam absque morali interruptione; nam in hoc casu multiplicatæ actiones ludendi continuatæ ex vi præcedentis propositi ab initio concepti, moraliter censentur vna actio continuata, & diuersitas personarum videtur se habere omninò per accidens quoad influendam nouam numero malitiam in actione ludendi; vnde sicut foret vnum numero peccatum, si ludos fuisset cum eadem persona per totam noctem continuatus; ita etiam vnum tantum est peccatum, licet cum pluribus exercitus ex vi dicti propositi ab initio habiti. Quod si ab initio habuit animum ludendi tantum cum hac persona, & postea successiuè accedentibus aliis lusit tunc cum fuerint tot voluntates ludendi, & actiones ludendi totet se independentes erunt plura numero peccata in confessione explicanda, quia non possunt in genere moris censeri vnus ludus tantum.

Supposita sententia, quod ex numerica distinctione obiectorum totalium eiusdem actus interni, aut externi multiplicentur in eodem actu tot numero peccata, seu malitiæ morales, quot sunt actus obiecta, an iste numerus, seu respectus ad plura obiecta sit in confessione exprimendus.

272. Remanet post tradita *à numero* 239. hucusque examinandum, an cum affectus, seu actus prauus fertur in plura obiecta totalia numero distincta, siue supponamus esse vnum numero peccatum, & solum grauius pro grauitate obiectorum, in quæ tendit, siue supponamus esse plura numero peccata moraliter, seu in eo tot multiplicati malitiæ morales numero distinctæ, quot numero sunt obiecta, vel personæ, quæ actum eundem internum, vel externum terminant; hæc circumstantia plurium obiectorum, seu respectus ad plura obiecta totalia debeat in confessione aperiri pro illius integritate; v.g. qui initio Quadragesimæ habuit propositum non ieiunandi per totam quadragesimam debeat id exprimere, an satis sit dicat se habuisse propositum non ieiunandi die ieiunij. Qui eodem actu concupiuit tres fœminas, vel voluit occidere tres homines, aut eodem ictu tres homines occidit, debeat explicare in confessione habuisse desiderium fornicandi cum tribus fœminis, vel occidendi tres homines, vel occidisse tres homines, an sufficiat dicere habuisse desiderium fornicandi semel, vel semel voluisse committere homicidium, aut semel homicidium commisisse.

273. Ioannes Lugo de pœnitentia *disput.*16.*sect.*3.*num.*134. docet, quod attinet ad confessionem peccatorum, non esse habendam in consideratione controuersiam speculatiuam de multiplicatione numerica malitiæ in eodem peccato; seu an in eodem actu multiplicentur tot numero malitiæ, quot sunt obiecta totalia, quæ actus respicit, seu in quæ tendit. Nam, inquit, licet in peccato habente plures malitias specie diuersas, debeant omnes explicari, non sequitur idem in peccato habente plures malitias numero distinctas. Et rationem differentiæ esse dicit; quod in primo casu non explicatur tota species illius peccati, si aliqua malitia illius specifica taceretur: cum autem debeant explicari distinctè omnia peccata quoad suam speciem, consequens est, quod debeant explicari distinctè omnes illæ malitiæ diuersæ. At vero in secundo casu etiam non explicata distinctè tota malitia indiuiduali illius peccati, explicatur illud numero peccatum quoad suam speciem distinctè, & confusè quoad differentiam numericam, quod sufficit ad satisfaciendum præcepto confessionis, cum nullum peccatum maneat non explicatum quoad suam speciem, & aliunde dicatur totus numerus peccatorum, licet non totus numerus malitiarum, de quo explicando non inuenitur aliquod præceptum. ita Lugo *d.num.*134. Quare *num.* 135. concludit probabilius esse illum respectum vnius actus ad personas diuersas non debere necessariò explicari in confessione: quod ait existimari probabile à Vasquez *tom.*4.*in* 3.*p.quæst.*91.*art.*1. *dub.*4.*num* 5.& 8. & asseri à Megala loco supra *num.*141. allegato, & Rodriquez loco supra *num.*264. allegato, vbi vult non esse necessariò explicandum numerum confessionum, quas sacerdos existens in mortali successiuè vnam post aliam audiuit. Confirmat primo idem Lugo in peccato detractionis, in quo confitendo pœnitens non consueuit explicare personas, quas voica detractione læsit, vt si detraxit familiæ, vel domui, non explicat quot sint in illa familia, vel domo, aut religione; sed ad summum dicit se detraxisse alicui ordini religio. Confirmat secundò, quod quando aliquis suo peccato scandalum præbet adstantibus non solet interrogari communiter de numero determinato adstantium. Confirmat tertiò *num.*136. quia si tes multorum pro indiuiso sit furto sublata, in confessione furti non est necesse explicare personas Communitatis, quæ læsæ remanserunt. Addit autem idemmet Lugo *num.* 140. respectum illum ad diuersas personas in confessione esse sæpissimè explicandum ex aliis capitibus, quàm ex distinctis numero malitiis. & ita *num.* 141. dicit occasionem plurium, vel voluntatem occidendi plures communiter non explicari benè in confessione dicendo *feci homicidium*, *aut habui voluntatem homicidij*; quia, inquit, homicidium ex communi acceptione significat occisionem hominis, non hominum; ac proinde Confessarius conciperet tunc occisionem vnius hominis, non hominum, & per consequens non intelligeret illud peccatum, quod reuera fuit, sed sicut si ille, qui furatus est centum, diceret furatus sum viginti, non benè explicat peccatum suum, quia dicit vnum peccatum pro alio, item eadem ratione (subdit) qui desiderauit peccatum cum tribus fœminis, non benè explicatet dicendo, desideraui fornicationem, aut habui desiderium fornicationis. Quare tandem concludit dicendo se existimare regulariter explicandum esse in praxi numerum obiectorum totalium, seu personarum saltem sub aliqua generalitate confusa significante pluralitatem. Prædicta Ioannes Lugo.

Verùm huic doctrinæ aduersantur communiter Doctores in præcedentibus præsertim *num.*241. & 245. relati; ideò enim Theologi, & Summistæ tam sollicitè examinant, an ex multiplicitate, seu numerica distinctione obiectorum totalium, aut personarum in eodem actu prauo multiplicentur peccata numero moraliter, seu tot numero malitiæ morales, vt inde præsertim ostendant obligationem aperiendi in confessione talem circumstantiam plurium obiectorum, in quæ affectus, seu actus prauus tendit; vnde omnes Doctores *d. num.*145. citati affirmantes in eodem actu prauo interno, & externo multiplicari numero malitias morales propter respectum ad plures personas, seu obiecta totalia, in quæ fertur, affirmant etiam einsmodi circumstantiam, seu respectum debere in confessione explicari & modo, quo potest, vt satisfiat integritati confessionis requirentis, vt sicut peccata debent explicari secundum 274.

species

species non solum in esse physico, sed etiam in esse, seu in genere moris, esto physicè actus esset vnius, & simplex; ita debeant explicari secundum numerum non tantum physicè, sed in genere moris: quod non fieret, nisi explicarentur distinctè malitiæ morales numero diuersæ. & ita in omnibus casibus in præcedentibus examinatis Doctores asserentes in illis committi plura numero peccata moraliter, seu multiplicari malitias morales numero distinctas, volunt esse obligationem illa, seu illas aperiendi in confessione meliori modo. Imo etiam Doctores *num.*141. allegati, & allegati *n.*257. negantes in eodem actu multiplicari malitias numero distinctas propter respectum ad plures personas, seu obiecta totalia, volunt huiusmodi circumstantiam explicandam esse in confessione, vt infra *num.*276. & 277. explicatur.

275. Præterea contra eandem Doctrinam Ioannis Lugo est; quia sicut habemus præceptum explicandi in confessione peccata mortalia distinctè quoad species, ita etiam habemus præceptum explicandi distinctè eadem peccata quoad eorum numerum, vt decernitur in Tridentino *cap.*5. *sess.*14. ergo sicut in confessione peccatorum mortalium debent explicari species peccatorum moraliter diuersæ etiamsi in esse physico vnus tantum actus sit exercitus, quia alioqui peccatum integrè non exponeretur, vt dicit ibidem Tridentinum; ac proinde explicandæ sunt malitiæ specie diuersæ in genere moris, licet peccatum sit vnum tantum in esse, physico; ita etiam in confessione manifestari debent peccata mortalia distinctè secundum numerum moraliter, seu in genere moris accepta explicando malitias morales numero distinctas, licet peccatum physicè sit vnum, seu vna simplex actio; in Confessione enim Sacramentali pro illius integritate non attenditur peccatum in genere physico, sed in genere moris: Et sicut non explicatur integrè peccatum, nisi exprimantur omnes circumstantiæ, seu malitiæ in genere moris specie diuersæ; ita verè integrè non explicatur, nisi explicentur malitiæ numero diuersæ, seu circumstantiæ in eodem peccato multiplicantes malitias numero diuersas, & efficientes idem peccatum multiplex. Et id etiam voluisse Tridentinum dicendum est, dum decernit peccata singillatim, & secundum numerum aperienda in confessione; loquitur enim Tridentinum de distinctione peccatorum specifica, & numerica moraliter, seu in genere moris non tantum in esse physico. Neque sat est confiteri peccata mortalia secundum distinctionem numericam solum confusè, quando potest distinctè, quia Concilium vult esse distinctè manifestanda. Vnde etiam falsum supponit Ioannes Lugo, dum dicit non esse præceptum confitendi numerum malitiarum moralium numericè distinctarum; quia numerus peccatorum, quantum spectat ad confessiones, sicut & diuersitas specierum consideratur moraliter, seu in genere moris, & sicut idem peccatum in esse physico vnum, si habeat plures malitias morales specie diuersas, dicitur & est verè multiplex specie; ita si habeat plures malitias morales numero distinctas, verè est, & dicitur multiplex in genere moris; ac proinde verè non explicatur totus numerus peccatorum nisi totus numerus malitiarum exprimatur. Addo, quod iuxta doctrinam eiusdem Lugo sequeretur à parte rei, & coram Deo, seu in ordine ad offensam Dei dari distinctionem moralem numericam in peccatis, non autem in ordine ad confessionem, quod consequens est falsum, vt probat Suarez *de pœnit. disput.*22. *sect.*5. *n.*15. præceptum enim Confessionis obligat ad confitenda distinctè iuxta distinctionem specificam, & numericam, quam in genere moris in se, & coram Deo habent. Vasquez autem, Megala, & Rodriquez asserunt respectum eiusdem affectus, aut actus praui ad plures personas, seu obiecta totalia non esse necessariò explicandum solum supposito, quod propter talem respectum malitiæ in eodem actu non multiplicentur, sed sit vna numero simplex malitia. Doctores autem *num.*168. & 169. citati tenentes in administratione Sacramentorum pluribus personis successiuè, & subsequenter tot multiplicari numero peccata, & malitias morales, quot personæ, quibus Sacramentum ministratur, affirmant etiam in confessione esse talem numerum explicandum. Quod etiam dicit Lugo de detractione, non potest procedere nisi iuxta sententiam asserentem esse vnum tantum peccatum physicè, & moraliter vnicam simplicem malitiam habens, quando quis obloquitur de tota aliqua familia; illique maledicit, vel malum imprecatur, de qua supra *num.*257. At supposita altera sententia affirmante committi peccatum habens multiplicem malitiam numero distinctam; respectus ille, ad plures, qui in familia reperiuntur, explicandus est; & ita personæ ipsæ eo modo, quo fieri potest, distinctè sunt manifestandæ; alioqui generaliter familiam, vt tradunt Doctores *num.*258. & 259. allegati. Quod idem Lugo in confirmatione secunda ait de præbente voico sermone, vel facto scandalum pluribus astantibus falsum est; nam & in eodem peccato scandali multiplicantur malitiæ scandali iuxta numerum personarum, quæ sunt manifestandæ in confessione, vt tradunt Sanchez, & alij supra *num* 249. relati, & de huiusmodi circumstantia solent Confessarij vt plurimum interrogare, & si aliqui negligunt, id faciunt vel ex ignorantia, aut inaduertentia; vel fortè quia tenent esse vnum numero peccatum physicè, & moraliter vnam, & simplicem malitiam scandali habens iuxta sententiam *num.*241. Quod item idem Lugo ait in tertia confirmatione de furto rei ad aliquam Communitatem pro indiuiso attinentis, in eo scilicet confitendo non esse necesse, vt manifestentur personæ, quæ damnum perpessæ sunt; verum est iuxta sententiam traditam *num.* 261. & 263. quod ibi sit vnum simplex peccatum furti physicè, & moraliter; secus autem dicendum iuxta alteram sententiam *num.* 261. traditam affirmantem tot esse peccata moraliter numero distincta, quot sunt, qui damnum patiuntur. Ad exempla quæ *num.*141. addit de occisione plurium, vel volitione occidendi plures, aut fornicandi cum pluribus fœminis; supposita quod in tali actu non multiplicarentur tot numero malitiæ homicidij, vel fornicationis, quot personæ, aut fœminæ, in quas affectus, vel actus prauus fertur; & supposito etiam, quòd in confessione non esset necesse confiteri circumstantias notabiliter intra eandem peccati speciem aggrauantes, sat esset dicere, feci semel homicidium, vel habui animum faciendi semel homicidium, aut committendi semel fornicationem, vt magis constabit ex dicendis infrà *n.*277.

Supposita sententia negante in eodem actu multiplicari tot numero peccata moraliter, seu tot malitiæ morales numero distincta quot sunt actus obiecta totalia eiusdem rationis; sed esse vnum peccatum vnam malitiam habens, an in Confessione hæc circumstantia plurium obiectorum debeat necessario declarari.

Supposita etiam sententia suprà *num.*241. tradita, quod in eodem affectu, seu actu prauo v. g. occisione decem hominum, vel volitione occidendi decem homines, aut fornicandi cum decem fœminis, aut omittendi ieiunium per totam quadragesimam, vel omittendi Missam diebus festiuis, vel officium Diuinum decem diebus, non multiplicarentur tot peccata moraliter distincta, seu tot numero malitiæ morales, quot sunt numero personæ, vel obiecta totalia eiusdem actus interni, vel externi; adhuc circumstantiam, seu respectum ad plures personas, vel obiecta vt potè circumstantiam notabiliter intra eandem speciem aggrauantem debere manifestari in confessione tradunt Suarez, Coninch, Filliuceius, Layman locis supra *d.n.*241. citatis, & Reginaldus *lib.*4. *n.*181. 276.
asserentes

asserentes in ordine ad Confessionem parum differre sententiam negantem. in prædictis casibus multiplicari malitias numero distinctas, à sententia affirmante, quia siue sint eum occidisse decem homines, vel voluisse decem diebus festiuis omittere Missam, siue vnum habens malitiam, & grauitatem decem peccatorum, perinde est; quia hoc vnum æquiualet illis decem, & ita in aliis exemplis supra positis. Et ita prorsus sentiendum est supposita illa sententia de necessitate explicandi in confessione circumstantias notabiliter intra eandem speciem aggrauantes peccatum, vt Confessarius habeat sufficienter cognitum pœnitentis statum, quæ est magis Communis Doctorum, & longè probabilior contraria id negante, & propter eandem rationem malitiæ notabiliter grauioris iidem Suarez, & Filliuceius asserunt eum, qui eodem actu voluit occidere totam vnam familiam, vel toti familiæ maledictiones irrogauit, teneri hanc circumstantiam explicare; nec sufficere si dicat volui committere homicidium vnum, vel vni imprecatus sum mortem; licet teneant esse vnum tantum homicidij peccatum, vt suprà *n.* 257. dictum est. Et eandem circumstantiam, & multitudinem personarum de familia quoad fieri possit esse manifestandam dicunt alij Doctores *n.* 258. asserentes tot peccata numero mortaliter committi in eo casu, quot sunt homines familiæ.

277. Imò dato etiam, quod occisio duorum hominum, voluntas occidendi duos homines, aut maledictio iacta in duos homines non sit duplex peccatum, & dato etiam quod circumstantiæ solum intra eandem speciem notabiliter aggrauantes non sint de necessitate exprimēdæ in confessione, adhuc circumstantiam illam duarum personarum, & in maledictione irrogata toti familiæ circumstantiam hanc multitudinis personarum familiæ de necessitate esse in confessione explicandam tradunt Bonacina loco suprà *n.* 141. citato, scilicet *puncto secundo ibi allegato n.* 2. & Oviedus 1.2. *tract.* 6. *controu.* 5. *p.* 6. *n.* 118. Cuius rationem esse aiunt, quod in his casibus numerus personarum est quid pertinens ad obiectum peccati, seu actus praui, & constituens eundem actum in esse indiuidui, ac proinde debet necessariò manifestari in Confessione, vt indiuiduum peccatum; seu indiuidualis substantia peccati explicetur. Quare, inquiunt, non satisfieret præcepto Confessionis, si diceretur occidi, vel volui occidere vnum hominem, vel maledictum coniecci in vnum hominem, quia non explicaretur peccatum indiuiduum commissum, sed aliud; debet autem explicari confusè peccatum indiuiduum commissum; quod non fit, dum aliquid pertinens ad substantiam indiuidui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat indiuiduum. Et ob eandem rationem aiunt iidem Doctores eum, qui furatus esset centum aureos non satisfaceret præcepto Confessionis; si diceret furatus sum quinquaginta aureos (dato etiam quod circumstantiæ notabiliter aggrauantes non sint explicandæ) quia, inquiunt, in hoc indiuiduo explicato nec confusè continetur indiuiduum commissum, scilicet, furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. At admissa sententia quod malitiæ numero distinctæ non multiplicentur propter respectum eiusdem actus ad diuersas personas, & distincta obiecta totalia eiusdem rationis, sed sit vna numero malitia. Et supposita etiam illa opinione, quod in Confessione ex necessitate non sint manifestandæ circumstantiæ notabiliter aggrauantes intra eandem speciem, dicendum porò non fore etiam necessitatem aperiendi in confessione illum numerum personarum, seu obiectorum, in quæ idem affectus internus, seu actus externus prauus tendit, propter illam rationem, quod aliter non explicaretur substantia indiuidualis peccati commissi. Suppositis enim illis duabus sententiis solum numerum, & speciem peccatorum quis tenetur confiteri; huic autem obligationi videtur omninò satisfacere, si in prædictis casibus *hoc, & præcedenti numero* positis, dicat habui semel volontatem homicidij, vel commisi semel homicidium; desideraui semel fornicari; semel grauiter maledixi; semel habui animum frangendi præceptum ieiunij, aut omittendi Missam, aut Diuinum officium, & feci furtum in notabili quantitate, vt illis duabus opinionibus suppositis tradunt Palaus *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 3. *num.* 17. Diana locis supra *n.* 240. citatis & alij ab eodem citati. Si enim obiectum peccati physicè spectans ad actus indiuiduationem, solum ex hac causa quia pertinet ad constitutionem huius numero peccati, ex necessitate foret declarandum in confessione; etiam quis teneretur declarare intensionem; & durationem ipsius peccati; quia ipsum peccatum constituunt. Et hæc de eiusmodi distinctione numerica peccatorum, seu malitiarum ratione obiectorum totalium diuersorum secundum se, & in ordine ad Confessionem paulo latius, quia est materia valdè inter Doctores controuersa, & frequenter in praxi occurrens. Redeamus ad rem nostram. Sequitur

SVMMARIVM §. V.

Cum in eodem die concurrunt duo præcepta ieiunandi, an frangens ieiunium committat duplex peccatum, seu vnum peccatum habens duplicem malitiam in confessione explicandam. n. 278. *& n.* 295.

An peccata distinguantur specie, & numero ex multiplicitate præceptorum. Affirmatiua. num. 278. *negatiua. num.* 281. *& seqq. &* 284.

Quando dies festus alicuius Sancti occurrit in Dominica, an omissio sacri habeat duplicem malitiam specie, & numero distinctam in confessione explicandam. num. 278. *&* 281.

Cum eodem die obligat duplex ieiunium, scilicet Vigiliæ S. Matthiæ, & Quadragesimæ, vel S. Matthæi, & quatuor temporum, an fractio ieiunij habeat duplicem malitiam specie, & numero distinctam. ibidem.

Quando res, seu actio præcepto naturali prohibita prohibetur etiam præcepto humano sub pœna excommunicationis, an præceptum humanum importet nouam obligationem. num. 279. *& seqq.*

Præceptum positiuum additum iuri naturali an addat nouam malitiam specialis inobedientiæ. n. 280. *& seq.*

Peccata non distinguuntur specie, aut numero propriè, & precisè ex eo, quod sint contra plura præcepta, sed quia contra plura præcepta, quæ respiciunt obiecta, & motiua virtutis, & honestatis specie diuersa. num. 281. *& sequentibus; vbi quod species malitiæ, & peccatorum specifica distinctio primo sumitur ex obiectis specie distinctis.*

Actus mali sunt duplicis generis; scilicet alij mali, quia prohibiti, alij ex se, & intrinsecè ex sola vi obiectorum, non conuenientium naturæ rationali ante omnem legem prohibentem, & explicatur latè. n. 282.

Formalis ratio peccati, seu malitia moralis in quo consistat. ibidem.

Etiam in his, quæ sunt mala, quia prohibita species malitiæ non desumitur primo ex præcepto, sed ex obiecto. ibidem, & num. 283.

Præcepta positiua, & humana de re aliàs indifferenti quomodo rem præceptam, vel prohibitam faciant materiam peccati. n. 283.

Ex præceptis formaliter diuersis, vt signis, & indiciis dignoscitur, & infertur diuersitas specifica peccatorum, & quando. n. 285.

Præcepta formaliter inter se distinguuntur, quando habent proxima motiua virtutum diuersa, explicatur. n. 286. *ad* 292.

Actus honesti externi aliquorum virtutum sunt intrinsecè, & per se ad certam virtutem pertinentes independenter ab hominum voluntate, & qui semper ad eandem virtutem pertinent. Alij vero actus externi sunt, qui ex

se neque honesti, neque inhonesti rationem habent, possunt tamen habere ex libera hominum impositione. & id latè exemplis explicatur. n.286.

Liberum est Ecclesia quamcunque actionem pracipere intuitu religionis, non vero intuitu cuiusliunque virtutis. ibidem.

Ieiunium in Sanctorum Vigiliis pracipitur intuitu temperantia; non laborare in die festo intuitu religionis. ibid.

Differentia inter pracepta negatiua, & affirmatiua quoad honestatem, & malitiam obiecti. ibidem.

Lege humana possum pracipi, vel prohiberi etiam actiones, qua lege naturali, & diuino non sunt pracepta, vel prohibita intuitu boni communis, & intuitu alicuius virtutis. num. 287.

Actus per se mali lege humana non possunt pracipi, actus autem beni ex obiecto possunt aliquando prohiberi. ibidem.

Actiones ex obiecto indifferentes secundum se pracisè considerata non sunt materia legis humana, nisi quoad permissionem, considerata vt vtiles ad bonum commune, & quatenus ad aliquam virtutem habent conducentiam possunt pracipi, vel prohiberi. n.288.

Intuitu alicuius virtutis pracepta, vel prohibita habent honestatem illius virtutis, seu in specie illius virtutis sunt constitute, & transgressio habet deformitatem, seu malitiam vitij oppositi illi virtuti. n.289.

Quid si actus indifferens praciperetur, vel prohiberetur intuitu plurium finium ad diuersas virtutes spectantium. ibidem.

Quid sit legem humanam reponere actum praceptum in specie alicuius virtutis, & constituere medium in materiis virtutum. ibidem.

Actiones intrinsecè, & ex obiecto, ac natura propria pertinentes ad vnam virtutem possunt pracipi intuitu alterius ad quam aliquam extrinsecam conducentiam habent. num.290.

Qua ratione dignoscatur an actiones intrinsecè pertinentes ad totam virtutem pracipiantur intuitu illius virtutis, aut vero intuitu alterius virtutis, ad quam habent extrinsecam conducentiam. n.291.

Pracepta formaliter, & specie distinguuntur etiam per ordinem ad obiecta materialia adaquata specie diuersa. num. 292.

An motiua plura distincta semper faciant plura peccata, & qua sint motiua verè distincta. n.293. & 294.

Circumstantia generales, qua in quolibet peccato mortali solent assignari sunt inobedientia, offensa DEI, *contemptus, irreligiositas, ingratitudo, violatio charitatis propria. n.294. & 298.*

Prafata circumstantia generales non dant speciem actui, neque malitiam distinctam, nisi sint directa volita, vel prohibita speciali pracepto. ibidem.

Peccatum specialis inobedientia non committitur in omni pracepto, seu violatione cuiuslibet pracepti naturalis, Diuini, aut humani, & quando committatur. ibidem.

Qui violat duo pracepta, quorum vnum est de actu interno, alterum de actu externo, non committit duo peccata specie distincta, & sic vnum peccatum specie committit, qui violat sextum, & nonum decalogi praceptum. ibid.

Omittens Missam in die Dominica, in qua celebratur festum alicuius Sancti, vel non ieiunans in vigilia incidenti intra Quadragesimam committit vnum peccatum habens vnicam malitiam specie, & numero, nec in Confessione de necessitate est explicanda illa circumstantia festi, & Dominica, vel Vigilia, aut Quadragesima. n.295. & duobus seqq.

Ex fine extrinseco, & remoto pracipientis non multiplicatur malitia in transgressione pracepti. n.197.

Si vnus superior actionem alicui prohibeat sub excommunicatione, & pracepto obedientia, quia est nociua Petro in necessitate, & alter superior eandem actionem illi prohibeat sub eadem excommunicationis censura, quia est nociua eidem Petro in materia obedientia, vna censeretur obligatio, & per transgressionem vnum tantum peccatum contra obedientiam committeretur, & vnica excommunicatio incurreretur, & cur. n.297.

Quid si vnus superior prohibeat eidem actionem, quia est nociua Petro, & alter superior eidem prohibeat eandem actionem, quia est nociua Paulo. ibidem fine.

Excommunicatio annexa pracepto ex se non auget, seu multiplicat obligationem in pracepto, neque addit transgressioni pracepti malitiam specialis inobedientia. n.298.

Ad actum formalem inobedientia, vbi praceptum non est de ipsa obedientia, necessaria est expressa intentio faciendi rem prohibitam, quia prohibita est. ibidem.

Humanus legislator per suum praceptum nouum de re pracepta, vel prohibita iure naturali, aut Diuino potest inducere nouam obligationem obedientia ex amore illius honestatis, & virtutis, ad quem materia spectat, sed de facto regulariter id non prasumitur fecisse. num.294. 297. & 299.

Si quis credens sua sanitati conducere die ieiunij, aut alio prohibito comedat carnes, vt si alio tempore id faceret, exerceret actum temperantia, an peccatum intemperantia, an vero solius inobedientia. n.300.

Pluralitas beneficiorum in eadem persona non obligat ad pluries recitandum Diuinum officium in eodem die. num.301.

Beneficiatus ordinatus in sacris, & etiam religiosus in sacris constitutus vnum tantum Officium in die recitare tenetur. ibidem.

Beneficiatus in sacris constitutus absque iusta causa omittens Diuinum officium an duplex peccatum, vnum contra religionem, alterum contra iustitiam committat. n.302, & 303.

Obligatio Beneficiati recitandi Diuinum officium an sit iustitia, aut religionis. ibidem.

Beneficiatus absque iusta causa non recitans Diuinum officium an sit iustitia, aut religionis. ibid.

Beneficiatus absque iusta causa non recitans Diuinum officium tenetur ad restitutionem fructuum. n.303. fine.

Si votum sapè repetatur animo sibi imponendi nouam obligationem non multiplicatur obligatio, neque malitia in eadem voti violatione. n. 304.

In communicatione excommunicati duabus excommunicationibus non committitur nisi vnum peccatum vnicam malitiam numero, & specie habens. n.305.

Peccatum contra duo pracepta positiua humana diuersorum superiorum inferioris, & superioris eiusdem rationis, & motiui proximi, & immediati non habet duas malitias, nec ea circumstantia est in Confessione ex necessitate explicanda, nisi violatia facta esset cum formali contemptu vtriusque superioris. n.306.

Transgressio voti, & iuramenti de eadem re habet duplicem malitiam specie distinctam in Confessione etiam explicandam. n.307.

Franciscanus non ieiunans in die Veneris, in quem incidit Vigilia cum ieiunio committit peccatum habens duplicem malitiam specie diuersam. n.308.

Quilibet actus venereus constituti in Ordinibus sacris habet pariter duplicem malitiam specie diuersam. n.310.

Qui ex amore temperantia vouit ieiunia in aliquo die, in quo praceptum ieiunij Ecclesiastici obligat, transgrediens ieiunium committit peccatum habens duplicem malitiam specie diuersam. n.311.

Item qui ex amore castitatis illam vouit fornicans committit duplicem malitiam specie distinctam. ibidem.

Religiosus professus, qui nouo voto se obligauit ad obediendum suo superiori pracipienti, transgrediens superioris praceptum committit peccatum duplici specie distincta affectum. n.312.

Superiores Religiosorum habent potestatem pracipiendi ex voto solemni eorum, & ex iurisdictione à Summo Pontifice concessa. ibidem.

Religiosus absque licentia superioris aliquid notabilis valoris vsurpans ex bonis Monasterij, seu iam Monasterio acquisitum,

quisitum, siue sibi applicet, siue donet alteri committit peccatum contra votum paupertatis, & contra iustitiam, ita quod illud peccatum habet duplicem malitiam, vnam sacrilegij, alteram iniustitia. n.313.

Vtraque malitia contra votum paupertatis, & iniustitia reperitur, cum Religiosus aliquid de nouo acquirit, vt sibi vsurpet, vt proprium. ibidem.

Si sæcularis det Religioso aliquid ex conditione, ne Monasterio acquiratur, vel Monasterium sit incapax, erit tantum proprietas contra votum, non furtum. ibidem.

Si Religiosus ex rebus Conuentus capacis acquirendi, vel alicuius sæcularis de ipsius etiam licentia, qui non addiderit legem ne acquiratur Monasterio aliquid, absque Superioris licentia accipiat, & absque licentia alienet erit duplex malitia furti, & duplex malitia proprietatis. ibid.

Si addita fuerit conditio, ne Monasterium acquirat, vel Monasterium sit incapax, erit solū duplex proprietas. ib.

Si Religiosus aliquid furetur non sibi retinendum, aut habita Superioris licentia ad furandum erit tantum peccatum furti, non proprietas. ibidem.

An cum in eodem die concurrunt duo præcepta ieiunandi, v.g. vigiliæ, & quatuor temporum, aut Quadragesimæ frangens ieiunium, committat duplex peccatum, seu vnum peccatum habens duplicem malitiam in confessione explicandam, vbi an peccata distinguantur specie, & numero ex multiplicitate præceptorum.

278. Dubium septimum, an qui duplici titulo obligatur ad ieiunium, puta, quia duo ieiunia de præcepto ab Ecclesia indicta incidunt in eundem diem; vt cum Vigilia S. Matthiæ occurrit in die quadragesimæ; vel Vigilia S. Matthæi in aliquo die quatuor temporum violans ieiunium duo peccata moraliter numero distincta committat; seu committat duplex peccatum, nempè habens duas malitias numero distinctas contra illa duo præcepta, & necessariò proinde in confessione debeat explicare vtriusque præcepti violationem. Exacta resolutio huius dubij pendet ea resolutione generalis controuersiæ, an peccata distinguantur ratione diuersorum præceptorum, & omittere, vel facere opus præceptum, vel prohibitum duplici præcepto, sit duplex peccatum formaliter, seu vnum peccatum habens duplicem malitiam in confessione explicandam, circa quam controuersiam

Prima sententia asserit, quando occurrunt duo præcepta positiua de eadem re, vt in exemplis allatis, & quando dies festus alicuius sancti occurrit in Dominica (quo casu duplex est præceptum audiendi Missam ratione festi, & Dominicæ) transgressionem vtrique præcepto oppositam esse duplex peccatum, numero moraliter, seu vnum peccatum habens duplicem malitiam in confessione etiam explicandam ita Nauarrus *in man. c.*11. *num.*4. Rodriquez *tom.*1. *summa c.* 23. *n.*3 *in* 2. *edit.* Ludouicus Lopez 1.*p. instructory c* 28 & Ægidius Coninch de sacr. *disput.*7. *n* 37. 46. & 47. Probatur primò, quia quodlibet præceptum seorsim ab alio, si transgrediatur, inducit propriam malitiam sibi oppositam, ergo etiam si simul cum altero præcepto transgrediatur. Secundo probat Coninch, quia quando ratio præcipiendi, aut prohibendi aliquem actum est diuersa in præceptis, siue ratio sit actui intrinseca, siue extrinseca, vt est diuersus finis à præcipiente intentus, tunc quodlibet præceptū inducit suam propriam obligationem peccati mortalis diuersam ab alio, & consequenter in transgressione vtriusque præcepti committitur duplex peccatum. At præceptum audiendi sacrum in die Dominico, & præceptum illud audiendi in die alicuius Apostoli habent diuersas rationes præcipiendi; nam Ecclesia vnum præcipit in honorem Dominicæ Resurrectionis, alterum in honorem festi, siue Sancti, in cuius honorem festum est institutum, & vtraque ratio præcipiendi est per se sufficiens ad inducendam obligationem peccati mortalis; ergo non audiens Missam in die Dominico, in quo occurrit aliud festum de præcepto violando, hæc duo præcepta diuersas præcipiendi rationes habentia committit duplex peccatum. Et idem ait Coninch dicendum, cum eodem die obligat duplex ieiunium, puta Vigiliæ S. Matthiæ, & Quadragesimæ, quia vtrumque ab Ecclesia institutum est distinctam rationem; ac proinde transgressio includit duplicem malitiam.

Dicit autem idem Coninch, quod vnum esset peccatum transgressio duorum præceptorum de eadem re, si sit eadem ratio præcipiendi, quia vbi est eadem ratio præcepti, nulla noua obligatio inducitur, & ita qui furatur licet violet præceptum diuinum, naturale, & positiuum humanum vnum peccatum committit, quia in omnibus præceptis est eadem ratio præcipiendi. Addit tamen *dict. n.*37. nouam obligationem imponi, quando aliquid, quod est contra ius naturæ, nouo præcepto humano prohibetur sub pœna excommunicationis, aut alterius censuræ de facto incurrendæ; quia vt hæc incurratur (inquit) requiritur contumacia, & consequenter peccatum contra legem Ecclesiasticam. Et hoc idem docuit Henriquez *lib.*5.*c.*5.§.7.*litera* D. *in textu*, vbi ait quando præceptum humanum de his, quæ sunt contra ius Diuinum, & naturæ habet annexam excommunicationem, specialem malitiam inobedientiæ reperiri in illius transgressione distinctam ab ea, quam habet in ordine ad illud præceptū, quia quotiescumque incurritur excommunicatio datur inobedientia contra Ecclesiam, quæ est malitia distincta ab ea, quam habet transgressio præcepti, & ita hæresis exterius manifestata secundum eundem Henriquez *ibidem* præter malitiā contra fidē, seu infidelitatis habet nouam malitiam inobedientiæ propter excōmunicationem tali hæresi annexam, & furtum ab Ecclesia prohibitum sub excommunicatione præter malitiam iniustitiæ, habet rationem inobedientiæ contra Ecclesiam, quæ iuxta eandem Henriquez affert secum aliam malitiam. 279.

Et eadem ratione aliqui contendunt probare præceptū positiuum additum iuri naturali semper addere nouam malitiam, scilicet, specialis inobedientiæ: Et horum sententiam amplexus est Granado *contru.*6. *de peccatis, tract.*2. *disp.*1. *sect.*2.*n.*17. vbi asserit, quod quando præcepta sunc diuersa de eadem re, veluti naturale, Diuinum, & humanum, tunc in transgressione illius opposita triplex malitia reperitur, nisi constet ex verbis præcepti legislatorem nolle nouam obligationem imponere, sed antiquam in memoriam reuocare; ita etiam sentit Ariaga 1.2.*disp.*41. *sect.*3.*tum sectione* 1.2.& 3.*dicta* enim *sectione secunda* dicit probabile quidem esse, non esse duplicem malitiam in transgressione duplicis præcepti per eundem actum, vel eandem omissionem, quando secundum præceptum imponitur non tam ad nouam inducendam obligationem, quam ad intimandam, & declarandam magis priorem vt, inquit, sunt præcepta Decalogi. quæ sunt de rebus à iure naturali præceptis, vel prohibitis. At vero si legislator intendat per suum præceptum nouam inducere, etiamsi non extrahat rem præceptam ad aliam virtutem, seu etiamsi non habeat aliud obiectum intrinsecum formale, quod amet, quàm honestatem ipsam virtutis, quæ antea erat; velit tamen suo præcepto magis homines ad eam cogere; si ita, inquit, præceptum imponatur, tunc constitui eam rem præceptam in duplici specie; eoque casu transgressionem illius futuram duplex peccatū, vnum contra naturale præceptum, alterum contra legislatorem positiuum, & vnū peccatum habere malitiam vitij oppositi virtuti, & honestati, quam respicit naturale præceptū; alteram vero malitiam specialis inobedientiæ, & contemptus contra legislatorem humanū. Et legislatores positiuos sæpè intendere talem nouam obligationem suo præcepto, & de facto intendere, nisi aliud ex verbis præcepti, vel aliundè colligatur asserit idem Ariaga; & pluribus probare nititur, quæ ad vitandam prolixitatem relinquo, apud eum videnda, & ea dicendis manebunt soluta. 280.

281. Communis Doctorum sententia est peccata non distingui specie, aut numero propriè, ex eo capite præcisè, & formaliter quod sint contra plura præcepta prohibentia, vel vetantia aliquem actum, sed solum quando plura, & distincta præcepta respiciūt obiecta, & motiua propriè diuersa aut præcipiunt, vel vetant actum aliquem intuitu diuersæ honestatis, seu virtutis, seu habent motiuum virtutis, & honestatis specie diuersum; atque adeo in eodem actu, vel eadem omissione non multiplicari numero peccata, seu malitias morales ex eo præcisè quod sint contra plura præcepta siue subordinata (puta contra præceptum naturale, Diuinum, aut humanum) siue non subordinata (puta contra duo præcepta humana) sed si præcepta versentur circa eundem actum, vel actus eiusdem omissionem ex motiuo eiusdem rationis, seu intuitu eiusdem virtutis, seu honestatis esse vnum tantùm peccatum habens vnicam malitiam specie, & numero. ita S. Thomas 1.2. *q.82. art.6. in corpore,* & *ad* 2. ibidem Caietanus, & Medina Zumel *dub.*6. Curiel *dub.*3.§.1. Henriquez *lib.*5.*c.*5. *n.*6. litera F, Valentia *q.*2.*p.*1. Azorius *parte* 1 *lib.*4.*c.* 2. *q.*5.6.*&* 7. & *lib.*7.*cap* 31.*q.*7. Vasquez 1. 2. *disp.*98.*n.*8. *& seqq.* Sanchez *de matr. lib.*9.*disp.*15.*n.*5.*&* 6.& *in sum. lib.*1.*c.*14.*n.*9. Fagundez *de precept. Eccl. precepto* 1.*lib.*2. *cap.*4.*n.*5. *& seqq.* & *precepto* 4. *lib.*1.*cap.*10.*n.*7. Layman *lib.*1.*tract.*2.*cap.*10.*n.*4. & *tract.*3.*cap.* 3.*n.*1. Filliuccius *tom.*1.*tract.*21.*cap.*6.*n.*237. & *tract.*27.*cap.*5.*n.*82. Suarez *de pœnit. disp.*22.*sect* 4.*n.*22. & *lib.*5.*de voto c.*6.*n.*15. Salas *in* 1. 2. *tract.* 13.*disp.*3.*sect.* 2.*n.*9. *&* 16. Bonacina de peccatis *disput.*2.*q.*3.*puncto* 3.*num.*5.*cum seqq.* Sayrus *lib.*1.*cap.*5.*n.*14. Gordonus *lib.*1.*q.* 8.*n.*15.*&* 17.*q.* 10. *n.*1.4.5.& *q.*11.*num* 14.*cum seqq.* Ouiedus *in* 1.2.*tract.*6. *controu.*5.*p.*1.*&* 7. & plures alij apud eosdem, & innumeri alij, quos refert Henriquez *lib.*5. *cap* 5.§.6. *in glossa*, quos & sequitur excepto, quando præceptum humanum de re præcepta, vel prohibita imponit excommunicationem ipso facto incurrendam.

Quod igitur peccata specie non distinguantur propriè, & præcisè, seu formaliter per ordinem ad præcepta diuersa, & multiplicitas præceptorum ex se sola non inducat in eadem actione, vel omissione diuersas specie malitias, probatur primo, quia peccatum sunt actus (definitur enim peccatum dictum, vel factum, vel concupitum contra legem DEI) sed actus boni, & mali distinguuntur specie per ordinem ad diuersa obiecta formalia specie diuersa; seu secundum diuersa obiecta, ergo peccata inter se specie differunt per ordinem ad obiecta ratione diuersimodè dissona. Secundò præcepta inter se non differunt specie; nisi quia respiciunt distinctas honestates, & obiecta formaliter distincta, seu motiua virtutis, & honestatis distincta; ergo & peccata specie distinguuntur per ordinem ad dictas honestates, & obiecta, nempe quatenus opponuntur prædictis honestatibus, non quia præcisè sint actus, vel omissio contra præcepta. Quod confirmatur, etenim peccata ex præceptis non possunt distingui, nisi quatenus præcepta certā, & specialem cum recta ratione repugnantiam habent; ergo peccata inter se specie differunt, quia specialiter rectæ rationi sunt contraria, & dissona siue pluribus, siue vno præcepto prohibeantur; ideoque peccata, quæ committuntur contra virtutes specie diuersas, specie differunt, quia dissonantiam diuersam cum recta ratione habent. Confirmatur magis, quia ideo sunt distincta præcepta, quia præcipiunt obiecta, & actus bonos distinctos, & prohibent actus malos distinctos, vt rectè Gordonus *d.q.*8.*n.*7. *&* 15. & *d.q.*11.*n.*14. ergo distinctio legum, & præceptorum sumitur ab ipsis obiectis, ergo peccata non possunt habere, seu sortiri suam primam, & essentialem speciem actualis malitiæ; neque primo secundum specificat malitias inter se distingui propter distinctionem præceptorum, sed ex ipsis obiectis malis, scilicet quatenus habent dissonantiam cum recta ratione, seu natura rationali. Igitur.

282. Probatur tertio, prænotando prius, quod actus mali sunt duplicis generis; nempè alij sunt mali, quia prohibiti; alij sunt mali intrinsecè, & ex se, atque sola vi obiectorum non conuenientium naturæ rationali, idque ante omnem voluntatem, & legem prohibentem, seu absque dependentia à prohibitione, vt docet S. Thomas 1.2. *q.*100.*art.*1. *&* 5. & tradunt communiter Theologi, & bene explicant Gordonus *locis citatis* præsertim *d.q.*8. *n.*35. & *d.q.*10.*n.*4.*&* 5. & etiam *lib.*2.*q.*5.*n.*8. Castrus Palaus tom.1. *tract.*2. *disp.*2. *puncto* 4.*n.*2.*& seqq.* & Ouiedus 1.2.*tract.*4. *controu.*4.*puncto* 1.*n.* 7. & *puncto* 2. *n.*41. 44. *cum seqq. vsque ad* 58. Et ratio est, quia actus sumunt speciem ab obiecto, vt sua mensura, vt numero præcedenti dictum est; obiectum autem esse sæpè ex se disconueniēs naturæ rationali absque prohibitione, seu absque vlla voluntate superioris prohibente; non secus ac calor est disconueniens aquæ etiam facta præcisione à diuina voluntate, vt exempli gratia mentiri est ex se discordans à natura rationali, etiam in homine ignorante DEVM, & & omnem voluntatem superiorem: talis est etiam actus odij DEI, & actus adulterij, qui actus non ideo sunt mali, quia prohibiti, sed è conuerso. Quod etiam confirmatur ab absurdo; nam si isti actus non essent mali intrinsecè, & ante omnem prohibitionem, possent non prohiberi, & esse licita, quod sicut est absurdum. ita ostendit hos actus non habere primam rationem malitiæ à prohibitione, sed esse in se malos etiam præcisè repugnantia ad prohibentem. Qui tamen actus non dicuntur intrinsecè mali, vt in bonis actibus, vbi bonitas sumpta ab obiecto est essentialis actui bono: nam malitia cum sit priuatio, non est essentialis actui reali; neque etiam ita vt non possit separari vnum ab altero: sed ideo solet vocari aliquis actus intrinsecè malus, quia non potest liberè, & humano modo fieri ac moraliter circa tale obiectum semotaque ignorantia; quin statim sit malitia annexa cum similium actuum essentia. Et tales sunt actus, qui contrariantur naturali præcepto; nam non possunt fieri, quia secum trahant illam malitiam ratione obiecti; licet in hoc genere actuum sit latitudo, & diuersitas, quæ prouenit maximè ex ipsa obiecti varia conditione; aliquando enim conditio obiecti, vnde oritur turpitudo, seu deformitas, est immutabilis, vt in odio DEI; aliquādo sunt talia obiecta vt mutetur eorum conditio, & tunc actus mutabitur, & si quis rem alienam faciat bono titulo suam de quibus Gordonus *lib.*2.*q.*5.*d n.*8.*&* 9.& *q.*7.*n.*13.14.*&* 15. Quare quamuis iidem actus ex se intrinsecè mali lege etiam diuina, & æterna prohibeantur (cum DEVS, qui est ipsa iustitia, & æquitas non possit non prohibere mala, quæ sunt contra naturalem rationem) tamen per legem Diuinam illos prohibentem ipsi non efficiuntur, seu redduntur mali, cum alioqui non essent; sed additur tantum obligatio (non enim repugnat vni priori obligationi superaddi aliam eiusdem, vel diuersæ rationis) vitandi illud, quod alioqui ex se, suaque natura malum est. Vnde formalis ratio peccati, seu malitia moralis consurgens in actione, aut omissione mala cum libertate exercita in his, quæ de se mala sunt, consistit immediatè, & formaliter in disconuenientia, seu dissonantia ad naturam rationalem, seu cum natura rationali, vt rationalis est, vt tradunt iidem Gordonus, & Palaus *locis citatis*. Ouiedus *d. puncto* 2.*n.*41. Vasquez 1.2. *disp.*58.*c.*2.*n.*6. *disp.*92.*n.*7. & *disp.*99. *c.*9. *initio*, & alij relati ab Ouiedo *d. puncto* 2. *n.*17. & ex ipsa docet Suarez de bonitate, & malitia humanorum actuum *disp.*7.*sect.*1.*n.*10. & alij, quos idem Ouiedus *d. puncto* 2. refert. Quia autem hæc dissonantia semper est prohibita à lege diuina, vt dixi, ideo omne peccatum verè, & propriè dicitur esse contra legē Diuinam, vt etiam notarunt Vasquez 1.2. *disp.*96.*&* 97. Azorius 1.*p. lib.*4. *c.*5. *q.*2.*fine* & *q.*4.*&* 5. Palaus, Gordonus, Ouiedus *locis citatis*, & alij à Palao, & Ouiedo allegati. Et ex his manifestè patet in huiusmodi actibus ex se, & intrinsecè malis speciē malitiæ primā à lege nullo modo peti, sed ex ipsis obiectis malis, in quæ tendūt, disconueniētibus naturæ rationali. Quod si dicatur ideo esse peccatū, quia est contra legē, & voluntatem diuinam, & si non esset lex diuina, aut lex

naturalis,

naturalis, non foret peccatum, & ita peccatum non tantum penderet à lege vt iudicante, sed etiam intrinsecè in sua constitutione. Respondetur primo, si non esset in homine lex naturalis, tunc non esset hominis peccatum vllum, quia non esset homo. Secundo si non esset DEVS, aut lex Diuina, non etiam esset homo, aut res creata. Attamen si per impossibile non existente DEO, aut lege æterna esset homo; posset tunc esse actus moralis malus, & moralis defectus tamen sine auersione à DEO. Hoc autem totum ponit aliquid impossibile, solumque declarat rei veritatem (argumentando per locum intrinsecum) & connexionem legis, & peccati, non autem pendentia in ratione constitutiua; semper enim peccatum primò, & per se est tale, non quia est contra legem, sed quia dum voluntas tendit in obiectum malum, oritur carentia rectitudinis, seu perfectionis, quæ deberet adesse. Quemadmodum enim actus non est bonus primò, & per se, quia lex iudicat, sed quia ex suis principiis est talis: ita etiam actus est malus ex suis principiis, ac proinde non est malus, quia DEVS ita iudicat; sed ideo iudicat esse malum, quia est talis in se, & ita similiter non ideo est malus, quia est contra legem, aut voluntatem primo, ac per se præcisè loquendo; sed deordinatio, seu discordia à lege est aliquid consequens. Quod etiam verum est in his, quæ vocantur mala, quia prohibita; ibi enim prohibitio non alia ratione concurrit ad speciem actus mali, nisi quia eadem prohibitio concurrit ad constitutionem obiecti, seu reddit obiectum malum, dum præceptum facit esse obiectum, & materia peccati, quod antea non erat (præcepta enim trahunt materiam indifferentem ad hanc, vel illam speciem virtutis, scilicet ex vi sui motiui, quia præceptio aliquando ponit materiam in specie sui motiui, vt *infrà* explicatur & dixi *tom.2. horum mor. var. tit. 1. n.2301.*) postea ex obiecto hoc constituto per se contrahitur malitia, & hinc deordinatio à lege post constitutum, seu obiectum malum.

283. His prænotatis, inquam, probatur tertio, peccata quoad malitiam non distingui specie formaliter per ordinem ad præcepta, quibus opponuntur; nam si loquamur de his, quæ sunt intrinsecè, & ex se mala, & prohibentur, quia sunt mala, eum sint prius mala, quàm per legem aliquam prohibita, & suam malitiam moralem habeant primò ex obiecto naturæ rationali disconuenienti; ita etiam eorum malitiæ species, seu specifica distinctio petitur ex ipsis obiectis, seu reducitur in obiecta quatenus diuersimodè naturali rationi disconueniunt: ab eo enim, à quo accipitur constitutio, & essentia, accipitur etiam distinctio. Accedit etiam ratio à posteriori; nam distincta sunt præcepta Decalogi, *non furaberis*, *non concupisces res proximi tui*, & tamen furtum, & desiderium furandi sunt peccata eiusdem speciei; item sunt distincta præcepta non mœchaberis, & non concupisces vxorem proximi tui, & nihilominus adulterium, & actualis voluntas illud perpetrandi sunt eiusdem speciei; item diuersa præcepta sunt non furaberis, & restitues rem alienam, & tamen furari, & non restituere rem alienam sunt peccata eiusdem speciei. Si vero loquamor de iis, quæ sunt mala, quia prohibita; iam in proximè antecedentibus ostensum est, etiam hæc contrahere malitiam ex obiecto, eorumque speciem in idem obiectum reduci, & præceptum solum in remota origine, & materialiter confert ad malitiam, & speciem peccati, scilicet, quatenus id, quod non erat materia peccati, facit esse materiam peccati, quod non est facere speciem peccati, sed facere obiectum, vnde postea sumitur species, vt explicatum est; vnde nec præceptum affirmatiuum, nec negatiuum distinguunt formaliter peccata, quoad speciem malitiæ. Quomodo autem lex humana in bis, quæ ex se non sunt mala faciat obiectum peccati. Respondetur facere, vt dixi, constituendo actum aliàs indifferentem in specie alicuius virtutis, contra quam propterea peccat, qui legem transgreditur. id quod docent, & explicant Caietanus 1. 2. q.100. *art.9.* Azorius 1.*p.lib.5.cap.5. q.2.* Suarez de legibus *lib.3.c.*12.*n.*17.*&* 19. Salas *eodem tract. disp.9. sect.5. n.47.* Sanchez *de matr. lib.9. disp.15. n.13.* Layman *lib.1. tract.4. c.4. n.4.* Gordonus *lib.1. q.1. n.15.* & alij Doctores, qui allegantur *post numerum sequentem*. Cùm enim materia præcepti humani fiot non tantum res, seu actiones bonæ, sed etiam (vt iidem Doctores tradunt) quæ antea erant indifferentes. Hæ postquam fuerint præcepta, reuocantur ad aliquam specialem virtutem iuxta rationē præcepti, vel prohibitionis, & motiuum præcipientis. Quare si materia, vel obiectum pertinebat ante præceptum ad aliquam virtutem, præceptum tunc ex suo motiuo aliam superaddit vt v.g. ei, quod antea erat simplex furtum, accedente nouo præcepto sub motiuo religionis addetur noua species sacrilegij, & irreuerentiæ erga res sacras; si autem non est virtus aliqua, ad quam res, vel materia ante pertinuerit, erit saltem iure motiui in specie, specialis obedientiæ, vel alterius virtutis iuxta motiuum præcipientis, vt latè post numerum sequentem explicabitur, & exemplis declaratur. Et hoc est, quod communiter dici solet, præceptum trahere materiam ad speciem sui motiui; in quibus tamen semper apparet præceptum ex vi sua præcisa tantum in remota origine, & materialiter, scilicet dum cōstituit materiā, & obiectum) concurrere ad speciem, & distinctionē peccati.

Quod etiam peccata, seu malitiæ morales non distinguantur numero in eodem actu, respectu distinctorum præceptorū vel in eadem omissione plurium præceptorum distinctorum non respicientiu diuersum motiuum, sed vnum, & idem motiuum. Probatur primo ex dictis, quia distinctio specifica peccatorum non sumitur præcisè ex multitudine præceptorum præcipientium, vel vetantium aliquem actum; ergo nec eorum numerica distinctio. Secundo quia eadem obligatio potest pendere ex pluribus principiis adæquatis, atque adeò hæc numero obligatio ex pluribus præceptis numero distinctis, quod est, idem præceptum esse ex pluribus præcipientibus: sola ergo multiplicitas præcipientium (& sic confirmatio) non facit esse præceptum multiplex, sed solum facit præcipientes esse multiplices; ac proinde non potest hæc multiplicitas præcipientium sola constituere diuersam obligationem, ergo neque diuersum peccatum specie, aut numero. Denique in rebus prohibitis iure naturali, & positiuo id videtur prorsus certum, & confirmat communis hominum sensus; siquidem nemo in simplici fornicatione duplicem putat inesse malitiam ex eo, quod prohibita sit iure naturali, diuino, & humano; quia hæc tria præcepta ex eodem fine, seu motiuo, & intrinsecè eiusdem virtutis, seu honestatis lata sunt; At eadem est omnino, imo maior ratio de his, quæ duplici præcepto positiuo sunt prohibita, cum minus differant duo præcepta positiua inter se, quam ius naturale, & positiuum præceptum; ac proindè sicut horum distinctio non distinguit numero malitias vtriusque transgressionis, sic nec distinctio præceptorum positiuorum. 284.

Quomodo distinctio peccatorum dignoscatur ex præceptis, & quod dantur actiones externæ, quæ intrinsecè, & ex se ad determinatam virtutem pertinent, aliæ vero dependenter à libera hominum voluntate, & quandonam præcepta sint formaliter diuersa.

Igitur ex diuersis præceptis non potest desumi formaliter, & primò, ac propriè diuersitas specifica peccatorum, vt probatum est, poterit tamen ex ipsis saltem vt signis, & indiciis colligi, & inferri diuersitas specifica peccatorum, si sint præcepta non materialiter tantum, sed formaliter diuersa, scilicet, non eandem honestatē, idemuè virtutis motiuum, sed diuersas honestates respicientia, diuersumque habentia motiuum, ratione cuius actio, eiusue omissio, circa quam versantur præcepta ad diuersam pertineat virtutem specialemuè habeat honestatem. Ad dignoscendum autem formalem præceptorum di- 285.

stinctionem, seu quandonam præcepta sint formaliter diuersa ex obiecto, & motiuo proprio cuiusque præcepti, & quando præceptum constituat actum vnius virtutis in specie alterius virtutis, aut actum aliàs differentem reponat in specie alicuius virtutis, ea Doctoribus suprà num. 283. relatis, & ea Coninch de Sacramentis disput. 7 dub. 5. à num. 34. & Ouiedo d. puncto 5. à num. 12. notanda sunt sequentia.

286. Et primo esse quosdam actus honestos externos peculiarium virtutum, qui intrinsecè, & per se ad certam virtutem pertinent independenter à quacunque libera hominum voluntate, & impositione; ita vt vbicunque fiant, ad eam virtutem pertinere dicantur, sicut actus iustitiæ, fidelitatis, temperantiæ, & continentiæ. Vnde hi apud omnes gentes, & nationes manent iidem, nec diuersis actibus hoc, vel illo tempore, hac, vel illa natione exercentur, neque vlla lex facere poterit, aut potest, vt non sit laudabile vnicuique, quod suum est, reddere, honestam promissionem homini, vel Deo factam seruare, continenter, & temperanter viuere, abstinere à nimio cibo, & potu, & carnalibus voluptatibus, & ita etiam absque dependentia ab vlla hominum voluntate intrinsecè, & ca se actus externi prædictis oppositi, & repugnantes sunt inhonesti, & mali malitia contra easdem virtutes; vt vbicunque fiant sunt vitiosi, & iisdem virtutibus repugnantes, quare retinere alienum est peccatum iniustitiæ, violare promissionem homini est infidelitas, non iterare Deo est infidelitas, & irreuerentia, incontinenter, & intemperanter viuere, inebriare se, mœchari spectant ad vitium intemperantiæ, & incontinentiæ. Alios autem esse actus externos, qui ex se, & sui natura non sunt neque honesti, neque inhonesti, ex libera tamen hominum impositione habent, vel habere possunt rationem obiectiuam honesti, vel inhonesti; atque adeo iidem possunt hoc tempore, vel loco habere honestatem talis virtutis, & in alio tempore, aut loco malitiam vitij oppositi. Tales sunt actus cultus, & religionis erga DEVM, obseruantiæ erga Sanctos; & politici cultus erga Magistratus, & Superiores, seu in quocunque genere præcellentes. Quamuis enim hoc, quod est deferre cultum Deo, seu DEVM honorare, & colere sit intrinsecè bonum, & honestum; tamen cuicunque actui externo extrinseca est ratio cultus erga DEVM; quia esse signum summissionis, & reuerentiæ erga alium est extrinsecum cuicunque externæ actioni, illique conueniens ea libera hominum impositione. Quare quod apud nos est signum reuerentiæ, scilicet, assurgere aduenientibus ad nos, & discoperto capite excipere, & illis adstare; apud Iapones est signum contemptus, qui vt maiores, & excellentiores ad se ingredientes honorent, solent sedere: sic etiam in templo sacrificio diuino assistentes viri honoris causa caput aperiunt, mulieres velant. Hinc etiam apud Iudæos oblatio agni, & alia sacrificia veteris legis erant actus latriæ, quibus tunc religio erga DEVM exercebatur, apud Christianos essent actus superstitionis, & sacrilegium. In his autem actibus, qui ad cultum religionis, & obseruantiæ pertinent, iam communis vsus, consuetudo, & Principes constituetunt, quibus honor, & cultus Deo, & hominibus exhibendus sit, ita vt non cuicunque liceat actiones, quas maluerit ad hunc finem adhibere, sicut contingit etiam in vocibus ad res significandas impositis. Ex his sequitur liberum esse Ecclesiæ quamcunque actionem externam ex se decentem præcipere intuitu religionis, quia potuit tali actione indicere virtutem significandi iudicium internum, & effectum, quo DEVM magnificamus; non tamen liberum esse Ecclesiæ quamcunque actionem præcipere intuitu temperantiæ, iustitiæ, aliarumque virtutum; siquidem non potest facere vt pertineat ad iustitiam actus flagellandi corpus proprium, neque ad temperantiam actus leuandi miseriam pauperis, quia ea se, & ea sua natura pertinent ad certas, & determinatas virtutes, & ad prædictas non conducunt, seu nullam extrinsecam conducentiam habent. Hinc intelligitur quare præceptum non laborandi in die festo pertineat ad religionem, & præceptum ieiunandi non ad religionem, sed ad temperantiam spectet; ea enim est ratio, quod Ecclesia assumpserit tanquam signum externum interioris cultus cessationem ab opere seruili, & non ieiunium; Vnde cessatio ab opere seruili est actus externis religionis internum significans; ieiunio autem non est indita vis significandi actum internum religionis. Vnde infertur motiuum immediatum Ecclesiæ præcipientis ieiunium in Vigilia natiuitatis CHRISTI Domini non esse cultum DEI, & CHRISTI, sed idem, quod habet, dum præcipit ieiunia in Quadragesima, scilicet, temperantiam, qua vult Ecclesia CHRISTI fideles disponi ad celebrandos dies sacratos CHRISTI, atque Sanctorum solemnitatibus. Ex quo dictis etiam Coninch d. disput. 7. num. 44. & Ouiedus dict. puncto 2. num. 14 docet probabilius esse Ecclesiam suo præcepto non posse facere, vt aliquid de nouo incipiat esse materia temperantiæ, aut aliarum virtutum: id quod etiam Ouiedus attribuit Suario dum d. cap. 12. num. 19. ponit differentiam inter præcepta negatiua, & affirmatiua, quod affirmatiua regulariter supponunt honestatem in actu, quem præcipiunt, & solum faciunt, vt ea honestas, quæ antea erat libera, necessaria sit. Præceptum vero negatiuum in his, quæ sunt mala, quia prohibita, non supponit malitiam in actu, quem prohibet, sed facit constituendo actum prohibitum vti materiam peccati oppositi illi virtuti, cuius intuitu, seu ad quem ordinat abstinentiam ab illo actu prohibito. Dicit autem *regulariter*, propter actus indifferentes, in quibus non videntur supponi honestas, antequam præcipiantur; quamuis addit, si sumantur vt ordinati ad finem præcipientis, seu propter quem eos præcipit, honesti sint, quam honestatem, inquit, haberent sic facti, etiamsi sine lege fierent, & si non haberent necessitatem. Pro cuius, & aliorum, quæ in præcedentibus tradita sunt maiori declaratione

Lege humana possunt præcipi, vel prohiberi etiam actiones, quæ lege naturali, & diuina sunt præceptæ, neque prohibitæ, & non solum præcipi actiones ex obiecto bonæ; sed etiam ex obiecto indifferentes possunt præcipi vel prohiberi intuitu boni communis, & alicuius virtutis, quando ad illam aliquam extrinsecam conducentiam habent.

Notandum secundò cum legum humanarum condendi potestas sit tota in ordine ad bonum commune, publicamque fœlicitatem, legem humanam tam Ecclesiasticam, quam ciuilem posse ferri non solum de his, quæ lege naturali, vel diuina præcepta, vel prohibita sunt, sed etiam de his, quæ lex naturalis, aut diuina non præcipit, vel vetat; si ad illud bonum commune vtilia sint, & à legislatore referantur, vt omnes Doctores num. 283. citati docent, vt latiùs tradit Suarez dict. cap 12. Quare primò actiones ex obiecto bonæ, & honestæ, & quæ alicuius virtutis medium, & materia conueniens sunt, quas homo pro sua libertate exercere, & omittere potest, lege humana possunt præcipi, & constitui eiusdem virtutis materia necessaria, mediumuè necessarium, si id bono communi conueniat, & vtile sit; ita tradunt latius præallegati Doctores, & patet in præceptis ieiunij, in Vigiliis Sanctorum, & in quadragesima, ac quatuor temporum, & in præcepto Missæ in diebus festis, in quorum primo ieiunia referuntur ad temperantiam vt illius materia necessaria; in secundo auditio Missæ ordinatur ad cultum Dei, & religionem pariter vt materia necessaria, enim secluso præcepto fiot tantum 287.

tantum materia conueniens, non necessaria. Secundo licet actus per se, & intrinsecè malus nunquam possit per legem humanam præcipi, licet possit permitti, cum nunquam ab illo sit separabilis malitia; actus tamen bonus ex obiecto, qui potest per se, & propter se, & seclusa lege prohibente, honestè fieri; nihilominus aliquando potest (si superior ita maiori bono expedire iudicauerit) prohiberi per legem humanam etiam ciuilem, & ita fieri potest malus ratione prohibitionis, qui aliàs de se erat bonus. Ratio vtriusque est, quia actus sic malus in specie sua, quandocunque, & vbicunque exercetur retinet illam malitiam, & habet rationem inhonesti iuxta tradita *numero præcedenti* & *num.*282. atque adeo non potest præcipi, & ad malum sufficit quicunque defectus: actus autem bonus, licet ex specie sua talis sit; potest in exercitio esse malus, quia potest tale exercitium esse iustè prohibitum, & ita deerit illi actui aliqua circumstantia debita ex vi legis; ac proinde iam erit malus; quia malum vt dixi, ex quocunque defectu, & ita licet facere sacrum sit bonum, id facere in feria sexta Parasceues non est bonum, quia deest illi debita circumstantia temporis ratione prohibitionis, & idem est de ieiunio in die Dominica secundum S. Thomam 2. 2. *quæst.*14. *art.*5. *ad* 3. vbi asserit non esse à culpa immunem, qui die Dominica ieiunaret (quamuis hodie per se loquendo non esse vllo modo illicitum ieiunare diebus Dominicis doceant Auctores communiter. Bellarminus *tom.*3. *controu. lib.*7. *cap.*21. Azorius 1. *p. lib.*7. *cap.*16. *quæst.*7. & 8. Reginaldus *lib.*4. *num* 118 Sanchez *lib.*2. *summæ cap.*37. *num.*12. Bonacina de præceptis Eccl. *disput. vlt. quæst.*1. *puncto* 5 *num.*1. Layman *lib.*4. *tract.*8. *cap.*2. *num.*9. & alij recentiores) etiam donatio liberalis de se bona est, & nihilominus potest ex iusta causa per legem ciuilem prohiberi, & fieri mala solùm, quia prohibita. Addit Suarez *d. cap.*12. *num.*18 posse hoc etiam confirmari, & declarari ex alio principio; quod leges humanæ possunt mediocritatem constituere in actionibus humanis; vnde fieri potest, vt actus, qui seclusa lege positiua seruaret medium virtutis, posita lege prohibente, iam non seruet medium, & peccet per extremum, sicut peccaret per defectum, si lex præciperet actum, & non fieret. Bonus ergo actus propter maius bonum, cui est incompatibilis, potest prohiberi, vt est prohibita Missa in feria sexta Parasceues ad magis repræsentandum, & recolendum sacrificium CHRISTI Domini, qui eo die in cruce pendens se DEO patri obtulit, cuius memoriam Ecclesia tunc celebrat, & sunt prohibita ieiunia communia in die Dominica (vt dixi) propter meliorem repræsentationem lætitiæ Resurrectionis CHRISTI. ita Suarez *loco citato*, & Salas *dict. disput.*9. *sect.*4. *num* 46. sic etiam omissio actus boni impedientis maius bonum potest cadere sub merito, vt Salas *ibidem*.

288. Denique actus ex obiecto, & sua specie propria indifferentes, licet si secundum se, & quatenus propter se fieri, vel caueri possunt, lege præcipi, vel prohiberi non possint, qua ratione forsan S. Thomas 1. 2. *q.* 91. *art.*2. dixit illos non posse esse materiam vllius legis, nisi quoad permissionem; si tamen considerentur vt media vtilia ad aliquod bonum commune Reipublicæ, vel ad vitandum aliquod graue malum possunt præcipi vt vtiles, & prohiberi, vt noxij, vt docent Doctores suprà *d. num.* 283. relati, præsertim Suarez *dict. cap.*12. *num.*17. Salas *d. sect.*5. *num.*46. Layman *d. cap.*4. *num.*4. & alij Theologi communiter, præsertim Scribentes *in* 1. 2. *d. q.*92. *art.*2. Quod enim secundum se est indifferens, potest esse vtile ad honestum finem, & sic inducere honestatem, seu conducere ad virtutem; potest etiam obesse communi bono, & sic rectè potest prohiberi, & reddi malus, & actus illi oppositus bonus, & virtutis actus; sicut etiam actus indifferens ex se, si est necessarius, aut vtilis ad bonum, potest cadere sub voto, vt Salas *loco citato*, & Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.*2. *de voto cap.*4. *num.*5. ego ipse *tom.*1. *horum var. moral. tit.* 1. agens de conscientia dubia: Et etiam omissio actus indifferentis impedientis maius bonum potest cadere sub merito. Ex parte igitur legislatoris iusta est lex, & obligat, quia est vtilis ad talem finem assequendum; & communi bono, & non est de re mala, sed quæ bene fieri potest. Ex parte vero subditorum licet ad illam legem implendam necessarium non sit illos operari propter eundem finem, quem legislator intendit, sed satisfacere possint præcepto, faciendo quod præcipit licet non eo fine, sed alio siue bono, siue malo id faciant, cum finis legis non cadat sub lege (vt latè ostendi *tom.*2. *horum moralium var. tit.* 1. *num.* 1294. *cum seqq.*) nihilominus ad obligationem legis satis est, quod ille actus de se non sit otiosus, nec inutilis, & vt à lege præceptus est secundum substantiam bonus, potestque honestè fieri, si subditus velit.

Igitur notant Doctores *numero præcedenti* & *num.*283. 289.
citati actiones ex obiecto indifferentes constitui posse medium, & materiam alicuius virtutis necessariam, scilicet posse præcipi, vel prohiberi intuitu alicuius virtutis, quando ex fine operantis, aut ex circumstantiis habent aliquam conuenientiam ad talem virtutem; tunc enim ex fine habent honestatem illius virtutis, ob cuius motiuum præcipiuntur, vel prohibeantur, & omissiones talium actionum (quando præceptis affirmatiuis præcipiuntur) atque actiones illis oppositæ (quando præceptis negatiuis prohibentur) habent deformitatem, seu malitiam vitij oppositi tali virtuti: ita omissio cæremoniarum, quibus Ecclesia præcipit, vt Sacerdotes Sacramenta ministrent, habet deformitatem, & malitiam irreuerentiæ oppositam religionis virtuti; quia illæ cæremoniæ præcipiuntur intuitu religionis, & cultus DEI; omissio ieiunij in die Vigiliæ, vel quatuor temporum, aut in Quadragesima, habet malitiam intemperantiæ, quia in illis diebus ieiunium præcipitur intuitu temperantiæ; opus seruile, vt mercatura in die festo; pollutio, vel effusio sanguinis in Ecclesia sunt peccata contra religionem, & habent malitiam sacrilegij, quia prædicta omnia prohibentur Ecclesiastica lege intuitu reuerentiæ debitæ diebus festiuis, & locis sacris; sic etiam superior intuitu castitatis potest præcipere, ne quis ingrediatur domum, in qua est occasio peccandi contra hanc virtutem, & intuitu religionis potest prohibere ludum aliàs licitum, & ex se indifferentem, quo quis solet frequenter peierare; quibus præceptis positis ingressus in illam domum ad vitium oppositum castitati, & ludus ad vitium oppositum religioni spectabit. Quod si præceptum, quo actus ex obiecto indifferens, & nullius virtutis honestatem, atque nullius vitij turpitudinem de se habens præcipitur, vel prohibetur, respiciat non vnum finem vnius virtutis tantùm, sed respiciat diuersos fines ad varias virtutes spectantes, vt si Religioso prohibeatur à superiore exitus à Monasterio propter periculum fornicationis, homicidij, furti, simoniæ, &c. an tunc exitus habeat tot malitias specie distinctas, quot sunt fines legis, & virtutes, intuitu quarum factum est præceptum. Salas *dict. sect.*4. *num.*47. dicit primo non habere vllam ex dictis malitiis, nam habere eas omnes à Confessario interrogandas, & explicandas à pœnitente ait videri durum, & insuetum; non autem est maior ratio de vna, quàm de alia; ergo vel ab omnibus, quod non videtur dicendum, vel à nullo illorum finium speciem sortitur. Respondet ergo secundo actum tunc esse contrarium virtuti obedientiæ, non tamen ita directè, & formaliter, sicut quando quis violat præceptum ex sola libidine libertatis à lege, & quia dedignatur subesse. Verùm si intuitu omnium prædictorum finium, & virtutum exitus prohiberetur, quia verè esset occasio ad prædicta delicta diuersa perpetranda, nil videtur obstare, quo minus habeat omnes illas malitias specie diuersas, si constaret superiorem sub motiuo omnium prædictorum

finium prohibuisse talem exitum: Sed vix potest contingere iusta causa faciendi talem prohibitionem intuitu tot finium, & virtutum. Et ex prædictis colligitur, quid sit illud, quod Doctores, præsertim Azorius, Caietanus locis *num.*283. citatis, dicunt scilicet, legem semper actum præceptum, vel prohibitum reponere in aliqua specie virtutis; nil enim aliud est, quam legem inducere obligationem illius virtutis cuius intuitu, seu cuius motiuo actum præcipit, vel prohibet; & hoc etiam est, quod pariter aiunt Doctores, scilicet, legem constituere medium in materiis virtutum, hoc enim facit imponendo necessitatem operando in materiis virtutum, quorum intuitu, & motiuo actiones præcipit vel prohibet, vt etiam Suarez *d.cap.*12.*n.*19.

Porro non solum actiones indifferentes habentes aliquam extrinsecam conducentiam ad aliquam virtutem, illius intitu possunt præcipi, vel prohiberi, sed etiam actiones intrinsecè, & ex obiecto proprio pertinentes ad vnam virtutem possunt præcipi lege humana, seu humano præcepto non præcisè intuitu talis virtutis, sed intuitu alterius virtutis, ad quam habent aliquam conductionem extrinsecam, quo casu præceptum ratione sui motiui superaddet aliam virtutem, seu obligationem alterius virtutis. ita colligitur ex dictis *suprà*, & ex omnibus Doctoribus *suprà* allegatis; & in terminis tradunt Gordonus *d. lib.*1. *q.*11. *num.* 15. & Ouiedus 1.2. *tract.*6. *controu.*5. *puncto* 2.*num.*17.& ratio est manifesta: quia sicut actus, seu opus indifferens propter conducentiam extrinsecam, quam habet ad aliquam virtutem, potest intuitu illius præcipi & incipere obligare obligatione illius virtutis, ad quam ordinatur, vt latè probatum est; ita opus ex se, & ex proprio obiecto pertinens ad vnam virtutem propter conducentiam extrinsecam, quam habet ad aliam, poterit præcipi intuitu illius virtutis, ad quam extrinsecè pertinet; quod enim ad vnam virtutem intrinsecè spectet, nonobstat, quo minus ad aliam virtutem ordinari, & illius intuitu etiam præcipi possit, si ad illam vtile sit, & conducat. Confirmatur ipsa praxi in pluribus præceptis, nam simplex furtum habet ex se prohibitionem iustitiæ, furtum vero rei sacræ, vel in loco sacro vltra iustitiam habet prohibitionem religionis, quia Religionis intuitu specialiter ab Ecclesia prohibetur: idem patet in homicidio Clerici, & cuiusuis personæ sacræ, quod vitra iustitiam habet pariter prohibitionem Religionis, quo ab Ecclesia prohibetur specialiter non intuitu iustitiæ, sed Religionis ob reuerentiam personæ sacræ debitam; idem in effusione seminis voluntaria in loco sacro, quæ vltra castitatem habet prohibitionem similiter Religionis ob reuerentiam locis sacris debitam. ita etiam in terminis Sanchez loco suprà *num.*283. citato.

291. Qua autem ratione, dignosci possit an opus, seu actus intrinsecè, & ex obiecto proprio spectans ad certam virtutem, si nouo lege præcipiatur, censeri debeat præcipi intuitu honestatis intrinsecæ, & illius virtutis; an vero intuitu honestatis extrinsecæ, seu illius virtutis, ad quam habet extrinsecam conducentiam, explicat rectè Ouiedus *d. puncto* 2. *num.*18.nimirum, quod quotiescunque aliud non constat ex circunstantiis, aut verbis, quibus res præcipitur, præsumendum est præcipi intuitu virtutis, ad quam intrinsecè pertinet res præcepta, & in dubio semper standum pro honestate, ad quam intrinsecè pertinet materia præcepta: cuius præsumptionis ratio est; quia rem præcipi intuitu virtutis, ad quam intrinsecè pertinet, est quid frequentius contingens, & magis connaturale, & quasi debitum rei præceptæ, quàm eam præcipi intuitu extrinsecæ honestatis, seu alterius virtutis, ad quam solum extrinsecam habeat conducentiam; atque adeò dum non constat positiuè aliter factum fuisse, præsumendum præceptum respicere intrinsecam honestatem, & factum intuitu virtutis, ad quam res præcepta intrinsecè spectat. Si autem constet oppositum ex verbis præcepti, aut ex circunstantiis extrinsecis, tunc censendum est præcipi intuitu extrinsecæ honestatis, aut alterius virtutis, ad quam extrinsecè conducit; & ita accidit in exemplis præceptorum numero præcedenti positis, scilicet homicidij personæ sacræ, aut in loco sacro, effusionis seminis voluntariæ in eodem loco sacro, furto rei sacræ, quæ specialiter prohibentur ab Ecclesia intuitu religionis, non iustitiæ, aut castitatis; quod colligitur ex circunstantia personæ, loci, & rei; non enim est minus homicidium personæ sacræ, aut in loco sacro, quam personæ non sacræ, aut in loco non sacro; cum autem tantum prohibeatur ex vi illius Ecclesiastici præcepti homicidium personæ sacræ, & in loco sacro, apertè infertur tale præceptum non ferri intuitu iustitiæ, ad quam nihil conducit circunstantia Sacri tam ex parte loci, quam ex parte personæ. & ita etiam non minus est contra castitatem effusio seminis voluntaria in loco sacro, quam extra locum sacrum; ac proinde illius prohibitio ab Ecclesia oportet facta sit intuitu Religionis ob reuerentiam loco Sacro debitam.

Hinc infertur (vt etiam notat idem Ouiedus) quod si in Religione, vt in ea melius castitas seruaretur, imponeretur præceptum ieiunandi, aliaue opera pœnalia exercendi, præceptum illud obligaret, non ex virtute castitatis, sed ex virtute temperantiæ, illiusue virtutis, ad quam spectaret exercitium operum præceptorum; quia immediatum præceptum ieiunij est actus temperantiæ, qui respicit tanquam finem extrinsecum, & remotum castitatem; differentia autem præceptorum, seu illius, quod præcipitur non ex finè remoto, sed ex proximo, vt Vasquez 1.2. *disp.*98. *cap.*2. *num.*5. Actus enim temperantiæ formaliter vt habens honestatem temperantiæ valdè vtilis est ad castitatem obtinendam; ac proinde rationabiliter potest præcipi, & præcipitur immediatè intuitu temperantiæ ex fine remoto castitatis. Et ex dictis patet, quomodo præcepta formaliter inter se distinguantur, quando habent proxima motiua virtutum diuersa, sub quibus, seu ob quæ præcipiuntur; ita quod quotiescunque ita formaliter inter se distinguuntur, inde argumentum sumitur, etiam peccata illis opposita habere malitias specie distinctas.

Quando præcepta formaliter, & specie distinguantur per ordinem ad obiecta adæquata specie diuersa.

Verum quia reperiuntur etiam præcepta formaliter, & specie diuersa, quæ tamen respiciunt eandem virtutem, & peccata iisdem præceptis opposita vni, & eidem virtuti opponuntur, vt præceptum non lædendi proximum in fama, & præceptum non lædendi in bonis corporis, & præceptum non lædendi eundem in facultatibus, seu rebus temporalibus sunt tria præcepta formaliter diuersa, & peccata illis opposita, puta, detractio, homicidium, furtum habent malitias specie diuersas in Confessione explicandas, vt tradunt communiter Theologi, & Summistæ, & tamen illa tria præcepta habent idem motiuum eiusdem virtutis, respiciuntque iustitiam. 292.

Ideo dicendum præcepta etiam inter se formaliter, & essentialiter distingui, quando habent obiecta adæquata specie distincta, quorum quodlibet in suo genere, vel in sua specie consideratum alteri non subordinatur, nec habet connexionem, aut conuenientiam naturalem cum altero; id colligitur ex Azorio *p.*1. *lib.*4. *cap.*2.*q.*8. Ouiedo *d. puncto* 2. *num.*19. & aliis Theologis, dum dicunt peccata distingui inter se specie tum ex oppositione ad virtutes specie diuersas, vel ex diuerso modo oppositionis erga eandem virtutem, tum ex obiectis, circa quem versantur, adæquatis specie diuersis, tum ex circunstantiis specie diuersis; Vnde ob id dicunt detractionem esse peccatum specie distinctum à furto, & homicidio, quia pro obiecto adæquato habet ablationem

tionem famæ, furtum vero ablationem facultatum, homicidium ablationem vitæ corporalis. Quare hoc dictum confirmatur exemplo dictorum trium præceptorum non detrahendi, non furandi & non occidendi. Præterea præceptum audiendi missam diebus festis, & præceptum recitandi officium Diuinum sunt præcepta formaliter, & essentialiter, ac specie distincta, & omissiones illis oppositæ sunt in specie explicandæ in Confessione, & tamen eodem modo respiciunt eandem Virtutem Religionis, scilicet, diuinum cultum; item præceptum non comedendi oua, & lacticinia in diebus quadragesimalibus, & præceptum non comedendi carnes eisdem diebus, & præceptum ieiunandi dictis diebus sunt formaliter, essentialiter, & specie diuersa iuxta probabilem opinionem suprà *num.* 222. & 226. positam, & tradunt Doctores ibidem citati, & comestiones illis oppositæ habent malitias specie distinctas in Confessione explicandas, vt *ibidem* dictum est, & tamen respiciunt eandem virtutem; non est autem diuersum præceptum non comedendi carnem arietinam, & non comedendi carnem bubalinam, aut carnem suinam, quia non censentur obiecta diuersa ob maximam conuenientiam naturalem, quam habent in suo genere, & censentur eiusdem rationis; neque etiam est diuersum præceptum non edendi oua in diebus quadragesimæ, & non comedendi lacticinia, vt dixi suprà *num.* 300. quia habent maximam conuenientiam, & videntur esse eiusdem omninò rationis. Ratio autem à priori assignari potest, scilicet quia huiusmodi obiecta, adæquata, diuersa ad eandem virtutem puta iustitiam, temperantiam, Religionem pertinentia intra latitudinem honestatis eiusdem virtutis, vel deformitatis vitij eidem opposito iuxta communem hominum sensum, & apprehensionem habent specialem honestatem, seu conuenientiam, aut specialem deformitatem, seu dissonantiam ad naturam rationalem ratione cuius rectè se habent vt obiecta formalia tribuentia speciem ipsis actionibus, & omissionibus, atque adeò etiam ipsis præceptis de iisdem actionibus, & omissionibus. Negari enim non potest, quin communi hominum sensu ablatio famæ habeat diuersam deformitatem in ratione iniuriæ, & dissonantiam ab ablatione facultatum, & ab ablatione vitæ, & è contra; quemadmodum etiam facultates, fama, vita iuxta hominum communem sensum existimantur longè diuersa bona gradus diuersos habentia, & vnum bonum alio longè pretiosius, illique præferendum reputatur. Similiter cultus, qui Deo tribuitur per recitationem diuini officij iuxta hominum communem sensum habet specialem honestatem, & bonitatem moralem intra latitudinem virtutis religionis diuersam ab honestate, & bonitate speciali cultus, qui Deo exhibetur per auditionem Missæ. Et idem de deformitate, seu dissonantia, quæ reperitur in comestione carnium, & lacticiniorum in diebus quadragesimalibus, & aliis obiectis totalibus, & adæquatis prædictis similibus.

Prædictis sic *a numero* 278. *huc vsque* traditis inferuntur sequentia Corollaria.

COROLLARIVM I.

Et an motiua plura distincta semper faciant plura peccata specie, & quæ sint motiua verè distincta.

293. Primò infertur quoties plurium præceptorum sunt plura motiua diuersas virtutes respicientia non subordinata, sed adæquata, & specialiter à præcipiente intenta; tunc peccata iisdem præceptis opposita distinguuntur specie; constat ex dictis *num.* 281. 285. & 292. peccata enim specie distinguuntur, quorum quodlibet habet specialem deformitatem, & malitiam vitij oppositi virtuti specie distinctæ, vt suprà *num.* 281. explicatum est; ita autem contingit, quando transgrediuntur plura præcepta lata ob plura motiua diuersarum virtutum non subordinata, & speciatim à præcipiente intenta; vt etiam *eodem num.* 281. declaratum est. Hoc tamen non est peccata specie distingui formaliter ex ipsis præceptis, sed ex motiuis verè distinctis, atque adeo in ordine ad virtutes specie distinctas.

Dixi *sunt plura motiua non subordinata, sed adæquata, & speciatim à præcipiente intenta*; nam si fuerint subordinata, non speciatim in intentione præcipientis, peccata illis opposita non distinguentur specie. Talia autem sunt illa duo præcepta, quorum vno generaliter præcipitur nihil malè agendum; & altero non esse furandum; se enim habent vt superius, & inferius tam hæc præcepta, quam motiua: idem est de generalibus circunstantiis, quæ in quolibet peccato mortali solent assignari (vt sunt primò inobedientia quædam, nam per omne peccatum violatur aliquod præceptum in re graui; & ita est aliqua inobedientia saltem materialis contra Deum, & etiam hominem præcepti latorem. Secundo violatio amicitiæ Dei, seu offensa Dei, quatenus omne peccatum est contra amicitiam, & amorem Deo debitum. Tertiò vilipensio, & quidam contemptus, vt est contra æstimationem Dei. Quartò irreligiositas, quatenus est contra reuerentiam, & honorem Deo debitum. Quintò ingratitudo, quatenus est contra beneficiorum ipsius recognitionem, seu contra Deum, qui tot in nos contulit beneficia. Sexto secundum aliquos violatio charitatis propriæ, seu ergà se debitæ; quatenus omne peccatum graue infert nocumentum peccatori; & si erat in gratia infert mortem animæ per priuationem habitus gratiæ. De quibus Lessius *lib.* 2. *cap* 46. *num.* 40. Suarez *de pœnit. disp.* 15. *sect.* 5. & 1. 2. *disp.* 7. *de malitia sect.* 8. Ouiedus 1. 2. *tract.* 6. *contrau.* 2. *p.* 4. Gordonus *lib.* 1. *q.* 8. *num.* 23. & *seqq.* & alij ab Ouiedo relati.) Hæ enim circunstantiæ generales, seu rationes generales non dant (nisi sint directè, & in se volitæ, & intentæ) speciem actui, neque efficiunt peccatum formaliter distinctum à malitia, quam habet quodlibet peccatum ex propria specie iniustitiæ, aut intemperantiæ, suntque tantum circunstantiæ quædam rationes transcendentes, & imbibitæ in ratione generica peccati, ita S. Thomas passim vt de prudentia 2. 2. q. 54. *art.* 2. *de inobedientia q.* 104. *art.* 2. & de aliis alibi; & idem tradunt Soarez *d. disp.* 15. *sect.* 3. *num.* 6. Aluarez 1. 2. *disp.* 37. *num.* 9. & 10. Gordonus *q.* 8. *num.* 25. & alij, quos refert Ouiedus *d. puncto* 3. *num.* 18. qui idem procul dubio sentit; & re ipsa dicunt omnes Theologi, licet in modo explicandi sint varij; sed melior ratio est iam tacta; nempè quod hæ circunstantiæ generales (secluso speciali præcepto) implicitè clauduntur in specialibus peccatis, atque ita imbibuntur, vt saltem moraliter loquendo, non debeant ob solum voluntarium indirectum, seu quod sint indirectè volitæ censeri causa sufficiens nouæ, & distinctæ malitiæ; vt contingit etiam in aliis transcendentibus, quæ essentialiter inuoluuntur in suis inferioribus; & contra hominum sensum communem est, semper esse in quolibet peccato tot malitias. Explicatur magis in inobedientia; etenim hæc circunstantia inobedientiæ, vt est communis, & eadem in omni peccato, nec ad vllam speciem determinata; nisi determinetur, aut aliunde contrahatur, non potest habere in se certæ speciei rationem; non est autem determinata, nisi vel quia est expressè, ac directè volita, vt in eo, qui non vult Missam die festo audire tantum, vt non obediat Ecclesiæ (quo casu transit in rationem obiecti motiui) vel quia ex speciali obligatione reperitur prohibita per speciale præceptum vt si actus præcipiatur, vel prohibeatur speciali præcepto intuitu obedientiæ, seu ex motiuo obedientiæ, vel aliquid à Superiore per præceptum subdito imponatur in virtute obedientiæ. Quare licèt ieiunium possit esse obedientiæ materia apta, seu obiectum aptum vt possit, & debeat obseruari intuitu

intuito obedientiæ, tamen cum simplex præceptum ieiunij illud præcipiat intuitu temperantiæ, & non intuitu obedientiæ; ac proinde imponat obligationem temperantiæ, fractio ieiunij est peccatum tantum contra temperantiam, & non contra obedientiam; quia legislator non intendit obligare ex motiuo obedientiæ, neque ex eo ieiunium indicit, sed tantum ex motiuo speciali temperantiæ. Quapropter nullo modo est audiendus Arriaga t. 2. *disp.* 41. *num.* 22. versic. *Tertio obiicies* asserens non ieiunare in quadragesima esse specialem inobedientiam, non aliter quam furari rem alienam, etiam si fiat propter luxuriam, vel ebrietatem, est specialis iniustitia, nam cum Ecclesia præcipiat ieiunium quadragesimale non extendendo illud ad honestatem alterius virtutis, ad quam de se non spectat, sed præcipiat illud intuitu honestatis temperantiæ, ad quam de se spectat, & non intuitu obedientiæ; in omissione ieiunij reperitur tantum inobedientia materialis generalis, quæ vt iam probatum est, non addit nouam malitiam specialem actui: furari autem rem alienam etiam propter luxuriam est specialis iniustitia, quia est actio de se, & intrinsecè contra iustitiam, nec homo ob quamcunque causam furetur, potest facere, quin sit contra iustitiam iuxta tradita suprà *num.* 286. Quod si legislator imponeret ieiunij præceptum intuitu, & ex motiuo obedientiæ, fractio ieiunij esset peccatum contra obedientiam habens malitiam specialis inobedientiæ, etiam si in fractione non haberetur expressum, & directum voluntarium contra motiuum eiusdem præcepti, & quia non violaret ieiunium animo expresso non obediendi legislatori, hoc enim tantum facit vt non sit formalis inobedientia, sed non impediat, quin peccatum sit specialis inobedientia, seu habeat malitiam specialis inobedientiæ. Sed de his circunstantiis generalissimis plura videantur apud præallegatos Doctores præsertim Ouiedum, & Suarez; certum tantum remaneat ex dictis, quod licèt obedientia sequatur ad quodlibet præceptum, non tamen quodlibet præceptum reponit, seu constituit materiam, & obiectum in ratione obedientiæ, quia non semper fit intuitu, & expeculari intentione obedientiæ. videatur Salas t. 2. *tract.* 13. *disp.* 3. *sect.* 3. alios allegans, cum quibus vniuersaliter docet peccatum contra præceptum diuinum, & humanum non habere duplicem malitiam inobedientiæ. Sed prosequendo limitationem initio huius numeri positam ratione subordinationis, qui violat duo præcepta, quorum vnum est de actu interno, alterum de actu externo non committit peccata speciè distincta; item vnum peccatum speciè dat, qui violat sextum, & nonum decalogi præceptum, vt dictum est suprà *n.* 283.

COROLLARIVM II.

Omittens Missam die Dominica, in qua celebratur festum alicuius Sancti, vel non ieiunans in vigilia incidenti intra Quadragesimam committit vnum peccatum, vnicam malitiam habens.

295. Secundò infertur resolutio dubij *numero* 278. positi. Dicendum enim est non ieiunantem in vigilia Apostoli incidenti infra quadragesimam, vel in quatuor tempora; & similiter omittentem Missam die Dominica, in qua celebratur festum alicuius Sancti, committere tantum vnum peccatum vnicam malitiam habens, & in primo casu contra temperantiam, in secundo contra Religionem. ita ex Doctoribus suprà *num.* 281. relatis Henriquez *d. num.* 6. Azorius *d. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 6. Vasquez *d. disp.* 98. *cap.* 3. *num.* 8. Suarez *d. sect.* 4. *num.* 22. Sanchez *d. disp.* 15. *num.* 6. & *d. cap.* 14. *num.* 9. Layman *d. cap.* 10. *num.* 4. Fagundez, Savrus, Filliuccius, Bonacina, Palaus locis *d. num.* 281. citatis, Ouiedus *d. puncto* 7. *num.* 132. Suarez *d. sect.* 4. *num.* 22. Garzias de beneficiis *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 151. & alij *ibidem* citati, & etiam alij apud eosdem. Ratio desumitur ex traditis, scilicet, quia illa duo præcepta in eandem diem incidentia præcipiunt eandem rem, & ad illam obligant sub eadem ratione formali, seu eodem motiuo, & intuitu eusdem virtutis, nempè temperantiæ in primo casu, & religionis in secundo; duo enim illa præcepta ieiunandi habent pro immediato motiuo exercitium actus temperantiæ, vt suprà *n.* 286. & numero præcedenti dictum est; & duo illa præcepta audiendi Missam pariter habent idem proximum motiuum, scilicet, cultum Dei, qui defertur Deo per Missæ sacrificium, cum ergo sint duo præcepta non formaliter, sed tantum materialiter diuersa, & imponant obligationem eiusdem speciei circa eandem rem, seu actionem, eorum fractio nec diuersa numero peccata nec speciè, sed peccatum habens vnicam malitiam speciè, & numero. Neque apparet coniectura, quæ suadeat ieiunium ex se ad temperantiæ virtutem pertinens, & Missæ auditionem ex se spectantem ad cultum Dei, & Religionem ab Ecclesia præcepta fuisse intuitu alterius virtutis, neque etiam obedientiæ. vnde habet locum doctrina suprà *num.* 291. tradita, scilicet, præsumendum esse fuisse præcepta intuitu honestatis intrinsecæ, & illius virtutis, ad quam per se pertinent. Quare in Confessione sat erit, si dicat semel violaui ieiunium, vno die festiuo Sacrum omisi; & quamuis illa multiplicatio præceptorum reddat transgressionem, seu malitiam in eodem peccato grauiorem, non reputatur tamen notabilis, vt proinde sit in confessione aperienda, etiam supposita opinione, quod circunstantiæ notabiliter intra eandem aggrauantes sint in Confessione manifestandæ; & ita docent in terminis Vasquez, Fagundez, Suarez, Garzias, & Sanchez, & implicitè tradunt alij Doctores præallegati.

Neque his obstat primum argumentum suprà *n.* 278. adductum pro contraria sententia, respondetur enim, quod, etsi quodlibet præceptum per se sumptum sufficiat ad inducendam obligationem peccati mortalis, tamen dum concurrunt circa eandem actionem, quodlibet præceptum sub eodem motiuo, & ratione formali, scilicet, intuitu eiusdem virtutis censentur ac si essent vnum præceptum, & vna obligatio, & consequenter non multiplicant in eadem transgressione malitiam neque speciè, neque numero, vt ostensum est. 296.

Non obstat etiam secundum argumentum Coninch, respondetur enim primo eandem esse rationem præcipiendi ieiunium in omnibus vigiliis, & in quadragesima, & eandem rationem præcipiendi auditionem sacri in Dominicis, & diebus festis Sanctorum, nam immediatum motiuum Ecclesiæ præcipientis ieiunium in vigiliis, & quadragesima est idem, scilicet, temperantia, qua vult fideles disponi ad celebrandos dies sacratos CHRISTI, atque Sanctorum solemnitatibus vt dixi suprà *num.* 286. & immediatum motiuum Ecclesiæ præcipientis auditionem Sacri in Dominicis, & festis Sanctorum pariter est idem, scilicet cultus diuinus, quem Ecclesia vult à fidelibus specialiter Deo exhiberi illis diebus in honorem CHRISTI Domini, & Sanctorum. Respondetur secundò negando ex fine præcipientis remoto, & extrinseco, quo mouetur præcipiens ad præcipiendum actum ad aliquam virtutem de se spectantem, vel ad illam ordinatum ex proximo motiuo præcipiendi induci nouam obligationem, ita vt tot inde oriantur obligationes, quot sunt fines extrinseci, seu rationes præcipiendi distinctæ ab immediato motiuo præcipientis; cum huiusmodi finis, seu ratio sit valdè extrinseca ad multiplicationem peccatorum, seu malitiarum resultantium ex transgressione ipsorum præceptorum eiusdem rationis; ex motiuo enim proximo attenditur obligatio in præcepto, non ex fine extrinseco, & remoto ob quem potest præcipi vt res fiat, vel non fiat; & quod diuersus finis extrinsecus, seu diuersa ratio præcipiendi, quæ sit distincta à proximo motiuo virtutis 297.

virtutis intuitu cuius fit præceptum, non sufficiat, vt obligationes, & malitiæ transgressionis multiplicentur in eadem ratione Confirmo & declaro cum Fagundez hoc exemplo; si enim superior actionem alicui prohibeat sub excommunicatione, & præcepto obedientiæ, quia est nociua Petro in castitate; & alter superior eandem actionem illi prohibeat sub eadem excommunicationis censura, quia est nociua eidem Petro in materia obedientiæ, vna censeretur tantum obligatio, & vnom tantum peccatum cum vnica malitia committeretur, & vna tantum excommunicatio contraheretur per transgressionem horum duorum præceptorum; & non alia de causa, nisi quia illa præcepta sunt eiusdem speciei, & rationis, & vnum, & eundem actum præcipiunt sub eodem proximo motiuo, seu eadem formali ratione obedientiæ, & idem subiectum respiciunt; & finis ille remotus, seu causa illa prohibendi eundem actum respectu eiusdem hominis est omninò extrinseca, & impertincos ad multiplicationem obligationis, & malitiæ, violatio enim præcepti non ab eo fine, seu causa sumit suam indiuiduationem, & multiplicationem in genere moris; sed ex proximo, & immediato motiuo, exque ratione formali, & virtute obedientiæ, cui illa violatio, seu transgressio immediatè opponitur, & ex identitate obiecti, in quod fertur, vt constat ex supradictis. Dicet forte quis, si vnus superior alicui subdito prohibeat aliquam actionem sub præcepto obedientiæ, & sub excommunicatione, quia est nociua Petro, & alter superior prohibeat eidem sub præcepto obedientiæ, & sub eadem censura, quia est nociua Paulo; tenetur ille vitare eam actionem sub duplici obligatione mortalis colpæ, & per transgressionem duo peccata numero diuersa, seu vnum peccatum habens duplicem numero malitiam committit, & duas incurrit excommunicationes numero distinctas; & id non aliam ob causam, nisi quia transgreditur duo peccata numero diuersa; ergo multiplicatio numerica peccatorum, seu malitiarum sumitur ex multiplicatione præceptorum etiam eiusdem rationis, quando datur diuersus finis, seu diuersa causa, seu ratio præcipiendi in præcipiente. Respondetur in hoc casu in transgressione consurgere duplicem malitiam eiusdem rationis, & duplicem incurri excommunicationem, non præcisè quia adsint duo præcepta lata ob causam diuersam; sed quia hæc duo præcepta sunt de re nociua duobus hominibus, & in ordine ad duos fines, obiecta enim totalia eiusdem actionis, in quæ tendit eadem actio, distinguunt numero peccata, seu malitias; vnde hic contingit sicut cum quis vno eodem ictu duos homines percutit, vel occidit, quia duplex peccatum committit necessario confitendum, & duplicem incurrit irregularitatem, & si occisi fiot Clerici duplicem excommunicationem, iuxta tradita suprà *num.* 249. & Doctores *ibidem* citatos.

Excommunicatio annexa præcepto ex se non multiplicat obligationem, & malitiam.

298. Non obstat etiam quod suprà *n.* 279. dicitur de præcepto humano de his, quæ sunt contra ius naturale, aut diuinum habente annexam excommunicationem, seu censuram ipso facto incurrendam à transgressione; nam etiam in hoc casu, si præceptum humanum habens annexam excommunicationem non trahat materiam, seu actionem præcepto naturali prohibitam, v.g. furtum, occisionem, aut fornicationem ad aliam speciem prohibendo intuito alterius virtutis ex sola excommunicatione adiuncta in eadem praua actione furandi, vel occidendi non multiplicantur malitiæ nec numero, nec specie distinctæ; cum vtrumque præceptum naturale, & humanum habeat idem motiuum proximum, & immediatum iustitiæ; ac proinde transgressio vtriusque præcepti habet vnicam malitiam specie, & numero, vt tradunt Doctores citati *num.* 281. & præsertim Sanchez *d. disp.* 15. *num.* 6. Bonacina de peccatis *disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 3. *num.* 14. Fagundez *vbi suprà* Ouiedus *d. puncto* 7. *n.* 134. & Bonacina loco *d. num.* 281. citato. Quod si præceptum cum excommunicatione trahat ad aliam speciem actionem præcepto naturali prohibitam, prohibendo illam intuitu alterius virtutis tunc in transgressione erit duplex malitia specie; & ita iniectiu manuum violentarum in Clericum iure naturæ prohibita ob iniustitiam, prohibetor sub excommunicatione à iure Ecclesiastico intuitu religionis ob reuerentiam debitam personæ sacræ, vt supra dictum est; ac proinde ex hac prohibitione vltra deformitatem iniustitiæ, habet etiam deformitatem sacrilegij Religioni oppositam. Igitur ad rationem ex Conincho, & Henriquez *d. n.* 282. adductam, respondetur dari circunstantiam inobedientiæ contra Ecclesiæ præceptum in illius transgressione, non solum quando præceptum habet annexam excommunicationem, sed etiam quando non imponitur excommunicatio; & dari etiam inobedientiam contra Deum, quando violatur præceptum: At hæ generales circunstantiæ inobedientiæ non dant, neque mutant speciem, vt suprà *num.* 294. ostensum est; & specialis inobedientiæ malitia in transgressione præcepti contrahitur, quando directè intenditur, & expetitur, scilicet violatur præceptum animo, & ex intentione non parendi, seu transgrediendi idem præceptum, vel adsit speciale præceptum de obedientia, seu latum ex motiuo, & intuitu obedientiæ, vt *eodem num.* 294. latiùs explicatum est. Quemadmodum enim ad actum formalem obedientiæ, seu vt quis formalem actum obedientiæ in executione præcepti faciat, necessaria est intentio expressa, seu formalis, vel saltem virtualis implendi præceptum, seu faciendi rem præceptam, quia præcepta est, vti uxta Doctores ostendi *in 2. to. horum moral.* tit. 1. *num.* 2280. ita ad actum formalem inobedientiæ, seu vt formaliter peccet contra obedientiam, vbi præceptum non est de ipsa obedientia, seu non habet obiectum, & motiuum immediatum, obedientiam, necessaria est expressa intentio faciendi rem prohibitam aliquo præcepto, quia prohibita est (quidquid secus sentiat Coninch *de sacra. d. disp.* 7. *num.* 44. *ad* 2. admittens antecedens, & negans consequens ob eam rationem, quod ad vitium minus requiratur, quam ad actum virtutis) vt tradunt Doctores communiter, & præsertim à me citati *d. num.* 2280. & *num.* 2284. & allegati suprà *n.* 294. præsertim Lessius, Gordonus, & Ouiedus, & idem tradit Palaus *to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 1. *num.* 3. *ad tertium.* vt igitur quis dicatur contumax contra Ecclesiam præcipientem, & excommunicationem incurrat, sufficit illa inobedientia generalis, & materialis, quæ reperitur in violatione cuiuslibet præcepti; qui enim voluntariè, & liberè operatur contra præceptum, etsi non formaliter, tamen materialiter inobediens, & contumax est, quod sufficit ad incurrendam censuram; & ita etiam in terminis Bonacina, & Ouiedus, & colligitur ex aliis supra *num.* 281. ex quibus, & ex traditis suprà *d. num.* 294 patet, quod licet omittens Sacrum à Deo, & ab Ecclesia præceptum inobediens sit Deo, & Ecclesiæ; tamen talis omissio vltra malitiam contra religionem non habet specialem malitiam inobedientiæ, nec est duplex peccatum, quia illa inobedientia non est formalis, sed materialis tantum, ac generalis in violatione cuiuslibet legis seu præcepti imbibita; quæ non dat specialem malitiam vltra eam, quam ex se habet actio contra legem exercita, vt *d. num* 294 probatum est.

Item non obstant adducta *num.* 280. ex Ariaga 1. 2. *disp.* 41. *sect.* 3. nam admittitur humanum legislatorem per suum præceptum nouum de re præcepta, vel prohibita iure naturali, aut diuino posse inducere nouam obligationem obedientiæ ex amore illius honestatis, seu virtutis ad quam materia de se spectat. Sed negatur id de facto fuisse, aut facere regulariter legislatores humanos 299.

humanos ferentes leges, vel præcepta de actionibus, quas ius naturale, vel diuinum præcipit, aut prohibet; sed tunc tantum, quando præcipiunt, vel prohibent in virtute obedienti; quo casu etiam tunc pro abiecto sui prærepti non habent solum pro motiuo immediato honestatem virtutis, quam actio de se, & intrinsecè habet, sed etiam obedientiam; etsi obedientiam intendant, & exigant, vt magis obligent ad rem iure naturali, aut diuino præceptam, vt enim *num.* 294. ostensum est, actus intrinsecè spectans ad aliquam virtutem noua lege præceptus præsumitur præceptus tantum intuitu honestatis illius virtutis, & ita intentione non inducendi aliam obligationem alterius, sed solum illiusmet virtutis, nisi aliunde ex verbis legis, vel rei præceptæ circunstantiis appareat.

300. Sed dicet quis cum Coninch *d. disp.* 7. *num* 41. & Ariaga 1.2. *d. disp.* 41. *num.* 21. si quis credens suæ sanitati conducere die ieiunij, aut alio prohibito comedat carnes, vt si alio tempore id faceret, exerceret externum actum veræ temperantiæ; nec committeret actum externum intemperantiæ, & tamen peccaret; ergo tota totius actus malitia esset ratione inobedientiæ; quia tota causa cur hic, & nunc peccaret, esset quia comederet carnes contra prohibitionem Ecclesiæ. Respondetur negando antecedens, peccaret enim peccato contra temperantiam, cuius intuitu tantum ab Ecclesia carnes prohibentur, non intuitu obedientiæ; cum enim abstinentia à carnibus de se conducat ad temperantiam, potuit Ecclesia absolutè certis diebus prohibere carnes ad solam temperantiæ honestatem, & in illis diebus facere materiam necessariam temperantiæ absolutè, & respectu omnium Christi fidelium non habentium aliunde legitimam causam illas comedendi, esto secluso præcepto Ecclesiastico possent comedere non lædendo temperantiam, vel exercendo actum temperantiæ; sicut etiam in diebus ieiuniorum absolutè abstinentiam à secunda comestione constituit medium necessarium, seu materiam necessariã temperantiæ; ita quod secunda comestio sit peccatum contra temperantiam; licet alioqui secluso præcepto possit fieri exercendo actum temperantiæ, & certè sententiæ Coninch, & Ariagæ aduersantur communiter Theologi asserentes absolutè in transgressione præcepti ieiunij, & abstinendi à carnibus peccari contra temperantiam, intuitu cuius ab Ecclesia ieiunium, & abstinentia à carnibus præcipiuntur, & communis sensus omnium est, quod comedere carnes in die Veneris, vel in diebus ieiuniorum absque iusta causa, & à præcepto non comedendi excusante, etiam si quia præcisè comedat, quod naturæ necessarium sit, esse peccatum contra temperantiam propter Ecclesiasticum præceptum, quo abstinentia à carnibus illis diebus absolutè facta est materia necessaria virtutis temperantiæ. Neque obstat replica Ariagæ, scilicet quod, qui contra præceptum superioris bibit vinum moderatè, vt sitim extinguat, non est ebriosus, nec intemperans; ergo nec qui in die Veneris, vel ieiunij comedit carnes, vel pluries comedit contra præceptum Ecclesiæ, si tantùm, quod naturæ necessarium est, sumat, peccat contra temperantiam; negatur consequentia, quia prohibitio vini tunc non fit intuitu temperantiæ, nec abstinentia à vino constituitur materia necessaria temperantiæ; quod si ex iusta causa in aliqua Religione imponeretur præceptum abstinendi à vino in aliquo die hebdomadæ, vel mensis, aut alio certo die ex motiuo, & intuitu temperantiæ (vt ex tali motiuo censeretur impositum, nisi aliud ex circunstantiis, vel ex verbis appareret vt *num.* 294. dictum est,) tunc bibere vinum etiam moderatè esset contra temperantiam, nisi iusta causa à præcepto excusaret.

COROLLARIVM III.

Pluralitas Beneficiorum in eadem persona non obligat ad plures recitandum Diuinum officium in eodem die; & an Beneficiatus in sacris constitutus omittens Diuinum officium absque iusta causa duplex peccatum committat.

301. Tertiò infertur eum, qui habet plura beneficia non teneri recitare in eodem die nisi vnum officium vt tradunt Suarez de Religione *to.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. Bonacina de horis canonicis *disp.* 1. *q.* 2. *puncto* 4. Filliucius *to.* 2. *tract.* 23. *cap.* 5. *num.* 155. Fagundez *de precept. Eccl. præcepto* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. *num.* 5. & alios allegans Garzias *de benefic. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 110. & ratio sumitur ex traditis, nam Ecclesia nullibi id præcipit, & sola multiplicatio titulorum, non multiplicat obligationes; & quamuis quodlibet beneficium obliget per se ad Diuinum officium, tamen cum omnes obligationes sint eiusdem rationis, & vnum actum recitandi præcipiant, & sub eadem ratione formali, dum plura beneficia concurrunt in eandem personam, verè vnam tantam induunt obligationem, & vnum peccatum in omittente; & ita etiam habet communis praxis; sicut etiam eadem communis praxis habet, vt habens beneficium ordinatus in sacris, vel Religiosus vnum tantum officium in die recitare teneatur; & etiam nullibi in iure reperitur scriptum contrarium.

302. An vero beneficiatus in sacris ordinibus constitutos absque iusta causa omittens Diuinum officium committat duo peccata, seu duplicem malitiam in Confessione explicandam, an vero vnum tantum peccatum vnicam habens malitiam: vnum tantum committere affirmant Henriquez *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. litera Q. Azorius 1. *p. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 6. Palaus *to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *d. puncto* 1. *num.* 2. Bonacina de peccatis *disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 3. *n.* 13. & Garzias *d. cap.* 1. *num.* 12. Henriquez, Azorius, & Palaus non assignant specialem rationem; assignant autem Bonacina, & Garzias *num.* 126. & *eodem cap.* 1. *num.* 14. scilicet, quod obligatio recitandi Diuinum officium, quam habent Beneficiati non est iustitiæ, sed Religionis ex præcepto, & instituto Ecclesiæ; sicut est obligatio idem officium recitandi, quam habent in sacris constituti. Vnde cum obligatio recitandi Diuinum officium tam ratione ordinis sacri, quam beneficij ab Ecclesia inducta sit ob idem motiuum Religionis, & ad eandem Religionis virtutem spectet, ac proinde sit eiusdem rationis in eadem transgressione non multiplicat peccata, seu malitias, sed vnum tantum committitur peccatum tantum vnam malitiam habens, iuxta tradita supra. Quod autem etiam obligatio recitandi Diuinum officium, quam habent beneficiati oriatur ex Religione, seu sit Religionis, non iustitiæ tradunt idem Garzias *dictis numeris* 14. & 126. Filliuccius *d. tract.* 23. *c.* 10. *num.* 308. Diana *p.* 2. *tract.* 12. *resolut.* 26. & alij à Garzia *d. num.* 14. relati vbi etiam ab eo allegatur Azorius *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 1. & *cap.* 4. *q. vltima* & *cap.* 13. *q.* 9. & *cap.* 14. *q.* 1. qui tamen id *dictis locis* non dicit; sed imò *d. cap.* 14. *q.* 7. *fine*, approbat sententiam asserentem Beneficiatos lege iustitiæ teneri recitare preces horarias.

303. At committere duplex peccatum, seu duplicem culpam mortalem in Confessione explicandam tenent Sanchez *disp.* 15. *num* 6. Suarez *d. cap.* 18. *num.* 15. Fagundez *d. cap.* 4. *num.* 11. & Paulus Squillantes *de obligat. Cleric. p.* 1. *num.* 71. Quorum fundamentum est, quod in Beneficiato habente ordinem sacrum sint duæ obligationes recitandi Diuinum officium specie diuersæ ad diuersas virtutes spectantes, vna ratione Ordinis sacri spectans ad Religionem; altera ratione beneficij spectans ad iustitiam; cum ergo obligationes sunt formaliter diuersæ ratione diuersi motiui, vnaque oriatur ex Religione, altera ex iustitia, necesse est in eadem Diuini officij

omissiona

omissione reperiti duplicem malitiam speciè distinctam, vnam contra Religionem, alteram contra iustitiam; ac proinde vtramque in Confessione explicandam. Quod autem Beneficiati ex iustitia, seu lege, aut obligatione iustitiæ teneantur recitare Diuinum officium præter Doctores præfatos; asserunt Azorius *d. cap.* 14. *q.*7. *circa finem*, Lessius de iustitia *lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 180. versic. *Tertiò*. & Doctore magis communiter eo quòd Ecclesia beneficij redditus confert eo onere, vt illud possidens recitet horas canonicas; & si non recitauerit non faciat suos beneficij fructus; datur enim beneficium propter officium *cap. vltimo de rescriptis in* 6. & communiter Doctores, quos referunt Azorius *d. lib.* 10. *cap.*.. *q.* 10. Garzias *d. cap.* 1. *num.* 1. Suarez, & Fagundez *locis citatis*, ita quod dum Beneficiatus ab Ecclesia recipit beneficium, seu beneficij redditus, intercedit formale, vel virtuale pactum, quo recipiens obligatur ratione fructuum ad actionem recitandi Diuinum officium; atque adeo contrahit obligationem iustitiæ, quasi commutatiuæ, cum talis obligatio ex pacto interueniente in beneficij acceptione oriatur; propter quod etiam Doctores communiter dicunt, beneficiatum absque iusta causa non recitantem teneri ad restitutionem fructuum, cum scilicet ex iustitia recitare teneatur. Et hæc in praxi seruantur in Confessionibus.

COROLLARIVM IV.

Si votum reperiatur sæpè animo imponendi sibi nouam obligationem non multiplicatur obligatio, neque malitia in eadem voti transgressione.

204. Quartò infertur, etsi quis votum semel factum pluries, & centies repetierit, & confirmauerit animo imponendi nouam obligationem, nihilominus si contra illud votum faciat, committit tantum vnum peccatum vnicam habens malitiam vt tradunt Azorius 1. *p. lib.* 4. *cap.* 4. *d. q.* 6. Sanchez *lib.* 1. *summæ d. cap.* 14. *n.* 10. Et ratio est, quia multiplicatio eiusdem vinculi circa eandem rem, sub eadem ratione formali, & eodem omninò motiuo vnicæ virtutis non constituit nisi vnicam obligationem, nec in eadem transgressione multiplicat malitias iuxta latè tradita in præcedentibus. Confirmat Sanchez, quod ex multiplicatis confirmationibus consurgat vna tantum obligatio, quia si per voti repetitionem, seu multiplicationem posset quis sibi plures obligationes imponere, posset etiam vnica vice volendo sibi mille obligationes imponere; at non potest vna vice, eo quod voluntas ipsius volentis non sufficit ad sumendas pro libito obligationes, quando materia est vna, & præcipitur, seu circa eam imponitur obligatio sub eadem ratione, & ex vnica virtute, seu ex motiuo eiusdem virtutis; ergo nec potest sibi plures obligationes imponere per voti repetitionem, atque ita faciens contra votum sæpius repetitum non committit plura, seu plures malitias, sed vnum tantum, seu vnicam malitiam sacrilegij.

205. Ob rationem sæpius repetitam etiam in communicatione excommunicati duabus excommunicationibus non committitur nisi vnicum peccatum vnicam malitiam habens, vt post Petrum Ledesmam in summa 1. *p. de excommunic. cap.* 5. tradit Garzias de beneficiis *p.* 3. *d. cap.* 1. *num.* 117. concurrentibus enim illis duabus excommunicationibus in eadem persona, non est nisi vna obligatio non communicandi sub eadem ratione formali, & vnico motiuo.

* * *

Ioan. Angeli Bossij. Tom. III.

COROLLARIVM V.

Peccatum contra duo præcepta positiua humana diuersorum Superiorum inferioris, & Superioris eiusdem motiui non habet duas malitias, nisi violatio facta sit cum formali contemptu vtriusque Superioris.

Quintò infertur, peccatum contra duo præcepta positiua humana diuersorum superiorum; inferioris, & superioris non habere duas malitias, nec eam circumstantiam in confessione ex necessitate explicandam, si sint præcepta eiusdem rationis; & ex vnico motiuo, & vnicæ virtutis intuitu lata; constat ex traditis præsertim *n.*197. & in terminis docet etiam Vasquez 1. 2. *d. disp.* 98. Quare si illa duo præcepta sint ex motiuo obedientiæ erit vnicum peccatum, vnicaque malitia inobedientiæ, sicut ex illis duobus præceptis oritur vnica tantum obligatio formalis. Si cum Ioanne Lugo de pœnitentia *disp.* 16. *sect.* 4. *n.* 159. dicatur illud peccatum inobedientiæ contra illa duo præcepta esse etiam contra ius vtriusque superioris, & lædere ius, quod vterque habet, vt ei obediatur; quæ iura sunt diuersa, atque adeo damnum illatum esse diuersum; sicut quando duplex ius duorum ad famam, vel ad vitam læditur eadem detractione, & vnico ictu; ergo sicut in illa vnica detractione, vel vnico ictu committitur duplex malitia iniustitiæ? ita etiam in illo peccato contra duo præcepta duorum Superiorum committitur duplex malitia; cum sit duplex læsio iurisdictionis. Respondetur non omne peccatum esse contra præceptum esse contra ius Superioris, seu lædere eius ius, seu iurisdictionem, sed solum quando quis non vult obedire, & exequi præceptum ex formali contemptu potestatis Superioris, seu ipsius præcipientis, quatenus superior est contemnens ipsius potestatem tanquam nullius momenti; tunc enim illi infert specialem iniuriam contra, & eius iurisdictionem offendit; ac proinde si eodem actu violet duo præcepta duorum superiorum ex formali contemptu potestatis vtriusque superioris, committit duplex peccatum, seu duplicem malitiam formalis inobedientiæ, seu duplicem iniuriam, cum iste contemptus formaliter, & directè tendat in vtriusque superioris superioritatem, seu potestatem (vt post alios late tradit Sanchez *lib.* 1. *summ. cap.* 5. *num.* 8. & etiam Lessius *lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 45.) & ita habent duo obiecta totalia, & adæquata, à quorum quolibet accipit suam propriam malitiam iuxta latè tradita in præcedentibus; vbi vero peccatur contra præceptum, solum, quia quis non vult exequi rem præceptam præter inobedientiam materialem, & generalem, quæ in violatione cuiuslibet legis, & præcepti reperitur (quæ non multiplicat malitias in actu contra præceptum vt supra *num.* 194. probatum est) peccatum licet contra duo præcepta habet malitiam tantum oppositam illi virtuti, ad quam materia præcepti spectat de se, vel ex intentione, vel ordinatione præcipientis; quia ex motiuo, & intuitu illius virtutis præceptum fecerit; ac proinde si duo præcepta sunt eiusdem rationis habentia idem omnino immediatum, & proximum motiuum, & intuitu honestatis eiusdem virtutis facta, illorum simplex transgressio vnica actione facta vnicam malitiam habet, prout latè in præcedentibus ostensum est. 206.

NONNVLLA ALIA COROLLARIA.

Sextò infertur transgressionem voti, & iuramenti de eadem re, quam quis vouit, & etiam iuramento addito promisit adimpleturum esse duplex peccatum, seu habere duplicem malitiam specie distinctam in Confes- 207.

Idem Ariaga *d.num.15.* dicit, quod si Religiosus sine licentia sui superiotia rem alieuius valoris accipiat, & donet alteri esse duplex peccatum contra votum paupertatis, & contra iustitiam, quia, inquir, non erat Dominus eius rei, quæ carentia dominij est qoid motaliter distinctum à voto. At vero si alteti non donet, sed tantum sibi vsurpet tanquam propriam air esse peccatum tanmm cootra votum paupertatis, non vero esse peccatom contra iustitiam. At hoc postremum minna verum est. Quoties enim Religiosus absque licentia Superioris aliquid notabilis valoris vsurpat ex bonis Monasterij, seu iam Mooasterio acquisitum, committit peccatom contra votum paupertatia, & contra iustitiam, ita quod habet illud peccatum duplicem malitiam proprietatis, sen sactilegij, & malitiam iniustitiæ tnm quaodo vsurpat, & tribuit alteri absque Superioris liceotia expressa, vel interpretatiua, vt dicit ipse Ariaga, & latè docent Petrus Nauarrus de iustitia *lib.3. cap.1.p.3.num.182.* Saytus *lib.9. clauis cap.16. num.21.* Suarez *to.4. relig. lib.8. cap.6. num.12. & 13.* & Sanchez *lib.7. summ. cap... num.7.* est enim manifestè furtum, quia rem non suam, sed alienam seilicet Monasterij contra Domini voluntatem, qui est idem Monasterium vsurpat; vnde qui ab illo accipit, tenetur eidem Monasterio restituere, vt in terminis Saytus *loco citato.* Est etiam proprietas, quia absque Superioris licentia; tum quando absque eadem licentia Superioria vsurpat, non vt alienet, sed vt sibi retineat, quia illud reuera non suum, sed alienum, & inoito Domino scilicet Monasterio accipit, & retinet, tanquam propriam. ita Sanchez, & Suarez *locis citatis*, & indicat etiam Sayrus *d. num. 21.* versic. *quoad Religiosum*; & conuincit apertè ratio adducta vsorpationia, & retentionis rei non suæ, sed alienæ; ita quod licet non haberet votum paopertatia ex hoc capite esset iniustum accipere illam rem propria authoritate sine formali, vel saltem interpretatiua volnotate Prælati. Idem Suarez, & Sanchez dicunt etiam vtramque malitiam proprietatis contra votum paupertatia, & iniustitiæ reperiri, cum Religiosus aliquid de nooo acquitir, & sibi vsurpat vt proprium; vt si sæcularis concedat Religioso rem qooad proprietatem, vel quoad vsum; eo quod eo ipso ea proprietas, & vsus acquiratur Monasterio; ac proinde inuito Domino, & absque licentia ea vsurpet Religiosus. Quod si sæcularis det Religioso aliquid ea conditione, ne Monasterio acquiratur, erit quidem proprietas contra votum, qoia accipit absque licentia Soperioris, non vero erit furtum, seu iniostitia; qoia ex voluntate Domioi accipit; & cum nihil illi sit qoæsitom, nihil refert Monasterium esse inuitum; & idem erit si à vero Domino detur aliquid Religioso, cuius Monasterium est incapax acquirendi; vt si Religioso dentur redditus annoi: erit enim peccatum tantum proprietatis, non furti. ita in vtroque casu Sanchez *d. cap.20. num.* 8. Addit Sanchez *num.9.* quod si Religiosus ex rebus Conoentus, vel alicuius sæcularis de ipsius etiam licentia, si non addiderit legem, ne acquiratur Monasterio, & Monasterium sit capax acqoirendi aliquid, absque Superioria licentia accipiat, & absque eadem licentia alienet, seu distribuat inueniri duplicem malitiam furti, & duplicem malitiam proprietatis; nempè duplicem in acceptione, vt supra explicatom est, & duplicem in alienatione, seu distributione; cum hæc de nouo absque Superioris licentia, & inuito Domino fiat. Sicut, inquit Sanchez, qui voto Religionis astrictus ducit vxorem, & consumat, peccat bis ducendo, & consumando prima vice. Quod si adfuerit illa conditio, ne Monasterio acquiratur, & Dominus non dederit, vt distribuat, vel Monasterium sit incapax, erit in vtroque sola proprietas duplex scilicet in accipiendo, & distribuendo absque licentia Soperiotis; nulla aotem erit malitia furti ob rationem iam adductam. ita etiam idem Sanchez, qui *numero* 10. subdit, posse contingere, vt sit peccatum furti in Religioso absque proprietate, vt quando aliquid furatur non sibi retinendum, aut habita Soperioris licentia ad furandum, quod idem notat Suarez *d. cap. 6.*

SVMMARIVM §. VI.

Doctores de cooperantibus aliis ad fractionem ieiunij tractantes referuntur.n.314.

Qui est causa, vt alij in die ieiunij non ieiunent, vel comedant cibos vetitos absque iusta causa, facit contra præceptum ieiunij, & contra præceptum charitatis. num.315.

Famuli, & ancillæ parantes cibos etiam vetitos veluti carnes, vel oua in quadragesima, & illos ministrantes mensæ Dominorum, quos nouerunt soluere ieiunium absque iusta causa, non peccant. n. 317. & 319. excusantur à peccato non solum ratione officij famulatus, sed etiam ratione vtilis, & emolumenti, seu detrimenti proprij euitandi.n.327.

An famulis, & ancillis liceat cibos condire, mensam sternere, & ad mensam ministrare; lectum sternere concubinæ, deferre ei munuscula vrbanitatis, & alia similia præstare.ibidem.

Si Puella pro necessitatibus domesticis, aut alia iusta causa domo egrediatur sciens aliquem eam carnaliter desideraturum, non peccat, nec illius peccato cooperatur.ibidem.

Quid si egrediatur, vel se se ostendat videndat videndam absque rationabili causa, vel ex vanitate.ibidem.

Famulus quænam ministeria præstat hero illis abutenti ad peccatum committendum cum concubina absque peccato, vt damnum notabile vitet; enumerantur plura ministeria, pluresuè actiones.ibidem.

Famulus an liceat herum ad domum concubinæ comitari, & dum fornicatur ibi manere ad eius custodiam, & defensionem.ibidem.

An liceat famulo ad concubinam heri deferre internuncia, aut scripta continentia conuentionem ad peccandum, vel continentia verba turpia incitantia ad libidinem, & similia scribere iussu heri.ibidem. Quid si famulo sit dubium, quid scripta contineant.ibidem.

Quid de famulo deferente scripta heri continentia conuentionem ad duellum.ibidem.

Peccat famulus iussu heri illi quærens fœminam cum qua peccet, vel ad id fœminam inducens.ibidem.

Præbere alteri materiam peccandi proximam ex se indifferentem non intendendo alterius peccatum, & id faciendo ex iusta causa vitandi aliquod graue damnum proprium, non est directè, vel indirectè propriè cooperari alterius peccato.n.318.

An, & quando lethaliter peccent heri, & Patresfamiliàs, aliique domus curam habentes, si in die ieiunij de præcepto ministrent cœnam famulis, & filiis suis nolentibus sine causa iusta ieiunare, & quam diligentiam, quidque præstare debeant, vt impediant illos frangere ieiunium, à quo non excusantur.n.320.ad 325.

Dominus non tenetur arcere seruum à concubina expellendo eum domo nisi propter scandalum.n.324.

Non peccant Tabernarij, & caupones in die ieiunij ministrantes cibos permissos ad se diuertentibus, quando illis constat, vel probabile videtur illos excusari à ieiunio ex aliqua iusta causa.n.327.

An si incerti sint, vel dubitent, aut nesciant, an habeant iustam causam, possint caupones ministrare cibos, quibus sunt soluturi ieiunium, siue ipsi diuertentes petant, siue ipsi caupones illos inuitent ad cœnam, & an antequam præbeant, teneantur interrogare, an habeant iustam causam soluendi ieiunium.n.329.

In prædicto casu dubij, vel nescientia an præfati diuertentes excusentur à ieiunio peccent caupones ministrando cœnam ipsis soluturis ieiunium, si absque incommodo, & notabili damno possunt negare.n.330.

Quid si ipsi diuertentes negata illis cœna essent alibi præceptum ieiunij violaturi ibidem.

Quid de cauponibus, Tabernariis, & similibus habentibus semper mensam omnibus aduenientibus nullo habito discrimine præparatam, & cibos ministrantibus ibidem.

Quid de cauponibus nolentibus hospitari eos, qui in die ieiunij nolunt cœnare n.348.

An absolutè excusentur a peccato mortali tabernarij, caupones & similes personæ vendentes, & ministrantes indifferenter quibuscunque ad se diuertentibus, & petentibus cœnam, & cibos in die ieiunij permissos, licet certò nouerint non excusari à ieiunio, & ieiunium violaturos affirmant plures n.331.

An peccet amicus ministrando alimenta in die ieiunij alteri amico petenti, licet sciat eum transgressurum præceptum Ecclesiæ n.332.

Tabernarij, & caupones in terris Christianorum ministrantes hospitibus suis in die ieiunij cibos eo die vetitos, puta carnes, an, & quando in tali ministratione peccent mortaliter n.333.

An, & quando peccent eosdem cibos vetitos in die ieiunij ministrantes in terris hæreticorum, vbi communiter non obseruantur ieiunia n.334.

Qui in diebus ieiuniorum cibos eo die vetitos, puta, lacticinia, vel oua in quadragesima, aut carnes crudas, vel coctas publicè tam in terris Christianorum, quam in locis hæreticorum exponunt, & vendant vel vendunt priuatè an, & quando peccent mortaliter, vel non peccent, & quod sit officium Magistratus sæcularis, & Prælati circa huiusmodi venditionis prohibitionem, vel moderationem, distinguuntur plures casus, & res exactè explicatur. n.335. & tribus seqq.

Est peccatum mortale aliquem obligatum ieiunare, & qui iam prandium sumpsit in die ieiunij inuitare ad cœnandum quando non est paratus ad cœnandum. n. 339. secus si crederetur probabiliter non esse obligatum ieiunare. ibidem.

An peccat mortaliter is, qui in die ieiunij alterum obligatum ieiunare, & paratum eo die non ieiunare postquam iam semel plenè comedit, inuitat ad secum, vel in suo hospitio, vel in sua domo cœnandum, siue certus sit illum alibi cœnaturum, & violaturum ieiunij præceptum, siue non sit certus, sed tantum nouerit esse paratum violare ieiunij præceptum, referuntur plures sententiæ, & concluditur non excusari à peccato mortali. num. 340. ad 348.

Excusatur à peccato qui simplici corde non vrgendo vrbanitatis tantum gratia inuitaret ad cœnam eum, quem scit esse virum probum, & timentem Deum n.348.

Nostra petitione inuitare, & incitare aliquem ad actum, quem alius non potest facere sine peccato, seu à quo non potest alius malitiam separare, est illicitum, & malum, licet alius sit paratus facere talem actum. num. 344. & 345.

Malum est non solum velle malum, sed etiam ipsum malum externè efficere n.344.

Ex iusta causa petens mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli iuraturo per falsos Deos, & sacramentum ab administraturo non peccat, & cur non peccet. n.345.

Locans domum meretrici an, & quando peccet. ibidem. fine.

Si Antonius decreuit hodie occidere Franciscum, neque possim impedire, an possim consulere, ne hodie, sed cras occidat, & si decreuit occidere in hoc loco possim consulere, vt occidat in alio loco; & si certus sum, eum velle occidere, & occisurum vnum è duobus, possim consulere hunc occidas, & non illum n.342. & 347.

Si Antonius certò est iturus ad fornicandum cum fœmina illi consensura, nisi alia fœmina illi sit præstò, an ob aliquam causam possim illi dicere si peccaturus es cum altera è duabus, pecca cum hac. num. 342. versus finem. & num.347.

§. VI.

Resoluuntur nonnulla dubia de iis, qui aliquo modo concurrunt, & cooperantur aliis ad ieiunij fractionem, ministrando cibos, vendendo, aut inuitando ad cœnam, seu secundam comestionem.

DE hoc agunt Nauarrus *in man. cap.21. num. 24. &* 314.
tribus seqq. Toletus *lib.6.cap.5.* Caietanus 2.2.q.147. *art. 4. fine.* Valentia 2. 2. *disp. 9. q. 2. puncto* 3. Ioannes Medina *Cod. de ieiunio q.11. de his, per quæ Ecclesiasticum ieiunium soluitur* Azorius 1.*p. lib. 7. cap.* 31. *q.* 11. *& seqq.* & *p.* 2. *lib.* 12. *cap. vlt. q.* 4. *&* 5. Sanchez *lib.* 1. *summ. cap. 7. num.* 34. *&* 35. & *lib. 5. consil. moral. cap.* 1. *dub.* 16. *&* 17. Manuel 1. *p. cap.* 23. *in secunda edit.* Reginaldus *lib.4. num.*193. *ad* 202. Fagundez *de præceptis Eccles. præcepto 4. lib. 1. cap.* 10. *num.* 9. *& tribus seqq.* Filliuccius *to.2. tract.27. cap.7. num.* 90. *& quatuor seqq.* Lessius *lib. 4. cap. 2. num.* 20. *& seqq.* Villallobos *p.1. sum. tract.23. diff. 3.* Ægidius Turllench *in decalog. lib.3. cap.2. dub.5. num.8. ad* 12. Diana *p.1 tract.9. resolut.*28. 38. *&* 39. *p.3. tract. 5. resolut.*36. *p.5 tract.7. resolut. 7.* & *resolut.*34. *§. nota secundò.* Bonacina de peccatis *disp.2.q. 4. puncto 2. §. vnico num.* 37. *&* 38. & *disp. vltima q. 1. puncto 3. n. 9.* Suarez de charitate *disp.10. sect. 4. num.5.* Castrus Palaus *tomo 1. tract.6. disp.6. puncto* 10. Vasquez *opusculo de scandalo q.43. art. 1. dub.* 3. & alij recentiores relati à Diana *locis citatis.*

Et quidem in diebus ieiunij non solum tenemur nos 315.
ieiunare, & abstinere à cibis prohibitis, si possumus, & nulla subsit causa faciendi contrarium; sed etiam non dare causam aliis non ieiunandi; vel comedendi cibos vetitos; & ita loquendo generaliter, qui causa est, vt alij absque legitima causa excusante ieiunium soluant, facit contra præceptum ieiunij; patet ex generali regula charitatis, qua prohibemur obicem ante fratris oculos ponere, vt tradunt communiter Doctores agentes de scandalo, & ex aliis regulis generalibus, cum non modo peccet, qui præceptum transgreditur, sed etiam, qui causa est, vt illud alij transgrediantur absque legitima causa, & ita etiam Reginaldus *num.* 193. Filliuccius *d. num* 90. & Turllench *d. n.*8. Dubitatur autem an in sequentibus casibus quis verè sit alteri causa vt frangat ieiunium. igitur sit

An peccent famuli parantes cibos, & illos ad mensam ministrantes Domino, quem ieiunium absque legitima causa violaturum certò sciunt: vbi explicantur alij casus, in quibus famuli, & serui possunt, vel non possunt ministrare Dominis in eorum peccatis.

Dubium primum, an peccent famuli, & Ancillæ pa- 316
rantes cibos, & ministrantes ipsis cibos mensæ Dominorum, quos nouerant soluere ieiunium sine iusta causa.

Pro parte affirmatiua facit, quia videtur cooperatio positiua ad fractionem ieiunij, & subministratio materiæ peccati Domini illi parare, & ministrare cibos.

At dicendum est non peccare, nulliusque culpæ par- 317.
ticipes fieri. ita Caietanus *d. art. 4. fine.* Nauarrus *d. c.21, n.25.* Azorius *d. c.31. q.11.* & *d. cap. vltimo q 5.* Sanchez *d. cap.7. n.35.* Reginaldus *d. lib.4. n.194.* Fagundez *d. cap.10. n.9.* Bonacina *d. §. vnico n.39.* & *d. puncto 3. n.9. versic. si vero quæras.* Villallobos *d. diff. 3. num. 1.* Vasquez *d. dub. 3. fine,* Suarez *d. sect. 4. num. 5. fine,* Diana *d. resolut. 38. fine,* & *d. resolut. 34. §. nota secundò.* Turllench *d. dub. 5. num.* 11. & alij communiter. Ratio est; quia suo munere funguntur, quo etiam aliis diebus fungi consueuerunt; vnde talia præparatin,

præparatio, & ministratio ad petitionem Domini facta non cooperatio ad fractionem ieiunij; sed actio quæ ipsis competit ratione famulatus, quæque non est intrinsecè mala, sed ex se indifferens est, quamuis Dominus male vtatur posito ieiunij præcepto, cuius deprauato affectui famulus ministrans non consentit, sed tantum quod à se petit, & non est de se malum, sed indifferens executioni mandat suum exequens munus consuetum, ad quod etiam ratione famulatus, & sui officij ex necessitate compellitur. Quare sicut non cooperantur peccato heri, & excusantur à peccato famuli, qui cibos condiunt, ad mensam ministrant, & lectum sternunt concubinæ eiusdem heri; nec etiam peccat Ancilla ornans heram meretricem, quia obsequi hero, vel heræ præstandi necessitas has, actiones excusat, cum alioqui sint ex se indifferentes, vt post alios tradunt Sanchez *d. cap. 7. num.* 24. Azorius *d. q.* 5. dicens hoc pacto licitum esse ministrare mensæ concubinatiorum, vel herorum hæreticorum, vel dominorum in cibo, & potu, & epulis ventrique indulgentium, dummodo quis non consentiat peccato eorum, sed solum præstet officium vel serui, vel famuli, vel amici, vel hospitis. Et sicut non cooperatur peccato vsurarij, qui necessitate compulsus vsuras ab vsurario petit ad redimendam suam vexationem; ita neque huiusmodi famuli Domino illos petenti, & volenti parantes, & ministrantes cibos peccabunt, cum necessitate compulsi seruiant, & illa ministeria exequantur ex sola obsequij Domino præstandi necessitate. Neque etiam famulus dici potest suppeditare in tali casu Domino materiam peccandi, nam apponit tantum, quæ illius sunt, non ea, de quibus ipse possit disponere; & hoc ministerium ex officio, vt dixi, debent ei præstare, quod ex se est licitum, & proinde si illo Dominus abutatur ad peccatum, illi tantum debet imputari culpa, & nullo modo famulo, vel ancillæ. Quemadmodum nec si puella pro necessitatibus domesticis, aut alia iusta de causa domo egrediatur sciens aliquem exarsurum in sui concupiscentiam, censetur cooperari illius peccato, quia id non facit, vt seruiat illius deprauatæ voluptati, sed vt exequatur, quod est sui muneris, vt post Nauarrum *in manu. cap.* 14. *num.* 30. notat Reginaldus *d. n.* 194. & est communis doctrina Theologorum: aliud tamen iudicant Nauarrus, & Reginaldus de ea, quæ sine rationabili causa se indifferenter offerret aspiciendam, solummodo vt satisfaceret suæ voluptati diuagandi per vicos, & plateas, aut manendi in ostio, vel fenestris domus, vt sua pulchritudo laudetur, vel ob aliam vanitatem, quamuis nullam habeat voluntatem inducendi aliquem in sui concupiscentiam. Addo huiusmodi famulos ementes, parantes, & mensæ Domini ieiunium violanti ministrantes cibos excusari à culpa etiam ratione vtilis, & emolumenti proprij seu detrimenti proprij euitandi, quis fortè nisi iussis heri in prædictis obtemperarent, compellerentur desistere ab illius seruitute cum periculo non inueniendi alium herum, vel nisi post multum temporis, & interim penuriam patiendi, vel sibi non ita vtilem, vel qui non nisi similia, & peiora ministeria præstarent, vel si io domo retinerentur sæpius herus obiurgaret, inreparet, totius oculis aspiceret, & aliter male tractaret, vel debita mercede fraudaret. Quo casu in specie famulum, quando in eo non est praua intentio, & non constat herum ex passione, aut ignorantia (ita quod per monitionem possit facile eius peccatum impediri) sed appatet malitia abusurum eius famulatu, excusari à peccato in prædictis Monasteriis iusso ipsius heri exercitis, & in aliis similibus ex se indifferentibus, licet herus illis abutatur, vt cibos condire, mensæ ministrare, lectum concubinæ sternere, illam ornare, equum, quo vsura est præparare, ianuam domus illi aperire, deferre munuscula vrbanitatis, & alia similia vltra Sanchez, & Azorium *locis citatis*; tradunt idem Azorius *d. lib.* 12. *cap. vltima q.* 8. Sanchez *d. cap.* 7. *n.* 25. & 27. Nauarrus *in man. cap.* 20. *n.* 16. Sà *verbo* peccatum *n.* 9. Gaspar Hurtadus de fide *disp.* 10. *diff.* 9. & Castrus Palaus *d. disp.* 6. *p.* 11. *n.* 4. & ob eandem rationem, seu ob easdem causas iidem Palaus *d. puncto* 11. *num.* 5. Hurtadus *d. diff.* 9. & Diana *d. resolut.* 34. aiunt famulum absque peccato posse iussu Domini videre, quo fœmina aliqua eat, & vbi habitet, Dominum comitari ad domum concubinæ causa honoris, concubinam portare, signare locum Domino vbi sit, Domino ascendere volenti per fenestram ad rem habendam cum fœmina pedem sustinere, & Scalam apponere, quia hæ omnes sunt actiones indifferentes, & solum ex malitia Domini deseruiunt prauo vsui, & ita etiam tradunt Petrus Nauarrus *de restit. lib.* 3. *c.* 4. *dub.* 4. *fine n.* 51. Rebellus *de obligat. iustit.* 2. *p. lib.* 2. *q.* 14. *sect.* 7. *num.* 53. versic. *Hinc etiam.* & Nauarrus *lib.* 5. *consil. in* 2. *edit. consil.* 5. 6. *& seq. de pœnit. circa finem*, quos refert Palaus *vbi suprà* notans etiam Nauarrum *consil.* 4. vbi videtur contrarium dicere, loqui quando ob malum finem famulus prædicta exercet ministeria. Addit Diana cum Hurtado famulum ob easdem causas absque peccato posse comitari Dominum ad domum concubinæ etiam causa custodiæ, & defensionis. At Sanchez *d. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 23. ait esse omninò illicitum, & peccatum, si custodia, & comitatus dirigatur, vt famulus alios concubinæ competitores innadat cum eis pugnaturus; quia hoc constat esse de se, & intrinsecè malum; si autem dirigatur solum ad defensionem, vt ab aggredientibus riualibus Dominum tueatur, vel illum moneat adueniente aliquo illum offensuro, vt aufugiat; adhuc ait idem Sanchez quod rarissimè erit licitum, & nisi ex magna causa, & vrgentissima necessitate; quia etsi hæ actiones custodiæ, & comitatus ex se sint indifferentes, vt poté quæ bono, & malo vsui possunt deseruire, tamen quia famulus maximo se periculo exponit non solum Dominum defendendi, sed etiam excedendi modum defensionis; & ex alia parte tali securitate posita Dominus maiori libidine peccat, quàm si timoribus ageretur; ideo ad excusandum à peccato maxima causa à parte famuli exigitur. & ita tradit etiam Palaus *d. puncto* 11. *num.* 6. vbi explicat maximam causam esse, si famulus timeret non obediendo grauem iacturam in bonis fortunæ, honoris, vel corporis, addens leuiorem causam non videri sufficientem; iidem Nauarrus *d. consil.* 6. Palaus *d. puncto* 11. *num.* 7. Azorius, Hurtadus, Diana, Sà *locis citatis.* & Manuel 1. *to. sum.* in 2. *edit. cap.* 205. *n.* 3. asserunt ob easdem causas, scilicet euitandi notabile damnum absque peccato famulum iussu heri posse concubinæ deferre tum internuncia (v. g. dicere Dominus meus dicit, vt illum hac nocte expectes, vel ad eum venias tali hora, vel eas ad talem locum, & ibi eum expectes etiamsi famulus nolit herum velle, vt expectet, vel veniat ad fornicandum) quia hæc tem indifferentem contineant, eum non ad fornicationem, sed ad moram, vel ad aduentum inducant; tum literas amatorias, illasque scribere continentes turpia, & mouentia ad libidinem, aut in quibus dicatur *hac nocte veniam ad te, me expectabis*, vel *venias ad me*, & similia, quibus fœmina inuitatur ad libidinem probant præsertim Palaus, quia hæc scribere, vel deferre non videntur intrinsecè mala, seclusò malo fine, in quem diriguntur; nam turpia possunt scribi, sicut scribunt Doctores ad pondetandam malitiam illorum, qui ea ex malo fine proferunt; possuntque scribi, & dici non tanquam proprio marte, sed ex alieno; item non serio, sed istoriè; neque etiam, inquit idem Palaus, seclusò malo fine à fortiori erit intrinsecè malum scripta illa deferre ad concubinam, quia potest famulus illa deferre non vt moueatur ad coitum, sed vt concubina illam irrideat, & comburat, & consequenter illa actio deferendi quatenus à famulo deferente procedit, bono vsui potest deseruire. & idem (ait idem Palaus) esse videtur de

de scriptis ad duellum prouocantibus, qualia essent, si in eis diceretur conueniemus cras tali hora, & tali loco, quæ omnia approbat Diana *d. resol.* 34. Et licet Nauarrus vbi suprà *consil. 5. fine*, damnet mortaliter, scribere concubinæ literas, vt post cœnam peceet, iden tamen damnat, inquit *ibidem* Palaus, quia est circunstantia mali finis. Verum Sanchez *d. cap.7. num.* 26 primò dicit peccare mortaliter famulos deferentes internuncia, vel scripta, quibus concubinæ significatur aduentus heri ad eam tali hora, vel loco, vel vt illa ad herum veniat, si famulus nouerit herum id significare ad fornicandum cum ea, nisi vrgens necessitas concurrat; quia quamuis ex se indifferentia sint, valdè peccato accedunt, ad idque quasi directè cooperari videantur; ac proinde non videtur posse excusare à peccato communis ratio famulatus, sed notabile detrimentum famuli; quod si nihil ad concubinatum conducens continerent internuncia, vel scripta, sed sola verba vrbanitatis; *vt certiorem me fac de tua salute*, aut *an aliqua re indigeas*, & id constet famulo, tunc ait idem Sanchez adhuc requiri iustam causam, quia ordinantur ab hero ad turpem amorem, atque adeo famulus si commodè potest tenetur turpis amoris fouendi occasionem vitare; quia tamen ea se sunt valdè indifferentia, & remotè se habent ad peccatum putat sufficere ad excusandum à peccato communem famulatus rationem. Secundo dicit cum aliis à se initio *numeri citatis*. (& sequuntur Rebellos *d. q.14 num. 53. fine*, & Bonacina *de matr. q.4. puncto* 14. *num.6.*) quod si dicta internuncia, aut scripta contineant verba, aut signa turpia, & amatoria; & ad libidinem mouentia est prorsus illicitum illa deferre ad concubinam; neque ratione famulatus, aut alterius necessitatis honestari posse; quia huiusmodi verba turpia, & ad libidinem mouentia sunt intrinsecè mala nisi habeantur inter coniugatos, aut sponsos de futuro; & idem sit dicendum de famulis iussu Domini scribentibus prædicta, scilicet, ea esse licitum, vel illicitum, quia idem modus operandi in vtroque reperitur, ac proinde in eisdem casibus erit licitum, vel illicitum talia scribere: & idem iuxta eundem Sanchez *num.* 28. à fortiori dicendum est de prædictis scriptis ad duellum prouocantibus, cum nulli bono vsui videantur posse deseruire; & in praxi hanc opinionem semper sum sequutus; & idem Palaus protestatur se solum dubitatiuè loqui, addens certum esse prædicta non posse cohonestari, nisi vrgens causa intercedat. Si etiam famulo non constet quid scripta contineant, adhuc dicit non licere famulo illa deferre, quando est certus de turpi amore, vel personæ sint valdè suspectæ, quia communiter scripta hæc continent plurima turpia, & amatoria; & ita ex communiter accidentibus potest famulus id præsumere; secus quando non est ratio turpis amoris suspicandi, quòd personæ non sunt suspectæ. At Rebellus, & Palaus *locis citatis* putant si dubium famulo negatiuum, vel probabile sit, an præfata scripta contineant verba inuitantia ad libidinem, vel ad duellum posse famulum deferre; quia in casu dubij ratione subiectionis potest, imò iuxta opinionem Doctorum magis communem est obligatus obedire. Cæterum certum est, nulla ratione à peccato mortali excusari posse famulos, qui iussu heri quærunt illi fœminam, cum qua peccet, vel ab ipsa hoc petunt, illamuè inducunt, vt heri domum adeat; cum id sit intrinsecè malum, ac peccato heri cooperari, ac periculo peccandi fœminam exponere, & vt exponatur eam inducere; & hæc paulo latius tum quia frequenter occurrunt in praxi, tum ad maiorem declarationem, & confirmationem responsionis *initio numeri* positæ.

318. Ad cuius responsionis, & aliorum quæ eiusdem responsionis confirmandæ occasione tradita sunt, maiorem confirmationem placet adducere doctrinam generalem, quam tradit Sanchez *d. cap.7. num.* 8. *&* 11. scilicet quod præberi alteri proximam peccandi materiam ex se indifferentem, non intendendo eius peccatum, sed aliud spectando, & existente iusta causa id faciendi, non est directè, vel indirectè, cooperari ad malum non directè, quia nemo causa moralis directa censetur eius, quod non præcipit, nec consulit, nec intendit, nec re ipsa efficit. At hic nec consulit, nec præcipit, nec intendit, nec eum alteri actionem efficit, in qua peccatum consistit, sed solum materiam abusus exhibitione peccatum alterius non consistit, sed in actione, in qua ipsa materia sibi exhibita abutitur. Non etiam est operari ad malum indirectè, propriè, & formaliter, ac cum participatione culpæ, sed tantum materialiter, quia cum materia non sit ex se mala, sed indifferens, & sola circunstantia scandali generalis dando occasionem ruinæ spiritualis proximi vitiat eius exhibitionem, seu suppeditationem, tunc tantum erit mala, quoties suppeditans tenetur id scandalum ex generali charitatis præcepto vitare; non tenetur autem quis vitare huiusmodi scandalum, quando habet iustam causam, seu ex iusta, & vrgente causa cogitur non vitare, seu non potest commode vitare, quod contingit, quando sine graui damno proprio vitare non potest: vnde necessitas vrgens vitandi grauis detrimenti proprij erit iusta causa suppeditandi talem materiam ex se indifferentem, qua alter ea sua tantum malitia est abusurus ad peccatum.

Verùm Vasquez *dicto dubio 3. fine*, limitat prædictam communem responsionem *initio numeri* 317. positam, vt procedat solùm quando famulus iussu heri ieiunium violaturi illi ministrat cibos in die ieiunij permissos, quibus Dominus malè, & bene vesci potest, hoc enim casu ait esse famulo licitum ministrare tales cibos, licet sciat Dominum peccaturum in esu illorum ciborum. At vero ait non esse licitum famulis ministrare cibos prohibitos in die ieiunij (quales sunt carnes) quibus Domini non possunt benè, & malè vesci, sed necessario male vescuntur, quia, inquit, re vera tales cibos ministrando cooperantur in malo opere; & ministratio ipsorum est scandalum actiuum, quia ministrant materiam contra præceptum. At hanc limitationem nullus ex prædictis Doctoribus *num.* 317. allegatis ponit, nec esse potest de eorum mente; & satis reiicitur ex traditis ad eandem responsionem probandam, & confirmandam; parare enim illos cibos, quibus non licet vesci absque ieiunij fractione, vel nisi faciendo contra Ecclesiæ præceptum, & illos etiam apponere in mensa, non est actio de se intrinsecè mala, sed indifferens, & postquam appositi sunt, potest Dominus illis non vesci, licet si vescatur, nec possit bene vesci; quare tota ratio peccati consistit in esu eorundem ciborum, nullo vero modo in illorum præparatione, & appositione in mensa, quam, cum sit de se indifferens, posse à famulis exerceri conuincunt omnia tradita *d. n.* 317. 319.

An lethaliter peccent heri, & Patresfamilias, aliique domus curam habentes si in die ieiunij de præcepto ministrent cœnam famulis, & filiis suis nolentibus sine causa ieiunare, vbi qua ratione in hoc genere se gerere debeant.

Dubium secundum. An peccent mortaliter heri, & Patresfamilias, & quicunque curam domus habentes ministrantes cœnam, seu cibos in die ieiunij famulis, & filiis suis nolentibus sine causa ieiunare.

Affirmant absolutè plures Doctores Gabriel *in 4. dist.* 16. *q.* 3. & ex Doctoribus supra *num.* 314 allegatis, Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 26. Ioannes Medina quæstione *ibi citata*. Petrus Ledesma *in sum. to. 1. tract.* 27. *cap.* 2. *concl.* 6. ad id à Diana *p. 1. tract. 9. resolut.* 28. relatus. & Toletus *d. cap.* 5. *num.* 3. id asserentes non solum, si ipsi Patresfamilias, aut curam domus habentes exhibeant iis de familia mensam indifferenter, & apertam, sponteque 320.
offerant

offerant cibos famulis, aut filiis, quos sciunt teneri ad ieiunium, sed etiam si ipsi famuli, aut filij petant ab eisdem cibos ad cœnandum, & frangendum ieiunium. Ratio iuxta hos Doctores est, quia ita cooperantur famulorum, aut filiorum peccato, quibus non debent ministrari arma malitiæ, & exhibere cibos iis volentibus violare ieiunium, perinde est, ac si quis arma ministret furioso, qui se, & proximum volt interficere, & etiam non minus peccatum est, causam præbere peccandi, & occasionem ruinæ, quam peccantem post peccatum non corrigere; quæ omnia faciunt, qui cibos ad comedendum præbent personis violaturis ieiunium, quos constat teneri seruare, præsertim si sint heri, & patresfamilias iuxta illud Pauli 1. *ad Timoth.* 5. *qui suorum curam non habet, & maximè domesticorum, fidem negauit, & infideli deterior est.* Quod si quis dicat cœnam esse rem de se licitam, quam vt debitam possit à Domino seruus, seu famulus sicut promissam mercedem, & à patre filius petere; ac proinde dari poterit eo tantum animo, vt debito satisfiat, nullo autem modo, vt communicetur eorum prauæ voluntati. Respondetur ex Nauarro, & aliis huius sententiæ Doctoribus; quod etiamsi in eo non communicetur eorum prauæ voluntati, communicari tamen actui, quo eadem praua voluntas executioni mandatur, nempè suppeditando materiam, vel instrumentum ad talem executionem efficiendam, & continuandam; quod illicitum est, perinde ac cum seruus petit à Domino mercedem sibi iustè debitam, constatque eum petere ad executionem prauæ voluntatis, quam habet fornicandi; tunc enim dans, quod ab eo petitur, grauiter peccat tanquam cooperator sceleris. Hinc Petrus Ledesma vbi supra dicit, quod Dominus, & Paterfamilias tenetur compellere famulos, & filios ad obseruanda ieiunia, quæ absque legitima causa seruare nolunt. Quod si Dominus, aut Paterfamilias iudicet esse probabile, vel saltem dubitet famulos, aut filios habere iustam causam à ieiunio excusantem, vt cum appareant iuniores, aut corpore debiles, aut inedia, vel labore confecti, vel alia ratione habent indicia saltem sufficientia ad dubium licet non ad probabilitatem iustæ causæ excusantis, tunc iuxta eosdem Doctores præsertim Medinam Dominus, & Paterfamilias ad eorum petitionem dando cibos, & cœnam famulo, aut filio in die ieiunij excusatur à peccato mortali; quod probat Medina in fine dictæ quæstionis, quia de proximis non est præsumendum, quod deterius est, nec quod quis sit æternæ suæ salutis immemor, quando talis præsumptionis iusta causa non habetur.

321. Alij autem Doctores dubium resoluunt pluribus dictis, & primò aiunt Herum, & Patremfamilias teneri in die ieiunij suæ familiæ, famulis, & filiis, si commodè potest, præbere alimenta commoda, & sufficientia, vt possint ieiunare, debet enim curare, ne familia ob defectum sufficientis alimenti sibi debiti omittat ieiunium, ad quod obligatur, aut violet cibis prohibitis vtendo. alioqui enim ab eo impedimentum poneretur obseruationi præcepti de ieiunio. ita Maior 4. *d.* 15. *q* 4. §. *dubitatur* B. Ledesma 2.4. *quæst.* 17. *art.* 3. Angles Flor. 2. *p. in mater. de ieiunio.* & ex Doctoribus supra *num.* 314. allegatis, Azorius *d. cap.* 31. *quæst.* 12. Reginaldus *dict. lib.* 4 *num.* 201. Sanchez *d. dub.* 17. *num.* 3. Fagundez *dict. cap.* 10. *num.* 11. Filliucius *d. cap.* 7. *num.* 91. Villalobos *d. diff.* 3. *num.* 3. & Turllench *d. dub.* 5. *num.* 8. Hoc autem vt notant Angles, & Sanchez quoad famulos intelligitur, quando Herus, seu Dominus absolutè tenetur prouidere famulis de alimentis; nam si de portione quotidiana facta fuerit conuentio, non tenetur Dominus eam augere ratione seruitij, nam tantum tenetur ad portionem conuentam.

322. Hinc iidem Maior, Azorius, Fagundez, Reginaldus, Filliucius, & Turllench aiunt Dominum, & Patremfamilias sub mortali teneri non præbere in die ieiunij familiæ propriæ carnes, vel alios cibos in die ieiunij non permissos, & curare ne eadem familia iisdem cibis prohibitis vtatur. Iidem (& docuit etiam Gabriel loco *supra* citato) adducunt Dominum, & Patremfamilias mortaliter peccare, si in die ieiunij cogat famulos, qui ad ieiunium tenentur, ad opera, quæ cum ieiunio stare non possunt, si eiusmodi opera in alium diem commodè differri possunt, licet ipsi famuli excusentur. Sed contrarium tenui, & probaui suprà *num.* 66.

Secundò dicunt Dominos, & Patresfamilias ex lege charitatis, & fraternæ correctionis teneri admonere famulos, vt ieiunia ab Ecclesia indicta obseruent. ita Doctores *numero præcedenti* allegati: *iisdem locis*, Angles, & Bartholomæus Ledesma, locis *num.* 321. citatis, idem Ledesma *art.* 6. *dub.* 4. & Sanchez *d. dub.* 17. *num.* 5. rectè addentes arctiori vinculo teneri Patresfamilias fraternè corrigere famulos, quam extraneos, id quod indicat D. Paulus illo dicto 1. ad Timoth. suprà *num.* 320. relato, & similis monitio, & correctio à fortiori à Patrefamiliae adhibenda est erga filios, vt etiam aiunt iidem Auctores dicentes in genere Paterfamilias teneri admonere, & corrigere familiam vt ieiunent, & probatur ex Apostolo *ad Ephes.* 6. de quo loco mox *infra.* 323.

Tertiò aiunt, licet Dominus, seu Paterfamilias teneatur modo prædicto admonere, & corrigere famulos ad hoc, vt ieiunent, tamen si famuli essent valdè molesti Patrifamilias, nec huius piis monitionibus flecti vellent animo obstinato suæ cupiditati satisfacere volentes, non teneri Patremfamilias vllo præcepto eos compellere ad ieiunandum, sicut nec ad audiendam Missam, &c. sed posse relinquere illos suo arbitrio. ita Azorius, Fagundez, Filliucius, Turllench, Angles, B. Ledesma *locis citatis.* Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 199. Soto *de tegendo secreto membro* 2. *quæst.* 3. *conclus.* 4. versic. *Respondetur.* Aragon 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 3. Manuel 1. *p. sum. d. cap.* 23. *num.* 5. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resol.* 18. nonnullos alios allegans. Pasqualigius *decis.* 361. Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract.* 5. *disp.* 9. *quæst.* 8. & 9. Et idem etiam de seruis, seu mancipiis expressè dicit Ledesma, & implicitè alij dicentes vniuersaliter non teneri cogere familiam, &c. Et Soto, & Aragon plus dicunt; nempè non teneri arcere seruum à concubina expellendo eum domo, nisi fortè propter scandalum. Ratio ea adducitur, quod Domini, seu Heri non habent curam spiritualem suorum famulorum, vt Episcopi, ad quos spectat cura hæc coërciua, & punitiua, ad seruanda præcepta Ecclesiæ, & videretur minus durum, & rigorosum teneri Dominos famulos è domo eiicere, si nolint ieiunia de præcepto seruare. Dicit tamen Manuel quod Dominus debet huiusmodi famulis denegare cœnam, quamuis dicant illum esse auarum, & etiam Sanchez *d. dub.* 17. *num.* 6. ex sententia etiam aliorum virorum Doctorum ait, quod si sciret Paterfamilias probabiliter, quod prodesset famulis suis negare eis cœnam semel, vel iterum, deberet id facere, licet non teneatur ad id, & hoc idem asserit Leandrus *d. disput.* 9. *quæst.* 10 aduersus Pasqualigium *dict. decis.* 361. sed Villalobos locò suprà *num.* 321. citato dicit, quod Paterfamilias, & heri puniant, & moderatè castigent famulos, & seruos admonitos nolentes ieiunium de præcepto seruare, illudque violantes, quando possunt, & debent seruare, cum id facere possint, sicut etiam consueuerunt facere, quando non eunt ad exequenda mandata ab illis iniuncta. Reginaldus quoque *d. num.* 199. temperat dictum commune, vt Paterfamilias, aut Dominus non possit famulis, & filiis nolentibus monitioni acquiescere, & cœnaturis suppeditare pisces, & alios cibos non permissos in serotina collatiuncula. sed solum in eadem collatiuncula iuxta consuetudinem permissos, licet in ea quantitate, quæ ad refectionem sufficiat; illos enim cibos non permissos ministrare, ait esse cooperari peccato illorum, perinde ac prandentibus suppeditare carnes, vel oua; hos autem permissos etsi in illa quantitate suppeditare dicit non esse peccatum mortale, quia non est res

de se illicita, & qua alter non possit vti absque peccato, si velit, puta sibi temperando ab excessu, nec plus de talibus sumendo, quàm accepta consuetudo ieiunantibus concedat. Alij tamen Doctores sentire videntur in casu obstinationis eorundem famulorum Patremfamilias, seu herum solum teneri non concedere illis cœnaturia cibos in die ieiunij non permissos, supposito enim quod non teneantur illos compellere ad ieiunium, & quod sint certi, quod ieiunium non seruabunt, licet solum illis apponerentur cibi in collatiuncula permissi, parum refert, quod illis apponantur cibi etiam quicunque in die ieiunij tamen non prohibiti; nam appositio etiam est res indifferens, & etiam de his possunt in parua quantitate excusante à mortali, & ieiunij fractione sumere, si velint. Laudo tamen quoad praxim vt in similibus casibus famulis cœnaturis à Dominis, & Patribusfamilias concedantur tantum cibi in collatione serotina permissi.

325. Quod de famulis idem de filiis dicendum, & eos monitos nolentes ieiunare non teneri parentes cogere ad ieiunium, sed suo arbitrio posse relinquere, tradunt in terminis Angles, Sotus, Arragon, Azorius, Reginaldus *locis citatis*. Pasqualigius *decis.* 362. Leandrus *d. disput.* 9. *quæst.* 11. & est de mente aliorum, quos *initio præcedentis numeri* allegaui, cum vniuersaliter loquantur de familia. Sed placet dictum Sanchez *d dub.* 17. *num.* 8. scilicet probabilius esse teneri parentes compellere filios sub sua cura constitutos ad ieiunandum denegando eis cœnam. Et ratio est quia parentes tenentur educare filios in disciplina, & correctione Domini, vt ait Apostolus *ad Ephes.* 6. ac proinde tenentur quantum est in se cohibere eos à peccato, & efficere, vt seruent ieiunium negando cœnam. Addit Sanchez ita sensisse alios viros doctos; & confirmatur ex Corduba *in additione ad Sotum de secreto, membro.* 2. *quæst.* 3. *conclus.* 4. dicente teneri parentes corripere filios punitione domestica, vt seruent præcepta. Declaro tamen cum Sanchez *loco citato*, hoc debere intelligi, quando possent facilè parentes adhibere dictum remedium, & ex eo speratur fructus in filio; nam si filius esset talis, & tam parum subiectus, quod, si ei denegaretur cœna, oriretur magnum scandalum, & tixæ domi, vel iret cœnatum cum alio amico, vel clam furriperet cibos, non tenetur ad hoc pater. Et ad id facit doctrina Caietani 2. 2. *quæst.* 35. *art.* 6. vbi dicit imprudenter agere patres, vel heros corripientes vitia famulorum, vel familiæ, quando vident nihil prodesse, sed ipsos peius facere, & prorumpere in blasphemias: consonat etiam illud Apostoli *ad Ephesios* 6. iam recitatum: *Vos patres nolite prouocare ad iracundiam filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.*

An Tabernarij, & caupones, & vendentes cibaria, ministrantes cœnam, aut suppeditantes in die ieiunij cibos iis, quos sciunt soluturos ieiunium, peccent mortaliter, & quid si ministrent cibos in die ieiunij vetitos tam in locis Catholicorum, quàm in locis hæreticorum.

326. Dubium tertium. An peccent mortaliter Tabernarij, & Caupones, aliique vendentes cibos aliis, qui in die ieiunij de præcepto iis, qui ad se diuertunt nullam legitimam causam à ieiunio excusantem habentibus ministrant cibos ad refectionem, qua ieiunium soluitur, vt ad cœnam, vel tentaculum pomeridianum. Difficultas esse potest de ministrantibus cibos in die ieiunij non permissos, puta carnes, vel ministrantibus tantum permissos. Item distinguuntur tres casus, primus quando euidenter, vel probabiliter apparet hospites diuertentes excusari à ieiunio ex aliqua legitima causa. Secundus quando nescitur, vel est dubium, an habeant legitimã causam à ieiunio excusantem. Tertius quãdo scitur, vel probabiliter iudicatur nullo modo à ieiunio excusari

Certum est non peccare mortaliter Tabernarios, & caupones ministrantes cibos permissos peregrinis, viatoribus, aduenis, & aliis ad se in die ieiunij diuertentibus, & petentibus ieiunium soluturis, quando certò illis constat, vel iudicant probabile esse eos excusari à ieiunio ob aliquam legitimam causam; puta, quando apparent iuniores, & adolescentes, aut valdè senes, aut corpore debiles, aut inedia, vel labore (puta quia sint operarij mecanici, vel iter longum peregerint) confecti, aut pauperes. ita omnes Doctores. Cum enim ipsi diuertentes non peccent soluendo ieiunium, neque etiam illis ministrantes cibos. 327.

Si etiam iidem Tabernarij, seu caupones incerti sint, nec habeant, quod probabiliter credant, sed tantum dubitent, an diuertentes ad se habeant causam legitimam à ieiunio excusantem, vt fieri potest, cum hi postulando cœnam asserunt se lateos impedimentum ieiunij habere, aut dispensationem, & nihilominus indicia quædam contraria appareant, non tamen sufficientia ad probabiliter credendum. Licèt Nauarrus *d. c.* 21. *num.* 26. dicat peccare mortaliter Caupones sic dubitantes, vel dubitare debentes de legitima causa excusante ministrando prædictis cœnam, aut cibos, quibus foret soluturi ieiunium. Quod etiam videtur sentire Azorius *d. cap.* 31. *quæst.* 13. *fine*, licet etiam Lessius *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. *fine* (quem secuti sunt Filliuccius *d. cap.* 7. *num.* 92. & Turlleuch *d. dub.* 5. *num.* 9.) in tali dubio an excusantur à ieiunio, teneri caupones eos interrogare, si fieri possit decorè, & iuxta quod responderint faciendum; secus si non possint decorè interrogari propter authoritatem. Nihilominus etiam in hoc casu posse licitè, & absque peccato mortali caupones talibus ad se diuertentibus & postulantibus cœnam, & cibos, quibus sunt soluturi ieiunium, ministrare cibos, & cœnam, longè verius videtur, & ita traduot ex Doctoribus suprà *num.* 314. Ioannes Medina *quæst.* 11. *circa finem.* Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 34. Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 200. & 202. Villallobos *d. diff.* 3. *n.* 4. Valentia *d. punct.* 5. Bonacina *d. §. vnico num.* 38. & Diana *d. resol.* 39 & alij recentiores. Et ratio est, quia in dubio non præsumitur delictum, seu quem velle peccare *l. peccare ff. pro socio*, & dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Nec cauponum est discutere an ad se diuertentes, & cibos postulantes sint potentes, vel impotentes ad ieiunium, & examinare illorum conscientiam, & etiam expressè aiunt Caietanus *d. loco supra num.* 314. *citato* Manuel *d. cap.* 23. *num* 6. vbi pariter docent excusari à peccato mortali caupones, qui nescientes horum hospitum necessitatem, seu potentiam, vel impotentiam aut priuilegia illis in die ieiunij ministrant cœnam, & cibos in quantitate sufficienti ad soluendum ieiunium eandem afferentes rationem, quod ad eos non pertinet scrutari potentiam, aut conscientiam proximi, & similiter aiunt excusari à peccato eos, qui ministraut cibos iis, quos præsumunt viros probos, memores salutis æternæ, & timentes DEVM. 328.

Si verò Tabernarij, & caupones credunt, vel probabiliter iudicant hospites suos, seu ad se diuertentes, & postulantes cœnam non excusari à ieiunio, & præceptum ieiunij violaturos cœnando, eos teneri negare cœnam, & peccare mortaliter ministrando illam asserunt Gabriel, Nauarrus, Ioannes Medina, Toletus locis supra *num.* 320. citatis. Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 196. & 197. & nonnulli alij recentiores relati à Leandro Discalceato *d. disputat.* 9. *quæst.* 14. Probant rationibus supra *num.* 320. adductis ad probandum peccare mortaliter Patresfamilias famulis, & filiis suppeditantibus cœnam in die ieiunij, cum sciant teneri ad ieiunandum, nec habere causam excusantem sic enim suppeditantes cœnam, & cibos iis, quos nouerunt non excusari à ieiunio, & violaturos ieiunij præceptum, videntur cooperari peccato eorum, quamuis illorum peccatum non intendant; nam quamuis, inquit Nauarrus, & post eum Reginaldus, fortassis 329.

fortassis non sint causa principij peccati; sunt tamen causa actus, per quem peccatum executioni mandatur, vt ait *loco citato* Caietanus, aut continuationis actus, & ita in peccato consentiunt, & operantur. Præterea quia in huiusmodi casu ministrare cœnam aduersatur tum dilectioni DEI, tum dilectioni proximi, ergo est peccatum mortale; iuxta illud 1. Ioannis 3. *Qui non diligit manet in morte:* Quod aduersetur dilectioni DEI, ostenditur, quia non cauere in nobis, & in aliis quantum possumus, offensam DEI, est contra illius dilectionem, cum charitas hoc ipso, quod ad DEI dilectionem inclinat, etiam auertit ab illius offensa, sic autem ministrantes cœnam non cauent offensam DEI, quantum possunt; est etiam contra dilectionem proximi, nam charitas obligat nos ad eruendum illum a periculo peccati mortalis, cum possumus, & ad illius correctionem volentis mortaliter peccare. Si dicatur esse in contrariũ consuetudinem, qua in tabernis, & hospitiis communibus cœna volentibus, & postulantibus datur indifferenter; quæ censeri potest præscripta, cum illius non sit memoria. Respondant Gabriel, & Reginaldus banc consuetudinem non esse communem apud homines de æterna sua salute solicitos, sed corruptelam, cum ad peccatum, scilicet præcepti de ieiunio violationem inducat, atque adeo esse irrationabilem, & corruptelam iuxta *cap. ex parte, & cap. cum tanto de consuetudine.* Si dicatur talem consuetudinem reddi rationabilem, & licitam ex eo, quia si in communibus hospitiis hospitibus postulantibus non exhiberetur cœna, daretur occasio iniuriis, maledictionibus, & blasphemiis, &c. quia patroni hospitij non iudicabuntur negare cœnam ea deuotione, sed ea alia indebita causa, ad vitanda ergo huiusmodi maiora mala, licitum est cœnam suppeditare hospitibus illam postulantibus iuxta tradita *num.* 325. Respondet Reginaldus negando dari talem occasionem ea cœnæ negatione, quia nolle alteri suppeditare materiam ieiunium frangendi cum peccato mortali, non est illum incitare ad blasphemandum; sicut nec negare vinum volenti se eo ingurgitare, aut depositum gladium volenti se, aut alium occidere.

330. Alij affirmant Caupones, & Tabernarios, atque alios cibos vendentes, & ministrantes accedentibus ad se, & postulantibus ministrando cœnam, & cibos in huiusmodi casu non peccare, si absque incommodo, & damno proprio notabili non possunt negare; at vero sub mortali teneri negare, si sine suo damno alicuius momenti possunt. ita ex Doctoribus *d. num.* 314. citatis Valentia *d. p.* 3. Lessius *d. cap.* 2. *num.* 24. Filliuceius *d. c.* 2. *num.* 93. & Turlleneh *d. dub.* 5. *num.* 9. Quod non teneantur negare, quando non potest absque graui suo detrimento, aut alio incommodo, colligitur ex dictis supra *num.* 318. & 325. Quare non tenerentur negare (inquiunt Lessius, Filliuceius, & Turlleneh) si cœna negata grauius offensuri essent DEVM blasphemando, conuitiando, maledicendo, sicut ex huiusmodi causa excusari Paterfamilias filiis, & famulis cœnam permittentes dictum est suprà *d. num.* 325. & tradit etiam Gabriel *loco citato*, non enim tenentur impedire peccatum cum his circumstantiis. Quod teneantur cœnam negare, si possunt sine incommodo, aut suo graui detrimento, probatur ex dictis *numero præcedenti*; Quamuis enim illa cœna, aut ciborum ministratio sit de se indifferens, cum tamen alter ea abutatur, seu abusurus sit ministrans, si commodè potest, tenetur eam occasionem offensæ DEI, & ruinæ proximi vitare; quia ex lege charitatis tenemur impedire offensionem DEI, & lapsum proximi, quantum commodè fieri potest, licet ipse peccaturus sit ex malitia; in hoc autem casu ministrans non solum non impedit, sed etiam cooperatur præbens illi instrumentum peccandi, quod facile potuissent negare. Hoc tamen iidem Lessius, Filliuccius, & Turllench aiunt maximè habere locum, quando hospites petentes cœnam, & violaturi ieiunij præceptum alibi habere non possunt; nam si aliò ituri, & ibi cœnaturi sint, dicunt non esse necesse negare illis cœnam, quam petunt, quia peccatum non potest sic impediri iuxta tradita à Caietano loco suprà *num.* 314. citato. & Nauarro *d. cap.* 21. *num.* 24. Azorio *lib.* 7. *cap.* 31. *q.* 12. versic. *sed perfectè*, Fagundez *d. cap.* 10. *num.* 12. Villallobos *d. diff.* 3. *num.* 5. & expresè tenet Bonacina *d. §. vnico num.* 37. Hinc Doctores hac, & præcedenti sententia allegati asserunt huiusmodi Tabernarios, caupones, & similes habentes semper mensam omnibus aduenientibus præparatam, seu paratos ministrare cibos quibuscunque petentibus nullo habito discrimine, an iustam soluendi ieiunij causam habeant, esse in peccato mortali, & hoc in rigore verum esse ait etiam Sanchez *dict. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. Quamuis moraliter loquendo, & quoad praxim putet Tabernarios, & Caupones nunquam ob hanc causam suppeditandi cœnam, aut cibos hospitibus petentibus, & ieiunium non seruaturis peccare mortaliter iuxta sententiam Doctorum mox allegandorum. igitur

Alij absolutè excusant à peccato mortali Tabernarios, & Caupones, & similes vendentes, & ministrantes indifferenter quibuscunque ad se diuertentibus, & petentibus cœnam, & cibos in die ieiunij permissos. licet nouerint eos non excusari à ieiunio, & ieiunium violaturos. ita Martinus Ledesma 2. *p.* 4. *quæst.* 17. *art.* 6. *dub.* 3. & *dub. penultimo proposit.* 2. Petrus Ledesma 2. *tom. summ. tract.* 17. *cap.* 2. *dub.* 4. Salon 2. 2. *quæst.* 77. *artic.* 4. *controu.* 6. *post tertiam concl.* (& prædictos ad id refert Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 34.) Pasqualigius *decis.* 365. & Leandrus *d. quæst.* 14. & ex Auctoribus suprà *num.* 314. allegatis, Caietanus *d. art.* 4. *fine*, Manuel *d. cap.* 24. *n.* 6. Bonacina *d. §. vnico num.* 38. Diana *d. resolut.* 39. & Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 34. loquendo moraliter, & in praxi, & *d. lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 16. vbi refert, & sequitur Angelum Floribus 1. *p. in materia de ieiunio fol.* 417. dicentem non peccare publicos hospites offerentes peregrinis cœnam diebus prohibitis relinquendo vnumquemque suæ propriæ conscientiæ, quia in hoc proprium munus exequuntur. Probatur hæc sententia primo ex Caietano, quia in huiusmodi casu hi publici hospites peregrinis, & aliis ad se diuertentibus ministrantes cibos, & cœnam non inducunt eos ad peccandum, sed peccato alterius vtuntur, vt res suas vendant, & suum munus exerceant; nec cooperantur peccato frangendi ieiunium, quia solum seruiunt potentiæ nolitionis borum, & non cooperantur comestioni quatenus est solutio ieiunij, & prouenit à mala voluntate abutentium cibis, seu non ieiunandi, sed cooperantur comestioni, quatenus est actus naturæ, scilicet deseruiens nutritiuæ, & sustentationi naturæ, & sic absolutè loquendo actui comedendi seruiunt, vt est actus hominis non vitij. Confirmant Manuel non adesse cooperationem ad peccatum frangendi ieiunij, ex doctrina quod actus exterior non addit ad actum interiorem malitiam. Addit etiam quod nec ob præceptum correctionis fraternæ tenentur illis cibos negare; nam si ipsi caupones negent, alij rogabunt, & ipsi quærent. Secundo igitur probatur ex eodem Manuele, Sanchez, Bonacina, & Diana; quia ex eo, quod Tabernarij, & Caupones prædictis negent cœnam, aut cibos suppeditare recusent, non impedietur regulariter eorum peccatum, seu ferè nunquam spes est, vt seruent ieiunium; quia alibi quærent, & inuenient, ac ement cibos, & cœnabunt apud alios: Tertio ex eodem Sanchez *d. num.* 34. quia confluentes ad publicos hospites, & ciborum venditores sunt communiter viatores, operarij, aut pauperes, quos meritò existimare possunt habere probabilem soluendi ieiunij causam: Et si confluant etiam iuuenes, illustres, & alij vagantes deperditæ vitæ his à Tabernariis, & cauponibus non possunt denegari cibi, quos petunt; quia cum Tabernarij, & Caupones sint infimæ sortis, & illi effrenatæ linguæ iniuriis, & contumeliis afficerent eosdem caupones, 331.

caupones, & etiam in blasphemias prorumpent. Denique probatur ex eodem Sanchez, & Bonacina; quia si Tabernarij, & Caupones nollent aduenientibus ad tabernam parare cibos, & cœnam ministrare paterentur notabile damnum, nam destituerentur hospitibus ad se confluentibus, nec possent res suas vendere; causa autem euitandi notabile detrimentum excusat à peccato suppeditantem alteri materiam proximi peccandi ex se indifferentem, qua alter ex sua malitia abutitur iuxta tradita suprà *num.* 318. & hanc sententiam in praxi sequuntur communiter Confessarij, qui in Confessionibus non solent interrogare hos publicos hospites Tabernarios, & Caupones, seu eorum famulos, an suppeditauerint cœnam, vel cibos confluentibus ad suam tabernam seu suum hospitium, quos scirent, vel probabiliter crederent esse præceptum ieiunij violaturos. Quid vero dicendum, si ipsi Tabernarij, aut Caupones præuenirent, & inuitarent ad cœnandum & comedendum apud se, quos probabiliter crederent esse paratos ad violandum ieiunij præceptum, & si apud se non cœnarent adhuc alibi cœnaturos, & non seruaturos ieiunium constabit ex resolutione dubij quinti.

332. Iuxta tradita Angles *loco citato*, & Sanchez *d. dub.* 16. affirmant non peccare amicum ministrando alimenta in die ieiunij alteri amico petenti, licet sciat eum esse transgressurum præceptum Ecclesiæ. Rationem enim huius esse aiunt; quia per se opus amicitiæ, & vrbanitatis exequitur, & ex malitia alterius per accidens consequitur transgressio, & hoc idem asserit Leandrus *dict. disput.* 9. *quæst.* 23. quod admitto si amicus rogatus admonendo fraternè petentem nihil esset profuturus, vel exponeret se periculo soluendi amicitiam, vel vt auarus, & inurbanus haberetur.

333. Quantum autem ad Tabernarios, & Caupones ministrantes hospitibus suis in die ieiunij cibos eo die vetitos Lessius *d. cap.* 2. *num* 21. Filliuccius *d. cap.* 7. *num.* 92. Bonacina *de peccatis disputatione vltima quæst.* 1. *allegato puncto* 3. *num.* 9. Turllench *d dub.* 5. *num.* 9. Pasqualigius *decis.* 368. & Leandrus Discalceatus *d. disput.* 9. *quæst.* 16. aiunt grauiter peccare caupones, si in locis Catholicorum apponant cibos vetitos, præsertim carnes; censeretur enim quædam tacita professio hæresis; vnde etiam in foro externo grauiter puniuntur id facientes, excipiunt tamen casum necessitatis, puta si hospes appareret laborare graui morbo, vel capitis debilitate, vel si nihil aliud suppeteret. item excipiunt si aliquis hospes fide dignus diceret, se habere priuilegium, aut facultatem sibi à superiore concessam edendi carnes, aut alios cibos vetitos in die ieiunij. Imò Sanchez *d. dub.* 16. post alios viros Doctos dicit, quod quando aliquis amicus, & hospes diuertit ad domum alterius in die, quo prohibentur lacticinia; huic fas est inuitare illum ad lacticinia, & apponere ea in mensa; nec oportet illum interrogare, quando est homo alicuius qualitatis, an habeat bullam, quia probabiliter alter potest credere omnes tales (scilicet in Hispania, & locis vbi ea in vsu esse solet) habere bullam: At quando est homo classis inferioris, vel pour, de quo probabiliter potest dubitari, quod habeat, & quod ob appositionem ab altero franget præceptum Ecclesiæ, est mortale, illi apponere, & adest obligatio interrogandi, an habeat bullam: Pasqualigius, *loco citato*, & Leandrus *quæst.* 17. si hospes iam sit paratus, & decreuerit comedere carnes in diebus prohibitis, aiunt Caupones tum posse illis licitè ministrare, quia non concurrent ad violandum præceptum, cum iam hospes intentione saltem violauerit, & executio fiat in virtute prioris intentionis, & determinationis, non in virtute ministrationis carnium. At cum ministrans carnes concurrat, & verè cooperetur ad ipsam externam executionem violationis præcepti, malumque sit non solum velle malum facere, sed etiam ipsum malum externè exequi iuxta tradita infrà *num.* 344. & 346. non videntur Caupones sic ministrantes posse excusari à peccato, nisi coactè ministrent, vel scirent certò hospitem alibi habiturum, & comesturum carnes, & certè Caupones in terris Christianorum sic ministrantes carnes hospitibus suis in diebus prohibitis sine legitima causa à Prælatis puniuntur.

At vero in locis hæreticorum vbi communiter non obseruatur ieiunia ab Ecclesia indicta, & est consuetudo apponendi carnes, iidem Lessius, Filliuccius, Bonacina, & Turllench dicunt, quod apponere etiam carnes non esset Cauponi Catholico illicitum, modo ipsi hospites id petant (non enim ingeri possunt non petentibus, quia hoc esset illos inuitare ad illicita, & præbere ansam violandi præcepta, nisi forte, inquiunt Lessius, & Bonacina, simul apponat carnes, & pisces relinquentes vnumquemque suæ conscientiæ, vt in locis hæreticorum fieri solet à Cauponibus tam hæreticis, quàm Catholicis) vel non possit ipse recusare sine suo graui incommodo, vt si propterea caupo ab hospitibus deserendus esset, vel damnum passurus à Magistratu; eum enim apponere in mensa carnes non sit per se malum, sed quid indifferens, iusta ex causa licitum erit, licet alter sit abusurus ea sua malitia iuxta tradita suprà *num.* 317. & 318. & hæc iusta causa etiam efficit, vt non censeatur esse professio hæresis, aut cooperatio ad malum. Hoc autem intelligendum, dummodo absit fidei, & Christianæ religionis contemptus, aliter enim potius moriendum, vt tradunt communiter Doctores, secluso contemptu. Pasqualigius *loco citato*, & *decis.* 368. & Leandrus Discalceatus *dict. disput.* 9. *quæst.* 18. aiunt in terris hæreticorum Caupones Catholicos omnibus petentibus in diebus prohibitis posse carnes ministrare, etiam si illas, sine vllo incommodo recusare possent; idque ob rationem ea eisdem numero præcedenti adductam, quod hospites iam sint parati, & determinati carnes comedere, & ita Caupones peccato non cooperantur. Verùm dicendum est peccare in hoc casu Caupones, quia etiam ipsam externam peccati executionem impedire tenemur cum commodè possumus, vt infra *num.* 344. & 346. 334.

Qui in die ieiunij cibos vetitos venales publicè exponunt, & vendunt, an, & quando peccent mortaliter, & quod sit officium Magistratus, & Prælati circa huiusmodi venditionis prohibitionem vel moderationem.

Dubium quartum. An qui in diebus ieiuniorum cibos prohibitos venales exponunt, & vendunt, peccent mortaliter. Ex Doctoribus supra *num.* 314. relati Azorius *d. cap.* 31. *quæst.* 13. Fagundez *d. cap.* 10. *num.* 10. & Turllench *d. dub.* 5. *num.* 11. duas circa hoc dubium referunt opiniones nullis citatis earum Auctoribus. Primam affirmantem, tum quia inde multorum peccatorum occasiones oriuntur, ea enim data occasione multi ieiunia frangunt, & violant; tum quia ex præcepto charitatis tenetur quisque alium monere, & impedire, ne peccet; tum quia tenetur quisque occasionem peccandi tollere; atque hac de causa Respublica vetat, ne tales cibi præsertim carnes publicè vendantur; Et hanc sententiam quoad eos, qui palam, & publicè tales cibos venales exponunt, tenent Azorius *d. quæst.* 13. & Reginaldus *d. lib.* 4. *num.* 102. Alteram negantem, tum quia licet aliqui inde sumant occasionem non ieiunandi, tamen huiusmodi vendentes bona fide, vendunt, & non videntur cooperari peccato illorum, qui mala fide emūt, cum illi depravato voluntatis affectu peccent; tum quia multi sunt, quibus licitum est illos cibos emere, eo quod illis indigeant; nec venditores vlla lege coguntur explorare emptorum causas, emantnè licitè, vel illicitè; tum quia nemo malus iudicari, & credi, debet, & potest, dum id certò, euidenter non constat; ergo si venditor certò non nouerit emptorem in emendo peccare, 335.

non

non peccat vendendo siue publicè, siue priuatim vendat, & hanc posteriorem sententiam tanquam probabiliorem absolutè sequuntur *locis citatis* Fagundez, & Trullench, Pasqualigius *decis.* 369. & Leandrus *d. disputat.* 9. *quæst.* 19 & etiam Villallobos *p.* 1. *tract.* 23. *d. diff.* 3. *n.* 4. & etiam *d. q.* 13. *in fine.* Azorius, & Reginaldus de priuatim, & occultè vendente, si nesciat an bona fide, vel mala emptor emat. Pro confirmatione adducit Fagundez, & Trullench in quadragesima carnes vendi publicè ægrotorum causa; quæ venditio iuxta priorem opinionem non liceret omninò, cum inde possint multi sani, & benè valentes occasionem peccandi accipere; nec vllus prudens, inquit idem Fagundez, obligabit venditores ad explorandam necessitatem eorum, qui carnes illas emunt; nec Prælati vnquam ad id obligarunt. Quod si venditor certò sciret emptorem ieiunium violaturum; tunc Azorius, Fagundez, & Villallobos aiunt, quod mortaliter peccaret. Addit Azorius quod ita peccaret etiamsi non certò, sed tamen probabiliter existimaret, aut dubitaret emptorem emendo peccare. Contrarium vero, & venditorem tantum dubitantem Villallobos, & Reginaldus post Medinam loco suprà *n.* 328. aiunt non peccare propter regulam supra *dict. num.* 328. traditam, quod in dubiis non præsumitur delictum *l. merito ff. pro socio.*

336. Dicendum, quòd in terris Catholicorum ad munus, & officium Magistratuum & Prælatorum spectat præsertim in diebus quadragesimæ prohibere, ne carnes passim, & à quocunque publicè vendantur, vt sic multis tollatur occasio peccandi, sed debent deputare certos, qui carnes vendant tantum iis, qui ostendunt Prælati, vel Medici licentiam carnes edendi; id quod communiter fieri consueuit.

337. Dicendum secundo in diebus Quadragesimæ, & aliorum ieiuniorum in iisdem locis Catholicorum non esse licitum exponere publicè venales cibos vetitos paratos, & coctos, tum quia vbique id prohibetur à Magistratibus, & Prælatis etiam in Gallia, & Germania, & puniuntur seuerè, qui in diebus ieiuniorum, & etiam in diebus Veneris, & Sabbathi publicè exponunt venales carnes coctas; tum quia id esset quædam tacita professio hæresis; tum quia foret illectio, & tacita inductio ad violandum præceptum ieiunij, & scandalum actiuum ferè manifestum. Imò existimo id etiam in terris, & locis hæreticorum non licere Catholico venditori propter eandem rationem, quia per talem publicam expositionem talium ciborum vetitorum iam præparatorum, & conditorum videntur venditores inducere, & allicere ad illos emendum, & ita ad frangendum ieiunium, vnde id videtur illicitum sicut suprà *num.* 334. dictum est, in locis hæreticorum non esse licitum Cauponi ministrare carnes hæreticis, nisi ipsi petant; excipio casum in quo Catholicus solitus in aliis diebus vendere tales cibos, nisi etiam in diebus ieiuniorum exponeret venales, passurus esset graue damnum à Magistratu, & non agatur de contemptu fidei iuxta tradita. *n.* 334.

338. Quoad cibos vetitos non præparatos, & non coctos si non est à Magistratu, vel Superiore Ecclesiastico prohibitum habere illos passim publicè venales, & euenit de ouis, lacticiniis, & auiculis, ad quæ etiam tempore quadragesimæ vendenda non solent à Magistratibus, vel Prælatis deputari certi venditores, qui vendant tantum ostendentibus licentiam Prælati, vel Medici, vt fit pro vendendis carnibus; approbo secundam sententiam *num.* 335. positam, & puto horum ciborum venditores siue publicè, siue priuatè vendant cuicunque petenti, quem, an velit illis abuti ad frangendum præcepti ieiunium, nesciunt, vel certò non sciunt, id quod probant rationes ibidem adductæ. item puto non peccare mortaliter etiamsi vendant iis, de quibus solum dubitant, an sint eorum vsu peccaturi & violaturi ieiunium, vt ait Villallobos loco suprà *d. num.* 335. relato, & probant tradita supra *num.* 328. imò existimo non peccare mortaliter tametsi vendant alicui petenti, quem certò, vel probabiliter nouerint eisdem cibis abusurum ad violandum ieiunij præceptum, tum quia in hoc proprium munus exequuntur, & solum intendunt vendere res suas, vt aliquid lucrentur pro sui sustentatione, quod est quid indifferens, & ex sola malitia Emptoris per accidens consequitur transgressio præcepti; tum quia regulariter recusando vendere, non ideo impedirent peccatum, quia ab aliis ement; tum quia recusando vendere huic volenti emere, quæ communiter aliis vendunt, facilè exponerent se periculo contentionis, rixæ, iniuriarum, & contumeliarum, & ita pro hac sententia puto posse allegari Doctores citatos supra *num.* 331. Et prædicta ob easdem rationes existimo procedere etiam in iis, qui vbi est prohibitum illos habere passim publicè venales, priuatim, & occultè in diebus ieiuniorum vendunt carnes, scilicet hoc non peccare mortaliter non solum quando nesciunt, vel non certò sciunt, vt emens iure, vel contra ius, & cum peccato emat, & quando de hoc dubitant; sed etiam quando sciunt, vel probabiliter credunt emptorem emendo peccare, quia emat ad violandum præceptum Ecclesiæ; quia recusando vendere non propterea impediretur peccatum, quia regulariter facile inuenient alios, à quibus emant. Non negarem tamen, quod si vnus tantum esset venditor, & adesset moralis certitudo, quod alibi non possent reperiri, & obtineri cibi vetiti; tunc iste venditor teneretur negare illos petenti, quem certò scit illis velle violare præceptum Ecclesiæ, quia in tali casu posset impedire exequutionem externam peccati, & suppeditare cibos videretur omninò cooperari ad illam externam executionem; sed vix potest talis casus contingere.

An mortaliter peccet, qui in die ieiunij ad cœnam inuitat alterum obligatum ieiunare, quem nouit paratum cœnare, vel cœnaturum alibi. vbi de nonnullis aliis casibus, an peccatum sit suppeditare occasionem peccandi ei, qui paratus est peccare, petendo, vel inuitando ad actum malum.

Dubium quintum. An peccet mortaliter, qui alium, 339.
quem scit sumpsisse prandium, & obligatum ad ieiunandum, inuitat ad secum cœnandum (quia fortè ipse excusatur à ieiunio) vel ad cœnandum in hospitio, aut domo sua, cum nouerit illum paratum ad frangendum ieiunium, & alioqui alibi cœnaturum, & violaturum ieiunij præceptum. Dixi *cum nouerit illum paratum, &c.* Nam certum est, esse peccatum mortale aliquem obligatum ieiunare, & qui iam prandium sumpsit, inuitare ad cœnandum, quando non est paratus ad cœnandum: ita ex Doctoribus suprà *num.* 314. allegatis tradunt Caietanus *d. art.* 4. *fine.* Nauarrus *d. cap.* 21 *num.* 25. Azorius *d. cap.* 31. *quæst.* 12. & *d. cap.* 18. *quæst* 4. Reginaldus *dict. lib.* 4. *num.* 195. Fagundez *d. cap.* 10. *num.* 12. & alij *infrà* allegandi quia in hoc casu inuitans est causa moraliter inducens inuitatum ad peccandum: sicut è contra non esset peccatum inuitare ad cœnam eum, quem certò scimus, vel probabiliter credimus non esse obligatum ieiunare, vt iidem Doctores. An vero vrbanitatis causa liceat inuitare amicum, qui non sit paratus ieiunium frangere, explicatur *infrà.*

Difficultas ergo solum est, quando quis alium ieiunare obligatum iam paratum non ieiunare, quia scitur consueuisse non ieiunare, vel quem certò scit cum aliis, vel alibi alioqui cœnaturum inuitat ad secum cœnandum, vel in hospitio suo, vel in domo sua cœnandum, peccet mortaliter.

Et Caietanus *d. art.* 4. (quem sequuntur Manuel 1. *p.* 340.
summ. cap. 23. *num.* 6. Azorius *locis citatis.* Villallobos *p.* 1. *tract.* 23. *num.* 2. Reginaldus *d. lib.* 4 *num* 195. versic. *tertia propositio.* & Diana *p.* 2. *tract.* 9. *resolut.* 38. & *p.* 5. *tract.* 7. *resolut.* 7.

resolut.7. Pasqualigius *decis.372.* & nonnullos alios allegans Leandrus Discalceatus *de precept. Eccl. tract. 5. disput.9. quæst.22.* affirmat non peccare mortaliter eum, qui alterum iam paratum non ieiunare, & quem certò scit alibi cœnaturum inuitat ad cœnandum secum, vel ad cœnandum in hospitio suo, aut in domo sua. Nauarrus autem *d.cap.21. num.25.* affirmat simpliciter non peccare mortaliter eum, qui vrbanitatis, hospitalitatis, aut amicitiæ gratia alterum cœnare paratum inuitat ad cœnam, quatenus cœna est actus sustentandi vitam, & de se bonus, vel indifferens nullatenus consentiendo in eum, quatenus est fractio ieiunij: Et hoc idem quod non peccet mortaliter, qui alterum obligatum ieiunare, qui decreuit eo die non ieiunare, & paratus est frangere ieiunium, vrbanitatis, hospitalitatis, aut amicitiæ gratia inuitat ad cœnam tenent Diana *dict. resolut.38* Filliuccius *tom. 2. tract. 27. cap. 7. num. 94.* (vbi ait esse quidem malum inuitare obligatum ad ieiunium ad cœnam, si seriò fiat, & absolutè, quia, inquit, inuitaretur ad id, quod sine peccato facere non potest; non vero esse peccatum, si ex quadam vrbanitate, aut hospitalitate non vrgendo, quia, inquit, inuitaretur ex iusta causa, vrbanitatis scilicet, vel hospitalitatis ad actum de se indifferentem, & Filliuccium quoad hoc sequuti sunt Pasqualigius *decis.373.* & Leandrus *d. disput.9. quæst.23.* amplius etiam asserentes licitè posse quempiam vrbanitatis, & amicitiæ causa modo consueto, & inuitatione communi inuitare amicum ad cœnam, etiamsi probabiliter credat, quod acceptaturus sit inuitationem, & ieiunij præceptum fracturus) Salas *de contract. tit. de empt. & vendit. dub.47. num.10.* allegans Lopez, & Victoriam; Philiarchus, Tannerus & Ortiz relati à Diana *d. resolut. 38.* Caietani sententiam etiam amplexus est Hurtadus, Mendoza (prout *d. resolut. 7.* illum refert Diana) *in 2. 2. disp. 173. sect. 13. §. 154.* vbi, eodem Diana referente, docet homini parato ad actum malum, illumque, vel alium similem facturum, licitum esse ex causa aliqua proponere occasionem, qua illum faciat, & ab eo petere, vt faciat, & ponit exemplum de præsenti difficultate, scilicet, *Antonius est violaturus legem ieiunij, de quo ego sum moraliter certus, possum ex occasione graui illum ex aliqua causa inuitare ad cœnam meam, ita tamen ipsi constet, quid a me petitur non absolutè, quasi absolutè velim ne ieiunet; sed ex hypothesi, quod ipse velit non ieiunare, & quod independenter a mea petitione est non ieiunaturus.* ita Hurtadus.

341. Iuxta Caietanum ratio (quam etiam adducunt Azorius, Reginaldus, Villallobos, Diana & alij) est, quia dum quis alterum iam paratum cœnare, & de facto cœnaturum alibi, inuitat ad cœnandum secum, vel in suo hospitio, vel in domo sua, non inuitat absolutè ad cœnam, sed ad locum, & societatem cœnæ; qui enim alterum cum alio cœnaturum inuitat, vt secum cœnet, non offert illi simpliciter cœnam, sed offert se tanquam socium in cœna, & similiter qui talem inuitat ad cœnandum in domo sua, non offert cœnam, sed domum cœnæ, & ministraturum cibos; item qui hospites, viatores alioqui cœnaturos excipiunt, & inuitant ad cœnandum in suo hospitio non inuitant simpliciter ad cœnandum, sed vt in suo hospitio magis quam in alio cœnent; inuitare autem solum ad societatem, & locum, non est malum, sed quid indifferens quo alter benè, vel malè vti potest, & solum ex sua malitia abutitur.

342. Hurtadus magis prædicta explicans probat non esse peccatum prædicto modo inuitare alibi cœnaturum, quia illa inuitatio non est causa peccati interni, iam enim ponitur illud esse commissum; neque est conditio, sine qua ieiunium non violaretur externè, quia iam ponitur illum alibi cœnaturum; ergo est tantum oblatio materiæ, quam ille possit eligere ex suppositione, quod sit absolutè cœnaturus; quæ oblatio non est simpliciter mala, nec ex se, cum inuitatio ad cœnam secundum se nulli opponatur legi; consilium autem, vt cœnet, apud me non est absolutum, sed conditionatum. Ad illud autem consilium quis potest moueri honestè multis rationibus. ita Hurtadus, dicens tamen, quod si nulla esset causa, foret peccatum eum hominem inuitare ad cœnam etiam sub conditione: Addit autem, quod non est opus, vt causa sit multum grauis; sed sufficit v. g. timere fracturum ieiunium alibi cœnaturum cibos noxios, vel ne inurbanus existimetur; in his enim, & similibus casibus (subdit Hurtadus) possum dicere, *Si tu vis alibi cœnare, ego tibi dabo cœnam.* Ex quibus concludit idem Hurtadus iuxta communem doctrinam esse quidem illicitum absolutè inuitare aliquem ad actus malos, licet sit ad illos paratus; non autem esse semper illicitum inuitare conditionatè. Vnde contra Vasquez loco infra allegando docet, quod si Antonius decreuit occidere hodie Franciscum, neque possum id impedire, possum consulere Antonio, ne illum hodie, sed cras occidat, ex suppositione, quod illum sit occisurus, vt ea procrastinatione consulam vitæ Francisci; nec potest, dici me fuisse causam, vt citiùs occideretur Franciscus. item si decreuit illum occidere in hoc loco, possum illi consulere, vt occidat in alio distantiori, vt eo breui tempore protrahatur vita Francisci; vt mutato loco per temporis dilationem, aut alias causas fortè fortuna Francisco prouideatur; teneor enim id consulere ex ea suppositione. Item si Antonius velit occidere domi meæ, possum illi dicere, vt si illum es occisurus, occidas extra domum. Item si Antonius est certus ire ad fornicandum cum fœmina illi consensura, nisi alia fœmina illi sit præstò, possum ego illi dicere, si peccaturus es cũ altera ex duabus pecca cum hac; quia licet sit æquale peccatum cum alterutra, tamen possunt multæ suppetere causæ, quibus ego honestè possim, & debeam id facere; si enim alia fœmina sit mihi affinis, aut mihi sit turpis illius consensus, aut plura ego mala timeam ex peccato vnius, quàm ex alterius; aut Antonius iturus ad quærendam aliam sit occidendus, non apparet, cur ego non possim ei dicere, vt si peccaturus est cum altera è duabus, peccet cum hac. Et idem de homicidio, si enim ille certus sit occidere alterum è duobus, alter vero sit meus amicus, aut consanguineus, potero illi dicere, ne hunc occidas, sed siquidem occisurus es, occide hunc, & non illum; si vero ille non decreuit occidere alterum è duobus; sed tantum vnum nihil cogitans de alio, non possum ego repræsentare simul, & persuadere alium, de quo non cogitat. Prædicta Hurtadus.

Nauarrus non esse peccatum inuitare ad cœnam alterum alibi certò fracturum ieiunium, & cœnaturum si inuitatio fiat ex aliqua causa, puta vrbanitatis, vel hospitalitatis, aut amicitiæ, & ad cœnam tanquam ad actum, quo vitam sustentamus, non quatenus est ieiunij fractio, probat sequentibus argumentis. Primò quia licitum est inuitare ad actum per se bonum, vel indifferentem, quando iusta causa subest. Secundò, quia DEVS ipse inuitat, & iuuat ad agendum aliqua, quatenus sunt entia, quæ aliàs etiam sunt peccata, & Martyres inuitabant Tyrannos, & carnifices, vt sibi tormenta inferrent, cum tamen peccatum illis esset Martyres cruciare. Tertiò, quia licitum est gaudere de eo, quod est peccatum alia ratione, quàm quia est tale, vt de occisione CHRISTI, qua parte est nostra redemptio; etsi de illa doleamus, vt fuit peccatum. Quartò, quia licitum est egenti petere mutuum ab vsurario, iuramentum ab eo, qui iuraturus est per falsos DEOS, & Sacramenta à proprio Parocho ministraturo cum peccato; locare domum meretrici, vendere rem suam alteri, quamuis vendens nouerit ea re illum abusurum, ergo eadem licebit eum, qui paratus est post prandium cœnare, Inuitare ad cœnam quatenus est actus 343.

sustentandi

sustentandi naturam, & de se bonus, aut indifferens, si fiat ex iusta causa, qualis reputatur si vrbanitatis, vel hospitalitatis, aut amicitiæ gratia fiat inuitatio; hoc enim puncto non cooperatur alterius peccato. Nec est eadem ratio (inquiunt Manuel *d. num. 6.* & Ludouicus Lopez *1. p. instruct. cap. 19.* ab eodem Manuel relatus) de illo, qui innitat alium ad bellum iniustum, quamuis sit paratus ad idem, nam talis ad nullum bonum naturale inuitat, nisi ad occidendum, & dilacerandum. Pasquallgius, & Leandrus probant, quia incitatio illa communis non est de se efficax ad inducendum inuitatum ad cœnandum, & inuitare tali modo non est inuitare ad comedendum tantam quantitatem cibi, vt innitatus ieiunium frangat, sed ad communionem mensæ, in qua sumere potest debitam quantitatem.

344. At contra Nauarrum, & multo magis contra Pasqualigium, & Leandrum, & peccare mortaliter eum, qui alterum ieiunare obligatum paratum ad cœnandum seriò inuitat ad secum cœnandum licet vrbanitatis, aut hospitalitatis, vel amicitiæ causa inuitet & ad cœnam quatenus est actus, quo sustentatur vita, sentiunt Azorius *dict. cap. 31. quæst. 12.* versic. *sed peccatne*, Reginaldus *dict. num. 197.* versic. *quarta propositio*, & ex aliis Doctoribus supra *num. 314.* citatis Lessius *dict. cap. 2. num 20.* Fagundez *dict. cap. 10. num. 11.* Bonacina *dict. disput. vlt. quæst. 1. p. 3. num. 9.* Turllench *dict. dub. 5. n. 10.* Vasquez *dict. dub. 3. num. 3.* & Palaus *dict. puncto 10. n. 4.* Probatur ex Palao, quia nostra petitione inuitare, & incitare aliquem ad actum, quem alius non potest facere sine peccato, seu à quo alius separare non potest malitiam, est malum, & illicitum, licet aliùs sit paratus facere talem actum, vt etiam tanquam rem certam tradit Suarez de charitate *disput. 10. sect. 3. num. 1.* quia petitio, siue inuitatio tendit immediatè ad obiectum malum, seu est de obiecto malo (vt si quis petat à Petro vt iuret falsò; maleficium maleficio dissoluat, occidat, fornicetur, &c. peccat eadem specie peccati, qua Petrum peccare intendit, licet sciat Petrum paratum ad tale delictum efficiendum, & etiam effectutum, nec alterius petitione moueri, quia petitio ipsa est mala vt pote de obiecto malo) vnde id moraliter loquendo est directè inducere ad malum, cum fieri nequeat hæc inductio mouendo ad actum solum, & non ad ipsam malitiam, quæ ab actu non separatur. Sed qui alterum obligatum ad ieiunium inuitat ad cœnam post prandium, inuitat ad actum, à quo alius non potest separare malitiam, seu quem non potest facere absque peccato; nam ab hac cœna, ad quam inuitatur is, qui scitur obligari ad præceptum ieiunij, separari non potest malitia, ergo dum quis inuitat ad cœnam, inuitat ad malum, ergo peccat: hæc sententia confirmatur etiam à Vasquez aliis rationibus *infrà* adducendis contra sententiam Caietani; pro hac sententia, & etiam contra sententiam Caietani faciunt alia, quæ tradit Suarez loco supra *num. 314.* citato & *d. sect. 3. num. 2. & 3.* Et si eadem sententia Nauarri intelligatur de inuitante alterum obligatum ad ieiunium, quem scit quidem esse paratum ad cœnandum post prandium, & frangendum ieiunium etiamsi non inuitaretur, at non sciat certò esse de facto cœnaturum alibi, si illum non inuitaret; qui fortè non inuitatus non cœnaret actu non habens alibi paratam cœnam; contra eum sentiunt etiam Caietanus *d. art. 4. fine*, Azorius etiam *2. p. lib. 12. d. cap. 18. quæst. 4.* & Reginaldus *d. lib. 4. num. 195.* & mihi etiam nullo modo placet sententia Nauarri hoc pacto intellecta, & puto omninò esse illicitum inuitare obligatum ad ieiunium, quem solum scio esse paratum ad cœnandum. Nam vt *locis citatis* aiunt Caietanus, & Azorius paratum ad cœnam post prandium non excusatum à ieiunio non est licitum inuitare, si nostra inuitatio est probabiliter aliqua causa, vt actu cœnet; tum quia licet animo paratus, nostra tamen inuitatio est causa, vt actu peccet; tum quia paratum ad malum non est licitum inuitare, & inducere ad executionem mali, seu vt faciat malum, cum sit malum non solum velle malum, sed etiam ipsum malum externè efficere, vt etiam latius tradit Suarez de charitate *disp. 10. sect. 3. n. 2.* & *sect. 4. n. 5.* vbi etiam dicit ex eo capite peccare eum, qui innitat, seu sua petitione excitat paratum ad executionem actus mali, quia offert illi proximam occasionem peccandi concipiendo actu voluntatem exequendi peccatum; fieri enim potest, vt ille non conciperet eam voluntatem, petendo vero, vel inuitando illum ego excitem, & ita scandalum generem; nunquam enim, inquit idem Suarez *d. n. 2.* aliquis est ita paratus, vt hic, & nunc sit in actuali voluntate peccandi; sed solum in habituali, quæ præcisè sumpta non est peccatum, atque adeo si ego non inuitarem, & excitarem sic dispositum, hic, & nunc re vera non committeret hoc peccatum, & ideo præbeo scandalum, & pecco contra charitatem, nisi ego habeam iustam causam inuitandi ad actum, in quo exercendo alter est paratus peccare, & ipse, si velit; possit actum sine peccato exercere; vt egens ab vsurario petit mutuum, de quo latè Suarez *dict. sect. 3. & 4.* & Palaus *d. puncto 10.* Quæ licet fortius concludant, & probent peccatum esse inuitare ad cœnam paratum cœnare, quem inuitans scit non esse cœnaturum, si ipse non inuitaret, tamen probant etiam, quando inuitans scit solum esse paratum ad cœnandum & nescit alibi esse cœnaturum; quia etiam tunc probabiliter est causa, vt actu cœnet, & inducit ad executionem mali, quod fortè non fecisset. Ex quibus multò magis reiicitur assertio Pasqualigij, & Leandri, quando scilicet inuitans amicum vrbanitatis gratia scit esse acceptaturum, & fracturum ieiunium, quia verè inuitatio est causa fractionis.

Ad argumenta Nauarri iuxta Doctores *numero præcedenti* allegatos, Respondetur ad primum, quod etsi cœnare in genere sit actus per se indifferens, non tamen est indifferens, vt hic, & nunc à tali ieiunare obligato agitur, sed solum malus; cum ab hac cœna, ad quam inuitatur, non possit separari malitia, vt dictum est. Vnde peccat inuitans, etsi inuitet ad cœnam, quatenus est sustentatio naturæ, quia ab illa cœna tali tempore facta inseparabilis est malitia; sicut peccaret si inuitaret ad fornicationem, licet solum quatenus est coitus aptus generationi. Ad primam partem secundi argumenti, Respondetur DEVM nunquam inuitare ad aliquid quod sine peccato fieri nequit, ne vt ens quidem est, quod est certissimum de suasione, & motione morali, & solum vt author naturæ innat & concurrit auxilio generali, & per se indifferente iuxta sententiam hodie magis communem, vel si etiam præmouet physicè, id facit vt prima causa, & ex indigentia secundæ causæ, quæ ad omnem actum eget præmoueri à prima; qua tamen præmotione non obstante in potestate voluntatis semper est benè, vel malè agere. Ad secundam partem respondetur Martyres excusari ex bona fide, & zelo religionis, quo ex speciali instinctu Spiritus sancti existimabant opus esse inuitare, & prouocare Tyrannos, & carnifices ad ostendendam constantiam suam in fide, licet alioqui ex se non liceat. Ad tertium respondetur aliquando licitum esse gaudere de actu, qui est peccatum, vt de occisione CHRISTI Domini sub illa ratione quod fuit nostra redemptio; non tamen licitum fuit ad illam incitare, aut inuitare Iudæos; gaudium enim potest esse de bono præcisè, & per se considerato absque approbatione causæ, vel prauæ circũstantiæ, non autem inuitatio, & incitatio. Ad quartum respondetur in prædictis casibus petentè ab vsurario, &c. non peccare, quia petit rem per se bonam, aut indifferentem, à qua malitia separari potest; in mutuo enim hic, & nunc concesso, aut in iuramento hic, & nunc facto, & admistratione Sacramenti hic, & nunc facta non inuoluitur malum vllum, & is, à quo petitur naturam, aut iuramentum, aut Sacramentum, semper potest mutare 345.

tuare, iurare, & Sacramentum ministrare sine peccato, & idem de locatione domus facta meretrici, & de venditione rei illi, quem vendens scit ea ementem abusurum; ab his enim non est inseparabilis malitia: At à cœna, quam qois petit inuitando ad illam in die ieiunij illum, quem scit esse obligatum ieiunare, non potest malitia separari; vnde non inuitat ad rem bonam, aut indifferentem, qoa alter ille si velit, vti benè possit, sed ad rem, qua ille non potest bene vti, sed tantum malè, & ita inuitat ad rem malam, & ad peccatum. Quoad locationem autem domus meretrici; Aduertit Suarez *d. disp.* 10. *sect.* 4. *n.* 5. quod si quis sine vlio incommodo potest domum suam locare alteri, malè faceret sine necessitate, vel vtilitate locando cum præscientia mali vsus; & idem ait esse in venditione, & similibus actionibus; secus si difficile alius conductor non inueniretur; quo casu non tenetur quis se priuare suo iure, quia non intendit peccatum, nec excitat, aut præbet materiam peccati, sed illam non impedit eo tempore, quo non tenetur.

346 Contra Caietanum quoque, & peccare mortaliter eum, qui in die ieiunij alterum, quem nouit esse obligatum ieiunare, & sumpsisse prandium inuitat ad cœnam secum, vel in hospitio suo, aut domo sua. quamuis certò sciat esse paratum seclusa inuitatione sua ad frangendum ieiunium, & de facto alibi, aut cum alio cœnaturum, sentiunt, & affirmat expressè Vasquez, Fagundez, Palaus, & Turllench locis suprà *num.* 344. citatis. Probat Palaus ratione *eodem num.* 344. adducta, scilicet, quia incitat ad actum, à qoo alius separare non potest malitiam, ergo peccat, sicut peccat, qoi iam paratum fornicari, vel occidere, & quem scit de facto fornicaturum, vel occisurum, inuitat ad fotnicationem, vel occisionem, ex eo quod inuitatio est de obiecto malo, & consequenter mala; nihilque interest actui esse malum ex obiecto, vel esse malum ex præcepto, si de facto ab illo malitia separari non potest. Qoare cum ab hac cœna secum, in hoc hospitio, vel in sua domo, ad quam inuitat, facta separari non possit malitia, inuitando ad cœnam, ad malum inuitat, & consequenter peccat. Neque verum est (inquit Fagundez) in ea circumstantia, quod alius non inuitatus soluturus adhuc sit ieiunium alibi, ab inuitante offerri solum societatem, & locum cœnæ, nam reuera offertur etiam ipsa cœna, quam acceptat, & comedit, ac deglutit. Quapropter sicut iuxta Caietanum, & Azorium peccat mortaliter inuitans alterum ieiunare obligatum paratum, quia inuitaretur frangere ieiunium, & cœnare, quia absolutè inuitat ad ipsam cœnam, seu vt cœnet, ac proinde inuitat ad executionem mali; ita etiam ob eandem rationem peccat mortaliter inuitans paratum, & aliàs soluturum ieiunium. Addit Fagundez etiam offerre domum ad peccandum esse peccatum. Confirmat Vasqoez esse peccatum inuitare solutorum alias ieiunium ad cœnam secum, vel in proprio hospitio, aut in propria domo, primo quia ex Caietani sententia sequitur contra rationem supra adductam, & manifestam licitum esse inuitare ad fornicationem, aut homicidium eum, qoi paratus est aliàs fornicari, aut occidere, & re vera alibi fornicaturus est, aut occisurus, & similiter liceret hominem paratum non audire Missam inuitare ad ludum, & eo ludo ipsum detinere, ne audiat Missam, dummodo nihil horum fiat ex intentione ruinæ proximi, sed tantum, vt satisfiat voluptati. Nam sicut ille, qui inuitat ad cœnandum in hoc loco, & tempore inuitat ad actum, cui coniungitur malitia hic, & nunc; aut saltem si non inuitat ad actum simpliciter; sed vt fiat actus determinatus in hoc loco, & tempore, & ideo non peccat ex sententia Caietani; eadem ratione licitum esset inuitare hominem paratum fornicari, aut occidere vt fornicetur in hoc loco, & cum hac muliere, & occidat hunc hominem in hoc loco, & hoc tempore, si alium occisurus erat, vel cum alia fornicaturus. Si dicatur in hoc caso non tantum hominem inuitari ad locum, & tempus; sed etiam ad coitum, quia signatur alia materia, instat Vasquez idem omninò esse dicendum de eo, qui inuitat paratum ad cœnandum, qnia dum ipsum inuitat, non solum signat tempus, & locum, sed etiam aliam materiam cœnæ. Secundò confirmat Vasquez, quia ab omnibus censetur homicida, & irregularis quicunque hominem paratum occidere inuitat ad occidendum in hoc loco, & in hoc tempore etiam eandem personam, quam occisurus erat; qoia hoc ipso quod consilio suo variatur tempus, & locus, variatur etiam substantia homicidij; nam aliud homicidium est, quod hic, & nunc committitur, quàm homicidium, quod alio loco, & tempore committeretur, & in vniuersum cooperatores alicuius damni obligantur ad restitutionem, & Rei sunt peccati, quotiescunque consilio suo fuere causa, vt damnum quòd aliàs inferendum erat citiùs, aut velocius, aut alio loco committatur, quia variato quocunque modo variatur substantia operationis, & hanc esse communem Doctorum sententiam in materia restitutionis, & irregularitatis ait idem Vasquez. Tertiò confirmat Vasquez, quia si aliqua ratione excusaretur, qui inuitat aliàs paratum ad cœnandum non minus excusaretur, si aliàs cœnaturus non esset (quod negant Caietanus, & Azorius) quàm si aliàs cœnaturus esset; nam quoticscunque aliquis excusatur à cooperatione peccati alterius, ex eo tantum excusatur, quia ille aliàs paratus erat ad faciendam, & si futurus non esset (vt ob necessitatem petens ab vsurario mutuum, vel iuramentum ab Ethnico excusatus à peccato, quia vterque est paratus ille ad mutuandum sub vsura, iste ad iurandum per falsos Deos, licet ille mutuum daturus, iste iuramentum facturus non esset) vt tradunt Suarez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 18. *sect.* 1. & de charitate *d. disp.* 10. *sect.* 3. Sanchez *lib.* 1. *sum. d. cap.* 7. *n.* 15. idem Vasquez de scandalo *d. q.* 43. *art.* 7. & 8. *dub.* 3. & 4. Palaus *d. puncto* 10. *num.* 4. & 5. & alij ab eodem Palao relati, ergo eodem modo excusaretur, qui inuitat ad cœnandum, si inuitatus aliàs cœnaturus non erat, ac si cœnaturus esset. Demum confirmat ratione, quæ nititur fundamento contra sententiam Nauarri, & primo loco contra hanc eandem sententiam Caietani adducto, quia, inquit, ille, qui inuitat ad peccandum, non semper ideo peccat, quia directè intendat ruinam proximi; sed quia suadet aliquem actum tali loco, & tempore, ex qoo sequitur malitia contra aliquod præceptum; sed ex actu cœnæ, ad quem quis inuitatur tempore ieiunij, sequitur malitia contra præceptum ieiunij, ergo non licet ad talem actum inuitare. Quod autem inuitando ad cœnam non tantum inuitet ad circumstantiam societatis, & loci, ac temporis, seu ad locum, & tempus, sed ad ipsum actum cœnæ iam constat ex suprà dictis.

Et hæc sententia Vasquez, & aliorum Doctorum, quos *numero præcedenti* citaui, non solùm in praxi est securior, & ab omnibus suadenda, sed etiam speculatiuè longè probabilior mihi videtur, vigent enim vehementer argumenta pro ea adducta, ob quæ Vasquez *d. dub.* 3. *n.* 13. *initio.* ausus est dicere contrariam Caietani nihil habere probabilitatis, & probabiliorem etiam dicit Diana *p.* 3. *tract.* 7. *d. resol.* 7. versic. *quid ego* licet *p.* 1. *tract.* 9. *resol.* 38. dixerit esse probabiliorem Caietani, & Nauarri sententiam, & ex traditis ad illam probandam patet responsio ad fundamentum Hurtadi, inuitatio enim ad cœnam licet sub conditione, quod sit cœnaturus, est inuitatio ad actum indiuiduum, ex quo sequitur malitia contra præceptum ieiunij, quæ ab eo, prout ab hoc homine obligato ad ieiunandum hic, & nunc agitur, nequit separari, & etiam est inductio ad hanc externam executionem fractionis ieiunij, quæ hic, & nunc, scilicet hoc loco & hoc tempore fit, ac proinde est mala, & peccatum, & quia tendit ad actum malum ex præcepto, & quia est quædam cooperatio, seu instrumentũ ad executionem malæ voluntatis, quæ etiam est mala, & peccatum, ac ruina quædam exequentis vt suprà *num* 344. dictum est. 347

Ad exempla autem suprà *num.* 340. ex eodem Hurtado adducta

adducta, respondetur ad primum exemplum de Antonio, qui decreuit, hodie occidere Franciscum, posse me consulere, vt non occidat hodie, non autem vt occidat cras, quia consulo, & suadeo illi actum malum, & à quo non potest separari malitia, & etiam occisio, quam cras mea suasione faciet, substantialiter, & indiuidualiter est diuersa ab ea, quam faciet hodie. Ad secundum etiam exemplum eodem modo respondetur Antonio determinato occidere Franciscum in hoc loco, vel domi meæ, posse consulere, & suadere, ne occidat in hoc loco, vel in domo mea; non autem consulere, & suadere, vt occidat in loco distantiori, vel extra domum meam; quia verè inuito non ad circumstantiam tantum loci, & temporis, sed etiam ad ipsam occisionem secundum substantiam indiuidualem executioni mandandam in loco illo distantiori, & consequenter inuito, & induco ad actum, quem ex necessitate sequitur malitia, seu à quo non potest separari ad exequente. Ad tertium exemplum de Antonio certo ire ad fornicandum cum fœmina illi consensura, nisi alia fœmina illi sit consensura: Respondetur me posse illi consulere vt non fornicetur cum hac, vel cum illa; at vero nullo modo me posse illi consulere, & dicere si peccaturus ea cum altera è duabus pecca cum hac, licet id faciam vt non fornicetur cum mea affine, vel ad euitandum quodcunque aliud malum: nam primo illi suadeo actum cum hac fœmina intrinsecè malum, & à quo non potest malitia separari; inducere autem non solum ad fornicandum vt sic, sed etiam ad committendam hanc fornicationem est malum intrinsecè, quod propterea ob vllam causam admitti non debet. Secundò dum suadeo, vt fornicetur cum hac sum instrumentum, vt hæc, quæ erat solum parata consentire in fornicationem, de facto consentiat, & illam etiam exequatur; nam si ego non consuluissem, seu induxissem Antonium ad fornicandum cum hac, fortè ab ea Antonius abstinuisset, ipsaque non habuisset illum consensum, nec fornicata fuisset: nunquam enim aliquis est ita paratus peccare, vt hic, & nunc sit in actuali voluntate peccandi, sed solum in habituali (vt Suarez *dict. disputat.* 10. *sect.* 3. *num.* 2. nouauit) quæ præcisè non est peccatum; ac proinde si non inuitaretur, & excitaretur, non committeret hoc peccatum, seu non conciperet hunc actum malum consentiendi in peccatum, seu actualem voluntatem exequendi, neque de facto etiam externè exequeretur malum: quare ego peccarem, & contra præceptum castitatis, contra quod est fornicatio, quatenus induco Antonium ad hanc fornicationem cum hac, & etiam contra charitatem proximi debitam suppeditando huic fœminæ occasionem proximam habendi hunc actualem consensum prauum in fornicationem, & etiam exercendi hanc fornicationem. Denique ad vltimum exemplum, etiamsi Antonius sit certus occidere alterum è duobus, quamuis alter sit meus amicus, tanquam rem indubitatam teneo me quidem posse illi consulere, & dicere, ne occidas hunc, non vero posse illi consulere, & dicere, ne occidas hunc, sed siquidem occisurus es, occide hunc, & non alium; nam certè inducerem ad occisionem huius hominis, qui fortè non fuisset occisus, & ita peccarem contra charitatem, & iustitiam, & tenerer ad restitutionem damnorum, quæ ex tali occisione sequerentur; neque ex vlla causa possem excusari à peccato, cum nullam ob causam liceat facere id, quod est intrinsecè malum, quale est inducere alterum, ad homicidium & cooperari ad occisionem hominis. Nec puto vllum Doctorem approbaturum præfatum Hurtadi dictum: Sed imo reprobant præfatam Hurtadi doctrinam Doctores communiter, quos latè refert & sequitur Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 11. *n.* 24.

348. Ex prædictis igitur videtur satis constare non esse licitum absolutè, vel conditionatè inuitare ad cœnam post prandium in die ieiunij eum, quem scimus non excusari à ieiunio, licet ille sit paratus cœnare, vel etiam alibi esset cœnaturus, & soluturus ieiunium. Solum ergo à peccato excusari videntur, qui simplici corde, non vrgendo vrbanitatis tantum gratia inuitant ad cœnam eum, quem sciunt esse virum probum, & suæ salutis memorem, & timentem DEUM, id quod etiam in terminis tradunt Caietanus *dict. art.* 4. *fine*, Manuel *dict. cap.* 23. *num.* 6. & Azorius *p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæst.* 4. Et ratio est, inquit Azorius, quia tunc ille modus inuitandi solum est mos quidem vrbanus loquendi, nec est, aut fit serio, vt alius cœnet, sed beneuolentiæ, & vrbanitatis solitæ conseruandæ, vel conciliandæ gratia, & si hoc sensu intelligatur assertio Pasqualigij, & Leandri illam approbo.

Ex dictis inferri potest facile an Caupones nolentes hospitari eos, qui die ieiunij nolunt cœnare ad seruandum ieiunium; licet enim non peccare teneat Pasqualigius *decis.* 367. motus ea ratione, quod Caupones sic nolentes hospitari tales non intendunt ieiunij violationem; sed tantum eorum lucrum; vnde si hospites cœnant, illis imputandum. Nihilominus dicendum est omninò peccare, quia tacitè inuitant ad cœnam, & ad frangendum ieiunij præceptum hospites non paratos, & alioqui volentes seruare ieiunium, & possunt verè dici cooperatores ad violationem præcepti. & ita profectò sentiunt Doctores suprà *n.* 339. & in terminis etiam asserit Leandrus Discalceatus *d. disput.* 9. *q.* 15.

SVMMARIVM §. VII.

Votum ieiunij in dubio intentionis vouentis obligat ad modum præcepti Ecclesiastici de ieiunio, & sic ad seruandas in eo omnes circumstantias seruandas in ieiunio de præcepto Ecclesiastico, nempe ad vnicam refectionem, ad abstinendum à carnibus, ad qualitatem, & quantitatem ciborum collatiuncula serotina permissam in ieiunio Ecclesiastico, & ad horam refectionis. num. 349. *& duobus seqq. item fracto semel ieiunio per secundam comestionem, vel per comestionem carnium, vouens non peccat contra votum postea sæpius comedens. n.* 352.

Voluntas testatoris in dubio est interpretanda iuxta legis dispositionem. num. 349. *fine.*

Qui vouet ieiunia absque expressa intentione abstinendi à carnibus, an peccet contra votum toties, quoties comedit carnes, an vero peccet in secunda comestione, aut in prima comestione in qua carnes sumpserit. Peccare toties quoties affirmantes. num. 353. *&* 355. *Negantes. n.* 354. *resolutio. n.* 356. *&* 357.

Talis vouens in secunda refectione comedens carnes an committat duplex peccatum, an vero vnum tantum. n. 354.

Qui vouit certa die ieiunium non in honorem diei, si excusetur ab illius diei ieiunio an teneatur altero die ieiunare, & an teneatur abstinere à carnibus in illo die, in quo excusatur à ieiunio. ibidem fine.

Votum abstinendi in aliqua die à carnibus, vel lacticiniis, & ouis obligat ad semper eo die abstinendum, & vouens peccat contra votum, toties, quoties comedit carnes, vel oua, aut lacticinia. n. 357. *fine.*

Votum abstinendi à vino in perpetuum, vel certo die obligat semper, & pro semper, & vouens peccat toties, quoties vinum bibit, & peccat mortaliter, etiam si semel tantum bibat in notabili quantitate, & qua dicenda sit notabilis quantitas. n. 358.

Voto præfato non aduersatur bibere ceruisiam. ibidem.

Si eo voto vouens intenderet se obligare ad euitandam ebrietatem, vel emiserit ad non se inebriandum, an tunc in dicto voto abstinendi à vino comprehendatur etiam abstinentia à ceruisia. ibidem.

Votum ieiunandi tali die in pane, seu cum pane, & aqua an obliget pro semper abstinere à vino, an vero semel bibito vino in notabili quantitate, iam amplius non obliget abstinentia ab illo. num. 359.

Quid de voto ieiunandi abstinendo à piscibus. ibidem.

Semel bibito hora consueta vino in notabili quantitate, vel piscibus in notabili quantitate hora consueta prandij sumptis adhuc votum obliget ad ieiunandam, scilicet ad vnicam refectionem. ibidem.

Qui vouit ieiunare in pane, & aqua, si non possit ieiunare cum tanto rigore debet seruare formam ieiunij Ecclesiastici. ibidem.

Item qui vouit ieiunia per totum annum, si non possit nisi tertia parte anni, tenetur pro illa parte. ibidem.

Votum manducandi solum panem, & bibendi solum aquam in tali die non obligat ad ieiunium, seu vnicam refectionem; obligat tamen ad talem abstinentiam vini, & aliorum ciborum à pane pro semper, vt toties peccetur contra votum, quoties vinum biberetur, vel alius cibus à pane comederetur. n.360.

Votum ieiunandi cum pane, & aqua tantum, vel comedendi solum panem, & bibendi solum aquam an obliget ad abstinendum à ceruisia. ibidem.

Qui vouit ieiunare in omnibus sextis feriis, aut Sabbathis, aut abstinere à carnibus in quartis feriis, an teneatur id votum seruare, si in his diebus dies Natalis Domini incidat. Negatiua. n.362. Affirmatiua. n.361.

Negatiua supposita, si quis emiserit votum non comendi oua in sexta feria, vel Sabbatho, an possit comedere carnes in die Natalis Domini, in sextam feriam vel Sabbathum incidentis. n.363.

Religiosus Episcopus, cui iuxta regulam Ordinis est prohibitus esus ouorum, aut carnium, potest edere oua, & carnes in die Natalis DOMINI, *quando incidit in sextam feriam. n.364.*

Religiosus factus Episcopus eximitur etiam quoad omnem obligationem fori conscientia ab omnibus regulis, & statutis Religionis, estque immunis ab omnibus votis, quæ præter substantialia ex religionis præscripto emittuntur. ibidem.

Qui vouit ieiunare omnibus diebus mensis, vel anni an teneatur ieiunare in diebus Dominicis. Affirmatiua.n.n.365. Negatiua. num.366.

Vouens omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, vel ab ouis, & lacticiniis, tenetur abstinere etiam in Dominicis. ibidem.

Qui vouit ieiunare in ipso die alicuius sancti v.g. in die S. Laurentij, aut S. Matthia, aut Annunciationis B. MARIÆ *Virginis, & per totum annum die, in qua incidit festum Annunciationis, si festum, vel dies illa occurrat in die Dominico, an teneatur ieiunare in ipso die Dominico, vel in Sabbatho immediatè antecedenti, siue ieiunium fuerit exultationis, siue afflictionis, & quid si die Sabbatho teneatur ex alio voto ieiunare, latè explicatur. num.368. ad 369.*

Qui vouisset abstinere à carnibus, vel ouis, aut lacticiniis in prædictis diebus, illis occurrentibus in Dominica teneretur abstinere. n.370.

Votum ieiunandi in perpetuum, vel toto vita tempore certis diebus, an desinat obligare vouentem ratione superuenientis ætatis sexagenaria, vel morbi, aut debilitatis latè explicatur. n.371. & tribus seqq.

Votum ieiunandi certis diebus absolutè emissum sine illo addito in perpetuum, *vel* toto vitæ tempore *obligat in perpetuum. n.373.*

Quibus in casibus quis à ieiunio, vel ab abstinentia à carnibus aliàs de obligatione præcepti Ecclesia, excusetur etiam ab obligatione voti de ieiunando, vel abstinendo à carnibus. n.374.

§. VII.

Resoluuntur nonnulla dubia de voto Ieiunij.

QVædam dubia circa votum abstinendi à lacticiniis, aut ouis, vel carnibus explicata sunt supra, *n.*201. & duobus sequentibus, hoc paragrapho sunt resoluenda sequentia dubia, & sit

Votum ieiunij in dubio intentionis vouentis qualiter obliget.

349. Dubium primum qualiter obliget votum ieiunij. Respondetur quoties non constat de speciali intentione vouentis, obligare eo modo, quo obligaret præceptum Ecclesiasticum, si de eo ieiunio existeret. ita Sanchez *lib.*4. *summ. cap.* 11. *num.* 31. vbi statuit regulam vniuersalem, quod vbi non apparet de speciali vouentis intentione, non aliter obligat votum in quauis materia, quam si lex à DEO, vel ab Ecclesia de ea re esset; ac proinde tenetur vouens iis circumstantiis votum implere, ad quas lex illa obligaret, & ita sentiunt Sotus, Nauarrus, Aragonius, Valentia, Sà ab eodem Sanchez relati, Suarez *lib.*4. *de voto cap.*7. *n.* 9. Castrus Palaus *tom.* 3. *tract.* 15. *disput.*1. *puncto* 12. *n.*11. Layman *lib.*4. *cap.*3. *n.*3. versic. *qui vouit*, & alij Recentiores. Ratio est, quia votum est, quædam lex priuata, quam homo sua sponte sibi imponit circa materiam illam à se promissam, ac proinde nulla aptior dari potest mensura illius obligationis, quàm legis mensura. Quemadmodum etiam quia testamentum est quædam priuata testatoris lex, & interpretanda in dubio eius voluntas iuxta legis dispositionem, vt aliis citatis ostendit Mantica *de coniect. vltim. vol. lib... tit.*6. *à numero primo.*

350. Hinc infertur vouentem ieiunium teneri abstinere à carnibus, quia huiusmodi abstinentia à carnibus est de essentia ieiunij Ecclesiastici, vt constat ex dictis suprà *n.* 182. & ex traditis à me *in tract. de trip. iub. priuilegio sect.*4. *casu* 18. *num.*73. & hoc idem Corollarium ponit Palaus *d. puncto* 12. *citato n.* 11. Item teneri abstinere à secunda refectione, quia etiam hæc abstinentia est de essentia ieiunij, vt dictum est suprà *num.* 184. Et hoc idem notat *ibidem* Palaus.

351. Quo vero ad horam refectionis, quoad qualitatem, & quantitatem serotinæ refectiunculæ tenebitur etiam vouens seruare omnes illas circumstantias, quas in die ieiunij de præcepto seruare tenemur. Vt Palaus *loco citato*: De quibus circumstantiis latè egi in dicto tractatu *de triplici iubil. priuil. sect.*4. *d. casu* 18. *num.*81. cum pluribus sequentibus, vbi de circumstantia horæ; & *n.*107. *ad* 202. vbi agitur de qualitate, & quantitate serotinæ collationis; Et sicut in Vigilia Natiuitatis Domini Nostri IESV CHRISTI licitum est sumere maiorem collatiunculam, quàm in aliis ieiuniis de præcepto, vt tradidi *d. casu* 18. *num.*155. ita etiam qui nouit ieiunare in eadem Vigilia poterit sumere eandem maiorem collationem, nisi expresè se obligasset ad ordinariam, vt ait etiam dictus Palaus, & Leandrus Discalceatus *de precept. Eccl. tract.*5 *disput.*4. *quæst.*24. quia nemo censendus est, nisi id clarè exprimat, se velle obligare contra consuetudinem Ecclesiæ receptam.

352. Item infertur eum, qui certo die vouit ieiunare, si violet ieiunium repetita refectione peccare solum in secunda comestione, & deinceps deobligatum esse à ieiunio, sicut contingit in eo, qui secunda refectione violat ieiunium de præcepto Ecclesiastico, vt latè probatum est suprà *num.* 217. & 218. vnde post secundam refectionem poterit sæpius comedere absque peccato contra votum cum iam ieiunium seruare sit impossibile iuxta tradita *d. num.*217. & 218. & idem dicendum est, si violet ieiunium promissum comestione carnium; peccat enim comedendo semel carnes, & postea remanet deobligatus à ieiunio, quia impossibile sit illud seruare, cum de illius essentia sit abstinentia à carnibus, quæ destruitur eo ipso, quod carnes comeduntur, & ita in vtroque casu docent etiam Sanchez *d. cap.* 11. *num.*42. Palaus *d. puncto* 12. *num.* 11. Azorius 1. *p. lib.* 11. *cap.* 20. *quæst.*6. & Layman *d. cap.* 3. *citato num.* 3. Et prædicta procedunt sine contradictione, sequentia patiuntur aliquam difficultatem. Sit ergo

Obligatus

obligatus ieiunare ex voto tantum , an peccet contra votum , quoties comedit carnes , & an qui vouit ieiunium in Quadragesima toties peccet , quoties comedit oua, aut lacticinia.

Dubium secundum. An , qui vouit ieionare , toties contra votum peccet , quoties comedit carnes, sicut qui in die ieinoij de præcepto toties peccat contra præceptum non comedendi carnes , quoties illas comedit , vt suprà *num.*222. probatum est.

353. Prima sententia absolutè affirmat peccare toties,quoties comedit carnes scilicet prima , & sequentibus vicibus; etiamsi dum vouit ,expresè non habuerit vouens inteotionem abstinendi etiam à carnibus; atque adeo iuxta hanc sententiam violato semel ieionio per secundam refectionem , adhuc tenetur vouens ex vi voti abstinere à carnibus , & violato ieiunio per primam carnium comestionem ex vi eiusdem voti obligatur abstinere à secunda , & tertia carnium comestione. ita Azorius *p.*1. *lib.*11. *cap.*10. *d. q.*6.& *lib.*7.*c.*10.*q.*2. *fine*.Suarez *lib.*4. *de voto c.*7.*n.*9. & *n.*12. & Palaus *d. puncto* 12. *n.*15. Et Suarez *d. n.*12. ait contrariom dicere esse absurdissimum, & contra omnes. Ratio sumitor ex dictis dubio primo, quia votum ieiunij interpretari, & regulari debet iuxta modum obligationis præcepti Ecclesiastici de ieiunio. At ieiunium Ecclesiasticum obligat ad vnicam comestionem, & ad abstinentiam à carnibus in tota die,& in qualibet illius diei hora , & parte vt suprà *d. n.* 222. probatum est;ergo etiam votum ieiunij obligat ad similem abstinentiam à carnibus,& ita vouens toties peccat contra votum, quoties carnes comedit. Si dicatur obligationem abstinendi à carnibos includi in voto ieiunij solum,quatenus est accessoria, & necessaria ad ieiunium, ac proinde violato semel ieionio per secundam refectionem , vel per carnium comestiooem cessare illam obligationem , oon esse autem idem in ieiunio Ecclesiastico , io quo Ecclesia abstinentiam à carnibos præcipit non accessoriè, sed iodependenter ab integritate, & obligatione ieiunij , vt dictum est *d. num.* 222. Respondet Palaus hoc dici absque fundamento ; sed de ratione ieiunij Ecclesiastici esse , & vnicam comestionem , & abstinentiam à carnibus pro toto die , & abstinentiam à secunda refectione annecti abstinentiæ à carnibus , sed non è contra : vnde excusatus ab abstinentia à carnibus excusatur à duplici comestione , non tamen excusatus à duplici comestione excusatur à carnium abstinentia ; sed quoties comedit carnes , toties peccat ; ergo idem dicendum de voto ieiunij.

354. Altera sententia tenet contrarium,& affirmat violato semel ieiunij voto per secuodam refectionem , vel per carnium comestionem vouentem eo die postea non obligari amplius abstinere neque ab aliis cibis, neque etiam à carnibus ; votumque ieiunij cootinere obligationem vnicæ refectionis,& abstinentiæ à carnibus per modum vnius obligationis integrantis substantiam ieiunij. ita Sanchez *d.c* 11.*n*.42 Layman *d.n.*3. & Diana *p.*1. *tract.*9. *resol* 44.versic.*notandum*. Probat Sanchez ex dictis suprà *d. n.*222. quia cum obligatio abstinendi à carnibus duobus modis possit intelligi annexa ieiunio, vno modo indirectè, & accessoriè , scilicet, quatenus essentia, & substantia ieiunij subsistere non potest,altero modo directè, & principaliter, & per se, & independenter ab integritate, atque substantia,& obligatione ieiunij ; licet in præcepto ieionij Ecclesiastici contineatur obligatio abstinendi à carnibus hoc secundo modo ; ac proindè qui excusatur à ieiunio , non ideo ex hoc præcisè excusatur ab abstinentia à carnibus . & violato ieiunio per secondam refectionem adhuc remanet obligatio abstinendi à carnibus , & toties peccatur , quoties carnes comeduntur, quia obligatio ieiunij , & abstinendi à secunda refectione, & obligatio abstinendi à carnibus sunt duæ obligationes principales in eodē ieiunij Ecclesiastici præcepto comprehensæ ex Ecclesiæ institutione vt *d.n.*222.probatum est. Nihilominus in voto obligatio abstinendi à carnibus cootioetur tantum primo modo,scilicet,solum indirectè,& accessoriè, ac quatenos est pars essentialiter necessaria ad ieiunij substantiam,& essentiam ; ita quod votum ieiunij continet abstinentiā à carnibus,& vnicam refectionem per modum vnius obiecti,& obligationis,ex quo sequitor , & violato voto ieionij vel per secundam refectionē, vel per carnium comestionem,siue iusta,siue iniusta causa,cesset omninò voti obligatio,& obseruatio tanquam impossibilis ; cum ieiunij formam vouens amplius obseruare noo possit , & etiam violando votum secunda refectione,& carniū comestione simul absque legitima causa cōmittit vnum tantum peccatum contra votum,quatenus ex refectione , & carnium comestione id violatur; sicut è contra absque iusta causa frangens ieiuniū de præcepto Ecclesiastico secūda refectione,& carniū comestione;vel solum carnium comestione cōmittit duplex peccatū in confessione explicandū,quia facit contra duplex præceptum formaliter distinctum,seu contra duplicem obligationem principalē formaliter distinctam, nēpe obligationem vnicæ refectionis , & obligationem abstinendi à carnibus. Quod vero in voto ieiunij abstinentia à carnibus solū primo modo,seu vouens ieiunare voueat solum abstinentiam à carnibus primo modo , & solum quatenus essentialiter necessariam ad substantiam ieiunij, nō vero altero modo,scilicet principaliter,& independēter ab obligatione ieiunij,probat Sanchez, quia votum in dubio est strictissimè interpretandum vt minus obliget,vt tradit ipsemet *d.c.*11 *n.*3.& sæpius dixi *in primo tomo moral.var.*agens de consciētia dubia,& in hoc tomo infrà *tit.*14. Confirmat Sanchez,quod in voto ieiunij non contineatur abstioentia à carnibus,eo modo,quo præcipitur in ieiunio Ecclesiastico ; quia is , qui vouit certa die ieionium non in honorem diei,si excusatur ab illius diei ieiunio ob laborem superuentētem,aliamuè necessitatem à culpa excosantem , vel quia iam illud sua culpa violauerit secūda refectione;non tenebitur eo die à carnibus abstioere,sed tenetur alia die ieiunare;alioqui cum transacto illo die constet vouētem remanere obligatum ad ieiunandum;duplici die tum illo, quo ieiunoiū directè promisit,tū illo,qui loco illius subrogatus est, abstinere à carnibus obligatos esset , qoi vnicum ieiunium vouit; ergo dicendum est in voto non comprehendi obligationem abstinendi à carnibus, eo modo, quo Ecclesia obligat in ieiunio Ecclesiastico. Huic confirmationi respondet Palaus concedendo esse obligatum illo duplici die, neque hoc censeri debere absurdum , aut durum , & qood hæc obligatio sit per accidens ob voti in die assignato excusationem , vel transgressionem. Prædicta pro vtraque sententia.

Et prima quidem opinio videtur communis,vel saltem magis communis,cum pro ea expresè faciant Doctores asserentes ieiuniū iniuoctum in bulla Iubilei exequendū in Quadragesima ; item votum ieiunandi in aliqua die Quadragesimæ,& etiam pœnitentiā ieiunaodi in aliquo die Quadragesimæ à Confessario ioiunctum continere abstinentiam ab ouis , & lacticiniis , qui fundantur ea ratiooe,quod ieiooinm siue iniunctum per bullam Iubilei, siue per votum, siue per pœnitentiam intelligendum est, & seruandum eo modo,quo seruatur præceptum, & ita etiam si alicubi in ieiunio Ecclesiastici præcepti extra quadragesimam ratione consuetudinis legitimæ introductæ prohibeatur esos ouorum , & lacticiniorum; etiam in ieiunio indicto per bullam iubilei ibidem faciendo , in voto ieiunandi ibidem facto , & in pœnitentia ieiunandi ibidem iniuncta ad satisfaciendum ieiunio iubilei , voti , & pœnitentiæ requiri abstinentiam ab ouis , & lacticiniis , eo quod huiusmodi ieiunium iubilei , voti, & pœnitentiæ sit seruandum eo ritu, quo iuxta morem, seu consuetudinem patriæ, seu populi,aut loci necessariò ieiunandum est ad satisfaciendū præcepto Ecclesiastico ieiunij tam in quadragesima, quam extra quadragesimam : Et Doctores cum prædicta ratione 355.

adduco in *d. tractatu de triplici iubil. priuil. sect. 4. d. casu* 18. *num.* 71. & Doctores sunt Rodriquez, Lopez, Corduba, Cæsar Boitonus, Henriquez, Azorios, Bonacina, Filliuccius, Alphonsus Leo, Homobonos locis *ibidem* à me citatis, & alij, quos Sanchez *d. cap.* 11. *num.* 49. refert. Quare iuxta hos Doctores votum ieiunandi includet abstinentiam à carnibus, eo modo, quo ieiunium Ecclesiastici præcepti, cum iuxta eosdem intelligendum sit, & seruandum eo modo, quo seruatur præceptum Ecclesiastici ieiunij.

356. Pro posteriori sententia faciunt Doctores quos *d. casu* 18. *num.* 72. refero, & refert & sequitur idem Sanchez citato *cap.* 18. *num.* 53. asserentes ieiuniis quadragesimæ, iubileo, pœnitentia, aut voto iniunctis satisfieri vnica refectione, & abstinentiæ à carnibus etiamsi oua, & lacticinia edantur, modo Papa in bulla iubilei, vouens in voti emissione, vel Confessarius pœnitentiem iniungens expresse ouorum, & lacticiniorum esum non prohibeat, idque ob eam rationem, quod Ecclesiasticum ieiunium vt sit formaliter, & præcisè sumptum non obligat ad abstinentiam ab ouis, & lacticiniis, sed ad vnicam refectionem, & in oneribus facienda sit stricta interpretatio. Quare cum ieiunium simpliciter impositum tum à Papa in bulla iubilei, tum à Confessario in Sacramento pœnitentiæ, tum à vouente sufficienter saluetur cum esu ouorum, & lacticiniorum, hoc videtur intelligendum, quæ latius explicaui *d. num.* 72. vbi etiam dixi hanc sententiam esse satis probabilem.

357. Quare etiam dico posteriorem sententiam *num.* 354. positam esse satis probabilem, licet prior videatur probabilior propter regulam traditam suprà *num.* 349. scilicet votum ieiunij in dubio de intentione vouentis obligare eo modo, quo obligat præceptum Ecclesiastici ieiunij, & hæc videtur implicita intentio vouentium ieiunare, velle se omninò conformare ieiunio præcepti Ecclesiastici: Vnde stante prædicta regula, & tali implicita intentione non videtur posse hic applicari illud, quod in voto sit facienda strictissima interpretatio, vt minus obliget. Votum autem abstinendi in aliquo die à carnibus, vel lacticiniis, & ouis secundum omnes obligat ad instar præcepti Ecclesiastici de abstinendo in die ieiunij & Veneris, ac Sabbathi à carnibus, & de abstinendo in Quadragesima ab ouis, & lacticiniis; & ita vouens eo die peccaret quoties carnes, aut oua comederet; obligatio enim præcepti Ecclesiastici abstinendi ab illis cibis obligat semper, & pro tempore, vt dictum est suprà *num.* 220. & 225. & ita etiam Layman loco *supra* citato, Palaus *d. puncto* 12. *num.* 11. Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 9. *q.* 2. & alios allegans Leandrus Discalceatus de *præceptis Eccles. tract.* 5. *disp.* 2. *q.* 39. Quidquid secùs Pasqualigius *decis.* 66.

Ad quid obliget votum abstinendi à vino, vel ieiunandi cum pane, & aqua, vel comedendi tantum panem, & bibendi tantum aquam.

Dubium tertium. Qualiter obliget votum non bibendi vinum, seu abstinendi à vino, votum ieiunandi in pane, & aqua vel votum comedendi in aliquo die solum panem, & bibendi solum aquam.

358. Votum abstinendi à vino in perpetuum, vel certo die obligat semper, & pro semper, atque adeo vouens peccat quoties vinum bibit. ita Nauarrus in manuali *cap.* 12. *num.* 33. versic. *Vigesimo tertio*, Azorius *d. q.* 2. & *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 20 *q.* 8. Sanchez *lib.* 4. *summ. d. cap.* 11. *n.* 41. Layman, & Palaus *locis citatis.* & alij relati à Nauarro contra Paludanum, & D. Antoninum tenentes eum, qui certo die vouit abstinere à vino, peccare solum bibendo prima vice; secus vero si vouisset abstinere in perpetuum. Ratio est, quia hoc votum obligat ad instar præcepti Ecclesiastici. Hoc autem præcipiens abstinentiam ab esu alicuius cibi violatur toties, quoties siue eodem die, siue diuersis talis cibus comeditur; vt patet in esu carnium, & lacticiniorum, abstinentia à quibus præcipitur ab Ecclesia in quadragesima; quia est præceptum purè negatiuum, quod obligat semper, & pro semper, & etiam non bibere vinum, est quid negatiuum. Non aduersatur vero huic voto sumptio vini, tum in prima missæ ablutione post sanguinis sumptionem (cum præceptum Ecclesiæ obliget ad id sumendum *cap. ex parte de celeb. missar.*) tum in secunda missæ ablutione, qua digiti absterguntur; quia votum non debet excludere consuetudinem Ecclesiæ receptam. ita etiam Azorius *d. q.* 7. Sanchez *d. cap.* 11. *num.* 43. & Palaus *d. puncto* 12. *num.* 11. Aduertendum etiam semel bibendo vinum in notabili quantitate peccari mortaliter contra hoc votum. ita Nauarrus *loco citato.* Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 12. *num.* 21. Diana *p.* 5. *tract.* 5. *resolut.* 37. Diuus Antoninus, Angelus, Syluester, Tabiena, & Lopez citati à Sanchez, quidquid secus senserint nonnulli recentiores tacitis nominibus ab eodem Sanchez relati, qui asseruerunt semel bibere esse rem leuem; atque ideo veniale culpam. Probatur supradicta ratione, scilicet, quod votum non bibendi vinum obligat instar præcepti Ecclesiæ de abstinendo ab aliquo esu, cuius transgressio est mortalis semel vescendo; vt semel comedendo carnes, nisi materiæ leuitas excuset à mortali. Dixi *in notabili quantitate*; nam si modicum vini biberetur, à mortali excusaret materiæ paruitas, vt Sanchez, & Diana *locis citatis.* Notabilis autem quantitas ad mortale sufficiens, & requisita iuxta eosdem Sanchez, & Dianam iisdem locis censeretur, si tantum vini biberetur, quantum in vno prandio sufficere posset pro potu communiter vtentibus temperatè vino. Addit Sanchez, & post eum eadem Diana, si esset votum ieiunandi cum pane, & aqua (de quo infrà) manifestior culpa mortalis esset semel bibere, ac minor quantitas sufficeret ad mortale, quia frangeretur id ieiunium. An vero huic voto non bibendi vinum aduersetur bibere ceruisiam. Caietanus 2. 2. *q.* 150. *art.* 8. *initio*, ait appellatione vini intelligi omne potabile inebriatiuum, vt (inquit) ceruisia; quare iuxta eundem Caietanum votum hoc non bibendi vinum violaretur bibita ceruisia. At Sanchez (quem sequuntur Bartholomæus à S. Fausto *in Thes. Relig. lib.* 1. *q.* 141. & *q.* 137. Castrus Palaus *d. puncto* 12. *num.* 21. & Diana 1. *p. tract.* 9. *resol.* 4.) negat violari bibita ceruisia, vbi aliud de intentione vouentis non constat; nam hoc votum solum obligat ad vini abstinentiam, atque adeo illi non aduersatur sumere alia potabilia, quæ verè non sunt vinum (vt est ceruisia) tametsi loco illius bibi soleant, & similiter inebrient; voti enim obligatio strictè est interpretanda, vt dictum est, ac proinde quod pretiosius, & appetibilius cæteris inebriantibus, non debet ad illa extendi. Et ita sentio & ego, quando vouens solum causa mortificationis vouisset abstinere à vino. Quod si vouens tali voto intenderet se obligare ad euitandam ebrietatem, tunc, vti inquit idem Sanchez, sub vino comprehenderentur omnia inebriatiua, & vinum solius exempli gratia esset expressum; exemplum autem non arctat regulam *lib.* 1. §. *quod vulgo ff. de vi & vi armata* si vero vouens abstinentiam à solo vino intenderit se non inebriare, seu illam vouerit ad euitandam ebrietatem, nec vinum gratia exempli expresserit, etiam in hoc casu putat Sanchez comprehendi solum vinum, & non ceruisiam, aut aliud à vino inebrians, eo quod finis præcepti non cadat sub præcepto, nec sit eadem ratio de vino, ac de aliis; ac proinde in dubio intentionis censeri non debere adhibitum vinum gratia solius exempli, vt benignior fiat voti interpretatio. At in hoc casu licet non expresserit vouens videtur voluisse implicitè se obligare ad abstinendum ab omni, quod potest inducere ebrietatem, maximè si emisisset tale votum ad euitandam ebrietatem, quia solitus esset frequenter inebriari.

Quoad votum ieiunandi tali die in pane, seu in pane, & aqua Sanchez *d. lib.* 4. *citato cap.* 11. *num.* 45. & eum sequuti 359.

quarti Portel *in dub. reg. verbo* ieiunium *num.* 4. Bartholomæus à S. Fausto loco *num. præcedenti* citato. & Diana 1. *p. tract.* 9. *citata resolutione* 4. docent, quod si vouens semel biberit vinum in ea quantitate notabili, vt frangat ieiunium iuxta tradita *numero præcedenti*, peccat quidem mortaliter bibendo, at non committit amplius peccatum contra votum iterum, & pluries bibendo; sicut vouens ieiunium facta secunda refectione non peccat amplius contra votum tertio, & quarto comedendo, vt supra dictum est *dubio secundo*. Rationem esse ait Sanchez, quia abstinentia (nisi aliter constet de intentione vouentis) non censetur promissa per se, & directè, sed vt necessaria ad ieiunium cum solis pane, & aqua, ac proinde eum semel bibito eo vino sit impossibile seruare id ieiunium, iam tale ieiunium cum pane & aqua amplius non obligabit. Et idem ait Sanchez dicendum, si quis voueret se ieiunaturum abstinendo ab aliquo speculiari cibo, & piscibus, semel enim eis comestis, non teneretur, inquit, ab illis amplius abstinere; affert Sanchez eandem rationem, scilicet, quod ea abstinentia à tali cibo non directè promissa est, sed vt accessoria tali ieiunio, quod iam seruari nequit. Et hoc valde probabile puto iuxta sententiam suprà *n.* 354. positam, & ibi tradita. At de rigore attenta regula supra *dubio primo num.* 359. tradita, quod votum ieiunij in dubio obliget eo ritu, & modo, quo obligat præceptum Ecclesiastici ieiunij, dicendum videratur sicut præceptum Ecclesiasticum de abstinendo à carnibus in die ieiunij, & ab ouis in ieiunio quadragesimali obligat semper, & pro semper, & consequenter toties peccetur, quoties carnes, vel oua comeduntur, ita etiam tale votum ieiunandi abstinendo à tali cibo obligare ad talem abstinentiam semper, & pro semper, & sic peccari contra votum quoties eo die comeditur talis cibus. Notat autem, & rectè idem Sanchez *d. num.* 45. & post eum Portel *loco citato*, eum, qui vouit tali die ieiunare cum pane, & aqua semel bibito vino non manere omninò liberum à ieiunio, sed teneri ad ieiunium Ecclesiasticum iuxta regulas illius seruandi, & idem ait esse, si quicquam aliud hora prandij consueta comederet; quia, inquit Sanchez, qualitas illa abstinentiæ tanquam accessoria ieiunio promittitur; & ideò in dubio non censetur per modum voius promissa; & ita etiam, subdit idem Sanchez, qui promittit ieiunare abstinendo à piscibus, vescens illis hora prandij consueta peccat non seruato voto quoad illum modum; at cum possit adhuc seruare substantiam principalem voti, tenetur ad illam iuxta illa, quæ tradidi *to.* 1. *horum moral. tit.* 1. *num.* 1628. & 1650. secus autem esset si constaret vouentis intentionem fuisse promittere per modum vnius ieiunium cum circunstantia abstinentiæ, vt idem Sanchez, & constat ex traditis *d tit.* 1. *num.* 1651. Aduerto etiam eum, qui promisit ieiunare in pane, & aqua, si non potest ieiunare cum tanto vigore teneri seruare formam Ecclesiastici ieiunij, vt tradidi cum aliis *d. tit.* 1. *num* 1647. & *num.* 1646. dixi cum aliis, qui vouit ieiunare per totum annum, si non possit nisi tertia parte anni, teneri pro illa parte.

360. Demum quoad votum manducandi solum panem, & bibendi solum aquam in tali die. Sanchez, Portel, Bartholomæus à S. Fausto & Diana locis *num. præcedenti* citatis dicunt obligare semper, & vouentem peccaturum contra tale votum quoties eo die alium cibum comederet, vel vinum biberet, quia hoc votum est purè negatiuum, quia est directè de ea abstinentia, & non vt accessoria ieiunio. Quapropter non peccaret etiam contra votum non ieiunando; dummodo in omnibus comestionibus pane, & aqua vteretur. Diana *d. resolutione* 4. cum Bartholomæo à S. Fausto pariter *loco citato* dicit, quod vouens ieiunare cum pane, & aqua tantum, vel comesturum solum panem, & bibiturum solum aquam tali die non faceret contra votum in neutro casu, neque in primo frangeret ieiunium si biberet ceruisiam; idque ob rationem *num.* 358. adductam, nempè quod ceruisia non est verum vinum: verùm hæc duo vota differunt ab illo voto abstinendi à vino; cum hæc duo vota sint expresè de bibendo solùm aquam, ceruisia autem solum moraliter loquendo, seu iuxta communem, & vsitatam acceptionem, & loquutionem non venit nomine aquæ.

Qui vouit ieiunare omnibus feriis sextis, vel Sabbathis: An teneatur id votum seruare, si in his diebus Natalis Domini venerit.

Dubium quartum. An qui emittit votum ieiunandi, vel non comedendi oua omnibus sextis feriis, & Sabbathis, vel non comedendi carnes omnibus diebus Mercurij teneatur ieiunare, vel abstinere ab ouis, aut à carnibus in die Natiuitatis Domini, quando in tales dies incidit. Respondetur, si quando emisit votum, non cogitauit de die Natalis Domini; nec expresse intendit se obligare eo die, vel dubitat, an se voluerit obligare, si de tali die cogitasset, non teneri ieiunare, vel abstinere ab ouis, vel à carnibus in tali die; quia quando non constat de intentione expressa vouentis, ieiunium, & votum illius accipiendum est iuxta morem, & consuetudinem Ecclesiæ, vt sæpius in præcedentibus notatum est; mos autem, & consuetudo Ecclesiæ est, vt non ieiunetur, & vt carnes, oua, & lacticinia comedantur in die Natalis Domini, in quacunque die hebdomadæ etiam in feria sexta, & Sabbatho veniat. ita Ioannes Andreas *in cap. vltim. de obseru. ieiun.* Molina *de iust. to.* 2. *disp.* 272. *num.* 3. Azorius 1. *p. lib.* 11. *cap.* 20. *q.* 3. Fagundez *precept.* 4. *Eccl. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. & Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resolut.* 22. 361.

Licet contrarium teneant Syluester, *verbo* ieiunium *q.* 10. *num.* 27. Suarez *to.* 2. *de relig. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 7. Vasquez 1. 2. *disp.* 20. *cap.* 4. *num.* 20. Sanchez *lib.* 4. *summ. d. cap.* 11. *num.* 61. Palaus *d. puncto* 12. *num.* 12. Sayrus *lib.* 6. *clauis cap.* 8. *num.* 11. Bera *respons. cas. conscient. p.* 2. *casu* 6. Rodriquez *qq. reg. to.* 3. *q.* 45. *num.* 3. Portel *d. verbo* ieiunium *num.* 9. Barbosa *collect. ad Decret. to.* 1. *lib.* 3. *tit* 47. *cap.* 3. *num.* 2. Bartholomæus à S. Fausto *in Thes. Relig. lib.* 1 *q.* 154. & alij relati à Sanchez, Barbosa, & Diana. Quorum fundamentum est, quia in *d. cap. vltimo de obseruat. ieiuniorum* vbi conceditur esus carnium in die Natiuitatis Domini in sexta feria contingentis, excipiuntur absolutè, & generaliter, seu indistinctè hi, qui voto, aut regulari obseruantia sunt astricti. Sed priorem sententiam sustinendo dicendum ibi excipi eos, qui eo die se ieiunaturos voto obstrinxerunt, seu obligarunt de eo cogitantes, & illum includentes expresè in voto. 362.

Aduertendum autem admissa etiam posteriori sententia, si quis emiserit votum solum non comedendi oua in sexta feria, vel in Sabbatho posset comedere carnes in die Natalis Domini, si in sextam feriam, aut Sabbathum inciderit; quia votum abstinendi ab ouis non includit abstinentiam à carnibus, nisi vouens intenderet expresè velle se obligare ad abstinentiam à carnibus, vt latè suprà *num.* 201. probatum est; & in his terminis tradunt etiam Fagundez *d. cap.* 6. *num.* 7. & Diana *d. resolut.* 22. *fine*. 363.

Aduertendum etiam Religiosum creatum Episcopum; cui iuxta regulam sui ordinis prohibetur esus carnium, posse edere carnes in die Natalis Domini, quando incidit in sextam feriam. ita Caietanus, Sotus, Couarruuias, Rodriquez, quos referunt, & sequuntur Sanchez *lib.* 6. *summ. cap.* 6. *num.* 20. & Fagundez *d. cap.* 6. *n.* 6. & ratio est, quia Religiosus factus Episcopus eximitur non solum quoad coactionem, sed etiam quoad omnem obligationem fori conscientiæ, & coram Deo ab omnibus regulis, & statutis Religionis, vt latè probat *d. cap.* 6. *num.* 19. idem Sanchez; Qui *dicto num.* 20. *fine*, refert aliquos tenuisse Religiosum ex fratribus Minimis 364.

factum Episcopum peccare mortaliter vescendo carnibus in die Natalis Domini in feriam sextam incidentis, quia textus *in d. cap. vltimo* excipit etiam eos, qui ex voto tenentur à carnibus abstinere. Minimi autem huius abstinentiæ solemne votum emittunt: At ipse resoluit eum etiam posse in tali die carnes edere; & idem sentit etiam Fagundez *loco citato*: & ratio est, quia Religiosus Episcopus immunis manet à votis, quæ præter substantialia ex Religionis præscripto emittuntur, vt probat idem Sanchez *d. cap. 6. num. 15.*

Qui vouit ieiunare omnibus diebus anni an teneatur ieiunare in diebus Dominicis; & quid de vouente ieiunare in vigilia alicuius Sācti, si festum veniat feria secunda, & quid de eo, qui vouit ieiunare in die alicuius Sancti, vel in die, in qua aliquod Sanctum v.g. Annunciationis incidit, si illa dies veniat in Dominica.

365. Dubium quintum. An qui vouit ieiunare quotidie per mensem, vel annum integrum, teneatur ieiunare in die Dominico. Affirmat Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 2. num. 9. fine*, ad id etiam allegans Bellarminum *lib. 2. de bonis operibus in particulari cap. 13.* quia hodie licitum est per se loquendo diebus Dominicis ieiunare, & tantum per accidens illicitum, videlicet ex superstitione, errore, aut Catholicæ Ecclesiæ contemptu; sicut olim Hæretici Manichæi ieiunabant in contemptum Resurrectionis CHRISTI Domini Nostri; vel ratione scandali, si aliis diebus hebdomadæ comedens sine vlla rationabili causa Dominicam diem ad ieiunandum eligat, vt tradunt Bellarminus *loco citato*. latè Sanchez *lib. 1. summ. cap. 37. num. 12. & quatuor sequentibus*, & alij Doctores allegati suprà *num. 287. post medium*.

366. At dicendum si vouens expressè dies Dominicos non comprehendit, non teneri. ita Sanchez *d. cap. 37. n. 10.* Azorius *1. p. lib. 11. d. cap. 10. q. 4.* Fagundez *d. cap. 6. num. 6.* Bonacina de præceptis *disp. 4. q. 2. puncto 6. n. 25.* Palaus *d. puncto 12. num. 11.* & prius Tabiena *verbo* votum *3. q. 7.* & Armilla *v. eodem num. 20.* Ratio sumitur ex dictis *in præcedentibus*, scilicet, quod votum illud regulandum est iuxta modum, & consuetudinem Ecclesiæ, quæ non solet ieiunare in diebus Dominicis; nec enim censendus est vouens se velle obligare contra consuetudinem Ecclesiæ receptam. Si vero aliquis vouisset omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, tunc cum eodem Layman, & Bellarmino *locis citatis* asserendum eum fore obligatum ab illis abstinere etiam diebus Dominicis; cum enim Ecclesia præcipiat abstinentiam à carnibus in Dominicis Quadragesimæ, abstinere à carnibus etiam in aliis Dominicis non potest dici esse contra ritum, aut consuetudinem Ecclesiæ (cum in illis carnes permittantur) sicut ieiunium, quod nunquam in Dominicis seruatur iuxta Ecclesiæ morem. Et idem dicendum si vouisset abstinere ab ouis, & lacticiniis, aut aliquo alio cibo v.g. piscibus ob eandem rationem.

367. Ex dictis infertur vouentem ieiunare in vigilia, seu vespere alicuius Sancti, & dies festus Sancti incidat feria secunda, non obligari ieiunare die Dominico, sed in Sabbatho præcedenti immediatè Dominicam, nisi expressam habuerit intentionem ieiunandi in ipsa Dominica, quia sic obligatet præceptum Ecclesiasticum; & id ieiunium intelligendum est ad instar præcepti Ecclesiastici de ieiunando in vigilia alicuius Sancti iuxta tradita *in præcedentibus*. & ita in terminis Sanchez *d. cap. 37. num. 19.* Palaus *d. puncto 12. num. 11.* Bonacina *d. puncto 6. num. 26.*

368. Hinc etiam Fagondez *d. cap. 6. num. 6.* idem dicit de vouente ieiunare in ipso die alicuius Sancti v.g. in die S Laurentij, aut S. Matthiæ, aut Annunciationis B. Virginis, & festum venit in Dominico; ait enim non teneri ieiunare in ipso die Dominico, sed in Sabbatho propter eandem rationem, quia hoc votum in dubio intelligitur iuxta præceptum, & consuetudinem Ecclesiæ receptam, quæ est vt non ieiunetur in Dominica; censetur enim vouens habuisse intentionem se accommodandi vniuersali Ecclesiæ, & vouisse ad instar præcepti Ecclesiastici. At quoad hoc votum ieiunandi in aliquo die festo D. Antoninus *2. p. tit. 11. §. 10.* Sylnester *verbo* votum *2. q. 16.* Tabiena *eodem 3. q. 7.* & Armilla *eodem num. 17.* post Ioannem de Napoli *in quodlib. 8. q. 35.* distinguunt quatuor casus. Primus est, si vouens vouit ieiunium afflictionis, seu intentio vouentis fuit per ieiunium affligere corpus ad satisfaciendum Deo pro peccatis, & hoc casu aiunt teneri vouententem iuxta communem Ecclesiæ consuetudinem die sabbathi præuenire; nam ieiunium afflictionis, ad quod obligat Ecclesia vniuersalis contingens in Dominica transfertur in Sabbatho, ac proinde in dubio intelligendum est votum iuxta Ecclesiæ consuetudinem. Secundus casus, si vouit ieiunium exultationis intendendo se per ieiunium disponere ad deuotionem maiorem, & ad contemplationem; & hoc casu dicunt vouentem teneri ieiunare eodem die festo, & ipsa Dominica; quia votum est de re licita, & etiam ex parte ieiunium est opus bonum conducens ad gloriam Dei. Tertius casus, si vouens vouit ieiunium simpliciter neuttam intentionem afflictionis, aut exultationis habens, hoc casu etiam asserunt vouentem teneri ieiunare die Dominica, & ipsius Sancti, quia cum vouetit ieiunare in festo, & non in Vigilia magis probabile est, & præsumendum, quod tacita intentio ipsius fuerit ieiunare, ieiunio exultationis. Quartus casus est si vouens intendit de vtroque ieiunio, quia de vtroque cogitauit; & hoc casu aiunt, vt in primo, scilicet vouentem teneri ieiunare Sabbatho præcedenti, vt sic se conformet aliis fidelibus in ieiunando; cæteris enim partibus debet vnusquisque se vniuersali Ecclesiæ conformare. Et id quod prædicti Doctores notat etiam Reginaldus *lib. 18. num. 190.* solum discrepat in tertio casu, in quo ipse dicit faciendum, vt in primo, & vouentem debere se conformare consuetudini Ecclesiæ; sed forte fuit error impressoris; nam cum profitetur se ibi tradere Doctrinam D. Antonini, non potuit velle, & asserere in tertio casu ieiunium exequendum Sabbatho præcedenti. Verum Sanchez *d. cap. 37. num. 18.* agens de voto, quod multi fideles faciunt ieiunandi per annum die, in qua incidit festum Annunciationis, si id festum incidat in Dominica an ipso die Dominicæ, vel antecedenti Sabbatho teneatur vouens ieiunare, asserit in omnibus casibus prædictis non teneri præuenire ieiunium in die Sabbathi, sed satisfacere voto ieiunando ipsa die Dominica; quia regula illa de conformando se præcepto, & consuetudini Ecclesiæ in præsenti non habet locum; quia Ecclesia transfert quidem ieiunium festi venientis in die Dominica in diem Sabbathi antecedentem; at ad nullum ieiunium obligat in die aliquo festo ratione ipsius festi, sed vigilia festi obligat, quapropter non est aliquod præceptum Ecclesiasticum de simili ieiunio, quod illius voti sit regula; præterquam quod specialis deuotio vouentis fuit ieiunare toto anno die illa, qua id festum incidit, & non fuit ieiunare illius vigilia; & ita ieiunium ipsius diei vouit, & vtrumque ieiunium afflictionis, & exultationis est licitum sequi in die Dominica, ergo satisfaciet suæ obligationi ieiunando in die Dominico qualecunque ieiunium sit siue afflictionis, siue exultationis. Addit tamen idem Sanchez vouentem posse in omnibus prædictis casibus propria authoritate transferre ieiunium in Sabbathum præcedens, cum ex omnium sententia quilibet possit votum suum in manifeste melius commutare propria authoritate, manifeste autem melius est se conformare vniuersæ Ecclesiæ consuetudini transferentis ieiunium in Dominica incidens in Sabbathum antecedens. Hoc autem limitat

limitat idem Sanchez, vt non possit transferre in Sabbatha illa, quibus idem vouens teneretur alio præcepto ieiunare, qualia sunt Sabbatha Quadragesimæ, quatuor temporum, vel in quibus alia Vigilia incidit; quia non est (inquit) æquè acceptum Deo ieiunium illud aliundè obligans; & votum intelligitur de actu aliàs non obliganti, nisi aliud exprimatur. ita Sanchez quem ex parte sequi videtur Bonacina *d. puncto 6. num.* 26. & ex parte non: dicit enim quod in dubio voluntatis vouentis, & post vouens Sabbatho diem Dominicam, in qua incidit dies Annunciationis, proximè antecedente ieiunare; aut etiam potest transferre ieiunium in feriam secundam sequentem, si die Sabbathi teneatur alio titulo ieiunare; quia habet, inquit, iustam causam commutandi votum in aliam diem, vt se vniuersali Ecclesiæ consuetudini accommodet; & talis commutatio fit in æquale.

369. Ego puto, quod si iuxta secundum casum vouit ieiunium exultationis, seu intentio vouentis ieiunare in die ipso alicuius festi, vel in die, in quo festum v.g. Annunciationis incidit, fuit per ieiunium disponere se ad maiorem deuotionem, & contemplationem, & festum incidat in die Dominica, teneatur vouens ipsa die Dominica ieiunare, vt tradit D. Antoninus, & alij Summistæ, quia in hac parte est opus bonum conducens ad Dei gloriam; nec ratio conformandi se vniuersali Ecclesiæ consuetudini videtur efficere, vt translatio ieiunij in diem Sabbathum antecedentem, vel in feriam secundam sequentem possit dici commutatio in manifestè melius, vel æquale; nam specialis illa deuotio illo die intenta prænalere videtur. Si vero vouens vouit ieiunium in die alicuius Sancti, vel in festum incidat iuxta alios tres casus supra enumeratos puto cum Fagundez, & Reginaldo (si absit ab eo error Impressoris) vouentem teneri ieiunare in Sabbatho antecedenti Dominicam, nisi aliundè appareat voluisse tacitè se obligare ad ieiunandum omninò in illo die festo Sancti, vel in quo festum Sancti incidit, tametsi contingat eundem diem esse Dominicam. Ratio est *num. 361. & 366.* adducta, & *in præcedentibus* sæpè repetita, quia in dubio, & vbi aliter non constat de voluntate vouentis ieiunare, votum est accipiendum, & intelligendum iuxta morem Ecclesiæ, nec est censendus vouens se voluisse obligare contra consuetudinem Ecclesiæ receptam; vnde non obstat consideratio Sanchez, quia licet nullum sit Ecclesiæ præceptum de ieiunando in die festo Sancti ratione ipsius Sancti, tamen adest consuetudo Ecclesiæ vniuersalis, vt non ieiunetur in Dominica, & si in ea incidat ieiunium vigiliæ, fiat ieiunium Sabbatho antecedenti. Hinc si in eodem Sabbatho antecedenti Dominicam vouens teneretur ieiunare alio titulo, vel præcepti Ecclesiastici, vel alterius voti, quod idem vouens emisisset ieiunandi in die Sabbathi, eodem ieiunio satisfaceret vouens vtrique obligationi, sicut quando in Sabbatho quatuor temporum, vel quadragesimæ incidit vigilia S. Matthæi, aut S. Thomæ, vel S. Matthiæ, eodem ieiunio satisfit vtrique obligationi tunc occurrenti. Dixi *nisi aliunde appareat*, &c nam vouens toto anno ieiunare in die, in qua incidit festum aliquod v. g. Annunciationis si dum vouit, nouit eo anno tale festum contingere, vel contigisse in die Dominica, tunc censeretur voluisse se obligare ad ieiunandum ipso die Dominico ex speciali deuotione, atque ita eodem die seruare debe ret ieiunium, nec videtur posse transferre in Sabbathum antecedens, vel feriam secundam sequentem.

370. Porrò qui vouisset in festo alicuius Sancti, vel in die, in qua Sanctum aliquod incidit, abstinere à carnibus, vel ouis, aut lacticiniis, etiamsi veniret in Dominica, teneretur vouens à carnibus, aut ouis abstinere iuxta tradita suprà *numero* 363.

Votum ieiunandi toto vitæ tempore certis diebus, an desinat obligare vouentem ratione superuenientis ætatis sexagenariæ, vel morbi, vel debilitatis, vel occupationis.

Dubium sextum. An qui vouit ieiunare aliquibus diebus, vt sextis feriis, vel Aduentu, vel vigiliis alicuius Sancti in perpetuum, seu toto vitæ suæ tempore teneatur ieiunare etiam postquam peruenerit ad ætatem anni sexagesimi, an vero tunc excusetur à tali voto, sicut excusantur à ieiunio præcepti Ecclesiastici iuxta tradita suprà *num. 38. & 41.*

Ab huiusmodi voto, sicut à præcepto Ecclesiastici ieiunij excusari vouentem ratione ætatis sexagenariæ affirmat Sanchez *lib. 4. summ. d. cap. 11. num. 54.* Rationem adducit ex regula suprà *num.* 349. tradita, & sæpè repetita, scilicet quod votum ieiunij obliget ad instar præcepti Ecclesiastici, seu non aliter quàm præceptum Ecclesiasticum ieiunij, quod non obligat sexagenarios iuxta Doctorum sententiam *d. num.* 38. traditam, & in hoc Sanchez sequuntur alios allegantes Pasqualigius *decis.* 260. & Leandrus Discalceatus *de præceptis Eccles. tract. 5. disp. 8. q. 21.* 371.

At Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 3. num. 2.* versic. *sed & improbabilem* (quem sequitur Diana *p. 1. tract. 9. resol. 20. fine*) vocat hanc Sanchez sententiam improbabilem, etiam admissa illa sententia, quod sexagenarij excusentur à præcepto Ecclesiastico ieiunij; & ad præfatam rationem respondet votum ieiunij obligare quidem instar præcepti Ecclesiastici, quod attinet ad formam, & modum ieiunandi; non tamen quod attinet ad personas. Personæ enim, quæ præcepto Ecclesiastico non obligantur, propria voluntate se obligare possunt ad ieiunandum, vt suprà *num. 29. & 30.* dictum est de iuuenibus ante vigesimi primi anni ætatem, eos scilicet non excusari à ieiunio voti; vel regulæ ordinis, in quo sunt professi, licet excusentur ratione ætatis à ieiunio de præcepto Ecclesiastico; ergo similiter etsi admittatur sexagenarios etiam robustos excusari à præcepto Ecclesiastico ieiunij, id non obstat, quo minus ad ieiunium ea ætate voluntario voto se aliquis obliget; idque ipso facto facere præsumitur, quando vouet se *perpetuò*, vel *toto vitæ suæ tempore* ieiunaturum. Declarat tamen Layman id intelligendum quandiu sine notabili corporis detrimento ieiunare potest. ita Layman. 372.

Verum propter hæc non recedo à sententia Sanchez, vbi non constat vouentis intentionem fuisse velle se obligare ad ieiunium etiam in ea ætate sexagenaria; quæ intentio, vt ibidem notat idem Sanchez non colligitur ex eo, quod quis promittat se ieiunaturum *in perpetuum*, vel *toto vitæ suæ tempore*; nam non ideo posset dici vouentem non excusari ratione morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis, & ita etiam non potest dici non excusari ratione dictæ ætatis sexagenariæ. Si enim votum illud ieiunandi certo die hebdomadæ, vel vigiliæ absque addito illo *in perpetuum*, vel *toto vitæ tempore*, sed absolutè esset emissum adhuc obligaret in perpetuum, nec tamen obligaret in prædictis casibus morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis, eo quòd intelligatur, seu intelligi debeat instar præcepti Ecclesiastici, quod similiter est perpetuum, & consequenter superueniente ætate vouentis sexagenaria ob eandem rationem non obligaret, cum non appareat ratio diuersitatis, vt in aliis casibus morbi, &c. desinat obligare, quia intelligatur ad instar præcepti Ecclesiastici, & non in hoc casu superuenientis ætatis sexagenariæ, in omnibus enim casibus non modus, & forma ieiunij, sed personæ considerantur, ergo illa expressio *in perpetuum*, vel *toto vitæ tempore* nihil operatur, nec efficit, vt vouens censeri debeat voluisse se obligare alio modo, & plus quam obligat præceptum Ecclesiasticum, nisi aliunde constet de in- 373.

tentione

sentione vouentis. Quod autem dicit Layman, nempè regulam illam, qood votum ieiunij obliget ad instar præcepti Ecclesiastici de ieiunio, procedat solum quoad formam, & modum ieiunij non quoad personas, gratis dicitur, nam Doctores supà *num.* 349. allegati, & plutes alii ex citatis *in sequentibus* asserunt absolutè in dubio intentionis vouentis ieionium, qualirer voluetit se obligate, votum obligare eo modo, quo obligat præceptum ieiunij Ecclesiastiei ob rationem ibi assignaram; quod procedat illa regula etiam quoad petsonas, ptobatur ex Armilla *verbo* votum *num.* 10. Nauarro *in man. cap.* 12. *num.* 39. absolutè dicentibus à voto ieiunij exeusare morbum superuenientem, non alia certè de eausa, quia etiam exeusat à ieiunio præeepti Ecclesiastiei. Neque obstat illud de iuuene ante vigesimum primum anoum vouente ieiunium, vel professo in religione, cuius regula omnes professos obligat ad ieiunium eerto die hebdomadæ, vel aduentu. Nam cum iste voueat, aut profiteatur eo tempore, quo actu non obligatur, & seit se non obligari præcepto Eeclesiastieo ieiunij censetur renuntiare iuri suo, & velle se obligare ad ieiunium absolutè, tametsi tune præceptum Ecclesiastici ieiunij illum non obliget. Pro confirmatione eiusdem sententiæ Sanchez addo etiam aliam regulam, quod in dubio benignior interpretatio accipienda est voto.

Ex quibus idem Sanchez *d.n.*54. infert scrupulosè lo- 374.
cutos esse tum Caietanum *in sum.verbo* votum *c.*4. aientem à voto ieiunij excusare morbum superuenieutem, qui illieitum reddetet ieiunium, tum Angelum *verba* votum 3. *num.* 41. & Syluestrum *v.eodem* 1.*q.*14. dicentes à voto oon vescendi earnibus excusate perieulum mortis, vel grauis morbi imminena, si non edantur. Quare ipse rectè coneludit, quemcumque morbum superuenientem vel quameunque oeeasionem iudicio prudeotis exeusantem à præcepto ieiunij, excusare similiter à voto, nec aliam eausam requirere voti vineulum, cum semper iuxta simile Ecclesiæ præeeptum, interptetandum sit. Et prædicta de ieiunio Ecclesiastici præeepti, & voti; quæ eirea materiam eiusdem ieiunij possunt desidetari videantur in præfato meo tractatu de Tripliei iubilei priuilegio *sect.* 4. *casu* 18. vbi inueniet latissimè explieata.

TITVLVS VIGESIMVS-SECVNDVS, HVIVS TOMI DECIMVS.

TITVLVS DECIMVS,

De Ieiunio ad Sacram Communionem requisito.

SVMMARIVM TITVLI DECIMI.

*Referuntur Doctores agentes de ieiunio ad S.Communionem requisito n.*1.

*Referuntur nonnulli errores aliquorum circa ieiunium ad S.Communionem requisitum.n.*2.

Non extat preceptum diuinum à CHRISTO *Domino iniunctum de sumenda Eucharistia ante omnem cibum, & potum sumptum.n.*3.

Nec etiam datur preceptum naturale de Eucharistia sumenda ante omnem cibum, & potum.ibidem.

*Ieiunium aliud Ecclesiasticum, aliud naturale, & in quo differunt.n.*4.

*Datur Ecclesiasticum preceptum, vt Sacramentum Eucharistia non nisi à ieiunis ieiunio naturali, seu excludente sumptionem cuiusuis cibi, & potus suscipiatur.n.*5.*& pluribus seqq. idque est de fide.n.*8. *&* 12.*causa huius precepti.num* 9.

*In aliquibus Ecclesiis antiquitus mos fuit communicandi feria quinta cæna Domini post sumptum cibum, qui mos postea fuit abrogatus.n.*6.

Cur CHRISTVS *Dominus post cænam, comestionem agni paschalis instituerit Eucharistiam.n.*10.

Precepti illius CHRISTI *Domini Hoc facite in meam commemorationem, quis sit intellectus.ibidem.*

Illud Apostoli 1 ad Cor. 11. *Cum conuenitis ad manducandum, &c. quomodo intelligi debeat.n.*11.

*Preceptum Ecclesiasticum de sumendo Eucharistiam ieiunè ieiunio naturali obligat sub mortali.n.*13.

Nec excusat à mortali paruitas materia, seu sumpti minimi cibi, vel minima aque; licet in multis aliis preceptis materia paruitas à mortali excuset.ibidem.

Si sumpta iam cibo, vel potu quis statim illum euomat, adhuc non est ieiunus, nec potest sumere Eucharistiam absque mortali.ibidem.

Antonij Noctieot *responsio impugnatur.ibidem.*

*Vt ieiunium naturale ad S.Communionem requisitum frangatur, requiritur, vt aliquid sumatur per modum cibi, vel per modum potus.n.*14.

Quid sit, seu in quo consistat sumere per modum potus. ibidem.

*Frangit ieiunium hoc naturale, qui sumit aliquid per modum medicina.n.*15.

Enumerantur, & explicantur plures casus, in quibus per traiectionem alicuius rei nutritiua in stomachum non violatur preceptum ieiunij naturalis, nec impeditur Communio.ibidem.

Vbi de deglutiente casu parum vini, vel aque, vel iusculi per modum saliua, dum os abluitur, vel iusculum, aut cibus conditus pregustatur, de deglutiente ipsam salinam, vel sanguinem, aut alium humorem ex gingiuis, de traiiciente reliquias ex cæna antecedenti; & quid si ex proposito deglutiantur post mediam noctem; de deglutiente muscam, aut aquam, vel vinum per modum respirationis attractum per os, vel per nares; & de deglutiente papyrum, lapidem, aut aliam rem non nutritinam.ibidem.

*An sumptio Tabachi in folio, aut puluere, aut fumo frangat ieiunium naturale, & impediat communionem.n.*16. *& quid si attrahatur per os, vel per nares quiuis alius fumus, seu odor, & suffitus carnium.n.*17.

*An si aliquid cibi, vel potus intret arteriam, seu canalem respirationis, & eiiciatur, vel etiam quid modicum, dum eiicitur, descendat ad stomachum, soluat ieiunium ad communem requisitum.n.*18.

*Vtrum si quis cadens in flumen, & demersus casu, & violenter deglutiat, & traiiciat ad stomachum aquam siue in parua, siue in magna quantitate, & siue statim totaliter eiiciat, siue retineat, censeri debeat ieiunus, vt possit recipere Eucharistiam, & quid si media fistula per vim in alicuius stomachum immitatur aqua, vel alius liquor. num.*19.

An si quis dormienti, vel non aduertenti immitat in os, & guttur

etiam extra articulum mortis, & non morituris, negant aliqui, affirmant alij. ibidem.

Parocho non habenti aliam hostiam consecratam licet summo mane, & post meridiem celebrare, vt communicet infirmum. ibidem.

Licet cebrare bis eodem die ad communicandum morientem infirmum, dummodo sacerdos sit ieiunus. ibidem.

Vtrum sit aliquod praeceptum Diuinum obligans ad sumendam aliquando Eucharistiam. Negatiua. n.59. Affirmatiua. n.60.

Particula &, in Sacris literis sapè facit sensum disiunctiuum. ibidem.

Locus ille Ioannis 6. Nisi manducaueritis &c. explicatur. num.60.

Illud Lucae 22. & Pauli 1. ad Cor. 11. Hoc facite &c. explicatur. n.61.

Praeceptum Diuinum sumendi Eucharistiam non comprehendit infantes, & paruulos vsu rationis carentes, sed solos adultos. n.62.

Non est tamen per se malum dare hoc Sacramentum paruulis, vel amentibus, olim fuit in vsu, hodie in Ecclesia Latina prohibitum. ibidem.

A praefato praecepto Diuino communicandi excipiuntur perpetuo amentes. n.63.

An excipiantur amentes adulti, qui aliquando habuerunt vsum rationis, & an, & quando huiusmodi amentibus in articulo mortis possit, & debeat dari Eucharistia. ibidem.

Praeceptum Diuinum recipiendi Eucharistiam non obligat pueros statim ac habent vsum rationis, sicut eos obligat Praeceptum Confessionis; sed in alio tempore, in quo habent maiorem vsum rationis. n.64.

Maior iste vsus rationis regulariter solet contingere decimo aetatis anno ad 14. & quando adsit intra dictum tempus arbitrabuntur parentes, vel Confessarius, aut alius vir prudens. ibidem.

Puero decenni in articulo mortis consultius est dare Eucharistiam. n.65.

Cuicunque habenti vsum rationis an possit, & debeat in articulo mortis dari Eucharistia. ibidem.

Quid in dubio an puer in articulo mortis existens habeat vsum rationis. ibidem.

In tali dubio potest puero sub conditione dari extrema vnctio, & absolutio. ibidem.

In articulo mortis puer non septemnis in dubio vsus rationis tenetur ad Confessionem. ibidem, fine

Energumenis, seu possessis à Daemone in articulo mortis, & extra an, & quando seu quoties possit dari Eucharistia. num.66.

Praeceptum Diuinum de sumenda Eucharistia obligat etiam Neophitos praesertim in articulo mortis, & qua ratione illis possit & debeat administrari idem Sacramentum. ibidem.

An idem praeceptum obliget non baptizatos vt Catechumenos, & infideles, & qua ratione. n.62. & 68.

Ad satisfaciendum praecepto huiusmodi sufficit semel in anno recipere Eucharistiam. n.69.

Praefatum praeceptum Diuinum recipiendi Eucharistiam obligaro tantum semel siue id in vita, siue in articulo mortis, sicut obligat Baptismus tenet vna sententia. n.70.

Contraria sententia, & communis affirmat obligari plus quam semel si vita non sit breuis. n.71.

Data hac sententia, quanam sint tempora pro quibus extra mortis articulum tale praeceptum obligat, quotiesuè recipienda Eucharistia. n.72.

Praecepta affirmatiua an impleantur per vnicum actum, & qua ratione sint intelligenda. n.70. & 71.

Vtrum praeceptum Diuinum de sumenda Eucharistia obliget omnes fideles in articulo mortis naturalis, vel violenta, etiamsi ante illud periculum saepius, & tempore ab Ecclesia statuto, scilicet in Paschate communicassent. Sententia negans obligare in eo periculo, si in paschate communicauit. n.73. sententia communis affirmans omnes obligare in articulo mortis. n.74.

Ecclesia nihilominus ob grauia delicta potest priuare aliquem Communione in articulo mortis. num. 74. 75. & 76.

Et de facto aliquando priuauit, licet id non fuerit factum vniuersaliter in tota Ecclesia, ibidem. modo sublata sunt omnia statuta prouincialia, quae talem paenam imponebant. ibidem.

Hodie etiam abrogata est omnis consuetudo non dandi Eucharistiam damnatis ad mortem. ibidem.

Grauiter peccant Iudices, si Reis damnatis ad mortem negent non solum facultatem, & tempus confitendi, sed etiam sumendi Eucharistiam. n.77.

An teneantur etiam Iudices sub mortali concedere eisdem tempus non solum ad confitendum, sed etiam ad communicandum, etiamsi Iudex sciat, & timeat fore, vt concesso tempore Reus ipse eripiatur, & mortem euadat; si constet Reum petere ex deuotione, & non sub spe ereptionis. ibidem. & quid si petere spe ereptionis. ibidem. & quid si peteret dum est sub patibulo, cum noluerit confiteri, nec recipere Eucharistiam antea, & tempore debito. ibidem.

Praeceptum Diuinum sumendi Eucharistiam in articulo, seu pereiculo mortis an obliget praecisè in actuali mortis periculo, ita quod, qui pridie, vel per sex, aut octo, vel decem dies ante periculum mortis communicauit, in ipso actuali periculo teneatur de nouo communicare; an vero ad satisfaciendum eidem praecepto sufficiat paulo ante communicasse. Sententia tenens obligare praecisè &c. n.53. ad 58. & n.78.

Altera sententia tenens non obligare praecisè &c. sed admittere aliquam latitudinem temporis proximè antecedentis ipsum mortis periculum, illudque praeceptum impleri per Communionem paulo ante, puta pridie, sex, vel octo, aut etiam decem diebus ante periculum. n.79. cum pluribus seqq.

Qui pridie, aut paulo ante periculum communicauit, post exortum mortis periculum potest iterum communicare per modum viatici non ieiunus, si ieiunare non potest commodè, & illi consulendum semper. n.84.

Qui sanus, vel leui infirmitate aegrotus manè communicauit ex deuotione, vespere incidit in morbum grauem, & periculosum, an possit, & teneatur eodem die iterum sumere Eucharistiam, si moriturus sit, vel adsit periculum morale quod sit eo die moriturus; sententia affirmans posse, & teneri. n.53. & 83. Altera sententia tenens nec teneri, nec posse seclusa consuetudine in contrarium legitimè introducta. n.87. & 88.

Iuxta consuetudinem Ecclesiae vniuersalem non licet bis in eadem die recipere Eucharistiam, ita vt nec per modum Viatici liceat secunda vice recipere Eucharistiam. num.86.

Si praeceptum Diuinum de sumenda Eucharistia in articulo mortis obligaret praecisè in actuali mortis articulo, an qui mane ex deuotione communicauit, sanus vespere incidens in periculum vitae, & eo die moriturus, teneretur recipere viaticum. n.87. & 88.

Per actum ante praecepti obligationem factum eodem die, in quo praeceptum incipit obligare, an possit satisfieri praecepto; & an per recitationem officij factam eodem die ante susceptum ordinem Sacrum, vel receptionem beneficij, vel emissionem professionis censeatur satisfactum obligationi eodem die superuenienti ratione ordinis Sacri, vel beneficij, vel professionis. n.88.

Qui paulò ante mortis periculum, vel in ipso periculo sumpsit Eucharistiam, & satisfecit praecepto communicandi in eo articulo, si postea inciderit in peccatum mortale an teneatur iterum illam sumere. n.89.

Infirmus non periculosus instante obligatione recipiendi S. Eucharistiam ratione praecepti Ecclesiastici, vel voti, aut paenitentiae, vel regula ordinis, an post potionem, aut medicinam sumptam, quae sine detrimento notabili differri non possit, possit communicare, & ita non ieiunus. n.90.

Quando

Quando sacerdos celebrans post consecrationem alicuius speciei recordatur se non esse ieiunum, potest recipere Eucharistiam ad perficiendam sacrificium, idque etiamsi scienter ad Missam celebrandam accessisset, & etiam esset excommunicatus, &c. n. 91.

Quid si inchoata Missa ante consecrationem, siue ante, siue post canonem recordatur se non esse ieiunum an possit prosequi Missam n. 92.

Quid de accedente ad Communionis scamnum, vel ad Ecclesiam communicaturus id aliis scientibus, & recordatur se non esse ieiunum. n. 93. & 94.

Vniuersaliter ad euitandum scandalum, & infamiam, qui non ieiunus, potest celebrare, vel communicare. num. 94. licet non possit celebrare sine vestibus Sacerdotalibus, hostia, vel azimo. ibidem.

Si Sacerdos accesserit ad Ecclesiam intentione celebrandi aliis id scientibus, vel dato signo Missa, & recordatur se non esse ieiunum, an possit celebrare. ibidem.

Fracto ieiunio potest sumi Eucharistia à sacerdote quoties eidem non ieiuno necessitas incumbit Sacrificij perficiendi. n. 95. vbi de Sacerdote celebrante, qui aduertit se consecrasse, & sumpsisse aquam loco vini, qui tenetur iterum consecrare vinum & recipere. n. 95.

Sacerdos ad perficiendam sacrificium inchoatum ab alio Sacerdote, qui non potuit perficere, potest, & debet perficere tametsi non sit ieiunus. n. 96.

Quod si sacrificium relinquatur imperfectum ab Episcopo, à quo alio possit perfici. ibidem.

Quid si eo die nullus Sacerdos reperiatur, qui possit perficere. ibidem.

Quid si Sacerdos defecerit ante consecrationem, cœpto iam canone, an tunc alius Sacerdos non ieiunus possit, & debeat perficere. ibidem.

Sacerdos celebrans si post sumptam ablutionē reperit aliquas hostiæ particulas, seu reliquias consecratas potest illas sumere etsi non ieiunus. n. 97.

Idem de reliquiis, quæ post secundam ablutionem adhæserunt, & tunc reperiuntur. ibidem circa finem.

In die Parasceues, quando Hostia consecrata sumitur vnà cum vino, an tunc Sacerdos censeatur ieiunus sumere Hostiam, & qua ratione. n. 98.

Expenditur Doctrina; Ioannis de Lugo *ibidem.*

Reliquiæ eiusdem Sacrificij post primam, & secundam ablutionem possunt à Sacerdote celebrāte sumi, etiamsi sint magna. n. 99.

Eædem reliquiæ possunt etiam recipi recitatis orationibus, imò absoluta Missæ Sacrificio, & donec Sacerdos ab altari non recesserit, licet multum tempus se detinuerit in distribuenda Eucharistia, vel purificandis vasibus, & post hæc ministeria ibi in corporali super altari extensa, vel patena, aut calice illas videat. n. 100.

Reliquiæ, seu particula alterius Sacrificij consecrata, an, & quando sumi possint post ablutionem vini, vel aquæ. n. 101.

Sacerdos, qui inter celebrandum debet purgare ciborium, in quo sunt multa reliquiæ ex Hostiis à se, vel ab aliis consecratis, quomodo se gerere debeat in purificando, & sumendo dictas reliquias. n. 102.

Reliquiæ sui Sacrificij, quas Sacerdos post ablutionem reperit, an possint ab eo dari Laicis communicantibus antequam ipsi sumpserint ablutionem, vel Sacerdotibus more Laicorum communicantibus. n. 103.

Quando post sumptum sanguinem Hostia hæret Calici, & quando Hostia adhæret post sumptum sanguinem palato eiusdem Sacerdotis, vel particula consecrata adhæret palato communicantis, quid faciendum, & qua ratione sumenda, vel traiicienda ad stomachum. n. 104. & 105.

Quid faciendum quando post sumptum sanguinem, vel ablutionem reperitur particula Hostiæ, & dubitatur an sit consecrata. n. 106.

A non ieiuno Sacerdoti, aut Laico licet sumere Eucharistiam ne illi irreuerentia fiat, seu ad euitandam irreuerentiam alioqui Sacramento faciendam, & explicatur exemplis n. 107.

De Ieiunio ad Sacram. Eucharistiæ sumptionem, & Missæ celebrationem requisito.



E hoc Ieiunio agunt Summistæ verbo *Eucharistia*, & verbo *communicare*. S. Thomas 3. *p. q.* 8. *art.* 8. & *ibi* Scribētes Azotius 1. *p. lib.* 10. *c.* 30. Suarez *in* 3. *p. disp.* 68. *sectione* 3. & 4. Fagundez *de præceptis Eccl. præcepto* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 2. Coninch *de sacram. q.* 80. *art.* 8. Reginaldus *lib.* 29. *n.* 118. *ad* 124. Henriquez *lib.* 8. *sum. c.* 49. & 50. Villallobos *p.* 1. *tract.* 7. *diff.* 39. Bonacina *de sacram. disp.* 4. *q.* 6. *puncto* 2. *n.* 5. & *seqq.* Filiuccius *to.* 1 *tract.* 4. *c.* 8. *n.* 232. & *seqq.* Scortia *de sacrific. Missa lib.* 2. *cap* 7 Pasqualigius in suis decisionibus *decis.* 311. *cum pluribus seqq.* Ioanes Sancius in selectis *disp.* 42. Diana *p.* 2. *tract.* 14. *resolut.* 52. & *resolut.* 66. & *resolut.* 77. *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 36. 37. 38. & 45. & 49. *p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 104. & 195. *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 35. & 38. *tract.* 5. *resolut.* 12. *p.* 6. *tract.* 8. *resolut.* 8. Stephanus Bauny *in sua Theolog. moral. p.* 5. *tract.* 5. *q.* 21. & 22. Ioannes Lugo de Eucharistia *disp.* 5. *sect.* 2. Castrus Palaus *p.* 4. *tract.* 21. *disp. vnica puncto* 13. Tolerus *lib.* 6. *cap.* 15. Ludouicus Miranda *in man. Prælatorum to.* 1. *q.* 40. *art.* 13. Rodriquez *to.* 1. *sum. cap.* 66. Portel *in dubiis reg. v. ieiunium a.* 11. Augustinus Barbosa *collect. ad cap. ex parte v. de celebrat. Missarum*, Cænedo ad Decretales *collect.* 149. & alij ab iisdem præsertim à Cænedo relati. & plura de hoc eodem ieiunio tradidi *in to.* 1 *hor. mor. variar. tit.* 1 *à n.* 1704. *ad* 1733. Quibus addo sequentia.

§. I.

An potus vini, vel aquæ frangat ieiunium ad sumptionem Sacræ Eucharistiæ necessariū, & impediat Sacram Cōmunionē, & Missæ celebrationē. 1.

Licèt certissimum sit, tamen proposui hoc quæsitum, & hic propositionem apud Catholicos certam intendo probare ad conuincendum de errore virum alioqui doctissimum, qui sæpius de hac re mecum locutus est, & semper obstinatè asseruit ieiunium iuxta Ecclesiasticas sanctiones ad Sacram Communionem, & Missæ celebrationem frangi solum per sumptionem cibi, vel alicuius rei, quæ ad modum cibi se habeat, & sumatur intra diem naturalem ante Sacram Communionem, scilicet à media nocte, ad mediam noctem; non autem frangi per potum vini, vel aquæ; ita quod etiamsi qui largè biberet vinum, vel aquam, & nihil cibi, vel per modum cibi sumpserit, licitè possit eo die recipere S. Eucharistiam, vel Missam celebrare. Et quidem pluries conatus sum liberare virum ab huiusmodi erronea sententia; sed non obtinui; quia ergo spero ad eius manus peruentura hæc mea scripta; propterea propositionem alioqui certam apud Catholicos proposui probandam. Non desinam etiam hic annotare Goffredum, Ioannem Parisiensem, & nonnullos alios (vt referunt Paludanus 4. *dist.* 8. *q.* 1. *art.* 1. Azotius *d. cap.* 30. *q.* 2. versic. *quæret quispiam*, & Suarez *d. sect.* 4. *initio*) docuisse ad Sacram Communionem satis esse ieiunium Ecclesiasticum, & non requiri naturale Vnde dixerunt post sumptionem Medicinæ, seu alicuius rei per modum Medicinæ posse licitè Sacrum fieri aut communicari. Qui ad id asserendum moti sunt eo fundamento, quod Ecclesiasticis decretis solum est prohibita sumptio cibi, & potus; quod autem sumitur per modum Medicinæ, non habet rationem cibi cum non sumatur causa nutritionis, sed curationis; intentio autem, seu finis est, qui dat. speciem actioni. Ioannes Sancius etiam *d. disp.* 42 *num.* 12. refert de quodam presbytero Doctore Iuris Canonici, quod consuleret fœminis sui oppidi posse communicare, etiamsi accepissent frustulum panis benedicti solitum porrigi ad ingressum Ecclesiæ, & dicebat ex illa particula panis non frangi ieiunium necessarium Communionem, cum sumeretur ex deuotione, & non

per modum eibi. Qui fortè id faciebat bona fide, & ex ignotantia, qoia putabat non frangi ieiunium, tatione cuins forte exusabatur à peccaio. Quemadmodum Caictanus in summa *verbo* Communio *cap.* 1. à culpa excusat quendam Sacerdorem, qui per ignorantiam muito tempore pro reuerentia Sacramenti consueuit percipere nucem muscatam, vt bonum odorem stomachi Eucharistiæ præpararet, cum ramen sciret ille, quod oporrebat ieiunum communicare, sed nesciebat se non esse ieiunum post sumptam nucem muschatam pro reuerentia Saeramenti, nesciens distinguere (inquit Caietanus) inter ieiunium Ecclesiæ, & ieiunium naturæ. Pro probatione prædictæ propositionis spud Catholicos certissimæ, quam tradunt S.Thomas, & alij Theologi, & Summistæ nempè iis solis iis licere communicare; & Sacrum facere, qui ita sunt ieiuni, vt post mediam noctem nihil omninò per modum cibi, vel potus sumpserint; & est contra Lutheranos, & Caluinistas, qui Catbolicos irrident, quod doceant ante omnem prorsus eibum, & potum Corpus Domini esse sumendum, & mortaliter, qui eum ieiuni oon sint, sumunt.

3. Notaudum non extare quidem præceptum Diuinum à CHRISTO Domino iniustum de sumenda Eucharistia à solis ieiunis, & ante omnem cibum vel potum sumptum, vt tradunt in terminis Suarez *d. sect.* 3. Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 5. Filliuceius *d. cap.* 8. *num.* 535. & Viliallobos *d. diff.* 39 *num.* 2. & manifestè colligitur ex aliis Doctoribus præallegatis: nullibi enim in Sacris scripturis reperitur hos præcepium Diuinum, neque scriptum, neque traditum; Et CHRISTVS ipse communicauit post cœnam: Et olim in aliquibus Ecclesiis multo tempore vsus fuit in feria quinta Cœnæ Domini sumendi Eucharistiam post cœnam, vt mox dicetur. Addunt iidem Suarez, & Fagundez nec etiam dari præceptum naturale de Eucharistia suscipienda ante omnem cibum, & porum; eo quia ex sola excellentia, & dignitate buius Sacramenti, & reuerentia illi debita non potest satis colligi hæc obligatio; & ita etiam proeul dubio sentiunt alij Theologi præcitati, qui de solo præcepto Ecclesiastico loquuntur. Sotus *in* 4. *dist.* 8. *q.* 3. dixit hanc esse institutionem Diuinam fundatam in reuerentia debita tanto Sacramento: At (vt iidem Suarez, & Fagundez instant contra eundem Sotum) si per institutionem Diuinam intelligit Diuinum, & naturale præceptum nullo fundamento innititur, cum non inueniatur prohibitum iure Diuino, & ab ipso CHRISTO, nec per se, & ex natura sua malum sit intrinsecè, communicare post cibum, & potum, alioqui neque in articulo mortis, & per modum viatici post cibum communicare possent fideles.

4. Notandum secundo ex D.Thoma *vbi suprà*, & aliis Doctoribus supra citatis, Suarez *d. disp.* 68. *sect.* 4. Azotio *d. cap.* 30. & *lib.* 7. *cap.* 8. *initio*, §. *nec seorsum.* Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 7. Cænedo *d. collect.* 149. *num.* 1. Miranda *d. art.* 13. & aliis, & colligitur ex traditis *titulo præcedenti.* duplex dari ieiunium, vnum naturæ, seu naturale, alterum Ecclesiasticum. Naturale est illud, quod importat omnimodam abstinentiam à cibo, & potu in stomacho suscepto. Ecclesiasticum autem (vt ex præcedenti titulo constat) est illud, quod præcipit vnicam refectionem, in eodem die, non tamen priuat omni potu, neque omni cibo nisi definitis temporibus, & incerta qualitate, & quantitate, permittitque, vt sumi aliquid possit per modum medicinæ. Vnde dicitur ieiunus ieiunio Ecclesiastico, qui in eodem die ieiunij non sumit nisi vnicam refectionem seruats debita qualitate ciborom. His præmissis

5. Dico dari Ecclesiasticom præceptum, vt Sacramentum Eucharistiæ non nisi à ieiunis ieiunio naturali suscipiatur. Probatur primò ex Sacris Sanctionibus: Tum ex Concilio Carthaginensi 3. *cap.* 29. & 48. & refertur *can. Sacramenta de consecrat d.* 5. verba sunt: *Sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur.* & *d cap.* 48. dicitur hanc consuetudinem sumendi Eucharistiam ante omnem cibum fuisse in Concilio Nicæno confirmatam. vbi vt Suarez, & Fagundez etiam notaront, animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam; quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem Ecclesiasticam ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit; tum ex Concilio Africano *can.* 8. Bracharensi primo *can.* 16. & Bracharensi 2. *can.* 10. & Matisconensi 2. *can.* 6. idem decernentibus: & *in d. Matisconensi d. can.* 6. adduntur pœnæ in eos, qui bone ritum communicandi ieiunè non seruant: Tum ex Concilio Toletano 7. *cap.* 2. & refertur *can. nihil* 7. *q.* 1. cuius verba & notanda sunt: *Nullus post cibum potumque quamlibet minimum sumptum Missas facere præsumat.* ita enim legendum, non vero, *Nullus post cibum potumque, siue quodlibet minimum sumptum*, particula enim illa, *siue quodlibet*, non reperitur in Concilio; & etsi aliquando inuenta est *in d. can.* fuit male inserta; & eodem Toletano pœna excommunicationis imponitur ei, qui sumpto dicto cibo, vel potu quantumlibet minimo sacrificet. Et quamuis hæc Concilia non sint nisi Prouincialia; tamen vniuersali Ecclesiæ consuetudine quoad hoc fuerunt recepta. Et non id decernunt, & de nouo statuunt, sed confirmant instituta, seu consuetudinem vniuersalem Ecclesiæ introductam ab ipsis Apostolis. Et si hæc, & nonnulla alia Concilia (quæ ab Authoribus præcitatis præsertim Henriquez Suarez, Azorio, & Scortia referuntur) idem decernentia sunt Prouincialia, vltra hæc exstat decretum Concilij Constantiensis Generali *sess.* 13. vbi hoc idem statuitur, cuius verba sunt. *Hinc est, quod hoc præsens Concilium Sacrum Generale in Spiritu sancto legitimè congregatum saluti fidelium prouidere satagens matura plurimorum Doctorum tàm Diuini, quam humani iuris prahabita deliberatione declarat, decernit, & definit; quod licet* CHRISTVS *post cœnam instituerit, & suis Discipulis administrauerit sub vtraque specie panis, & vini hoc venerabile Sacramentum, hoc tamen non obstante Sacrorũ Canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesiæ seruauit, & seruat, quod huiusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, nec à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à iure, vel Ecclesia concesso.* vbi etiã notandum hoc Concilium loqui expressè non solum de sacerdote sacrificante, sed etiam de quibuscunque fidelibus recipientibus Eucharistiam, sicut etiam generaliter de celebrantibus, & recipientibus loquitur illud Matisconense 2. Et licet alia præallegata Concilia expressè solum loquantur de Sacerdote celebrante, inde à fortiori pro Communione Laicali Patres Ecclesiæ, Scholastici omnes extendunt, vt videre est apud D. Augustinum, & D. Chrysostomum locis *infrà* allegandis, & apud S. Thomam, & Theologos *suprà* allegatos, & alios communiter idem habetur *can. liquido* (qui non desumptus est ex D. Augustino *Epist.* 118. *cap.* 6. *ad Ianuarium*) *de consecrat d.* 2. vbi sic dicitur; *Liquidò apparet, quando primo acceperunt Discipuli corpus, & sanguinem Domini non eos accepisse ieiunos; nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersa Ecclesia, quod à ieiunis semper accipitur; ex hoc enim placuit spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti prius in os Christiani Dominicum Corpus intret, quàm cæteri cibi; nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur.* Denique idem probatur ex *cap. ex parte de celebratione Missarum.* vbi Innocentius decernit ablutionem à Sacerdote celebrante, postquam totum acceperit Sacramentum, esse sumendam, nisi eo die sit aliam Missam celebraturus, vt in die Natalis Domini, qoia ablutio illa aliam celebrationem impediret. *semper* (inquit Pontifex) *sacerdos vino profundere debet postquam totam acceperit Eucharistia Sacramentum, nisi eum eodem die aliam Missam d ebuerit*

debuerit celebrare, ne si fortè vinum profusionis acciperet, aliam celebrationem impediret.

6. Item probatur ex Patribus, qui docent id esse traditionem Apostolorum. ita D. Augustinus *vbi suprà*, D. Chrysostomus *Homil.77. in 1. ad Corinth.* & *Epist.3. ad Cyriacum Episcopum* D.Basilius *Epistola ad Cæsariam Patritiam.* Epiphanius *lib.3. contra hæreses fine.* Nazianzenus *orat.* 4. Isodorus *lib.1. offic. cap.* 18. D. Clemens *Epistola* 2. vbi id à D.Petro se accepisse testatur, & alij Patres passim, quos latè referunt Henriquez, Suarez, Azorius, Scortia, & Palaus locis *initio tituli n.* 1. citatis. Et quamuis in aliquibus Ecclesiis antiquitus mos fuerit communicandi feria quinta Cœnæ Domini post sumptum *cibum ad imitationem* CHRISTI Domini. vt colligitur ex d. Concilio Carthaginensi 3. *can.*29. Matisconensi 2.*can.*6. Bracharensi 2. *n.* 10. & *d. ca. Sacramenta de consecrat. d.* 1. nihilominus iam hic mos abrogatus fuit, quia vt dicit D.Augustinus loco citato per vniuersum orbem iam mos iste seruatur, vt Corpus CHRISTI à ieiunis sumatur: & eundem morem abstulit idem Matisconense 2. & sexta Synodus Constantinopolitana *cap.*29.

7. Sacris sanctionibus, & Sanctis Patribus adhærentes dari hoc præceptum Ecclesiasticum, quod ortum habuerit à tempore Apostolorum docent communiter Doctores Theologi, Summistæ S. Thomas, & alij omnes *num.* 1. relati. Alij Scholastici *in* 4. *dist.* 8. vt Scotus *q.* 3. Durandus *q.* 4. Paludanus *q.* 2. Richardus *art.*2.*q.*1. Gabriel *q.* 2. Palacius *q.*3. D.Bonauentura *art.* 1. Albertus *art.* 10. & alij *ibi* Scribentes, Sotus *dist.*12. *q.*1.*art.*8. Angelus *Verbo* Eucharistia 2. *num.* 6. Syluester *n.*7. Tabiena *v.* communio *n* 41. D.Antoninus *3.p.tit.* 4. *cap.* 5. §. 4. Canonistæ *in d. cap. ex parte*, & alij, quos latè cumulat Cænedo *d. collect.* 149.

8. Itaque stantibus prædictis, esse præceptum Ecclesiasticum, vt Sacramentum Eucharistiæ solum à ieiunis sumatur, est de fide, vt colligitur ex dictis Conciliis, decretis Ecclesiasticis, & Sacris Patribus, dum testantur consuetudinem, vt tantum à Ieiunis fidelibus Eucharistiæ Sacramentum sumatur antiquissimam esse, & à tempore Apostolorum traditam, seu ab ipsis Apostolis emanasse; quæ consuetudo Ecclesiæ præceptum facit; & ita colligitur etiam ex præallegatis Doctoribus, & in terminis esse de fide tradunt Suarez *d. disp.* 68. *sect.*3. Fagundez *d.cap.*5.*n.*4.

9. Quod autem Ecclesia potuerit facere tale præceptum, certissimum est, vt tradit Suarez *loco citato* cum habeat Ecclesia potestatem ad ferendas leges etiam in his rebus, quæ à CHRISTO Domino non sunt præceptæ, vt est etiam certissimum, & docent omnes Doctores de legibus agentes, & habuit congruam, & sufficientem rationem, seu causam prædicti præcepti faciendi, & triplicem assignat S.Thomas *d. art.* 8. prima propter honorem, & reuerentiam huius Sacramenti, scilicet ne cœlesti, & Spirituali cibo terrenus præponeretur, sed Corpus CHRISTI intret in os hominis nullo aliquo cibo, aut potu refectum, siue inquinatum; quam rationem tradunt etiam Concilium illud Matisconense 2. *illo can.* 6. & D.Augustinus *d. Epist.* 118. Secunda propter significationem, vt per hoc intelligatur CHRISTVM Dominum, qui est res ineffabilis huius Sacramenti, eiusque Charitatem Diuinam debere primum fundari in cordibus nostris iuxta illud Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & cætera omnia adiicientur vobis.* Tertia ad euitanda pericula vomitus, aut ebrietatis, val alterius irreuerentiæ; & vt mens sit liberior, & expeditior ad res spirituales, & diuinas tractandas.

10. Neque obstat (quod obiiciunt hæretici Lutherani) CHRISTVM Dominum post cœnam, & comestionem agni Paschalis instituisse Eucharistiam, & Apostolis dedisse; nam ideo fecit, quia secundum ritus veteris legis debebat tunc Pascha celebrari. voluit autem legem, & figuram præmittere, priusquàm veritatem huius Sacramenti institueret, vt ostenderet cœnam agni eiusdem cœnæ Sacramentalis sui corporis, & Sanguinis fuisse vmbram, & figuram; & huius Sacramenti institutione finem Sacramentis veteribus imponeret, vt tradunt præallegati Doctores; præter aliam causam, de qua D. Augustinus *d. Epist.* 118. *d.cap.*6. illis verbis *in d. can. liquido* relatis: *Neque Saluator* (ait) *quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ Discipulorum, à quibus erat passionem digressurus.* Non verò id fecit, vt induceret obligationem, & vt nos etiam post cœnam celebremus. Verba enim illa, *Hoc facite in meam commemorationem.* non continent præceptum faciendi omnia, quæ tunc fecit CHRISTVS (alioqui oporteret communicaturos, & celebraturos noctu celebrare, antea lauare pedes, & similes circumstantias adhibere) sed solum continent præceptum de conficiendo iuxta ea, quæ spectant ad ritum illius substantialem, seu ad substantiam, & veritatem Sacramenti: Quo vero ad reliqua, nempè ritus accidentales, & modum administrandi ordinandum reliquit Ecclesiæ, vt ipsa statueret, quæ in hac re ad Dei honorem facienda arbitraretur, vt docent S.Cyprianus *lib.*2. *Epist.* & D.Augustinus *d. Epist.*118.*c.*6. vbi post verba paulo ante relata; *Et ideo*, inquit, *non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolus, per quem Ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum.*

Nec obstat etiam illud Apostoli 1. *ad Corinth.* 11. *Cùm conuenitis ad manducandum* (scilicet Corpus CHRISTI) *inuicem expectate, si quis autem esurit, domi manducet.* Nam respondetur primo dato, quod tunc apud Christianos fuerit consuetudo communicandi post cibum, & potum, potuit tamen postea propter reuerentiam tanti Sacramenti illa consuetudo mutari, & abrogari. Secundo respondetur cum S.Thoma *d.art.*8 *ad* 2. Suarez *d.sect.*3. & Fagundez *d.cap* 5. *n.*10. fuisse consuetudinem apud Corinthios, vt post Ecclesiastica officia, & post sumptionem Eucharistiæ interdum fideles ad commune prandiũ conuenirent, multi verò esurientes in Ecclesia manducabant quo reprehendit D Paulus, & præcipit, vt pessimum morẽ edendi, & bibendi in Ecclesia tollerent, dicens *Cùm conuenitis &c. Nunquid non habetis domos ad manducandum, & bibendum?* id est, qui alios expectare non potest, & impatiens est, redeat in domum, & manducet domi cibos suos; vel si ita est debilis, vt finem Ecclesiasticorum officiorum expectare non possit, domi prius manducet, & postea Eucharistiam non sumat: quare tantum abest, vt D.Paulus eis permittat post cibos ad Eucharistiam accedere, vt potius reprehendat pessimum morem edendi in Ecclesia. Colligitur etiam hæc expositio ex Glossa interlineari *ibi.* 11.

Quod autem hoc ieiunium ex præfato præcepto, seu dicta antiquissima Ecclesiæ consuetudine ante Communionem, & celebrationem necessarium debeat esse naturæ, seu naturale excludens non solum cibi, sed etiam potus quantumque minimi vini, aquæ, vel alterius liquoris, etiamsi sub intentione medicinæ, & salutis sumptionem, ita vt contrarium asserere sit erroneum; probatur apertè, tum ex illis verbis Concilij Toletani suprà *n.* 5. recitatis ibi *potumque quemlibet minimum*; tum ex *d. cap. ex parte*, vbi dicitur eum, qui vinum ablutionis sumpsit in prima missa, non posse secundam in eodem die celebrare; tum ex communi sensu, & vsu Ecclesiæ; tum quia ita sentiunt omnes Theologi S.Thomas loco *n* 1. citato, & alij Theologi *ibidem* & *n.* 7. relati, item Summistæ *ibidem* citati, & alij Theologi Summistæ, & Canonistæ relati à Cænedo *d.collect.*149. & communiter omnes. Et quod sit erroneũ asserere hoc ieiuniũ debere esse naturale, expressè asserit etiam Suarez *d.disp.*68. *sect.*4. *concl.* 1. 12.

Præceptum communicandi ieiunè obligat sub mortali, à quo non excusat materia paruitas.

Præfatũ Ecclesiæ præceptũ obligare sub mort. colligitur 13.

ex dictis sactis sanctionibus, Sanctis Patribus, & ex qualitate, & grauitate materiæ, ac fine eiusdem præcepti, & testantur omnes Doctores *num.* 1. *&* 7. allegati, & alij imò adeo strictè, & seuerè obligat, vt etiam ille, qui aliquid licet minimum, & paroum sumpserit per modum cibi, vel potus, vel guttulam aquæ, non censeatur ieiunus, & peccet mortaliter, si eo die communicet; ita quod materiæ paruitas non excuset à mortali, sicut excusat in multis aliis præceptis, vt est communissima Doctorum sententia, quam probaui *to.* 1. *hor. mor. tit.* 1. *num.* 1720. reiectis nonnullis (inter quos etiam quos numerari potest Portel in dubiis reg. verbo ieiunium *num.* 11. versic. tertia siquis, vbi ita ait, si quis aqua os lauet eam voluens inter dentes, & aliqua gutta per guttur vadat in ventrem, non frangit ieiunium naturæ, neque impedit communionem, quia vltra quod illud sit paruitas materiæ, est etiam præter intentionem) Auctoribus contrarium sentientibus. Doctores huius communissimæ sententiæ allego *d. num.* 1720. & ex præallegatis suprà *num.* 1. sunt S.Thomas *d. art.* 8. *ad* 4. Suarez, Henriquez, Toletus, Villallobos, Scortia, Fagundez, Layman, Filliuccius, Coninch, Ioannes Lugo, Diana, & præterea allego Ioannem Sancium in selectis *disp.* 51. *num.* 1. *fine*. Vasquez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 211. *cap.* 3. Hurtadum loco *ibidem* citato, Paludanum loco suprà *num.* 7. allegato. Durandum *in* 4. *dist.* 8. *q.* 4. *num.* 11. quibus ex relatis supra *eodem num.* 1. addo Bonacinam *d. puncto* 2. *num.* 6. Castrum Palaum *d. puncto* 13. *num.* 7. & eundem Dianam *p.* 6. *tract.* 8. *resolut.* 8. vbi latius confirmat sententiam, quam tenuit *p.* 5. *tract.* 5. *resolut.* 12. scilicet, quod contraris sententia asserens materiæ paruitatem excusare à mortali, sit improbabilis & ita hanc eandem sententiam prorsus tenent alij Doctores suprà *n.* 7. citati. Et colligitur satis apertè ex dicto Concilio Toletano, cum dicit *Nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum Missas celebrare præsumat*, si post cibum, & potum minimum; ergo iuxta idem Concilium materiæ paruitas non excusat à violatione præcepti de communicando ieiunare; in illo etiam Bracharensi secundo dicitur *Ne aliquis quocunque cibo præsumpto celebret.* vbi notandum illud verbum quoconque, importat enim etiam minimum cibum. Item in allegato *cap. ex parte*, prima ablutio, quæ solet sumi in Missa post acceptum corpus & Sanguinem CHRISTI (de hoc enim prima ablutione tantum loquitur Innocentius III. *in d. cap.*) impedit celebrare eadem die scilicet Natiuitatis Domini aliam Missam; in qua tamen ablutione solet sumi vinum in modica, & parua quantitate. Et licet Antonius Nocticot in summa Diana *verbo* ieiunium *num.* 6. hanc illationem, canones, & D.Thomas dicunt *Communionem post cibum, & potum modicissimum esse illicitum, ergo communio post modicum cibum est mortalis*, neget esse legitimum; nam etiam (inquit) communio venialis est illicita: contra tamen hoc dictum Antonij est; tum quia verbum illud *præsumat* Concilij Toletani indicat apertè grauem probibitionem, & consequenter culpam mortalem inducit, si violetur; Tum quia Canones, & S.Thomas æqualiter, & eodem modo, & contento verborum aiunt esse prohibitum, & illicitum communicare, vel celebrare post assumptionem cibi, aut potus cuiuscunque, quantumuis modici, & minimi, ergo volunt per Communionem factam post cibum, vel potum etiam in parua quantitate sumptam perfectè, & totaliter violari præceptum Ecclesiasticum de communicando ieiunè; & consequenter talem Communionem non carere culpa mortali; tum demum quia ratio cur Ecclesia, & dicti Canones præcipiant Communionem fieri ab omninò ieiunis, & nullo modo post cibum, & potum vini, vel aquæ etiam minimum, est, vt corpus, & sanguis Domini sit primus cibus, & potus intrans in os, & stomachum communicantis, vt supra *num.* 9. dixi ex Concilio Matisconensi, S.Augustino, & D.Thoma, & aliis Theologis communiter, idque in honorem, & reuerentiam tanti Sacramenti; at siue multùm, siue parum cibi, vel potus præassumatur, iam Eucharistia non est primus cibus, & potus. Quare in præsenti materia non ex leuitate cibi, vel potus præcepti grauitas desumitur, sed ex eo, quod Communio fiat violato naturali ieiunio, quod quocunque cibo, vel potu tam in magna, quàm in parua, & minima quantitate sumpto violatur. Et dicta *in præcedentibus* procedunt (vt notauit etiam Henriquez *d. cap.* 49. *num.* 2.) etiamsi postea statim totum cibum, vel potum sumptum quis euomat, nam etiam hoc casu Corpus, & sanguis CHRISTI Domini non esset primus cibus, & potus eo die; cum iam sumptus fuerit corporalis cibus, vel potus. Et hoc idem tradit in terminis Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 5. & est procul dubio de mente aliorum.

Vt hoc ieiunium ad Sacram Communionem requisitum frangatur, requiritur, quod aliquid sumatur per modum cibi, vel potus, & quid sit sumere per modum cibi, & potus.

14. Dixi autem *per modum cibi, & potus*, nam non omne, quod intrat in os, vel peruenit etiam ad stomachum frangit hoc ieiunium, & impedit Communionem. Sed vt idem ieiunium violetur, & impediatur receptio Corporis, & Sanguinis CHRISTI Domini, requiritur, vt sumatur per modum cibi, & potus, vt D.Thomas *d. art.* 8. *ad* 4. & aliis citatis dixi *to.* 1. *horum moral. d. tit.* 1. *num.* 1713. Et tunc sumitur aliquid per modum cibi, vel potus, quando aliquid ab extrinseco ore accipitur, & per propriam, & vitalem actionem comedendi, & bibendi, seu comedendo, & bibendo in stomachum traiicitur, ad differentiam eius, quod deglutitur per modum saliuæ, vel per modum respirationis attrahitur. vt eodem *num.* 1713. tradidi; & docent alij Auctores *ibidem* citati; & ex allegatis suprà *num* 1. præsertim Suarez *d. sect.* 4. versic. *quæres rursus*. Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 18. Azorius *d. cap.* 30. *q.* 2. versic. *quæres etiam*. Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 14. Filliuccius *d. cap* 8. *num.* 236 Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 6. Layman *d. cap.* 6. *num.* 18. Scortia *d. cap.* 7. *num.* 1. *post. medium*, Coninch *d. q.* 80 *ar.* 8. *num.* 47. Villallobos *d. diff.* 39. *num.* 1. Castrus Palaus *d. puncto* 13. *num.* 7. Ioannes Lugo *d. disp.* 15. *num.* 83. & alios allegans Diana *p.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 1. & indicant expressè S.Thomas *d. art.* 8. *in responsione ad* 4. & alij Doctores supra *num.* 1. *&* 7. relati; & ita Suarez, atque Fagundez aiunt, quod hoc pacto explicant huiusmodi præceptum omnes Auctores, & ipsa consuetudo.

Enumerantur plures casus, in quibus per traiectionem alicuius rei etiam nutritiuæ in stomachum non violatur hoc præceptum, nec impeditur Communio.

15. Quare licet frangat hoc ieiunium naturale ad Communionem necessarium, qui sumit aliquid per modum medicinæ, quia etiam sumit per modum cibi, vel potus, vt tradunt S.Thomas *in d. responsione ad* 4. Doctores *modo* citati, & alij communiter *num.* 1. *&* 7. allegati. Non tamen frangit, qui deglutit casu parum aquæ, vel vini saliuæ immixtum cum os abluitur, vel parum liquoris, aut iusculi, cum conditus cibus degustatur, vnde nec impeditur communicare; quia sic traiectum non traiicitur tanquam cibus, & potus, seu per modum cibi, & potus, sed tanquam saliua, vel per modum saliuæ, id quod probaui *d. tit.* 1. *eodem n.* 1713. & tradunt S. Thomas *in d. resp. ad.* 4. alij Doctores *num. præcedenti* & alij à me *d. num.* 1713. relati. Item non frangit, qui deglutit saliuam, vel

vel sanguinem, aut alium humorem ex gingiuis, aut maxillis, vel ex capite defluentem, quia non est traiectio alicuius rei per modum cibi vel potus, nec ab extrinseco acceptæ; quod idem tradidi *d. tit.* 1. *num.* 15. & docent Auctores *num. præcedenti* citati, & citati à me *d. n.* 1715. & alij communiter. Idem de traiiciente casu reliquias ex cœna antecedenti ante mediam noctem sumpta, post mediam noctem in ore, intra dentes, vel labra, & gingiuas manentes, non enim soluitur ieiunium, quia traiectio est per modum saliuæ, & non est rei ab extrinseco eo die sumptæ vt tradidi *d. tit.* 1. *num.* 1716. & docent Doctores *num. præcedenti* relati, & alij, quos *d. num* 1716. refero. Quod si aduertenter, & ex proposito deglutiantur, frangi hoc ieiunium, quia videntur sumi noua actione voluntaria per modum cibi, tradunt S. Thomas, Paludanus, Vasquez, Sanchez, Reginaldus locis *d. tit.* 1. *num.* 1717. allegatis, Filliuccius *d. cap.* 8. *num.* 236. Scortia *vbi suprà*, & alij recentiores. Alij verò negant, quia hæ reliquiæ pertineant ad præcedentem refectionem, & ita non sit noua comestio, nec sumantur eo die ab extrinseco. ita præter plures alios quos refert, & sequitur Leandrus Discalceatus *de sacr. p.* 2. *to.* 1. *disp.* 5. *q.* 8. Tabiena, Henriquez, Coninch, Diana, & Pasqualigius à me *d. num.* 1716. citati. vbi tamen dixi melius esse expuere, videantur ibi tradita. Item si alicui in apertum os ingrediatur musca; vel culex, eumque cum respiratione traiicit in stomachum, non frangitur hoc ieiunium, nec impeditur Sacra Communio; quia traiectio illius muscæ vel culicis, vel alterius similis animalis, aut rei, licet aptæ nutrire, non est per modum cibi, sed per modum respirationis, non frangitur autem huiusmodi ieiunium, si per modum respirationis attrahitur aliquid, quod possit nutrire, vel alterare, ita Tabiena *v.* Communio *num.* 51. Suarez, & alij Doctores *num. præcedenti* relati, Ioannes Lugo *d. disp.* 15. *num.* 54. Pasqualigius *decis.* 357. & alij communiter. Quod si non casu, sed ex intentione aliquid per os attrahatur per modum respirationis, Pasqualigius *d. decis.* 357. refert Tabienam *d. n.* 51. videri sentire adhuc non solui ieiunium, & videri ita dicendum, quia adhuc illa actio non est comestiua: at ex Tabiena non potest id colligi ipse Pasqualigius ait solui ieiunium naturale; quia licet actio, & motus respirationis non sit actio manducatiua, aut potatiua, vt potè non ordinata à natura ad transmittendum cibum, aut potum in stomachum, ordinatur tamen ad huoc finem ab ipso respirante; ac proinde vt stat sub intentione ipsius inducit rationem talis actionis; & ita moraliter censetur manducatio, aut potatio; & ego quoque puto violari ieiunium, alioqui facile posset præceptum huius ieiunij deludi; & cum ex intentione quid cibi, vel potus per os attrahitur respirando, facile admisceri potest manducatio, vel potatio. Item si quis aliquantulum aquæ per nares attrahat, quæ in stomachum transmittatur non violat hoc ieiunium, nec manet impeditus communicare, quia non fuit per modum cibi, aut potus transmissa, quia non actione vitali comedendo, aut bibendo, vt latiùs tradidi *d. tit.* 5. *num.* 1718. Doctoribus allegatis; & sunt Henriquez *d. cap.* 49. Suarez, Fagundez locis *num. præcedenti* relatis, & Pasqualigius alios allegans *decis.* 328. & etiam *decis.* 313. videantur tradita *d. num.* 1718. licèt frangi hoc ieiunium, & impediri communionem, si sumatur res non nutritiua vt papyrus, lapis, terra & simile per modum cibi scilicet vitaliter ex ore ad stomachum traiiciatur, tradunt magis communiter Doctores, quos *d. tit.* 1. *num.* 1719. allegaui, & ex præallegatis suprà *num.* 1. ita Thomsa *in respons. ad* 4. & *locis citatis* Fagundez, Scortia, Layman, Villallobos, Reginaldus, Bonacina, Castrus Palaus, Antonius de Leone *in qq. moral. de Cocholate p.* 2. §. 4. *num.* 10. & plures alios ita sentientes referunt Fagundez, Scortia, Palaus, & Layman & etiam illos sequens Leandros Discalceatus *de sacr. p.* 2. *to.* 7. *disp.* 5. *q.* 13. & 14. idque ob rationem *d. n.* 1719. adductam, scilicet, quod ieiunium hoc non est institutum ob temperantiæ virtutem, sed ob Sacramenti reuerentiam, & vt Corpus, & Sanguis CHRISTI Domini ante omnia in stomachum intret. Nihilominus contrarium & non frangi, nec impediri Communionem sentiunt alij, quos pariter *d. num.* 1719. allegaui, & probabile etiam ego puto, quia quod prohibetur hoc præcepto est cibus, vel potus, vt colligitur ex præfatis sacris sanctionibus, & Sanctis Patribus, vt cibus, & potus Eucharisticus sit primus, re autem non nutritiua, vt charta, lapis, lignum, nummus non est verus cibus, aut potus, cum sit inalterabilis, nec conuertibilis in substantiam comedentis. Videantur tradita latiùs *d. num.* 1719. & Doctores *ibidem* allegati ita sentientes, qui sunt Ioannes Sancius, Diana, Pasqualigius, Ioannes Lugo, Summa Corona, & etiam Suarez. Addo Ledesmam 1. *p. summæ de Eucharistia cap.* 13. *concl.* 4. Ioannem de la Cruz in directione conscientiæ de Eucharistia *dub.* 4. *concl.* 2. & Ludouicum à S. Ioanne 1. *p. sum. tract. de Eucharistia q.* 7. *art.* 10. Quare contra Leandrum Discalceatum *d. disp.* 5. *quæst.* 5. asserendum comedentem ossicula aliquorū fructuum puta cerasorum, persicorum aut auellanarum cum cortice non manere à communione impeditum; quia licet medulla inter ossicula vel corticem inclusa sit per se sumpta comestibilis & alterabilis; tamen sumpta vt clausa inter ossicula & corticem est penitus à stomacho inalterabilia, & integrè cum ossiculis & cortice emittitur in excrementis, vt ipsa experientia patet: & ita proculdubio sentiunt præallegati Doctores, præsertim Diana *p.* 5. *tract.* 16. *resol.* 1. & male pro se Leandrus citat Sancium *disp.* 42. *num.* 23.

An sumptio Tabachi in folio, aut puluere, aut fumo impediat Communionem soluendo ieiunium ad illam requisitum, & quid si attrahatur per os, vel per nares quiuis alius fumus, odor, & suffitus carnium.

Ex supradictis facile potest resolui difficultas, an sumptio Tabachi in folio, puluere, & fumo soluat ieiunium hoc, & impediat communionem, & celebrationem Missæ. licet enim Antonius de Leone *in qq. moral. de cocholate p.* 2. §. 4. *num.* 10. & *seqq.* relatus à Diana, & Pasqualigio locis *mox* allegandis, affirmet, id probans primo, quia fumus potest nutrire, & nutrit; narratur enim aliquos solo fumo nutritos mortem ad aliquos dies distulisse. Secundò, quia hoc ieiunium frangitur, & impeditur Communio, etiamsi sumatur res non nutritiua, dummodo sumatur per modum cibi, vel potus; seu tanquam cibus, & potus iuxta sententiam magis communem *numero præcedenti* traditam versic. *item licet*. Tabachus autem sumitur ab eius familiaribus per modum cibi, seu nutrimenti, & per modum potus; bibunt enim Tabacbum in fumo, & hac de causa vtuntur. Tertiò adducit duo Concilia Prouincialia Limense 3. *act.* 3. *cap.* 20. & Mexicanum 3. *lib.* 4. *tit.* 15. *cap.* 13. sumptionem Tabachi sacerdotibus celebraturis aliis communicaturis prohibentia. 16.

Nihilominus negandum est solui hoc ieiunium, & impediri Communionem, siue sumatur Tabachus in fumo per os, siue in puluere per nares, siue in folio per nares, vel in ore, dummodo folium non deglutiatur, & ita docent etiam Diana *p.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 1. Pasqualigius *decis.* 333. & 334. & apud eosdem Alphonsus de Leone *q.* 8. *de officio Capell. sect.* 17. *casu* 2. *num.* 14. & Ioannes Præpositus *in* 3. *p. q.* 80. *art.* 8. *num.* 39. & etiam Leandrus Discalceatus *de præcept. Eccl. tract.* 5. *disp.* 5. *q.* 38. Ratio sumitur ex supra dictis, quia Tabachus non sumitur per modum cibi, vel potus; scilicet non traiicitur in stomacum propriè actione vitali

comedendi, vel bibendi, seu comedendo, vel bibendo: ergo per sumptionem eius non frangitur hoc ieiunium, nec impeditur celebratio, aut Communio; consequentia constat ex traditis supra *n.* 14. & Doctoribus *ibidem* citatis, & aliis communiter: Antecedens etiam patet, nam Tabacbus in puluere attrahitur per nares, & ordinatur ad caput, ergo non per modum cibi, vel potus; quare licet aliquid illius descendat in os, & transmittatur ad stomachum, non frangitur hoc ieiunium, sicut non frangitur, dum quis abluendo vultum attrahit aquam per nares, licet aliquantulum aquæ ad stomachum traiiciatur, quia retractio non est comestio, aut potatio, sed per modum saliuæ, vel distillationis, vel respirationis; & idem patet de Tabacho in folio sumpto per nares: qui etiam difficilius secundum aliquid sui, & vix transmittitur in stomachum per viam narium; si autem Tabacbus in folio sumatur per os, vt tantum dentibus conteratur ad exciiandam à capite pituitam, patet etiam hoc pacto non frangi ieiunium, licet quid minimum casu, & præter intentionem descendat in stomachum, quia transmitteretur non per modum cibi, sed per modum saliuæ, cui immiscetur; sicut non frangi hoc ieiunium, nec impediri communionem, si sumantur in ore aromata, & dentibus conterantur ad confortandum caput, vel tollendum malum odorem, dummodo nihil per se deglutiatur, licet aliquid per modum saliuæ ad stomachum perueniat, tradidi *to.* 1. *hor. moral. tit.* 1. *n.* 1714. & docent Authores *ibidem* citati, & alij, quos citat Diana *d. resolut.* 1. Quod si aliquid Tabachi in ore sumpto in folio per se deglutiatur, & in stomachum transmittatur; tum iidem Diana, Pasqualigius, Præpositus, & Alphonsus aiunt solui hoc ieiunium, quia in tali casu sumitur per modum cibi, & folium ipsum est aptum nutrire, & alterari, & per actionem caloris in substantiam comedentis conuerti. Denique etiam Tabachus in fumo, licèt sumatur per os, non sumitur vt cibus, aut potus, aut per modū cibi, vel potus; non enim sumitur ab accipientibus vt descendat in stomachū, sed vt exeat per nares, sicut de facto non descendit in stomachum, sed per nares exit; quare ibi nec interuenit actio vitalis comedendi, vel bibendi, sed tantum attractio per modum respirationis; atque adeo non sumitur per modum cibi, aut potus. Quare licet huiusmodi fumus Tabachi esset nutritiuus, & descenderet in stomachum, adhuc non frangeret hoc ieiunium requisitum ad communionem, cum transmitteretur per modum respirationis, non per propriam actionem vitalem, quæ fit comedendo, & bibendo; sicut etiam sanguis exiens ex maxillis, & humores descendentes ex capite in stomachum non soluunt hoc ieiunium, licet possint nutrire, quia non traiiciuntur in stomachum per modum cibi, & potus, scilicet per actionem vitalem comedendi, sed per modum saliuæ, vel distillationis, aut respirationis. Vnde etiamsi quis attraheret per os, vel per nares fumum Tabachi ea intentione, vt descenderet in stomachum, non frangeret hoc ieiunium requisitum ad Eucharistiam, vt tradunt etiam Diana, & Pasqualigius, quia in omni casu, & semper fumus non est cibus, aut potus, nec traiicitur in stomachum per veram comestionem, aut potationem.

17. Quapropter etsi idem Antonius de Leone *locis citatis* vult, non solum fumum Tabachi, sed generaliter fumum, seu odorem, & suffitum carnium dedita opera attractum per os, vel nares, & ad stomachum descendentem frangere huiusmodi ieiunium naturale, & necessarium ad Communionem, eo quod sit nutritiuus, & refocillatiuus; vnde Medici ad restaurandam naturam, & ad retundendam vim morbi solent suffitus, & odores congruos adhibere; & huiusmodi fumus; seu odor, aut suffitus nil aliud est, quam tenuissimæ & partes substantiæ, à qua exhalat; atque adeo præstat eundem effectum, quē cibus ipse, v. g. carnes, & consequenter censeri debet prohibitus, & frangere ieiunium sicut ipse cibus. Nihilominus quod de fumo Tabachi, vniuersaliter dicendum est de omni fumo, & de odore, & suffito carnium scilicet, casu, vel studiosè attractum etiam per os, & in tanta quantitate, vt ad aliquam nutritionem sufficiat, non frangere ieiunium naturale ad Communionem requisitum, vt etiam tradunt Diana *d. resolut.* 1. Pasqualigius *decis.* 319. & *d. decis.* 334. & apud eosdem Granado *in* 3. *p. controu.* 6. *tract.* 10. *disp.* 8. *n.* 4. & idem tradit Leandrus *d. q.* 38. Et ratio est, quia fumus cuiusuis qualitatis, & ex quacunque substantia exhalans non est cibus, vel potus, nec potest sumi per modum cibi, aut potus, scilicet per propriam actionem vitalem comedendi, aut bibendi, seu per veram comestionem, & potationem. Sed siue per nares, siue per os, attrahitur, & traiicitur solum per modum respirationis: Et si sententia Antonij Leonis esset vera, sequeretur (vt rectè Diana) quod si quis dedita opera aperto ore suffitum, seu fumosum halitum carnis in magna quantitate in die ieiunij de præcepto Ecclesiastico, vel tempore Quadragesimæ respirando attraheret, solueret etiam ieiunium Ecclesiasticum, & quadragesimale præceptum de abstinendo à carnibus, quod videtur absurdum, nec vllus Confessarius damnaret tanquam reum peccati mortalis. Et præterea coqui Principum, qui præparant tot cibos carnium, carnes quadrupedum, capones, perdices, & dum coquuntur, ex necessitate attrahunt plurimum ex halitibus dictorum ciborum, essent excludendi à S. Communione, si accederent post præparatos dictos cibos, quod nullus prudens, vt reor, dicet. Neque obstat, quod fumus hic restauret vires, ac nutriat sicut carnes ipsæ. Nam carnes in die ieiunij prohibentur quatenus cibi sunt, fumus vero, seu halitus carnis non est cibus, nec per modum cibi sumitur, sicut nec alij odores, aut suffitus non sunt cibus, nec potus licet postea descendentes in stomachum, & ibi condensati aliquo modo nutriant, quod est per accidens. Carnes autem, & alij cibi per se ordinantur ad nutriendum. Addo quod finis legis extrinsecus non cadit sub lege. Addit etiam Diana non esse verum, quod fumus nutriat; & ad exempla ex Antonio Leone adducta, quod multi ex sumptione fumi multos dies vixerint, dicit respondere à Dandino de anima *lib.* 2. *con.* 53. *digress.* 25. non esse facile credenda. & videtur, quod odores, & fumi possint aliquo modo refocillare solum excitando vires naturæ a morbo sopitæ, vel labore defessæ, & etiam retundere vim morbi, licet non nutriant; ex quibus manet solutum primum, & secundum argumentum Antonij Leonis *n.* 16. posita; & ad idem etiam secundum respondetur hoc ieiunium ad Communionem requisitum non frangi per sumptionem rei non nutritiuæ iuxta sententiam traditam *n.* 16. versiculo *nihilominus*. Ad tertium respondetur illa concilia Prouincialia non obligare extra suas Prouincias: secundo respondetur in illis concilliis fuisse prohibitum accedere ad celebrandum, vel communicandum post sumptum Tabachum propter periculum vomitus, eo quod Tabachus in illis partibus consueuit sumi in tali modo, vt ferè semper ad vomitum prouocet. Vnde in Synodo Episcopatus Canarium, de qua idem Antonius Leo, non solum ante Missas, sed etiam per duas horas post Missam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Sacerdotibus prohibetur sumptio Tabachi, vt ex verbis Synodi à Diana relatis constat. Quod est signum prohiberi ratione solius vomitus.

An si aliquid cibi, vel potus intret arteriam seu canalem respirationis, & eiiciatur soluat ieiunium ad Communionem requisitum.

Ex dictis etiam suprà *iisdem numeris* 14 & 15. colligitur non frangi hoc ieiunium ad S. Communionem requisitum, si aliquid cibi, vel potus intret in eductum respirationis, & eiiciatur, nec per manducationem traiiciatur ad stomachū, vt post Paludanū quæstione suprà *n.* 7. citata

citata *art.2. concl.3. fine*, & Persicum de Officio Sacerdotis *cap. 3. dub.6. num.* 53. tradit Pasqualigius *decis.* 321. illa enim traiectio non est manducatio, neque potatio, cum cibus non transmittatur in stomachum ipsa actione vitali comedendi, & bibendi: vnde etiam non confert, nec pertinet ad nutritionem, sed ad suffocationem, & procedit hoc etiamsi per inchoatam manducationem, aut potationem animo manducandi, & bibendi cibus, vel potus iactaret in dictum conductum respirationis, quia manducatio, & potatio non esset completa, non enim est completa, nisi per ipsam deducatur, seu transmittatur cibus, aut potus in ipsum stomachum. Quod si dum fit conatus ad eiiciendum è dicto canali respirationis, quid modicum cibi, vel potus descenderet ad stomachum, adhuc non frangeretur hoc ieiunium, quia non traosmitteretur per actionem manducandi, aut bibendi, sed per oppositam actionem egestiuam, cuius finis est transmittere extra canalem, & os cibum, aut potum illum.

Vtrùm si quis cadens in flumen, & demersus casu, & violenter deglutiat, & trayciat ad stomachum aquam siue in parua, siue in magna quantitate, & siue statim totaliter eyciat, siue non, censeri debeat ieiunus, vt possit recipere Eucharistiam.

19. Ex dictis *iisdem numeris* 14. & 15. colligitur quoque resolutio alterius difficultatis propositæ a Pasqualigio *decis.* 320. scilicet, an si sacerdos, vel laicus transuadando flumen casu in illud cadat, & demersus hauriat, seu transmittat in stomachum aliquid, vel multum aquæ, possit postea tanquam ieiunus celebrare, vel communicare, an verò per illam traiectionem aquæ siue in notabili quantitate censeatur fractū hoc ieiunium prærequisitum ad S. Communionem, & est eadem difficultas quoad cæteros liquores, vt si quis caderet in magnum dolium vini, aut olei, & violenter paruam, vel quantitatem liquoris notabilem traiiceret ad stomachum. Ad quam difficultatem idem Pasqualigius respondens censet frangi ieiunium hoc, & impediri celebrationem, & Communionem si à demerso magna quantitas aquæ deglutiatur, & dicit esse communem Doctorum sententiam, quos ibi latè cumulat, omninò tenendam. Probat, quia cum magna quantitas deglutitur, non potest illa actio inducere rationem alterius actionis, quam potationis, quantumuis violentæ, & præter intentionem; cum sit motus, quo per se primo aqua, vel alius liquor traiicitur in stomachum: Nec potest, inquit, dici quod sit respiratio, aut deglutio saliuæ, quia in his actionibus, quod per se primo descendit ad stomachum, non est materia potabilis, sed aut aër, aut saliua; vnde cum interueniat actio potatiua soluitur ieiunium. Addit autem quod si postea aqua, aut alius humor sic violanter haustus eiiciatur totaliter è stomacho, tunc potest censeri adesse naturale ieiunium ad Communionem requisitum; si quidem non violatur, inquit, nisi per cibum, & potum; tunc autem cum ille humor ingrediatur in stomachum præter intentionem, & ab ipso eiiciatur, non habet rationem potus, sed potius cuiusdam lauationis, qua stomachus lauetur; quia in tantum lauatio illa facta præter intentionem haberet rationem potationis, in quantum coniungeretur cum termino potationis, nam omnis motus est talis per coniunctionem cum suo termino; in tali autem casu non coniungeretur cum termino potationis; cum terminus potationis sit permanentia liquoris in stomacho, vt possit alterari, & digeri. Ad agnoscendum autem an liquor totaliter sit eiectus, ait, considerandas esse circumstantias, præsertim an aliquo tempore in stomacho permanserit, aut sit facile alterabilis, quia in his casibus non censebitur totaliter eiectus, sed aliqua pars alterata; subdit tandem in omni casu satius esse abstinere à Communione. ita Pasqualigius

20. At dicendum est in hoc casu non frangi hoc ieiunium, neque impediri Sacram Communionem siue parum, siue multorum aquæ, aut liquoris descendat ad stomachum, & ita prorsus sentit Tabiena *verbo* Communicare *num.* 51. vbi inter alias conditiones, quas ait requiri ad fractionem ieiunij prærequisiti ad sumptionem Eucharistiæ, ponit hanc, nempè, vt *deglutiatur quid per modum cibi*, id est, *ex intentione, si enim aliquid descenderet ab extra etiā alicuius quantitatis, ita quod homo non perciperet, vel non intenderet illud deglutire, sed sicut saliua descenderet, non impediret.* ita Tabiena. id autem infertur ex traditis *d. num.* 14. & *d. num.* 15. in hoc enim casu demersionis alicuius in flumen, vel in magnum vini, aut olei dolium attrahentis aquam, vel vinum, aut oleum; aqua, vel alius liquor non traiicitur ad stomachum per modum cibi, vel potus, id est per propriam, & veram actionem vitalem comedendi, aut bibendi, seu comedendo, vel bibendo, sed per modum respirationis, seu respirando, sicut attrahitur, & traiicitur musca, vel culex casu in os apertum intrans, & aqua attracta per nares dum facies abluitur; ergo non frangitur ieiunium huiusmodi naturale ad Eucharistiam recipiendam necessarium iuxta tradita *d. num.* 13. & *d. n.* 15. præsertim *versic. Item si alicui.* Quare etiam Doctores *d. versic.* & *d. n.* 14. allegati, licet illud expresè non habeant, tamen in hoc casu non frangi hoc ieiunium necessarium ad S. Communionem certè sentiunt, non vero oppositum, vt dixit Pasqualigius. Auctores enim ab ipso allegati *locis* ab eodem *citatis* solum docent frangi hoc ieiunium, quando aliquid sumitur per modum cibi, vel potus, quod in hoc casu non contingit, quia per modum respirationis aqua violenter traiicitur, seu potius attrahitur ad stomachum violenter, & præter intentionem attrahentis, qui non solum non vult comedere, aut bibere, sed nec vellet aquam intrare in os. Neque ex magna quantitate aquæ traiecta infertur, aut inferri potest actionem traiiciendi fuisse potationem, quia fuerit motus, quo per se primo aqua traiecta sit ad stomachum; nam aqua in hoc casu per respirationem solum attrahitur ad stomachum consequutiuè dum respirando attrahitur aër, sicut cum aqua attrahitur ad os per fistulam in aqua immersam, & licet in progressu durante submersione post attractum aërem continuatione respirationis attrahatur successiuè multum aquæ immediatè in stomachum; nihilominus semper sola respiratione, seu per modum respirationis traiicitur, non vero per veram potationem. Vnde non magis frangitur hoc ieiunium ad Communionem requisitum, quam si per vim media fistula violenter alicui in os immissa, & penetrante guttur aqua, aut alius liquor transmitteretur ab extrinseco in illius stomachum præter illius intentionem, & voluntatem, seu quocunque alio modo per vim in stomachum Sacerdotis, vel laici infunderetur aqua, vel vinum, aut alius liquor; hoc enim casu non censebitur vllo modo solutum ieiunium, & impediri celebrationem, aut S. Communionem; nec præsumi debet, aut potest Ecclesiam velle excludere à celebratione vel Eucharistiæ sumptione eum, qui talem passus esset vim. Dato autem quod per deglutionem magnæ quantitatis, eo quod talis deglutio esset actio vera potationis, & aqua, vel alius liquor sit transmissus ad stomachum per modum cibi, vel potus, & solueret hoc ieiunium naturale ad Communionem requisitum; etiamsi postea statim eiiceretur totaliter (quod moraliter loquendo puto impossibile, semper enim remanerent in stomacho aliquæ partes saltem minimæ aquæ, vel liquoris) nullo modo censeri posset tunc adesse ieiunium naturale sufficiens, vt possit recipi Eucharistia. Postquam enim semel quis aliquid nutritiuum, vel potabile sumpsit per modum cibi, vel potus, & semel ieiunium hoc violauit, tametsi statim totam substantiam

receptam euomat, ieiunus non censetur, vt in terminis docent Henriquez *lib.8. d. cap.49. num.2. fine.* Fagundez *precepto 3. lib. 3. cap. 5. num. 5.* Leandrus Discalceatus *d. tr.7. disput.5. quæst.19.* estque de mente aliorum; & deducitur ex illa ratione huius præcepti de communicando ieiunè, scilicet, vt Eucharistia sit primus cibus, & primus potus receptus eo die in stomachum; si enim qui semel recepit aliquid nutritiuum per modum cibi, vel potus, licet statim euomat totum, iam Eucharistia non potest esse primus cibus, aut potus. Nec puto aliquem Doctorem admissurum, vt alicui liceret sacram Eucharistiam recipere postquam comedit, vel bibit, etiamsi statim totum cibum, vel potum euomuerit. Neque iuuat dicere deglutionem illam non habere rationem potationis sequuto vomitu, sed tantum lauationis, quia non coniungeretur cum termino potationis, scilicet, cum permanentia aquæ, vel liquoris in stomacho. Nam primo, vel actio, per quam, aut liquor traiicitur ad stomachum, est vera potatio, vel non, si non; ergo licet liquor receptus non eiiciatur non censetur fractum ieiunium hoc, nec impedit receptio Eucharistiæ; si autem est vera potatio, etiamsi liquor, vel aqua statim eiiciatur, non potest amittere suam rationem, quam semel habuit, nec fieri potest, quin verè ieiunium fuerit solutum. Secundo quia terminus formalis, & adæquatus comestionis, & potationis non est cibi permanentia in stomacho, sed ipse cibus, & potus vt in stomacho per eandem actionem vitalem comedendi, aut bibendi receptus; permanentia autem est quid consequens, & finis extrinsecus comestionis, & potationis à comedente, & bibente, & ab ipsa natura intentus, vt potè necessaria, vt cibus, & potus alteretur, & nutriat. Et equidem si præfata doctrina Pasqualigij esset vera, sequeretur quod is, qui sponte vno haustu bibisset vinum, aut aquam in magna quantitate, & vsque ad satietatem, & postea statim totaliter eiiceret è stomacho, deberet censeri ieiunus, & ei liceret recipere S. Eucharistiam, quia ille potus dicendus esset non habere rationem potationis, sed potius cuiusdam lauationis, quia non coniungeretur cum termino potationis; quod enim potus sumptus sit præter intentionem, vel spontè, & voluntariè non mutat naturam actionis, quæ est à parte rei, & non apparet sufficiens ratio, cur in vno casu facta statim eiectione totaliter, potus sit dicendus lauatio, & non in alio: Nullus autem Doctor dicet præfatum, qui sponte bibit vinum, aut aquam, & statim eiecit censeri debere ieiunum, vt possit licitè recipere S. Eucharistiam. Confirmatur sententia Tabienæ, & à me huc vsque stabilita per tradita in duobus Quæsitis sequentibus. Et quia non videtur credibile Ecclesiam ob talem deglutionem aquæ casualem, & respectu deglutientis merè materialem actionem, & inuoluntariam, & violentam velle addere afflictionem afflicto, & priuare Sacerdotem iure celebrandi, aut communicandi; & etiam in hoc casu nulla possit cogitari irreuerentia erga Sacramentum, cum talis deglutio non fuerit actus moralis, nec vllo modo volita in se, vel in aliquo actu antecedente, & fuerit traiectio merè materialis, & deglutiens ad summum tantum dici possit non ieiunus materialiter, & physicè, non vero moraliter, & humano modo.

An si quis dormienti, vel non aduertenti immittat in os, & guttur aliquid cibi, vel vini, vel aquæ, aut alterius liquoris, & casu transglutiatur, soluat ieiunium requisitum ad celebrandum, & communicandum; vbi an vt hoc ieiunium frangatur, & impediatur celebratio, vel Communio, manducatio, & potatio debeat esse voluntaria.

20. Verùm quæret aliquis. An si quis alteri non aduertenti immittat in os, & guttur aliquid cibi, v. g. globulum ex saccharo confectum, amygdalum, vel vuam, vel aliquid vini, aut alterius liquoris, & casu transglutiatur, & traiiciatur ad stomachum, censeatur solutum hoc ieiunium præerequisitum ad celebrationem, & S. Communionem, ita vt iste postea aduertens, quid sibi ex alterius opera accidit, non possit eo die accedere ad Eucharistiam. Hoc autem potest dupliciter accidere; vno modo si quid tale alteri dormienti in os, & guttur alius mittat; altero si non dormienti quidem, sed tamen non aduertenti in apertum os alius immittat globulum, amygdalum, vel vuam, aut vinum, & ille casu, & præter intentionem ex turbatione correptos respirandi causa deglutiat, & traiiciat ad stomachum: Quæritur ergo an in his casibus censeatur solutum ieiunium hoc ad celebrationem, & S. Communionem requisitum. Et respondent affirmatiuè Ioannes Lugo de Eucharistia *disp. 15. d. sect.2. num. 33. & 35.* & Pasqualigius *decis. 516.* Supponunt autem duo isti Doctores. Primum aliquem ignorantem, & repugnantem posse refici per vim immisso in illius os, & guttur cibo, vt patet in infirmis, qui sui compotes non sunt, ij enim ignorantes, & renitentes reficiuntur. Alterum, quod nomine comestionis, vel potationis, qua sacri Canones volunt, & Auctores docent solui ieiunium naturale ad sacram Communionem necessarium, non venire intelligendam solam actionem voluntariam humanam, & moralem; verum etiam Comestionem, & potationem non moralem, & humanam, seu non humano modo, nempè non voluntariè, nec liberè exercitam, sed tantum materialem, & physicam: His suppositis. Probatur hæc sententia à Lugo quia in his casibus cibus verè dicitur comedi, sicut contingit in ægrotis qui eo modo cibum in os eorum per vim immissum comedunt deglutientes vna cum respiratione. Pasqualigius probat sententiam sic, quia hic, inquit, supponitur esse verus cibus, & eadem intentio illius, qui immittit in os, quod descendat in stomachum, & ita interuenit assumptio externæ substantiæ cum actione deductiua ipsius in stomachum; ac proinde licet sit contra intentionem traiicientis, est tamen manducatio, aut potatio; cum cibus, & potus traiiciatur in stomachum motu ordinato ad hoc ipsum. Confirmat Pasqualigius, quia sicut solueretur ieiunium Ecclesiasticum, si in magna quantitate ita traiiceretur; ita soluitur naturale ad Communionem requisitum, dum eo modo traiicitur in parua quantitate. Si dicatur in his casibus cibum, vel potum non traiici ad stomachum comedendo, vel bibendo, sed respirando, seu ratione, & per modum respirationis, & consequenter traiicientem remanere ieiunum ad celebrandum, vel communicandum. Respondet primo Ioannes Lugo negando consequens, seu sequelam, quia Ecclesia, inquit, sua prohibitione noluit quidem impedire respirationem, atque adeo noluit quidem impedire ea, quæ per se loquendo cum respiratione, & aëre attrahuntur, qualia sunt puluis, paleæ, & ea, quæ deferuntur cum ipso aëre, quem non possumus purgare ab iis ad respirandum: Aliud vero est (subdit) de his, quæ non feruntur ab aëre, quem respiramus, sed aliunde iniiciuntur in os, illa enim non propter respirationem, sed propter aliam causam extrinsecam traiiciuntur, & ideo dicuntur comedi; sicut infirmi eo modo comedunt deglutientes cum respiratione, quæ ab aliis infunduntur in os, ipsis non aduertentibus, vel per vim. ita Lugo. At Pasqualigius præfatæ instantiæ respondet etiamsi illa traiectio fiat ratione respirationis adhuc solui ieiuniū ad Communionem requisitum, quia respiratio non est causa totalis traiectionis, cum supponat modum per se ordinatum ad immittendum in stomachū, & ipsa sit veluti completiua talis motus, & tanquam quid accessorium se habeat adiuuans priorem motū; cum autem accessorium sequatur naturam principalis, & prior principalis motus sit ordinatus ad comestionem, aut potationem, etiam posterior accessorius ordinabitur. ita Pasqualigius.

Verùm

21. Verùm ego Respondeo in his casibus deglutientem casu, & violenter, & præter intentionem globulum ex sacchato, vel alium cibum, aut potum sibi dormienti, vel non aduertenti in os apertum, & gutur ab altero immissum censeri ieiunium, vt possit celebrare, vel communicare, eo die. ita procul dubio sentit Tabiena loco *superius num.* 19. citato, & puto responsionem esse etiam de mente aliorum Doctorum, quos citaui suprà *num.* 14. & 15. versic. *item si alicui.* Hanc responsionem duplici ratione probo.

Prima est, quia in his casibus traiectio illius cibi, vel potus ad stomachum non est per modum cibi, & potus, scilicet, non est vera comestio, vel potatio, sed potius est per modum respirationis scilicet respirando, & attrahendo aërem, & consequenter, seu consequutiuè illum cibum, vel potum aëri annexum, & coniunctum, seu immixtum, sicut quando attrahitur ad stomachum musca, aut aliud animal ex improuiso intrans in os apertum; ipsemet enim traiiciens, seu deglutiens, & natura ipsa intendit tantum refrigerium per respirationem, ipsamque respirationis motum elicere, & aërem attrahere, cui attractioni postea per accidens, & consequutiuè propter intimam illius coniunctionem cum aëre, & organo ipso respirationis sequitur attractio illius cibi, vel potus impedientis posse successiuè attrahi alium, & alium aërem; ergo per talem traiectionem illius cibi, vel potus non soluitur hoc ieiunium, nec impeditur receptio Eucharistiæ iuxta tradita *dictis numeris* 14. & 15. & Doctores *ibidem* citatos. Neque obstat illa responsio Ioannis Lugo, nam quod traiecta in stomachum ratione respirationis, seu respirando non soluant ieiunium ad Eucharistiam prærequisitum, non prouenit ex eo, quod cum aëre ferantur in os, & non ab alio immittantur ea intentione immittentis, vt comedantur, sed quia non traiiciuntur per modum cibi, seu potus, seu per veram comestionem, aut potationem, sed potius per modum respirationis, vt Doctores *dictis numeris* 14. & 15. citati. Quare illa distinctio gratis fingitur ab eodem Lugo, nec habet alium auctorem, & ex ea videtur posse inferri non solui ieiunium, si musca cum aëre ipso delata casu intrans in os apertum postea scienter, & voluntariè per comestionem traiiceretur ad stomachum. Ex quibus etiam reiicitur probatio, & responsio Pasqualigij, licèt enim immittens aliquid cibi, vel potus in os & guttur alterius, dormientis, vel non aduertentis, & casu deglutientis dum respirat, vel respirare conatur, intendat vt traiiciatur ad stomachum manducando, & bibendo, seu vt cibus, aut potus, hæc tamen intentio non potest efficere, vt traiectio illius cibi, vel potus ad stomachum facta ratione spirationis, & per modum respirationis, seu respirando, aut dum fit conatus ad respirandum, & ad attrahendum aërem, sit manducatio, aut potatio, & quod cibus ille, vel potus, censeatur, & dici debeat transmissus ad stomachum per motum per se ordinatum ad immittendum in stomachum; nam tali intentione non obstante cibus, vel potus ille ob ipsammet respirationem, vel conatum ad respirandum, & ad attrahendum aërem per accidens, & consequutiuè traiicitur, seu descendit ad stomachum absque propria, & vitali actione comedendi, & bibendi, sicut descendit musca casu in os apertum intrans, & per respirationem attracta; quare etiam falsum est respirationem non esse totalem, aut principalem causam traiectionis: Et quid si immittens non intendisset comestionem, sed ioci causa id fecisset, & tamen alter dormiens, vel non aduertens respirando, seu respirandi causa per conatum ad respirandum, & ad attrahendum aërem traiecisset ad stomachum. In hoc ergo casu non interueniret manducatio, vel potatio, & maneret ille ieiunus ad celebrandum, & communicandum; ergo idem dicendum, si idem immittens intendisset, vt cibus, vel liquor immissus comederetur, vel biberetur; nulla enim apparet ratio diuersitatis, quia sola interna intentio immittentis non potest variare actiones naturales, & physicas, & vt à parte rei exercentur. Confirmatio etiam a Pasqualigio adducta non obstat, vt ex dicendis apparebit.

Secunda ratio (dato quòd in prædictis casibus, casu, violenter, & præter intentionem deglutientis interueniat seu contingat actio manducandi, vel bibendi) non solum apud me; sed etiam apud alios viros doctos, quos consului, probabilis; est; quia quando Concilia, & sacri Canones, & sancti Patres locis supra *n.* 5. & 6. citatis præcipiunt, & statuunt, *vt nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missam facere præsumat, & quod Eucharistiæ Sacramentum non debet confici post cœnam, nec à fidelibus recipi non ieiunus, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis.* verba illa *sumptum*, & illa *non ieiunus*, non sunt intelligenda de sola sumptione materiali, & physica, & etiam inuoluntaria, & non humana, & de non ieiunis tantum materialiter, & physicè, sed de sumptione formali, scilicet, per humanam, & moralem ieiunij fractionem, atque adeo per actum voluntarium, & ita per comestionem, vel potationem in se, vel in causa, & antecedenter aliquo modo voluntariam. Quod probo, quia termini in iure, legibus, statutis, dispositionibus, & in qualibet facultate sunt intelligendi formaliter, vt notauit Caietanus *in summa* verbo Excommunicatio *cap.* 1. *fine* ab aliis communiter receptus, ad quod etiam faciunt tradita per me *in tractatu de triplici iubilei priuilegio sect. prima casu* 10. §. 3. *num.* 33. Ad idem, & responsionis meæ confirmationem faciunt Doctores *tit. præcedenti num.* 216. allegati asserentes eum, qui inaduertenter, seu inculpabiliter ignorans, vel non aduertens esse diem ieiunij de præcepto Ecclesiastico pluries cibum, etiam carnis sumit, ieiunium non frangere, & adhuc teneri, ieiunare in reliquo diei; cuius rei eam assignant rationem, quod illa comestio est prorsus inuoluntaria respectu ieiunij, & sic materialis tantum, non formalis fractio, & violatio præcepti ieiunij; præceptum autem (inquiunt) non violatur, siue soluitur, nisi per actum voluntarium, & consequenter nisi præcedente notitia præcepti: & hoc idem quod præceptum ieiunij, & quodlibet aliud præceptum non violetur nisi per actum voluntarium, & nullo modo per actum inuoluntarium respectu præcepti præter Doctores *dicto num.* 226. allegatos tradunt Syluester *verbo* ieiunium *num.* 11. Nauarrus *in man. c.* 21. *num.* 27. & plures alij, quos latè refert Ioannes Sancius in selectis *disput.* 51. *num.* 1. Idem ergo merito dici potest de hoc ieiunio requisito ad celebrandum, & communicandum, non violari nisi per actum voluntarium, non vero per comestionem, aut potationem inuoluntariam, & nullo modo humanum, & moralem, sed merè materialem, & physicam tantum. Quare, & quando quis casu cadens in flumen violenter, & inuoluntariè deglutit aquam etiam in notabili quantitate, & quando dormienti, vel non aduertenti immittitur in os ab alio aliquid cibi, vel potus, & casu, atque omninò inuoluntariè illud traiicit ad stomachum, & si per vim in os alicuius infunderetur aqua, vel vinum, & contra illius voluntatem transmitteretur ad illius stomachum, etiam concurrente per respirationem alia actione vitali illius, & etiam si quis Sacerdos post mediam noctem in somnio bibisset aquam, vel vinum, vel sumpsisset cibum aliquem, & expergefactus id aduerteret, & agnosceret contigisse absque sua culpa, aut negligentia antecedenti, in his, inquam, & similibus dicendum est non frangi ieiunium hoc requisitum à sacris Conciliis, Decretis, & Patribus, ab ipsaue Ecclesia ad celebrandum, & communicandum; talibusque licitum esse Missam celebrare, & communicare, quia forent non ieiuni tantum materialiter, & physicè, non autem formaliter, & moraliter, & humano modo; quia illa traiectio cibi, vini, vel aquæ ad stomachum est omninò inuoluntaria. Neque mihi saltem videtur vllo modo credibile Ecclesiam 22.

piam,

piam, & benignam Matrem ob actionem merè materialem, & omninò inuoluntariam, omnique culpa carentem, sed potius cum tristitia non leui agentis sequutam, velle priuare Sacerdotem, vel alium fidelem pium, & deuotum, ac benè affectum erga sanctissimum Sacramentum iure celebrandi, vel communicandi. Præsertim etiam cum in similibus casibus, sicut in casu, de quo in sequenti quæsito nulla appareat, vel cogitari possit irreuerentia erga Sacramentum, si recipiatur; nam irreuerentia videtur supponere actum moralem, seu sequi debere ex actu morali præcedenti, & in his, & similibus casibus rectè dici potest Eucharistiam esse primum cibum, & primum potum scilicet, qui formaliter, & quatenus cibus, vel potus sit sumptus nempe per manducationem, & potationem moralem, & humanam.

23. Non obstat, si dicatur eum, qui abluendo os aqua, vel vino præter intentionem, & voluntatem deglutit aliquid aquæ, vel vini, & non per modum saliuæ, non posse eo die celebrare, vel communicare, vt tradunt Doctores; quos *tom. 1. horum moral. tit. 1. num.* 1713. & *hoc titulo* suprà *num.* 14. & 15. allegaui, & iste non esset non ieiunus formaliter, & moraliter, seu per fractionem ieiunij voluntariam: Nam respondetur primo aliquos Doctores tenere in hoc casu non frangi hoc ieiunium, nec impediri Communionem propter illam rationem, quod illud modicum deglutiatur præter intentionem abluentis os. ita Tabiena *dict. verbo* communicare *citato num.* 51. Portel *in dub. reg. verbo* ieiunium *num.* 11. Diuus Antoninus *p. 3. tract.* 13. *cap.* 6. §. 8. *fine.* Vega *in summ. consil p. 1. casu* 23. Leandrus Discalceatus *de sacram. tract. 7. disput. 5. quæst.* 12. & indicat etiam Rudriquez *p. 1. summ. cap. 66. num* 3. quos tres posteriores quamuis *d. tit. 1. citato num.* 1713. dixerim fortasse loquutos, quando deglutitur gutta aquæ per modum saliuæ, seu saliuæ immixta, quo pacto etiam videtur loqui Leandrus; Nihilominus saltem D. Antoninus expresè loquitur de deglutione aquæ nondum in saliuam conuersæ, dummodo non ex proposito, & intentione deglutiatur. Respondetur secundo per talem guttæ aquæ, vel vini deglutionem tunc præter intentionem contingentem impediri receptionem Eucharistiæ, & celebrationem, quia illa sumptio aquæ vel vini esset aliquo modo voluntaria antecedenter, & in causa, potuit enim illam præcauere abstinendo ab ablutione oris, ex qua frequenter accidit aliquid aquæ, vel vini demitti ad stomachum.

24. Non obstat etiam si dicatur, quod is, qui per inaduertentiam, vel obliuionem obligationis Missæ, vel Communionis, aut per ignorantiam putans per talem cibum puta nucem muschatam sumptam non impediri celebrationem, vel Communionem, sumpsit cibum, aut potum, agnoscens postea suam obligationem, vel errorem non potest amplius eo die celebrare, & communicare: vt tradunt Caietanus *verbo* communio *cap.* 1. Armilla *eodem num.* 2. Henriquez *lib. 8. cap. 49. num.* 2. Fagundez *precepto 3. lib. 3. cap. 5. num.* 5. & 24. & ita sentiunt alij omnes *in præcedentibus* allegati. Respondetur enim, quod etiam huiusmodi sumptio cibi, vel potus est formalis, moralis, & humana, vt potè voluntaria manducatio, & potatio, à qua liberè poterat abstinere, & sumptio cibi, vel potus, vt cibus, vel potus est, id est ex intentione, & proposito manducandi, vel bibendi; Vnde Corpus, & sanguis, nullo modo potest esse primus cibus, & potus.

Denique non obstat confirmatio Pasqualigij suprà *num.* 20. adducta scilicet, quod si magna quantitas cibi præter intentionem & inuoluntariè traiiciatur ad stomachum frangitur ieiunium Ecclesiasticum, vt proinde ideo sit dicendum de ieiunio ad Communionem prærequisito, scilicet, solui etiamsi cibus, vel potus præter intentionem deglutiatur. Nam respondetur in tali casu non solui ieiunium Ecclesiasticum, & remanere obligationem ieiunandi in reliquo die, iuxta Doctores suprà *num.* 21. allegatos, & verè non frangitur ieiunium formaliter, nec violatur præceptum Ecclesiastici ieiunij formaliter, quia non interuenit actus humanus, & voluntarius, sed frangitur tantum materialiter. Quod tamen *titulo præcedenti num.* 226. dixi sufficere, vt nulla sit postea obligatio abstinendi à comestione in reliquo diei, sed tantum à cibis in die ieiunij vetitis, propter rationem *ibi* traditam.

Episcopus, qui in die Natalis Christi Domini celebrans in prima Missa loco sanguinis casu, & omninò inaduertenter sumpsit aquam, idque agnouit completa iam Missa, & inchoata secunda, an potuerit postea absoluere secundam inchoatam, & etiam tertiam celebrare.

Ex his colligo responsionem ad quæsitum paucis ab hinc annis mihi propositum in Ciuitate N. huius Prouinciæ Mediolanensis, Episcopus eiusdem Ciuitatis in nocte Natiuitatis CHRISTI Domini ob specialem affectum erga quosdam Religiosos ibi degentes, & vt maiore deuotione sacrum perageret, accessit ad Ecclesiam cuiusdam Monasterij ibi celebraturus primam, & secundam Missam, volens manè sequenti tertiam iuxta consuetam publicè, & solemniter celebrare in Ecclesia Cathedrali. In Ecclesia præfati Monasterij à Religiosis, & eiusdem Episcopi Ministris parantur omnia necessaria pro priuata celebratione, & inter cætera præparantur ampullæ vini, & aquæ, & cum essent argenteæ ad dignoscendum eam, in qua vinum contineretur, vni vino destinatæ alligata erat paruula vitta serica coloris rubri; alteri vero coloris albi, accidit, vt is, cui de mandatum fuerat dictas ampullas præparare in destinatam ad vinum infuderit aquam, & in alteram destinatam aquæ, vinum. Omnibus præparatis Episcopus accedit ad altare, & celebrat, & ad offertorium primæ Missæ loco vini per illam ampullam vino destinatam omnibus inaduertentibus in Calicem infunditur aqua Episcopus consumpsit sacrificium, & sumendo Calicem parum saporis vini percepit, sed putans id prouenire ex frigiditate, & debilitate vini nulla alia adhibita diligentia perficit Missam, & incipit etiam secundam, ad cuius offertorium repertum est in ampolla vino destinata adesse aquam, non vinum; tunc Episcopus immisso vino in Calicem cum aqua consueta, & facta oblatione prosequutus est Missam, & absoluit, qua finita, quæsitum, & dubitatum fuit: An cum Episcopus in hac prima Missa loco sanguinis recepisset aquam, & vlterius non suppleuerit defectum de nouo consecrando sanguinem, & recipiendo, posset sequenti mane celebrare in Cathedrali tertiam Missam consuetam ibi decantari Episcopo ipso celebrante; an vero deberet abstinere tanquam impeditus attenta dispositione Innocentij tertij in allegato *cap. ex parte de celebratione Missarum.*

26. Confessarius eiusdem Episcopi Religiosus eiusdem Monasterij vir doctus, & Theologus, qui pluribus annis Theologiam docuerat, respondit Episcopo licere tertiam Missam in Cathedrali celebrare, & assignauit duplicem rationem. Primum, quod cum bona fide existimans non teneri se desistere & iam cæptam, & perductam vsque ad offertorium intermittere prosequutus sit, atque absoluerit secundam Missam, in eaque sumpserit Corpus, & sanguinem CHRISTI omissa solita ablutione, videbatur acquisiisse ius ad celebrandam tertiam, eo quod per consumptionem secundi sacrificij, & receptionem Corporis, & sanguinis CHRISTI Domini censeretur constitutus in statu, ac si omninò ieiunus, ac parum illud aquæ in prima missa non sumpsisset. Secunda erat ratio euitandi grauem notam, aut scandalum, & magnam admirationem, quam populus, vel Canonici potuissent concipere, si Episcopus iuxta consuetum

suetum tertiam Missam publicè, & solemniter non celebrasset, & ita Episcopus celebrauit tertiò.

Fui postea à Religiosis dicti Monasterij per literas requisitus & ego, vt responderem, quid in hoc casu sentirem. Dixi Confessarium rectè respondisse, & approbaui illius secundam rationem per ea, quæ tradam §. sequenti. Primam dixi non carere scrupulo, nec mihi probari; quia sacrificatio, aut perfectio, & consumptio sacrificij post cibum sumptum in casibus, (de quibus in §. sequenti) non videtur vllo modo tribuere ius ad nouum sacrificium ieiuno sacerdoti, qui nihil cibi, & potus prorsus illo die sumpsisset, aliàs permissum, vt si sacerdos non ieiunus perficeret Missam ab alio sacerdote inchoatam, & productam vsque ad consecrationem inclusiuè, eo ob deliquium, vel subitaneam mortem non valente vlterius prosequi, non potest postea celebrare Missam, tametsi eo die non celebrasset aliam Missam, quia sola ratio necessitatis perfectionis sacrificij, reuerentiæ erga Corpus CHRISTI Domini tribuit sacerdoti non ieiuno ius perficiendi Missam inchoatam, & absoluendi sacrificium iam inchoatum, & illud consummandi, & recipiendi Corpus CHRISTI.

Addidi etiam aliam rationem desumptam ex traditis *num.* 22. scilicet præceptum de non celebrando Missam vel recipiendo Communionem post cibum, vel potum sumptum, & ab iis, qui non sunt ieiuni, non intelligi de sumptione, seu manducatione, & potatione merè materiali, & physica, & non de ieiunia materialiter tantum, sed de sumptione, seu manducatione, vel potatione formali, nempè humana, & morali, seu humano modo exercita, videlicet per actum voluntarium, & ex intentione manducandi, & bibendi, & non de ieiunis formaliter scilicet per humanam, & moralem fractionem ieiunij, in huiusmodi autem casu Episcopus non potuit dici non ieiunus formaliter, & moraliter, nec sumpsisse formaliter, & moraliter aquam, illamque hausisse, & bibisse quatenus aquam, & potum terrenum, sed sumptio illa aquæ, & fractio ieiunij naturalis ad illam consequens fuit tantum materialis, & nullo modo formalis, seu moralis, & humana, quia cum ipse putaret, & intenderet sumere sanguinem CHRISTI Domini, nec potuerit notari negligentia aliqua circa inuestigationem, an in Calicem fuisset infusa aqua, & non vinum, vt ex circumstantiis facil apparet; præfata sumptio aquæ quatenus aqua fuit omninò inuoluntaria, scilicet, non fuit voluntaria in se, neque antecedenter, aut in causa, & ita non potuit iuxta doctrinam *d. num.* 22. traditam esse impedimento, ne idem Episcopus vteretur iure suo celebrandi secundam, & tertiam Missam, sibi in tali die concessam: Prædicta tamen omnia *in hoc, & præcedenti quæsito* tradita subiicio saniori iudicio, & censuræ, &c.

Sacerdos qui celebrans in die Natalis Domini sumpsit ablutionem vini in prima Missa secundam, & tertiam nequit celebrare.

27. Et eisdem addo iuxta *d. cap. ex parte de celebratione Missarum*, vinum ablutionis sumptum in prima Missa in die Natali, & quoties quis posset plures eodem die Missas celebrare, impedire celebrationem secundæ Missæ in eodem die, & idem tradunt Auctores suprà *n.* 13. allegati, & communiter cæteri Doctores, Nauarrus *in summ. cap.* 25. *num.* 88. *fine*, Syluester *verbo* Missa 1. *n.* 7. Villallobos *p.* 1. *tract.* 7. *diff.* 39. *num.* 3. Victoria in summa *tit. de Eucharistia num.* 82. versic. *prohibetur sacerdos.* Sotus *in* 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 2. versic. *unde postquam in prima celebratione.* Durandus *in rationali Diuin. offic. lib* 4. *cap.* 1. *num.* 26. & Canonistæ quos latè refert Cænedo ad Decretales *dicto collectaneo* 149. *num.* 2.

* * *

Illius diei tantùm, quo sumenda est Eucharistia, debet esse ieiunium, & dies huius ieiunij seruandi ante communionem incipit à media nocte in nostris regionibus, & qua ratione computandus dies in regionibus sub polo constitutis, & post sumptam Eucharistiam nullum est præceptum ieiunandi per aliquod tempus.

Quæret rursus aliquis, An qui ante mediam noctem sumpsit cibum, post mediam noctem, seu die immediatè sequenti possit celebrare Missam, aut recipere Eucharistiam, etiamsi post cibum sumptum non dormierit, nec cibum concoxerit, sed sit indigestus, & cibi eructationes sentiat eo tempore, quo vult celebrare, aut communicare. Respondet negatiuè Glossa *in cap. si consliterit* verbo *dormitione de accusat. in cap. ex parte* verbo ne si forte *de celebrat. miss.* & *in can. nihil* verbo *minimum* 7. *quæst.* 1. Quàm sequuti sunt nonnulli, quos referunt Diaz *in practica cap.* 34. *in* 2. *edit.* Boërius *decis.* 4. Mænochius *de arbitrar. casu* 406. & Pasqualigius *decis.* 344. Probat Glossa *in d. verbo dormitione*, quia propter indigestionem, & cum cibus non sit absumptus, videtur non ieiunus, & ita prorsus celebrare, & communicare. Confirmatur ex *d. cap. si consliterit*, vbi damnatur, & punitur sacerdos, qui cum per totam noctem commoratus esset, & pernoctasset in tabernis, sequenti die nulla præmissa dormitione Missam cantauit. Confirmat etiam ex *can.* tribus *de consecrat. d.* 2. vbi dicitur hunc sacrum cibum non esse profanis cibis miscendum. Pro resolutione 28.

Notandum diem naturalem, in quo ex præcepto Ecclesiæ ante celebrationem, aut Communionem ieiunium naturale hoc cum abstinentia ab omni cibo, & potu seruandum est, in nostris Regionibus incipere, & computari à media nocte iuxta Ecclesiæ vniuersalem consuetudinem. ita communiter Doctores, Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 8. *ad.* 5. Nauarrus *dict. cap.* 25. *citato num.* 88 & *cap.* 21. *num.* 53. Mænochius *d. casu* 406. Couarruuias *lib.* 4. *cap.* 20. Caietanus *in summa* verbo *Communio* versic. *secundum.* Angelus, Armilla, Syluester, verbo *Eucharistia*, Tabiena, verbo *communicare.* Diuus Antoninus *p.* 3. *tit.* 13. *cap.* 6. § 8. & ex Doctoribus suprà *num.* 1. relatis, S. Thomas *d. artic.* 8 *ad* 5. Henriquez *d. cap.* 49. *num.* 2. *in glossa, & textu.* Azorius *d. cap.* 30. *q.* 2. versic. *quæret quispiam.* Suarez *sect.* 4. versic. *dico tertiò.* Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 128. Fagundez *d. cap.* 5. *n.* 17. Villallobos *d. diff.* 39 *num* 4. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 11. Filliuccius *d. cap.* 8. *num.* 237. Scortia *dict. cap.* 7. *num.* 1. *prope finem*, Castrus Palaus *d. puncto* 13. *num.* 9. Layman *d. cap.* 6. *num.* 14. Rodriquez *d. cap.* 66. *num.* 3. *fine.* Toletus *d. cap.* 15. *num.* 4. Ioannes Lugo *d. disput.* 15. *sect.* 2. *n.* 40. Pasqualigius *decis.* 336. & alij apud quod præcitatos. Prædicta autem Ecclesiæ vniuersalis consuetudo fundata est aliquo modo in ipsa rerum natura, nam tunc scilicet à media nocte incipit sol ad nos venire. Et licet in diuersis regionibus, seu Prouinciis diuersæ sint consuetudines sumendi initium diei non à media nocte, sed ab occasu, vel ab ortu solis, id intelligitur, & seruatur solum ad alios vsus, & pro aliis negotiis, non vero in ordine ad ieiunium naturæ ad communionem requisitum, nec etiam ad ieiunium Ecclesiasticum, nam in ordine ad res Ecclesiasticas in vniuersa Ecclesia computatur dies à media nocte in mediam noctem, nec scitur alicubi esse aliam consuetudinem. ita Sotus, Henriquez, Suarez Fagundez *locis citatis.* Quod si alicubi, seu in aliqua Prouincia esset alia consuetudo etiam in ordine ad res Ecclesiasticas, & quoad omnes vsus sumendi aliter initium diei legitimè introducta, & Ecclesiæ decreto recepta Henriquez, & Fagundez videntur sentire adhuc esse seruandam pro aliis negotiis, non autem pro ieiunio Communionis, aut Ecclesiastico; Sotus tamen, 29.

& Sua

& Suarez *locis citatis*, & alij, quos refert Pasqualigius *decis.* 337. afferunt eam consuetudinem fore seruandam, nil enim resultaret contra reuerentiam erga Sacramentum, dummodo proportionaliter ad consuetudinem sumendi initium diei à media nocte ieiunium naturale eo die ante Communionem seruaretur. In illis porro regionibus vbi non potest dies naturalis distingui à media nocte in mediam noctem, vt contingit sub polo ob solis præsentiam, vel absentiam longam, & durantem per plures dies nostros etiam per sex menses ab vno æquinoctio in alterum æquinoctium, Suarez, Scortia *locis allegatis*, & nonnulli alij allegati à Pasqualigio *dict. decis.* 336. aiunt debere lege Ecclesiastica designari, seu diuidi dies proportionatos diebus nostris naturalibus eorum principia, & fines modo aliquo designando; & addit Scortia constituendos dies proportionatos nostris ex motu cœli æstate quidem ex motu solis, qui supra horizontem continuè circuit per aliquot menses; ita vt vna circulatio diem constituat; hyeme cum sol non ascendit super horizontem, ex motu stellarum eadem proportione facto initio à puncto, qui mediæ nostræ nocti respondeat, & in quo etiam finiatur circolatio. Pasqualigius autem *d. decis* 336. *num.* 4. *& tribus seqq.* reprobans dictam regulam dicit præceptum ieiunij pro communione seruandum secundum capacitatem illius regionis, scilicet iuxta terminos designatos, in quibus homines talis regionis communiter cessant ab operando, & tradunt corpus somno, & quieti; ita quod ille terminus, in quo apud omnes regulariter loquendo solet incipere quies, & claudi vnica periodus operationum, quas solent exercere, habendus sit pro termino mediæ noctis, in quo incipiat subsequens, seu noua periodus, & ab ipso, inquit, opus erit incipere ieiunium naturale pro sumptione Eucharistiæ: Sed cum iste certus terminus, in quo conueniant omnes homines regulariter in cessando ab operationibus, & tradendo se quieti vix possit assignari, vt manifestè apud nos patet, cum alij aliis citius, alij tardius intra spatium earundem horarum viginti quatuor, qua constituunt diem integrum naturalem, vel artificialem comedant, cessent ab operationibus, & somno, ac quieti corpus tradant, non videtur aptus iste modus constituendi initium Ieiunij pro receptione Euchsristiæ. His notatis

30. Responderetur ad quæsitum, quoties cibus sumptus est ante mediam noctem, dormire post cibum, vel illum digessisse non esse necessarium, vt die sequenti liceat celebrare, vel communicare, sed licitum esse tametsi tempore celebrationis, vel communionis cibus adhuc sit indigestus, est communis Doctorum sententia. ita Glossa marginalis *in d. cap. ex parte de celebrat. Missarum*, Ioannem Andream, & Gabrielem super canon. Missæ *lect.* 10. allegans, Mænochius. Diaz locis suprà *num.* 18. citatis alios Iurisperitos allegantes. Augustinus Barbosa collectaneo ad *d. cap. si constiterit.* S. Thomas, Sotus, Nauarrus, Toletus, Azorius, Reginaldus, Layman, Filliuccius, Villalobos, Scortia, Bonacina, Castrus Palaus locis *numero præcedenti* allegatis, Henriquez *d. cap.* 49. *num.* 3. *fine.* Suarez *d. sect.* 4. versic. *sed quid.* Ioannes Lugo *d. sect.* 2. *num.* 19. Pasqualigius *decis.* 344. Diana *p.* 3. *tract.* 4 *resolut* 44. & alij ab eodem Pasqualigio, & aliis relati. Ratio est, quia nullo præcepto cauetur, vt cibus ante mediam noctem sumptus debeat esse digestus ante Communionem, nec est per se malum, vt de se constat, & quis potest esse ieiunus à media nocte, quamuis cibum non digesserit; & finis præcepti non cadit sub præcepto, sed materia; quod autem præcipitur ab Ecclesia est solum, vt eo die nihil cibi, vel potus ante celebrationem, & communionem sumptum sit, & hoc seruatur in hoc casu: quod autem homo sit hoc, vel illo modo dispositus pertinet ad finem præcepti, non ad rem præceptam, & ita etiam viri Sancti, & Religiosi, qui traducunt sæpè noctes integras insomnes, & in vigiliis, & orationibus, nihilominus statim sacrum faciunt. In *allegato* autem *cap. tribus*, solum dicitur non esse profanos cibos ingerendos. Statim post communionem, in quo habitus est respectus solum ad finem præcepti, qui tamen canon iam est abrogatus, vt mox dicetur. In *d.* vero *cap. si constiterit*, non punitur ille sacerdos, quia cum cibo indigesto celebrauerit, sed quia cum totam noctem in comessationibus, & compotationibus fuisset, manè incontinenti absque pœnitentia, & satisfactione commissæ culpæ, & cum non leui populi offensione, & scandalo celebrauit, & hanc esse communem illius Canonis interpretationem aiunt Mænochius, & Diaz *locis citatis*; quam ipsi, & alij Doctores citati sequuntur. Ex quibus patet Sacerdotem, qui propè mediam noctem cœnauit in Vigilia Natiuitatis posse statim post mediam noctem celebrare, etiamsi nec dormiuerit, nec cibum digesserit, ita colligitur ex traditis, & allegatis Doctoribus, & in terminis tradunt Bonacina, & Diana.

Verum quidem est, quod etsi per se malum non sit cum cibo indigesto communicare; tamen, si non adsit aliqua causa sic celebrandi cibo adhuc indigesto, decens est (vt Nauarrus, Reginaldus, Palaus, & Ioannes Lugo aiunt) differre parum per Communionem, vel celebrationem, vt fiat cibo iam concocto; stomachus enim adhuc cibis oboneratus aliquod præbet impedimentum deuotionis requisitæ ad tanti Sacramenti debitam reuerentiam; imò cibo adhuc indigesto omninò à celebratione, vel communione foret abstinendum, si ob indigestionem sit periculum vomitus, vel alterius similia irreuerentiæ, vt si ratione indigestionis, vel diuturnæ vigiliæ noctis magna adesset mentis turbatio, quæ posset impedire debito modo celebrari Missam, & mente, & corpore exhibere reuerentiam ex necessitate Sacramento debitam. ita S. Thomas, Nauarrus, Sotus, & Suarez *locis citatis*. 31.

Post sumptam etiam Eucharistiam nullum est præceptum ieiunij, & differendi per aliquod tempus sumptionem cibi, vel potus, sed illicò absque peccato sumi potest cibus, vel potus cum etiam id non sit per se malum, cuius signum est, quia in Missa statim post Communionem ablutio sumitur, quamuis id fiat non ob corporis refectionem, sed Sacramenti reuerentiam, vt decernitur *d. cap. ex parte de celebrat. Missarum.* Neque his obstat textus *in d. cap. tribus de consecrat. d.* 2. vbi Clemens Papa præcipit *sumpta mane Eucharistia seruari ieiunium vsque ad sextam, & sumpta hora tertia, vel quarta seruari vsque ad vesperam.* Nam hoc præceptum consuetudine vniuersali abrogatum est. & ita etiam S. Thomas, Sotus, Suarez, Reginaldus, Layman, Bonacina, Villalobos, Palaus, Filliuccius, Ioannes Lugo locis *suprà* allegatis. Azorius *d. lib.* 10. *cap.* 30. *quæst.* 2. versic. *qua res an absoluta*, & alij communiter. Qui tamen aiunt decens esse ob reuerentiam tanti Sacramenti post Communionem seruare ieiunium per aliquod tempus, puta quousque credatur species Sacramentales consumptas esse, ne cibus ille cœlestis his terrenis, materialibus, & profanis misceatur; exigit etiam deuotio, & reuerentia tanto Sacramento debita aliquam temporis moram poni in gratiarum actione post Communionem, aliaque pia occupatione; qua CHRISTO à nobis suscepto ante exhibeamus aliqua religiosa obsequia, quam ad alia diuertamus. Hic etiam aduertendum pariter decere, nè statim post Eucharistiam sumptam quis expuat, maximè si sputum ex pectore profluat; quod si coactus necessitate fuerit, conuenit fieri in linteo, vel loco à conculcatione remoto; Id enim etiam postulat reuerentia tanto Sacramento debita. 32.

An vero dubitanti an sit datum signum mediæ noctis, seu media nox sit elapsa, & edenti liceat sequenti die communicare, anque dubitans an abluendo os aliquid vini, vel aquæ deglutierit, possit pariter eo die communicare, vel celebrare, & quid si prima nocte quia 33.

immittat

immittat in os aliquid sacchari paulatim deglutiendi ad leniendam faucium raucedinem, & post mediam noctem aliquid reperiatur, & quid si plura horologia in diuerso tempore dent signum mediæ noctis, seu horam duodecimam, & an auditu primo pulsu horæ duodecimæ statim sit abstinendum ab omni comestione, & potu. De his omnibus latè egi in primo tomo horum moralium *dicto titulo primo a numero* 1704. *ad* 1732. videantur *ibi* tradita.

§. II.

Explicatur quibus in casibus liceat non ieiunis recipere Eucharistiam.

34. COmmunis omnium doctrina est duplici ex capite licitum esse in nonnullis casibus post cibum Eucharistiam sumere, scilicet, propter necessitatem sumentis, & propter reuerentiam ipsius Sacramenti, ad quam etiam spectat integritas sacrificij. Et ratio est; quia cum præceptum de ieiunè communicando, aut celebrando sit Ecclesiasticum, & positiuum, vt præcedenti paragrapho initio probatum est, non obligat tam strictè, quin aliquando cesset obligare; & certè tunc maximè, cum vel necessitas hominis, vel reuerentia Sacramenti id exigit. Quod enim inductum est in spiritualem vtilitatem hominis, & reuerentiam Sacramenti non debet contra illas militare. igitur

In articulo, seu periculo mortis tàm naturalis, quàm violentæ non ieiunis licet communicare, si ante cibum, & potum seu medicinam id facere non possunt.

35. Primus casus considerata hominis necessitate est, quando quis ob grauem morbum est in præsenti articulo, vel periculo mortis; tunc enim non ieiunus, & post cibum, vel potum, & quocunque diei tempore, si sit eodem, vel sequenti die moriturus, vel casurus in statum, in quo non possit communicare, potest sumere Eucharistiam per modum viatici, si non potest commodè, & absque graui detrimento sumere ieiunus. ita omnes, Paludanus *in 4. distinct.*8. *q.* 2. versic. *quantum ad primum*; Syluester *verbo* Eucharistia 3. *num.* 8. versic. vt *quando infirmus*, alij Summistæ *verbo eodem* & verbo, *communicare*, *Communio*; Nauarrus *in man. cap.*25. *num.* 83. & *cap.* 21. *num.* 53. Lælius de Zanch. *de priuil. Eccles.* 185. *priuil.num.* 8. & ex allegatis suprà *num.*1. S. Thomas *d. artic.*8. Henriquez *d. lib.*8. *cap.* 50. *num.*1. Suarez *d. disp.* 68. *sect.* 5. versic. *in præsente*. Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 120. Villallobos *d. diff.* 39. *n* 6. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 21. Fagundez *d. cap.*5. *n.* 19. Coninch *d. art.* 8. *num.* 50. Filliuccius *d. cap.* 8. *n.* 238. Rodriquez *d. cap.* 66. *num.* 1. Toletus *d. cap.* 15. *num.* 4. Stephanus Bauny *d. tract.* 5. *q.* 21. *&* 22. Layman *d. cap.*6. *num.* 20. Castrus Palaus *d. puncto* 13. *num.* 11. Ioannes Lugo *d. disp.* 15. *sect.* 3. *num.* 58. *cum seqq.* Cænedo *d. collect.* 149. versic *tertius casus*. Diana locis *infrà* citandis, & præter hos, alij, quos refert Henriquez *d. c.*50. *num.*1. *in glossa* litera C. & constat ex Concilio Constantiensi *sess.*13. cuius verba relata sunt suprà *num.* 5. & etiam colligitur ex *cap. presbiter*, *de consecrat. d.* 2. & ex *cap. de his vero*, & ex *cap. si quis de corpore* 26. *q.* 6. & ex vsu Ecclesiæ. Et ratio est, vel quia in eo articulo maximè obliget Diuinum præceptum de sumenda Eucharistia, vt multi Doctores sentiunt, quod maioris momenti est, quàm præceptum Ecclesiæ de seruando ieiunio ante Communionem; vel quia cum hominis qui eo tempore maximè indiget auxilio, & virtute huius Sacramenti, Communio tunc sit valdè vtilis, & necessaria, scilicet, vt in extrema illa lucta tanto præsidio confortetur, & roboretur, noluit Ecclesia eum tanto bono suo præcepto priuare. Neque enim id pietatem Ecclesiæ decebat. Quando autem censendum sit periculum, & nequeat infirmus absque graui detrimento, vel periculo expectare, vt ieiunus communicet, vel quia indigeat alimento vel medicinæ sumptione, quam differre commodè non possit in horam post Eucharistiæ sumptionem subsequentem, Medicorum, aut alterius personæ intelligentis iudicio relinquitur, vt notant Suarez, Reginaldus, Fagundez, Coninch, & Palaus *locis citatis*. Qui etiam sicut Filliuccius, Bonacina, & alij præcitati docent non licere, nec concedi ab Ecclesia absolutè infirmis, & ægrotis in periculo mortis ratione morbi existentibus recipere Eucharistiam post cibum, vel potum; sed solum quando id necessitas exigit; scilicet, si facile, ac commodè, ac sine periculo sequenti die non potest. Notat autem Henriquez, & post eum alij præsertim Soarez, Reginaldus, Fagundez, Coninch. & Bonacina, in morbo periculoso non esse scrupulosè differendam Communionem propter ieiunium in sequentem diem, maximè cum periculo ne prius moriatur, aut ita morbo opprimatur, vt non possit postea integris sensibus communicare, quia magis pertinet ad reuerentiam Sacramenti, vt quis communicet integris sensibus, quam vt ieiunus. Similiter vt ægrotus ieiunus communicet, non tenetur cum notabili incommodo aut sumptionem cibi, vel medicinæ differre, neque etiam intempestatiua nocte (vt v.g intra vnam, aut alteram horam possit esse ieiunus post mediam noctem) curare ad se adferri Sacramentum, talemque horam expectare (vt etiam iidem Suarez, Reginaldus, Fagundez, Coninch, Bonacina, & Palaus monent) eum sine magno incommodo communiter fieri nequeat; & patet quoque ex praxi Ecclesiæ, quæ vt pia mater cupit in ea necessitate constitutis quacunque ratione subuenire, eorumque difficultates leuare; & hoc etiam ad ipsius Sacramenti reuerentiam spectat, quod de die maiore veneratione defertur ad infirmos, quam intempesta nocte. Poterit etiam infirmus ob superuenientem morbum grauem, & periculosum recipere Eucharistiam non ieiunus licet die immediatè antecedenti receperit, quia omnibus infirmis simpliciter sine exceptione conceditur recipere Eucharistiam, licet non sint ieiuni, idque constabit magis ex dicendis sequenti dubio & in terminis etiam tradit Zambranus *in decis. casuum conscientia pro tempore mortis cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 6. & Suarez vbi suprà *disp.*69. *sect.*3. versic. *Dico primò*.

Porrò non solùm in periculo mortis naturalis ratione morbi, sed etiam in periculo mortis violentæ, vt si sit vltimo supplicio afficiendus, potest etiam non ieiunus post cibum, & potum per modum viatici communicare, quando nec anticipari potest Communio, nec mors differri; tunc enim adest idem articulus mortis, est eadem necessitatis ratio, quæ in articulo mortis naturalis; siquidem nihil refert quod ab intrinseco, vel extrinseco mors proueniat. & ita (quid secus sentiat Victorellus *ad c.*28. *lib.*2. Tolet.) docent Auctores communiter *numero præcedenti* citati, Ioannes Sancius in selectis *disp.*40. *n.*4. Diana *p.*3. *tract.*6. *resolut.*59. & *p.*5. *tract.*3. *resolut.*38. Leandrus Discalceatus *de sacr. p.* 2. *tract.*7. *disp.* 2. *q.*10. *&* 13. Zambranus *cap.* 3. *infra n.* 38. citato *n.* 6. tum alij, quos refert Henriquez *d. cap.* 50. *num.*1. vbi *in glossa* litera *C.* dicit ita in praxi fecisse seruari doctissimum Archiepiscopum Guerretium Granatensem cum iis, qui publica authoritate suspendendi erant; idque post longam consultationem, & maturam deliberationem virorum doctorum. Nam hi verè dicuntur esse in articulo mortis, licet violentæ, & verè indigent auxilio; etenim in eo mortis articulo absolui possunt ab omnibus casibus reseruatis, vt tradidi *in to.* 2. *hor. var. moral. tit.* 5. & non obstante tempore interdicti etiam specialis, aut cessationis his conceditur eadem Communio; & ad id poterunt Sacerdotes celebrare intra Ecclesiam specialiter interdictam, quando non esset alia, vt post alios tradit idem Henriquez & Zambranus. Quamuis non possint hi suscipere Sacramentũ extremæ vnctionis; nã his sanis nihil prodesset Sacra vnctio, vt Hẽriquez *d. n.* 1. *in tex.* Dicit 36

tamen Filliuccius *d. cap.* 8. *num.* 238. versic. *quartò extenditur*, se non reprehendere morem alicuius Prouinciæ negantis Eucharistiam damnatis ad mortem, quia pridie (inquit) si detur, periculum est, ne se occidant; si eodem die in aliquibus periculum est, ne eam euomant, & conculcent, si fuissent hæretici, Magi, Lamiæ, & similes. Verum hæc pensanda sunt ex peculiaribus conditionibus damnatorum, & de tali consuetudine infrà *num.* 76. Addit Sancius *d. num.* 4. & post eum Diana *d. resolut.* 59. quod quamuis pridie mortis destinatæ sumpta esset Eucharistia à damnato; si tamen deuotionis causa ipso die mortis vellet iterum communicare Iudicea non debent impedire, sed hortari, vt inde tolerabilius mortem patiatur, & dæmonis tentationes superet illa hora maximè turbantes; & certè in hoc nulla fit Sacramento irreuerentia, licet eodem die sit morte plectendus & reuerenter suscipiat, vt omnes præallegati Doctores aiunt, CHRISTVS enim instituit Sacramentum ad nostram vtilitatem. & multò magis ipso die mortis permittenda erit Eucharistia Reo damnato, si autem non communicauit, iuxta præallegatos Doctores, & alios allegatos à Leandro *d. q.* 13. *&* 14. & Diana *d. resol.* 59. Neque Cucchus *lib.* 5. *instit. maior. tit.* 107. Clauis in practica §. *fin. q.* 99. *num.* 3. *fine*, & nonnulli alij à Diana & Leandro in contrarium allegati dissentiunt verè cum tantùm dicant quòd Iudices ob sanctissimi Sacramenti reuerentiam non deberent vltimo supplicio afficere Reum eo die quo communicauit, sed differre in alium diem; imo iuxta Sancium, Dianam, Leandrum *locis citatis*, & alios ab eisdem citatos, potest Eucharistia ministrari damnatis ad mortem ante vnam tantùm horam mortis, quia nulla irrogatur iniuria Sacramento ad nostram vtilitatem instituto, & spatio vnius horæ species digeruntur.

In eadem ægritudine durante eodem mortis periculo an ægroto non ieiuno liceat sæpius recipere Eucharistiam si ieiunus commodè non potest.

37. Verùm dubitatur, an in eadem infirmitate durante eodem periculo mortis possit ægrotus sæpius non ieiunus recipere Eucharistiam. Dixi *durante &c.* Nam primo non licet sæpius communicare post cibum, vel potum, nisi sæpius occurrat quempiam esse in præsenti mortis periculo, quod iudicio Medici, vel alterius personæ intelligentis diiudicandum relinquitur, vt diximus; & de hoc nulla est controuersia. Secundo si mutatus est status ægritudinis, ita quod cessauit periculum ratione cuius infirmus Communionem non ieiunus recepit, quia ex morbo ferè totus conualuit, & postea aucto morbo iterum, seu nouum periculum succedit, videntur etiam Doctores conuenire ægrotum non ieiunum posse iterum communicare, & toties, quoties cessat periculum, & iterum infirmus in periculum incidit; quia tunc sunt quasi diuersi morbi. Tertiò etiam certum est iuxta omnes Doctores, si infirmus laborans periculo, vno die sumpto viatico post cibum velit aliis diebus ieiunus communicare, nulla lege ei esse vetitum. Difficultas ergo solum est, quando perseuerat idem morbus duratque idem, vel maius vitæ periculum, an ægrotus, qui semel non ieiunus sumpsit Eucharistiam per modum viatici, possit licitè iterum, & pluries viaticum non ieiunus accipere, si commodè ieiunus non possit. Circa quam difficultatem

Vna sententia omninò negat licere sumere postquam semel post cibum, vel potum sumptum est viaticum. ita Vasquez *in* 3. *p. to.* 3. *disp.* 211. *cap.* 4. *num.* 37. & Ioannes de la Cruz in directorio conscientiæ *p.* 2. *tract. de Eucharistia quæst.* 5. *dub.* 4. *concl.* 3. Hanc eandem sententiam Diana *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 37. refert asseri constanter à Gamachæo *in summ. Theolog. tomo.* 3. *de sacrificio Missæ, cap. vlt. circa finem.* Kellisonio *to.* 2. *in* 3. *p. q.* 8. *art.* 8. Ochagauia *de sacram. tract.* 2. *de Eucharistia q.* 12. *num.* 20. Hurtado de Sacramentis *disp.* 9. *diff.* 16. & à Præposito *in* 3. *p. q.* 8. *art.* 8. *dub.* 2. *num.* 42. Hæc sententia probatur à Vasquez, quia ratio, ob quam ægrotus laborans periculo vitæ potest communicare non ieiunus, est quia tunc obligatur præcepto Diuino ad viaticum sumendum, quod præceptum non obligat nisi ad semel communicandum per modum viatici, ergo cum semel sumpto viatico iam impletum sit illud præceptum, cessat iam necessitas, & consequenter facultas communicandi absque ieiunio; & eadem ratione vtuntur alij. Quare iuxta eundem Vasquez etiamsi aliquis viaticum accepisset ieiunus, non potest iterum non ieiunus corpus CHRISTI accipere ob eandem rationem, quia iam præceptum impleuit. Hanc tamen rationem probat Ioannes Lugo *d. sect.* 3. *num.* 63. aiens nimium probare, eamque contra eundem Vasquez retorquet; nam ipse *disp.* 214. *cap.* 2. *num.* 17. docent præcepto sumendi viaticum satisfieri, quoties infirmus morbo periculoso communicat, etiamsi ex deuotione, & absque intentione accipiendi viaticum id faceret. Atque adeo consequenter fateri debet illum, qui post cœptam ægritudinem sumpsit Eucharistiam ex deuotione, non posse iam intra eandem ægritudinem accipere viaticum non ieiunus, quia iam non obligatur præcepto Diuino communicandi per modum viatici; & tamen consuetudo, & praxis omnium contraria est. Etenim solent ægroti, præsertim Religiosi (qui id facilius possunt facere) communicare vel octauo quoque die, vel frequentius toto tempore ægritudinis, postea vero vrgente vitæ periculo, & appropinquante morte viaticum accipiunt non ieiuni, tametsi præcedenti die ex deuotione communicauerint, idque faciunt absque vllo scrupulo. Quapropter dicendum est, rationem adæquatam recipiendi viaticum absque ieiunio non esse obligationem præcepti Diuini seruandi, & ne quis sine Sacramento moriatur, alioqui damnanda esset praxis omnium Religiosorum virorum, qui viaticum tribuunt infirmis periculosis non ieiunis, qui sæpius in eadem infirmitate communicant. Igitur

Altera sententia Communis, & tenenda asserit sæpius in eadem infirmitate etiam durante eodem periculo, & non mutato in melius ægritudinis statu, viaticum licitè posse accipi ab ægroto non ieiuno. ita Syluester *verbo* Eucharistia §. 4. Sà *eodem n.* 5. Tabiena *v.* communicare *n.* 54. Armilla *eodem n.* 18. Fumus *V.* Communio §. 18. Victoria *in summ. n.* 82. Nauarrus *lib.* 5. *consil. tit. de pœnit. & remiss. consil.* 41. *in* 2. *edit.* Graffius *decis. aur. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 30. & ex Doctoribus relatis suprà *n.* 1. *&* 35. Henriquez *d. cap.* 50. *n.* 1. Suarez *d. sect.* 5. Reginaldus *d. lib.* 29. *n.* 120. Toletus, Bonacina, Villalobos, Layman, Filliuccius locis supra *d. n.* 35. citatis, Coninch *d. art.* 8. *n.* 53. Bauny *d. q.* 22. Ioannes Lugo *d. sect.* 3. *n.* 64. *& duobus seqq.* Castrus Palaus *d. puncto* 13. *n.* 13. *&* 14. Fagundez *d. cap.* 5. *n.* 20. Diana *p.* 2. *tract.* 14. *resolut.* 75. *&* 77. *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 44. *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 104. & *p.* 5. *tract.* 3. *d. resolut.* 3. & præter hos Nugnus *in* 3. *p. q.* 80. *art.* 8. Zambranus *in decis. casuum conscientiæ tempore mortis cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 4. Posseuinus de officio Curati *cap.* 8. *num.* 21. Leander Discalceatus *de sacram. tract.* 7. *disp.* 5. *q.* 40. & plures alij recentiores relati à Diana *d. resolut.* 37. & Leandro *d. q.* 40. præter alios, quos Henriquez, & Coninch referunt. Probatur prima hæc sententia à multis, Henriquez, Fagundez, Bonacina, Diana, & nonnullis aliis, quia in verbis Concilij Constantiensis suprà *num.* 5. relatis, facultas communicandi post cibum, vel potum permissa grauiter ægrotantibus non limitatur ad vnam vicem, ergo non est restringenda 38.

maximè

maximè cum sit valdè fauorabilis animæ; & licet hæc probatio non placeat Ioanni Lugo, tamen non est contemnenda, etsi non conuincit. Igitur probatur secundo, quia totalis, & adæquata ratio, cur Ecclesia in periculo mortis noluerit obligare sumentem esse ieiunum, non est sola obligatio Diuini præcepti sumendi viaticum; sed etiam (vt suprà *num.* 35. dictum est) ipsa necessitas auxilij Diuini, & præsidij, quod per Sacramentum Eucharistiæ confertur dignè suscipientibus, quo Homo in extremo vitæ specialiter indiget ad superandas tentationes dæmonis tunc occurrentes. Quare cum eadem ægritudine perseuerante, & eodem mortis periculo durante ob morbi grauitatem, & accidentia, & multa alia tunc temporis, & dum Homo in extremis laborat, occurrentia, possit sæpius eodem præsidio Sacramenti indigere ad vincendas occurrentes tentationes, & peccandi pericula superanda; non est verisimile piam matrem Ecclesiam voluisse suo præcepto de non communicando post cibum, aut potum hominem tunc maximè indigentem auxilio tanti Sacramẽti priuare & illius subsidio, præsertim cum non sit in morali potestate ipsius ægroti ieiunè accedere.

39. Non conueniunt autem præfati Doctores quanta distantia temporis debeat intercedere, inter Communionem per modum viatici, & Communionem. Nauarrus *d. consil.* 41. ait licere ægroto secunda vice communicare per modum viatici, quando à primæ vicis sumptione fluxit multum temporis ad arbitrium boni viri; quod arbitrium aliqui (vt testatur Villallobos *vbi suprà*) explicant de spatio dierum. Addit idem Nauarrus, quod posset secunda vice non ieiunus communicare, si non posset commodè ieiunus, si laberetur tempus, intra quod ratione voti, vel pœnitentiæ, vel alicuius legis particularis (quali tenentur Monachi nigri, vt in Clem. *in agro §. sanè de statu Monach.*) teneretur iterum communicare. Sed illa interpretatio spatij triginta dierum est nimis rigida; & etiam obligatio voti, vel pœnitentiæ, aut regulæ non videtur obligare, cum Communio ieiunè fieri non potest; non enim vouens, aut Confessarius, vel regula habent potestatem relaxandi Ecclesiasticum præceptum. Alij igitur aiunt sufficere interuallum octo, vel decem dierum. ita Suarez, Reginaldus, Fagundez, Henriquez verò & Filliuccius dicunt satis esse spatium vnius hebdomadæ; qui fortè non discrepant à sequenti opinione, illius auctores essent. Alij docent sufficere sex dies. ita Tabiena, Graffius, Zambranus, Posseuinus, Bonacina, Diana *d. parte* 2. *tract.* 14. *resolut.* 75. Scortia *lib.* 4. *de sacrif. Miss. cap.* 29. *num.* 11. & alij ab eodem Diana *ibidem*, & Ioanne Lugo *d. sect.* 3. *num.* 65. relati. Alij assignant distantiam tantum trium dierum. ita Ludouicus de S. Ioanne in summa Hispana *to.* 1. *q.* 7. *art.* 10. *diff.* 4. *de Sacram. Euchar.* & ait, se, dum Prælatus esset, solitum fuisse dare infirmis per modum viatici Eucharistiam tertia die elapsa ab alia Communione. item per modum viatici, id probantibus multis ex Magistris Complutensibus, & etiam ipso Vasquezio à se consulto; qui proinde videretur recessisse ab altera opinione *num.* 37. relata. Ludouicum ita sentientem referunt Ioannes Lugo *d. num.* 65. & Diana *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 44. & *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 105. vbi idem approbat. Quare Tabiena, Suarez, & omnes alij pro præfatis opinionibus relati docent, si post sumptum viaticum ægrotus paruo, seu breui tempore viuat non esse illi sæpius dandum Eucharistiæ sacramentum post cibum, & potum; quia iam (inquit Suarez) nulla est moralis necessitas. Et Bonacina ait, non licere quotidie infirmum non ieiunum communicare propter Eucharistiæ reuerentiam debitam. Quod idem ait Ioannes Lugo *d. sect.* 3. *n.* 66. vbi etiam non admittit posse dari tertia die; & vtrumque probat ex eo, quod non sit talis vsus ita sæpè communicandi ægrotum periculosum per modum viatici à fidelibus approbatus, quem vsum tantum vult quoad hanc repetitionem viatici esse attendendum, ac proindè concludit posse viaticum iterari, & de nouo dari non ieiunis, quia talis sit vsus Ecclesiæ, à quo, & non ab aliquo iure hæc facultas sæpius communicandi per modum viatici vires accepit. Prædictis tamen non obstantibus alij Doctores aiunt posse viaticum singulis diebus ab eodem infirmo in eodem periculo vitæ perseuerante non ieiuno sumi ob iustam causam, vt si quis solitus esset frequenter communicare, & propter desiderium, aut deuotionem difficile abstineat. ita Layman *d. cap.* 6. *num.* 20. Stephanus Bauny *d. q.* 22. Diana *d. resolut.* 44. Palaus *d. p.* 13. *num.* 14. Leandrus *d. q.* 40. & Gaspar Hurtadus (quem refert Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 105. *versic.* notandum) *tract. de Sacram. disp.* 9. *diff.* 6. & hi quatuor posteriores absolutè dicunt, posse infirmum durante eodem periculo vitæ singulis diebus viaticum sumere, allegant Armillam, & Sà absolutè dicentes sæpius posse sumi, & iterari, quasi velint posse iterari sicut à sano; allegat Palaus etiam Henriquez, qui *d. cap.* 50. *num.* 1. solum dicit pro reuerentia Eucharistiæ non decere quotidie communicare per modum viatici, quasi tacitè indicans solum esse minus conueniens, non vero illicitum. Vnde Bonacina dum ait non licere quotidie infirmum ieiunum communicare, non rectè ad id allegat eundem Henriquez. Leandrus allegat etiam Dominicum Baldasanam in sua Margarita Confess. de requisitis ad communicandum, & Philiarcum *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. Probant iidem Palaus, & Hurtadus, quia d. Concilium Constantiense *sess.* 13. à præcepto non recipiendi Eucharistiam post cibum, aut potum sumptum excipit infirmos absque vlla limitatione, quo Concilium videtur indicare toties posse ab illis non ieiunis sumi, quoties à sanis ieiunis, & ita singulis diebus. Confirmat Palaus, quia morituri, seu existentes in præsenti mortis periculo necessitatem tanti Sacramenti singulis diebus habent; non ergo illo priuandi sunt; ac proinde poterunt singulis diebus non ieiuni communicare, si aliter non possunt. Prædictas opiniones volui exactè notare ad tollendum scrupulum à multis Pastoribus animarum, qui vix possunt induci ad dandam eidem infirmo durante eius graui infirmitate Eucharistiam per modum viatici secunda vice. Et licet vltima opinio Layman, & aliorum de facultate sumendi singulis diebus non sit in vsu, existimo tamen eam valdè probabilem, & posse tutò in praxi adhiberi, cum verè semper, & quotidie morituro valdè prodesse possit tantum Sacramentum, quod cum sit in vtilitatem hominis institutum, non agnosco irreuerentiam vllá irrogari eidem Sacramento, si moriturus quotidie illud non ieiunus (cum non possit aliter) recipiat, & id præsertim admittendum puto iuxta placitum Layman, scilicet, quando infirmus fuisset assuetus frequenter communicare, vel celebrare, & propter deuotionem, ac desiderium difficile abstineat. Et ad confirmationem eiusdem sententiæ addo hîc agi de fauore animæ; ac proinde sicut illius pietatem decet Ita præsumi potest, & debet, Ecclesiam, quantum fieri potest, velle fauere tam salutari beneficio, & præsidio constitutis in tam graui & extrema necessitate. Poterit etiam iure existimo die immediatè sequenti ab altera Communione facta per modum viatici posse licitè ægrotum communicare non ieiunum, cum ieiunus commodè nequeat, casu, quo post iam acceptum viaticum separatus esset à CHRISTO per vnum peccatum mortale à se commissum; tunc enim videtur verè adesse necessitas eiusdem Sacramenti; & ita docent etiam Tabiena, Armilla, & Palaus *locis citatis*.

Ex prædictis rationibus infert Zambranus *d. dub.* 5. *num.* 5. tempore interdicti, vel cessationis posse sine bulla, & priuilegio dari moribundo Eucharistiam non tantum semel, sed etiam quoties expedierit dari durante eodem periculo mortis; quia *cap. permittimus*

de ſententia excommun. abſolutè, abſque limitatione concedit in tali articulo poſſe dari Euchariſtiam non obſtante interdicto; quare cum ſine limitatione loquatur, & etiam abſque limitatione idem dicant ibi ſcribentes, & cæteri Doctores ſine limitatione intelligi poteſt: nec refert (ait idem Zambranus) *cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ.* loqui de viatico; quia Euchariſtia data morienti (ſubdit) dicitur viaticum, vt dicit Syluester *verbo* interdictum 5. *quaſt.* 7. *exceptione* 4. *numero* 9. & hoc idem, quod Zambranus docent Suarez *de cenſuris diſp.* 33. *ſect.* 1. verſic. *de Euchariſtia.* Valerius Reginaldus *lib.* 3. *tract.* 32. *num.* 26. & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. quod in te num.* 4. An autem infirmus non periculoſus, quando eſſet præceptum communicandi, poſſit poſt potionem ſumere Euchariſtiam, ſi abſque graui detrimento non poteſt potionem poſtponere, explicatur infrà *num.* 90.

Vtrùm ſacerdos non ieiunus poßit celebrare ad communicandum alium morti naturali, vel violentæ propinquum, & alioqui ſine viatico moriturum.

41. Dubitatur ſecundo. An ſacerdos non ieiunus poſſit licitè celebrare ad communicandum alium, qui eſt in articulo, vel in probabili, & proximo periculo mortis naturalis, vel violentæ eo die futuræ, quando deficiunt Hoſtiæ conſecratæ in Sacrario aſſeruatæ, neque eſt alius ſacerdos non ieiunus, & idoneus ad celebrandum. Dixi *alium*, quia (quidquid ſecus videatur ſentire Bonacina *d. puncto* 1. *num.* 24. verſic. *reſpondet Nugnus*) ob cauſam mortis ſibi probabiliſſimè imminentis naturalis, vel violentæ ſacerdos non ieiunus poſſet celebrare ad communicandum ſe ipſum pro viatico, vt tradunt Zambranus in deciſ. caſuum conſcientiæ pro tempore mortis *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 1. Stephanus Bauny *p.* 3. *tract.* 5. *q.* 21. verſic. *omnium optimè.* Ioannes Lugo de Euchariſtia *d. diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 69. Layman *d. cap.* 6. *num.* 2. & Palaus *d. puncto* 13. *num.* 5. & videtur certum. Ratio eſt, quia exiſtens in tali periculo mortis poteſt non ieiunè communicare, quando non poteſt ieiunus: non plus autem eſt celebrare, quam communicare abſque ieiunio, ac proinde diſpenſatus ad communionem, etiam diſpenſatus eſt ad celebrationem: imò licet Layman, & Lugo limitent, ſi non poſſet aliter, ſeu aliunde habere Euchariſtiam & viaticum ſumere; Palaus tamen non recipit talem limitationem, & etiam Zambranus, & Bauny illam non ponunt, & ego etiam puto non eſſe veram, vt oſtendit ratio facta: præceptum enim de ieiunio ſeruando ante celebrationem non tam eſt propter conſecrationem, quàm propter communionem illi neceſſario annexam; ac proinde ſi neceſſario Communio ſuſcipienda eſt à non ieiuno, parum refert quod ſuſcipiatur ab illo ſacerdote celebrante, vel è manu alterius communicante. Difficultas ergo eſt, vtrum ſacerdos non ieiunus poſſit celebrare, vt communicet alium morti naturali, vel violentæ propinquum, qui aliter moreretur abſque viatico. In qua difficultate

42. Prima ſententia affirmat ſacerdotem non ieiunum poſſe tunc celebrare. ita Ioannes Maior *in* 4. *diſt.* 9. *q.* 3. *ad* 5 cui accedit ex parte Palacius *d. diſtinct.* 9. quatenus idem concedit ex diſpenſatione Epiſcopi. Addit idem Maior ob eandem neceſſitatem poſſe ſacerdotem non ieiunum ſine veſtibus ſacerdotalibus, ſine luminibus, & ſine azimo, ſed in fermentato, & abſque integritate Sacrificij ſecretò conſecrare, & Sacramentum conficere, dicendo ſolum verba conſecrationis; & poſtea Euchariſtiam infirmo deferre. Quæ tamen additio nimiam contra Sacramenti reuerentiam (vt notant Suarez, & Palaus locis *infrà* citandis) licentiam continet, & omnino aliena eſt à conſuetudine Eccleſiæ, & cæteris Doctoribus reprobata, qui omnes nullo modo talem facultatem abſque veſtibus ſacerdotalibus, & abſque integritate ſacrificij conſecrandi ſolum panem etiam fermentatum; & certum eſt integritatem ſacrificij vt parte iuris Diuini præferendam omni vtilitati priuatæ alicuius. Difficultas ergo, & Reſponſio, ſeu ſententia Maioris intelligi debet de celebratione Miſſæ omnibus aliis ſeruatis, & ſolum interueniente defectu ieiunij ex parte Sacerdotis celebrantis; ſic intellecta hæc ſententia probatur, quia morituro Communio eſt neceſſaria ex præcepto diuino, quod præualere debet præcepto Eccleſiaſtico, quo Communio non ieiuno prohibetur. Secundo quia Sacerdos conſcius peccati mortalis non habens facultatem illam præmittendi, poteſt abſque Confeſſione celebrare ad communicandum infirmum alioqui abſque viatico moriturum; ergo à pari ob eandem cauſam poteſt celebrare non ieiunus; præſertim cum Doctores magis communiter velint præceptum præmittendæ Confeſſionis à reo culpæ mortalis ante Communionem eſſe non ſolum præceptum Eccleſiaſticum, ſed etiam Diuinum. Tertiò, quia præcepta poſitiua non videntur obligare cum tanto incommodo, & detrimento animæ ob hanc enim rationem præceptum ieiunij præmittendi ante Communionem diſpenſatum, ſeu relaxatum eſt quoad ipſum ægrotum, ſeu exiſtentem in periculo proximo mortis naturalis, vel violentæ; vnde ſi ob tale præceptum, & reuerentiam Sacramenti non liceret ſacerdoti non ieiuno celebrare ad communicandum fidelem alioqui ſine Sacramento moriturum, neque etiam erit licitum infirmo non ieiuno communicare; ſed cum infirmo liceat ita communicare, dicendum videtur etiam ſacerdoti non ieiuno licitum eſſe celebrare ad eundem infirmum communicandum, qui alioqui ſine viatico moreretur. Denique quia alias poſſet ſæpè oriri ſcandalum, & grauis tum ægroti, tum amicorum ipſius perturbatio.

Altera ſententia, & Communis negat ſacerdotem non ieiunum poſſe licitè celebrare, vt Communio detur exiſtenti in periculo vitæ aliàs deceſſuro ſine viatico. ita Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2. Paludanus *diſt.* 8. *quaſt.* 2. *num.* 9. D. Antoninus 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 2. Syluester *verbo* Miſſa 1. *quaſt.* 7. *dicto* 2. *caſu* 3. Armilla *eodem num.* 25. Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 51. Toletus *lib.* 2. *cap.* 13. & ex Doctoribus ſuprà *num.* 1. citatis Henriquez *d. lib.* 8. *cap.* 4. litera G. & *cap.* 50. *fine.* Azorius *d. lib.* 10. *cap.* 30. *q.* 2. *ad finem*, Suarez *d. diſp.* 68. *ſect.* 5. *dub.* 2. Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 131. Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 21. Bonacina *d. puncto* 2. *n.* 24. Villallobos *d. diff.* 39. *num.* 10. Coninch *d. quaſt.* 80. *art.* 8. *num.* 56. Layman *d. cap.* 6. *num.* 21. Filliucius *d. cap.* 8. *num.* 242. Palaus *d. puncto* 13. *num.* 16. Ioannes Lugo *d. diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 68. Diana *p.* 2. *tract.* 14. *reſolut.* 66. Leandrus Diſcalceatus *de ſacrific. tract.* 7. *diſp.* 5. *quaſt.* 20. & præter hos Ledeſma, Victoria, Valentia, Bartholomæus ab Angelo, Poſſeuinus, Cameroſa, Nugnus, Sylorius relati à Suarez, Bonacina, & Diana; & ex noſtris Homobonus *de exam. Eccleſ. p.* 1. *tract.* 5. *cap.* 11. *quaſt.* 99. Gauantus *comm. rubr. Miſſalis p.* 1. *cap..* *num* 1. & Marchinus *de ordine p.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. Probatur hæc ſententia primo, quia dato, quod ſit præceptum Diuinum recipiendi Euchariſtiam in articulo mortis, tale tamen præceptum debet ſemper intelligi ſalua reuerentia debita tanto Sacramento, ſcilicet, cum decenter, & reuerenter idem Sacramentum & confici, & ſumi debet, nempè iuxta ritum, & ordinem ab Eccleſia præſcriptum in eo conficiendo, & miniſtrando; tali enim ordine, & ritu non ſeruato non poteſt decenter, & reuerenter confici; vnde ſicut ſacerdos 43.

non

non poteſt ob vllum neceſſitatis caſum celebrare abſque veſtibus Sacris, abſque altari, abſque azimo iuxta omnes Doctores (exceptis eodem Maiori & nonnullis aliis infrà *n.* 52. adducti) ſic non poteſt celebrare abſque ieiunio, cum ſit præceptum Eccleſiæ hoc, ſicut præceptum de illis ritibus ſeruandis, & non minus obligans; & Eccleſia iuſtè potuit velle hoc ſuum præceptum de non celebrando poſt cibum, & potum, etiam eo caſu obligare, cum nulla appareat ratio cur id non poſſit merito velle (ſicut voluiſſe probat Eccleſiaſtica conſuetudo buna interpres) tum quia maior babenda ſit ratio reuerentiæ, & dignitatis Sacramenti, quàm neceſſitatis priuatæ alicuius, qui etiam tunc excuſatur à præcepto, cum non eſt, qui poſſit ritè conficere, & dare, vt patet quando non ſunt veſtes, altare, azimus; tum quia aliàs maxima inconuenientia poſſent contingere, ſi ſacerdos benè pranſus, ſeu cœnatus eructans crapulam deberet à conuiuio, aut etiam ex lecto currere ad altare ad celebrandum, quod ſine magna Sacramenti irreuerentia non fieret: tum demum, quia ne ex vna parte Sacerdotes pranſi, & cœnati ad conficiendum tantum Sacramentum minus reuerenter accederent, & ex altera fidelibus in quouis periculo, & quacunque neceſſitate non deeſſet eiuſdem Sacramenti præſidium, Eccleſia vtens ſua prouidentia præcipit Euchariſtiam in Sacrario aſſeruari, ne ob defectum Sacramenti fideles ſine viatico decedarent *cap. presbiter de conſecrat. d.* 2. Quæ ſanè prouidentia non eſſet neceſſaria; ſi ſacerdos etiam non ieiunus poſſet conficere Sacramentum occurrente fidelis neceſſitate. Quod ſi aliquando Hoſtia conſecrata deficiat, quia rarò id continget; ſicut Eccleſia ob id non voluit omitti alios ritus celebrandi, ita nec morem, ſeu ritus celebrandi ante cibum, & potum ſua lege vniuerſali præſcriptum, quia legiſlator non curat rariſſimos caſus, ita omitti non debet. Porrò dictum illud Palacij, quod Sacerdoti non ieiuno liceat in hoc caſu celebrare ex diſpenſatione Epiſcopi, reiiciunt non ſolum Suarez, & Fagundex *locis citatis*, ſed etiam Zambranus *d. dub.* 6. *num.* 3. & Leandrus *d. diſp.* 5. *quæſt.* 21. Quia ſi in hoc caſu præceptum de celebrando ieiunè de ſe non obligat, nulla eſt neceſſitas diſpenſationis Epiſcopi; ſi vero obligat, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia eſt præceptum vniuerſale totius Eccleſiæ, & nulla authoritate, vel conſuetudine conſtat datam eſſe Epiſcopis facultatem diſpenſandi in tali præcepto communi. Limitationem etiam, quam ponit Layman, ſcilicet, quod quando propinquus morti eſſet moriturus ſine omni Sacramento, qui non poſſet recipere neque pœnitentiam, neque extremam vnctionem, tunc ſacerdos non ieiunus ad dandum illi viaticum poſſit celebrare ceſſante ſcandalo, nempè ignorarent, quod Sacerdos non eſſet ieiunus, vel id tantum ſciretur à prudentibus, qui propterea non ſcandalizarentur, quod etiam prius docuit tanquam probabile ſaniori tamen iudicio remittens Zambranus *d. num.* 3. limitationem, inquam, hanc Palaus *loco citato* dicit nullatenus admittendam eſſe tum quia cæteri Doctores illius non meminere, tum quia fundamentum adductum in probationem communis ſententiæ æquè (inquit) in hoc caſu procedit.

44. Ad primum prioris ſententiæ, admiſſo, quod præceptum de communicando in articulo mortis ſit Diuinum, reſpondetur nihilominus non obligare, quando non poteſt debitè, & ſalua reuerentia impleri; ceſſat ergo in hoc caſu illa obligatio tum ob reuerentiam tanto Sacramento debitam, tum ob incommoda ſuperius indicata, quæ poſſent oriri, ſi liceret Sacerdoti non ieiuno, & poſtquam benè pranſus eſt, & cœnauit, celebrare. Addit Filliuccius poſſe aliquod præceptum Eccleſiæ obligare vniuerſalius, quam aliud de iure Diuino, vt patet de præcepto celebrandi cum veſtibus Sacris, & cum altari. Reſpondetur præterea ex Nugno, & Coninchio *d. art.* 8. *num.* 57. ſacerdotem non poſſe violare præceptum Eccleſiæ, vt alter poſſit ſeruare Diuinum: Quare concurrentibus præcepto Diuino, & Eccleſiaſtico, tunc præferendum Diuinum, quando vtrumque concurrit in eandem perſonam; tunc enim qui nequit vtrumque obſeruare, tenetur potius obſeruare Diuinum, quàm Eccleſiaſticum, niſi aliud ſequatur incommodum: qua de cauſa ſupra initio huius dubij dictum eſt, Sacerdotem, ſi ipſe exiſtat in periculo proximo mortis naturalis, vel violentæ poſſe non ieiunum celebrare. Explicat etiam Coninch rem hoc exemplo. Ponatur (vt magis communiter tenere videntur Doctores) Confeſſionem Sacramentalem de præcepto Diuino eſſe præmittendam communioni ab eo, qui peccati mortalis ſibi conſcius eſt, etiamſi contritus vellet accedere; iſte tenebitur potius non audire Sacrum die Dominico, quam celebrare non præmiſſa Confeſſione; ſi tamen alius ſacerdos ſciret talem hic, & nunc teneri celebrare, nec habere, cui poſſit confiteri, ille non poteſt omittere die Dominico auditionem Sacri, vt ipſius Confeſſionem audiret, quando non poteſt vtrumque facere: Imò addit Coninch, etiam eo die, quo ille non tenetur celebrare, non tamen tenetur omittere Sacrum, vt poſſit talis Confeſſionem audire, quando nullum aliud eſſet incommodum, quam quod talis iam contritus non præmiſſa Confeſſione celebraret. Hinc cum præceptum Communionis hic, & nunc non obliget ſacerdotem, ſed ſolum moriturum, ille non poteſt violare præceptum Eccleſiæ, vt hic poſſit Diuinum ſeruare; hæc eſt optima reſponſio, & immeritò eam non approbat Bonacina: & prædicta procedunt etiam in proprio Parocho, qui alioqui ex officio tenetur morituro dare Communionem. Nam ad hoc; inquit idem Coninh, non tenetur quocunque caſu, ſed quando ſine magno incommodo fieri poteſt; maius autem incommodum eſt violare generalem Eccleſiæ conſuetudinem tam ſtrictè obligantem, quàm alicui reddi impoſſibilem obſeruationem præcepti; & aliàs ſequeretur Parochum in tali caſu teneri celebrare etiam ſine veſtibus Sacris, & altari conſecrato.

Ad ſecundum negatur conſequentia; nam vt con- 45.
ſtat ex praxi Eccleſiæ, & ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. Eccleſia expreſsè permiſit, & declarauit, vt vrgenti aliqua graui neceſſitate celebrandi deficiente ſacerdote, cui non poſſit fieri Confeſſio, præceptum hoc præmittendi Confeſſionem mortalis ante Communionem non obliget; non autem relaxauit præceptum de celebrando ieiunè, vt ex dictis, & ex praxi eiuſdem Eccleſiæ conſtat. Permiſit autem Eccleſia vt Confeſſio in vrgenti neceſſitate omitti poſſit; tum quia poteſt ſuppleri per contritionem, non ſic ieiunium; tum quia cum ſæpius poſſit contingere neceſſitas vt conſcius ſibi peccati mortalis debeat celebrare non præmiſſa Confeſſione, ſi id non licuiſſet grauia fuiſſent ſæpè orta ſcandala; rariſſimè autem poteſt contingere vt viaticum deficiat pro infirmis; cum ſemper debeat aſſeruari in ſacrario, vt ſuprà *num.* 43. dictum eſt. Caſus autem de rarò contingentes non conſiderantur à legiſlatoribus; tum etiam quia celebratio non præmiſſa Confeſſione per ſe loquendo non infert irreuerentiam Sacramento, ſed ſufficit contritio ad excludendam irreuerentiam; at celebratio contingeret ſæpè cum magna irreuerentia Sacramenti, ſi poſt lautum prandium, vel cœnam fiat.

An vero præceptum confitendi mortalia ante ſum- 46.
ptionem Euchariſtiæ ſit Diuinum poſitiuum à Chriſto Domino inſtitutum; an vero ſolum Eccleſiaſticum inſtitutum ab Apoſtolis in ipſo Eccleſiæ initio. Dixi *Diuinum poſitiuum*; quia non eſſe naturale, ſeu ex natura ipſa, & inſtitutione vtriuſque Sacramenti ortum videtur longè probabilius. vt tradunt Suarez *to.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 66. *ſect.* 3. verſic. *Dico ſecundò*, Coninch

de Sacram. q. 80. *art.*4. *num.* 10. & Petrus à S.Ioseph in idea Theologiæ Sacramentalis *lib.* 1. *cap.* 9. *resolut.* 2. versic. *Nota tertio.* Nam etsi ex naturali iure tenemur Sancta sanctè tractare, maximè vero Sacramentum Eucharistiæ, quod totius sanctitatis authorem continet, huic obligationi sit satis, si homo per contritionem, de qua moraliter sit certus, se disponet ad sumptionem tanti Sacramenti, esto non adhibeat summam, quam potest diligentiam, vt se constituat in statu gratiæ. Difficultas ergo præcipue est, an sit Diuinum positiuum, & Ecclesiasticum simul, an vero totum Ecclesiasticum ab Apostolis originem trahens. Esse non tantum Ecclesiasticum, sed etiam Diuinum positiuum à CHRISTO Domino institutum nobis per Ecclesiam traditum docent communiter Doctores Sotus *in* 4. *dist.* 12. *art.*4. Valentia *to.*4.*disp.*6. *q.*8. Suarez *d.sect.*3. versic. *Dico tertiò.* Conincb *d. art.* 4. *num.*11. Vasquez *to.*3. *in* 3. *p. disp.* 208. *à num.* 15. Azorius *p.* 1. *lib.* 10. *cap.*31. *q.* 2. Reginaldus *lib.*29. *num.* 103. Bonacina *de Sacram.disp.*4. *q.*6. *puncto* 1. *num.*25. Villallobos *p.* 1. *summ. tract.*7. *diff.* 57. Filliuccius *to.* 1. *tract.*4. *cap.*8. *num.* 211. Augustinus Barbosa *collect. ad d. cap.* 7. *Trident. num.* 5. Paleus *p.*4. *tract.* 21. *disp. vnica puncto* 11. *num.* 3. Ioannes Lugo *de Euch. disp.* 14. *sect.* 4. *num.* 69. Fagundez *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. & 3. & alij ab iisdem relati. Qui id colligunt *ex d. cap.* 7. vbi præmissis illis verbis, *communicare volenti, reuocandum est in memoriam Pauli preceptum* Probet se ipsum homo 1. *ad Corinth.* 11. Subdit *Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati quantumuis contritus videatur, absque premissa Sacramentali Confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat; quod a Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex efficio incumbit celebrare hac Sancta Synodus perpetuè seruandam esse decreuit, modo non desit illis copia Confessarij, quod si necessitate vrgente Sacerdos absque prauia Confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.* ita Tridentinum. Quibus verbis docens Tridentinum esse præceptum, vt reus peccati mortalis præmittat Confessionem Sacramentalem ante communionem, non dicit consuetudine Ecclesiæ esse hoc præceptum inductum; sed per consuetudinem declarari, siue cognosci; innuens hoc modo non esse Ecclesiasticum præceptum, sed diuinum; aliis etiam argumentis, præsertim ex dictis Sanctorum Patrum idem probant præfati Doctores. Nihilominus non defuerunt Auctores, qui dixerunt esse solum præceptum Ecclesiasticum ab ipsis Apostolis traditum, & inductum. ita Ioannes Medina *Cod. de Confess. q.* 17. Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 49. Palaus *in* 4. *dist.* 9. *q.* 10. *ad* 1. & plures alij, quos refert Henriquez *lib.* 8. *q.* 45. *num.* 3. *litera* T. *in glossa.* & tanquam probabile indicat Layman *lib.* 5. *tract.*4. *cap.*6. *num.*5. versic. *secundo*, & probabilius putat Petrus à S.Ioseph *loco citato.* Ex concilio enim *d. cap.* 7. videtur solùm colligi hoc præceptum fuisse in vsu longè ante dictum Concilium, ideoque obligare etiam in iis locis, vbi illud non est receptum, eo quod non præcipit aliquid de nouo, sed tantum declarat ex praxi Ecclesiæ quod antea præceptum esset circa sumptionem Eucharistiæ, quod totum saluatur, etiamsi ponatur tale præceptum esse solum Ecclesiasticum ab initio Ecclesiæ ab Apostolis traditum. Potuit autem Ecclesia tale præceptum indicere, cum idem Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 2. doceat hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione salua eorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi magis expedire iudicaret. ex dicto etiam Apostoli *probet autem se ipsum homo* &c. videtur solum colligi hominem non debere accedere ad tale Sacramentum, nisi constitutus in gratia, quæ potest per contritionem obtineri; & si præceptum Confessionis contineat, potest intelligi de præcepto ab ipsis inducto.

Ad tertium argumentum *num* 41. adductum pro opinione Maioris negatur assumptum esse vniuersaliter verum; vt patet in præcepto de non celebrando absque vestibus Sacris, aut altari consecrato, etsi aliquis sine viatico sit moriturus. Præceptum autem non communicandi post cibum, vel potum dispensatum est quoad ipsum ægrotum, & quemlibet existentem in præsenti periculo mortis naturalis, vel violentæ; non reperitur autem dispensatum præceptum celebrandi post cibum, & potum, vt existés in tali periculo mortis recipere possit viaticum; Ecclesia autem dispensauit in priori casu, tum præcipuè quia necessitas existentis in periculo mortis est quasi intrinseca naturæ hominis, frequenter enim accidere potest; & non decuit, nec expediens fuit, vt impediretur homo à susceptione tanti Sacramenti propter humanum impedimentum comestionis, quod vitare non potest; necessitas vero ex parte ministri est veldè extrinseca, & accidentaria, quæ moraliter loquendo rarissimè potuit accidere, supposita prouidentia, quam Ecclesia habet seruandi semper Eucharistiam in Sacrario pro infirmis, vt suprà *num.* 43. dictum est; tum quia in hoc casu non ita imminet periculum irreuerentiæ erga Sacramentum & scandali, vt in alio casu si liceret celebrare post prandium, & cœnam. 47.

Ad vltimum argumentum eodem *num.*42. adductum Respondet Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 53. nequidem ad vitandum scandalum licere celebrare post cibum, & potum; sed contrarium sentiunt Suarez *dicta sect.* 5. versic. *atque hinc*, Coninch *d. q.*80. *art.*8. *num.* 60. Leandrus *d. q.* 20. *fine*, & alij, quando verum scandalum timeretur; quod aliter vitari non possit. vt Parochiani grauiter essent perturbandi, & exacerbandi contra Parochum; tunc enim deberet celebrare, si sine vllo scandalo hoc facere posset, quia tenemur iure naturæ scandalum vitare, quando actio, per quam euitatur non intrinsecè, & per se mala; vt latius probat *ibidem* Suarez. Hoc autem scandalum rarò potest contingere; & communiter alia ratione (inquiunt iidem Suarez, & Coninch) commodè potest euitari, si sacerdos doceat se non esse ieiunum; ac proinde non licere sibi celebrare; etenim non potest quisquam merito scandalizari, quia sacerdos leges Ecclesiæ seruat. 48.

Prædictis tamen non obstantibus præfatam sententiam Maioris intellectam de celebratione, & consecratione seruato ritu Ecclesiastico, ita quod deficiat solum ieiunium probabilem putant Suarez & Filliuccius; eandem, si sacerdos non ieiunus absque scandalo queat celebrare tenet Philiarcus de Officio sacerdotis *tomo* 1. *p.*1 *lib.* 2. versic. *cum ergo vsque ad finem*: eandem teste Diana *vbi suprà*, & *loco* mox *citando* tenent Zenardus *in directorio Confess. p.*1. *tit. de Euch. cap.* 7. Fernendez de Heredia *in disput. mixtis de sacram. tit. de Euch. disp.* 20 *puncto* 8. *dub*, 20. *num.*8. & Petrus Matthæus *in adnot. ad rubricas Missalis p.* 1. *cap* 9. *n.* 1. Eandem approbare videtur Diana *p.* 3. *tract.* 4. *resol.* 33. & tandem in eandem valdè inclinat Zambranus in præfatis decisionibus casuum conscientiæ tempore mortis *d. c.* 3. *à n.* 3. *ad finem*, vbi etiam eam confirmat sequentibus. 49.

Primò, quia iura dispensant in præcepto ieiunij ante Communionem, vt infirmo morienti succurratur; ergo parum refert hanc dispensationem verificari in infirmo morituro, vel in ministro celebraturo pro dicti infirmi Communione, sine qua morietur, si dictus minister non celebret, & potest credi iura expresè loquute fuisse de ipso infirmo communicaturo, non quia velint excludere alium casum dicti Ministri; sed quia positus casus in iuribus est frequentior in infirmis morientibus. 50.

Secundo licèt per Epicheiam non seruare aliqua iuris decreta, vt communicetur infirmus in articulo mortis; ergo licet etiam in hoc casu. Antecedens ostenditur: Nam primo potest dici Missa sine ministro deseruiente, nec assistente, vt sacerdos se, vel alium communicet in dicto articulo, vt docent Suarez *d. to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 86. *sect.*1. 51.

sect. 1. & cum aliis pluribus Henriquez *lib. 9. sum. cap.* 39. *num.* 1. in textu, & glossa. Secundò potest sacerdos extra Missam se communicare propria manu in articulo mortis, quando non potest alius haberi, qui ministret sibi Eucharistiam vt tradit Suarez cum communi *disp.* 72. *sect.* 3. imò Suarez *ibidem*, & Caietanus in illud Matth. 26. *Accipite, & manducate*, aiunt permitti laico in tali articulo recipere propria manu Eucharistiam deficiente copia Sacerdotis administrantis, quod licet negent Henriquez *lib.* 8. *sum. cap.* 54. *num. vltimo*, & alij, quos refert, & sequitur idem Zambranus *d. cap.* 3. *num.* 6. ego tamen approbo libenter, licet etiam extra articulum mortis & casum necessitatis, altero Sacerdote deficiente, vel nolente ministrare, posse Sacerdotem seipsum cõmunicare tradunt Suarez *d. sect.* 3. & alij quos latè refert & sequitur Leandrus Discalceatus *de sacram. p.* 2. *tract.* 7. *disp.* 4. *q.* 14. quia in huius Sacramenti administratione (sicut in aliis) non est necessaria distincta persona à suscipiente, imo etiam Diaconum extra necessitatem, deficiente presbitero posse sibi ipsi ministrare post Vasquez *disp.* 219. *cap.* 1. tradit Leandrus *d. disp.* 4. *q.* 16. Tertiò potest pars Hostiæ dari à Sacerdote celebrante (si desit alia forma consecrata) infirmo morienti. Quod tamen tantum licet in dicta necessitate; vt docet Graffius *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 38. *n.* 31. quod Zambranus *d. c.* 3. *n.* 7. ait colligi apertè ex Missali Pij V. de defectibus in Missa occurrẽtibus versic. *si Sacerdos*, vbi tantum id concedit morienti, & defectu alterius formæ consecratæ. Addit rationem, quia Sacerdos debet consumere totum sacrificium; nec obstat, ait, olim cap. *Triforme de consecrat. d.* 2. reseruatam fuisse tertiam partem Hostiæ consecratæ pro Communione populi; nam ea cæremonia, omissa est temporibus nostris in Missæ celebratione. Quamuis etiam respectu non morientium licitum esse doceant S. Thomas 4. *dist.* 17. Paludanus *in* 4. *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 6. *conclus.* 2. *num.* 26. Syluester *v.* Eucharistia 2. *q.* 10. *dicto* 8. & *q.* 15. *dicto* 1. Diuus Antoninus 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 2. Henriquez *d. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 7. Suarez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 85. *fine*. Scottia de sacrificio Missæ *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 13. Leandrus Discalceatus *de sacr. tract.* 7. *d.* 4. *q.* 17. & alij qui propterea aiunt, quod si celebrans particulam distinctam ad communicandum aliquem non apposuisset, posset ad hunc effectum seruare particulam Hostiæ, idque probant tum ex *d. cap. Triforme*; tum ex vsu in vita Basilij apud Amphilochium, & ex Amulario *lib.* 3. *cap.* 35. & Micrologo *cap.* 17. Quartò quia licet Parocho, vt communicet infirmum morientem, qui non habet aliquam formam consecratam, celebrare summo mane ante lucem, etsi non media nocte, vt docent Henriquez *lib.* 6. *sum. cap.* 24. *num.* 5. Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 85. Syluester *verbo* Missa 1. *q.* 6. *dicto* 1. & alij. & colligitur ex Glossa *in cap. finale in fine de priuil. in* 6. id docente de Episcopo, qui celebrat eo tempore ratione necessitatis itineris. idem Henriquez concedit etiam de celebratione post meridiem saltem vna, vel altera hora, vt communicetur moriens. Demum quia licet celebrare bis eodem die ad communicandum morientem infirmum, dummodo sacerdos sit ieiunus. Panormitanus *in cap. consuluisti de celebrat. Missarum*, Paludanus 4. *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 4. *conclus.* 4. *casu* 3. *num.* 21. Sotus *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 2. Armilla *v.* Missa *num.* 87. Toletus *lib.* 2. *sum. cap.* 3. *fine*. & Henriquez *d. lib* 9. *cap.* 30. *num.* 7. & colligitur ex *d. cap. consuluisti*, vbi dicitur esse semel tantum cuilibet celebrandum vna die, nisi causa necessitatis, &c. Nec est moraliter impossibile id accidere, vt putauit Suarez *d. to.* 3. *disp* 80. *sect.* 3. quia potest (inquit Zambranus *d. cap.* 3. *num.* 9.) contingere vt petatur Communio pro infirmo à Sacerdote celebrante post consumptionem Hostiæ, & ante ablutionem, vt notauit Henriquez, etsi rarò possit accidere; Addit idem Zambranus iuxta omnes prædictos Doctores tantum esse concedendum in d. casu bis celebrare, & non pluries. Prædicta Zambranus ad confirmandam præfatam Maioris sententiam.

52. Quæ attentis prædictis, & dictis *num.* 42. & præsertim quod ex præcepto Diuino teneamur sumere Eucharistiam in articulo mortis, verè est probabilis; nec damnandus foret sacerdos præsertim proprius Pastor, qui eam sequeretur, celebrando tamen sine scandalo, & maximè in eo casu quando infirmus moriturus aliud Sacramentum pœnitentiæ, aut extremæ vnctionis suscipere non posset, quo casu præcipuè licitum esse Sacerdoti non ieiuno celebrare ad illum communicandum docent Layman, Zambranus, Zenardus, Philiarcus & Heredia locis *supra* citatis. An vero fidelis in periculo mortis obligetur præcepto diuino sumere viaticum mox explicabitur. Imò Merchinus de Ordine *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. videtur sentire licitum esse sacerdoti consecrare etiam sine vestibus sacerdotalibus recitando sola verba consecrationis & in fermentato ad communicandũ infirmum alioquin sine viatico moriturum etiam secluso scandalo: & idem sentire absolutè Ludouicum à S. Ioann. in sua summa *art.* 4. *de communione infirmorum* testatur Leandrus *q.* 21. Qui tamen in hoc non sunt vllo modo approbandi, & illis aduersantur cæteri Doctores.

An qui mane communicauit, & vespere incidit in periculum mortis antea non præuisum possit, & teneatur iterum eodem die communicare per modum viatici, si moriturus sit ante diem sequentem.

Dubitatur tertio. An fidelis hodie incidens in periculum mortis naturalis vel violentæ, qui ex deuotione, & non cogitans de mortis periculo sumpsit Eucharistiam paulo ante tale periculum, teneatur postea in eodem periculo iterum sumere viaticum siue ieiunus, siue non ieiunus, & etiam si eodem die antequam oriretur, & præuideretur periculum, communicasset, & eodem die esset moriturus. De hac difficultate non persistens in eadem sententia pluries egit Diana *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 40. *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 197. & *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 33. & 43.

53. Supposita communiori sententia Theologorum, quod fideles præcepto Diuino obligentur ad viaticum, seu Sanctissimum Sacramentum recipere in articulo, seu periculo mortis, vt infra probatur, non sufficere communionem paulo ante periculum factam, ad satisfaciendum præcepto de communicando in articulo mortis; sed constitutum in periculo teneri adhuc sumere viaticum, etiamsi manè eodem die non cogitans de periculo communicasset, vel celebrasset; si periculum mortis siue naturalis, siue violentæ eodem die exortum sit adeo vrgens, vt prudenter timeatur eodem die moriturus; aut quod eo die transacto non sit futurus paratus communicare, affirmant Vasquez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 214. *n.* 14. Castrus Palaus *in* 4. *tract.* 21. *disp. vnica puncto* 14. *n.* 7. & 8. Leandrus Discalceatus, *de sacram. p.* 2. *to.* 7. *disp.* 2. *q.* 5. & 6. Diana *citatis resolutionibus* 197. & 33. vbi hoc idem affirmantes refert Gasparum Hurtadum de Eucharistia *disp.* 10. *diff.* 2. Torrianum *in sum. p.* 2. *cap.* 58. *dub.* 2. *n.* 3. Petrum de Ochsgauia *de sacram. tract. de Euch. q.* 14. *num.* 7. & Kellisonium *in* 3. *p. to.* 2. *q.* 8. *art.* 11. *notab.* 2. & idem quoque docuisse plures Doctores ex Salmanticensi, & Vallisoletana Vniuersitate testatur Palaus *d. num.* 8. quos propterea ait concedere huic fideli post eodem die Communionem ex deuotione factam, vel celebrationem incidenti in non præuisum periculum mortis eodem die probabiliter securæ, licere bis communicare ratione superuenientis periculi, in quo tenetur, & potest non ieiunus sumere viaticum, licet paulo ante præfato die communicauerit ex deuotione. Vasquez etiam *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 214. *cap.* 2. affirmat eum, qui paulo antequam incideret in periculum mortis communicauit,

nicauit, debere rursum communicare, licet expressè non dicat posse, & debere iterum communicare si mane communicauit, vel celebrauit ex deuotione, & vespere incidit in articulum, seu periculum mortis non admittens dilationem; sed ex eius doctrina verè colligitur, quidquid secus velit Ioannes Lugo *de Euchar. disput. 16. sect. 3. num.* 50. Probatur hæc sententia, quia communio facta ante periculum mortis, etsi eodem die, sine præuisione, seu cogitatione periculi, est communio omninò voluntaria, non obligatoria; sed communioni obligatoriæ, & necessariæ ex præcepto non potest satisfieri per communionem, quæ præcepta non sit: ergo per communionem antecedentem mortis periculum non impletur præceptum communicandi, seu sumendi viaticum in ipso mortis periculo. Et confirmatur, quia hæc obligatio est propria illius temporis, quo adest tale periculum, nec orta fuerat, quamdiu periculum non imminebat; ergo illi satisfieri non potuit per communionem antecedentem, sicut è contra si existente periculo mortis homo omittat communicare, & ideo peccat; elapso tamen periculo non tenetur amplius communicare, quia iam cessauit prior obligatio. Præterea cum fidelis in mortis articulo teneatur sumere Eucharistiam tanquam viaticum, vt ex hac vita securius decedat, non potest huic obligationi satisfieri per communionem factam in sanitate, & extra mortis periculum, & sine periculi cogitatione; viaticum enim non datur sanis, & non cogitantibus de morte, sed infirmis morituris, & aliis proficiscentibus ex hac vita. Vltimò si communioni debitæ in articulo mortis est satisfactum per communionem paucis diebus ante, dum non esset, nec timeretur mortis periculum, factam; constitutus postea in mortis periculo non poterit non ieiunus communicare saltem in sententia illorum Doctorum, qui negant singulis diebus ægrotum periculosum posse communicare non ieiunum; quia ea communio necessaria non est, sicut non est necessarium bis in eadem infirmitate.

54. Neque obstat, quod præcedens communio sit facta proximè ante periculum mortis, & in tempore valdè proximo mortis periculo, in quo iam mortis periculum imminet. Nam esto illa communio extra actuale periculum mortis facta, sed in tempore proximo eidem periculo, & parum distet quoad substantiam ab ipso periculo, & à Communione, quæ fieret in ipso periculo, quoad obligationem tamen multum distat, cum sub obligatione non ceciderit, & facta sit eo tempore, quo præceptum viatici sumendi non obligabat; sicut communio facta proximè ante Pascha parum à tempore Paschali distat, tamen multum distat à Communione, quæ eo tempore præcipitur; nam priori Communione vt pore non præcepta non satisfit Communioni debitæ in ipso tempore paschalis: ita ergo cum præceptum Diuinum communicandi in articulo mortis obliget pro illo tempore, velut onus illius temporis, non potest impleri per communionem factam ante illud tempus, etsi valdè parum ab illo tempore sit distans.

55. Non obstat etiam, quod per talem Communionem antecedentem, & proximam periculo mortis superuenienti videatur satisfactum fini præcepti communicandi in articulo mortis, qui est, vt per Communionem homo se ad transitum ex hac vita præparet, quod videtur satis assequi paulo ante mortem communicando; nam sicut præcepto ieiunij, cuius finis est carnis maceratio, non satisfit nisi per ieiunium factum die statuto; licet quis aliis ieiuniis carnis macerationem sit assequutus, quia non adimpleuit substantiam talis præcepti; sic est in præsenti casu, licet finis præcepti communicandi in articulo mortis sit, vt per sumptionem Eucharistiæ contra diaboli insulta fidelis roboretur; tamen huic præcepto non satisfaceret, si extra actuale periculum mortis communicaret; ille enim (inquit Vasquez vbi suprà *num.* 15.) adimplet præceptum, qui non solum efficit id, quod præcipitur, sed etiam in eo tempore, quo præcipitur.

Non obstat item dicere præceptum posse impleri per operis executionem ab ignorante tunc præceptum obligare, & non habente intentionem expressam, vel virtualem illud implendi, vt patet in audiente Missam in die festo ignorante esse diem festum; nam in tali casu quis adimplet substantiam præcepti in tempore habili, & statuto ad audiendam Missam; quod non accidit in præsenti casu, in quo quis non sumit Eucharistiam tempore à præcepto statuto, nempè quando reperitur constitutus in periculo vitæ, sed ante illud tempus, licet in tempore proximo. 56.

Non obstat etiam, si dicatur communicantem paulo ante illud periculum mortis non præuisum censeri habere intentionem virtualem implendi præceptum communicandi illo periculo, cum vnusquisque censeatur habere intentionem virtualem, & implicitam implendi omnem obligationem, quam potest, & debet, etiam si fortasse eam ignoret; quæ intentio virtualis, sicut & expressa sufficit ad præcepti impletionem; non obstat, inquiunt præfati Doctores, nam, vt quis impleat præceptum non ad intentionem implendi illud, sed ad substantiam operis, quod præcipitur, in quo obligat, attendendum est: imò inquit Vasquez, si hoc præceptum sumendi Eucharistiam obligat in articulo mortis, nemo etiam expressa intentione posset illud implere anticipando tempus; sicut nec præcepto audiendi Missam in die festo satisfaceret quis, si pridie illam audiat cum expressa intentione per eam tali præcepto satisfaciendi. 57.

Denique non obstat, quod ex hac sententia inferatur constitutum in articulo, seu periculo mortis non antea præuiso, qui mane eiusdem diei non cogitans de eodem mortis periculo communicauit, & vespere in tale periculum incidit, cogi communicare bis eodem die, quod repugnat Ecclesiæ præcepto de semel tantum in die communicando, quod præceptum colligitur ex cap. *consuluisti de celebrat. Missarum*, & ex antiqua, & continuata praxi, & consuetudine Ecclesiæ, & ita docent Doctores communiter, vt *infrà* ostenditur. 58.

Nam primò conceditur sequela communiter à Doctoribus huius sententiæ, & ita etiam docuisse plures Doctores ex Salmanticensi, & Vallisoletana Vniuersitate consultos tradit Palaus *dict. num.* 8. Non enim præfati Doctores reputant inconueniens, sed necessarium, ob hanc causam, bis eodem die cōmunicare; sicut bis eadem die communicare quis potest, & debet ne Sacramento aliqua grauis irreuerentia fiat, & cum præceptum communicandi in articulo mortis sit Diuinum præualet, & anteferri debet præcepto de semel communicando in die, quod est tantum Ecclesiasticum, cum sit maioris momenti, & ponderis, & vtrumque præceptum concurrat in eadem persona. Secundo respondet Palaus *d. num* 8. quod admisso (licèt gratis) incidentem eodem die quo communicauit in periculum mortis non posse eo die communicare, non inde infertur præcepto diuino communicandi in eo periculo non obligari; obligatur namque per se, tametsi per accidens ex præcepto Ecclesiæ excusetur. Quemadmodum si constituto in mortis articulo graue crimen committenti in detestationem illius criminis lege Ecclesiastica denegaretur viaticum, excusatus ipse esset à præcepto Diuino sumendi viaticum, tametsi eo præcepto teneretur; sic igitur constitutus in mortis periculo teneretur per se communicare, quamuis eo die extra periculum communicauit, excusatur tamen ab hac obligatione ob prohibitionem Ecclesiæ, quæ meritò id potest prohibere ob reuerentiam tanto Sacramento debitam. Neque hæc prohibitio est abrogatio Diuini præcepti, sed illius vsus debita limitatio. ita Palaus, & prædicta quoad hanc Vasquez & aliorum præallegatorum sententiam; quam Diana profitetur resultare in maximam ægrotorum consolationem, 59.

consolationem, qui iuxta eam possunt iterum communicare superueniente periculo mortis, licet eodem die ante exortum periculum communicauerint: ac proinde *d. resolu. 53. fine*, enixè hortatur Parochos, ne desinant hanc eandem sententiam in praxim deducere. Sed cum eadem sententia inducat nouum præceptum, & consequenter imponat onus non leue morituris, non video quomodo possit absolutè dici, quod ad ferat consolationem.

Verùm pro exacta explicatione, & intelligentia huius dubij tertij examinanda sunt tria: primum an sit præceptum Diuinum obligans ad sumendam sacram Eucharistiam, & quos obliget. Secundum quando, & pro quibus temporibus hoc præceptum obliget. Tertium in specie an obliget omnes illius capaces in articulo, seu periculo mortis.

Vtrùm sit aliquod præceptum Diuinum obligans ad sumendam aliquando Eucharistiam.

59. Quoad primum. Nonnullorum sententia fuit non extare aliquod præceptum Diuinum de sumenda Eucharistia. ita S. Thomas *in 4. dist. 6. quæst. vnica. art. 2. quæst. 1.* & *dist. 12. quæst. 3. art. 2. quæst. 1.* Alensis *4. p. q. 11. memb. 2. art. 4.* §. 1. D. Bonauentura *in 4. dist. 12. artic. 5. quæst. 1.* Ferrariensis *4. contra gentes cap. 61.* Caietanus *3. p. quæst. 80. art. 11.* Gabriel *in can. sect. 87.* litera *I.* & Syluester *verbo* Eucharistia *3. in principio*. Moti sunt, quia ex vna parte huiusmodi præceptum non sequitur ex natura, & vi institutionis Sacramenti per se ordinati ad nutritionem, & ad augmentum gratiæ, & ad roborandum fideles aduersus Diaboli insidias, tanquam ad proprium effectum: Nam hic effectus non est simpliciter necessarius ad salutem; ac proinde sicut alia Sacramenta, quæ augent gratiam non sunt necessaria ex Diuino præcepto; sic potuit hoc non esse necessarium, sed institui ad maiorem abundantiam, & pro aspirantibus ad maiorem Sanctitatem, & aliunde etiam augmentum, & robur illud accipere fidelis potest, & in gratia perseuerare. Ex altera vero parte nullus est scripturæ locus, ex quo hoc præceptum colligatur, seu colligi possit, nam locus ille Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem*, D. Thomas *quæst. 65. art. 4. ad 2.* aliique Patres explicant de manducatione spirituali, aliàs esset obligatio sumendi Eucharistiam sub vtraque specie à CHRISTO imposita. Illud etiam Lucæ 22. & Pauli 1. ad Corinth. 11. *Hoc facite in meam commemorationem*, explicant hi Doctores continere solum præceptum factum Ecclesiæ in communi, & Prælatis offerendi sacrificium, & ministrandi Sacramentum; vt tenerentur etiam Pastor ministrare Sacramentum Confirmationis, & extremæ Vnctionis, & matrimonij, ad quæ tamen suscipienda, nemo priuatus obligatur; Et hanc eandem sententiam tenere videntur, quos refert Henriquez *lib. 8. sum. cap. 3. num. 1. in glossa* litera *A* & probabilem dixerunt Victoria, Ledesma, Sotus, quos idem Henriquez refert.

60. Communis tamen sententia Doctorum asserit dari, & esse præceptum Diuinum à CHRISTO Domino iniunctum obligans fideles ad vsum Sacramenti Eucharistiæ, illudque aliquando suscipiendum. ita S. Thomas *3. p. quæst. 80. art. 11.* Valentia *tom. 4. disput. 6. quæst. 8. puncto 4.* Bellarminus *lib. 1. de Euch. cap. 15.* & *lib. 4. c. 25.* Henriquez *d. cap. 3. num. 2. & seqq.* Suarez *tom. 3. in 3. p. disput. 69. sect. 1.* Ioannes Baptista Scortia de sacrificio Missæ *lib. 4. cap. 19. num. 2.* Coninch *de Sacram. q. 80. art. 11. num. 87. & seqq.* Reginaldus *lib. 29. num. 57. & seqq.* Fagundez *præcepto 3. lib. 1. cap. 3. num. 5.* Bonacina *de Sacram. disput. 4. quæst. vltima initio*, & *toto puncto 1.* Villallobos *p. 1. summ. tract. 7. diff. 42. num. 1.* Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 2.* Zambranus in decisionibus casuum conscientiæ pro tempore mortis *cap. 3. dub. 1. num. 2.* Castrus Palaus *p. 4. tract. 21. disp. vnica puncto 14 num. 2. & seqq.* Ioannes Lugo *de Euch. disput. 15. sect. 1. num. 1. cum seqq.* Petrus à S. Ioseph. in idea Theologiæ Sacramentalis *lib. 2. cap. 8. resolut. 2.* alij recentiores relati suprà *num. 53.* Maior, Durandus, Paludanus, Richardus, Adrianus, Dominicus Sotus, Victoria, Ledesma, Petrus Soto, Viguerius, Tapperus, Bossensis, Democaris, Sainctes, Lataranus, quos referunt Henriquez, Scortia, Zambranus, & nonnulli alij ex præcitatis, & alij etiam apud eosdem, & idem significarunt, & docuerunt Patres, quos referunt Maldonatus *in cap. 6. Ioannis versic. 53.* Toletus *ibidem annot. 15.* Bellarminus, Henriquez, Suarez, & Scortia.

Probatur hæc sententia primò ex illo Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: hoc enim loco loquitur CHRISTVS de Sacramentali manducatione, vt est communis sententia Patrum, quos accuratè recensent Meldonatus *ind. cap. 6. Ioannis versic. 53.* & Toletus *ibidem annot. 15.* & constat ex Concilio Ephesino initio, & Tridentino *sess. 13. cap. 2.* non potest autem conditionalis esse vera, nisi talis sumptio, & manducatio sit aliquo modo ad salutem necessaria; vel igitur necessitate præcepti, & sic habemus intentum; vel necessitate medij; at hæc necessitas respectu talis actus necessario supponit præceptum; quia cum hic actus per se sumptus ex natura sua non sit simpliciter necessarius ad gratiam, vel gloriam, cum effectus eius sit confirmare in bono, & augere gratiam, non potest esse necessarium medium nisi necessitate præcepti. Si dicatur primo, hoc loco esse sermonem tantum de necessitate medij eo sensu, quo maximè vtile solet dici necessarium, & quia hoc Sacramentum moraliter loquendo est necessarium medium ad perseuerandum in gratia, ita videtur exponere Cyrillus illum locum. Contra est, quia licet illa explicatio possit admitti, & vera sit, non est tamen admittenda, vt vnica, & literalis; sic enim esset perniciosa, cum sit contra proprietatem verborum CHRISTI, quæ maximè seruanda est, & retinenda, quantum fieri potest; veritas enim illius loquutionis significat necessariam connexionem, & infallibilem effectum in consequente significato, si antecedens ponatur in esse, sicque intelligitur illud *Nisi quis renatus fuerit*, &c. *non intrabit in regnum cælorum*, & illud *Nisi pœnitentiam egeritis*, &c. & similia loca, quorum vis eneruaretur, si prædicto modo liceret subterfugere. Debet igitur ille locus propriè intelligi de necessitate simpliciter si dicatur secundo cum Caietano, & Iansenio & aliis ex hac nostra expositione illius loci sequi (vt numero præcedenti indicatum est) quod teneantur fideles communicare sub vtraque specie, cum dicat expressè CHRISTVS, *Nisi manducaueritis*, & *nisi biberitis*, &c. Respondetur tale quid non sequi; Nam vt optimè docet Toletus *loco citato, annotatione 27.* particula ET in sacris Literis sæpè facit sensum disiunctiuum, vt *Exodi 21. & 15.* Qui percusserit patrem, & matrem morte moriatur, sic enim habetur in Hebræo, licet noster interpres ad sensum respiciens transtulerit, qui percusserit patrem, vel matrem. item Iob 31. *Si declinauit gressus meus de via, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula, si deceptum est cor meum super malitia*, &c. quæ omnia certum est pariter facere sensum disiunctiuum; quodlibet enim eorum sufficiens fuisset ad pœnam. Similiter *Ezech. 18.* dicitur *Quod vir egenum, & pauperem contristans, rapinas rapiens, pignus non reddens, & ad idola leuans oculos suos non viuet, sed morte morietur.* Clarum est, val propter vnum horum peccatorum æterna pœna puniendum esse hominem: *Psalm.* etiam 129. dicitur, *De quo non impleuit manum suam, qui metit, & sinum suum, qui manipulos colligit*, & sæpè alibi particula, *&*, disiunctiuè accipitur. Quare eodem loco Ioannis, de quo agitur, posita esse videtur pro disiunctione *vel*, vt sit sensus *Nisi manducaueritis Sacramentaliter carnem filij hominis sub speciebus panis*, *vel*

vel biberitis eius sanguinem sub speciebus vini, non habebitis vitam in vobis. Quem sensum satis confirmant verba illa CHRISTI, *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, &, *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*; vbi dum attribuit vni manducationi totum effectum, ostendit illum superius non tribuisse sumptioni sub vtraque specie; sed disiunctiuè; quod meritò in confirmationem huius veritatis notauit Tridentinum *sess.21. cap.1.* dum definit eo loco *Nisi manducaueritis, & biberitis eius sanguinem*, non colligi necessitatem communionis sub vtraque specie.

61. Secundò probatur hæc communis sententia à S. Thoma *d. art.11.* ex illo Lucæ 22. & Pauli 1. *ad Corinth.11. Hoc facite in meam commemoratione* quod dixit CHRISTVS post illa verba, *Accipite, comedite, & bibite, &c.* illud enim præceptum non pertinet tantum ad Apostolos, sed ad vniuersalem Ecclesiam, quæ tunc in illis repræsentabatur. & huic loco magnam vim tribuit Tridentinum *sess.13. cap.2.* dum sic dicit *Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad patrem Sacramentum hoc instituit, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum veniat, sumi autem voluit Sacramentum:* illis enim verbis *præcepit, & sumi voluit*, apertè ostendit Concilium vsum Communionis fuisse à CHRISTO præceptum. Et certè supposita huius sacramenti institutione, cum sumere illud vt Sacramentum, & sumere in CHRISTI memoriam non sint duo, sed vnum & idem. Nam fideles, quando recipiunt hoc Sacramentum non aliter tenentur illud sumere in CHRISTI memoriam, quam sumendo illud, vt reuera in se continens CHRISTVM ipsum, qui pro nobis mortuus est; præcipere sumptionem huius Sacramenti in CHRISTI memoriam, nihil aliud fuit, quam præcipere CHRISTI manducationem, videatur Suarez *loco citato.* Confirmatur eadem sententia communis, quia is semper fuit sensus, eaque Pastorum cura, vt sumeretur Eucharistia tanquàm Domini præceptum, & mandatum Apostolica traditione delatatum, vt senserunt Patres, Cyprianus *lib. de orat. Domin.* Cyrillus *in Ioann. cap.27.* Chrysostomus *homil.45. & 47. in Ioannem*, & Ambrosius *lib. de Sacram. cap.4.* & fuit Concilium Corbilonense *cap.26.* Porrò necessitas, seu obligatio huius præcepti Diuini in eo consistit, vt homo habeat propositum suscipiendi hoc Sacramentum tempore opportuno, & reipsa suscipiat, cum temporis opportunitas, vel moralis necessitas adest. Hæc enim est conditio, seu natura præcepti affirmatiui, vt post S. Thomam, notat Layman *dict. cap.5. num.2.*

Quas personas obliget hoc præceptum Diuinum sumendi Eucharistiam.

62. Hoc autem præcepto non obligantur omnes homines; nam paruuli, seu infantes non habentes vsum rationis ab eo excipiuntur, comprehenduntur que soli adulti, vt expresè definit Tridentinum *sess.21. cap. & can.4.* & docent S. Thomas *3. p. quæst. 80. artic.9. ad 3.* Caietanus *ibidem*, Soto *in 4. dist. 12. quæst.1. art.4.* Nauarrus, *cap.21. num 57.* Henriquez *lib. 8. summ. cap.3. num.4. & seqq.* Suarez *tom.3. in 3. p. disput.40. & disp.69. sect.2.* Scottia *d. cap.29. num.5.* Fagundez *d. cap.4. n.7. & 8.* Coninch. *d. quæst.80. artic.11. num.92.* Zambranus *dict. cap 3. dub. 2. num.8. & 17.* Layman *d. lib.5. tract 4. cap.4. num.2.* Reginaldus *d. lib. 29. num. 59.* Filliuccius *tom.1. tract.4. cap.7. num.187.* Ioannes Lugo *de Euchar. disput.16. sect.2. num.16.* Et ratio est, tum quia adulti solum sciunt sacrum cibum à profano discernere; tum quia id institutioni consonat, dixit enim CHRISTVS *Accipite, & comedite*, id est sumite actiuè, & non passiuè, ad quod infantes non sunt idonei. Et licet antiquitùs fuerit consuetudo dandi Eucharistiam paruulis, non fuit tamen vniuersalis, sed quarundam Ecclesiarum præsertim Græcarum, quæ etiam consuetudo non est orta ex existimatione necessitatis, aut obligationis, sed cuiusdam pietatis, & vtilitatis tantum. Vnde ex illa consuetudine solum potest colligi non esse per se malum dare hoc Sacramentum paruulis, vel amentibus, atque adeo seclusa Ecclesiæ prohibitione esse licitum non vero quod sit necessarium. Imò vero in Ecclesia Latina non solum non est necessarium, verum etiam nec licitum. Nam ita est hæc consuetudo introducta, vt prohibitionem iam induxerit; iam enim existimatum est considerata personarum, & temporum qualitate ita expedire ad debitam huius Sacramenti venerationem.

Excipiuntur etiam ab hoc præcepto perpetuò amentes propter eandem rationem; ita præallegati Doctores, & idem de omnibus amentibus actu carentibus vsu rationis, videtur sentire Fagundez *d. cap.4. n.9.* quamuis aliquando habuerint vsum rationis, quia, inquit, quatenus amentes sunt, præcepti sunt incapaces, & quia datur maximum periculum irreuerentiæ; citat Toletum, Emanuelem Sà, Alensem, & Gabrielem, qui tamen non loquuntur tam amplè, neque vniuersaliter, & absolutè negant Eucharistiam dari posse amentibus actu vsum rationis non habentibus. Igitur dicendum amentibus, & phræneticis, qui aliquando habuerunt vsum rationis, & postea inciderunt in amentiam, & ante amentiam affectum ostenderunt ad hoc Sacramentum, illudue petierunt, aut suscipere voluerunt, dandum esse hoc Sacramentum in articulo mortis; colligitur ex Concilio Arausicano 1. *can.3.* Carthag. 4. *c.76. & can.15. qui, 26. quæst.6.* Concilio Toletano 11. *cap.11.* & Catechismo Romano *de Eucharistia*, & docent Doctores communiter, S. Thomas *d. art.9.* Paludanus *in 4. dist. 9. quæst.4.* Sotus *dist.12. quæst.1. artic. 9.* Nauarrus *cap.16. num. 27.* Toletus *lib. 2. cap. 28. num.5.* Sà *verbo* Eucharistia *num.3.* Henriquez *lib.8. cap.42. num.3.* Suarez *d. sect.2.* Zambranus *d. cap.3. dub.4. num.2.* Layman *d. cap.4. num.4.* Scottia *dict. cap.29. num.5.* Filliuccius *d. cap.7. num.188.* Ioannes Lugo *d. sect.2. citato num.16. & disput.13. sect.3.* & alij, quos latè refert Zambranus *d. num.2.* quod tamen intelligendum est, nisi sit periculum vomitus, vel expuitionis, aut alterius similis inconuenientis, seu irreuerentiæ, & dummodo constet amentem fuisse dispositum, priusquam in amentiam incideret, quam dispositionem adesse iudicauit Parochus; si de eo non constet fuisse prius in peccato mortali; præsumendus enim est bonus, qui malus non probatur; si autem constiterit peccasse mortaliter, oportet, vt constet vel fuisse confessum, si potuit, vel si non potuit, saltem signa contritionis dedisse, ad quod sufficit vnum, vel aliud testimonium fide dignum, vt ex prædictis Conciliis sumitur, & iidem Doctores tradunt. Et quamuis Toletus *loco citato* sentire videatur requiri, vt amens tempora vsus rationis expressè voluerit sumere Eucharistiam, seu illam expresè petierit. Nihilominus iuxta alios Doctores communiter Suarez, & Zambranum, Scottiam, Filliuccium, & alios præcitatos, nec non alios à Zambrano *d. dub.4. num.7.* relatos sufficit etiam implicita, seu virtualis petitio huius Sacramenti, quæ in ipsa contritione, & signis eius includitur; quatenus includit voluntatem implendi omnia præcepta; imò dum contrarium non constat, nullus est, qui non velit, vt Ecclesia ei in necessitate subueniat remediis ad salutem tam vtilibus, & quasi necessariis, & ita adest voluntas interpretatiua sumendi Sacramentum. His conditionibus appositis tales amentes censentur, & sunt dispositi ac capaces effectus huius Sacramenti. Neque enim est necessaria actualis deuotio. Est autem specialis ratio, ob quam iis potius, quam infantibus, & perpetuò amentibus debeat dari Eucharistia in articulo mortis, quia hi iam fuerunt re ipsa obligati præcepto communionis, à qua obligatione semper alij, & infantes fuerunt excusati; hæc autem obligatio maximè 63.

vrget

vrget in articulo mortis; Vnde si einsmodi homines illius status periculum aduertissent, debuissent per Communionem se præparare; quod ergo propter impotentiam, vel actualem inaduertentiam non impleuerunt, meritò in eis per Ecclesiam impletur: Ex quo etiam fit vt hi homines, vel explicitè, vel implicitè hoc Sacramentum petierint, & petendo specialia ius ad illud acquisierint; quod meritò Ecclesia eis obseruari vult, hoc autem non potest habere locum in his, qui semper caruerunt vsu rationis. Denique hi homines potuerunt peccare mortaliter, & incidisse in amentiam tantum attriti; vnde fieri potest, vt per Eucharistiam efficiantur contriti ex opere operato, quæ vtilitas, & necessitas non habet locum in aliis semper vsu rationis carentibus. Neque obstat, quod tale beneficium possit sufficienter conferri per absolutionem, aut Extremam Vnctionem; nam contingere potest, vt nullum horum Sacramentorum possit applicari, possit autem Eucharistia, vt si iam consecrata sit, & adsit Diaconus, nullus autem Sacerdos. Quod si tunc danda est; cur non etiam quando simul possunt applicari absolutio, & extrema Vnctio? Nam licèt tunc videatur minor necessitas, & tamen maior dignitas suscipientis, & maxima vtilitas.

Ex quibus Suarez, Zambranus, Filliuccius, Ioannes Lugo *locis citatis*, & alij inferunt non solùm in quocunque mortis articulo licitum esse his hominibus dare Eucharistiam; sed etiam debitum esse, & Pastoribus aoimarum præceptum; tum quia citata iura plenè videntur hoc præcipere; tum quia si ægrotus habet ius ad hoc Sacramentum, immeritò illo priuatur; Videatur Suarez, & Zambranus.

64. Quoad pueros etiam vsum rationis habentes aduertendum, quod licet contra Glossam *in cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remissionibus*, & Paludanum *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 5.* asserentes præceptum Ecclesiasticum tum Confessionis, tum Communionis incipere obligare pueros statim ac sunt doli capaces, adeo vt mortaliter peccare possint; quia *in prædicto cap. omnis*, &c. fit generaliter sermo de his, qui ad annos discretionis peruenerint, communis Doctorum sententia sit prius incipere obligare præceptum annuæ Confessionis (quod iuxta Doctores magis communiter obligat statim ac homo est capax mortalis) quam Communionis; quia ita legem illam *dict. cap. omnis* interpretatur communis vsus populi Christiani, & totius Ecclesiæ; non enim omnes pueri, qui confitentur semel in anno, Eucharistiam suscipiunt, Et etiam *d. cap. omnis*, Confessio absolutè præcipitur fideli postquam peruenerit ad annos discretionis, Communio autem cum ordine ad prudentis Confessoris consilium. Et ratio est, quia cum Sacramentum Eucharistiæ ex vna parte sit minus necessarium Sacramento pœnitentiæ, & ex altera illo dignius, maiorem reuerentiam, & vsum rationis, ac iudicium requirit in suscipiente, quo suerum huoc cibum à communi, & profano discernat, & quo tam admirabilis Sacramenti idoneam cognitionem, & gustum habeat; vt sic debita animi reuerentia, & cultu tantum Sacramentum piè, & religiosè suscipiat. ita S. Thomas *in 4. dist. 9. quæst. 1. art. 5. quæstiuncula 4.* Maior *quæst. 2.* Caietanus *3. p. quæst. 80. art. 9. & in summa* verbo *Communio*. Armilla, Tabiena *verbo eodem*, Nauarrus *in man. cap. 21. num. 33. & 37.* Bartholomæus Medina *lib. 1. sum. cap. 14. §. 41.* Henriquez *lib. 8. cap. 42.* Suarez *d. disput. 70. sect. 1.* Azorius *p. 1. lib. 7. cap. vltimo quæst. 10.* Scortia *d. cap. 59. num. 5.* Zambranus *in decisionibus casuum conscientiæ tempore mortis cap. 3. dub. 2.* Fagundez *dict. cap. 5. num. 19.* Layman *dict. cap. 4. num. 3.* Filliuccius *d. cap. 7. num. 191.* Toletus *lib. 6. cap. 15.* Reginaldus *lib... num. 83. & 84.* Sanchez *lib. 1. summ. cap. 12. num. 6.* plures alij relati à Scortia, & Zambrano, & recentiores communiter; contingere autem solet (vt etiam præfati Doctores tradunt) is maior vsus rationis aliquando decimo ætatis anno, aliquando vndecimo, aliquando duodecimo, aliquando decimo tertio, aliquando decimo quarto; quia moraliter loquendo neque ante decimum incipit, neque vltra decimum quartum differtur hæc obligatio, sicut nec vsus rationis maior. Dixi *Moraliter loquendo*; quia aliquando potest esse tanta viuacitas ingenij alicuius pueri, vt sufficienti iudicio polleat ante decennium, putà annò nono, seu circa annum nonum, atque adeo tunc poterit communicari, vt post Paludanum ait Zambranus *d. dub. 2. num. 6.* aliquando etiam poterit esse ita hebes, & tardioris ingenij, vt neque etiam in anno decimo quarto sit aptus ad Communionem, sed hoc data, &c. Quare à decennio, vsque ad decimum quartum, id tempus, quo incipiat obligare præceptum communionis Ecclesiasticum constituere in particulari, patentum, & Confessoris munus erit; qui debent explorare pueri iudicium; vt aduertit Catechismus Romanus, Caietanus, Toletus Henriquez, & alij Auctores citati. Aduertit tamen Azorius vitandam esse aliorum offensionem, ne admodum paruulis, aliòqui iudicio pollentibus publicè conferatur Eucharistia. Nec etiam necesse est, puerum, qui nondum communicauit, recipere Eucharistiam, aut Confessarius ad id illum vrgere debet, statim ac in eo apparet perfecta discretio, seu iudicatur idoneus, sed sufficit si tempore Paschatis communicet, vt tradit Henriquez *d. cap. 42. num. 4.* & post eum Filliuc. *tract. 4. cap. 2. num. 44.* & Leandrus Discalceatus *de Sacram. p. 2. tract. 2. disput. 2. cap. 16.*

Nihilominus decenni puero in articulo mortis dandam esse Eucharistiam, sicut & Extremam Vnctionem consilium esse optimum, & vsitatum à piis viris docens Emanuel Rodriquez *tom. 3. quæst. 79. art. 2.* & Nauarrus *d. num. 59.* Imò plures alij ex citatis Doctoribus asserunt in illo articulo mortis dandam esse Eucharistiam cuicunque habenti vsum rationis ad mortaliter peccandum, & capaci confessionis; & esse ad hoc obligationem de iure diuino tàm ex parte petentis, quàm dispensantium. ita Henriquez *d. cap. 42. fine*, Suarez, Reginaldus *loco citato*, Zambranus *d. dub. 2. num. 14.* Layman *d. num. 3.* & Ioannes Lugo *de Euch. disput. 13. sect. 4. num. 37.* Quod colligitur ex *cap. penultimo 26. quæst. 6.* vbi dicitur, quod *cui Sacramentum pœnitentia conceditur, neque Eucharistia Sacramentum negari debet, si desideret.* Probant autem Suarez, & Zambranus, quia talis homo est capax fidei, & sufficientis reuerentiæ Sacramenti, & est in eo periculo, in quo non expectat commodius tempus ad recipiendum Sacramentum cum meliori dispositione, ergo tunc debet recipere eo modo, quo potest; patet consequentia; quia in illo homine, seu puero iam habent locum illa verba CHRISTI *Nisi manducaueritis*, &c. quorum vim, & obligationem potest talis homo percipere, & voluntariè manducare, ac se probare, vt dignè recipiat; nihil ergo est, quod illum excuset: neque contra, inquit Suarez, apparet aliqua ratio, aut consuetudo. Quæ tamen consuetudo contra videtur apparere; nam videmus communiter his pueris nondum excedentibus annum nonum non dari viaticum, quando sunt morti proximi, quin imò Vasquez *tom. 3. in 3. p. disput. 211. cap. 4. num. 42. & seqq.* omninò negat huiusmodi obligationem, & *num. 43. in fine*, addit nullo modo ministrandum eiusmodi pueris non habentibus saltem annum decimum, & nescientibus discernere hunc cibum ab aliis in mortis articulo, hoc Sacramentum: sicut tunc Ecclesia suo præcepto illos non obligat ad communionem. Quod tamen mihi non placet; nam cum verè possint cum reuerentia sufficienti recipere, & præceptum diuinum alioqui illos obligare, non est cur non sint capaces illius, & possit illis ministrari, & si olim in Ecclesia dabatur Eucharistia pueris ante vsum rationis absque peccato, & laudabiliter propter vtilitatem (licèt iustè talis consuetudo sit sublata propter pericula irreuerentiæ, & quia non possunt in illa ætate amittere gratiam) multò magis potest, & debet dari pueris vsum rationis 65.

rationis habentibus, in quibus cessant ea pericula, & est necessitas Eucharistiæ, ne amittant gratiam, quam possunt amittere. Consuetudo autem non dandi his pueris saltem ante decennium in mortis articulo potest prouenisse ea ignorantia, vel negligentia Parochorum, vel eorum, qui puerorum curam habent; vel ea causa vitandi multorum offensionem. An vero pueris in mortis articulo existentibus, de quibus dubium est, an habeant vsum rationis possit, & debeat ministrari Eucharistia, de hac difficultate latè agit Ioannes Lugo *d. sect.4. num.40. & seqq.* & post eum Leandrus Discalceatus *dict. tract.1. disput.3. quæst* 8. Certum est non esse obligationem illis dandi, cum in dubio de vsu rationis ratione ætatis, quia nondum completum sit septennium, præsumitur non adesse rationis vsum, vt alibi *in tom.2. horum moral. tit. 2. & in tractatu de contractu matrimonij* tradidi, in similibus terminis docet Sanchez *lib.1. sum. cap.12. num.13.* & quia in dubio, an quis lege obligetur, non debet obligari, nisi possessio iam stet pro lege; præceptum autem diuinum Communionis non acquirit possessionem nisi adueniente vsu rationis. Puto autem quod non obstante consuetudine Ecclesiæ non dandi Eucharistiam pueris vsum rationis non habentibus, dari illis possit ob aliud principium, quod in dubio fauendum sit animæ: sicut ob eodem rationem puto illis dari posse Exttemam Vnctionem sub conditione, quod asserunt etiam Diana *p.3. tract.4. resolut.169.* & Ioannes Lugo *d. sect.4. num.44.* Absolutio autem Sacramentalis illis danda est sub conditione, cum sit Sacramentum maioris necessitatis, & ita etiam dator pueris extra mortis articulum confitentibus, quando Confessarius dubitat, an sint doli capaces; & in articulo mortis puer non septennis in dubio vsus rationis videtur teneri ad Confessionem ob æternæ damnationis periculum, si fortè peccato mortali infectus sit, & id docet vt magis probabile Sanchez *dict. num.* 13. secùs extra mortis articulum.

66. Energumenis, & à Dæmone obsessis baptizatis quoque potest dari Eucharistia, si absit periculum irreuerentiæ, vt dictum est de amentibus, & non tantum in articulo mortis, sed etiam extra sæpius, & frequenter, quod tamen relinquitur arbitrio prudentis Pastoris: Nam si obsessus à Dæmone omninò priuetur vsu rationis, seruanda est regula posita de amentibus; si verò vtitur ratione, tantumque corporaliter vexetur, illa solum est corporalis ægritudo, & ideo per se non impedit, quominus Eucharistiæ solatium, & auxilium his hominibus conferatur. ita sentiunt S. Thomas, & Suarez locis supra *num.* 62. allegatis, Filliuccius *dict. cap. 7. num.* 198. & alij *eodem num.* 62. & 63. citati, & colligitur ex Timotheo Alexandrino *in suis responsionibus*, & Concilio Elibertino *cap.* 37. Vnde quando *in can.* 39. eiusdem Concilij Elibertini statuitur Energumenum exagitatum ab erratico spiritu ab altari esse reijciendum, exponendum est Concilium do energumenis non baptizatis, & præsertim de illis energumenis baptizatis, qui propter aliqua scelera publicè etiam à dæmonibus vexantur, & ab Ecclesia excommunicantur iuxta illud Pauli 1. *ad Corinth.* 5. *Iudicaui tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini.* Etiam Neophitos, & nuper ad fidem conuersos, ac baptizatos comprehendit hoc præceptum, quibus propterea præsertim in articulo mortis danda est Eucharistia præmissa illa instructione, quam tempus permittet, ita Henriquez *lib.4.cap.* 4. Zambranus *dict. cap. 3. dub.* 3. Ioannes Sancius *disput.*40. & Diana *p. 5. tract.3. resol.*45. Dicit tamen Henriquez, quod in Hispania paucis ea his, qui nuper ex Mauris erant conuersi, non dabatur Eucharistia ob periculum irreuerentiæ: & Zambranus ait, quod Hispali, & in sua Diœcesi Neophitis descendentibus ex Mauris non datur Eucharistia ordinariè sine licentia Prouisoris etiam in articulo mortis, si commodè, & sine periculo mortis infirmi recurri possit ad dictum Prouisorem, & Is possit consuli; eo autem absente dandam esse in articulo mortis, & extra, si deuotè postulent: & nonnulla alia notat idem Zambranus, quæ apud ipsum videri possunt.

An verò hoc præceptum Diuinum de sumenda Eucharistia, siue tempore vitæ, siue tempore mortis (pro vt *infrà* explicatur) obliget non solum fideles baptizatos ratione vtentes, sed etiam non baptizatos, vt Catechumenos, & infideles. 67.

Affirmant Suarez *to.3. in 3. p. disp.69. sect.2.* Vasquez *tom.3. in 3. p. disput.*214. *cap* 4. Ægidius Conineb *de sacram. quæst.*80. *art.*11. *num.*83. Filliuccius *tom. 1. tract.4. d. cap.7. num.*186. Ioannes Lugo *disput.*16. *sect.*2. & alij recentiores. Quorum sententia ita intelligitur, scilicet, etiam infideles comprehendi sub dicto præcepto Diuino de Communione, non quidem vt teneantur recipere Eucharistiam ante baptismum, sed ideo teneantur baptizari, vt possint communicare, & contra facientes dupliciter peccent. Probatur hæc sententia primo, quia verba illa CHRISTI *Nisi manducaueritis*, &c. quibus hoc præceptum latum est, sunt generalia, & loquebatur tunc CHRISTVS non solum ad fideles Christianos, sed simpliciter ad omnes, qui audiebant (inter quos erant etiam infideles, si quidem loquebatur Capharnaitis, quorum maximè longè pars non erat baptizata) & per eos ad omnes, qui quouis tempore, & loco futuri erant. Secundo, quia, vt hoc præceptum obliget non necessariò supponit baptismum, nam obligatio sumendi differt ab ipsa sumptione; vnde licet sumptio, vti licitè, & cum fructu fiat, supponat baptismum; non est tamen, cur obligatio illud supponat, quin potius etiam hoc titulo potest homo obligari ad baptismum, vt possit hoc præceptum communicandi implere; sicut baptizati, qui sunt in peccato mortali non possunt hoc Sacramentum licitè sumere, & tamen nihilominus ad Communionem obligantur, non quidem vt existentes in peccato mortali communicent, sed vt præmittant confessionem, & dignam pœnitentiam agant, vt sic debitè communicent. Quare Catechumenos saltem in articulo mortis voluntariè omittentes baptismum, & Eucharistiam iuxta hos Doctores duo peccata committit, quia duo præcepta per se obligantia violat. Quare si contra hanc sententiam dicatur non baptizatos esse incapaces Eucharistiæ, atque adeo consequenter non obligari posse illo præcepto Diuino; Negatur ab his Doctoribus consequentia propter dicta in secunda ratione; si etiam dicatur infideles non obligari ad confessionem. Respondent iidem Doctores non esse simile de præcepto Confessionis; nam non baptizatus non habet materiam Confessionis, neque est capax illius, etiamsi baptizetur, quia neque etiam tunc confiteri potest, donec post baptismum peccet; sicut autem quis non potest obligari ad peccandum post baptismum, ita non potest obligari ad Confessionem Sacramentalem ante baptismum, nec ad reddendum se capacem eiusdem Confessionis, & ideo in confessione est specialis ratio, quæ non habet locum in Eucharistia.

At eo modo præcepto Diuino de Communione obligari non baptizatos negant Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.*3. *art.*3. Sanchez *lib.* 1. *sum.c.*12. *n.*15. Castrus Palaus *p.*4. *tract.*21. *disp.vnica puncto* 14. *n.*11. & idem sentiunt Fagundez *præcepto* 3. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. & *cap.* 4. *num.*1. & 6. & Layman *d. lib.*5. *tract.*4. *cap.*5. *num.*2. dum aiunt præceptum Diuinum de Communione impositum esse solis baptizatis adultis. Probat Sanchez, quia Sacramentorum præcepta (dempto Baptismo) vt potè nouæ legis propria obligant solos baptizatos, qui per baptismum effecti sunt Ecclesiæ membra. Quemadmodum enim CHRISTVS noluit infideles durante infidelitate capaces fieri Eucharistiæ, sicut nec aliorum Sacramentorum, quia omnia Sacramenta pro fidelibus baptizatis instituit, ita etiam noluit eos suo præcepto obligare, vt potè qui sint incapaces suscipiendi Sacramentaliter 68.

mentaliter Euchatiſtiam; in quo (inquit Palaus) aſt magnum diſcrimen à peccatoribus baptizatis. Nam hi capaces ſunt Euchariſtiæ ſuſcipendæ etiam non præmiſſa pœnitentia, ideoque obligari poſſunt præcepto illam ſumendi; eique ſatisfacete poſſunt pœnitentia omiſſa iuxta magis communem Doctorum. At non baptizati neque capaces ſunt Euchariſtiæ ſacramentalitar ſuſcipiendæ, neque illius ſuſceptione, quæ Sacramentalis non eſt, præcepto ſumendi Euchatiſtiam ſatisfacere poſſunt. Confirmat Sanchez exemplo illius, qui vouit ingredi religionem, & in ea profiteri, qui quidem habet obligationem aſſumendi ſtatum religioſum, & eo aſſumpto tenetur caſtitatem, paupertatem, & obedientiam ſeruare: Nihilominus ante ingreſſum in religionem, & profeſſionem non tenetur regulari inſtituto, neque obligatione paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ; quia hæ obligationes ſupponunt ſtatum religionis aſſumptum. Ita ergo quiliber infidelis obligatus eſt baptiſmum ſuſcipere; quo ſuſcepto obligatur ad ſumendam Euchariſtiam; non vero obligatur ad id ante baptiſmi ſuſceptionem, quia talis obligatio ſolos baptizatos adſtringit. Vatùm ad hoc exemplum iuxta Doctores alterius ſententiæ facilè reſpondetur; ſcilicet, vouentem religionem ante profeſſionem non obligari ad caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, quia nondum ſunt emiſſa vota caſtitatis, &c. neque etiam tenari inſtitutis, ſeu præceptis religionis, quia nondum eſt membrum religionis, nec ſubditus Prælati præcipientis; quare ſolum obligatur voto ingrediendi Religionem emiſſo. At in præſenti caſu extat iam præceptum ſumendi Euchariſtiam à legiſlatore CHRISTO potente obligare etiam non baptizatos. Huic nihilominus ſententiæ libentius accedo, cum non facilè mihi poſſim perſuadere CHRISTVM Dominum voluiſſe ſuo præcepto obligare eos, qui omninò ratione ſtatus ſunt incapaces Sacramentalis Communionis. Hæc quo ad primum caput ex propoſitis.

Quando, & pro quo tempore præceptum Diuinum Communionis obliget.

69. Quoad ſecundum, ſcilicet, quando, & pro quibus temporibus obliget præceptum hoc Diuinum ſumendi Euchariſtiam, cum hoc præceptum ſit affirmatiuum, certum eſt non obligare pro quocunque; controuertitur ergo, quandonam obliget fideles. Certum eſt etiam eidem præcepto ſatisfieri per annuam Communionem: nam cum Eccleſia *d. c.omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* & in Concilio Tridentino *ſeſſ.13.c.9.* ſuo præcepto ſtatuerit ad minus ſemel in anno eſſe communicandum, & hoc permittat, tacitè declarat, id ſufficere ad non peccandum contra hoc præceptum Diuinum; aliàs non proſpiceret ſufficienter ſaluti fidelium. ita Henriquez *lib.8. c.5. num.3. initio.* Suarez *d.diſp.69. ſect.3. concluſ.3.* Fagundez *d.præcepto 3. lib.1. cap.4. n.5.* Scortia *d.cap.19. n.4.* Bonacina loco *infrà* citando *n.*90. alij teloti, à Scortia, & infra citandi. Sed difficultas eſt, an ploſquam ſemel obliget in vita.

70. Quidam putant ſemel tantum obligare ſiue id in vita, ſiue in articulo mortis fiat, ſicut baptiſmus. ita Paludanus *in 4. diſt.9. q.1. num.16.* Victoria *in ſumma de Sacram. q.*80. Caietanus *in ſumma*, verbo, *Communio*; Ledeſma 1.4. *quæſt.21.art.11.* Syluester *verbo* Euchariſtia. 3. Vigerius *de Euch. §.3. verſic.*19. Armilla verbo *Communio*, Nauarrus *conſil.16. n.4. lib.5. tit. de pœnit. & remiſſ. in 1. editione* & Stephanus Bauny *parte prima Theol. mor. tract.5. q.14.* vbi etiam allegat Maiorem. Ratio ſententiæ eſt, quia *Ioannis* 6. verbis illis *Niſi mãducaueritis*, &c. non limitatur quoties ſumenda ſit Euchariſtia, ideoque ſatisfieri præcepto, ſi ſemel ſumatur, ſicut præcepto, *Niſi quis renatus fuerit*, &c. ſatisfit vnico baptiſmo; Præceptum enim affirmatiuum per vnicum actum impletur; quare iuxta hos Auctores, ſi quis ſemel in vita communicauit non tenetur amplius hoc præcepto communicare in articulo mortis. Adultus autem, qui nunquam in vita communicaſſet, tenetur communicare in periculo mortis; quia alioqui hoc præceptum Diuinum nunquam obligaret.

Alij autem, & eſt magis communis ſententia, aſſerunt tanquam probabilius, hoc præceptum Diuinum obligare ſæpius, ſeu aliquoties in vita (ſi non ſit valde breuis) & non ſemel tantum. ita colligitur ex S.Thoma *3. p.q.*80. *art.*11. & ita etiam Sotus *in 4.d diſt.12.art.*11. Petrus Soto *tit.de Euchariſtia ſect.*2. Gabriel *in 4.diſt.9.q.*1. Durandus *ibid. q.2.art.*2. Valentia *to* 4. *diſp.6. q.8. puncto* 4. Suarez *d.ſect.*3. Henriquez *d.lib.8.c.*4. litera *K.* Ioannes Baptiſta Scortia *lib.4 d.c.19.n.*3. Reginald.*d.lib.29.n.*66. Coninch *de ſacram.q.*80.*art.*11. *dub.3.n.*101. Layman *lib.5. tract.4. c.5.n.*6. Bonacina *de ſacr.diſp.4.q.7.puncto 2.n.*8. Fagundez *d n.*5. Ioannes Lugo *diſp.16.ſect.2. n.27. & 28.* Nauarrus in hac varius *in man. c.11.n.57.* & alij apud Scortiam, & Bonacinam. Fundamentum eſt, quia præceptum affirmatiuum eſt prudenter interpretandum, & rationabiliter iuxta propriam illius naturam; nam quamuis non determinet ſibi tempus, neque obliget pro omni tempore, non limitatur ſemper ad vnum actum (nullus enim dicet præceptum affirmatiuum fidei, amoris DEI, & honoris parentum ad vnum tantum actum fidei, charitatis, & honoris actum obligare) ideoque eſt ſpectanda vniuſcuiuſque præcepti affirmatiui natura ex fine. Quare cũ finis huius Sacramenti ſit nutritio ſpiritualis ad reficiendas animæ vires; hinc videtur ſatis clarè conſtare, non ſemel tantum in vita communicandum. Ad hos enim fines vnus ſolus actus Communionis in diuturna vita ſufficere non poteſt. Et hoc etiam indicat ratio cibi, ſub qua inſtitutum eſt hoc Sacramentũ; ſicut enim ſatis non eſt corporalem cibum ſemel in vita manducare; ita neque hunc ſpiritualem, quia calor concupiſcentiæ, & fomes peccati non minus debilitat animæ vires, quàm naturalis calor vires corporis: ex quo etiam videtur inferri contra naturam huius Sacramenti eſſe, ſi eius vſus reſeruetur in fine vitæ, cum tempus reficiendi animæ vires, augendi charitatem, & reſiſtendi tentationibus concupiſcentiæ per totam vitam protrahatur; ſicut etiam contra naturam cibi corporalis eſt, vt eius vſus in extremam vitæ neceſſitatem reſeruetur. Ex quibus apparet diſparitas inter hoc Sacramentum, & baptiſmum, ac pœnitentiam; nam hæc duo Sacramenta ſunt ordinata, & præcepta vt neceſſaria ad tollendam culpam, quæ vnico actu tollitur: Baptiſmus datur per modum generationis ſpiritualis; quæ eſt tantum vna ſicut naturalis. Confeſſio item eſt per modum iudicij, & DEVS non iudicat bis in id ipſum; Euchariſtia vero, vt dictum eſt, inſtituta eſt ad reficiendas vires animæ, ad augendam charitatem, & ſuperandas concupiſcẽtiæ illecebras: Quæ omnia non perficiũtur vno actu.

Quænam autem ſint tempora, pro quibus extra mortis articulum obliget hoc præceptum, ſi ſæpius obligat ad communicandum; cum id CHRISTVS Dominus nullum certum tẽpus ſumendi Euchariſtiam præſcripſerit; Suarez *d. ſect.3.concl.*3. Reginaldus *d.n.*66. Bonacina *puncto* 1.*n.*9. & Coninch *d.n.*101. *fine*, docent illud definiendum prudentia iudicio, vt ſcilicet non nimium Euchariſtiæ ſumptio differatur, & nimiam dilationem exiſtimant, ſi excedat tertium, vel quartum annum; ita quod probabila putant hoc præceptum Diuinum per ſe, & ſecluſa Eccleſiæ determinatione obligare ad communicandum ſaltem tertio, vel quarto quoque anno; eo quod maior dilatio videatur eſſe valdè irrationabilis. Idem Coninch *d.n.*101. Ioannes Lugo *vbi ſuprà*, Nauarrus *loco citato*, & alij probabilius putant CHRISTVM Dominum huius temporis determinationem reliquiſſe Eccleſiæ, quæ certè ſuo præcepto nos liberauit moleſtia inquirendi, quid de tali temporis determinatione in ſingulari teneri debeat. Sotus, Durandus, Gabriel, Petrus Sotus, Valentia, & Scortia *locis citatis*. Victoria *q.*86. dicunt præceptũ hoc Diuinum Communionis obligare toties, quoties prudẽter iudicari poterit

poterit necessarium esse Eucharistiam ad eum finem, ad quem instituta est. vt v.g. si in graui tentatione, vel periculo ratio dictet, vt hoc etiam efficacissimo remedio suæ saluti prospiciat, vel ad nutriendam vitam spiritualem, augendumque robur, vel si homo credat se non habiturum vlterius opportunitatem accipiendi. Verum in his casibus, quando instat tentatio, seu ad superandas graues aliquas tentationes iudicio prudentis iudicatur opus esse Communione, tunc Eucharistia est tantum necessaria, & obligatoria per accidens, non per se, & ex vi præcepti Diuini, vel Ecclesiastici de sumenda Eucharistia, vt docent Suarez, & Bonacina, & talis obligatio communicandi est generalis, & communis omnibus virtutum actibus, quos tenemur exercere quoties prudenter arbitramur ipsos esse necessarios ad superandas tentationes; ac proindè omissio communionis in tali casu non est peccatum contra præceptum Diuinum de sumenda Eucharistia, sed contra eam virtutem contra quam tendunt tentationes, & contra quam delinquitur succumbendo tentationibus ob non adhibita media necessaria. Legatur Suarez.

Vtrùm præceptum Diuinum de Eucharistia sumenda obliget omnes fideles speciatim in articulo, seu periculo mortis constitutos.

73. Quoad tertium, nimirum an præceptum Diuinum de sumenda Eucharistia obliget vniuersaliter omnes fideles in articulo, seu periculo mortis, etiamsi ante illud periculum sæpius, & tempore ab Ecclesia statuto, scilicet in Paschate communicassent, Paludanus, Victoria, Syluester, Caietanus, Ledesma, Armilla, Nauarrus locis supra *num.70.* citatis, Graffius 1. *p decis. lib* 2 *cap.* 37. *n.* 23. Emanuel Sà *verbo* Eucharistia *num* 1. & nonnulli recentiores à Diana *p.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 33. versic. *restat modò*, allegati negant esse specialem obligationem iuris Diuini de sumenda Eucharistia in periculo, seu articulo mortis; si extra illum articulum quis saltem semel communicauit; ac proindè aiunt eum, qui in paschate communicauit, postea etiam post multos menses constitutum in periculo mortis naturalis, vel violentæ non peccare mortaliter, si solum ex negligentia, & absque contempto, ac secluso scandalo non sumat Eucharistiam. Probant per doctrinam ex ipsis traditam supra eodem *n.170.* scilicet nullum iure Diuino teneri communicare sæpius, quàm semel in vita: Vnde quia iam extra periculum mortis communicauit, iam satisfecit præcepto diuino, & si communicauit in paschate iam satisfecit præcepto Ecclesiæ. Secundo probatur, quia nemo potest priuari his, quæ sunt iuris diuini, cum ad ea ius, & potestatem habeat ex DEI voluntate; at apud multas gentes consuetudo obtinuit, vt vltimo supplicio afficiendis negetur Communio; nec talis consuetudo improbatur vt mortifera; ergo Communio in eo mortis articulo non est iure diuino necessaria. Confirmat Bauny, quia Ecclesia suis legibus Eucharistia, seu viatico etiam constitutos in periculo mortis, & quorum salus desperatur, priuat ob illorum grauia crimina; ergo morituris non est in articulo iure diuino impositum præceptum communicandi; quia Ecclesia non potest tollere præceptum Diuinum. Quod si dicatur tunc maximè rem esse in præcepto, cum illius vsus est necessarius ad assequendum finem præcepti: constitutis autem in articulo mortis maximè necesse est vniri DEO, & vtilem sacram communionem in illa vltima lucta. Respondet Bauny negando vsum Eucharistiæ absolutè esse necessarium ad vnionem animæ cum DEO; quia hominis reconciliatio cum DEO est effectus gratiæ, eiusdemque cum eo vnio per amorem; hæc autem duo potest homo obtinere aliis mediis, quàm Eucharistia. Si etiam dicatur hoc Ecclesiæ semper fuisse curæ, ne quis decederet sine viatico, ea quo videtur illam credidisse eo tempore iure diuino esse sumendum. Respondet idem Bauny id semper curasse Ecclesiam, non quod existimaret tunc esse obligationem iuris diuini ad sumendam Eucharistiam, sed quia nouit in hoc Sacramento magna, ac præcipua salutis, & gratiæ consequendæ præsidia esse. Quapropter etiam animarum Pastores in id decet incumbere, vt fideles suæ curæ commissi non decedant sine viatico. Addit Graffius, quod si quis in articulo mortis constitutus renueret tunc sumere viaticum non posset à reatu mortali excusari, tum propter manifestum scandalum, tum quia non videretur amorem erga CHRISTVM gerere, qui eius tunc corpus non sumeret. Si autem talis infirmus frequenter in sanitate Sacramentum, & paulo ante sumpsisset; neque vllum præsentiret carnis remorsum, sed putam putaret habere conscientiam, licet non adhiberet diligentiam tantam ad sumendam Eucharistiam, sed sine illa decederet, ait idem Graffius, quod non esset peccati mortalis condemnandus.

Communis nihilominus Theologorum sententia est, præfato præcepto Diuino de sumenda Eucharistia obligari omnes fideles ad communicandum, seu sumendum viaticum in articulo, seu periculo mortis naturalis, vel violentæ. ita S. Thomas *d. art.* 11. Gabriel, Durandus, veterque Sotus locis suprà *num.71.* relatis. Henriquez *lib.* 8. *cap.* 4 litera O. Suarez *d. disputat.* 69. *sect.* 3. Valentia *tom.* 4. *disputat.* 6. *quæst.* 8. *puncto* 4. Philiarchus *de off. Sacerd. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 2. Zambranus *in decis. casuum conscientiæ pro tempore mortis cap.* 3. *dub.* 1. Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 64. Scortia *lib.* 4. *de sacrific. Missæ cap.* 29. *num.* 3. Bonacina *d. puncto* 1. *num.* 1. Coninch *dict. dub.* 3. *n.* 95. Layman *d. cap.* 5. *num.* 2. Fagundez *d. cap.* 4. *n.* 2. Filliuccius *d. c.* 7. *n.* 191. Castrus Palaus *p.* 4. *disp.* 21. *d. puncto* 14. *n* 4. Ioannes Lugo *d. disp.* 16. *sect.* 2. *num.* 33. *cum sequentibus.* Vasquez *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 214. *c.* 2. Diana, Hurtadus, Turrianus, Ochagauia, Kellisonius locis supra *num.* 53. relatis & idem Diana *p.* 3. *tract.* 3. *resolut.* 42. Adrianus, Ricchardus, Tabiena, & alij relati à Scortia, Bonacina, Fagundez, & Zambrano. Colligitur etiam ex Concilio Tridentino *sess.* 13. *cap.* 6. & D. Chrysostomo *lib.* 6. *de sacerdotio.* Probatur primo ex auctoritate Concilij Niceni *can.* 13. relata *in cap. de his,* 26. *quæst.* 6. vbi dicitur, *Cum quis recedit à corpore, antiqua legis regula seruetur, nempè vt necessario vita sua non defraudetur viatico.* vbi obseruanda sunt (vt Sotus, & alij notarunt) illa verba *Antiqua legis,* & *necessariò*, quibus insinuatur præceptum; si enim est necessarium viaticum moribundis, ergo ex præcepto, & non quidem Ecclesiastico, quia lex ipsa Ecclesiastica non redderetur rectè pro ratione necessitatis Ecclesiasticæ. Ad hoc idem probandum faciunt alij sacri Canones supra *num.* 35. *relati*, quibus admonetur, & decernitur, vt in articulo mortis nemini etiam non ieiuno denegetur Communio, seu viaticum; quod propterea præcipitur semper debere à Pastoribus seruari in sacrario, vt etiam dicitur *d. cap.* 6. *sess.* 13. Trid. Ad idem facit auctoritas Innocentij (quam Sotus, & Philiarchus referunt) *lib.* 4. *mysteriorum Missæ*, vbi inquit, *Necessariò sumendus est Agnus, vt à vastante Angelo protegamur; neque exire possumus de Ægypto, nisi celebrando Phase, paschalem agnum edamus.* Ad idem iidem Sotus, & Philiarchus adducunt historiam, quam Eusebius *lib.* 6. *Eccl. hist. c.* 34. refert Dionysij Alexandrini ad Fabianum de quodam Serapione, qui dum læthali ægritudine iaceret, sentire se dixit retineri, vt mori non posset, quia Eucharistia ei non præbebatur, quam cum assumpsisset (quasi catenis, vinculisque disruptis) animam exhalauit: Ex quo idem Dionysius infert neminem in articulo mortis debere tanto beneficio defraudari. Secundo igitur probatur hæc sententia ex antiquissima, & Apostolica traditione deriuata consuetudine, exque solicita cura, quam Ecclesia semper habuit, ne quis sine viatico ex hac vita discedere permittatur, etiam si non ieiunus, & tametsi excommunicatus, si modo pœnitentiam præmittat. Quæ antiquissima consuetudo constat

ftat ex dicto Concillo Niceno, ibi *antiqua legis regula* ea eanonibus *dict. num.* 35. relatis, & Cnneilin Tridentino *dict. cap.6. sess* 13. Hæc enim antiquissima consuetudn, & solicitudo ab initio Ecclesiæ semper obseruata, videtur satis apertè indieare esse præceptum diuinum de viatico sumendo in illo articuln, seu periculo, à quo habuit originem, & non ea sola voluntate libera iuuandi magis morientes præsidio eiusdem Euebaristiæ, vt dicebat Bauny; Neque ea co, quod Ecclesia possit, & aliquando priuauerit aliquos viaticn in pœnam delictorum rectè infert Bauny ea præfata antiquissima consuetudinc Eeclesiæ non posse colligi præceptum diuinum; sufficit enim quod regulariter, & vniuersaliter Ecclesia seruauerit morem tribuendi viaticum moribundis: Et alioqui, si illatin præfata esset concludens, posset etiam inde colligi præceptum de sumenda Eucharistia non obligare in articuln mortia, etiam eum, qui nunquam antea communicasset. Deniquc probatur ratione sumpta ea fine institutionis eiusdem Sacramenti; si enim præceptum Diuinum obligat ad sumendam Eucharistiam, maximè obligare debet pro en tempore, in quo bomo maaimè indiget assecutione finis, & effectibus eiusdem Sacramenti (quæuis enim res præcepta maaimè videtur præcepta pro co tempore, quo eius vsus ad finem præcepti consequendi maaimè necessarius est) qui effectus sunt conseruare animam in grattia, & vita spirituali, illam Deo coniungere, & corroborare aduersus hostes animæ, ne ab illius tentatinnibus vincatur; in nullo antem alio tempore fidelis magis indiget huiusmodi effectibus, & auailiis tanti Sacramenti, quàm tempore mortis, & cum peregrinaturus est cum magno periculo ea hac, ad alteram vitam; tunc enim diabolus sciens, quia modicum tempus habet, parat grauiores insidias, magis vrget tentationibua, & pro viribus ad peccandum inducere procurat; ergn eo tempore præcipuè obligat præceptum diuinum de sumenda Eucbaristia, & decebat ita præcipi, vt in extremo vitæ saluti suæ homo tanto præsidio securius ennsuleret, & tali viatico se pararet, & muniret ad tutè exeundum ex hac vita. Quare responsio Bauny suprà *numero præcedenti* allata quod aliis modia tunc bomo potest nbtinere vnionem cum Deo, & robur contra dæmones, non subsistit: Hoc enim Sacramentum ad præfatos fines, & effectus ea vi suæ institutionis ordinatum est; vnde etiam medio illius vsu, & facilius, & copiosius obtinentur.

75. Ad rationem autem, & confirmationem contrariæ sententiæ *num.* 73. positæ, negatur Ecclesiam non posse aliquem ob graue delictum priuare viaticn in articuln mortis, licet præcepto diuino quilibet fidelis co tempore teneatur communicare; quia in hoc ipsn non vinlat hoc ius diuinum: Hoc enim ius non ligat Ecclesiam vt semper det (ac proindè potest negari ex iusta causa, vel in pœnam, vel ad aliorum correctionem, vel ob maiorem Sacramenti reuerentiam) sed morientem, buncque non absolutè, sed quantum id commndè facere potest, qua potestate Ecclesia ob dictas causas iustas eum potest priuare, non quidem tollendn præceptum diuinum; sed tollendn ægrn, & ipsi morituro potestatem illud nbseruandi: sicut iudex prohibendo reo ex iusta causa cibum, quem bomo de iure naturæ sumere tenetur ad vitam conseruandam, tollit ei potestatem conseruandi vitam, ad quod iure naturæ tenetur: ita Suarez *dict. sect.3. fine*, & Coninch *d. num.* 95.

76. Notandum tamen, quod etsi absolutè loquendo possit Ecclesia ob grauissima crimina aliquem priuare Communinne in articulo mortis, vt docent *locis citatis* Suarea, Coninch, Vasquez *tom.3. in 3. p. disputat.* 214. *num.* 19. Reginaldus *d. lib.29. num.*70. Ioannes Lugo *dict. sect.*2. *num.*33. & alij, & de facto aliquando fecit, & priuauit, vt refert Innocentius I. *Epistola* 3. & constat ea Concilio Elibertinn per plures eanones, & ea Concilio Sardicensi *cap.* 2. & multo tempore etiam fuit consuetudn in Gallia, & in Hispania, & Lusitania non dandi Communinnem his, qui morte plectebantur (quam consuetudinem non fuisse irrationabilem, & culpabilem, cum negaretur Reis damnatia rationu reuerentiæ tanti Sacramenti; & ne illorum quis de ignomininsa sententia munitus infamem mortem publica authoritate indictam impia sui occisione vitaret, ac præuideret, & ne sequerentur alia ioconuenientia indieata suprà *num.*36. *fine*, tradunt Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 23. Victoria *quæst.* 85. Couatruuias *var. lib.2. cap.1. num.* 11 Sotus 4. *dist.*12. *quæst.*1. *art.*11. §. *sed ex his primum.* Paludanus *dist.*23 *quæst.*3. Ledesma 2.4. *quæst.*39. *art.*2. *fine*. Iulius Clarus *practica criminali* §.99. Filliuccius *tom.*1. *tract.*4. *cap.*8. *num* 238. & alij relati ab Henriquez *lib.*8. *cap.*8. *num.*4. *in glossa* litera *Z*) Nihilominus talis pœna priuationis viatici de facto generaliter in Ecclesia non fuit, & quia potest esse animarum saluti valde nocina, iden statuta illa Prouincialium Conciliorum antiquosuè illos canones, in quibus rei ad mortem damnati priuabantur Communinne, Ecclesia reuocauit, vt Innocentius *loco citato* docuit, & paret tum ea *cap. super eo, de hæreticis in 6.* vbi præcipitur, vt hæreticis etiam relapsis, & damnatis ad mortem ante vltimum supplicium detur Communio, si sufficientia signa fidei, & pœnitentiæ dederint; tum ex *cap. Quæsitum* 13. *quæst.*2. vbi idem seruandum præeipitur cum aliis, qui propter alia delicta morte plectuntur; tum ea motu proprio Pij V. dato Anno 1569. per quem in Hispania abrogata est consuetudo non dandi Communionem damnatis ad mortem, vt testantur Henriquez *dict. cap.*5. *num.*4. (vbi etiam ait Philippum II. per pragm. anni 1569. iussisse communicari reos iuata dictum motum) Suarez *dict. sect.* 3. *fine*. Reginaldus, & Coninch *locis citatis*, & Fagundea *dict. cap.*5. *num.* 4. qui etiam addunt id rectè factum, quia verè talis consuetudo solida ratione non fundabatur, nec verè excusabilis à culpa, nam præfata incommodia rarò, & per accidens contingentibus facile occurri potest; nec consuetudo potest præualere contra ius diuinum de Communione in articuln mortis; & Iulius Clarus, & alij Doctores Hispani talem consuetudinem non damnant, qua putant in articulo mortia non esse præceptum diuinum, sed humanum; vt notauit Henriquez *d. num.*4. *in glossa* litera *Z*.

Ea quibus infertur grauiter peccare Iudices si reis damnatis ad mortem negent non solum facultatem, & tempus confitendi, sed etiam sumendi Eucharistiam, quando illam petant, vel non recusant, nec ex concessione timetur graue inconueniens. ita contra Nauarrum, Couarruuiam, Sotum, Clarum *locis citatis* Henriquez, Suarez, Fagundez *locis citatis*, Reginaldua *dict. lib.29. num.*71. Petrus Nauarrus *de rest. lib.2. cap.*3. *num.*226. Bonacina *dict. puncto* 1. *num.*5. Filliuccius *dict. cap.7. num.*191. Leandrus Discalceatus *de Sacramentis p.* 2. *tract.*2. *disputat.*2. *quæst.* 11. Syluester, *verbo* iudex *quæst.*16. *dicto* 6. & alij relati ab Henriquez *dict. num.*4. litera *V*. in glossa, & etiam alios allegans Henricus Botteus *de synodo p.*2. *art.*1. *num.*169. vbi propterea dicit, quod Episcopus potest statuto præcipere sub pœna excommunicationis, vt damnatis ad mortem ministrentur Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ. constat ea *d. c. super eo, cap. quæsitum*, & ex dicto motu Pij V. & etiam ea *Clem.*1. *de pœnit. & remiss.* vt mox eaplieabitur. Et probatur tum quia in tali articulo mortis præceptum diuinum obligat, cuius obseruantiam non debent, nec possunt Iudices impedire; tum quia est contra charitatem priuare tanto fructu fidelea in periculum animarum; tum etiam quia Iudea iure naturæ tenetur etiam consulere bono priuato, quantum recta ratio dictat, & postulat. Addunt Petrus Nauarrus, Syluester, & alij *modò* citati Reo dãnatn id petenti teneri sub mortali concedere tempus non solum ad confitendum, sed etiam 77.

ad communicandum, etiam si iudex sciat, vel timeat fore, vt concesso debito tempore Reus ipse eripiatur, & mortem euadat, si constet Reum petere ex deuotione, & non sub spe ereptionis. Probat Petrus Nauarrus, & post eum Reginaldus, Bonacina, & Fagundez ex *dict. Clem. 1. de pœnitentiis, & remissionibus*, vbi indistinctè præcipitur Episcopis, vt compellant Iudices ad id concedendum, & quamuis ibi expressa mentio fiat de Sacramento pœnitentiæ, extenditur tamen ad Eucharistiam; nam cui conceditur pœnitentia, non denegatur Eucharistia, vt suprà *num. 65.* dictum est iuxta *cap. penult. 26. quæst. 6.* & traditur etiam *cap. quod in te, de pœnit. & remiss.* ibi: *Per quod pœnitentiam morientibus non denegantes, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus.* Secundò probant, quia bonum animæ præferendum est temporali punitioni, & minus inconueniens est, quem eripi à morte temporali, quàm exponi periculo æternæ damnationis, ad quam vitandam Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ sunt maximè necessaria: Nam etsi sola contritio sufficit ad obtinendum statum gratiæ, tamen cum animus Rei terrore mortis valdè perturbetur, in tanta perturbatione difficile est perfectam concipere contritionem; facilius autem imperfectam, seu attritionem, cui si accedant Sacramenta illa, gratia infunditur ex opere operato. Dixi si constet *Reum ex deuotione*, &c. Nam si Reus crederetur petere Sacramenta non ex deuotione, sed ex spe ereptionis, vt si petat, cum iam est sub patibulo, qui antea non petierat in carcere, tunc enim non teneri iudicem differre sententiæ damnatoriæ executionem tradunt Syluester, & Reginaldus. Qui tamen, sicut & etiam Petrus Nauarrus, ac Bonacina dicunt, quod si Reus noluerit totum tempus consuetum sibi à iudice concessum se præparare ad Confessionem, & Eucharistiam, tenetur Iudex differre executionem sententiæ concedendo vlterius aliquod tempus v. g. duorum, vel trium dierum, si speret fore vt intra illud tempus pœnitentiam agat; nec ex dilatione sit periculum alicuius scandali, aut damni notabilis; etenim & ipse iudex lege charitatis tenetur succurrere ruinæ animæ proximi præcipuè irreparabili. Quod si ex ereptione, & conseruatione Rei (quia v.g. sit valdè flagitiosus) damnum notabile Reipublicæ immineret; tunc inquiunt Petrus Nauarrus, & Reginaldus, sufficit ei tempus contritionis dare; tunc enim cum Reo procederetur ad defensionem Reipublicæ tanquam cum aggressore; & hoc idem docent Henriquez *d. num. 4. initio* lit. *X.* Fagundez *d. cap. 5. n. 3.* & Filliuceius *d. n. 191.* excipientes ab illa obligatione iudicem, quando facinus ingens, & atrox est, vt sine dilatione vrgeat ad mortem facinorosi; v. g. homo Reus sit valdè facinorosus, & ex eo quod statim non suspendatur, magna scandala, & damna publica, vel proditio Principis, aut traditio vrbis, aut arcis timeatur; tunc enim casus repentinus, vt suspendio vnius alij terreantur, & in officio contineantur, excusat Iudicem ab illa obligatione concedendi tempus ad prædicta Sacramenta; cum tunc verè adsit defensio Reipublicæ: & in hoc casu Henriquez *d. num. 4. in glossa* & dixit esse verum, quod Nauarrus, & alij numero præcedenti immediatè post illum citati aiunt excusandos à peccato Iudices negantes Eucharistiam damnatis ad mortem ob illam consuetudinem. Addit Fagundez, quod vbi ex concessione temporis ad sumendam Eucharistiam timeretur ereptio, seu euasio damnati, & ex euasione timeretur mors ipsi iudici; tunc etiam ipse iudex excusaretur à præfata obligatione, quia tunc iudex iustè vim vi repellit, & iustè se defendit, vt per se patet. Imo Leandros Discalceatus absolutè asserit non teneri iudicem in periculo euasionis concedere Reo tempus ad Eucharistiam (licèt aliàs possit) cum tanto iustitiæ damno, cùm possit Reus pœnitentiæ Sacramento, aut actu contritionis animæ suæ consulere, & citat Petrum Nauarrum sed malè; quia id non dicit, sed solùm in casibus iam explicatis, & minus probabilis est sententia Leandri, cuius fundamentis iam satisfactum est.

Qui pridie, vel per sex, aut octo, vel decem dies ante periculum mortis communicauit, an in ipso actuali periculo teneatur de nouo Eucharistiam sumere.

Stabilito, quod omnes fideles adulti vsu rationis vtentes iure diuino obligentur communicare in articulo mortis, restat videre, an hoc præceptum diuinum obliget præcisè ad communicandum, dum actu est articulus, seu periculum mortis, ita vt non admittat aliquam temporis latitudinem ante exortum periculum, nec censeatur impletum, seu illi satisfactum, etiamsi paulo antequam quis incideret in periculum, communicasset, puta pridie, vel sex, aut octo diebus ante periculum celebrasset, vel sumpsisset Eucharistiam. Et obligare præcisè, dum actu adest articulus, vel periculum mortis, nec ad illius impletionem sufficere Communionem paulo ante periculum exortum factam, sed teneri in eo periculo constitutum iterum communicare tradunt omnes Doctores relati supra *num. 51.* vbi eorum fundamentum adductum est. Idem etiam docuit Petrus Ledesma *1. p. summ. de Eucha. cap. 15. conclusione 4.* id probans, quia ante actuale periculum, communicans non habuit animum implendi præceptum communicandi, cum tunc non esset in tali periculo; ergo quando est in illo tenetur implere. 78.

At alij Doctores communiter tenent hoc præceptum non obligare semper, & præcisè ad communicandum in ipso actuali articulo, seu periculo mortis, sed admittere aliquam latitudinem temporis proximè præcedentis ipsum periculum, illudque impleri per Communionem paulo ante v. g. pridie, seu octo, vel etiam decem diebus ante exortum periculum factam; neque ad nouam communionem obligari constitutum in periculo, qui sic paulo ante illud communicauit. Ita Paludanus, Soto, locis supra *num. 70.* relatis, Graffius loco suprà *num. 73.* citato, & ex Doctoribus supra *n. 74.* allegatis Henriquez *d. cap. 4.* litera *D.* Suarez *d. sect. 3.* versic. *Regalis.* Zambranus *d. dub. 1.* Reginaldus *d. lib. 29. n. 65.* Scottia *dict. n. 3.* Bonacina *d. p. 1. n. 2.* Coninch *d. dub. 5. quæst. 8. fine,* Layman *d. c. 5. n. 4.* Fagundez *d. lib. 2. cap. 5. n. 7.* Ioannes Lugo *d. sect. 2. num. 38. & seqq.* Diana varius *p. 3. tract. 4. resolut. 40. & p. 5. tract. 3. resolut. 41.* Petrus à S. Ioseph in idea Theologiæ Sacramentalis *lib. 2. cap. 7. resol. 2.* versic. *hic notandum*, & plures alij recentiores. Hæc sententia quod præceptum hoc Diuinum admittat ad illius impletionem præfatam moderatam latitudinem temporis præcedentem actuale mortis periculum, & debeat intelligi hoc pacto, scilicet, vt vi illius homo teneatur communicare vel in ipso actuali periculo mortis, vel paulo ante, probatur eadem ratione, qua *num. 74.* probatum est, illud obligare omnes in periculo mortis, scilicet, deducta ex fine institutionis eiusdem Sacramenti; finis enim, & effectus huius Sacramenti ex vi suæ institutionis est conseruare animam in gratia, vnire illam DEO, & præbere robur aduersus Diaboli tentationes, ob quæ diximus esse obligationem iuris diuini illud recipiendi in periculo mortis, in quo maximè homo indiget effectibus illius, scilicet augmento diuinæ gratiæ, vnione maiori cum DEO, ac robore, ac præsidio contra Dæmonis tentationes; At communio pridie, vel paulo ante, sex, vel octo diebus sumpta potest ea refectum postea in mortis naturalis, vel violentæ periculo constitutum, & moriturum magis vnire DEO, & confortare ac armare aduersus Diaboli tentationes, cum sit de recenti sacro cibo refectus, ergo per eandem Communionem satisfit præcepto diuino communicandi in periculo mortis; neque ex vi eiusdem præcepti est necessaria alia Communio, seu quod idem est præceptum illud diuinum 79.

diuinum sumendi Eucharistiam in periculo mortis ad aliam Communionem non obligat, sed tantum vel ad communicandum in ipso actuali periculo mortis, vel paulo ante, & instante eodem periculo, cum per vtramque Communionem vtroque tempore factam obtineatur finis, & effectus, ob quem in eo casu periculi mortis præcepta est Eucharistiæ sumptio. Quemadmodum enim ea fine, & effectu Eucharistiæ probatur obligatio illam sumendi in mortis periculo; ita etiam ex eodem fine rectè probatur latitudo temporis, seu tempus, in quo censetur obligare, & illi potest satisfieri, vt nempè sit vel tempus actualis periculi, vel illi proximum, & eo instante, licet ignotato à communicante, dum extra actuale periculum Eucharistiam recipit. Ad horum etiam confirmationem rectè dici potest tempus mortis non esse ipsam solam diem mortis, sed debere moraliter computari iuxta humanam apprehensionem, acceptionem, & consuetudinem, iuxta quam ea, quæ facta sunt proximè ante ipsam mortis diem, dicuntur facta tempore mortis; quo pacto cœna, & institutio Eucharistiæ dicitur facta à CHRISTO mortis tempore, & in fine vitæ; licet altero die vulneratus, & mortuus sit. Confirmat etiam Ioannes Lugo, quia si quis ex reuelatione sciret se cras repentè moriturum, vel occidendum absque opportunitate recipiendi Eucharistiam, obligaretur hodie ad illam accipiendam, sicut obligatur ad eam accipiendam Reus, qui præmonetur à Iudice de morte crastina, cum non appareat ratio, cur non debeat obligari etiam præmonitus à DEO, ergo obligatio re ipsa incipit antequam morbus, vel vulnus adueniat, licet propter nostram ignorantiam excusemur, & ita communio tunc facta re ipsa fuit intra tempus obligationis præcepti, licet ignoretur, atque adeo præceptum est de Communione paulo ante mortem præmittenda, vel in ipso actuali mortis articulo. Posita autem hac intelligentia huius præcepti de communicando in articulo mortis corruit fundamentum oppositæ sententiæ positum supra *num.* 53. nam per Communionem paulo ante periculum actuale mortis factam impletur præceptum eo tempore, quo obligat.

Neque obstat, quod talis Communio paulo ante periculum actuale facta fuerit ex deuotione, atque adeo fuerit voluntaria, nec communicans vt pote ignorans instans, seu imminens periculum, in quod postea incidit, habuerit intentionem adimplendi præceptum communicandi; nam per talem Communionem verè impletur substantia præcepti, & eo tempore, quo illud obligat, ac proinde non tenetur iterum illud implere de nouo communicando dum adest actuale periculum; sicut qui audit Missam ex deuotione in die festo ignorans esse diem festum, quia implet verè substantiam præcepti, non tenetur iterum eo die aliam Missam audire; vt enim satisfiat præcepto, illudvè censeatur impletum, non est necesse opus præceptum fieri cum intentione expressa, vel virtuali illud implendi, sed sufficit, vt opus ipsum præceptum fiat eo tempore, quo præceptum ad illud efficiendum obligat, vt latè ostendi *tom.* 2. *horum moral. tit.* 1. *num.* 2241. cum sequentibus, & tradunt magis communiter Doctores, quos ibidem *d. num.* 2241. *& quatuor sequentibus* allego. Supposita etiam præfata intelligentia eiusdem præcepti cessant omnia supra *num.* 54. 55. *&* 56. in fauorem contrariæ sententiæ adducta.

80. Non obstat etiam, quod in eodem fundamento eiusdem sententiæ *d. num.* 53. positæ, adducitur; nempè viaticum non sumi à sanis, sed ab infirmis morituris, & aliis proficiscentibus ea hac vita; nam communicans paulo ante actuale periculum mortis, considerata proximitate mortis moraliter loquendo potest inter proficiscentes enumerari, cum proximè profecturus sit ex hac vita; licet ipse tunc, dum communicat, id ignoret.

81. Non obstat etiam, quod dicitur in fine eiusdem fundamenti; nempè quod si per Communionem factam paulo ante exortum mortis periculum satisfactum esset diuino præcepto, non posset in ipso periculo recipi viaticum post cibum, aut potum, seu à tali non ieiuno. Nam Ecclesia in periculo mortis concedit Eucharistiam non ieiunis non solum vt satisfiat præcepto Diuino de communicando in eo articulo, sed propter maiorem necessitatem, seu vtilitatem, & propter maiorem consolationem moribundi, & vt præsidio tanti Sacramenti moribundus magis roboretur contra hostes animæ, vt dictum est suprà *num* 35. 37. *&* 38. & tradunt Doctores *iisdem locis* allegati, & alij communiter.

Non obstat etiam, quod obiicit Vasquez *allegata disput.* 214. *cap.* 2. dicens si obligatio præcepti diuini de communicando in periculo mortis incipit ante periculum puta ægritudinem, vel vulnus lethale acceptum, ergo si aliquis ex reuelatione sciret, quod sequenti die debet incurrere morbum periculosum obligatur ad accipiendum hodie viaticum, nec potest amplius differre, quod videtur falsum. Nam respondetur si sciret se non habiturum opportunitatem accipiendi sequenti die, teneretur accipere; secus autem posse differre ad sequentem diem; & alium etiam diem, si morbi qualitas non adimit spem superuiuentiæ, & opportunitatis communicandi; nam etiam qui est in actuali periculo mortis ratione morbi grauis non tenetur statim ab initio periculi communicare, sed potest ad alterum, & alios dies differre, prout morbus videtur relinquere spem vitæ, & opportunitatis communicandi. 82.

Denique non obstat alia obiectio eiusdem Vasquez, nempè, quod si ante actuale periculum mortis potest satisfieri præcepto, non apparet, cur non sufficeret Communio longius a periculo distans, puta facta ante vnum, vel duos, aut tres menses. Nam respondetur primo, quando Communio longè ante periculum facta est, instante postea periculo homo videtur indigere iterum effectibus, & præsidio eiusdem Sacramenti, & ita obligari præcepto diuino ad illud sumendum. Secundo quia quando tempus est breue, & proximum morti, tunc moraliter loquendo, & iuxta communem apprehensionem, & acceptionem periculum dicitur imminere, & verè imminet à parte rei, quia in re verè existit, & mors est proximè aduentura, licet homo id ignoret, & ideo iam obligatio præcepti diuini in re ipsa censetur adesse, licet ignoretur; quando vero tempus est longum, seu valdè distat ab ipsa morte, moraliter loquendo, & iuxta communem acceptionem non dicitur, nec est tempus mortis, nec imminentis periculi mortis, seu non dicitur in eo imminere, nec imminet mortis periculum. 83.

Aduertunt tamen, & rectè Doctores præsertim Suarez, Zambranus, & Reginaldus, quod etsi infirmus graui morbo, vel vulnere, qui paulo ante communicauit, impleuerit præceptum diuinum de sumenda Eucharistia in mortis periculo; nihilominus multum expedire, & semper exhortandum infirmum versantem in mortis periculo, vt iterum quam primum Eucharistiam per modum viatici sumat, & tanto præsidio se muniat, etiamsi pridie communicauerit non cogitans de periculo, & poterit id facere etiam non ieiunus, vt aiunt prædicti Doctores, vt dictum est suprà *num.* 35. quia Ecclesia facultatem infirmis concessam communicandi post cibum, vel potum, non limitauit ad eos, qui ante longum vel breue tempus non communicarunt, sed simpliciter illam concessit omnibus, qui viaticum non acceperant; in tali autem casu propriè, & strictè, ac formaliter non accepit homo Eucharistiam per modum viatici, & propterea sæpius ægrotus durante eadem infirmitate, & periculo potest non ieiunus communicare (si ieiunus commodè non potest) etiamsi pridie communicauerit pariter non ieiunus iuxta Doctores suprà *num.* 39. relatos. 84.

Qui sanus manè communicauit ex deuotione, & vesperè incidit in morbum grauem, & periculosum, an possit, & teneatur eodem die sumere Eucharistiam, si moriturus sit illo die.

85. Ex dictis deducenda est resolutio dubij suprà *num.* 53. propositi; nempe an si quis sanus, vel ægrotus leui infirmitate, & non existimata periculosa manè ex deuotione communicauit, vel celebrauit, & vesperè incidit in manifestum periculum mortis naturalis, vel violentæ & non sit spes opportunitatis communicandi die sequenti, possit, & teneatur eodem die communicare; eique à Parocho possit, & debeat dari viaticum, non obstante quod eadem die iam receperit semel Eucharistiam. In hoc casu licitum esse bis eadem die sumere Eucharistiam, & constitutum in periculo, qui mane communicauit, teneri iterum communicare per modum viatici, tenent Doctores *dicto num.* 53. relati mori rationibus eodem numero, & quatuor sequentibus adductis.

86. Ad resoluendum est non esse obligationem iterum eadem die dandi, & recipiendi Eucharistiam neque etiam licitum esse dare, vel recipere secunda vice per modum viatici. ita in his terminis ex Doctoribus suprà *num.* 78. citatis Suarez *d. versic.* Rogabis *in initio*, & *in fine.* Zambranus *d. dub.* 1. *n.* 1. *&* 6. *fine*, Coninch *d. dub.* 3. *num.* 100. Layman *d. cap.* 5. *num.* 5. Fagundez *d. num.* 7. & Ioannes Lugo *d. disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 52. *& seqq.* & Suarez, ac Zambranus addunt contrarium esse non solum contra omnes Doctores, sed etiam contra consuetudinem generalem Ecclesiæ; Quæ verè nunquam solet non celebrantibus secundam communionem eodem die permittere; vnde licet iure diuino non sit prohibitum bis eadem die communicare, vt docent Doctores mox allegandi, tamen prohibitum est iure Ecclesiastico, vt tradunt D. Thoma *in* 4. *dist.* 12. Paludanus, Durandus, & alij *ibidem*, Alensis 4. *p. quæst.* 51. *memb.* 3. Gabriel *in can. Miss. sect.* 87. Syluester *verbo* Missa 1. *quæst.* 7. Angelus *verbo* Eucharistia 3. *num.* 39. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 69. *sect.* 4. versic. *Dices.* Coninch *de sacram. quæst.* 80. *art.* 10. *num* 83. Bonacina *de sacram. disput.* 4. *quæst.* 7. *puncto* 1. *num.* 11. & alij. Colligitur autem hæc prohibitio Ecclesiastica ex *cap. consuluisti de celebratione Missarum*, & *cap. sufficit de consecratione d.* 1. vbi prohibetur, ne sacerdos extra diem Natiuitatis Domini, aut casum necessitatis sæpius per diem celebret; vnde licet prædicti canones loquantur de Sacerdotibus sacrificantibus, à potiore tamen colligitur, & sumitur argumentum Ecclesiam nolle laicos sæpius in eodem die communicare, quam collectionem Ecclesiæ vsus approbauit, & rectè ita Ecclesia præcepit præcipuè propter reuerentiam tanti Sacramenti, ne scilicet ob nimiam frequentiam vilesceret; & D. Thomas addit mysticam congruentiam, scilicet vt saltem per vnicam vnius diei communionem vnitas, & sufficientia passionis CHRISTI repræsentaretur, & Syluester *loco citato* ita strictè intelligit hanc prohibitionem, vt in nullo casu alicui extra sacrificium liceat bis in eodem die communicare: Alij tamen communiter aiunt excipi casum, in quo secundo communicare sit necessarium ad impediendam iniuriam venerabilis Sacramenti, vel irreuerentiam vt v. g. ne in manus hæreticorum veniat, vel ne comburatur, aut similem aliquem indignum casum subiter; quod enim propter reuerentiam Sacramenti introductum est, non debet ita obseruari, vt in illius iniuriam, vel irreuerentiam vllo modo cedat.

87. Igitur probatur resolutio, & communis sententia; quia per Communionem manè factam etsi cum ignorantia periculi mortis postea eodem die superuenturi communicans satisfecit præcepto diuino communicandi in periculo mortis, & cum recenter. sacro cibo refectus sit, iam eius præsidio munitus, & armatus est contra hostes, vt suprà *num.* 78. ostensum est, ergo nulla est necessitas iterum eodem die post subortum periculum sumendi Eucharistiam contra præceptum, & consuetudinem generalem Ecclesiæ nolentis quem bis eodem die communicare, in quo etiam præcepto non potest censeri Ecclesiam in tali casu dispensare ob defectum necessitatis, & ex generali consuetudine Ecclesiæ non dandi bis in eodem die alicui Eucharistiam vllo in casu siue sano, siue infirmo, rectè colligitur præceptum diuinum Communionis sumendæ in periculo mortis in nullo vnquam casu obligare ad sumendam iterum Communionem postquam quis in eodem die semel communicauit. Non constat etiam alicubi introductam fuisse consuetudinem bis communicandi infirmos in vllo casu, etiamsi post Communionem, vel celebrationem manè factam in sanitate postea eadem die in periculum vitæ incidissent. Quod si alicubi talis consuetudo legitima introducta esset, vel introduceretur, tunc ea stante non foret, illicitum dare infirmo & periclitanti bis Eucharistiam in eodem die. Dixi *ex præfata generali consuetudine Ecclesiæ non dandi vnquam bis Eucharistiam in eodem die eidem, colligi præceptum diuinum de communicando in articulo mortis non obligare ad communicandum eodem die, si periclitans prius ante illum articulum existens eodem die communicauit.* Nam si præceptum diuinum verè obligaret ad communionem præcisè in ipso actuali mortis articulo, seu periculo, ita quod per Communionem etiam eodem die ante periculum factam non sit eidem præcepto satisfactum; licet etiam hoc supposito Palaus loco suprà *num.* 58. relato, & Ioannes Lugo *dict. sect.* 3. *num.* 57. dicant adhuc posse sustineri non esse licitum ei, qui manè sanus communicauit non cogitans de periculo, vesperè incidit in periculum mortis, dare eodem die Eucharistiam, quia stante prohibitione Ecclesiæ præceptum illud non obligat; sicut non obligat ad celebrandum sine vestibus propter Ecclesiæ prohibitionem; nihilominus mihi videtur verius, quod in tali casu cessaret prohibitio Ecclesiæ, vt satisfieret præcepto diuino, neque in secunda Communione facienda est periculum illius irreuerentiæ, quæ potest sequi ex facultate celebrandi sine vestibus sacris.

Dixi etiam modo, *ita quod per Communionem eadem* 88.
die ante periculum factam non sit eidem præcepto satisfactum. Nam alia via seu ratione videtur etiam posse sustineri superueniente periculo mortis in vesperis facta iam Communione per antecedentem Communionem eo die factam satisfactum esse obligationi ratione exorti periculi postea superuenienti, ob quod alioqui eodem die sumenda esset Eucharistia, eo quod eadem die mors esset sequutura. Etenim etiam per actum ante præcepti obligationem factum eodem die, in quo præceptum incipit obligare, posse satisfieri præcepto tenent Turllench, Diana, Ioannes Lugo *locis* mox *allegandis*, & probabile etiam putat Palaus *loco* infrà *allegando* loquentes de sacris initiato, de emittente professionem, & accipiente beneficium, qui eodem die ordinis sacri suscepti, vel professionis emissæ, vel beneficij accepti totum officium recitauit ante Ordinis sacri susceptionem, vel professionem, vel acceptionem beneficij. Nam quamuis in hoc casu Clericum sacris initiatum, vel beneficium obtinentem, vel professum, qui eodem die ante ordinem, vel beneficium acceptum, vel professionem emissam integrum officium recitauit teneri post ordinem, &c. recitare saltem illam partem respondentem horæ, in qua ordinem sacrum, vel beneficij possessionem accepit, vel professionem emisit, puta sextam, & reliquas horas asserit Bonacina de horis Canonicis *disput.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 1. *num.* 11. & probabilius putat Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *disput.* 2. *puncto* 4. *num.* 3. *fine.* Id probantes, quod non possit esse satisfactio obligationis, vbi nulla est obligatio, si quidem adimpletio præcepti supponit obligationem; qui autem ante ordinem, &c. recitauit, non habebat obligationem, & consequenter non satisfecit; atque adeo accepto ordine, beneficio, aut

facta possessione debet recitare horas illi tempori, & sequenti correspondentes. Nihilominus contrarium per illam recitationem eo die antecedentem obligationem ordinis Sacri, beneficij, & professionis satisfactum esse obligationi eodem die superuenienti docent Turllenck *in decal. lib. 1. cap. 7. dub. 13. n. 3. fine*, Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 218.* & *p. 6. tract. 7. resolut. 78.* & Ioannes Lugo *de Euchar. d. disp. 16. sect. 2. num. 39. & 40.* & probabile putat etiam Palaus similiter ait Ioannes Lugo, si quis sacerdos manè faciat Sacrum, & postea pergat ad locum alium, in quo est præceptum audiendi Missam propter festum illius loci, non teneretur audire denuo Missam licet quando Sacrum fecit nondum esset obligatus præcepto; & addit ita habere praxim, & solere iter agentes præuenire, & anticipare auditionem Missæ, quando ituri sunt ad locum, vbi festum obseruatur. Turllenck, & Diana probant, quia quis in prædictis casibus potuit anticipatè soluere. Ioannes autem Lugo probat ita, quia licet obligationi recitandi cras, non possit satisfieri per recitationem hodiernam, id ideo est, quia non ponitur res præcepta, quia quod præcipitur est recitare cras, seu quod intra singulos dies recitetur, nec transeat dies sine recitatione, quod non ponitur, si cras non recitetur. Quando tamen recitauit quis manè totum officium, iam ponitur res præcepta, quod scilicet intra illam diem recitetur; nam præceptum (inquit) non est de recitatione post meridiē sed de recitatione intra illam diē; ac proinde posita recitatione intra illam diem non violatur præceptum. Quare ait, quod quotiescunque huiusmodi leges, aut præcepta fiunt transacta iam parte temporis, intra quod præcipitur opus, includunt conditionem aliquam implicitam, *si non sit iam factum illud opus*, v.g. si præcipiatur hodie audire Missam, & obseruare festum; intelligitur, si non est iam hodie audita; si præcipiatur Confessio singulis annis intelligitur facienda hoc anno præsenti, si non sit iam hoc anno facta. Et huius rationem dicit esse, quia huiusmodi leges, & præcepta solum intendunt, quod singulis diebus, aut annis tale opus ponatur à parte rei, seu quod non transeat illud tempus absque tali operatione intra illud posita; quod habetur, quando opus positum est intra illud tempus, atque adeo ita satisfactum est præcepto, vt ad nihil amplius obliget; sic ergo in præsenti casu dici potest, quod per Communionem à sano manè factam satisfactum sit obligationi præcepti diuini adstringentis ad Communionem in periculo mortis, quando periculum non admittens moram vsque ad sequentem diem ad communicandum vespere eiusdem diei superuenit; præceptum enim diuinum in huiusmodi casu videtur tantum obligare, ne eo die moriatur absque Eucharistiæ susceptione, quod impletum est per sumptionem eodem die factam, licet absque cognitione talis periculi. Hæc enim omnia sunt probabilia: sed de hoc casu satis.

Qui paulò ante mortis periculum, vel in ipso periculo sumpsit Eucharistiam, si postea inciderit in peccatum mortale, an teneatur iterum illam sumere.

89. Quæret quis, an qui paulo ante periculum, seu articulum mortis communicauit, si postea inciderit in peccatum mortale teneatur iterum in ipso periculo communicare. Affirmat Sotus *in 4. dist. 12. q. 1. 1.* vbi tenens, quod est quis iam constitutus in periculo mortis sumpsit per modum viatici Eucharistiam, si postea peccauit mortaliter tenetur iterum recipere; quod idem significat Tabiena *verbo* communicare *num. 16.* Armilla *v.* Communio *num. 11.* At eum qui semel satisfecit præcepto sumendi Eucharistiam in periculo mortis recipiendo illam, non teneri iterum recipere, etiamsi postea peccat mortaliter, docent ex Doctoribus suprà *num. 74. & 79.* relatis Suarez *d. sect. 3.* d. versic. *Rogabis*, & versic. *secundum modum*. Zambranus *d. dub. 1. num. 6. fine*, Coninch *d. q. 80. dub. 3. num.* 100. Layman *d. cap. 5. num. 5.* Reginaldus *d. lib. 29. num. 65.* Bonacina *d. puncto 1. num. 3.* Henriquez *d. lib. 8. cap. 5. num. 3.* litera T. *in textu, & Glossa*, Ioannes Lugo *d. disp. 16. sect. 2. num. 46.* idem docet Diana *p. 5. tract. 3. resolut 43.* allegans ad idem Ochagauiam & Kellisonium. & Leandrus Discalceatus *de sacr. p. 2. to. 7. disp. 2. quæst. 7.* Probat pluribus Suarez, sed præcipuè tum quia contraria Soti sententia nullo fundamento, aut auctoritate nititur; tum quia non est necessitas communicandi post mortale commissum, quia licet per peccatum mortale amiserit gratiam Sacramentalem, iterum tamen eam per Sacramentum pœnitentiæ recipit, vel recipere potest, quod Sacramentum quidem pœnitentiæ post peccatum mortale tenetur iterum recipere; licet non teneatur recipere Eucharistiam; cum diuersa sit ratio; nam Sacramentum Eucharistiæ non est institutum ad tollendum peccatum mortale; sicut Sacramentum pœnitentiæ; ac proinde præceptum illius non obligat, sicut præceptum Confessionis omnem eum, qui de nouo lapsus est in præfatum mortale, vt etiam praxis, & vsus communis Ecclesiæ demonstrat, qui est, vt non quotiescunque moribundi necessitas occurrerit confitendi, simul detur Eucharistia, tanquam simul occurrat necessitas communicandi. Tum demum quia ex contraria Soti opinione sequeretur posse prædictum bis, & pluries eodem die communicare, si pluries eodem die post sumptam Eucharistiam peccauerit mortaliter, consequens autem, vt iam probauimus, est contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem, & reprobatum communiter à Doctoribus, vt supra *num. 86. & 87.* iam probatum est.

Infirmus non periculosus instante obligatione communicandi ratione præcepti Ecclesiastici, vel voti, aut pœnitentiæ, vel regulæ, an possit post potionem sumere Eucharistiam, si non possit potionem postponere absque graui detrimento.

Dubitatur vltimo circa hunc primum casum an infirmus non constitutus in periculo mortis, si adsit præceptum communicandi, & non possit absque graui nocumento omittere potionem possit non ieiunus sumere Eucharistiam ad satisfaciendum præsenti præcepto communicandi. Affirmat Toletus *lib. 2. cap. 28. num. 6.* hunc infirmum posse sumere potionem, & postea communicare, cum potio absque tali detrimento non potest postponi, & pro hac sententia potest allegari Nauarrus loco suprà *num. 38.* citato, scilicet *tit. 1. consil. est. de pœnit. & remiss. consil. 41. in 2. editione.* vbi tenet infirmum periculosum posse non ieiunum secunda vice communicare, si non potest commodè ieiunus, si haberet tempus, intra quod ratione voti, vel pœnitentiæ vel alicuius legis particularis teneretur iterum communicare. At dicendum in tali casu (siue obligatio communicandi sit præcepti Ecclesiastici, siue voti, siue pœnitentiæ, siue regulæ, seu legis particularis ordinis) posse, & debere differri Communionem, Ecclesia enim non censetur velle obligare ad communicandum eum, qui non potest tunc ieiunus communicare, & potest Communionem in aliud tempus differre, in quo recipiet seruato Ieiunij præcepto, & cum reuerentia Sacramento debita; & ita intelligi debet votum, pœnitentia, & regula, cum non debeant nec possint obligare ad communicandum non seruato Ecclesiastico præcepto ieiunij ante Communionem permittendi & ita tenent etiam Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 104.* versic. *Notandum obiter*, & Ioannes Præpositus *in 3. p. q. 88. art. 8. dub. 2. num. 42.* ab eodem Diana relatus. & puto 90.

absque dubio ita sentire Doctores suprà *num.* 35. relatos, & alios communiter, qui priuilegium communicandi post cibum, aut potum, quando commodè à ieiuno Eucharistia non potest sumi, concedunt solum infirmis periculosis, & graui morbo ad mortem vrgente laborantibus: & ita intelligunt exceptionem Concilij Constantiensis ibidem relati. Et prædicta propter difficultates varias, curiosas, & vtiles, quas complectuntur latius tradita quo ad hunc primum casum, in quo absque præuio ieiunio licet communicare.

SECVNDVS CASVS.

In quo licet non ieiuno Eucharistiam sumere, & de sacerdote recordante se non esse ieiunum post consecrationem, vel iam inchoata Missa; vbi an ex causa vitandi scandalum, vel infamiam propriam liceat celebrare, vel communicare, absque ieiunio; vbi de eo, qui non ieiunus ex inaduertentia accessit ad locum in quo sumenda est Eucharistia, & recordatur se non esse ieiunum.

91. Secundus casus, in quo non ieiuno licet sumere Eucharistiam est, quando sacerdos celebrans post consecrationem alicuius speciei recordatur se aliquid comedisse, vel bibisse; tunc enim propter integritatem sacrificij, quæ est de iure diuino, ac proinde præualet Ecclesiastico præcepto de ieiunio præmittendo, potest, & debet tunc sacerdos perficere sacrificium consecrando alteram speciem, & consummando ipsummet sacrificium sumptione vtriusque speciei consecratæ, etsi recordatur se non esse ieiunum, quod procedit etiamsi culpabiliter sciens se non esse ieiunum, accessisset ad celebrandum; & etiamsi in excommunicatione, vel irregularitate esset constitutus, debet autem tunc conteri de suo peccato, vt dignè recipiat. ita Doctores communiter S. Thomas 3. *p. q.* 83. *artic.* 6. *ad* 2. Henriquez *lib.* 8. *cap.* 50. *num.* 3. *fine.* Suarez *in* 3. *p. disp.* 68. *sect.* 6. *initio.* Reginaldus *lib.* 29. *num.* 121. Villallobos *p.* 1. *tract.* 7. *diff.* 39. *num.* 13. Layman *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6 *num.* 21. Fagundez *precepto* 3. *Eccl. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. Coninch *de sacram q.* 80. *num.* 63. *&* 64. Castrus Palaus *p.* 4. *tract.* 21. *puncto* 13. *num.* 18. Ioannes Lugo *de Euchar. disp.* 15. *sect.* 4. *num.* 75. Diana *p.* 2. *tract.* 14. *resolut.* 66. versiculo *tertius casus* & *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 104. versic. *tandem nota.* & constat etiam ex *can. nihil* 7. *quæst.* 1.

92. Quod si sacerdos inchoata iam Missa ante consecrationem recordetur se non esse ieiunum S. Thomas *in d. respon. ad* 2. dicit tutius esse eum tunc desistere à Sacrificio, si sine graui scandalo possit, secus si graue scandalum timeretur; quibus verbis insinuat non teneri, sed posse progredi, & Missam perficere, & illis verbis non voluisse S. Thomam esse necessarium desistere docent Suarez & Coninch *locis citatis*, Villallobos, Diana *d. resolut.* 104. aiunt teneri desistere, & recedere ab altari si hoc fieri potest absque scandalo, & nota. Coninch, & Layman docent debere desistere, si clam, & priuatè celebret; si vero publicè celebret tunc aiunt videri communiter consultius progredi, quia communiter desistere non potest absque aliqua nota, & infamia. Suarez autem, Reginaldus, & Palaus *d. puncto* 13. *num.* 22. absolutè aiunt posse progredi; quia post Missam inchoatam ab altari recedere vix, & raro potest contingere sine scandalo, vel infamia aliqua. & ita tenet S. Thomas *loco citato*, & docuisse aliquos alios refert Diana *dicta resolut.* 104. & ita tenet etiam Fagundez: & hoc maximè procederet, si canon sit cœptus, vt notat Layman.

93. Idem etiam dicendum in casu, in quo aliquis bona fide accedens ad Communionem, & dum iam existeret in scamno communicantium, aut paulo antequam ei porrigeretur Hostia, recordaretur se non esse ieiunum, nec posset sine infamia recedere, posset enim tunc non ieiunus communicare. Ratio enim eadem in Sacerdote celebrante, & laico huiusmodi militat, nempè, quia præceptum Ecclesiæ ieiunij ante Communionem præmittendi non obligat cum tanto incommodo, & cum periculo scandali, vel infamiæ, vt suprà *num.* 48. ostensum est. & ita in his terminis tradunt Coninch, & Diana *locis citatis*, Ioannes Præpositus *in* 3. *p. q.* 8. *art.* 8. *dub.* 2. à Diana relatus idem etiam docent Ioannes Lugo *de Euchar. disp.* 15. *sectione* 3. *num.* 70. & Pasqualigius in suis decisionibus *decis.* 343.

Ex quibus rectè infertur vniuersaliter, quod quis ad euitandum scandalum, & infamiam potest licitè celebrare, vel communicare etiamsi non sit ieiunus, sicut ob easdem causas licitè potest etiamsi non sit Confessus. Præceptum enim ieiunij præmittendi ante celebrationem, & Communionem, cum sit humanum, non obligat cum tanto incommodo, sicut etiam vniuersaliter humanum præceptum non obligat cum tanto rigore, & maximè quia iure naturali cuique competit defensio, & conseruatio propriæ famæ, & boni nominis, præceptum autem humanum non obligat contra ius naturale; & ita propter vitandam tàm infamiam, quàm scandalum cessare obligationem huius præcepti ieiunij ante Communionem præmittendi in terminis docent Suarez, Coninch locis supra *num.* 48. citatis, Vasquez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 211. *num.* 48. Ioannes Lugo, & Pasqualigius *locis* modò *relatis*, Paulus Layman *lib.* 5. *tract.* 4 *cap.* 6. *num.* 22. §. *Quartus casus*, & Bonacina *de sacram. disp.* 4 *q.* 6. *puncto* 2. *num.* 17. & colligitur ex S. Thoma, & aliis Doctoribus suprà *initio huius casus* allegatis; ex hoc autem non potest inferri, etiam ob eandem causam vitandi scandalum, vel infamiam posse sacerdotem celebrare absque vestibus Sacris, vel pane azimo, cum hæc etiam sint præcepta humana: Nam difficile est contingere tale periculum scandali, vel infamiæ in huiusmodi casu; imò potius scandalum, vel infamia erit, si videatur sacerdos celebrare sine vestibus Sacris, vel in fermentato. Neque enim quis potest timere infamiam, si non celebret deficiente Hostia, vel vestibus Sacris puta planeta; sicut potest timere quando prætextu cibi, vel potus sumpti recedit ab altari; cum possint astantes facile suspicari vel ipsum accessisse ad celebrandum non ieiunum, vel prætextum esse falsum, & discedere propter peccatum grauissimum, vel censuram, aut irregularitatem; quod certè periculum non ita facile est, quando omnes vident defectum Hostiæ, vel planetæ, qui defectus, cum sint externi, non relinquunt dubium de aliis defectibus magis occultis, qui sint causa non celebrandi. Quandonam autem censendum sit adesse periculum scandali, vel infamiæ propriæ, si quis ob ieiunij obseruationem omittat celebrare, vel communicare, considerandum id erit ex circunstantiis loci, temporis, & personarum adstantium, & aliis coniecturis, quibus attentis hic, & nunc non ieiuno celebraturo, vel communicaturo videatur probabiliter imminere periculum scandali, vel propriæ infamiæ; scilicet, quia alij adstantes, vel agnoscentes eum non communicare facile possint suspicari celebrationem, aut Communionem omitti non ratione fracti ieiunij, sed alicuius grauis criminis iuxta in antecedentibus tradita. Exempla huius rei sunt posita suprà *n.* 92. *&* 93. item si sacerdos accesserit ad Ecclesiam intentione celebrandi, vel iam data fuerint signa Missæ, & sacerdos declarauit se velle celebrare, & post huiusmodi signa, vel accessum ad locum recordetur se non esse ieiunum, videtur sufficiens causa celebrandi absque ieiunio, licet sacerdos nondum vestes sacerdotales induerit, nec Missam inchoauerit; nam recedendo à loco, vel post signa nolendo Missam celebrare, adstantes, & alij, qui 94.

sciebant

sciebant ipsum iam paratum ad celebrandum, facile concipient suspicionem malam ipsius, ita etiamsi Laicus iam accesserit non solum ad locum, seu scamnum, in quo sumenda fit Eucharistia, vt *num.* 93. explicatum est, sed etiam ad Ecclesiam intentione communicandi, & aliis declarauerit se communicaturum, & post accessum recorderur se aliquid cibi, vel potus sumpsisse, si considerratis conditionibus personarum, quibus suam intentionem declarauit, putet eos malè de se ipso suspicaturos, poterit communicare; & vniuersaliter ratione vitandi infamiam, vel scandalum poterit quis absque ieiuno communicare in omnibus casibus, in quibus sacerdos ob eandem causam potest celebrare, & sumere Eucharistiam. Huc denique spectat etiam exemplum de Episcopo positum suprà *num* 25. *&* 26. potuit enim ille Episcopus non ieiunus celebrare publicè tertiam Missam in die Natalis, ne Canonici, & alij de ipso malam conciperent opinionem: licet ibidem dixerim potuisse licitè etiam ob aliam rationem *ibidem d. num.* 26. explicatam.

TERTIVS CASVS.

In quo sacerdos non ieiunus potest Eucharistiam sumere desumitur ex perfectione sacrificij.

95. Tertius casus, in quo non ieiunus potest sumere Eucharistiam est, quoties ita exigit integritas sacrificij, seu sacerdoti non ieiuno necessitas incumbit sacrificij perficiendi. Præceptum enim Diuinum integrandi, & perficiendi sacrificium est maius, & fortius præcepto humano communicandi ieiunè, & illi præualet, vt *num.* 91. dictum est. & ita docent S. Thomas, & alij Doctores *eodem numero* 91. relati locis *ibidem* citatis, Bonacina *de sacram. disp.* 4. *q.* 6. *puncto* 2. *num.* 19. Filliuccius *to.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 239. Cænedo ad Decretales *collect.* 149. *num.* 3. vbi alios latè refert.

Hinc præter casum positum *d. num.* 91. quando sacerdos celebrans non aduertens loco vini consecrauit aquam, & assumpsit post Hostiam assumptam aduertens esse aquam, licet per aquæ sumptionem non remaneat ieiunus, tamen potest, & debet de nouo consecrare Hostiam, & vinum, vel saltem vinum (quod sufficere tenent hodie magis communiter Doctores) ad integrandum sacrificium, & illud sumere. ita omnes præallegati Doctores. Vnde in hoc casu nullo modo admittendum est, quod aliqui referentibus Ioanne Lugo & *n.* 91. citato loco Leandro Discalceato *de sacr. tract.* 7. *disp.* 5. *quæst.* 23. dixerunt, nempè debere sacerdotem, quando aquam gustu percepit illam euomere, seu expuere, tum quia omnes præfati Doctores de hoc nihil dicunt, sed debere noua consecratione sacrificium perficere, & sumere, tum quia facile eliceretur cum illa aqua particula Hostiæ, quæ erat in Calice; tum demum quia id absque magna indecentia fieri non posset.

96. Item quando sacerdos celebrans post consecrationem vnius speciei, vel vtriusque ante consumptionem repentino morbo correptus deficit, vt non possit sacrificium inchoatum perficere, aut consummare, tunc ab alio sacerdote non ieiuno (si ieiunus non reperiatur) potest, & debet perfici, & consummari, vt S. Thomas & iidem Doctores omnes tradunt; & ita decreuit Concilium Toletanum 7. relatum *in cap. nihil q.* 1. ita enim exigit perfectio Sacramenti, & quod sint personæ diuersæ, vel eadem, nihil refert, vt idem Concilium dixit; quia ex vtraque persona vnus minister CHRISTI componitur. Henriquez *lib.* 8. *d. cap.* 30. *num.* 3. *litera* R. *in glossa.* Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 20. & Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 122. notant, quod si tale quid contigerit Episcopo celebranti in Pontificalibus, nec haberi possit alius Episcopus, sacerdotem non Episcopum posse, quod superest Missæ, perficere absque Pontificalibus, quæ non pertinent ad substantiam Missæ. Notant etiam si celebrans deficiat sumpta vtraque specie, nihil debere ab alio perfici, cum nihil desit de integritate, seu necessitate sacrificij. Idem Henriquez *d. num.* 3. *litera* O. *in glossa* notat *ex Missali*, quod si sacerdote celebrante deficiente inchoato, & nondum perfecto sacrificio, non reperiatur alius sacerdos præsens, expectetur in crastinum, & iudicetur vnde debeat incipere. Quod si sacerdos celebrans deficiat ante consecrationem cœpto iam canone idem Henriquez *d. num.* 3. *litera* P. *in textu*, & Glossa ait, quod tunc potest alius sacerdos ieiunus accedere, & perficere Missam, sed tamen non teneri, neque id esse necessarium. Quod idem docuerunt Angelus *Verbo* Eucharistia 3. *initio*, Nauarrus *de oratione not.* 16. *num.* 86. Albertus, supplementum, D Antoninus, Syluester ab eodem Henriquez allegati, & idem tradunt Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 2. & Bonacina dicto *num.* 20.

QVARTVS CASVS.

Sacerdos celebrans si post ablutionem reperit aliquas reliquias, seu particulas consecratas potest illas sumere etsi tunc non ieiunus.

Quartus casus, qui ad præcedentem reduci potest, & debet, est, cum sacerdos post peractum sacrificium, & acceptum corpus, & sanguinem, & sumptam etiam ablutionem vini reperit in calice, vel in patena, vel in corporali aliquas reliquias consecratas aut particulas Hostiæ consecratæ: licet enim has reliquias à sacerdote sumi posse post acceptam ablutionem vini negauerint Paludanus *in* 4. *dist.* 9. *quæst.* 1. *in fine*, D. Antoninus 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. §. 9. & Rosella *v.* Eucharistia 3. §. 13. quibus fauere videtur Concilium Matisconense 2. *cap.* 6. quod præcipit has reliquias dari hominibus ieiunis, qui Doctores fundantur in eo, quod bonum reliquiarum sumptio sit vera huius Sacramenti Communio, cum totus CHRISTVS sit tam sub qualibet particula, quam sub tota Hostia consecrata, & ita non possunt sumi ab homine, vel sacerdote non ieiuno. Nihilominus certum, & indubitatum est, sacerdotem celebrantem post sumptam vini ablutionem, atque ita non ieiunum licitè posse præfatas reliquias sumere. ita Syluester *v.* Eucharistia 3. §. 8. Caietanus *to.* 2. *opusc. tract.* 33. *de celebrat. Missæ q.* 1. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *q.* 2. *artic.* 8. Victoria *in summa q.* 83. Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 89. Cænedo ad Decretales *collect.* 189. *num.* 3. versic. *secundus casus.* Bonacina *de sacram. disp.* 4. *q.* 6. *puncto* 2. *num.* 23. Vasquez *to.* 3. *in* 3. *p. disp.* 221. *cap.* 5. *à n.* 50. Azorius 1. *p. lib.* 10. *cap.* 30. *q.* 4. Filliuccius *to.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 239. *&* *duobus seqq.* & ex Doctoribus relatis suprà *num.* 91. Henriquez *d. cap.* 30. *num.* 2. Suarez. *d. sect.* 6. versic. *secundus casus.* Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 123. Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 28. *&* 29. Layman *d. cap.* 6. *num.* 22. Villalobos *d. diff.* 39. *num.* 14. Coninch *d. q.* 80. *num.* 65. Castrus Palaus *d. puncto* 13. *num.* 19. Diana *d. resolut.* 66. versic. *secundus casus*, & Ioannes Lugo *d. disp.* 15. *sectione* 4. *à num.* 76. & id tradunt alij, quos latè referunt Genriquez in Glossa, & Cænedo. Et ratio est, quia consumptio harum reliquiarum pertinet ad idem sacrificium, nondum enim sacrificium perfectum esse censetur quousque omnes particulæ consecratæ insumantur; & huc tendit prolixus dissensus præfati Ioannis Lugo; cui non placuit ratio Caietani, quam amplexi sunt Suarez, & alij recentiores allegati; quæ tamen cum eadem coincidit; est enim hæc: quod huiusmodi reliquiæ, seu particulæ Hostiæ à sacerdote in eadem Missa consecratæ non sumuntur tunc per modum integræ communionis, sed per modum complementi vnius integri

integri conuiuij, & sacrificij & sic tota illa actio sacerdotis censetur vna moralis actio completa, seu est per modum vnius moralis actionis integræ, & ad totam illam accessit sacerdos ieiunus; ac proinde impleuit præceptum Ecclesiæ, nec postea frangit præceptum, etsi aliquid sumpserit; quia totum illud ordinatur, & est necessarium ad perficiendum illud conuiuium, & sacrificium, ac ministerium. Neque contra hanc rationem Caietani vrget obiectio Ioannis Lugo *num.* 77. dicentis falsum esse, quod ieiunium solum præexigatur ante initium actionis, non vero ante singulas illius partes, alioqui, inquit, non esset contra præceptum illius ieiunij, si sacerdos post sumptam Hostiam ante sumptionem sanguinis, vel etiam post sumptionem sanguinis, antequam sumat primam ablutionem, in qua sunt adhuc multæ guttæ consecratæ, comederet tres ficus, vel aliquid aliud, iam enim (addit idem Lugo) accesserat ieiunus ad initium Communionis. Non, inquam, vrget hæc leuissima obiectio, nam comedere tres ficus vel aliquid aliud non est actio spectans ad illud conuiuium, sed omninò disparata, & quæ interrumperet vnitatem moralis actionis. Caietanus autem, & alij loquuntur de vnica actione morali constante pluribus actionibus partialibus ad idem conuiuium, & sacrificium ordinatis vel tanquam complementum; & rectè aiunt ad non frangendum ieiunium ante sumptionem Eucharistiæ præmittendi præceptum sufficere, quod sacerdos ieiunus ad illam actionem accesserit: Et eodem modo peccat aliud exemplum, quod idem Lugo ponit de laico communicante, quem dicit, dum accipit simul duas particulas non communicare bis, sed semel, quia tota illa est vna actio, & tamen si post primam particulam biberet, non posset accipere secundam. Non posset enim accipere secundam, quia bibere post primam, est actio disparata, & interrumpens vnitatem moralis actionis. Verum quod post sumptam ablutionem vini liceat sacerdoti sumere præfatas reliquias. Confirmatur etiam, quia non potest aliter ipse sacerdos suum ministerium, & illam actionem perfectè implere modo conuenienti, cum sæpè non possint reliquiæ conseruari in crastinum, neque ante ablutionem sumi, quia reperiuntur post illam: imò vt sacerdos totam omninò communionem plenè ieiunus perficiat, ita vt nihil alterius potus accipiat antequam totum Corpus, & sanguinem CHRISTI sumat, est moraliter impossibile (vt Coninch, & Layman notant.) Nam moraliter fieri nequit, vt vel ante primam ablutionem omnem sanguinem plenè exhauriat; aut dum sumit primam ablutionem non sumat aliquid vini antequam sumat reliquas aliquas sanguinis guttas, quæ in calice remanserunt; imò sæpè contingere potest, vt in secunda ablutione aliquid sanguinis sumendum restet, & tamen censetur totum sanguinem ieiunus sumere secundum sensum Ecclesiæ, cuius intentio rectè, & verisimiliter omnino præsumitur esse sub præcepto ieiunij ante Eucharistiæ sumptionem præmittendi non impediri, vt sacerdos possit sumere reliquias sacrificij post ablutionem, quarum sumptionem præcipit, quasque aliter sumere moraliter est impossibile, & ita sumere, moraliter necesse est, vel conuenit perfectioni, & reuerentiæ ipsius sacrificij, & sacramenti. Vnde & idem dicendum est de particulis, quas sumpta iam ablutione sacerdos aduerterit adhuc in patena, aut calice esse relictas, quas sumens post primam, aut etiam secundam ablutionem censetur tamen ieiunus sumere secundum intentionem eiusdem Ecclesiæ, quæ præcipit eiusmodi sumptionem eo modo fieri, quo moraliter fieri potest, & conuenit propter sacramenti ipsius reuerentiam, & honorem, ratione cuius ieiunij ante ipsius sumptionem præmittendi præceptum latum est; cum enim hoc præceptum sit inductum ad eiusdem Sacramenti honorem, debet eo modo obligare, qui maximè est ex honore Sacramenti; magis autem citra omne dubium est ex honore Sacramenti, si tales particulæ statim post ablutionem sumantur, quam si relinquantur in patena, quia tunc facile possunt decuti, aut decidere, atque eo modo perire, quod esset contra honorem Sacramenti; ex quo sequitur præceptum, & intentionem Ecclesiæ, eum magis sequi, qui eas hoc modo sumit, quam qui eas seruat.

Dixi *censeri ieiunum sumere secundum intentionem Ecclesiæ*, scilicet, quoad violationem præcepti Ecclesiastici de ieiunio præmittendo ante communionem, nam sacerdos qui tam in prima, quam in secunda ablutione, vel post secundam ablutionem recipit vnà cum vino guttas sanguinis, vel reliquias Hostiæ à parte rei verè non recipit ieiunus, cùm in prima ablutione semper aliquæ partes vini deglutiantur priusquam paruulæ guttæ sanguinis calici adhærentis, & quam deglutiantur particulæ, seu reliquiæ Hostiæ; & in secunda ablutione, cum iam sit sumptum vinum in prima clarè constat ieiunium naturale iam fractum esse, & multò magis quando post secundam ablutionem reliquiæ postea adhuc repertæ sumuntur. Et si hoc tantum vult Ioannes Lugo *d. sect.* 4. *num.* 79. & 83. dum dicit *d. num.* 79. quando particula consecrata simul cum vino non consecrato sumitur à sacerdote, vel Laico in ablutione, quamuis aliquæ partes vini deglutiantur ante ipsam particulam, non violari ieiunium, non dicit quid diuersum à Vasquez, & aliis recentioribus præallegatis, quos prætendit impugnare, dicentibus non seruari ieiunium in prædicto casu, quia partes aliquæ vini semper prius deglutiuntur ante particulam consecratam vino immixtam, volunt enim materialiter, & à parte rei frangi ieiunium naturale ante deglutionem particulæ: quod est omninò verum, & certum. Sed idem Lugo videtur velle nullo modo neque materialiter frangi in eo casu præceptum ieiunij ante Communionem præmittendi. Ac proinde *d. num.* 83. loquendo de sumptione particularum non consecratarum in eadem Missa concludit eandem esse rationem de sacerdote, & de Laico communicante, scilicet vtrumque debere esse ieiunum, quando illas accipit; vtrumque tamen posse illas cum ablutione vini non consecrati sumere, licet ablutio quoad aliquam sui partem prius traiiciatur in stomachum, quam aliquæ particulæ, id enim sit non esse contra ieiunij debitum. Quod probat hac ratione, scilicet, quod præceptum ieiunij solum est, vt nihil comederimus, aut biberimus ante sumptionem Eucharistiæ, quod totum (inquit) obseruatur, quando cum aqua, & vino sumitur simul Eucharistia; tunc enim totum illud ex ablutione, & particulis sumitur vnica sumptione, & ante illam sumptionem homo est ieiunus, ergo est verè ieiunus ante sumptionem Eucharistiæ, cum enim totum illud sumatur per modum vnius, tota etiam erit vnica sumptio, quam præcedere debet ieiunium, licet non præcedat singulas partes illius; sicut in Parasceue (ait) sumitur à Sacerdote ieiuno particula Hostiæ consecratæ infusa vino non consecrato, quia sumptio illius mixti præsupponit ieiunium, ita Lugo. Contra cuius tamen Doctrinam est, tum quia eidem aduersantur reliqui Doctores omnes tenentes à parte rei verè frangi ieiunium naturale per illas vini partes, quæ deglutiuntur ante particulam Hostiæ, sacerdos enim vel Laicus hauriens vinum non consecratum ex Calice, in quo erant guttæ sanguinis, vel particula Hostiæ consecratæ, cum transmittet per modum potus ad stomachum prius nonnullas partes vini, quàm deglutiat guttas sanguinis, vel particulam consecratam, verè prius bibit, & iam non ieiunus sumit guttas sanguinis, vel particulam consecratam; tum quia nil refert distinctis haustibus sumi vinum, vel aquam, in qua sint guttæ sanguinis, vel reliquiæ Hostiæ siue id contingat ex accidenti, siue voluntariè; & ita per primum haustum frangetur verè ieiunium, & consequenter in altero haustu non ieiuno cum reliquia vini, vel aquæ sumentur guttæ sanguinis, & reliquiæ Hostiæ, quæ remanse-

runt

runt post primum haustum; ergo idem dicendum est etiam, si totum vinum in calice positum vnà cum guttis, & reliquiis Hostiæ sumatur vnico haustu successiuo. Tum demum quia admissa Doctrina præfata eiusdem Ioannis Lugo sequeretur, quod etiam extra mortis periculum liceret absque violatione præcepti de ieiunio ante Communionem præmittendo communicare sumendo particulam consecratam iniectam in vinum, vel aquam absorbendo vinum, vel aquam, & cum eodem vino, & aqua traiiciendo particulam ad stomachum; non enim magis iuxta eandem Doctrinam violaretur præceptum ieiunij, quam si quis communicaret sumendo solam particulam consecratam; consequens autem est falsum, & contra omnes Doctores, & Ecclesiæ praxim, quæ solum in periculo mortis, & quando aliter Eucharistia sumi non potest, permittit dari Eucharistiam vnà cum vino, vel aqua; non alia autem de causa Ecclesia non permittit, nisi quia cum necesse sit prius ad stomachum transmitti per modum potus aliquas partes vini, vel aquæ, Eucharistia ipsa sumeretur à non ieiuno. Consuetudo autem antiqua dandi pueris alioqui ieiunis reliquias consecratas infusas vino, vt facilius deglutirentur, de quo idem Ioannes Lugo *d. sect. 4. n. 80.* & Azorius *d. cap. 30. q. 5.* non fuit vniuersalis, sed aliquarum Ecclesiarum, & etiam omninò apud nos abrogata, & ex hoc etiam peculiari capite, quia verè à non ieiunis Eucharistia sumebatur, cum semper prius sumerentur aliquæ vini particulæ, licet ob maiorem reuerentiam eligerentur pueri, qui antea alium cibum, aut potum non sumpsissent. In die autem Parasceue verè materialiter soluitur ieiunium naturæ, priusquam sumatur Hostia consecrata, & Suarez, Reginaldus, & alij Doctores *praecedenti numero* relati tradunt, & constat ex dictis; non fit tamen contra præceptum ieiunij, quia iuxta intentionem Ecclesiæ non censetur violatio ieiunij moraliter præcessisse Communionem, seu Hostiæ consecratæ sumptionem, quia sumitur tanquam cōsummatio, & perfectio sacrificij diei præcedentis siue sumatur ab eodem sacerdote, qui consecrauit, siue ab alio, qui loco sacerdotis, qui consecrauit, succedit, ac proinde eodem iure potitur; & quia Ecclesia ei, qui consecrauit, & alteri loco illius succedenti illo die Parasceues id concedit, nec reputat non ieiunum recipientem Hostiam consecratam simul cum vino, licet aliquæ vini partes ante Hostiam deglutiantur, & à parte rei ieiunium naturæ sit solutum.

Reliquiæ huiusmodi an sumi possint post ablutionem etiam si sint magnæ, & post longum temporis interuallum & quid de reliquiis non præsentis, sed alterius sacrificij.

99. Cæterum quod reliquiæ consecratæ à sacerdote celebrante possint sumi post primam, & etiam secundam vini ablutionem, si post alteram, vel vtramque ablutionem inueniantur, limitant Sotus, & Cænedo, si fuerint paruæ, & minutæ in patena, vel corporali inuentæ, quæ facile asseruari non possunt; secus vero si sint magnæ, & grandiores, nam tunc aiunt non esse licitum eas post ablutionem vini, vel aquæ sumere, cum facile possint seruari. Sed alij Doctores supra *num. 97.* allegati nullam agnoscunt differentiam inter minutas, & grandiusculas, quando illæ sunt reliquiæ eiusdem sacrificij, eadem enim est ratio in paruis, & in magnis, scilicet quia omnes ad idem sacrificium pertinent, & illarum consumptio ad eiusdem conuiuij complementum refertur, ac reuocatur.

100. Alij limitant dummodo huiusmodi reliquiæ post acceptum Corpus, & sanguinem, & sumptam ablutionem repertæ, sumantur incontinenti, & antequam orationes recitentur, ita Syluester, & indicant etiam Nauarrus, & Cænedo, dum aiunt post ablutionem incontinenti licere præfatas reliquias sumere; quia quæ incontinenti fiunt, in esse videntur *l. lecta ff. de rei us creditis.* Alij vero aiunt licitè sumi posse etiamsi recitatis iam orationibus, & absoluto Missæ sacrificio in Calice, vel patena, aut Corporali inueniantur, dummodo id fiat statim, & non intercedat notabile temporis interuallum. ita Azorius *d. cap. 30. fine.* Verùm quantum spectat ad tempus intra quod consumi possunt Doctores *d. num. 79.* relati communiter censent posse sumi non solum post ablutionem statim, si tunc reperiantur, & non solum post orationes, & Missam finitam, si etiam tunc videantur, cum antea sacerdos illas non viderit, sed quàm diu sacerdos est in altari, seu ab altari non recessit, tametsi post ablutionem, vel sacrum iam absolutum in ministrando aliis Eucharistiam, vel purificandis vasibus per notabile temporis spatium v.g. per horam, & amplius se detinuerit, posse eundem sacerdotem eo ministerio completo, & antequam ab altari recesserit sumere reliquias, præsertim si eas antea non vidit adhærentes Calici, vel patenæ, vel inuentas in Corporali. ita Suarez, Vasquez, Reginaldus, Coninck, Layman, Villalobos, Bonacina, Filliuccius, Fagundez, & Palaus locis supra *num. 97.* citatis & alij recentiores, quos refert, & sequitur Leandrus Discalceatus *de sacr. tract. 7. disp. 5. q. 31.* Ratio est quia hæ reliquiæ pertinent ad idem sacrificium præsens, quod etiam plenè absolutum non censetur, dum sacerdos in altari persistit, ac proinde tota illa est, seu censetur vna actio moralis. Quod si sacerdos iam ab altari recesserit, & reliquias consecratas in calice, vel patena aduertat, tunc amplius ei per se loquendo non esse concessum, seu licitum eas sumere, quia tunc iam expleuit, & perfecit ministerium suum, & censeretur distincta Communio, vt docent iidem Doctores omnes *modò* allegati. Qui addunt ex accidenti licitum esse eas sumere, scilicet, quando illæ non possunt honeste, & sine maiori irreuerentia conseruari: in huiusmodi enim circunstantia non solum reliquiæ ex Hostiis præsentis sacrificij, sed etiam ex Hostiis consecratis in alio sacrificio sumi possunt à sacerdote ipso non ieiuno etiam postquam à multo tempore recessit ab altari, vt omnes iidem Doctores aiunt, & Henriquez *d. cap. 50. num. 2. fine* ponit exemplum quando sacerdos celebrat in Eremitorio. Non desinam aduertere Iacobum Granadum *tract. 10. disp. 8. n. 11.* Ioannem Baptistam de Fabris *in manuale ordinandorum c. 11. num. 142.* & Megalium *in promptuario to. 2. verbo* Eucharistiæ Sacramentum suscipiens *num. 14.* (prout illos referunt Diana *p. 6. tract. 6. resol. 17.* & Leandrus Discalceatus *de sacr. to. 7. disp. 5. q. 31.*) asseruisse sacerdotem finita Missa iam reuersum ad Sacristiam priusquam paramenta sacerdotalia dimiserit, si ibi reperiat in patena, vel Calice reliquias sui sacrificij, posse illas etiam per & non tantùm ex accidenti somere, quia etiā tunc videantur spectate sumptio ad perfectam consummationem sacrificij, ita quod sacerdos non videatur ministerium suum perfectè expleuisse, nisi post depositas vestes sacerdotales. & hoc idem tenet Leandrus, & videtur approbare etiam Diana *d resol. 17.*

Si quæratur an etiam reliquiæ, seu particulæ consecratæ ex alio sacrificio, scilicet, quæ non sunt consecratæ ab hoc sacerdote in hoc sacrificio, sed ab eodem, vel alio sacerdote fuerunt consecratæ in alio sacrificio, possint post ablutionem à sacerdote non ieiuno sumi, sicut possunt sumi reliquiæ, & particulæ ex eodem sacrificio. Doctores iidem *suprà* allegati, Henriquez, Vasquez, Suarez, Reginaldus, Fagundez, Coninck, Bonacina, Villalobos, Filliuccius, Layman *locis allegatis*, & etiam Ioannes Lugo *d. disp. 15. sect. 4. num 81.* Diana *p. 6. tract. 6. resol. 23.* & Leandrus Discalceatus *dicta disp. 5. q. 35.* Respondent regulariter, & per se loquendo consumendas esse ante ablutionem, & eiusdem ablutionis consumptionem; etsi post sumptionem ablutionis repertæ fuerint reponendas esse in sacrario. 101.

Ratio

Ratio est, quia consumptio harum reliquiarum, ex alio sacrificio remanentium non pertinent ad idem, seu ad præsens sacrificium, & conuiuium neque vt pars, neque per modum circunstantiæ, aut complementi; vnde etiam sumptione præcedente ablutionem non potest efficere vnam moralem actionem, sed censeretur potius noua Communio, quæ à non ieiuno fieri non potest. Addit Coninch *num.* 67. quod harum reliquiarum celeris consumptio communiter non requiritur ad reuerentiam Sacramenti, nam cum sint in eodem vase, in quo erant ipsæ Hostiæ, quarum sunt reliquiæ, eadem ratione poterunt commodè seruari, qua illæ antea seruabantur, vt postea à ieiunis sumantur, & ita in praxi seruatur. Ex accidenti autem, scilicet, si non commodè, neque honestè in sacrario recondi, & seruari possint, tunc possunt consumi ab ipso sacerdote post ablutionem, ne pereant; quia tunc datur necessitas ex parte ipsius sacramenti, ne irreuerenter tractetur, conculcetur, aut pereat. Non enim in tali casu obstat Ecclesiæ præceptum ieiunij, quod, cum institutum sit pro reuerentia sacramenti, non debet contra eam militare, vt suprà *num.* 97. *fine* dictum est. Aduersus tamen prædictam communem sententiam Doctorum sentit Castrus Palaus *d. puncto* 13. *num.* 10. vbi fatetur quidem consulendam eandem sententiam, vt reliquiæ ex alio sacrificio post ablutionem non recipiantur, si commodè, & honestè conseruari possunt, sed an sub graui culpa, dicit sibi difficile esse & probat sequentibus rationibus, nempè primo, quia reliquiarum consecratio, & consumptio pertinet ad rationem sacrificij accidentariam, cum sine formarum consecratione, & consumptione perfectio sacrificij consistat sola vnica Hostiâ, & Calice consecratis, & sumptis; ergo si ob sacrificij complementum potest sacerdos post sumptam ablutionem reliquias à se consecratas sumere, poterit similiter sumere eas, quæ ab aliis consecratæ fuerint, cum earum sumptio æquè pertineat sacrificio. Secundo ad sacerdotem (inquit) pertinet consumere posse non solum formulas à se consecratas, sed etiam quæ ab aliis sunt consecratæ, ergo vtrasque consumere potest, dum ab altari non recedit, quia dum est in altari, non censetur moraliter finita consumptio, nec conuiuium ita Palaus & antea docuit etiam Marchinus de ordine *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *num.* 19. alias rationes parui momenti addens. Verum hæc non obstant communi sententiæ. Nam quo ad primam rationem, licet concedatur reliquiarum consecratarum consumptionem pertinere ad accidentariam tantum rationem sacrificij, & etiam reliquiarum, quæ ab aliis sunt consecratæ, sumptionem æquè pertinere sacrificio, non tamen consumptio reliquiarum alterius sacrificij pertinent vllo modo ad præsens sacrificium, sed ad aliud; & ideo adhuc procedit ratio communis sententiæ probans per se loquendo non posse in præsenti sacrificio, seu huius sacrificij ministerio post ablutionem, & à sacerdote non ieiuno sumi posse. Quoad alteram rationem negatur assumptum per se loquendo; & dum sacerdos est in altari modo *suprà* explicato non censetur completum ministerium huius sacrificij, & conuiuij; ad hoc tamen sacrificium, & conuiuium non spectant reliquiæ ante in alio sacrificio consecratæ. ideo &c.

102. Hinc, seu ex præfata communi sententia sequitur, sacerdotem, qui inter celebrandum debet purgare ciborium, in quo sunt multæ reliquiæ ex Hostiis tum à se, tum ab aliis consecratis, debere primo eas, quas commodè potest sumere ante ablutionem infundendo eas Calici consecrato vt simul cum sanguine, vel alio modo, vt in praxi seruatur. Addit Coninch *num.* 70. debere deinde sacerdotem infundere vinum in ciborium, vt cum eo simul ipsas particulas sumat, idque semel, & sæpius, prout est necessarium, vt omnes sumat, dicitque ita communiter Doctores tradere, & esse praxim Ecclesiæ; & subdit rationem, quia aliter hæ reliquiæ non possunt decenter absumi. Ego non nego id fieri posse, sed non admitto esse necessarium, nam absque simili ablutione ciborij facile possunt omnes reliquiæ infundi Calici consecrato, digito pollice, vel indice paulatim ciborium abstergendo; & ita ego semper consueui facere, & est communis mos apud nos.

Reliquiæ sui sacrificij, quas post alutionem reperit Sacerdos, an possint dari laicis communicantibus.

Si iterum quæratur, an reliquiæ, quas sacerdos ex suo sacrificio reperit post ablutionem, possint dari laicis communicantibus, aut sacerdotibus more laicorum Eucharistiam sumentibus. Henriquez *lib.* 8. *d. cap.* 50. *num.* 2. litera *G.* absolutè dicit posse dari communicantibus ieiunis, scilicet antequam illi sumpserint ablutionem; & idem videtur sentire Villallobos *p.* 1. *tract.* 7. *d. diffic.* 39. *num.* 16. & absolute tenet Leandrus Discalceatus *de sacr. tract.* 7. *disp.* 5. *q.* 34. At ex aliis Doctoribus suprà *num.* 97. citatis Suarez *d. sect.* 6. *versus finem*, versic. *vnde ad tertiam* Reginaldus *d. num.* 123. Coninch *d. q.* 80. *num.* 70. versic. *tertio sequitur*, Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 13. Fagundez *d. cap.* 5. *num.* 31. Diana *p.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 2. *fine.* Respondant huiusmodi reliquias aliis communicantibus dari non posse tum post ablutionem ab ipsis sumptam, neque etiam vt eas sumant simul cum ablutione, quia has reliquias absumere ad eos non pertinet, sed ad sacerdotis ministerium, & eorum actio communicandi censetur perfectè, & omninò consummata in ipsa prima sumptione Sacramenti; tum etiam ante ipsam ablutionem post finitam Communionem nisi simul dentur cum priori formula, nisi moraliter loquendo dentur ita continenter cum iam sumpta formula, vt vna tantum moralis Communio esse merito censeantur; post primam enim Communionem, quæ completur in prima sumptione formulæ non possunt laïci iterum communicare per se loquendo, sicut nec sacerdos post primam Missam potest celebrare secundam; illa autem reliquiarum sumptio est vera communio si per se, ac separatim fiat; vt iidem Suarez, Reginaldus, & Fagundez tradunt, & ita in praxi seruatur, vt laicis communicantibus non dentur. Neque prædictis obstat, quod in praxi obseruari tradunt Marchinus de ordine *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. Lugo *de Eucharistia disp.* 15. *num.* 80. *fine*, & Leandrus *d. q.* 34. scilicet, quod quando Eucharistia defertur ad infirmos non pro viatico, sed ea deuotione communicantes solet ablui postea pixis, & eidem infirmo communicanti aqua illa, vel vinum cum reliquiis consecratis in Calice inuentis pro ablutione dari. Hoc enim licet, quia cum incontinenti dentur, censeatur moraliter loquendo vna Communio cum formula iam sumpta. 103.

Quid faciendum quando post sumptum sanguinem Hostia haret Calici, & quando Hostia adhæret palato communicantis.

Sed quid, quando pars Hostiæ immissæ in Calicem, & admixta sanguini hoc hausto, remanet in Calice illi adhærens, quâ ratione sumenda est illa Hostiæ pars? ex Doctoribus *numero præcedenti* allegatis Suarez *d. sect.* 6. versic. *secundus casus*, Reginaldus *d. num.* 123. Coninch *d. q.* 80. *num.* 69. Filliuccius *d. cap.* 8. *num.* 139. versic. *item etiam*, & Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 12. & Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 90. cum Angelo *Verbo* Missa § 20. & Syluestro *Verbo* Eucharistia 2. *q.* 8. Respondent sacerdotem posse vinum in Calicem infundere, & cum vino illam particulam sumere etiam si prius aliquid vini deglutiat, quam ipsam particulam Hostiæ; imò si post primam vini infusionem, & sumptionem adbuc perg- 104.

gerer

geret adhærere Calici, posse secundo & tertio infundere, vt eam simul cum vino sumat; quia hoc (inquiunt) est conuenientius, & decentius, quàm vt eam ad extremum Calicis labrum attrahat, atque hoc modo sumat. In regulis autem Missalis vbi de defectibus in ministerio ipso occurrentibus §. *si aliquid venenosum fine*, ita præscribitur: *Si sumendo sanguinem particula remanserit, digito ad labrum Calicis adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum, & sumat.* Ex quibus verbis videtur colligi, quod digito ad extremum Calicis attrahi debet, si facile id fieri possit, & ita sumi ante ablutionem; si autem facile digitis dimoueri non possit, & sumi sola, tunc conuenientius esse vinum infundere, & simul particulam absumere. & ita etiam sentiunt Villallobos *p.* 1. *tract.* 7. *diff.* 39. *num.* 14. *fine*, & Palaus *d. p.* 4. *tract.* 21. *disp. vnica puncto* 13. *num.* 21.

105. Cum etiam palato hæret Hostia consecrata, vel illius aliqua particula post sumptum sanguinem, vt traiici non possit sola, sacerdotem posse sumere ablutionem, & cum hac illam deglutire, & si adhuc post ablutionem hæreat posse nouam ablutionem sumere, vt particulam hærentem traiiciat, tradunt omnes Doctores *numero præcedenti* allegati, & alij à Bonacina relati, ob eandem rationem, scilicet, quia conuenientius, & decentius est Hostiam, vel illius reliquias traiicere per nouas, & iteratas ablutiones, quàm digitum in os apponere, quod & ego approbo, quia tentando digitos admouere facile potest aliquid Hostiæ, vel reliquiarum intrare inter carnem, & vnguem, vt inde nisi cum indecentia aliqua queat extrahi, & deglutiri. Idem multò magis dicendum, quando particula consecrata adhæret palato laici communicantis, vt idem Doctores aiunt, posse enim sumere ablutionem vini, vel aquæ etiam secundo, & tertio si opus sit, vt simul eam particulam deglutiat, multò magis enim dedecet, vt laicus particulam consecratam digitis tangat, vt eam à palato dimoueat, quando alia ratione eam deglutire potest, quod facile fit per ablutionem vini, vel aquæ præsertim quando tam diù ore continetur, donec tota hoc modo penetrata sit. In his enim casibus secundum intentionem Ecclesiæ non censetur violatio ieiunij moraliter Communionem præcessisse, vt iidem Doctores tradunt, & magis expressè Palaus *d. puncto* 13. *allegato n.* 21.

Quid quando post sumptum sanguinem, vel ablutionem reperitur particula Hostiæ, & dubitatur an sit consecrata.

Aduertendum etiam, quod si sacerdos reperiat aliquas particulas Hostiæ, quas dubitet esse consecratas, posse illas sumere post sumptionem corporis, & sanguinis, vel etiam post ablutionem, præsertim si commodè seruari non possunt. ita Henriquez *lib.* 9. *summ. cap.* 33. *num.* 3. litera *K.* in textu, & *glossa*, Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 16 & alij ab eisdem allegati. Afferunt eam rationem, quod reputatur vnum conuiuium continuum, seu vna actio, quæ fuit inchoata cum ieiunio. 106.

QVINTVS CASVS.

Ne Sacramento irreuerentia fiat potest sacerdos, aut laicus non ieiunus Eucharistiam sumere.

Quintus casus, in quo à non ieiuno sacerdote, aut laico licet sumere Eucharistiam ita suadente, & exigente Sacramenti reuerentia, est si probabilis timor adsit alicuius irreuerentiæ, vel quia Sacramentum in manus infidelium timetur aduenturum, vel quia ab animali, vel ab igne consumendum, vel ab aliquo alio irreuerenter tractandum; in huiusmodi enim periculis irreuerentiæ poterit non solum sacerdos, sed etiam eo deficiente laicus non ieiunus sibi propriis manibus Sacramentum ministrare, quia (vt supra dictum est) quod in reuerentiam Sacramenti statutum est, non debet in illius irreuerentiam cedere. ita omnes Doctores *in præcedentibus* allegati. Soarez *disp.* 68. *sect.* 5. Vasquez *d. disp.* 211. *num.* 57. Reginaldus *d. lib.* 29. *num.* 22. Coninch *d. q.* 80. *num.* 71. Villallobos *d. diff.* 39. Bonacina *d. puncto* 2. Palaus *d. p.* 13. *n.* 17. Fagundez *d. cap.* 5 *fine*. Layman *d. ca.* 6. *fine*, & alij. Quare si peracta consecratione vtriusque speciei ante consumptionem pereat, seu deficiat sacerdos celebrans, nec adsit sacerdos alius, à quo sacrificium consumi possit, potest laicus etiam non ieiunus sumere vtramque speciem consecratam, si seruari non possent, nisi cum periculo, vt species acescerent, & corrumperentur, aut in manus infidelium deuenirent, aut quid simile: id quod etiam expressè tradunt Vasquez *disp.* 216. *c.* 4. *n.* 45. Diana *p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 34 & Leandrus Discalceatus *d. sacram. tract.* 7. *disp.* 5. *q.* 29. 107.



De specifica distinctione peccatorum luxuriæ contra naturam aduersus Caramuelem, *& in parte contra nonnullos alios Recentiores.*

1. DE hac materia S.Thomas 2.2. *q* 153. *art.* 11. & *art.*12. *ad* 4.Caietanus *d.art.*11. Summistæ *verbo* luxuria. Abulensis *in cap.* 5. *Matthæi q.*187. 213. *cum pluribus sequentibus.* Summa Corona *cap.* 1. *n.* 63. & *cap.*2.*n.* 16. Valentia *to.*3. *disp.*9.*q.*3.*puncto* 3. Azotius *p.*3.*lib.*3. *cap.* 17. *ad* 23. Reginaldus *lib* 22.*à n.*97.*ad* 51. Villallobos *p.* 2.*tract.*40. *diff.* 15. Lessius de iustitia *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 13. *numero* 89. *& seqq.* Layman *lib.* 3. *sect.* 4. *num.* 14. Fagundez in decalogum *lib* 6. *cap.* 9. Bonacina *de matr. q.* 4. *puncto* 10. *& seqq.* Filliuccius *to.* 2. *tract.* 30. *cap.* 8. Gregorius Sayrus *lib.*8.*clauis cap.*5.*num.*4.*vsque ad finem cap.* Ouiedus *in* 1.2. *tract.*6. *controuersia* 5. *puncto* 3. §. 7. *num.* 52.*ad* 57. Turlleoch in decalogum *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.*8. *per totum.* Nauarrus *in man. cap.* 16. *num.* 3. Grassius *decis. aur. p.*2. *lib.* 2. *cap.*87. 88. & 89. Lopez *in instruct. p.* 1. *cap.* 7. Llamas 3. *p. methodi* §. 20. *& seqq.* Chapeauille de casibus reseruatis *p.* 2. *casu* 15. & alij ab eisdem relati.

§. I.

An omnia peccata contra naturam sint vnius, & eiusdem speciei infima, & specialissimæ; refertur opinio singularis Recentiorum, & refutatur.

2. Peccata omnia contra naturam eiusdem esse speciei infimæ, & solam numericam distinctionem admittere asseruit Ioannes Caramuel olim Monachus Cisterciensis nunc Benedectinus *duobus in locis*, primò *in Commentario in regulam S. Benedicti num.* 983. vbi ita habet: *Bestialitas, sodomia, fornicatio sunt peccata directè contra virtutem castitatis. est conclusio manifesta; quia castitas interdicit veneream commistionem; per bestialitatem se commiscet peccator cum bruto; per sodomiam cum masculo, per fornicationem cum muliere. Petis vtrùm peccata recensita differant specie. Est probabile, quod peccata omnia contra naturam sint vnius speciei infimæ, & non subalternæ.* ita Filliuccius *to.*2. *tract.* 30. *cap.* 8. *num.* 141. Diana *p.*4. *tract.* 4. *de sacram. resolut.* 159. licet contrariam probabiliorem censeat. ita Caramuel *d. num.* 983. Secundò magis resolutè, & audacter idem asserit in Theologia morali *num.* 1607. vbi ita scribit *Mollities, sodomia, bestialitas sunt peccata eiusdem speciei infimæ; adeoque nemo tenetur in Confessione exponere vtro ex his modis peccauerit, sed satisfaciet dicens procurauisse pollutionem. Est sententia expressa D.Thomæ: illam defendunt Authores* in meo commentario in reg. Benedict. *citati, & tam clara videtur, vt contraria videatur error in Philosophia. Ostenditur, ideo furari argentum, & furari armenta non sunt peccata distincta specie, quia tametsi animalia, & metalla specie, aut plus quam specie distinguantur, in his duobus furtis non dantur duæ malitiæ specie distinctæ, sed tota specifica illa distinctio se tenet ex parte materiæ. Non aliter in peccatis contranaturalibus philosophor: ideo sunt mala, aut interdicta, quia in abusu consistunt, & semen extra vas naturale deciditur. Atqui hoc eodem modo reperitur in mollitie, bestialitate & sodomia; ergo sunt peccata eiusdem speciei, omnia enim sunt puræ pollutiones, quæ diuersimodè procurantur; nam sicut mollities manuum tactibus procurata non distinguitur specie à procurata tactu vestium, tametsi manus, & vestes specie distinguantur; sic nec procurata cuiuscunque corporis partis contactu, cuiuscunque animalis, cuiuscunque materiæ; vniuersarum enim harum immunditierum malitia in hoc solum formaliter consistit, quod semen extra vas naturale effundatur; vnde* [illegible] *contingat modo semen legitimè decidatur sordes reliquæ dicuntur licere, aut saltem non sunt mortaliter peccaminosæ.* Hæc ad verbum Caramuel: quibus addenda sunt verba Filliuccij, & Dianæ, quos Caramuel refert pro eadem opinione.

Filliuccius igitur *d. num.* 141. ita habet. Respondeo, & dico primo probabile esse peccatum contra naturam esse vnius speciei infimæ, & non subalternæ. 3.
Ratio est, quia in omnibus modis prædictis vna, & eadem semper videtur esse malitia, nempè exercendi actum venereum modo, ex quo non possit sequi generatio; quod autem fiat hoc modo, vel illo, est differentia tantum accidentalis. Secundò quia eadem facilitate possunt aliæ species inueniri, quæ ob vas indebitum vel indebitum modum duæ sunt constitutæ, vt si expleatur venerea voluptas inter coxendices, inter mammillas inter totos brachiorum, in ore, & in aliis partibus; eæque possent multiplicari ex persona debiti sexus, & indebiti, sicut multiplicatur sodomia cum indebito sexu, & cum debito. Tertio voluntas explendi delectationem veneream absque alterius coniunctione constituit mollitiem; si eadem voluptas quæratur alterius societate, vel auxilio fœminæ, aut pueri, vel reciproca cum iuuene: an hæ etiam species erunt distinctæ? certè sub mollitie non erunt; quia hic etiam quæritur alterius coniunctio; non sub sodomia, quia non ex affectu ad personas indebiti sexus, vel debiti; nec ex organo oritur, sed tantum quæritur expletio voluptatis venereæ; vt ergo hæ tantum differunt accidentaliter, ita etiam illæ. Addi alia possent, sed confirmo tantum conclusionem auctoritate S. Thomæ *art.* 11. qui ponit vitium contra naturam tanquam determinatam speciem nullam faciendo mentionem de specifica diuersitate; sic explicat Armilla *verbo* luxuria *num.* 5. dicens vitium contra naturam licet sit vna species secundum S. Thomam *art.* 11. multis tamen modis exercetur: eodem modo sequitur Tabiena *v.* luxuria *num.* 6. Astensis *lib.*2.*tit.*46.*art.*7. & alij. Prædicta Filliuccius *d.n.*141.

Diana autem *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 159. *fine*, habet hæc solum. Notandum est etiam hic obiter cum Filliuccio *to.* 2. *tract.* 30. *cap.* 8. *numero* 141. & aliis probabile esse, quod peccata omnia contra naturam sint vnius speciei infimæ, & non subalternæ, licet contraria opinio sit magis probabilis. Pro resolutione

Peccatum contra naturam quod propriè dicatur, & quot modis contingat.

Notandum ex S. Thoma *d. art.* 11. Caietano *ibidem*, 4.
& aliis Doctoribus allegatis, quod licet generaliter loquendo quodlibet peccatum dicatur contra naturam, quia repugnat ordini rationali, seu est dissonum naturæ rationali, seu contra dictamen rationis naturalis, quo pacto etiam fornicatio, incestus, adulterium, raptus, & sacrilegium dicuntur esse contra naturam: strictè tamen peccatum contra naturam dicitur, quod non solum est contra rationem, & repugnat ordini rationali; sed etiam est contra ordinem, seu repugnat ordini naturali actus venerei, quem natura non solum in humana specie, sed etiam in cæteris animantibus requirit, seu quem natura illius actus postulat, qui ordo talis actus venerei in hoc consistit, vt ex illo sequi possit prolis, seu hominis generatio; hæc enim est finis illius: Quare cum hic ordo actus venerei ita præuertitur, vt ex eo generatio sequi non possit, talis actus dicitur propriè peccatum contra naturam, cum sit contra naturalem ordinem. Natura autem actus venerei, seu ordo actus venerei, vt ex eo possit sequi generatio prolis eiusdem speciei, quinque requirit. primum est coniunctio duorum, secundum est eadem in vtroque natura, nempè vt sint eiusdem speciei. Tertium est sexus diuersus. Quartum organa, seu vasa congrua. Quintum debitus

debitus modus coëundi à natura præscriptus. Ex quibus sequitur, vt quinque modis possit esse peccatum venereum contra naturam. Nam ex defectu primi requisiti, oritur, seu constituitur mollities, seu simplex pollutio, quæ consistit in corruptione sui ob veneream voluptatem inde consurgentem absque alterius coniunctione. Ex defectu secundi oritur, seu constituitur bestialitas, quæ committitur, quando quæritur voluptas venerea in coniunctioné, seu commixtione cum re alterius naturæ, seu speciei, nempè cum bestia, vel etiam Dæmone. Ex defectu tertij oritur, & constituitur sodomia, quæ contingit cum ob voluptatem veneream mas cum mare, & fœmina cum fœmina carnaliter coniungitur, & commiscetur; cum enim est idem sexus, carnalis coniunctio non solum repugnat generationi ratione vasorum, seu organorum, sed etiam ratione personarum, quæ secundum se sunt prorsus ineptæ. Ex defectu quarti, cum carnalis coniunctio, seu commixtio est cum persona diuersi sexus eiusdem speciei, nempè maris cum fœmina, sed non in congruo vase, seu instrumento, sed in præpostero; oritur pariter sodomia, sed imperfectior, & minus grauis, seu minoris malitiæ, quam iuxta præcedentem modum coniunctionis maris cum mare, vel fœminæ cum fœmina iuxta S. Thomam, Caietanum, Lessium, & alios. Cum in hac deficiat solum circunstantia organi debiti, in alia etiam circunstantia personarum diuersi sexus. Demum ex defectu quinti requisiti, oritur innaturalitas, seu inordinatus concubitus. Qui cum sit quoad cætera naturalis, quoad modum (vt si auersè fiat, vel viro succumbente, & ita vt semen ad prolis generationem recipi, vel attrahi non possit) est contra naturam; Et idem est, si alter ex concumbentibus receptionem ipsam, vel attractionem impediat, vt si vir de industria in congressu genituræ emissionem impediat, vel ante illam factam se retrahat, est enim contra naturam generationis, vt notarunt Caietanus *d. art.* 11. *dub.* 5. Lessius *d. num.* 89 & Reginaldus *d. num.* 37. Et huiusmodi peccatum (vt Reginaldus, & nonnulli alij notant) censetur fuisse commissum ab Onan filio Iudæ, quando cohabitando cum Thamar effundebat semen in terram, eamque ob causam occidit eum Deus. Quod si peruersio in modo non sit tanta, quin possit prolis generatio sequi, absitque periculum effusionis seminis extra vas debitum, tunc non est propriè peccatum contra naturam, sed præter naturam, neque de se mortiferum, vt Doctores magis communiter sentiunt, Caietanus *d. q.* 154. *art.* 11. *circa solut. ad* 4. §. *ad* 2. *de modo*, & *in summa* v. *matrimonium*. Syluester *v.* debitum coniugale *q.* 4. Angelus *eodem num.* 25. Sanchez *lib.* 9. *de matr. disp.* 16. *num.* 3. Azorius *d. lib.* 3. *cap.* 21. *q.* 1. & 2. Reginaldus *d. num.* 37. Lessius *d. dub.* 13. *num.* 89. versic. *Quinto.* Sayrus *d. cap.* 20. *num.* 17. Turllench *l. cap.* 1. *dub.* 8. § 1. Villallobos *d. diff.* 15. *num.* 2. & alij Doctores *num.* 1. citati, nec non alij à Sanchez, Azorio, Lessio, & Villallobos relati. Imò si ratione constitutionis corporis coniuges non possint seruare modum vsitatum, non peccabunt vllo modo, neque etiam venialiter, modo fieri possit conceptio semine in matricem attracto, quia tunc iste modus non erit incongruus, sed conueniens illorum dispositioni, vt notant Lessius, Sayrus, & alij, & ita etiam si adsit alia necessitas, vel iusta causa ita coëundi absque periculo effusionis seminis extra vas muliebre: seclusa autem iusta causa, & ob solam maiorem voluptatem coire modo præfato indebito etiam inter coniuges est valde reprehensibile iuxta eosdem Doctores, & culpa venialis, cum etiam bestiæ naturalem modum seruent. Vnde etiam marito ita exigenti debitum ob solam maiorem delectationem vxorem non teneri, nec licitè posse reddere eo modo etiamsi absit periculum seminandi extra vas debitum, tradidere multi Doctores, quod refert Sanchez *d. disp.* 16. *num.* 8. & sequitur Lessius, & Turllench *locis citatis*; eo quod non teneatur quouis modo soluere debitum, sicut nec alius quiuis debitor, sed modo congruo, & rationabili: Additque Lessius Caietanum *loco citato* non docere contrarium, vt Sanchez *d. num.* 8. vult; nam cum ibi dicit vxorem esse ad omnem modum, ex quo potest sequi generatio, solum (ait Lessius) vult dicere talem modum non egredi limites vsus matrimonialis, & solutionis debiti, ex quo non sequitur vxorem ad talem modum posse cogi, nisi adsit rationabilis causa, vt cum aliter commodè fieri nequit. Et ita videtur etiam sentire Reginaldus *d. num.* 38. *fine.* Idem Sanchez *d. num.* 8. tamen putat probabilius esse, teneri reddere, si aliter non potest maritum auertere admonendo de illo abusu; idque quia existimat coniugem teneri reddere, quando exigens solum culpam venialem admittit, quod probat latiùs *eodem lib.* 9. *disp.* 6. *num.* 6. & hoc idem approbo ego in tractatu de effectibus contractus matrimonij *cap.* 1. *num.* 231. & 234. certum est posse reddere, si alioqui timeret verbera, aliauè incommoda iudicio prudentis merito metuenda.

Sodomia, & bestialitas in rigore quam commixtionem, & copulam carnalem importent.

5. Notandum præterea sodomiam in rigore, & pro vt est modus peccandi contra naturam diuersus à mollitie, esse commixtionem, aut copulam, seu concubitum, aut coitum viri siue cum viro, siue cum fœmina, siue fœminæ cum fœmina, siue cum viro in vase præpostero, seu stercorario cum seminis effusione intra ipsummet vas præposterum, vel etiam intra vas naturale, vt cum fœmina commiscetur cum altera fœmina ad actum sodomiticum medio aliquo instrumento ligneo, aut ferreo, vel ex quacunque alia materia confecto, quo semen in vas præposterum, vel naturale immittatur. Hæc enim commixtio, seu effusio seminis in præfatum vas dicitur, & est copula sodomitica; & ita etiam bestialitas in rigore talis commixtio, seu concubitus, & coitus hominis maris, vel fœminæ cum bruto cum effusione seminis viri in vas stercorarium, vel genituram bruti, aut bruti in vas fœminæ. Quare si duo mares mutuo complexi semen inter crura, vel in alia parte emittant, etiamsi vnus alteri supponatur auersè, vel more, quo fit inter virum, & fœminam, non est in rigore sodomiæ peccatum, sed mollities, licet grauissima. ita procul dubio S. Thomas, & alij Doctores accipiunt sodomiam, & bestialitatem, dum enumerant, & ponunt tanquam diuersos modos peccandi contra naturam, & declarant iidem Doctores *num.* 1. allegati, dum agunt in specie de sodomia, & bestialitate, & alij Doctores, & Iurisperiti, ac Canonistæ agentes de pœnis exercentium copulam sodomiticam; & id etiam notarunt Reginaldus *d. lib.* 21. *num.* 49. Llamas *d. cap.* 8. §. 24. Vnde etiam Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 4. *num.* 13. ait non esse copulam sodomiticam consummatam, & perfectam, si vir penetret vas præposterum vxoris, vel alterius fœminæ, vel masculi semine tamen minimè intra illud emisso; ac proindè talem copulam non esse iustam causam diuortij; addit tamen si semen intra vas præposterum, vel naturale immitteretur absque eius penetratione esset iusta causa diuortij, quia delictum est omninò consummatum. Quoties etiam vir se commiscet carnaliter cum viro, vel fœmina in vase præpostero, vel attentat talem commixtionem animo verè complendi copulam, & seminandi intra vas præposterum, licet ex accidenti aliquo id non sequatur, actus tàm internus, quam externus habet malitiam sodomiæ, sicut cum vir solutus cum soluta se commiscet in vase naturali, vel attentat commixtionem animo complendi copulam cum se-

minis emissione intra vas naturale, licet hoc non sequatur ex aliquo accidenti, voluntas interior fornicandi, & actus ipse exterior licet non consummatus habent fornicationis malitiam. His notatis

Resolutio.

6. Sit conclusio. Mollities, sodomia, & bestialitas non sunt peccata vnius, & eiusdem speciei infimæ contra naturam, sed sunt peccata diuersæ speciei, habentia diuersas deformitates specie diuersas. ita Doctores communiter, vt ex dicendis constabit. Hanc conclusionem vti certam, & indubitatam probabo primo ex principiis extrinsecis, deinde ex principiis intrinsecis. Quoad principia extrinseca

Prima conclusionis probatio desumpta ex D. Augustino.

Primo occurrit Authoritas D. Augustini de adulterinis coniugiis asserentis peccatum sodomiæ, quoad malitiam grauius esse adulterio, & etiam incestu cum propria matre; & refertur hæc Augustini authoritas *cap. adulterij 32. q. 7. Adulterij malum* (inquit Sanctus) *vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concumbere; sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc cõcesso voluerit vti.* idem D. Augustinus copulam sodomiticam esse grauius flagitium adulterio dixit *libro 1. contra Iouinianum*, & dictum refertur *eadem q. 7. can. vsus naturalis:* verba sunt, *Vsus naturalis, & licitus est, sicut in coniugio; & illicitus sicut in adulterio; contra naturam vero semper illicitus; & procul dubio flagitiosior, atque turpior. Quem S. Apostolus, & in masculis, & in fœminis arguebat damnabiliores volens intelligi, quàm si in vsu naturali, vel adulterando, vel fornicando peccarent.* Cum ergo D. Augustinus specialiter de solo concubitu carnali sodomitico loquens absolutè dicat, & velit esse longè turpiorem, & habere malitiam multò grauiorem, quàm adulterium, & incestum etiam cum matre; & simplex mollities iudicio omnium absolutè loquendo non sit grauior adulterio, & incestu secundum omnes suas circunstantias, & conditiones consideratis; necesse est asserere iuxta S. Augustinum sodomiticam copulam habere deformitatem specialem formaliter, & specificè distinctam à deformitate simplicis pollutionis; nam si deformitas esset eiusdem speciei infimæ, & non aggrauans in infinitum, sed solum intra eandem speciem non posset in grauitate superare malitiam adulterij, & incestus, quæ sunt peccata specie distincta à mollitie, & sodomia, & grauissima in sua specie; cum augmentum malitiæ solum graduale, & indiuiduale quantumcunque magnum non videatur posse excedere malitiam alterius peccati secundum suam speciem grauioris, qualia sunt adulterium, & incestus cum matre respectu simplicis pollutionis: Si dicatur etiam Mollitiem esse peiorem adulterio, & incestu; cum S. Thomas *d. q. 154. art. 12.* affirmet omnia peccata contra naturam esse grauiora cæteris omnibus peccatis luxuriæ, quæ fiunt secundum naturam; inter quæ peccata contra naturam S. Thomas certè comprehendit mollitiem iuxta ab eo tradita *art. 11.* & idem quod inter species luxuriæ peccata omnia contra naturam, & consequenter etiam mollitiem grauiora esse peccatis illis, quæ fiunt secundum naturam tradunt Caietanus *d. art. 12.* Abulensis *in d. cap. 5. Matthæi q. 234.* Sayrus *d. cap. 5. num. 23.* Azorius *d. lib. 3. cap. 29. q. 6.* Sanchez *de matr. lib. 10. d. disp. 4. num. 3. paulo post initium*, & alij. Respondeo primo hoc non obstante D. Augustinum tanquam quid speciale id attribuere sodomiæ, vt sit grauius peccatum adulterio, & incestu, ergo sentit in sodomitico concubitu reperiri specialem rationem deformitatis, quæ non sit in mollitie. Respondeo secundo omnia peccata contra naturam esse peiora reliquis peccatis, quæ fiunt secundum naturam, fornicatione, adulterio, incestu sacrilegio, si hæc considerentur in genere luxuriæ, & qua parte sunt contra castitatem, non autem si spectentur absolutè, & vt inuoluunt malitiam alterius speciei contra iustitiam, pietatem, vel religionem; simplex enim pollutio, vel inordinatus concubitus cum vxore non est absolutè maius peccatum, quam concubitus cum matre, vel cum moniali; est tamen maius in genere, seu ratione luxuriæ; quia per se magis est contra naturam generationis, cum hæc non sint contra naturam illius actus, sed solum contra conuenientem ordinem requisitum ad prolis educationem, & contra alias virtutes. ita in terminis Lessius *d. cap. 3. dub. 13. num. 93.* Llamas *p. 3. methodi cap. 8. §. 10.* & prius etiam Abulensis *d. q. 234. versic. Dicendum quod*, vbi ait quod ex conditione speciei, vel generis (quod est dicere in genere luxuriæ) deterior est mollities, quam coitus cum matre; tamen ex deuiatione quadam à rectitudine rationis est istud vitium (scilicet coitus cum matre) deterius, quia ratio magis horret coitum cum matre propter reuerentiam, quæ debetur ei naturaliter, quam mollitiem. Et hoc modo intelligendi sunt S. Thomas, & alij Doctores, dum dicunt omnia peccata contra naturam esse cæteris, quæ fiunt secundum naturam, peiora scilicet, si cætera in genere, & ratione luxuriæ tantum considerentur, non si absolutè; Cum ergo D. Augustinus asserit absolutè concubitum sodomiticum esse peiorem adulterio, & incestu, agnoscit in sodomia specialem rationem deformitatis diuersam à deformitate mollitiei, ob quam ait malitiam eiusdem sodomiæ superare malitiam adulterij, & incestus secundum suam propriam speciem, & absolutè consideratæ. Et quod dicit D. Augustinus de coitu sodomitico, etiam de coitu cum bruto dicendum est, scilicet absolute esse peiorem coitu cum matre, & coitu adulterino, vt expressè tradit Abulensis *d. q. 234. versic. Dicendum quod peccata contra naturam.*

Præterea idem D. Augustinus *lib. 3. Confessionum* dixit per vitium sodomiæ specialiter violari societatem, quam homo habet cum Deo; & illius dictum refertur *can. flagitia 32. q. 7.* scilicet, violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse author est, libidinis peruersitate polluitur, ergo signum est D. Augustinum fateri in copula sodomitica malitiam alterius rationis à malitia simplicis pollutionis.

Secunda probatio ex his, quibus sodomiticus coitus, & illum exercentes damnantur, & reprehenduntur.

Secundò probatur ex pessimis nominibus, & attributis, & verbis maximam turpitudinem præ se ferentibus, specialiter in sodomiæ vitium, illudque exercentes diuinæ scripturæ, & sapientes inuehunt, illudque reprehẽdunt, & detestãtur, atque illius grauitatẽ demonstrant. 7.

Genesis 37. pessimum crimen appellatur; vnde illud exercentes vocantur pessimi. Genesis 13. *Homines autem sodomiæ* (ait textus) *pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* & Genesis 18. *Peccatum eorum* (scilicet Sodomitarum) *aggrauatum est nimis.* vbi indicatur hoc vitium esse tantæ turpitudinis, vt quasi admirationem faciat ipsi Deo, nam subditur. *Descendam,* (inquit Dominus) *& videbo vtrum clamorem opere compleuerint, an non est ita, vt sciam;* quasi dicat in admirationis modum (vt notarunt D. Antoninus *d. §. 2. versic. secundo.* Ignatius Lopez *ad cap. 89. practica Diaz. litera A. initio.* & Sayrus *d. cap. 5. num 16.*) vix possum credere tantum nefas reperiri in homine, vnde volo videre clarè hoc malum, si ita est, vt puniam. D. Paulus *ad Romanos cap. 1.* vocat idem vitium passionem ignominiæ, id est non nominandum; *Et tradit illos Deus* (ait) *in passiones ignominiæ, nam fœminæ eorum immutauerant naturalem vsum.*

Aristoteles 7.

Aristoteles 7. *Ethicorum cap.* 5. vocat bestiale, ferinum,& immane vitium.Mansonius *lib.de Venereis* vocat Scelestissimum flagitium. & Plato de hoc vitio loquens *lib. 8. de legibus : Abstinendum igitur* (inquit) *à moribus iubeo ; nam qui istis vtuntur , genus hominum dedita opera interficiunt ; in lapidem seminantes, vbi radices agere , quod seritur nunquam poterit.* Execrandissimum scelus vocat Saluianus *lib.7. de prouerb.* Hoc vitium feriunt illa verborum tonitrua, quibus Imperatores Constantius, & Constans *l. cum vir Cod. ad l. Iuliam de adulteriis* exagitant commutatores Veneris in aliam formam. *Cùm vir* (inquiunt) *in fœminam viris porrecturam* (in officium fœminæ se supponit ait ibidem Glossa) *quid cupiatur. vbi sexus perdidit locum ? vbi scelus est id , quod non proficit scire ? vbi venus mutatur in alteram formam ? vbi amor quæritur , nec videtur ? iubemus insurgere leges , armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt , vel qui futuri sunt Rei.* Andreas Gayllus de pace publica *lib.5. cap. 14. num. 16.* appellat crimen immane. Lactantius Firmianus *lib. 6. cap. 23. de Diuin. instit.* in Sodomitas inuehitur his verbis. *Non potest* (inquit) *hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum , quàm impios , & parricidas , quibus non sufficit sexus à Deo datus , nisi & sexum prophanè, ac petulanter illudant.*

D. Augustinus *in sermone de vitio sodomitico* ait ; *Ab hac immunditia Angeli fugiunt , Dæmones claudunt oculos.* Quo ostenditur vitium hoc vsque adeo esse abominabile, vt ipsi Dæmones ab eius aspectu abhorreant. Vnde D. Antoninus *d. cap.4. §. 2.* versic. *quarto,* Matthæus de Afflictis *in constit.Neap.lib.3.rubr.42.n.12.*Lopez *d.litera A.* & Sayrus *d. cap.5.num.*16. ex aliis dicunt quod ipse Diabolus postquam induxit hominem ad sic peccandum , statim fugit , nec potest cernere tam horrendum crimen , abhorrens ex nobilitate sua tantum scelus. & Hugo etiam *capitulo primo ad Romanos* ait, enormitatem huius flagitij ea eo ostendi , quod etsi legatur diabolum fuisse incubum sub specie viri , & succumbum sub specie mulieris , numquam tamen legitur succubum fuisse sub specie viri , D. Antoninus *d. §. 5.* versic. *Primo igitur* dicit istud vitium Sodomiæ excedere bestialem conditionem, *Quia*,inquit , *nulla bestia reperitur hoc agere ; nec enim commiscetur animal masculum cum masculo ; nec fœmina cum fœmina , nec equus cum equo, siue equa cum equa ; nec equus cum vitula , nec equa cum boue, sed masculus cum fœmina eiusdem speciei ; & per alia vitia homo efficitur similis bestiis , per istud autem vitium efficitur inferior omni bestia , cum nulla tantum turpitudinem agat.* Item D. Antoninus *eodem §.2.* versic. *Tertiò* , ait , *quod tota curia cælestis habet istos sceleratos Sodomitas in detestationem , & abominationem ; & quod ipse filius Dei rex totius Curiæ cælestis ita abominatur, quod , vt dicit D. Augustinus videns hoc vitium in humana natura introductum, ferè desiit incarnari, cum violetur per hoc vitium societas ,quæ nobis cum Deo esse debet* , vt ait idem D. Augustinus loco supra *num.6.* relato. Vnde in signum maximæ detestationis Magister historiarum Ecclesiasticarum ait in nocte Natiuitatis CHRISTI omnes Sodomitas mortuos esse subito : quod idem S. Hieronymus in id Esaiæ 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* testatur his verbis, *Lux illa vitio isto laborantes extinxit , ne natura , quam sumpserat tanta immunditia fœdaretur.* Aliqui (vt notarunt Lopez , & Antonius de literatis *locis* supra *citatis*) peccatum hoc Sodomiæ vocant mutum , eo quod sic offendat aures honestas, vt de illo nec loqui quidem fas sit ; & ea ratione iustissimè apud omnes saltem Christianos appellatur nefandum; & quod tantæ sit turpitudinis , quod non est fandum, nec fari de eo liceat. Pius V. in constitutione facta contra Sodomitas Anno 1568. appellat *Horrendum , & dirum scelus.* Denique omissis pluribus aliis , quibus Clemens Romanus *6. constit.cap.*27. D. Chrysostomus *lib. 3. aduersus vituperatores vitæ Monasticæ*; Guilielmus Parisiensis *de sacram. matr. cap.* 2. Clemens Alexandrinus *2. pædag. cap.*10.& *lib. 3. cap.* 3. Petrus Damianus *opusc.* 7. Thomas Cantipratensis *lib. 2. cap.* 20. Petrus Blesensis *de Confess. sacram.* Alanus *in planctu naturæ* , & alij nefandum vitium exagitant ; de eodem Franciscus Fornicus Theologus celeberrimus *lib. 3. demonstrationum tract. 7. cap.*6. scribit hæc , *Clamat in cælum huius sceleris magnitudo , horroreque concutit naturam , & stupere facit circunstantes parietes , saxa, aerem , solem contremiscere , vincens turpitudine omnem immunditiam , scelere omnem iniquitatem.*

Ex his igitur manifeste conuincitur peccato sodomiæ inesse specialem rationem deformitatis, quæ in infinitum excedat deformitatem mollitiei , & consequenter hæc duo peccata habere deformitates specie diuersas, alioqui oporteret dicere Diuinam scripturam, præfatos sapientes , Sanctos Patres , & summum Pontificem inanem exaggerationem contra vitium sodomiticum tenuisse. Et certè dum prædicta , & alia similia, quibus sodomitici peccati turpitudo demonstratur, & damnatur , considero , vix mihi possum persuadere Catholicum Doctorem , qui eadem considerauerit , posse serio , & intellectus assensu admittere in mollitie, & concubitu sodomitico vnius , & eiusdem speciei deformitatem.

Tertia probatio ex pœnis grauißimis delicti Sodomiæ , & bestialitatis.

Tertio probatur ex pœnis delicti Sodomitici , & bestialitatis specialibus, & grauissimis, & in primis quoad pœnas Sodomiæ , cum hoc crimen sit adeo atrox , & 8.
enorme, ac scelestissimum, vt prædicta demonstrant, est maximè prouocatiuum diuinæ indignationis , vt notarunt Doctores supra allegati, & præsertim D. Antoninus *d §.5.*Vnde etiam dicitur clamare ad Deum pro vindicta, ita Genesis 18. ait Deus , *Clamor Sodomorum , & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis :* & ad Loth iustum , & ab infandis Sodomitarum stupris abhorrentem Angeli sic locuti sunt: *Delebimus locum istum , eo quod increuerit clamor eorum coram Domino , qui misit nos , vt perdamus illos , igitur Dominus pluit super Sodomam , & Gommorrham sulphur, & ignem , à Domino de cælo , & subuertit Ciuitates has, & omnem circa regionem* Genesis 19. Hinc etiam Imperator in Auth.*Vt non luxurientur contra naturam*, collat.6. ait propter hoc vitium Deum immittere bella , famem; pestes , terræmotus & similia. Propterea Deus non solum *Leuit.*18. prohibuit coitum sodomiticum, illis verbis , *Cum masculo non commisceberis coitu fœmineo , quia abominatio est* ; sed etiam pœnam eiusdem delicti capitalem Leuit. 20. *Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo vterque operatus est nephas , morte moriatur , sit sanguis eorum super eos* : modus autem mortis an esset lapidationis , vel iugulationis , Abulensis *in Matth. 5. q.* 517. dicit fuisse lapidationis , sicut pro adulterio fiebat, quia ista pœna erat apud Iudæos multum vulgata ; & præterea seuerissima vltione puniuit Deus vitium istud subuertendo quatuor vrbes *Deuteronomij* 29. mittens super eas sulphur , & ignem per Angelos vt *dicto cap.* 19. *Gen.* in quo non solum qui peccauerunt, puniti sunt, sed etiam qui nunquam peccauerant , scilicet paruuli citra vsum rationis vsque ad infantem vnius horæ , quia nihil viuum mansit in Sodomis; quod ad detestationem criminis factum est , vt filij pro parentibus punirentur. Quatuor autem illæ Ciuitates , vt *d. cap.* 29. dicitur, fuerunt Sodoma , Gommorrha , Adama , & Seboim. Quinta enim scilicet Segor non fuit tunc subuersa ad preces Loth *Gen.* 19. & mansit postea illa Ciuitas , notat Abulensis in *Matth. 5. q.* 213. quamuis aliqui velint, quod fuerint quinque Ciuitates , vt dicitur *cap. Clerici de excess. Prælat.* inter quas comprehendunt Segor , vt Glossa *in d. cap. Clerici.* & aiunt etiam quidam, quod

tres Ciuitates istarum combustæ suot ptopter proprium delictum, & duæ propter viciniratem, vt dicitur *can. sed & continuò d. 1. de pænitentia.* Noo sulum fuit pœna grauis sodomitarum, sed etiam (vt notant Glossa *in d. can. sed & continuo*, & Abulensis *in Matth. 5. quæst.* 17.) in exemplum omnibus sæculis subuersis Ciuitatibus mansit, seu effectum est mare; in quo contra naturam omnia sunt vt attestetur vitium eorum, qui ibi perierunt, nam aqua illa non est natabilis, neque potabibilis; ibi nihil viuens mergi potest, quantumcumque ponderosum sit, non habentia vitam merguntur; ferrum natat, pluma mergitor; ibi suot poma pulcherrima exterius, interiùs autem plena fauilla, & cinere. ita Glossa, & Abulensis.

9. Contra sodomitas etiam legibus humanis ciuilibus, & Ecclesiasticis statutæ sunt grauissimæ pœnæ, & quidem iure ciuili pro coitu masculi cum masculo imponitur pœna capitalis *d. l. cum vir C. ad l. Iul. de adult. §. item lex Iulia instit. de pub. iud.* & *Cod. Theodosiano lib. 9. tit.* 7. idem talem coitum habentes declarantur infames *d. l. cum vir.* eorum bona confiscantur; & testamenti factionem amittunt iuxta plures; & alias pœnas incurrunt, de qoibus Salzedo *ad d. cap. 69. practica Diaz.* Mænochius *de arbitr. casu* 186. Gomez *ad l. 80. Tauri à num.* 32. Farinacius *in praxi q.* 5. *q.* 148. & alij apud eosdem, & alij relati ab Augustino Barbosa *collect. ad d. cap. Clerici num.* 11. & idem Barbosa *de officio, & pot. Episcopi allegat.* 44. Iure etiam municipali multarum prouinciarum, & vrbium grauissimè punitur crimen sodomiæ. Mediolani extat noua constitutio *in tit. de pœnis §. sodomita.* qua ita sancitum est; *sodomitæ tàm agentes, quàm patientes igne comburantur.* eandem pœnam indicit statutum Papiæ *in criminalibus rubr. de pœna sodomitæ*: simile etiam statutum extat Ferrariæ *in lib. 3. rubr. de vitiis carnis.* Iurè autem communi Canonico committens delictum sodomiæ si est laicus, debet excommunicari; si Clericus debet deponi, & à Clero eiici, vel ad agendam pœnitentiam in Monasterio detrudi *d. cap. Clerici de excess. Prælat.* & idem si est religiosus, cum non possit priuari aliquo honore sæculari, debet detrudi in aliquod Monasterium arctius ad pœnitentiam ibi agendam in perpetuum, vt docent Hostiensis *in summa d. tit. d. excess. Prælat.* & Abulensis *d. q.* 117. Rigidiùs tamen cum Clericis, & religiosis sodomitis procedi voluit Pius V. *in sua constitutione* suprà *allegata* incipiente *Horrendum scelus de Anno* 1568. *sub data Romæ die 3. septembris*, vbi illos priuat omni priuilegio Clericali, officio, & dignitate, & decreuit, vt per Iudicem Ecclesiasticum degradentur, & Iudici sæculari tradantur vltimo supplicio afficiendi. De quibus pœnis Ecclesiasticis, & aliis, quas incurrunt sodomitæ latè Lopez *d. cap.* 89. *practica Diaz*, Mænochius, Farinacius, Barbosa *locis* suprà *allegatis.* Azorius, Sayrus, Reginaldus, Bonacina, Fagundez, Turllench, Filliuceius *locis* suprà *num. 1. allegatis*, & alij, quos latè allegat Augustinus Barbosa dicto Collectaneo *ad d. cap. Clerici num. 2. de excess. Prælat.* Et prædictæ quidem pœnæ tàm à Deo, quàm ab hominibus latæ sunt expressè contra vitium sodomiticum masculi cum masculo. De vitio autem, seu sodomia, aut coitu fœminæ ad fœminam non statuitur pœna in lege Diuina Mosaica, nec in humana ciuili, aut Ecclesiastica. Quod lex Diuina data Iudæis non posuerit pœnam Abulensis *d. q.* 117. ait rationem esse, quia per istud vitium fœminæ ad fœminam non videbatur tantum infamari natura humana, sicut per vitium sodomiticum masculi, nec etiam impediebatur proles sicut in sodomitico masculi, quia perit origo prolis. Nam si licuerit masculis ad masculos accedere, & hoc exercuerint sublata est omnis spes prolis, quæ habetur, nisi à masculo, & fœmina; quod autem fœmina non tangat fœminam non impedit generationem, quæ cum viro fit, imò magis incitat ad illam, quia per tales coitus incitantur magis fœminæ in libidinem, & quærunt modum, quo expleri possit. Quoad autem legem humanam idem Abulensis *ibidem* dicit eam non punire specialiter crimen istud mulierum, quia non infamat Rempublicam sicut sodomiticum masculorum, & etiam quia rarius est, ita Abulensis *d. q.* 117. At etiam Sodomiam mulieris ad mulierem, si simul duæ mulieres coëant medio aliquo instrumento, quo emittatur semen in vas naturale, vel præposterum mulieris patientis puniri eadem pœna à iure ciuili imposita sodomitis masculis ob rationis identitatem post alios tradunt Gomez *ad d. l. Tauri* 80. *num.* 34. Mænochius *de arbitr. addit. ad d. casum* 286. *num.* 48. & Farinacius *d. q.* 148. *num.* 41. *&* 42. & eandem etiam pœnam habere locum in fœmina tanquam vir medio instrumento coëunte cum viro in parte præpostera alios allegantes tradunt iidem Gomez *d. num.* 34. versic. *& idem est*, & Farinacius *d. quæst.* 148. *num.* 43.

Bestialitatis vitio quoque à Deo in lege veteri grauissima fuit statuta pœna vltra specialem prohibitionem; vetuit autem viris Deus *Leuit.* 18. ibi: *Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo*; fœminis autem vetuit etiam ibidem, *Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia scelus est.* Pœna autem mortis pro hoc delicto imponitur *Leuit.* 20. ibi: *Qui cum iumento, & pecore coierit morte moriatur, pecus quoque occidite*; & de muliere idem statuitur, quod occidatur ipsa, & etiam pecus, quod cum illa coiuit. *eod. cap.* 20. *Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento simul interficiatur cum eo, & sanguis eorum sit super eos.* intelligebatur autem (inquit Abulensis *in Matth. 5. q.* 118.) quod lapidarentur ambo, quia ista mors infligebatur pro coitu damnato in veteri testamento. occidebatur autem & pecus, seu iumentum, in quo non poterat esse culpa (inquit idem Abulensis) ad detestationem criminis, vt iudicetur magnum fuisse crimen, pro quo Deus non solum hominem, aut mulierem peccantem, sed etiam pecora, & quæcunque alia animalia (iumentum enim *d. cap.* 20. accipitur largè pro quocunque animali) occidi iubet, quæ non peccauerunt, sicut iubebat Ciuitates, in quibus idola colebantur, destrui, & cremari; & ita non solum ciues, qui peccauerant, sed etiam vrbes, quæ non peccabant, destruebantur; fuit etiam alia causa iuxta eundem Abulensem, scilicet, vt tolleretur memoria criminis. Nam si pecus, cum quo aliquis coiisset superuiueret eo occiso, & agnosceretur, quandocunque videretur, veniret in memoriam illud crimen. & esset hominibus tentatio ad similia perpetrandum cum eodem, vel cum alio. Debebat ergo perire memoria huius facti, vt non esset occasio ad malum, vt ait S. Augustinus *super Leuiticum*; & habetur *can. mulier* 15. *q.* 1. scilicet, *pecora inde credendum est iussa interfici, quia tali vitio contaminata indignam refricant facti memoriam* Detestabatur autem ita Deus istam mixtionem hominis cum aliis animalibus, quod etiam inter ipsa animalia prohibuit hoc fieri *Leuit.* 19. ibi: *Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.* Hoc autem principaliter (vt Abulensis) vetabatur, ne ex hoc ipsi Iudæi, qui erant infirmi, haberent exemplum, & incitamentum ad coëundum cum animalibus alterius speciei. Nobis vero hodie non est vetitum iumenta nostra facere coire cum animalibus alterius speciei, quando inde putetur sequi generatio alicuius animalis vtilis seruituti nostræ, sicuti in generatione mulorum: illa enim erat lex cæremonialis, vel iudicialis non obligans naturaliter, & ideo cessauit cum ipso statu veteris testamenti cessante. 10.

Leges autem humanas ciuiles, & Ecclesiasticas, ait idem Abulensis non imposuisse pœnam pro crimine bestialitatis, additque rationem esse, quia forte non est ita frequens, sicut sodomiticum, ideo illud magis oportebat puniri; tum quia non est tam infamatiuum Reipublicæ, tum quia non est tanta inclinatio ad illud 11.

sicut

ſicut ad ſodomiticum, quia quantò aliquid eſt extra ſpeciem rei, tantò minus ad illud res inclinatur; quia inclinatio eſt ad aliquid tanquàm ad bonum, & conueniens; quæ autem ſunt extra ſpeciem, minus conueniunt ſpeciei, quàm ea, quæ intra illam ſunt, quando vtriſque vti poſſumus ad eundem finem: ſecùs autem quando ea, quæ ſunt intra ſpeciem non pertinent ad illum vſum; ſic homo veſcitur cibis, qui non ſunt de ſpecie ſua, ſcilicet carnibus pecorum, non hominum; & bibit vinum non ſanguinem humanum. Ita Abulenſis *d.q.*118. At hoc vitium puniri pœna mortis, & flammarum poſt mortem docent Gomez *ad l.* 80. *Tauri num.* 35. Mænochius *in addit. ad d. caſum* 286. *num.*44. Iulius Clarus *in practica criminali* §. *fornicatio num.*22. *in* verſic. *cum animali bruto* Farinacius *d.q.*148. *num.*46. *n.*47. alij Iuriſperiti à Gomez, & Mænochio allegati; & ex Theologis Fagundez *d. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 23. Reginaldus *d. lib.*22. *num.* 51. Addit *ad Quarantam* verbo *ſodomia initio*, & Rodriquez *in ſum. p* 1. *cap.* 209. *num.* 2. Hi enim tres poſteriores tenent pœnas ſodomitis impoſitas habere locum in iis, qui committunt vitium beſtialitatis, cum hoc ſit multò grauius ſodomia, quod idem tenet Farinacius *d. num.* 47. & quidem Conſtantinus Harmenopolus (vt refert *loco citato* Mænochius) *lib.* 6. *tit.* 4. *de bruteſcentibus*, coëuntes cum brutis morte eſſe plectendos affirmauit his verbis. *Bruteſcentibus, hoc eſt, iis, qui cum iumentis, aut cæteris brutis animalibus concumbunt, pœnis præciditur*; iure etiam Luſitano (vt teſtatur Fagundez) nouæ recopilationis *lib.* 5. *tit.*13. *num.* 2. ille, qui carnaliter copulatur cum beſtia poſt naturalem ſtrangulationis mortem crematur cum illa; etſi illius bona non confiſcantur, nec ipſius filij, aut nepotes inhabiles fiunt, aut infames ad honores, officia, aut beneficia Reipublicæ. Et meritò hoc fœdiſſimum crimen vltimo ſupplicio punitur; quia non meretur, nec debet viuere homo, qui cum ſit homo, non viuit vt homo, ſed vt beſtia: imò etiam ſolum conatum ad coitum cum bruto, licet non fuerit conſummatus, ob illius atrocitatem, & fœditatem puniri pœna ordinaria mortis tradit Mænochius *d. num.*44. ex Boërio *deciſ.* 316. *num.* 5. vbi atteſtatur curiam Burdegalenſem iudicaſſe dignos morte fuiſſe illos, qui niſi fuerunt coire cum animali bruto; addens *num.* 6. fuiſſe viros illos combuſtos, bruta vero animalia laqueo ſuſpenſa, quod iudicium laudant, & approbant P. Gregorius *Tholos lib.* 36. *ſyntagmatum cap.*14. *num.* 15. & Iulius Clarus *loco citato*. Quod idem de attentante coitum ſodomiticum, & conante ad illum perficiendum eodem non conſummato, ſcilicet, puniri debere ordinaria pœna capitali tradiderunt Barbatia *conſil.* 64. *num.* 10. *& ſeqq. lib.*1. & Andreas Gayllus *de pace pub. lib.* 1. *cap.* 14. vbi dicit hanc ſententiam propter criminis immanitatem eſſe veriorem, & ſanctiorem: Et quamuis Mænochius *d. caſu* 286. *num.*7. & alij, quos referunt Farinacius *d. q.* 148. *num.*61. *&* 64. & Fagundez *d. cap.*9. *n.*9. ſentiant conatum non conſummato coitu ſodomitico puniendum eſſe non pœna ordinaria ſodomiæ delicto impoſita, ſed extraordinaria; nihilominus ſi attentans membrum impoſuiſſet intus anum, tunc licet poſtea membro extracto extra anum ſemen emiſiſſet, tunc fore pœna mortis puniendum, tenet idem Farinacius *num.* 65. aitque ita ſentire Afflictum, Pegueram, & Caballum; ſed de hoc infrà *num.*43. Hæc de pœnis grauiſſimis vtriuſque delicti ſodomitici, & beſtialitatis.

12\. Cùm igitur vtrumque peccatum ſodomiæ, & beſtialitatis & Deus, qui eſt infinita ſapientia, & ipſa iuſtitia, & homines legiſlatores ſapientiſſimi ob vtriuſque maximam fœditatem pœnis grauiſſimis dignum exiſtimauerint; putarunt etiam turpitudinem ac deformitatem ſpecialem tam ſodomiæ, quam beſtialitatis in infinitum ſuperare turpitudinem ſimplicis pollutionis; atque adeo habere ſpeciales rationes turpitudinis, atque deformitates ſpecie diuerſas; vt propterea non parum mirandum videatur, quod reperiatur Theologus, qui ita extenuet horum immanium, & fœdiſſimorum ſcelerum deformitatem, vt aſſerat eum, qui habuit coitum ſodomiticum, aut beſtialem ſatis explicare ſuum peccatum, ſi in Confeſſione dicat, ſe procuraſſe pollutionem. Qua certè Doctrina aperitur latiſſima via ad huiuſmodi ſcelera, præſertim ſodomiæ perpetranda, quam & Deus, & humani legiſlatores præfatis grauiſſimis pœnis curarunt claudere, quantum fieri potuit; ſublato enim illo fræno erubeſcentiæ, quam homines experiuntur in confitendo peccatum ſodomiæ, & beſtialitatis aperiendo circunſtantiam coitus fœdiſſimi: Quis non videat, ſtante inclinatione ad turpia, & voluptates venereas omnis generis in natura corrupta, huiuſmodi ſcelera fore inter homines multiplicanda nimis, ferè ad inſtar antiqui temporis ante Chriſti aduentum. Præterquam, quod etiam tali Doctrina redditur omninò inanis, & inutilis reſeruatio peccati ſodomitici, cuius abſolutionem ferè vbique, præſertim in Italia Epiſcopi volunt ad ſe ſpectare.

Quarta probatio concluſionis ex auctoritate Theologorum, & Summiſtarum.

Quarto probatur concluſio ex auctoritate Theologorum, & ſummiſtarum communiter aſſerentium mollitiem, ſodomiam, beſtialitatem eſſe ſpecies diuerſas peccati contra naturam habentes deformitates ſpecie diſtinctas, ita expreſſè ex Doctoribus ſupra *num.* 1. enumeratis, Caietanus *d. art.* 11. *dub.* 1. Valentia *d. p.* 3. verſic. *peccatum contra naturam*, Azorius *d. lib.*3. *cap.*17. *q.*1. Leſſius *d. dub.* 13. *num.* 90. Fagundez *d. cap.* 9 *n.* 6. Villallobos *d. difficultate* 15. *num.* 2. (vbi dicit ita omnes tenere) Bonacina *d. q.*4. *puncto* 11. *num.* 1. Ouiedus *d. p.* 3. *num.* 54. Sayrus *d. cap.*5. *num.*5. 16. *& ſeqq.* Turllench *d. cap.*1. *dub.* 8. *initio num.*8. Summa Corona, Lopez, Chappeauille *locis* eodem *n.* 1. *citatis*. & Llamas *d. p.* 3. *cap.* 8. §. 20. Et ex Summiſtis idem expreſſè aſſerunt D.Antoninus *d. p.* 2. *tit.* 5. *cap.* 4. *initio*. Sylueſter *v.* luxuria *quæſito* 1. verſic. *vitium vero contra naturam*. Roſella v. *eodem num.* 2. *fine*. Toletus *lib.* 5. *cap.* 13. *n.*1. idem expreſſè docet Tabiena *verbo* luxuria *n.*7. & clarius *num.* 8. *circa finem*. vbi habet hæc verba. *Et peccatum contra naturam habet tres ſpecies prima eſt ſodomia &c. ſecunda ſpecies eſt mollities, tertia eſt beſtialitas*; quare malè citatur à Filliuccio pro contraria parte: idem docent communiter Theologi, & ſummiſtæ tam antiqui, quam recentiores. Et idem omninò ſentit S.Thomas, qui dum *d. q.* 154. *art.* 1. ponit peccatum contra naturam eſſe ſextam ſpeciem peccati luxuriæ. *&* *art.*11. dicit peccatum contra naturam eſſe determinatam luxuriæ ſpeciem; non loquitur de ſpecie ſpecialiſſima, ſed de ſubalterna continente ſub ſe tot ſpecies ſpecialiſſimas diſtinctas, quot ſunt diſtincti, & varij modi peccandi contra naturam, quos numero quatuor enumerat, & explicat *eodem art.* 11. & quod S.Thomas loquatur, & intelligi debeat de ſpecie ſubalterna tradunt in terminis Caietanus, Summa Corona, & Toletus; & ita intelligunt alij. Et confirmo primo ex Caietano, & Summa Corona, quia S.Thomas *art.* 1. *in titulo articuli* enumerando ſpecies luxuriæ quas aſſignat ſex, dicit vitia contra naturam in plurali; & pariter *art.*12. *in corpore*, & *in reſponſione ad* 4. dicit vitia in plurali in reſponſione ad 4. verba eius ſunt. *Et ideo inter vitia, quæ ſunt contra naturam, infimum locum tenet peccatum immunditiæ* in corpore; *Quia ergo vitiis, quæ ſunt contra naturam* &c. pluralis autem numerus (vt rectè Caietanus notat) inſinuat pluralitatem vitiorum ſpecificam, nam ratione numeralis diſtinctionis non fieret ſermo pluralis. Secundo quia præfatæ ſex ſpecies luxuriæ, ſcilicet ſimplex fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & vitium contra naturam, quas S.Thomas *art.* 1. ponit, & declarat, licet ſufficienter contineant omne pecca- 13.

tum

tum luxuriæ, vt idem S.Thomas probat, non tamen sunt (vt obseruat Abulensis *in Matth. 5. q. 187.*) species omninò specialissimæ, quia sub istis sunt aliæ specialissimæ; nec per hoc desinit esse bona illa diuisio, quia fat est, vt ait idem Abulensis, per diuisionem generalem contineri omne peccatum luxuriæ sub eisdem speciebus; sicut dicuntur esse quatuor species qualitatis, sub quibus omnes species qualitatis continentur, siue omnes qualitates continentur, & tamen non sunt ipsæ specialissimæ, quia sub qualibet earum sunt multæ species, imò multa genera qualitatis. Sicut ergo incestus non est vna species specialissima, sed subalterna iuxta Doctores communiter, ita vitium contra naturam positum est à S.Thoma vt vna species luxuriæ non specialissima, sed subalterna, sub qua sunt tot species specialissimæ, quot sunt modi distincti peccandi contra naturam. Itaquè licet S.Thomas non fecerit expressam mentionem de diuersitate specifica vitij contra naturam, illam tamen non negauit, sed admisit, & insinuauit tum loquendo in plurali numero, tum enumeratione specierum luxuriæ, quæ non sunt omninò specialissimæ; tum quia locus ab auctoritate negatiuè non valet, vt notat etiam Caietanus *d. art. 11. dub. 1. fine.* Quare Astensis, & Armilla *locis supra num. 3. allegatis*, idem Abulensis *d. q. 187. & quæst. 201.* Angelus verbo *luxuria*, Nauarrus, Graffius, & alij, dum ponunt peccatum contra naturam vnam speciem luxuriæ explicando postea modos varios, quibus contingit peccari carnaliter contra naturam, intelligi debent sicut S.Thomas, quem sequuntur, sicut & alij Theologi de eodem vitio contra naturam tanquam de peculiari specie peccati luxuriæ agentes scilicet de specie subalterna. Neque enim vllo modo trahendi sunt Doctores ad singularem sententiam discrepantem à communi Doctorum consensu, quando iuxta eundem communem Doctorum consensum interpretationem patiuntur: Quare nullo modo priori sententiæ Caramuelis, & Filliuccij S.Thomas, Armilla, Astensis, aut alius Doctor fauet; neque possunt iidem Caramuel, & Filliuccius reddere aliquo modo probabilem propriam, & singularem opinionem auctoritate aliorum Doctorum, quos sine vllo prorsus vero fundamento; & solum propter loquutionem generalem, & per locum ab auctoritate negatiuè, pro hac sua opinione allegant: Et certè non nisi temerè in re grauissima (qualis est præsens) propter verba generalia, & vniuersalia obiter, & non nimis clarè prolata, & admittentia interpretationem, vt communi sententiæ non repugnent, Doctorum auctoritatem quis potest sibi fingere ad praxim similium opinionum singularium, & communi aduersantium tutam in conscientia iudicandam. Et hæc latius volui annotare, ne quis decipiatur existimando præfatam opinionem Caramuelis, & Filliuccij posse existimari probabilem ratione auctoritatis aliorum Doctorum, quos ipsi citant, cum verè omnes contrarium sentiant, & Doctrinam conclusionis nostræ sequantur, & teneant. Veniamus ad principia intrinseca, & rationem. igitur

Quinta probatio sumpta ex principiis intrinsecis.

14. Probatur quinto eadem conclusio ratione. Nam peccata, in quorum quolibet inuenitur specialis deformitas, seu dissonantia ad rectam rationem, seu naturam rationalem distinguuntur specie, vt docet S.Thomas *d. art. 11.* Abulensis *d. quæstione 206.* & tradunt communiter Doctores agentes de distinctione specifica peccatorum; & constat etiam ex traditis suprà *in titulo 9. de ieiunio Ecclesiastico num. 181. & 282.* vbi ostensum est rationem peccati consistere in deformitate, seu dissonantia cum recta ratione, seu cum natura rationali; & ea peccata esse specie distincta, quæ distinctam deformitatem, & dissonantiam ad rectam rationem, seu naturam rationalem habent. At illi modi peccandi contra naturam, nempè mollities, coitus sodomiticus, & coitus bestialis ex se, & intrinsecè habent singuli diuersam deformitatem, & dissonantiam cum natura rationali, ergo specie inter se distinguuntur; consequentia est clara; maior est iam probata; minor verò, quod diuersa deformitas, & dissonantia sit in coitu hominis cum bestia, vel altero homine in vase præpostero, quam in simplici pollutione, tametsi omnes hi actus venerei æquè generationi opponantur, & habeant eundem effectum effusionis seminis extra vas naturale, apertè demonstrant tradita in præcedentibus ex D.Augustino, & sacris scripturis, ex professoribus humanæ sapientiæ, & ex Sanctis Patribus, & aliis Doctoribus, à quibus summa turpitudo, & fœditas sodomiæ reprehenditur, & damnatur; demonstrans grauissimæ pœnæ imposita vitio sodomitico, & bestialitatis, demonstrat, & clamat communis omnium etiam illiteratorum, & rudium apprehensio; omnes enim longè magis horrent sodomiam, & bestialitatem, quam pollutionem propriis, vel alienis tactibus procuratam. Et experientia Confessariis constat plures ex hominibus, qui coitum bestialem commiserunt ita erobescere in illius manifestatione in Confessione, vt vel illum confitendo fuerint per multos annos, vel abstinuerint omninò à sacramentali Confessione; & idem euenit sæpè in committentibus coitum sodomiticum. Ad confirmationem præfatæ rationis, & maiorem conclusionis faciunt rationes, quas adducunt Lessius, Fagundez *locis citatis*, Filliocclus *d. cap. 8. num. 142.* & Caietanus *d. art. 11. dub. 1.*

Quorum prima adducta à Lessio, Fagundez, & Filliucio est, quod singuli præfatorum modorum peccandi contra naturam habent peculiarem, & distinctam deformitatem, ac turpitudinem luxuriæ repugnantem castitati, vt ex traditis *num. 4.* clarè colligitur. Vt enim omnia peccata specie differant quoad deformitatem, ac turpitudinem, seu malitiam, non est necesse, vt sint diuersis virtutibus opposita, sed sat est, vt habeant diuersum modum oppositionis erga eandem virtutem, vel habeant obiecta adæquata specie diuersa, vt suprà *tit. 9. de ieiunio Ecclesiastico num. 292.* dictum est, Et est communis Theologorum sententia, & patet in auaritia, & prodigalitate eidem liberalitati virtuti oppositis. In peccatis contra temperantiam per excessum, & defectum; in contumelia, & detractione contra charitatem, & iustitiam; item in detractione, furto, & homicidio, pariter contra iustitiam. Secunda ratio, quam Fagundez, & Filliucius adducunt, est, quia quilibet ex præfatis modis peccandi contra naturam suo modo, & speciali malitia priuat bono aliquo à natura ordinato ad finem generationis humanæ; nam mollities priuat bono coniunctionis inter marem, & fœminam, & principio agenti, quod natura ad generationem propriè ordinauit. Sodomia inter personas eiusdem sexus priuat bono proportionis inter media naturalia ad eandem generationem ab auctore naturæ instituta, quæ sunt vt actus venereus fiat ab agente, & patiente eiusdem sexus. Bestialitas priuat ideo ratione speciei personarum, quæ etiam in omni congressu animalium naturaliter reperitur. Sodomia inter personas diuersi sexus priuat bono coniunctionis proximorum principiorum, quæ ad generationis finem requiruntur. 15.

Ratio à Caietano adducta desumitur, ex motiuis diuersis, quæ quilibet ex dictis modis habet, sufficientibus ad priuandum eodem bono generationis humanæ, id quod etiam colligitur ex traditis *d. num. 6.* & ita format Caietanus argumentum. Nam species moralium vitiorum (Inquit) non semper sumuntur penes species bonorum priuatorum, sed etiam penes diuersa motiua per se sufficientia ad priuationem vnius, & eiusdem boni; vt patet (ait) in duobus extremis vitiis temperantiæ, & quæ idem bonum tollunt, sed diuersimodè scilicet per excessum, & per defectum. Nam vbicunque occurrunt

occurrunt diuersa motiua quorum quodlibet est per se sufficiens ad priuandum bono alicuius virtutis moralis, ibi diuersa vitia secundum speciem ponenda sunt, vt patet in exemplis datis, & in speciebus gulæ; sed diuersa constat esse motiua in prædictis modis, seu peccatis contra naturam; ita quod quodlibet motiuum est per se sufficiens ad corruptionem naturalis ordinis actus venerei humani; ergo diuersæ sunt species peccati contra naturam: Minorem probat Caietanus, quia mollem mouet sola expletio voluptatis venereæ, sodomitam cum altero eiusdem sexus mouet persona indebiti sexus; bestialem mouet suppositum alienæ speciei, sodomitam cum persona eiusdem sexus, seu abutentem fœmina extra vas naturale mouet delectatio in parte indebita; & coëuntem innaturaliter cum fœmina mouet delectatio indebiti modi; & quodlibet horum est per se sufficiens motiuum ad corrumpendum naturalem ordinem statutum in actu venereo humano, vt patet per se; ergo rationabile est ponere præfatas quinque species vitij contra naturam. ita Caietanus, qui etiam addit istam distinctionem specificam consonare cum metaphysicæ Doctrinæ: nam cum vitium contra naturam constituatur in impossibilitate generationis humanæ ex seminatione humana; consequens est, quod vbicunque quædam impotentia generationis humanæ in seminatione humana committitur; ibi per se diuersitas fit; quia sicut fiaio pedis pedalitas quædam est; & ideo per se diuersificatiua pedis, ita seminatio in sexo indebito impossibilitas quædam est generationis humanæ ex semine, & sic de aliis: tum moralibus distinctiuis, quia quodlibet istorum dissonat secundum se à ratione naturali, vt in prima mea ratione ostensum est; & est per se motiuum ex parte actus venerei, licet ex parte operantis possit aliud esse motiuum; & est per se corruptiuum boni specialis virtutis moralis puta castitatis, quæ est ratio prima à Fagundez, & Filliuccio adducta. Demum ait præfatam diuersitatem specificam consonare propriis vitiis contra naturam; nam vitium istud, vt patet ex *dicto numero* 4. hoc habet proprium, quod naturali ordini actus humani venerei secundum ipsum actum opponitur; prædicta autem motiua omnia secundum opposita etiam naturaliter dicto ordini naturali attenduntur. prædicta omnia Caietanus *d. art.* 11. *dubio primo*.

17. Aduertit autem idem Caietanus *d. dub. primo* modum innaturalem concumbendi cum fœmina seruato debito sexu, & vase, licet secundum se, & ex natura sua præcisè habeat specialem turpitudinem, & dissonantiam à recta ratione, seu rationali natura, quatenus aduersatur ordini, & modo concumbendi à natura præscripto, seu priuat bono modi debiti coëundi (est enim iste modus naturalis concumbendi consistens in eo, quod concubitus non fiat auersè, vel viro succumbente ex se, seu secundum se bonum quoddam naturale speciale. vt ait idem Caietanus, & constat ex D. Thoma, & ex aliis Doctoribus *suprà* allegatis, cum modos peculiariter bonum constituat, si quidem bonum consistit in modo, specie, & ordine) tamen quia se solo, seu vt talis non habet repugnantiam ad finem generationis, quæ tali modo indebito seruato debito vase non impeditur, & ita non est contra, sed præter naturam; esse imperfectam speciem peccati contra naturam, quæ etiam non habet ex se nisi malitiam venialem, & aliquando potest excusari ab omni culpa, vt suprà *num.* 4. latè explicatum est; & forte hac de causa nonnulli ex Doctoribus suprà *num.* 13. allegatis, vt Rosella, Tabiena, Llamas, Fagundez, & alij in enumerandis speciebus peccati contra naturam fecerunt mentionem solum sodomiæ, & bestialitatis, & mollitiei, omisso præfato modo indebito coëundi seruato debito sexu, & vase.

18. Prædictis ad magis demonstrandum in coitu sodomitico, & bestiali esse rationem specialis deformitatis, turpitudinis, & dissonantiæ ad rectam rationem, seu naturam rationalem, quæ in mollitie non est, addo doctrinam communem, quam tradit Sanchez *lib.* 10. *de matr. allegata disp.* 4. *num.* 3. & sequuntur etiam Fagundez cum aliis *d. cap.* 9. *num.* 8. & Lessius *d. dub.* 14. *num.* 91. versic. *eidem flagitio*, scilicet quod per concubitum sodomiticum, & bestialem consummatum intra vas præposterum hominis, vel fœminæ, & intra vas naturale, vel stercorarium bruti homo concumbens efficitur vna caro cum homine, vel bruto cui sic turpiter per coitum copulatur, & non minus quàm efficiantur vna caro vir, & fœmina per coitum naturalem intra vas naturale consummatum. Quapropter non solum fornicationem, sed etiam sodomiam, & bestialitatem esse causam sufficientem diuortij, quia sicut coniux per fornicationem, ita etiam per concubitum sodomiticum, aut bestialem perfectè consummatum per seminis effusionem intra vas præposterum hominis, vel in vase bruti diuidit carnem suam in alium, & consequenter perfectè violat fidem matrimonij quo coniuges ipsi efficiuntur vna caro iuxta illud Gen. 2. *Erunt duo in carne vna*; tradidetuor Sotus *in* 4. *dist.* 36. *q. vnica art.* 1. versic. *vtrum verò*. & communiter Theologi ac summistæ, quos latè refert, & sequitur *loco citato* Sanchez. Cùm igitur per concubitum bestialem homo efficiatur vna caro cum bestia, quis audebit negare esse in tali concubitu rationem specialis deformitatis, & dissonantiæ?

Responsio ad fundamenta sententiæ Caramuelis, Filliuccij, & Dianæ.

Ex dictis apertè constat sententiam Caramuelis, & etiam Filliuccij, & Dianæ (quatenus asserunt esse probabile omnia peccata contra naturam esse eiusdem speciei infimæ, & non subalternæ, licet dicant contrarium esse probabilius) carere omni authoritate aliorum Doctorum, non esse conformem philosophiæ, sed repugnantem eius principiis moralibus, & metaphysicis; & nullo niti fundamento, vel saltem solum leuissimo, & nullius momenti; vt propterea non videatur opus distincta responsione ad ea, quæ ipsi ad confirmandam præfatam sententiam propriam, & singularem adducunt. Verum vt magis, ac magis eorum leuitas appareat dico esse respondendum 19.

Igitur ad fundamentum plusquam leuissimum Caramuelis suprà *num.* 2. positum. Respondeo furtum argenti, & furtum armentorum quoad malitiam moralem non distingui specie, licet obiecta materialia specie physica distinguantur, quia furtum pro obiecto adæquato habet ablationem facultatum, seu rerum externarum corporalium alienarum, & quæuis earum furto surripiatur, eadem specifica deformitas erga iustitiam, & dissonantia ad rectam rationem existimatur inesse, & verè inest. Furtum enim quatenus iustitiæ repugnat, consistit in hoc, quod auferatur facultas seu res aliena inuito domino; & omnes concipiunt eandem deformitatem, & dissonantiam secundum speciem siue hæc, siue illa res aurum, argentum, vestimentum, animal furto surripiatur, quia sunt bona eiusdem ordinis. E contra vero licet detractio, & homicidium opponuntur eidem virtuti iustitiæ, quia tamen habent obiecta adæquata diuersa à furto, & etiam inter se, & priuant bonis diuersi ordinis; nempè detractio habet pro obiecto adæquato ablationem famæ, & homicidium ablationem vitæ, ac proinde etiam diuerso modo tendunt contra eandem iustitiam; ideo inter se, & à furto habent malitias contra iustitiam specie diuersas, vt ostensum est suprà *tit.* 9. *de ieiunio Ecclesiastico num.* 292. quia habent specialem, & peculiarem repugnantiam, & deformitatem erga eandem virtutem iustitiæ, diuersamque dissonantiam ad rectam rationem, seu naturam rationalem, eo enim ipso quod priuant bonis genere diuersis nimirum furtum facultatibus, detractio fama, Homicidium vita, quorum vnum habet diuersam æstimationem ab altero iuxta rem ipsam, & communem hominum 20.

hominum apprehenſionem, nam fama cenſetur altioris ordinis, quàm facultates, & vita quam fama, etſi tria præfata vitia, ſeu peccata vni, & eidem virtuti repugnent, & opponantur, tamen diuerſis rationibus, & modis opponuntur, & eorum quodlibet ſortitur ſpecialem & peculiarem malitiam, & deformitatem, ac diſſonantiam ex ipſa re ablata; & ita omnes apprehendunt aliam peculiarem malitiam, deformitatem, ac diſſonantiam in furto, aliam in detractione, aliam in homicidio. Vnde iuxta omnes in Confeſſione homicida non fatetur ſufficienter fatendo ſe abſtuliſſe rem alienam, ſed debet fateri abſtuliſſe vitam, & ſic detractor ſe abſtuliſſe famam, & fur abſtuliſſe facultates. Igitur in peccatis contra naturam non eſt philoſophandum ſicut in furtis diuerſarum rerum phyſicè ſpecie diſtinctarum, ſed ſicut in furto, detractione, & homicidio; nam licet mollities, ſodomia, & beſtialitas aduerſentur eidem virtuti caſtitatis, & æquè generationi humanæ opponantur; quia æquè conueniunt in eo effectu deciſionis ſeminis extra vas naturale; tamen quilibet ex his modis deciſionis ſeminis extra vas naturale habet ſecundum ſe peculiarem deformitatem, & diſſonantiam ad rectam rationem, & naturam rationalem; Et talis eſt communis omnium apprehenſio vt probatum eſt, ſicut verè ſunt abuſus actus venerei diuerſarum rationum, quorum quilibet etiam habet peculiarem, & diſtinctam turpitudinem repugnantem caſtitati, priuat peculiari bono ex his, quæ natura requirit in actu venereo humano; & quilibet habet motiuum ſufficiens ad corruptionem ordinis naturalis actus venerei humani; & habent etiam diuerſos effectus; nam abuſus actus venerei in mollitie nullum habet alium effectum, quam deciſionem ſeminis extra vas naturale, in coitu vero ſodomitico, & beſtiali habet alium effectum, cum per talem coitum concumbens efficiatur vna caro cum beſtia, cui copulatur, & cum homine, cui præpoſterè commiſcetur. Quare falſiſſimum eſt, & errorem manifeſtiſſimum continet id, quod loco citato ait Caramuel, nempè malitiam mollitiei, ſodomiæ, & beſtialitatis in hoc ſolum conſiſtere, quod ſemen extra vas naturale effundatur; cum clarè conſtet ex dictis modum effundendi per concubitum ſodomiticum, & per concubitum beſtialem habere ſpecialem deformitatem, & diſſonantiam diuerſam omninò ab ea, quæ reperitur in ſimplici effuſione ſeminis extra vas naturale procurata abſque concubitu contra naturam cum ſuppoſito alterius ſpeciei, vel perſona eiuſdem ſpeciei, & affectu ad talem concubitum; & conſequenter habere ſpecialem malitiam, quæ non reperitur in ſimplici pollutione. Quare quod mollities manuum tactibus procurata non habeat malitiam ſpecie diſtinctam à mollitie procurata tactu veſtium, ideo eſt quia illi duo, & alij ſimiles modi diuerſi procurandi pollutionem abſque concubitu contra naturam non habent rationem propriam, & diſtinctam ſpecialis deformitatis, & diſſonantiæ ad rectam rationem, quia verè non ſunt diuerſi modi peccandi contra naturam, ſed vnus, & idem modus peccandi contra naturam priuans vno, & eodem bono, ſcilicet coniunctione duorum, quem natura requirit in actu venereo humano, & habens vnum, & idem motiuum, ſcilicet ſimplicem expletionem voluptatis venereæ, & non diuidens carnem ad alium.

21. Hinc ad rationes Filliuccij poſitas *num.* 3. ad primam patet ex dictis malitiam peccati contra naturam non conſiſtere formaliter in eo ſolum, quod ſemen effundatur extra vas naturale, vt inde ſequi non poſſit generatio, ſed etiam modus effundendi ſemen extra vas naturale, & ſine effectu generationis per concubitum contra naturam habere ſingulos propriam, & peculiarem deformitatem, diſſonantiam, & malitiam. Ad ſecundam etiam, & tertiam rationem conſtat ex dictis eſſe leuiſſimas, & nullius momenti, quia non quilibet varius modus procurandi pollutionem, ſeu non quælibet diuerſitas explendi voluptatem veneream per ſeminis effuſionem abſque concubitu contra naturam, vel affectu ad talem concubitum habet, ſeu fundat ſpecialem, & diuerſam deformitatem, & diſſonantiam; quia ſemper ſequitur priuatio vnius, & eiuſdem boni ordinis naturalis, & ſemper adeſt vnum, & idem motiuum, ſcilicet ſola expletio voluptatis venereæ, & caro non diuiditur ad alium. Modi vero peccandi contra naturam per concubitum ſodomiticum, & beſtialem fundant, & habent ſpecialem, & diuerſam deformitatem, & diſſonantiam, vt demonſtratum eſt in præcedentibus ex tot principiis extrinſecis, & ex tot rationibus deſumptis ex ipſa natura concubitus contra naturam, & ex communi omnium apprehenſione, & aliis ſupra traditis, quæ non oportet repetere.

Iudicium de probabilitate, & pernicioſitate opinionis Caramuelis, *& quæ ſit obligatio Confeſſariorum, & ſuperiorum ne crimen ſodomiæ apud fideles ſerpat, & inualeſcat.*

Ex quibus omnibus rectè perpenſis ſatis clarè colligi videtur ſententiam Caramuelis, & Filliuccij non eſſe probabilem, ſed intolerabilem omninò præſertim (vt etiam Oniedus *d. num.* 54. notauit) in praxi, cum habeat oppoſitam aliorum omnium Doctorum communem ſententiam, & prorſus ſit deſtituta auctoritate alicuius Doctoris, (vt oſtenſum eſt *num.* 13.) nitatur leuiſſimis, & nullius momenti rationibus, & ei obſtent tot rationes *num.* 14. *& ſeqq.* adductæ; & tradita *à n.* 6. *ad* 12. ad demonſtrandam ſummam ſodomiæ turpitudinem. Quod certè peccatum, cum ſit ſua natura grauiſſimum, cumque frequentia creſcat; atque adeo accuratè procurare debeant Confeſſarij iuxta piam, & efficacem adhortationem Auguſtini Barboſæ *citata allegat* 44. *n.* 31. vt tam abominabile facinus extirpetur, ac prorſus à fidelium etiam mentibus eradicetur, & radicitus euellatur tum iſtud, tum aliud quodcunque peccatum carnis committentibus infligendo ieiunia, diſciplinas, frequenteſque Confeſſiones, & eius enormitatem exaggerando iuxta *ſuperius* tradita, tum ex diuinis ſcripturis, tum ex Doctoribus, & ſanctis Patribus, præſertim D. Auguſtino in illo ſermone *de vitio ſodomitico*; ſcilicet quod à tanta immunditia Angeli fugiunt, ac Dæmones etiam oculos claudunt. Superiores etiam maximè cauere, & inuigilare debent hoc impium ſcelus puniendo, ne malum hoc tanquam peſtis latenter ſerpat, & vires acquirat, opportunè ſi quidem occurrendum huic morbo eſt, ne latè diſſeminatus funeſta contagione turpiter inficiat; & Dei iuſtiſſimam iram, vt olim prouocet. Hinc iudicium ſit prudentis, & ſuperiorum, an malè faciant ſcribentes, qui contra communem Sanctorum, & Doctorum ſenſum, & etiam communem omnium apprehenſionem fœdiſſimi ſceleris fœditatem, ac turpitudinem attenuant, Doctrinamque tradunt, ex qua tollitur neceſſitas explicandi tantum crimen in Confeſſione quod diſertè, & expreſsè docet Caramuel, dum dicit eum, qui commiſit ſiue mollitiem, ſiue ſodomiam, ſiue beſtialitatem, ſatisfacere Confeſſioni, ſi dicat ſe procurauiſſe pollutionem; & licet Filliuccius, & Diana id non dicant, & iuxta eundem Filliuccium circunſtantiæ notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem peccati ſint in Confeſſione aperiendæ; nihilominus ſuppoſita multorum Theologorum, & ſummiſtarum ſententia (quam probabilem putat ipſemet Filliuccius, & non minus probabilem quam contrariam exiſtimat Diana *p.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 1. *p.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 67. & *p.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 56. §. *Quæres*) quod circunſtantiæ eædem notabiliter aggrauantes non mutantes ſpeciem ex neceſſitate non ſint manifeſtandæ in Confeſſione, ex Doctrina eorundem Filliuccij, & Dianæ quod probabile ſit mollitiem, ſodomiam & beſtialitatem eſſe peccata vnius, 22.

vnius, & einsdem speciei, sequitur, & deducitur idem dictum Caramuelis, scilicet neminem in Confessione teneri explicare vtro ex tribus præfatis modis peccauesit, sed satisfacere dicendo se procurauisse pollutionem; Sublata autem necessitate explicandi in Confessione peculiares circunstantias huiusmodi immunditiarum contra naturam nempè concubitus sodomitici, & bestialis, inutilis redditur reseruatio casus peccati sodomitici (vt *suprà* notaui) quæ reseruatio valdè inseruit ad retrahendum homines à tali turpissima immunditia; aufertur Confessariis omnis occasio, & opportunitas medendi tanto morbo, & tam abominabile scelus à mentibus fidelium euellendi; & amplius ablato fræno erubescentiæ manifestandi in Confessione turpissimum crimen cũ omni sua propria, & peculiari circunstantia, homines efficiciuntur promptiores ad illud perpetrandum, & frequentandum, non minus, quam simplicem pollutionem, imò magis data opportunitate complicis. Et hæc sincere profiteor me scripsisse non animo mordendi, sed ex amore veritatis, & zelo publici boni fidelium, quibus non leue spirituale nocumentum allaturam Doctrinam Caramuelis præfatam, si tanquam probabilem apprehenderint, arbitratus sum, sicut & existimant alij & docti, & pij viri, qui etiam me hortati sunt contra illam scribere.

§. II.

Resoluuntur nonnulla dubia circa sodomiam. Concubitus fœminæ gerentis vicem viri cum altera fœmina an sit propriè, & perfecta sodomia.

23. DVbium primum, an cõcubitus, seu congressus fœminæ cum fœmina, in quo altera earum vicem masculi gerit, & medio aliquo instrumento, vel alio modo in eodem congressu emittit semen in vas naturale, vel præposterum alterius fœminæ sit propria, & perfecta sodomia. Fagundez in præcepta decalogi *lib. 6. cap. 9. n. 8.* ait esse impropriam sodomiam, asserens veram, & propriam dari solum inter duos viros, quando vnus alterum in vase præpostero polluit, licet (inquit) æqualibus pœnis puniatur. idem sentire videntur Angelus verbo, *sodomia*, & Graffius *decis. aurear. p. 1. lib. 2. cap. 89 n. 1.* dum definiendo sodomiam dicunt, quod est turpitudo in masculum facta. Oliuerius Mazuchellus *de casib. reser. disp. 2. cap. 22. n. 6.* distinguit, nam si congressus fœminæ cum fœmina fiat cum emissione seminis in vase naturali fœminæ patientis, dicit hunc actum reduci quidem ad sodomiam, cum sit inter personas eiusdem sexus, tamen non esse verè, & propriè sodomiam; quia licet non seruetur sexus, seruatur tamen vas debitum; definit enim ipse sodomiam, quod sit coitus inter personas eiusdem sexus in vase indebito, hancque definitionem ait esse S. Thomæ, & Caietani: si vero in cõgressu fœminæ cum fœmina immitteretur semen in vas præposterũ alterius, tunc ait fore propriam, & veram sodomiam; nam tunc peccaretur, inquit, contra vas debitum, & contra sexum, & ita declarat esse intelligendum, quod *eadem disp. 2. cap. 4. num. 49.* habet, vbi absolutè, & absque distinctione, quando fœmina cum alia fœmina ita congreditur, vt fiat seminis commixtio talem copulam propriè dici sodomiam, cum sit inter personas eiusdem sexus. Sed hæc declaratio verè repugnat dicto, nam commixtio seminis non potest contingere nisi coitus, seu effusio seminis fiat in vase naturali alterius fœminæ; atque adeo *d. n. 4.* verè tenuit contingere propriam sodomiam, etiam quando fœmina concumbit cum alia in vase naturali, si medio instrumento, vel alia ratione in illud immittat semen, quam sententiam postea mutauit *d. cap. 22. n. 6.* Nec Maazuchello fauent Gambampta de casibus reseruatis *fol. 155. n. 2. & 3.* & Homobonus de casibus reseruatis *p. 2. cap. 4 sect. 5.* versic. *secundo mulieres illas*, nam isti solum dicunt sub reseruatione casus sodomiæ non comprehendi mulieres, quæ medio aliquo instrumento se inuicem abutuntur, seque ipsas polluunt, nullam facientes distinctionem an coitus sit in vase naturali, vel præpostero, vt facit ipse Mazucchellus; & Homobonus expressè dicit absolutè, & sine distinctione talem coitum duarum mulierum medio instrumento ligneo, vel vitreo esse verè speciem sodomiæ, & vult non comprehendi sub reseruatione solum ex recepto vsu; & eodem modo potest intelligi Gambampta.

24. Igitur Respondeo ad dubium, in vtroque casu, scilicet siue fœmina cum altera fœmina coëat in vase naturali, siue in præpostero intus seminando, esse veram, & propriam sodomiam, est communis Theologorum, Summistarum, & Iurisperitorum, qui omnes absolutè asserunt sodomiam esse concubitum inter personas eiusdem sexus, seu ad non debitum sexum masculi ad masculum, & fœminæ ad fœminam, neque in concubitu fœminæ ad fœminam requirunt, seu aiunt necesse esse, vt sit sodomia, fieri in vase præpostero, sed tantum de identitate sexus mentionem faciunt. ita S. Thomas 2. 2. *q. 154. d. art. 11. ibidem* Caietanus, Summistæ verbo *luxuria*, & verbo *sodomia*. Abulensis *in Matth. 5. q. 215.* Sayrus *lib. 8 Clauis cap. 5. n. 16.* Azorius *p. 3. lib. 3. cap. 18. initio.* Lessius *lib. 4. c. 3. n. 89.* Reginaldus *lib. 22. n. 37.* Villallobos *p. 2. tract. 40. diff. 15. n. 2.* Bonacina *de matr. q. 4. puncto 11. n. 1.* Turllench *lib. 6. in decalog. cap. 1. §. 1. n. 1.* Llamas *p. 3. methodi cap. 8. §. 24.* Filliuccius *to. 2. tract. 30. cap. 8. n. 159.* Chiapeuille de casibus reseruatis *p. 2. casu 15.* versic. *tertia species*. Bellochius de casibus reseruatis *p. 2. quæst. 1. n. 181. & 188.* Graffius de casibus reseruatis *lib. 1. cap. 11. n. 10.* Sanchez *lib. 10. de matr. disp. 4. n. 5.* & alij Theologi tam antiqui, quàm recentiores. Et ex Iurisperitis Gomez *in l. 80. Tauri n. 24.* Clarus *in pract.* verbo *fornicatio* versic. *inter mulieres*. P. Gregorius Tolosanus *lib. 36. Syntag. cap. 14. n. 2.* Mænochius *de arbitr. in addit. ad casum 286. n. 48.* Farinacius *in prax. crim. q. 148. n. 41.* & alij ab eodem Farinacio allegati. & constat etiam ex *cap. 1. Epist. ad Romanos*, vbi Apostolus reprehendit huiusmodi excessum carnalem fœminæ ad fœminam; *Nam & fœminæ*, ait, *immutauerunt naturalem vsum in eum, qui contra naturam est.* &c. idem colligitur ex D. Augustino *lib. contra Iouinianum relato supra n. 6.* & *32. q. 7. can. vsus naturalis.* vbi dicit, quod Apostolus *citato c. 1. Epist. ad Romanos* coitum contra naturam in masculis, & in fœminis arguebat. Non enim intelligi debet (vt notat Abulensis *d. q. 215.*) quod arguebat coitum masculi ad fœminam, quia iste non est contra naturam, sed masculi ad masculum, & fœminæ ad fœminam; & propterea dixit Augustinus *in masculis, & in fœminis*; quod significat stare copulatiuè, id est, arguebat istum vsum in masculis, & arguebat istum vsum in fœminis, vt latius probat præfatus Abulensis. Neque obstat quod dicit Mazzucchellus de vase indebito, nam cum fœminæ simul coëunt, vtrumque vas in tali coitu dicitur indebitum, nam vas naturale fœminæ in actu venereo non est instrumentum, & vas debitum, nisi quando ex eo potest sequi generatio hominis ad quam vas, & actus venereus à natura ordinantur.

15. Hinc sequitur vbi sodomia absolutè reseruatur, sub reseruatione comprehendi huiusmodi concubitum fœminæ cum fœmina, si medio instrumento, vel alio modo verè semen fœminæ agentis vicem viri immittatur in vas naturale vel præposterum. ita Chiapeuille *loco citato*, Bellochius *d. n. 188.* Bonacina *d. puncto 11 n. 5.* versic. *tertio ad summum*. colligitur etiam ex Graffio *d. cap. 11.* & conuincit præfata communis Doctrina, quod congressus fœminæ cum fœmina cum immissione seminis intra vas naturale, vel præposterum medio aliquo instrumento, vel sine instrumento est vera, propria, & perfecta sodomia, sicut coitus masculi cum masculo, nec constat de illo vsu contrario allegato ab Homobono.

26. Hinc etiã Gomez, Clarus, P. Gregorius Tolosanus, Mænochius, & Farinacius *locis* suprà *n. 24.* relatis asserunt,

quod quando duæ mulieres simul coëunt, ita vt quæ vicem viri gerit, medio instrumento aliquo immittit semen in vas alterius, & delictum consummatur, puniri debent pœna ordinaria vitio sodomiæ à legibus statuta, scilicet pœna mortis; quod tradiderunt alij Iurisperiti à Gomez, Mænochio, & Farinacio relati. Quod si fœmina agat, seu coëat cum alia fœmina sine instrumento, sed tantum manuum fricatione, vel alia ratione, vt coitus non consummaretur per effusionem seminis vnius in vas alterius, tunc iidem Doctores aiunt non habere locum pœnam ordinariam sodomiæ, & in hoc casu ait Mænochius vbi supra *n.49.* intelligi, & declarari posse Couarruuias *de spons.p.2.cap.7.§.5.n.7. fine.* vbi dicit si fœmina viri officio fungens aliam subegerit fœminam, huiusmodi fœminas sic coëuntes non puniri pœna ordinaria. Porro puniri tamen debere pœna extraordinaria docent idem Couarruuias, & præfati Gomez, P. Gregorius, Mænochius, & Farinacius, Boërius *decis.316.* Aloysius Riccius *in praxi fori Eccl.p. 3. resolut.62. n.3.* & alij apud eosdem: Et Gomez dicit, quod cum ipse esset Iudex in Ciuitate Granata contigit iste casus duarum fœminarum, quæ simul coierant absque instrumento, & tandem mulieres delinquentes fuerunt condemnatæ, & punitæ pœna flagellorum, & galearum. Boërius vero refert duas mulieres, quæ adinuicem egerunt sine instrumento, fuisse pariter pœna flagellorum punitas.

Concubitus sodomiticus, seu coitus masculi cum fœmina in vase præpostero an quoad malitiam differat specie à concubitu sodomitico masculi cum masculo, & fœmina cum fœmina.

27. Dubium secundum, an concubitus, seu coitus masculi cum fœmina in vase præpostero, & fœminæ viri officium gerentes cum masculo gerente vicem fœminæ sit peccatum contra naturam eiusdem speciei specialissimæ cum coitu masculi cum masculo in vase præpostero, & coitu fœminæ cum altera fœmina, an vero sit diuersæ speciei. Diana *p.2.resolut.2.* refert quendam Theologum Societatis Iesu Panormi publicè docuisse necessarium non esse in Confessione explicare an sodomia fuerit habita cum mare, vel cum fœmina, sed satis esse dicere in Confessione peccaui toties in sodomia, & idem tenet ibidem Diana contra Tannerum *2. 2. to. 3. disp. 3. q. 3. p. 6. n.149.* & Zenardum *in direct. p.1.precept.6.c.9.* contrarium docentes, & idem tenet idem Diana *p. 8. tract.7.resol.86.* ex quo infertur, Dianam tenere sodomiticum actum masculi cum masculo, & masculi cum fœmina esse peccata eiusdem speciei specialissimæ. Idem indicat Mazzuchellus *de casibus reseru.disp.2.cap.22.n.24.* vbi dicit in Confessione non explicandum personam, cum qua habita sit sodomia, fueritne mas, an fœmina, sed satis esse dicere peccaui contra naturam, nisi fœmina passa coitum sodomiticum vellet circunstantiam fœminæ aperire propter reseruationem, ne videretur incidisse in casum sodomiæ reseruatum: Et pro hac sententia allegantur Sanchez, Sayrus, locis infrà *dubio sequenti* allegandis, Couarruuias, & alij Iurisperiti, pariter allegandi *dubio sequenti.* Ratio huius sententiæ videtur esse, quod diuersitas sexus videatur se habere mere materialiter ad concubitum sodomiticum, & essentia, seu formalis malitia sodomiæ, vt tale peccatum est, tota consistat in eo, quod concubitus fiat in vase indebito, quemadmodum concubitus bestialis, siue cum bruto masculo, siue cum bruto fœmina, & cum brutis diuersarum specierum est semper eiusdem speciei specialissimæ, & in Confessione sufficit dicere, concubui cum bestia, vt dicetur sequenti paragrapho, his non obstantibus

28. Respondeo sodomiam, seu concubitum masculi cum fœmina in vase præpostero, & fœminæ cum masculo quoad malitiam moralem differre specie à concubitu sodomitico masculi cum masculo, & fœminæ cum fœmina. id apertè indicat S.Thomas *d.q.154.art.11.* dum cõcubituũ contra naturã in solo vase indebito seruato debito sexu eodem ponit modũ distinctum à concubitu cõtra naturam inter personas eiusdem sexus. ita etiam expressè ex Theologis allegatis *suprà n.1.* & *n.24.* docent Caietanus *d.art.11.dub.4.* Azorius *d.lib.3.c.18.q.1.* Lessius *d.c.3. n.89.versic.tertio.* Villalobos *d.diff.15. n.2.* Filliuccius *d.c.8.n.158.* Bonacina *d.puncto 11.n.1.* Graffius *d.c.11.n.10.* Bellocchius *d.q.1.n.186.* Chiapeuille *d.casu 15.versic.huius speciei.* idem expressè tradunt Syluester *verbo* luxuria *q.1.* versic. *Quarta retinet.* Armilla v. *sodomia.* Henriquez *l. 11. c.16.n.6.in glossa* lit. *A.B.* Ouiedus *t.2.tract.6. controu. 5. p.3. §.7. n. 56.* Tannerus loco *suprà* citato & Garzias *de benefic p.11.c.10.in additionibus n.207.* Probatur quia actus sodomiticus, seu concubitus contra naturam viri cum fœmina, & è contra habet diuersam dissonantiam, & deformitatem contra rectam rationem à concubitu masculi cum masculo, vel fœminæ cum fœmina; tum quia non causat tantum, & tam magnum horrorem si vir & fœmina misceantur, quamuis præposterè, quam si duo viri inter se, vel duæ fœminæ misceantur: vt etiam in terminis notat Henriquez *d.n.6.* Tum quia (vt ait Caietanus) alia ratione repugnat rationi, & naturæ quod ipsa persona concumbens est contra naturam, cum sit idem sexus in vtroque concumbente; & alia ratione, quod persona ipsa concumbens non est contra naturam, quia concumbentes sunt diuersi sexus, & contra naturam solum est pars illa, seu instrumentum indebitum; in priori casu extrema concubitus, quæ sunt personæ, repugnantiam habent; in posteriori autem casu extrema repugnantiam non habent; sed aliunde repugnantia oritur nempè ex sola parte instrumentali. Vnde in primo casu est deformitas, & repugnantia contra rationem ratione indebiti sexus, & indebiti instrumenti, in posteriori solum ratione instrumenti, & partis indebitæ. Ex quo patet grauius peccatum contra naturam esse concubitum masculi cum masculo, quam masculi cum fœmina in vase præpostero, vel fœminæ cum masculo, id quod tradit S.Thomas *d.q.154.art.12.ad 4.* Caietanus *ibidem*, & alij Doctores *modò* citati, & alij communiter, & latius id probat Abulensis *in Matth.c.5.q.226.*

Hinc sequitur in Confessione explicandam esse circunstantiam masculi, vel fœminæ, si quis concubitum contra naturam habuit cum masculo, vel cum fœmina, nec sufficit dicere peccaui in sodomia cum in Confessione certissimum sit esse explicandas circunstantias speciem mutantes. ita etiam in terminis Ouiedus, & colligitur ex aliis Doctoribus allegatis pro responsione. & in terminis tradunt etiam Bonacina *d.p.11.n.7.* & Ægidius Turllench *lib.6.c.1.dub.7.§.2.n.3.fine.* In confitenda autem bestialitate non est necessario explicanda circunstantia sexus, vel speciei bruti, quia tota deformitas, & repugnantia bestialitatis ad rationem, & naturam consistit in eo, quod in concubito non seruatur ordo naturæ quoad speciem; & ideo peccatum eiusdem speciei est coitus cum bruto vtriusque sexus, & cuiusuis speciei. 29.

Concubitus masculi cum fœmina in vase præpostero an sit verè, & propriè sodomia.

Dubium tertium. An coitus masculi cum fœmina in vase præpostero sit species sodomiæ, seu sit propriè, & verè sodomia, licet imperfectior quàm est coitus masculi cum masculo. Non esse propriè, & vere sodomiam, sed dici, & esse propriæ tantum peccatum contra naturam innominatum, seu innaturalitatem, impropriè vero dici, & esse sodomiam tradiderunt ex Doctoribus *n. 28.* citatis Syluester, Armilla, Henriquez, Azorius, Bonacina, Chiapeuille, Bellocchius, Graffius *locis* ibidem *citatis* Diana *p.2.tract.17. resolut.62.* Fagundez *in decalog. lib. 6. c.9.n. 8.* & Ioannes Baptista Conradus in suis responsis *q.29.p.1.* & non improbabile putat Aug. Barbosa *collect. ad c.Clerici n.10.de excessu Prælatorũ.* & ex Iurisperitis Socinus 30.

cinus relatus à Decio *in l. si qua mulier n.6. Cod. de secund. nuptiis.* idem attenta propria significatione verbi sodomia docet Aloysius Riccius *in praxi fori Eccles. p. 3. resolut.60.* & etiam Alciatus *lib.10. parergon. cap.11.* dum dicit crimen sodomiæ cum fœminis non poniri pœna ordinaria sodomiæ. Probant, quia vt concubitus contra naturam sit propriè, & vera sodomia, requiritur omninò vt concubitus fiat cum persona indebita, nempè eiusdem sexus, scilicet masculi cum masculo, & fœmina, cum fœmina, nec sufficit si fiat tantum in vase indebito. Quare si desit identitas sexus, & fiat concubitus contra naturam cum persona diuersi sexus, scilicet à masculo cum fœmina in vase indebito non est verè, & propriè sodomia, sed tantum impropriè, propriè autem vocatur innaturalitas, seu peccatum contra naturam vt colligitur ex S. Thoma *d. art. 11.* & Caietano *ibidem.*

31. Verum coitum masculi cum fœmina in vase præpostero esse verè, & propriè sodomiam, licet imperfectiorem ex Theologis tradunt Sayrus *lib.7. thesauri c.12. n.23. fine.* Turllench loco suprà *num.28.* citato. Homobonus *sect.5. supra n.23. allegata*, versic. *Tertio qui præpostera*, Sanchez *lib.9. de matr. disp.17. n.2. & lib. 10. disp.4.* Reginaldus *d. lib.22. n.49.* & Lessius *d. lib.4. cap.3. num.89.* versic. *Tertio*, vbi dicit coitum masculi cum masculo, & masculi cum fœmina esse modos peccandi contra naturam, qui ad sodomiam pertinent. Ex Iurisperitis ita sentiunt Couarruuias de sponsalibus *p.2. cap.7. §.5. n.7.* Antonius Gomez *in l. 80. Tauri n. 33.* Mænochius *de arbitr. casu 282. n.5. & in addit. ad eundem casum 286. n.40. & 41.* Farinacius *in pract. crim. q.148. n.35* Bellettus *in disquis. Cler. p. 2. de pœnis Clericorum §. 11.* Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam v. sodomia initio.* Riccius *in praxi quotid. p.1. resolut. 313. n.2.* Garzias *de benefic. p.11. cap.10. n.207. & in additionibus ad d. cap.10. n. 207.* Augustinus Barbosa *de potest. Episc. allegat. 44. n.23. & d. collectaneo ad cap. Clerici de excessu prælatorum.* Iulius Clarus *in pract. §. sodomia* versic. *vidi quandoque.* P. Caballus *centuria 1. casu 16. n. 17.* & communiter alij Iurisperiti, quos latè referunt iidem Mænochius, Farinacius, Bellettus, & Barbosa, & idem asserit Aloysius Riccius *d. resolut.60.* attenta communi acceptione verbi *sodomita*, quo ex communi vsu loquendi intelligitur & qui actum sodomiticum exercet cum masculo, & qui cum fœmina; idem sentire Antonium de Sousa *in Aphorism. inquisitor. lib.1. c.59. n.3.* refert Turllench *loco citato.* D. Augustinus etiam *lib. de adulterinis coniugiis* coitum masculi cum fœmina in vase præpostero vocat sodomiticum, vt testatur Abulensis *in Matth.5. quæst. 22.* & indicat eodem libro in verbis relatis *can. adulterij 32. q.7.* adductis suprà *n 6.* vbi in specie reprehendit concubitum viri cum vxore in vase præpostero, & dicit esse crimen peius adulterio, & incestu cum matre; ibi *sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti.* indicatur etiam *in d. l. cum vir Cod. ad l. Iuliam de adulteriis.* idem probat communis hominum vsus loquendi, & acceptio, atque conceptio, si quidem nomine sodomitæ significant, & intelligunt communiter homines non solum eum, qui cum masculo in vase præpostero commiscetur, sed etiam qui concumbit cum fœmina, siue vxore propria, siue alia in eodem vase præpostero, talem enim esse communem vsum loquendi, & apprehendendi apud homines testantur Riccius *d. resolutione 60.* Graffius *d. cap.11. n.2.* & Bellochius *d. q.1.* & ex ipsa experientia, & praxi patet. Et sic loquuntur Doctores Archidiaconus *in cap. omnes causationes 27. q.7.* Abbas *in cap. maritus n.3.* & alij scribentes de adulteriis. Ratio autem est, quia licet in coitu viri sodomitico cum masculo permutetur sexus, & in coitu sodomitico cum fœmina non permutetur sexus, sed solum vas, tamen vterque coitus fit eodem modo, & conuenit in eo, quod coitus fit in vase præpostero, & stercorario, ex quo principaliter desumitur turpitudo talis coitus, & illius repugnantia ad rectam rationem, & naturam; & quod principaliter horrent homines tam in concubitu masculi masculo, quam in concubitu masculi cum fœmina, ac proinde vterque concubitus videtur omninò participare intrinsecè id, quod est de essentia sodomiæ vt sic, & principaliter, & differre sub eadem ratione generica, & essentiali sodomiæ ratione personarum, quæ in vno sunt eiusdem sexus, in altero sunt diuersi sexus, ex qua sexus identitate, & diuersitate oritur diuersa specia deformitas, dissonantia, & repugnantia ad rationem sub eadem communi ratione sodomiæ. Pro confirmatione addi potest, quod sodomia dicitur à Ciuitate Sodoma, in qua vna cum cæteris tale flagitium exercuerat; viri autem illi sodomitæ, & filij diffidentiæ non solum abusi sunt masculis, sed etiam fœminas extraordinariè cognoscebant in vase non debito. vt notat Garzias *in addit. d. n.207.* & indicat Abulensis *d. quæst. 222.* vbi etiam fauet huic sententiæ, dum dicit hunc concubitum masculi cum fœmina in vase præpostero esse sodomiticum, licet non omninò sodomiticum: idem etiam Abulensis *q.226.* ait, quod vterque concubitus scilicet masculi cum masculo, & masculi cum fœmina in vase insolito solet vocari coitus sodomiticus à Doctoribus. Igitur concubitus masculi cum fœmina extra vas debitum, licet differat specie à cócubitu, in quo seruatur debitus sexus, vt ostensum est *n.28.* tamen dicitur, & est sodomia vera, seu peccatum sodomiticū; & sic sodomia erit species subalterna.

Masculus cognoscens carnaliter fœminam alienam, vel propriam vxorem in vase præpostero an incurrat pœnam sodomiæ ordinariam, sitque morte puniendus, vbi an grauius peccatum sit sodomia cum fœmina, quam cum masculo.

Ad illam difficultatem an masculus, qui fœminam carnaliter cognoscit in vase præpostero, incurrat pœnam mortis, & alias pœnas ordinarias statutas à lege ciuili communi, vel municipali, & à lege Ecclesiastica contra committentes crimen sodomiæ. Et si Socinus, Alciatus, Azorius, Bonacina, & nonnulli alij ex allegatis *n. 30.* tenentes hunc coitum non esse propriè sodomiam negant, & volunt debere puniri solum pœna extraordinaria arbitrio Iudicis. Dicendum tamen est incurrere pœnas ordinarias criminis sodomiæ, ac proinde puniri debere pœna mortis. Quod tradunt communiter Iurisperiti, quos referunt, & sequuntur Couarruuias, Clarus, Gomez, Mænochius, Farinacius, Prosper de Augustino, Garzias, Bellettus, Riccius, Augustinus Barbosa, & Sayrus locis *numero præcedenti* allegatis. Et idem etiam asserit Fagundez loco suprà *n. 30.* allegato. Et colligitur ex textu *in d. l. cum vir Cod. ad l. Iuliam*, vbi id adnotarunt Iacobus Buttigarius, & Cynus. & ratio est, quia talis coitus est vera, & propriè sodomia, seu peccatum propriè sodomiticum; & ita sæpè iudicasse senatum Mediolanensem testatur Clarus *loco citato*: Et multo magis pœnam mortis habere locum in eo, qui contra naturam propriam vxorem carnaliter cognoscit, tradunt Mænochius *in addit. ad d. casum 286. n.41.* & Farinacius *d. q.148. n.37.* & Gomez ad *l. 80. Tauri n. 33.* vbi etiam affirmat in oppido Tauleræ combustum fuisse quendum, qui sic præposterè rem cum sua vxore habuerat: & rectè, inquit Mænochius, quia si graue est delictum sic constuprare quamcunque mulierem, multò grauius est propriam vxorem; & grauius peccatum esse huiusmodi abusum propriæ vxoris, quàm alterius mulieris solutæ docent etiam Graffius de casibus reseruatis *lib.1. d. cap.11. n.28.* & Bellochius *de casibus reseru. p. 2. d. q. 1. num. 187.* & latè Abulensis *in Matth. 5. quæst. 225.* & post eum Sanchez *de matrimo. lib. 9. disp. 18. numero 3. & 4.* & docuit etiam satis expressè D. Augustinus *de coniugiis adulterinis* in verbis, quæ habentur *cap. adulter & vxor quæst. 7.* suprà *numero 6.* & *numero præcedenti* adductis. Est enim in vxore abusus propriæ carnis, cum vir, & vxor duo sint in carne vna. Est etiam 32.

contemptus specialis Dei, qui generis humani multiplicandi gratia matrimonium instituit, & etiam violatio datæ fidei à viro vxori quam causa prolis procreandæ duxit, vt ait Mænochius, & docent etiam Sotus *dist*.31. *q*.1. *art*.4. *ad finem*.& Petrus Ledesma *de matr*. *q*. 9.*art*.6. *dub* 2. Vnde Sanchez docet talem abusum vxoris vltra peccatum contra naturam esse adulterium tam ex parte viri, quam ex parte vxoris consentientis, atquè adeo vtrumque teneri in Confessione explicare vtramque circunstantiam adulterii, dicendo in specie se habuisse coitum contra naturam cum proprio viro, vel propria coniuge, idemque dicit Azorius *p*.3. *lib*.3.*cap*.20. *fine*, quod probat Sanchez *d*. *n*. 4. quia neuter coniux seruat alteri suum corpus castè, quod ad bonum fidei pertinet; cum non sit coniux ad illum actum, sed ad naturalem. Denique per talem abusum vxoris læditur Respublica, cuius maximè interest ciuitatem repleri liberis *l*. *cum ratio ff*. *de bonis prascript*. *&* *damnat*. Ex quibus meritò iidem Mænochius, & Sanchez aiunt non rectè sensisse Nauarrum *lib*. 2. *consil*. *in vtraque edit*. *tit*.1. *de iudiciis consil*. 1. dum dixit paulò minus graue esse hoc peccatum contra naturam cum vxore, quam cum alia soluta commissum. Cum alia autem cōiugata commissum esset magis graue peccatum, quam commissum cum propria, vt etiam Sanchez *d*. *num*. 3.ait. Imò idem Mænochius *d*. *n*.41.& Grassius *d cap*.11.*n*.23 aiunt vniuersaliter grauius peccatum esse coire cum fœmina in vase indebito, quam cum mare; cum in muliere paratum habeat vir vas debitum, & naturale. At ex obiecto, & per se loquendo grauius esse peccatum coitum contra naturam masculi cum masculo traditum est suprà *n*. 28. *fine* ex sententia S.Thomæ, & aliorum communi, & Abulensis *in Matth*. 5. *allegata q*. 26. probata tribus rationibus prima, quia vbi est maior peruersio, est maius peccatum, in coitu autem masculi cum masculo est maior peruersio, quia ibi mutatur sexus, & vas; in fœmina autem mutatur solum vas, nam in viro non potest esse vas debitum. Secunda, quia in viro non solum mutatur vas, sed etiam conditio agentis, & patientis, nam fœminæ si cognoscantur extra vas naturale est peccatum, quia sic cognoscuntur; nihilominus competit eis cognosci, quia ad hoc est sexus fœmineus; viro autem competit agere, & non pati; ideo est maior peruersitas in eo. Tertia, quia magis vilificatur humana species, quod vir cognoscatur à viro; quàm quod fœmina à viro extra vas debitum; quia sicut tanto maior est ille, qui eam patitur; ita tanto est maior turpitudo, aut magis detestabilis, quanto excellentior est, qui patitur, vir autem est excellentior fœmina, quia ipse vocatur imago Dei; mulier vero est imago, vel gloria viri 1. *ad Cor*.11.& *cap*. *hac imago* 33.*q*.5.& ita deterior erit coitus cum masculo, quā cum fœmina extra vas, quia magis repugnat rationi, & dignitati humanæ naturæ. Dixi *ex obiecto*, *& per se loquendo*, nam ex affectu peccantis non videtur minus graue peccatū coitus cum fœmina in vase præpostero, quia cum habeat paratū vas naturale, videtur ita affectus, quod talem coitū haberet, etiāsi esset masculus.

Clericus, vel religiosus exercens sodomiam cum fœmina, an incurrat pœnas constitutionis Pij V. *latas contra Clericos sodomitas.*

Hinc etiam in constitutione Pij V. *Horrendum scelus*, de qua suprà *n*. 9. Clerici, & Religiosi exercentes sodomiam omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico priuentur ipso iure, & sint degradandi, & tradendi iudici sæculari vltimo supplicio afficiendi, eiusdem constitutionis dispensationem, & pœnas comprehendere non solum Clericum masculo concubitorem, sed etiam eum, qui fœminam venereè præposterè cognouerit, cum etiam in hoc casu sodomia propriè committatur iuxta tradita *num*. 31. & Doctores *ibidem*, & *n præcedenti* allegatos, tradunt ex Doctoribus *eodem num*.31.allegatis Prosper de Augustino, Aloysius Riccius, Bellettus, Augustinus Barbosa, Saytus locis suprà *n*.31.relatis, Garzias *d*.*p*. 11. *cap*.10.*n*.207. & *in additione ad dictum caput eodem num*.207.

Præfata pœna dicta Constitutionis an ligent in foro conscientiæ Clericum sodomitam ante iudicis sententiam.

33. Præfatam tamen pœnam priuationis &c. ipso iure in dicta Constitutione latam quoad priuationem officiorum, dignitatum, & beneficiorum non habere locum in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, sed retineri posse quousque sententia criminis declaratoria intercedat, ita vt interim non teneatur Clericus criminis sodomiæ reus in foro conscientiæ cedere officio, & dignitati, aut restituere fructus ante iudicis sententiam, tradunt ex Doctoribus in præcedentibus allegatis Prosper de Augustino *in d*. *additione ad Quarantam v*. sodomia *versus finem*, Bellettus *p*.2.*tit*.*de pœnis Clericorum d*.§.9.*n*.1. Saytus *lib*.7. *thesauri d*.*cap*. 12. *n*. 24. Augustinus Barbosa *d*. *allegat*.44.*n*.19. Azorius *p*.3.*lib*.3.*cap*.19. *q*.5. Bonacina *de matr*. *q*.4. *d*. *puncto* 11. *n*.2. versic. *Aduertendum est tertio*. Fagundez *lib*.6. *d*. *cap*.9.*n*.19. Bellochius *d*.*p*.2.*q*.1.*n*.211. Chapeauille de casibus reseruatis *p*.2. *cap*.15.*ad finem*. & præter hos Laërtius Cherubinus ad dictam constitutionem Pij V. *scholio* 1. Rota *decis*.728.*sub n*.2.*p*. 3. *diuersorum* & plures alij relati à Barbosa, Belletto, Sayto, & Azorio *locis allegatis*, & à Garzia *p*.11. *cap*.10. *n*. 197. & præter hos loquentes in terminis propriis sodomiæ pœnam priuationis bonorum, officiorum &c. ipso iure à lege impositam, non obstante rigore verborum *Ipso iure*, exigere sententiam iudicis, vt habeat locum in foro conscientiæ tradunt Antonius Gomez 3. *var*.*cap*. *vltimo n*.3. Vasquez 1.2.*disp*.170.*c*.4.*n*.24.*&* 25. Sanchez *lib*.2.*sum*. *c*.22.*n*.10. *fine*. Diana *p*.2.*tract*. 117. *resol*.61. Thesaurus *de pœnis Eccles*. *p*.2. verbo *sodomia*. & admittit etiam Garzias tanquam probabile *d*. *n*.198. Quamuis *eodem c*. 10. *n*.18. sequatur sententiam illorum Doctorum, qui asserunt pœnam officiorum, & beneficiorum ipso iure impositam habere locum in foro conscientiæ statim ac crimen ob quod est imposita, committit, & ante omnem iudicis sententiam. Quod autem de priuatione officiorum, dignitatum, & beneficiorum dictum est, dicendum est etiam de priuatione priuilegij Clericalis, degradationis, & dispositionis Clerici verbalis, scilicet in foro conscientiæ non incurri, seu non habere locum nisi post iudicis sententiam inata eosdem Doctores, & in terminis expressis etiam tradunt Bellettus, & Azorius *locis citatis*; & quod lex ipso iure in pœnam delicti priuans priuilegiis Clericalibus, & aliis non liget in conscientia ante sententiam, sed requiratur sententia iudicis declarantis ipsum Reum illius criminis culpabilem esse tradunt Couarruuias *de spons*.*p*.2.*c*.6.§.8.*n*.10. Sanchez *de matr*. *lib*.7.*disp*.46.*n*.20. Suarez *de cens*.*disp*.31.*sect*.4.*n*.22. Gonzales *ad reg*.8.*Canc*.*glossa* 56.*n*.126.& alij relati à Belletto, & à Diana *p*.1. *tract*.2. *de immun*. *Ecclesiastica resolut*.51. versic. *Dico*; & etiam depositionem à Clericatu requirere sententiam iudicis, cum sit pœna, sicut & priuatio beneficij, tradit in terminis Azorius, & notauit etiam Henriquez *lib*.14. *c*.5.*n*.1 *litera* F. *in glossa* docent etiam Suarez *d*.*n*.22.& alij, quos refert, & sequitur Carolus Antonius Thesaurus *de pœnis Eccles*.*p*.1.*c*.27. versic. *Quæres an pœna predicta*. Et prædictorum ratio est, quia vniuersaliter loquendo pœna priuationis bonorum, officiorum, dignitatum, beneficiorum, & similium à principe sæculari, vel Ecclesiastico ipso iure per legem ob aliquod delictum statuta in foro conscientiæ non habet effectum nisi post iudicis sententiam declaratoriā, vt latè tradidi *in* 2.*to*.*ber*. *moral*.*tit*.12.*n*.166.*& seqq* & tenent magis cōmuniter Doctores, & non solum *ibi* allegati, sed & innumeri alij, quos referunt Garzias *d*. *cap*. 10. *num*. 8. & Augustinus Barbosa *d*. *allegat*. 44. *eodem num*. 29. Imò etiam si crimen esset notorium, adhuc exigeretur iudicis sententia, vt præfatæ pœnæ temporales ipso iure crimini impositæ locum haberent in foro conscientiæ, vt Docto-

tibus

ribus allegatis tradidi *d. tit.* 12. *num.* 169. & præter eos, & ab ipsis citatos tradunt Couarruuias *loco citato num.* 9. & Belletrus *d.* §. 11. *citato num.* 11. (quin etiam secuta sententia iudicis declaratoria posse in conscientiæ foro retineri beneficium, officium, & bona, quorum priuationis pœnam ipso iure impositam delinquens contraxit, donec sententiæ executio fiat, tradidi *eodem tit.* 12. *num.* 168. & docent etiam Couarruuias *loco citato num.* 8. Lessius *lib.* 2. 2. *cap.* 29. & alij allegati à Garzia *dicto cap.* 10. *num.* 15.) ius enim addit, quando vult ad pœnam temporalem obligare in conscientia; vt videre licet in bullis summorum Pontificium, Constitutionibus Apostolicis, & Decretis Conciliorum; & in specie Concilij Tridentini *sess.* 23. *de reform. cap* 1. versic. *si quis autem.* vbi loquitur de fructibus beneficij pro rata temporis non retinendis tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta: Possent autem beneficia, quorum priuatio per dictam Constitutionem Pij V. sodomitis ipso iure statuta est, ante sententiam Iudicis declaratoriam, & condemnatoriam impetrari, vt tradunt Prosper *de Augustino*, Augustinus Barbosa *locis citatis*, & Campanilis in diuersorio iuris *can. rubr.* 11. *cap.* 22. *num.* 10. & constat ex traditis à me *d. tit.* 12. *num.* 173. *&* 177. Addunt iidem Campanilis, & Barbosa quod tunc non est necessaria possessoris citatio, nisi peteretur immissio in possessionem Ex quibus patet à Doctoribus communiter non admitti, quod Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 249. versiculo *Quarto dico*, ait, scilicet, summum Pontificem Pium V. sibi respondisse suam constitutionem contra sodomitas respicere etiam forum interius, cum non fundetur super præsumptione, nec ponat discrimen inter vtrumque forum; & quoad forum conscientiæ in vsu non sit recepta tradit Henriquez loco *suprà* citato, & Diana *d. resolut.* 61. refert Filliuccium de casibus reseruatis *p.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 8. affirmare quendam ex Societate IESV testatum fuisse Cardinalem Sabellium Vicarium Romani Pontificis consultum respondisse præfatam constitutionem non esse vsu receptam; sed vt loquitur Garzias *d. cap.* 10. *num.* 197. hæc est res, seu quæstio facti, ad quam respondere non est Doctoris: Certum est post sententiam iudicis pœnas illas, seu illas priuationes obtinere in foro conscientiæ, vt ait loco citato Sanchez, & supponunt omnes alij in præcedentibus allegati, ita vt executioni sententiæ Clericus criminosus non possit licitè resistere. Nec videtur vllo modo posse dici non fuisse receptam dictam constitutionem, cum Iudices illam obseruent.

An Clericus sodomita pratér dictas pœnas incurrat aliquam suspensionem, vel irregularitatem.

34. An vero Clericus sodomita præter præfatas pœnas incurrat suspensionem, & efficiatur irregularis. Couarruuias in *Clem. si furiosus p.*1. *num.* 6. Ignatius Lopez *ad ad pract. Diaz. cap.* 89. lit. *B.* Marius Alterius de censuris *lib.* 2. *disp.* 15. *cap.* 3. *à principio.* Farinacius *d. q.* 148. *num.* 1. & nonnulli alij ab iisdem, & ab Augustino Barbosa *d. alleg.* 44. *num.* 27. Garzia *d. cap.* 10. *num.* 194. & Fagundez *lib.* 6. *in decalogum cap* 9. *cap.* 17. relati, asserunt Clericum sodomitam etiam occultum, & etiam pœnitentia peracta esse ab executione ordinum suspensum, & si in eis ministrare, vel celebrare auserit, contrahere irregularitatem à solo Papa delebilem, idque ob criminis atrocitatem, cum sit grauissimum. Dicit tamen Farinacius, quod Episcopus vigore *cap* 6. *Concilij sess* 24. *Tridentini* poterit dispensare super hac irregularitate, & suspensione ex tali delicto occulto orta.

Sed iure communi inspecto Clericum sodomitam occultum non esse suspensum, neque irregularem, neque etiam ministrando in ordinibus, aut celebrando contrahere aliquam irregularitatem, est communis opinio Doctorum, præsertim recentiorum. ita ex Theologis Valentia *to.* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *puncto* 3. *de quinta specie irregularitatis.* Sayrus *lib.* 7. *thesauri cap.* 12. *n.* 22 & *lib.* 8. *Clauis cap.* 5. Suarez de censuris *disp.* 3. *sect.* 4. *n.* 18. *& duobus sequentibus.* Henriquez *locis* suprà *allegatis.* Fagundez *d. cap.* 9. *num.* 19. Bonacina *d. puncto* 11. *n.* 3. Rodriquez *to.* 1. *sum. cap.* 109. *n.* 1. alij suprà *n.* 3. citati, & alij à Garzia *d. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 195. relati. Ex iurisperitis, & Canonistis Aretinus *in cap. cum non ab homine de iudiciis col.* 3. Nauarrus *in sum. cap.* 27. *n.* 248. Prosper de Augustino ad Quarantam *d. v.* sodomia *limit.* 1. Garzias *d. cap.* 10. *n.* 195. Augustinus Barbosa *d. allegat.* 44. *n.* 27. Menochius *d. arbitr. casu* 286. *in addit. n.* 31. Turrecremata, Hugolinus, Grassius, Capycius, & alij apud eosdem. Ratio est quia neque suspensio, neque irregularitas incurritur, nisi iure sit expressa, vt præallegati Doctores tradunt, & probaui etiam *in to.* 1. *horum moralium*, & est communis sententia; & constat ex *cap.* 15. *qui de senten. excommunicationis*; & nulla etiam crimina occulta, quantumcunque enormia, nisi fiant notoria præter homicidium inducunt irregularitatem; vt declarauit Gregorius IX. *in cap finali de temp. ordinat.* ac proinde licet crimen sodomiæ sit enormissimum, si sit occultum, non inducit suspensionem, aut irregularitatem, quia ad id non sufficit enormitas sine notorietate. Hæresis enim est grauius delictum, & tamen si sit occulta, non inducit irregularitatem, vt latè probaui in tractatu de triplici iubilei priuilegio *sect.* 1. *casu* 10. *n.* 238. 239. id etiam confirmatur ex praxi; quia cum satis frequens sit vitium hoc, nemo tamen petit dispensationem illius vt tradit *loco citato* Nauarrus. Quod si Clericus sit sodomita notorius, & publicus, tunc quidem efficitur irregularis non irregularitate proueniente ex delicto, sed irregularitate proueniente ex infamia, & scandalo, quæ ex talis delicti notorietate oriuntur, quam irregularitatem incurrunt omnes illi, qui enormi, & depositione digno crimine notati sunt. ita Nauarrus, Prosper de Augustino, Sayrus, Henriquez, Suarez, & alij Doctores citati, & alij communiter. At vero iure communi canonico attento Clericus sodomita siue occultus, siue notorius, & publicus nullam incurrit suspensionem, vt in terminis etiam Suarez *d. sect.* 4. *n.* 19 *&* 20. quia in iure non reperitur imposita aliqua suspensio neque in specie, neque in genere; & ratione infamiæ, & enormitate delicti depositione digni notoria contrahitur tantum irregularitas, non suspensio ipso facto. Et si sacerdos, aut Clericus criminosus publicus, & notorius (quando crimen est enorme) si non pœnituerit, debeat suspendi ab ordinum executione iuxta *d. cap. finale de temporibus ordin.* & notat Suarez *d. n.* 20.

Et prædicta iure communi inspecto, an autem iuxta 35.
præfatam bullam Pij V. *Horrendum scelus* contra Clericos sodomitas edita, Clericus sodomita occultus incurrat irregularitatem. Fagundez *d. cap.* 9. *n.* 18. *initio* ait, illa verba dictæ bullæ, *Omni officio, & beneficio Ecclesiastico priuamus*, importare suspensionem *ab officio, & beneficio.* Nauarrus *d. c.* 27. *n.* 249 videtur velle irregularitatem inductam, dum dicit Summus Pontifex *omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis canonis authoritate priuamus*, quæ cum sint præsentis temporis, inducunt ipso iure pœnam *cap. excommunicamus de hæret.* & nullum est dubium, sed omnes Doctores tenent pœnas dictæ Constitutionis ipso iure esse inductas etiam Garzias *d. c.* 10. *n.* 197. ait, illa verba *Omni officio, & beneficio Ecclesiastico priuamus*, continere priuationem executionis officij, & inhabilitatem, seu irregularitatem; eamque, cum sit ipso iure imposita, incurri à Clerico sodomita etiam occulto; quod idem sentire videtur Nauarrus. Verum per dictam bullam Pij V. nullam suspensionem, aut irregularitatem inductam esse ipso iure, sed tantum depositionem Clerici verbalem asseris Henriquez *d. lib.* 14. *cap.* 5. *n.* 1. litera *F.* in textu, & in Glossa, & tenet etiam Suarez *d. sect.* 4. *num.* 20. & etiam ita sentit Nauarrus; prædicta enim verba *Omni officio, & beneficio Ecclesiastico* important tantum

officij, & beneficij priuationem, quæ cum non habeat locum in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam, Clericus ſodomita occultus, vel publicus ante ſententiam Iudicis actus officij, vel beneficij exercere poteſt; alia verba ad ſummum continent depoſitionem verbalem ipſo iure (quod Suarez *d. num.* 20. ait rarum eſſe, aut vix in vno, aut alio loco in iure reperiri) quæ depoſitio etiam in foro conſcientiæ non habet locum ante ſententiam iudicis, vt dictum eſt *num.* 33. Addi poteſt confirmatio ſumpta ex praxi; cum conſtet Clericos huius vitij reos non petere diſpenſationem talis ſuſpenſionis, vel irregularitatis; nec qui audiunt illorum Confeſſiones ad abſtinendum ab ordinum exercitio, ſi occulti ſunt, donec talem diſpenſationem obtinuerint, adſtringunt.

36. Hanc tamen confirmationem dicet quis non vrgere Fagundez, qui *d. num.* 18. aſſerit ſuſpenſionem præfatam, quam ipſe putat per præfata verba conſtitutionis Pij V. induci, licet ipſo iure ſit impoſita, non incurri ſtatim per criminis commiſſionem abſque vlla ſententia iudicis, ſed poſt illam, qua declaretur illos crimen commiſiſſe. Quia inquit, ſola pœna excommunicationis trahit ſecum ſuam executionem criminis, vt ipſo facto incurrantur abſque vlla ſententia criminis declaratoria, ſeu facti; reliquæ vero requirunt declaratoriam criminum, vt incurrantur; quamuis addatur *Ipſo iure, ſeu ipſo facto*; nam id tunc intelligendum eſt ipſo facto poſt declaratoriam Iudicis iuxta doctrinam tum Suarez de cenſuris *diſ.* 30. *ſect.* 1. *num.* 14. *initio* vbi dicit ſuſpenſionem ab ordine, vel officio, & beneficio, quamuis in iure ipſo facto imponatur, ſemper requiri declaratoriam criminis ſententiam; tum Hieronymi Gabrielis *conſil.* 196. *num.* 4. *fine.* & *conſil.* 187. *num.* 7. *lib.* 2. idem tradentis; tum Sylueſtri *v.* aſſaſſinus *num.* 4. ibi: *Omnia iura mundi, quæ dicunt ipſo facto, vel ipſo iure pœnam imponi, debent intelligi, dummodo ſecuta ſit ſententia declaratoria, per quam declaratum ſit fuiſſe commiſſum crimen, propter quod illa pœna ipſo facto imponitur.* Quod ait Fagundez intelligi excepta ſententia excommunicationis, quæ ſecum trahit ſuam executionem, & ſolum requirit ſententiam, vt vitetur excommunicatus; & quamuis, addit idem Fagundez, ſuſpenſio inter cenſuras numeretur, id inquit, verum eſt, quoad aliquos effectus, non quoad iſtum, vt idem Fagundez tradit *lib.* 5. *in decalog. cap.* 2. *num.* 9. Verùm Fagundez tam *d. num.* 18. quam *d. cap.* 2. *num.* 2. confundit ſuſpenſionem cum priuatione officij, vel beneficij: Hæc quidem pœna non incurritur in foro conſcientiæ niſi poſt iudicis ſententiam criminis declaratoriam. At ſuſpenſionem ab ordine, & officio, ac beneficio, quæ eſt verè cenſura; & alias cenſuras, atque irregularitatem, ſi ſint ipſo iure delicto annexa, per ipſam commiſſionem delicti ſtatim, & ante vllam iudicis ſententiam criminis declaratoriam incurri ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine tradunt Sayrus *lib.* 3. *clauis cap.* 9. *num.* 3. Sanchez *de matr. lib.* 9. *diſp.* 30. Suarez *de cenſur. diſp.* 3. *ſect.* 2. Salas de legibus, *diſp.* 15. *ſect.* 2. *initio.* Carolus Antonius Theſaurus *d. p.* 1. *cap.* 5. §. *ſed hæc ſententia*; & Doctores communiter quos refert, & ſequitur Garzias *de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 9. qui aſſerunt legem pœnalem imponentem ipſo iure, ſeu ipſo facto pœnam, quæ conſiſtit in mera priuatione, & non requirit aliquam actionem, ſeu executionem poſitiuam, vel vt Garzias ait, primam rei acquiſitionem impedit, obligare in conſcientia ad pœnam abſque alia iudicis declaratione, vt (inquiunt) in excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, irregularitate, inhabilitate, incapacitate, & ſimilibus; ſecus quando pœna requirit aliquam actionem, ſeu executionem poſitiuam, ſeu imponitur in re quæſita; nam tunc ait non obligare in conſcientia talem pœnam ante ſententiam ſaltem declaratoriam, ſeu condemnationem de crimine ex *cap. cum ſecundum de hæreticis in* 6. & tradidi *in to.* 2. *hor. moral. tit.* 12. *allegato num.* 166. *& ſeqq.*

Quanquam tamen non deſint plures Doctores, qui extra irregularitatem, & cenſuras non admittunt vniuerſaliter pœnam conſiſtentem in mera priuatione ipſo iure impoſitam incurri in foro conſcientiæ ante ſententiam iudicis criminis declaratoriam, & condemnatoriam; ſed exiſtimant pœnas etiam purè priuatiuas, præſertim ſi ſint valdè graues, priuantes ſcilicet iure quæſito, vel naturali, vel ciuili, vel Eccleſiaſtico magni momenti (vt ſunt pœna infamiæ, inhabilitas ad officia, vel ad beneficia, vel ad electionem actiuè, & paſſiuè, ſeu priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ) non ligare, in foro conſcientiæ, ante ſententiam iudicis criminis declaratoriam. ita Nauarrus *de datis, & promiſſis in prima edit. num.* 41. & *in ſecunda num.* 44. Molina *de iuſtitia to.* 1. *diſp.* 96. verſic. *duo obſerua.* Arragon 2. 2. *q.* 11. *art.* 3. Souſa *in explicat. bullæ Clem.* 8. *de largit.* §. 9. Sanchez *de matr. lib.* 9. *d. diſp.* 30. *num.* 1. (vbi loquitur de inhabilitate ad beneficia, & ad ſuffragium ferendum) *lib.* 2. *ſumma cap.* 39. *num. vltimo* (vbi loquitur de infamia, & de inhabilitate ad officia obtenta, & in poſterum obtinenda) & *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 65. (vbi pariter loquitur de eadem inhabilitate) ac *in opuſc. moral. lib.* 2. *dub.* 52. *num.* 11. & 13. (vbi loquitur de priuatione iuris ſuffragij) & plures alij relati ab eodem Sanchez *d. diſp.* 30. *num.* 1. & *d. cap.* 39. *num. vltimo*, & alij relati à Carolo Antonio Theſauro *de pœnis Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 5. verſic. *limita primò*, qui etiam putat eſſe ſententiam probabilem. .37.

An in pœnas præfatæ conſtitutionis Pij V. *incidat Clericus ſemel aut bis committens crimen nefandum; an vero ſolùm illud exercens continuatè.*

Cæterùm an pœnæ dictæ conſtitutionis Pij V. Clericis, & Religioſis ſodomitis ipſo iure impoſitæ locum habeant in eo, qui vnicum tantum crimen ſodomiæ commiſit; an vero ſolum in eo illud crimen exercente, hoc eſt in eo, qui quaſi ex vſu continuato tale crimen committit; atque adeo præfatæ pœnæ non comprehendant eos Clericos, qui ſemel, aut bis, vel ter illud crimen perpetrauerint, ſed ſolum eos, qui illud exercent, & ita in illud ſibi conſueuerint, vt arbitrio boni viri dici poſſint illius exercitatores, & habere locum in committente vnicum actum ſodomiticum tenuit Ignatius Lopez in *addit. ad Diaz. cap.* 89. litera *D.* verſic. *vnum tamen*, quem ſequuntur Bellettus *p.* 2. *tit. de pœnis Cler. d* §. 9. 11. *num.* 10. Cæuallos *comm. contra comm. q.* 228. *num.* 4. Ioannes Vela, & Azeuedo relati à Garzia *p.* 11. *cap.* 10. *num.* 199 Cherubinus *ſuper dictam bullam ſcholio* 2. & Farinacius *to.* 4. *pract. d. quæſt.* 148. *num.* 30. Probant Lopez, & Bellettus per aliam conſtitutionem antecedentem, ſeu priorem eiuſdem Pij V. datam Anno 1566. Calendis Aprilis, quinta in ordine; in qua non fecit Pontifex mentionem illius verbi *Exercentes*, ſed ſolum dicit, ſi Clericus perpetrauerit crimen nefandum contra naturam, degradatus curiæ ſæculari puniendus tradatur, verbum autem *perpetrauerit*, non expoſcit criminis reiterationem; Et huius conſtitutionis Pius V. facit mentionem in poſteriori, in qua tantum abeſt, quod voluerit priori derogare in aliquo, quin imò quod illam potius voluerit amplioribus pœnis roborare, vt ex illius verbis apparet, *Verùm*, ait, *ne tanti flagitij contagium impunitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt, fidentius inualeſcat; clarius huius nefarij criminis reos grauius vlciſcendos deliberanimus, vt qui animæ interitum non horreſcunt, hos certè deterreat ciuilium legum gladius vindex ſæcularis. Itaque quod nos ipſo Pontificatus noſtri initio de hac re decreuimus, plenius nunc, & fortius proſequi intendentes decreuimus.* Ex quibus conſtare videtur, quod nullo modo voluerit 38.

prioris

prioris constitotionis pœnam limitare, aut moderari, & in solos exercentes vim habere: plora alia ad huius rei confirmationem addunt Lopez, & Bellettus, quæ hanc sententiam reddunt probabilem, & apud ipsos videri possunt. Farinacius etiam confirmat per textum *in §. item lex Iulia instit. de public. iudiciis.* vbi gladio puoiuntur illi, qui eum masculis nefandam libidioem exercere audent; & tamen pœna hæc (inquit idem Farinacius) a iudicibus imponitur etiam pro vnica vice, & omnes Doctores commuoiter ita tenent, & etiam praxis recipit, licet rarò in manibus curiæ cadant huius criminis rei, qui oou pluties crimeo hoc commiserint. ita Farinacius.

39. Communis sententia Doctorum est; quod pœnæ dictæ coostitutionis posterioris Pij V. noo afficiant Clericos semel, aut bis nefarium crimen committentes; sed tantum eos, qui frequenter, & ea coosuetudine, seu vsu continuato illud committunt. ita ex Iurisperitis Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 249. versic. *tertio dico.* Prosper de Augustino ad Quarantam verbo *sodomia.* Graffius de casibus reseruatis *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. Marcus Antonios Geouensis *in praxi Curia Neapol.c.*67. Aloysius Riccius *in praxi p.*3. *resolut.*58. Martha *de iurisdictione p.* 2. *cap.* 16. Garzias *d. cap.* 10. *num.* 198. Augustious Barbosa *d. allegat.*44. *num.* 25. & *collectaneo ad cap. Clerici num.* 10. *&* 11. *de excessibus Prælatorum.* & plures alij ab eodem Barbosa allegati. Ea Theologis ita sentiunt Rodriquez *qq. regul. to.* 1. *q.* 30. *art.* 19. *& in summ. p.* 1. *cap.* 209. *num.* 2. Azorius *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *q.* 2. Sayrus *lib.* 7. *Thesauri. cap.* 12. *nam.* 23. Suarez de censuris *disp.* 31. *sect.* 4. *num* 21. Bonacina *de matr. q* 4. *puncto* 11. *num.* 2. versic. *aduertendum est primo.* & alij communiter, quos Barbosa, & Garzias referunt. Fundatur hæc communis senteotia in illo bullæ verbo, seo participio *exercentes*, quod importat frequentiam, & vsum continuatum, noo vnicum, aut alterum actum. Quod probatur à Nauarro *arg. l. sciendum, §. illud ff. de ædilit. edicto,* per quod Bartholus *in § omnem in proœmio Digestorum num.* 10. quem sequuntur Panormitanus *in cap.* 1. *num.*24. *de iudiciis*, & Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis*, docet artificem, aut mercatorem non dici eum, qui semel, aut iterum artem, vel mercaturam exercet, sed eum, qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali. Neque etiam, & Abigeus dicitur quis pro vno, vel altero actu *l. quis sit fugitiuus §. erronem ff eodem.* & *l. finali ff. de abig.* Neque etiam lusor per vnicum actum ludendi debet puniri pœna ordinaria. Præterea probatur à Graffio, & Riccio tum quia exercere venit ab exercitatione, vnde exercitus nomen traxit *l* 1. *in princ. ff de testam. milit.* qoia exerceri debent milites, & discere in otio, quæ facere, & perficere possint in bello, quia vulgo illi dicuntur exercitatores, qui in vsu ponunt aliquid v.g. exercuit aduocationem, id est, per aliquod tempus fuit Aduocatus, & iste est communis vsus loquendi attendendus, vt colligitur ex *d. §. illud.* Aduertunt etiam Graffius, & Riccius verbum *exercere* significare frequentiam ex diuersis actibus non ex eodem tempore, sed diuersis per textum *in cap. monasteria, de vita, & honestate Cleric.* Nam tres actus venerei antequam quis diuertat ad extraneos actus, eum masculo habentur pro vno continoato, & aggregato. vt *l. vulgaris in princ. ff. de furtis.* Baldus *in cap. cum Ecclesia num.* 16. *de causa poss. & propriet.* Comprehendit ergo dicta constitutio Pij V. Clericum, qui frequenter, & consuetudine nefarium crimen committit, & in illud sic labitur, vt viri boni arbitrio dici possit exercitator eius, non autem eum, qui tantum semel, aut aliquoties in illud cadit, & pœnitet cecidisse: Et quod quis dicendus exercere tale crimen arbitrio boni viri relinquatur, traduot præallegati Doctores arg. *l.* 1. *ff. de iure delib.* Hioc

40. Ad argumentum Lopez, & Belletti sumptum ex priori bulla eiusdem Pij V. respondetur cum Rodriquez & Garzia, quod licet pœna illius primæ constitutioois comprehendat perpetrantes, pœnæ tameo secundæ, quæ sunt grauiores, comprehendunt tantum *Exercentes*, vt expressè in ipsa constitutione dicitor, sicut etiam eadem secunda constitutio non habet locum in laicis, vt habet primo, sed tantum io Clericis; vt aiunt Naoarrus, Prosper de Augustino, Garzias, & alij Doctores *num. præcedenti* & *num.* 34. relati.

Ad argumeotum Farinacij Respondetur Augustinum Barbosam *d. allegat.* 44. asserere etiam pœnam sodomiæ à iure ciuili *d. §. item lex Iulia* habere locum solum in iis, qui frequenter, & ex vsu continuato crimen nefandum committuot, & dicit omnes ibi verbum illud *exercere* intelligere frequeoti vso, & qoasi ea consuetudine, & idem sentit Fagundez

Et ab hac communi senteotia in praxi (cum agatur de pœna grauissima) non videtur recedendum (licet secus sentiat Farinacius *loco citato*) & ita practicari io curia Romana ait Barbosa *d. collectaneo ad cap. Clerici citato num.* 7. & Nauarrus testatur ipsum summum Pootificem Pium V. ita sibi dixisse, scilicet se posuisse de industria in sua bulla posteriori verbum *exercentes*, ad comprehendendum tantom eos, qoi qoasi ex vsu continuato nefarium crimen exerceot.

Conatus solus, & tentatio ad nefarium sodomiæ scelus perpetrandum, an puniatur pœna criminis ordinaria, & inducat in Clerico sic conante pœnas constitutionis Pij V.

An autem qui habuit conatum, & tentauit nefarium scelus perpetrare, sed ooo perfecit, seu consummauit seminando intra vas præposterum, incidat in pœoas sodomiæ ordinarias, seu sit puniendus pœna ordinaria sodomiæ à lege ciuili communi, vel municipali, & à lege Ecclesiastica impositas; & ita si sit Clericus, vel Religiosus incurrat pœuas dictæ coostitutionis Pij V. *Horrendum scelus.* De hac difficultate aliqua dicta suot supra *num.* 13. *fine.* Notandum cum Prospero de Augustino *in addit. ad Quarantam verbo* sodomia *limit.* 3. huiusmodi attentationem duobus modis posse verificari, & existere; primo quando processum esset ad aliquem actum de per se ordinatum de præscori ad ipsum factum scelestissimum, veluti ad leuandum puero vestes, & alia præparatoria de quibus per Cardin. Parisium *consil.* 163. *vol.* 4. secundo quando peruentum esset ad actum magis proximum, & immediatum, qui tunc talis diceretur, quo supposito de facili ipsius facti continuatio sequeretur ex dictis per Boërium *decis.*316. vt si puero nudato, & prostrato nixus esset membro suo penetrare vas præposterum, illudque ponere intra anum. 41.

Prima ergo sententia asserit attentantem vno, aut altero modo coitum sodomiticum saltem, qui deueoit ad actum proximum, & immediatum, & perfecisset, ac cōsummasset nefarium coitum si potoisset, aut nisi aliud impedimentum intercessisset, incidere in pœnam criminis ordinariam, & mortis pœna puniendum; & si Clericus iocurrere pœnas dictæ constitutioois. ita Boërius *decis.* 316. *num.*2. Andreas Gaillus *lib.*1. *de pace publica cap.*14. *n.* 16. Barbatius *consil.* 64. *num.* 10. *& seqq.* Grammaticus in commentariis ad constitutiones Regni Neapol. *in cap. legum asperitatem.* Bellettus *p.* 2. *tit. de pœnis Cleric. tit.* 11. *n.*16. hancque opioionem sanctiorem, & veriorem opinione contrari asserente puniendum solum pœna extraordinaria ait idem Gaillus, id probans quod huiusmodi nefandum scelus est omnium maximè detestaodum, & execrandum, & non simplici, & leui morte puniendum, sed maximis suppliciis, & execrandis modis ad terrorem aliorum mulctandum; vt constat ex pœnis à Deo, & hominibus tali crimioi nefario impositis suprà §. *primo* enumeratis. Hanc eandem sententiam amplexus est Prosper de Augustioo, vbi Clericus 42.

conatus fuerit hoc ſcelus committere, & ad aliquem actum admodum proximum, ſeu directum in ſceleris conſummationem peruenisset; & per ipſum minimè ſtetiſſet, quin conſummatum fuerit, quia omnem conatum adhibuiſſet ad actus perfectionem, ſed aliquo exteriori impedimento impeditus fuerit, quo minus crimen peragerer & exequeretur; & in totum conſummaſſet, veluti quia detectus fuiſſet ob aliorum ſuperuenientiam; hoc enim in caſu ait, quod Clericus attentator venit puniendus pœnis *in d. constitutione* Pij V. contentis, & expreſſis: quod idem aſſeruit Mænochius *de arbitr. caſu* 360. *n.* 60. idque probat Proſper ex eiuſdem criminis deteſtatione, & grauitate; & quod ſit res pernicioſiſſimi exempli, propter quod etiam Gomez *ad l. Tauri* 80. *num.* 34. verſic. *Adde* & Rodriquez 1. *p. ſum. cap.* 209. *num.* 2. teſtantur in Regnis Hiſpaniæ ex diſpoſitione pragmaticæ octuageſimæ quintæ pœna criminis ordinaria, ſcilicet combuſtionis puniri eos, qui adoriuntur facere hoc peccatum nefandum, quamuis impediti non conſumment copulam. Et pro hac ſententia manifeſtè ſtant Doctores, qui docent in atrociſſimis delictis (quale eſt hoc nefandum, atrociſſimum, & grauiſſimum, vt in præcedentibus §. 1. probatum eſt) pœna ordinaria puniri ſolum conatum, etiamſi effectus non ſit ſequutus; iſti ſunt Gloſſa *in l.* 1. §. *hac verba*, verbo *putamus ff. quod quiſque iuris.* Felinus *in tractatu, quando conatus puniatur; in cap* 2. *de præſumpt.* & in 1. *num.* 9. *de officio delegati.* Couarruuias *in Clem. ſi furioſus num.* 52. *de homicidio* (qui dicunt eſſe opinionem communiorem) & alij, quos late referunt Cæuallos *com. contra comm. q.* 540. *à num.* 1. & Aloyſius Riccius *in praxi fori Eccleſ. p.* 3. *reſolut.* 62. *num.* 1. Quod ſi Clericus attentans coitum ſodomiticum poſtquam deuenit ad actum proximum, propria pœnitentia ductus ſua ſponte, & à nemine impeditus à crimine incepto ceſſaſſet; tunc ait idem Proſper quod non deberet puniri pœna ordinaria, ſed mitiori arbitrio iudicis.

43. Altera ſententia, & communis, vel ſaltem magis communis docet eum, qui attentauit crimen nefandum illud inchoando non perfecit, & conſummauit ſeminando intra vas præpoſterum, ſed extra illud, quia non potuit, etiamſi ad actum proximum, & immediatum in ſceleris conſummationem deuenerit; vt quia puero nudato, & proſtrato niſus eſt præpoſtere eum cognoſcere, & ſic cæpit, ſed non potuit vel ob clamorem patientis, vel alio modo, non ſubiacere pœnæ ordinariæ, ſed puniendum eſſe ſolummodo pœna extraordinaria; & iudici arbitraria; & conſequenter etiamſi ſit Clericus, non incidere in pœnas dictæ Conſtitutionis Pij V. ita Afflictus *in comment. ad Conſtitutiones Neapolitanas lib.* 3. *rubr.* 42. *num.* 15. Gomez *loco* ſuprà *citato* Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 250. Clarus *in practica crimin.* §. *ſodomia num.* 8. Mænochius *de arbitr. caſu* 286. *num.* 7. & 16 & *in addit. num.* 37. Petrus Caballus *in reſolut. crim. cent.* 1. *caſu* 16. *num.* 11. Cæuallos *d. q.* 540. *num.* 17. Farinacius *in praxi to.* 4. *allegata q.* 148. *num.* 61. *ad* 65. Aloyſius Riccius *d. reſolut.* 62. *num.* 2. & *ſeqq.* Nicolaus Garzias *p.* 51. *cap.* 10. *num.* 203. Graffius de caſibus reſeruatis *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 24. & 25. Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 44. *num.* 24 & *collectanea ad cap. Clerici num.* 8. *de exceſſibus* Prælatorum, & plures alij Iuriſperiti à Mænochio, Caballo, Barboſa, & Farinacio relati. Et ex Theologis Sayrus, & Soarez locis ſuprà *n.* 39. relatis, Bonacina *de matr. q.* 4. *p.* 11. *n.* 2. verſic. *Aduertendum eſt ſecundo.* Fagundez *lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 9. & 10. Maiolus *de irregularitate cap.* 43. *n.* 3. Bellochius de caſibus reſeruatis *p.* 2. *q.* 1. *n.* 183. Diana *p.* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 63. & alij à Barboſa allegati. Nam licet, qui opus nefandum voluit perpetrare, & incepit facere, quantum ad ſe, & etiam coram Deo commiſerit peccatum perfectum ſodomiæ, ſcilicet habens perfectam malitiam ſodomiæ, & coram Deo ſit reus eiuſdem pœnæ, ac ſi conſummaſſet externum actum; tamen ſi non perficiatur, & conſummetur nefarium opus intra vas præpoſterum, non dicitur, neque eſt propriè, & verè ſodomia, quæ in rigore eſt coitus intra vas præpoſterum conſummatus, ſcilicet cum effuſione ſeminis intra illud, vt dictum eſt ſuprà *n.* 5. & tradunt Doctores communiter; ac proinde ſic attentans opus nefandum, & non perficiens non ſeminando intra vas præpoſterum, ſed extra illud non debet puniri pœna ordinaria legum, quæ cum delicto pœnam imponunt (niſi aliud exprimant) cenſentur imponere delicto perfecto, & conſummato; ſed puniendum eſt pœnam extraordinaria. Quod probatur etiam reſponſo Pauli Iuriſconſulti *in l.* 1. §. *finali ff. de extraordinariis criminibus*, ibi, *Perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in Inſulam deportatur* (& eſt laudatus textus *in cap. ſollicitatores* §. *qui puero* 33. *q.* 3.) Ex quo textu conſtat pro conatu, & attentatione indictam fuiſſe pœnam deportationis, quæ hodie in vſu deſiit, & eius loco eſt pœna arbitraria, vt ait Mænochius *d. n.* 37. & latiùs comprobat *caſu* 330. *num.* 5. Confirmatur hæc ſententia ab Afflicto, & aliis prælegatis, quia licet fuerit deuentum ad actum proximum in tam enormi delicto, & ob id, attentatum habendum ſit pro conſummato, & perfecto; nihilominus hodie de generali conſuetudine etiam in grauiſſimis, & atrociſſimis delictis minus punitur, qui deuenit ad actum proximum, & non perfecit, quam qui perfecit. Et ab hac ſententia tanquam mitiori non eſſe recedendum dixit Clarus *loco citato*, addens Senatum Mediolanenſem non conſueuiſſe hunc ſic delinquentem ſolo conatu ad copulam ſodomiticam punire pœna mortis ordinaria.

Quare à fortiori ſi quis habet acceſſum ad puerum, vel fœminam non per vas turpe, & exterius, ſed inter crura, vel in alia parte corporis, vel manibus abutendo, & ſe polluendo, ſemenque emittendo nullo modo tentans coitum in vaſe indebito, etiam ſi vnus maſculus ſupponatur alteri more, quo fit inter virum, & fœminam, vel maſculus, aut fœmina auerſè ſupponatur, accedenti non intentanti, neque procuranti ſeminationem intra vas ipſum præpoſterum, ſed inter crura, vel alia parte corporis ipſius patientis, cum in hoc caſu non ſit in rigore ſodomiæ peccatum, ſed mollitiei (vt conſtat ex dictis *n.* 5. & tradunt Llamas, & Reginaldus locis *ibidem* allegatis) licet grauiſſimæ non pœna mortis ordinaria, nec ſi ſit clericus, pœnis conſtitutionis Pij V. ſed arbitraria iudicis puniendus eſt. Et id etiam in terminis tradunt ex Doctoribus *numero præcedenti* allegatis, Afflictus *loco* ibidem *citato*, Mænochius *d. caſu* 286. *num.* 18. Petrus Caballus, Auguſtinus Barboſa, Graffius *locis* ibidem *citatis*, Riccius *d. reſolut.* 62. *num.* 3. Farinacius *d. q.* 148. *num.* 64. Fagundez *d. cap.* 9. *num.* 10. Gomez *ad d. l. Tauri* 80. *num.* 34. verſic. *Item adde*, & Peguera *deciſ.* 72. Afflictus enim loquitur in extraordinaria pollutione facta cum puero, ita quod priapus non intret anum, ſed ſolum fiat extraordinaria pollutio, ſicut fit interdum cum mulieribus corpore virginibus; & concludit iſtos tanquam extraordinariè delinquentes extraordinariè puniendos; & addit ita vidiſſe determinatum per magnos Doctores. Petrus Caballus verò *num.* 1. loquens in quodam medico, qui pluries ſe corrupit cum puero ſeptem annorum virilia ſua in manibus eius, & inter femora illius refricando, & quod grauius eſt, in ore illius exugenda præbendo, ait, quod poſt multas conſultationes tandem fuit ad triremes condemnatus. Peguera *d. deciſ.* 72. *num.* 5. *fine* dicit in ciuitate Catalaniæ fuiſſe quendam fuſtigatum, qui plures actus venereos cum multis pueris fricando inter crura anis abutendo, & ſemen emittendo commiſerat: & *deciſ.* 75. refert idem fuiſſe ſeruatum in alio, qui membro in ano non impoſuit, ſed extra vas, & per crura ſe polluit, fuit enim ad triremes condamnatus per decennium. Mulieres etiam agentes vna cum alia ſine aliquo inſtrumento pœna flagellorum fuiſſe punitas, traditum eſt ſuprà

suprà *num.*36. Pollutionem etiam propriis manibus factam (quam iurisperiti vocant sodomiam latè vocabulo sumpto, & masturpationem, & se propriis manibus pollucntes appellant masturpatores, vt per Petrum Caballum *d. casu* 16.*n.*2. *ad* 7. & Farinacium *d. quæst.*148. *num.*38.*&* 39.) idem Petrus Caballus *num.*5. *&* 6.& post alios Farinacius *d. num.*39 aiunt esse pœna extraordinaria, puta exilio, vel alia arbitraria puniendum propter fœdam facinoris enormitatem, si delegatur, & ad iudicium deferatur; & si rarò, aut nunquam delictum hoc ad iudicium notitiam veniat, veluti clam commissum.

45. Porro præfata sententia communis, quod attentans coitum sodomiticum, etiamsi deuenerit ad actum proximum, & immediatum, non veniat puniendus pœna ordinaria criminis limitatur, quando opus nefarium peregit vsque ad consummationem, vt si imposuisset membrum intra vas præposterum vel pueri, vel fœminæ, & postea fraudulenter illo extracto in actu effundendi semen extra peregisset, & semen effudisset: in hoc enim casu hunc dici propriè sodomitam, & ex eo, quod non consummauit per actualem effusionẽ seminis intra partes pudendas contra naturam, sed extra semen effuderit, ab ordinaria pœna non excusari (& consequenter si clericus sit incidere in pœnas constitutionis Pij V.) tradunt ex Doctoribus suprà *num.*43. relatis Afflictus, Clarus, Peguera, Petrus Caballus, Riccius *locis* ibidem *citatis*, Farinacius *d. quæst.*148. *num.*65. Graffius *d. cap.* 11. *num.*25. Bellochius *dict. q.*1.*n.*184. & Fagundez *d. cap.* 9. *num.*11. & præter hos etiam Coriolanus *de casibus reseruatis p.* 2. *casu* 19.*num.*19. In hoc enim casu crimen satis perfectum, & completum censetur in genere sodomiæ; & præterea sicut non est aliquid faciendum in fraudem legislatoris *cap. constitutus de concess. præbend.* ita nec in fraudem legis, vt aiunt Coriolanus, & Bellochius. Quare vbi reseruatur Episcopo crimen sodomiæ istum comprehendi sub reseruatione vt verum sodomitam tradunt iidem Graffius, Coriolanus, & Bellochius: vnde quando Bonacina *loco citato*, Fiuellius *de casibus reseruatis cap* 9. *num.*6. & alij dicunt attentantem coitum sodomiticum, & non perficientem, & consummantem effundendo semen intra vas turpe non comprehendi sub reseruatione casus sodomiæ, eo quod reseruatio sit odiosa, & strictè intelligenda, & sic de actu perfecto, & consummato, non videntur intelligendi in hoc casu, sed quando deuenit ad actum proximum, vel intus anum imposuit membrum non peragendo opus nefarium vsque ad consũmationem, puta quia antea extraxit spontè ductus pœnitentia, vel ob patientis clamorem, aut aliorum superuenientiam. Quanquam Homobonus de casibus reseruatis *p.* 2. *casu*, *seu sect.* 5. versic. *primo incidere*, & Diana *d. resolut.*63. expressè doceant requiri semper effusionem seminis intra turpe vas, nec sufficere peregisse intra vas opus nefarium vsque ad consummationem, si in actuali decisione seminis extracto membro semen extra vas effundatur; nam tunc, inquit Diana, sodomia non est consummata, sed attentata; ac proinde non est casus reseruatus, si membrum intra vas ponatur per multum temporis spatium incipiendo, & prosequendo actum sodomiticum, sed tamen non effundatur. Probat autem Homobonus argumento eorum, quæ docet Sanchez *lib.* 2. *de matr. disput.*21. *num.*5. & *lib.*10. *disp.*4. *num.*20. Clarum autem, & alios Doctores suprà *hoc num.* citatos ait intelligendos in foro exteriori; sed ratio adducta probat absolutè quoad pœnas, & etiam quoad reseruationem, cum in tali casu censeatur actus sodomiticus consummatus; non est autẽ simile de consummatione matrimonij, de affinitate contrahenda, & diuisione carnis ad alium pro diuortio faciendo, hæc enim requirunt seminis commixtionem, ac proinde consummationem totalem cum effusione seminis intra vas, vt tradit *locis citatis* Sanchez, & etiam Nauarrus *loco* suprà *citato*

An in pœnas ordinarias contra sodomitas à iure ciuili, vel Ecclesiastico, & in Bullis Pontificiis latas & statutas incidant non solum agentes, sed etiam patientes in nefario crimine.

Vtrùm pœnæ ordinariæ tam Iure humano ciuili, aut municipali, quam iure Ecclesiastico, & Bullis Sũmorum Pontificum contra exercentes sodomiam statutæ comprehendant, & ligent non solum agentes vitium sodomiticum, sed etiam patientes. Nonnulli negarunt comprehendere patientes. ita Graffius de casibus reseruatis *lib.* 2. *cap.*21. *num.*5.7. *&* 8. & alij, quos Mazzuchellus de casibus reseruatis *disput.*2. *cap.*22. *num.*7. refert, scilicet Ioannes Franciscus Suarez (& est Religiosus, qui cum absque suorum superiorum licentia librum ediderit, finxit sibi tale nomen, cum tamen aliud nomen, & cognomen habeat) verbo *interpretatio*, Peregrinus Pollerta verbo *sodomiticus actus*, & Antonius Bernardinus *p.*1. *de circumstantiis num.*12. §. *secunda species*. Probatur hæc sententia, quia sodomita propriè dicitur, qui agit contra naturam cum eadem specie in vase indebito *cap. adulterij* 32. *quæst.*7. *Cap. Clerici de excessibus Prælatorum*. Vnde patientes vocantur molles iuxta illud 1. *ad Corinth. cap.*6. *Neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum* DEI *possidebunt*. vbi Glossa sic exponit, quam sequitur D. Thomas 1. 2. *quæst.* 138. *art.*... *ad* 1. & Caietanus *in sum verbo* mollities *in fine*, vbi ait quod molles dicuntur qui se polluunt, & etiam mas, & fœmina patientes contra naturam. item *Auth. vt non luxurientur* sodomita dicitur, qui agit contra naturam, sed agens non est, qui patitur; ergo appellatione sodomitæ ait Graffius non venit patiens; tum ex diuersitate vocabuli, & variatione, tum ex diuersitate pœnæ; tum ex grauitate sceleris; nam maius est peccatum agentis, quam patientis iuxta D. Antoninum 3. *p. tit.*17. *cap.*17. §.4. *fine*, & notatur 32. *quæst.*7. *can. adulterij in Glossa* 2. & secundum mensuram peccati erit plagarum modus *Deut. cap.*15. *cap. felicis* §. *illud de pœnis in* 6. & maior pœna imponitur agenti sodomiticè in foro externo, quàm patienti; quia agenti infligitur pœna ignis, non sic patienti, & similiter mitius punitur, qui passus fuit aliquod inhonestum in domo sua, quàm agens iuxta Baldum *in l. cum ancilla* 1. *col.* verbo *item nota Cod. de incest. nupt.* Pariter in foro conscientiæ mitius agunt contra patientes, quàm contra agentes *cap. sicut tribus de pœnit. d.*5. *Glossa in cap. si cui de pœnit. d.*1. Abbas *in cap. sicut dignum per illum textum de homicidio.* Quare fit, inquit idem Graffius, quod volens Episcopus Ferrariensis tam agentes, quam patientes comprehendere in reseruatione casus sodomiæ, sic ait; Qui nefarium crimen sodomiæ commiserint, vel passi sint. Prædicta Graffius, cuius sententiam proponit etiam Diana *p.*2. *tract.*17. *resolutione* 64. & non reprobat; sed an sit probabilis relinquit indicio virorum doctorum; & eandem post aliqua tradita in contrarium tandem amplectitur Bellettus *p.* 2. *disquis. cleric. tit. de pœnis Clericorum* §.11. *num.*13. concludens per tradita à Graffio *suprà* adducta tam in foro externo, quàm interno mitius puniri patientem, quam agentem. Quoad pœnas etiam Bullæ Pij V. posset quis dicere latas esse contra *exercentes*; qui autem patitur non videtur exercere, hoc enim verbum videtur importare actionem non passionem. 46.

At supradictis minimè obstantibus omninò affirmandum est in pœnas criminis sodomiæ ordinariæ à potestate laica, & ab Ecclesiastica latas incidere non solum agentes, sed etiam sponte, & voluntariè patientes in prædicto nefando crimine. ita ex Iurisperitis in terminis Clarus *in practica in v. sodomia* versic. *sed quæro* Afflictus *d. rub.*42.*n.*13. Gomez *ad d. l. Tauri* 80.*n.*32. *paulo post principium*, Mænochius *d. casu* 386. *n.*6 & *in addit. n.*39. vbi allegat etiam Constãtinum Hermonopolum *lib.*6. *tit.*4. 47.

de

de prater naturam lasciuientibus, Aloysius Riceius *in praxi fori Eccl p.3.resol.57.* Ignatius Lopez ad Diaz *c.89.* litera *A.* versic. *ad quod quam plurimum fine.* & alij à Claro, Fagundez *d.lib.6.c.9.n.9.* relati, & certè ita sentiunt alij Iurisperiti à præcedentibus relati, & alij, qui dum loquuntur de pœna ordinaria huius nefarij criminis, nullam quoad illam incurrendam faciunt distinctionem inter agentes, & patientes. Ex Theologis ita affirmant Fagundez *loco citato*, Bonacina *de matr. quæst.6. puncto 11. num.2.* versic. *Aduertendum est secundò.* Coriolanus *p.2. casu 9. num.11.* Bellochius de casibus reseruatis *p. 2.q.1. num.188.* Homobonus de casibus reseruatis *p. 2. sect. 5.* versic. *Quarto masculi.* Mazzucebellus *d. num.7.* Lupus de casibus reseruatis *p.1. casu 10. num.9* & alij ab iisdem relati. & ita tenuit etiam Grassius *consilio 3. de adulter. & stupro*, licet postea mutauerit opinionem; & indicat etiam Sanchez *lib 10. de matr. disput.4. num.4.* & constitutio Mediolanensis, Papiensis, & Ferrariensis, qua dispositum est, vt sodomitæ agentes, & patientes igni comburantur, vt suprà *num. 9.* notatum est. Colligitur etiam ex textu in *d.l. cum vir nubit.* cuius verba feriunt tam agentes, quàm muliebria patientes, vt notarunt Clarus, Gomez, Riccius, & alij, & etiam ex *Auth. vt non luxurientur contra naturam. ex cap. clerici de excessibus Prælatorum*, & ex præfata constitutione Pij V. & ita haber praxis; nam in variis Tribunalibus pœna criminis ordinaria puniuntur patientes quando excedunt ætatem viginti annorum, vt notat Riccius *d. resolut. 57. fine* ex Caualcano *decis.21. p.5.* Gasparo Thesauro *decis.17. p.3.* Thoningio *decis.24.* & Bombin. *consil.12.* id in specie tradentibus. Et ratio manifesta est, quia ambo concurrentes ad nefarium coitum verè, & propriè crimen sodomiæ perpetrant, & tam peccatum patientis, quam agentis dicitur, & est propriè sodomiticum, & vterque verè, & propriè est sodomita; vt rectè præallegati Doctores, & alij, & nullum potest esse dubium, quod tam in masculo, quàm in fœmina passiuè dicatur committi sodomia, vt tradunt Panormitanus *in cap. in Archiepiscopatu*, & Ioannes Bartholinus *in annotat. ad Lancell. instit. iuris can. lib. 4. tit. de adult. § eadem.* Cùm ergo iura ciuilia, & Ecclesiastica statuant pœnas contra sodomitas, vel vitium sodomiticum perpetrantes, aut exercentes, comprehendunt tàm agentem, quàm patientem in eodem nefario crimine, cum vterque verè, & propriè sit sodomita, perpetret, & exerceat peccatum sodomiticum. Confirmatur quoque, quia in correlatiuis dispositum in vno censetur etiam dispositum in alio. Illud autem quod ex Baldo adducit Grassius, non obstat, quia in aliis sæpe, & vt plurimum patiens non est reus criminis eiusdem omninò rationis, & concurrans ad idem delictum patratum numero physicè, & moraliter quod agens perpetrat: Quod etiam grauius sit peccatum agentis, quàm patientis non est ita clarum, & contrarium videtur docere Abulensis *in Matth.5. q.210.* ob eam rationem, quod semper agens est præstantius patiente, & sic maior turpitudo videtur inesse in patiente coitum sodomiticum, quàm in agente, & sic in communi hominum æstimatione turpiores habentur patientes sponte, & voluntariè in nefario crimina (nisi ob ætatem minorem, vel sexus conditionem alioqui aliquo modo excusentur) quàm agentes. Et dato quod aliquo modo grauius sit peccatum agentis, tamen cum excessus non sit notabilis, & agens, ac patiens verè idem delictum numero sodomiticum committunt, vterque ligatur pœnis contra sodomitas latis.

48. Aduertendum autem, vt notant Mænochius *dict. casu 286. in addit. n. 39.* & post alios Farinacius *in praxi tom.4. allegata quæst.148. num.76.* habendam esse rationem qualitatis, & conditionis personarum sic delinquentium in pœnis præfatis præsertim iuris ciuilis infligendis; nam etiam in hoc crimine sodomiæ adolescentes, & ætate minores minori pœna sunt puniendi iuxta *l. auxilium §.1. ff. de minor.25. annis*; & ita expresè docuisse Constantinum Hermenopolo. *loco suprà citato* scribit Mænochius illius verba referens, quæ sunt, *Præter naturam lasciuientes tam agens, quam patiens gladio plectantur, nisi fortè qui passus est, minor erat annis duodecim: Tunc enim ætatis defectus eum à pœna eximit*, & ita in praxi seruari testatur Farinacius. Sic & pœnam incesti coitus ob teneram ætatem mitigari constat *ex l. si adulterium §.1.* versic. *fratres ff. de adulteriis.* & tradit Mænochius *d. num.39.* & *casu 329. num.2.*

Quando à Diœcesano reseruatur sibi absolutè, & simpliciter sodomia, quinam in tali reseruatione comprehendantur, & an impuberes doli capaces comprehendantur in casibus reseruatis

Ex dictis colligi potest quinam comprehendantur in reseruatione, quando Diœcesanus sibi reseruat absolutè crimen sodomiticum his, vel æquiualentibus verbis, *Qui sodomiam commiserit.* Quibus verbis reseruatur ab Archiepiscopo Mediolanensi.

Primò enim comprehenditur non solum masculus 49.
habens concubitum contra naturam cum masculo; sed etiam fœmina, quæ medio instrumento, aut alio modo cognoscit carnaliter aliam fœminam in vase tàm debito, quàm indebito cum emissione seminis in illud, constat ex dictis suprà *num.14. & 25.* & tradunt Doctores *d. num.25.* citati: quidquid secùs malè sentiat Maxucchellus loco suprà *n.13.* citato.

Secundò comprehenditur masculus, qui propriam 50.
vxorem, vel aliam fœminam carnaliter cognoscit in vase indebito. Colligitur ex traditis suprà *num.31.* & in terminis tradunt Grassius, Riccius, Bellochius locis *d. num.31.* citatis, & Homobonus *de casibus p. 2. sect.5.* versic. *Tertiò qui præpostera.* Talis enim concubitus est propriè sodomia vt *d. n. 33.* probatum est; & licet ex propria, & rigorosa verbi significatione non veniret appellatione sodomiæ concubitus masculi cum muliere in vase præpostero, venit tamen ex communi vsu loquendi vt *d. num. 33.* dictum est, vt docent Riccius, Grassius, Bellochius. Quamuis contrarium, & talem concubitum non comprehendi sub præfata reseruatione teneant Bonacina *de matrim. quæst.4. p.11. num. 5.* Chapeauille *de casibus reseru. p. 1. casu 15. quæst.2.* versic. *secundo.* Mazzucchellus de casibus reseruatis *disputat. 2. cap.22. num.6.* Diana *p. 2. tract. 17. resolut. 62.* Syluius, summa Corona, & Floronus ab eodem Diana relati, qui fundantur in eo, quod concubitus masculi cum fœmina in vase præpostero non sit propriè sodomia iuxta tradita suprà *num. 30.* sed iam probatum est contrarium *num.31.* & supposito, quod propriè non sit sodomia, tamen ex communi vsu loquendi, qui in legum interpretatione potius attenditur, venit nomine sodomiæ.

Tertiò comprehenditur etiam, qui vnicum actum, 51.
seu concubitum sodomiticum habuit. ita Bellochius de casibus reseruatis *p. 2. quæst.1. num.183.* Grassius de casibus reseruatis *lib.1. cap.11. num.27.* Homobonus *dict. sect.5.* versic. *primo incidere*, & Maxucbellus *d. cap.2. n.9.* iste enim vere sodomiam commisit, & sodomia verificatur in vnico coitu contra naturam in vase præpostero: secùs vero si in reseruatione diceretur *exercentes sodomiam*, nam tunc non comprehenderetur qui semel, aut bis commisisset, sed qui ex vsu continuato iuxta tradita suprà *num.39. & seqq.* & docent etiam Grassius, & Bellochius *locis* modò *citatis.*

Quartò comprehenditur, qui imposito membro in- 52.
tra vas præposterum masculi, vel fœminæ peregit opus nefarium vsque ad consummationem & in actu effusionis seminis extrahit illud, & extra vas turpe effundit semen, constat ex traditis supra *num.43. & 45.* & tradunt Doctores *d. num.45.* citati: secùs vero qui extraordinariè pollutionem habet intra crura, vel alia parte masculi,

vel

vel fœminæ non tentans coitum in vase præpostero, & qui conatur concubitum sodomiticum, sed non perficit, nec consummat iotta vas turpe sponte desistens, vel quia non potest impeditus clamore patientis, vel alia de causa, etiamsi deueniat ad actum proximum, & immediatum. constat id ex dictis *d. n.* 33. & ex regula generali; quod reseruatio intelligitur de actu consummato, & perfecto. & ita tradunt Grassius, Bellochius, Cariolanus locis *d. num.* 33. *&* 35. citatis.

53. Quinto comprehenditur tùm agens, tùm voluntariè, & absque vi, vel metu patiens masculus, vel fœmina. cum vterque committat sodomiticum crimen, sitque propriè, & verè sodomita iuxta tradita suprà *n.* 47. & ita tenent in terminis Bonacina, Homobonus, Bellochius, Lupus, & Mazzucchellus locis *d. n.* 47. allegatis.

54. Limitatur autem non procedere in agentes, & patientes impuberibus id est, qui nondum compleuerunt 14. annum si sint masculi: hos enim non comprehendi in reseruatione casus sodomiæ tradunt Grassius *consil.* 3. *de adult.* & de casibus reseruatis *lib.* 1. *d. c.* 1. *num.* 10. Bellochius *de casibus reseru. p.* 2. *quæst.* 1. *n.* 203. & *q.* 17. *num.* 66. Homobonus *de casib. reseru. p.* 2. *sect.* 5. versic. *quarto masculi* (licèt *p.* 1. *c.* 3. *pag.* 48. *in* 2. *editione*, voluerit aliter affectat peccata impuberum reseruationibus Episcoporum subdi, nisi aliud eorum statutis caueatur.) Paludanus *in* 4. *distinct.* 34. *q.* 2. *art.* 1. & Diana *p.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 1. qui docent in vniuersum impuberes etsi doli capaces non comprehendi in casibus reseruatis. Probant Grassius, & Bellochius, quia regulariter masculi ante pubertatè non sunt apti consummare coitum; ac proinde licet constaret quod ante ætatem pubertatis consummassent actum in vase præpostero non comprehenduntur in reseruatione casus sodomiæ; quia casus reseruatio fit de his, quæ proceduot regulariter, & non de his quæ ratò accidunt, de quibus non est curandum *l. nam ad ea ff. de legibus*, & Zabarella *in cap.* 1. *de delictis puerorum*. Verùm hæc ratio non habet locum in patiente; qui proinde deberet comprehendi. Melius ergo probatur ratione vniuersali suadente, impuberes etsi doli capaces non comprehendi in casibus reseruatis, scilicet, quod sicut minor ætas excusat in foro iudiciali à pœna ordinaria delicti, & facit, vt minor delinquens mitius puniatur, vt notatum est suprà *num.* 48. ita conueniens est, vt excuset à reseruatione casus. Quamuis contrarium, & etiam minores quatuordecim annis doli capaces comprehendi in reseruatione casuum, nisi excipiantur, præter Homobonum *d. cap.* 3. doceant Lazatius de Blasphemia *q.* 8. *num.* 41. *& tribus sequentibus*, Floronus de casibus reseruatis *p.* 1. *casu* 3. *n.* 2. & *p.* 2. *casu* 7. *n.* 8. & Mazzucchellus *de casib. reseru. disp.* 2. *d. c.* 22. *n.* 12. & probat Lazatus, tum quia minor impubes doli capax in spiritualibus agit vt maior iuxta Glossam *in c. mulier* 32. *q.* 2. & Nauarrum *consil.* 1. *de cognat. spirit.* ac proinde in excommunicationem iuris incidit *c.* 1. & *cap. finali de sentent. excommunic.* Saytus *lib.* 1. *thes. c.* 8. *n.* 4. & Suarez *de censur. disput.* 5. *sect.* 1. *n.* 19. Tum quia impuberes ob delicta in foro etiam iudiciali puniri debent pœna ordinaria iuxta Decianum *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 6. & alios, quos idem Lazarius *n.* 44. & Farinacius *in prax. crim. q.* 16. *n.* 49. referunt. sed ex eo probat Mazzucchellus, quod reseruatio casuum non est pœna (qualis est censura) quæ afficiat delinquentem (quomodo impuberem etsi doli capacem non posse saltem licitè excommunicari excommunicatione ab homine, docent post alios Saytus, & Suatez *locis* immediatè ante *citatis*, Hugolinus *de cens. tab. cap.* 17. §. 3. Altetius *lib.* 3. *disp.* 2. *cap.* 3. *ad finem*, Bonacina, Coninch, Filliuccius, & alij recentiores agentes de censuris) sed est negatio iurisdictionis, quæ Cōfessorem potius afficit, quàm pœnitentem. Vnde etiam ignorantia reseruationis non prodest, vt quis possit à reseruatis absolui, vt docent Sanchez *lib.* 9. *de matr. disp.* 32. *n.* 18. Hugolinus *de offic. Episc. c.* 39. *n.* 1. versic. 3. & plures alij contra Nauarrum *in man. c.* 23. *n.* 47. Pbiliarcum *de offic. Sacerdotis to.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. §. 3. & nonnullos alios. Non obstat ergo impubertas pro incurrenda reseruatione; cum incurrere reseruationem nil aliud sit, quàm peccatum esse tale, vt ab illo absoluendi facultas non competat cuicunque Confessario, sed soli superiori sit reseruata.

In Confessione peccati sodomiæ an debeat pænitens explicare fueritnè agens, vel patiens.

Sed nunquid in Confessione peccati sodomiæ pœnitens teneatur explicare fueritnè agens, vel patiens. Negatiuè respondent Alphonsus de Leone *in tract. de offic. & potestate Confessarij p.* 1. *recollect.* 9. *n* 216. Mazzucchellus *de casibus reseru. disp.* 2. *c.* 22. *n.* 21. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 159. *p.* 5. *tract.* 14. *resol.* 56. *initio.* & *p.* 6. *resolut.* 36. & apud eundem Zambellus *in repert. mor. verbo* Absolutio *n.* 43. Lupus *de casibus reseruatis p.* 2. *casu* 10. *n.* 22. Hieronymus Ghilinus *in sum. verbo* circumstantia *n.* 50. & Carolus de Baucio *in praxi Confessariorum fol.* 334. *n.* 45. qui proinde dicunt, si qui fuit patiens, habetet verecundiam confitendi se fuisse patientem in actu sodomitico, satis esse si dicat toties sodomiam exercui: ita etiam sensisse Nicolaum Riccardum Magistrum sacri Palatij, & Martinum Fornerium refert idem Diana; ita etiam sentit Bellertus *disq. cleric. p.* 2. *tit. de pœnis cleric.* §. 11. *n.* 13. Ratio, qua nituntur est, quia vtriusque peccatum est eiusdem speciei, non enim passim in tali delicto est circumstantia diuersificans, aut varians speciem, sicut & in fornicatione, quæ tam ex parte viri agentis, quam ex parte fœminæ succumbentis est peccatum eiusdem speciei, nec est necesse in confessione peccati fornicationis explicare an fuerit vir, vel mulier, sed sufficit dicere commisi fornicationem; & si dicatur quod in delicto nefario magis graue est peccatum agentis, quàm patientis hinc tantum potest inferri, quod maiori pœna debeat puniri, non autem sequitur esse diuersæ speciei quia magis, & minus non variant speciem. Si dicatur committens sodomiam agendo seminat, patiens vero non seminat, ergo tenetur manifestare, vtrum fuerit agens, vel patiens. Contra est (inquit Mazzucchellus) quia hæc circumstantia ex parte patientis esset minuens, circumstantiæ autem minuentes intra eandem speciem non sunt ex necessitate aperiendæ in Confessione; vt docent Nauarrus *in man. c.* 6. *n.* 6. Suarez *de pœnit. disp.* 22. *sect.* 3. *n.* 16. & alij cōmuniter. His tamen non obstantibus 55.

Dicendum ex necessitate in Confessione nefarij criminis explicandam præfatam circumstantiam agentis, & patientis vt tradit Ioannes Lugo *de pœnit. disp.* 16. *sect.* 5. *n.* 243. Ratio apud me manifesta, & euidens (& ab eodem Lugo adducitur) est, quia ex parte agentis interuenit pollutio propria, quæ non interuenit ex parte patientis, diuersum autem specie peccatum est voluntariè pollui, vel solum cooperari pollutioni alterius; cum aliud sit cohibere delectationem propriam illicitam, aliud non procurare alienam: Et quamuis ipse etiam patiens habeat aliquo modo tactum impudicum, & contingat etiam sæpè habere delectationem turpem, negari tamen nullo modo potest, pollutionem ipsam fundare, & afferre diuersam malitiam explicandam supra simplicem tactum impudicum. Nam qui sine intentione, aut periculo pollutionis tangeret propter turpem solam delectationem tactus, non contrahit malitiam, quam contrahit qui ex intentione pollutionis id facit; ac proinde iste debet explicare peccatum pollutionis, quam procurauit, & habuit, & ille debet explicare se habuisse tactum impudicum sine intentione, & periculo pollutionis: ita ergo in peccato sodomitico agens debet explicare circumstantiam illam agentis propter malitiam specie diuersam, quam affert ipsius pollutio supra malitiam se tenentem ex parte patientis, & patiens etiam debet explicare circumstantiam patientis, ne Confessarius alioqui apprehendat ipsum fuisse pollutum, & non explicando taceret circumstantiam mouentem malitiam à malitia sodomiæ 56.

sodomiæ specie diuersam, cum pollutio ex parte patientis vere habeat malitiam specie diuersam à malitia sodomiæ, & simplicis tactus, vt probatum est.

Quando vir, & mulier habuerunt copulam extra vas naturale, vel mollities procurata est tactibus alterius, qua ratione in Confessione sufficiat, vel debeat explicari peccatum.

57. Si quis quærat, quando vir, & mulier habuerunt rem, seu copulam extra vas naturale qua ratione debeant hoc peccatum fateri, & explicare, dum illud confitentur, & quid à Confessario circa illud inquirendum an nimirum in qua parte corporis pollutio, seu seminis effusio fuerit procurata, & sequuta. Aliqui respondent satis esse si vir in confessione dicat se habuisse rem contra naturam, seu extra vas naturale, & pariter si fœmina dicat, se fuisse cognitam contra naturam, seu extra vas naturale, & non esse necesse, vt ipsi explicent, nec & Confessarius (imò aiunt non expedire) inquirat modum, & partem, aut locum corporis; eo quod sufficiat habere cognitionem huius peccati contra naturam, nec oporteat illas circumstantias omnes à pœnitente aperiri, & Confessario percipi, quasi hæc in genere moris sint vnius speciei. ita Angelus *verbo*, interrogationes in Confessione *num.* 1. *fine.* & *num.* 9. versic. *Postea habu.* Caietanus *in summ.* verbo *Confessor.* §. *vnde euidenter fine.* Fagundex de præceptis Ecclesiæ *precepto* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. *initio*, & Diana *p.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 99. & eandem responsionem videtur indicare Tabiena *verbo* interrogatio *num.* 1. dum admonet Confessarium, vt de peccatis carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias, quia huiusmodi delectabilia, quantò magis in speciali considerantur, magis concupiscentiam nata sunt mouere.

58. Verùm hæc responsio, seu doctrina generalis eget examinatione, & declaratione, vt notauit etiam Henriquez *lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 6. *litera Z. in Glossa fine.* Nam si copula extra vas naturale fuisset sodomitica, & in vase præpostero certè huiusmodi circumstantia foret explicanda, vel peccatum ita aperiendum, vt Confessarius intelligat fuisse copulam sodomiticam; cum contineat specialem malitiam peccati contra naturam; ac proinde ex necessitate explicandum in confessione iuxta latè tradita suprà *num.* 14. *cum pluribus sequentibus*, & *num.* 28. nec Angelus, Caietanus, & Fagundex in illa responsione, seu doctrina generali voluerunt excludere necessitatem fatendi hanc circumstantiam copulæ, scilicet fuisse sodomiticam, vel in vase indebito; cum velint speciem peccati etiam in carnalibus esse explicandam in Confessione; quare prædicta generali responsione solum volunt docere, & docent in Confessione carnalium peccatorum satis esse dicere speciem, aliàs autem circumstantias non mutantes speciem consultius taceri, nimirum modos obscœnos, quibus pollutio procurata, & perfecta est. Quare responsio illa præfatorum Doctorum, quod si vir, & mulier habuerunt copulam extra vas naturale, sufficiat fateri, *habui rem*, vel *fui cognita extra vas naturale*, intelligitur quando non intercessit coitus sodomiticus, nec fuit attentatus, nec adfuit intentio habendi talem coitum sodomiticum, sed intentio fuit tantum polluendi; & solum mollities commissa est, tunc enim quouis modo, & in quauis parte corporis pollutio ipsa extra vas naturale procurata, & perfecta sit, iuxta præfatos Doctores non est necesse modum obscœnum, vel partem corporis, aut locum explicare, quia huiusmodi circumstantiæ non mutant speciem, sed solum aggrauant in eadem specie mollitiei, & ita paulo post explicat Caietanus. Quando enim vir, & fœmina ita se carnaliter commiscent sine attentatione, & intentione coitus sodomitici se polluunt, & effunditur semen extra vas naturale, peccatum est solius mollitiei, seu habens solam malitiam mollitiei quouis modo, aut parte corporis perfecta sit pollutio, seu seminis effusio.

Igitur cum mollities aliquando committatur ab vna 59.
persona se ipsam prouocante siue mas, siue fœmina; aliquando à duobus (siue masculis, siue fœminis, siue altera masculo, altera fœmina) vna alteram adiuuante, idque multis modis contingere possit: Hos modos, quia vt docet Caietanus 2.2. *quæst.* 154. *art.* 11. *dub.* 2. non mutant speciem peccati, probabile est, non esse necesse explicare, & Confessarium illos cognoscere, sed sufficit dicere, & Confessarium cognoscere pollutionem factam cum, vel sine auxilio, & cooperatione alterius, vt etiam docent Reginaldus *lib.* 22. *num.* 48. Ouiedus 1.2. *tract.* 6. *contron.* 5 *p.* 3. *num.* 57. & ita etiam sentit Henriquez *loco citato*, & intelligendi sunt Angelus, Caietanus, & Fagundez, & docet etiam idem Diana *p.* 5. *tract.* 7. *resol.* 52. Dixi *probabile*, cum non desint, qui quosdam modos valdè aggrauantes turpitudinem mollitiei, seu pollutionis factæ cum aliena persona, vt si polluens se cum alio homine supercumbat, sicut super mulierem, aut super masculum auersè sicut si vellet coitum sodomiticum habere polluens tamen se inter crura; hos, inquam, modos, vtpotè notabiliter aggrauantes asserunt esse explicandos in Confessione, nec satis esse dicere tactu alterius mollitiem commisi. ita Llamas *p.* 3. *meth. cap.* 8. §. 24. vbi dicit etiam ita sensisse virum doctum à se consultum, & id sibi placere ait Antonius Noctinot *in summa* Diana *verbo* circumstantiæ quis *num.* 21. & est probabile supposita sententia, quod circumstantiæ notabiliter aggrauantes essent ex necessitate explicandæ in confessione. Reliqui autem Doctores supra allegati, & Diana *d. resolut.* 52. tenent satis esse dicere pollutus sum tactibus, vel auxilio alterius, non explicando modum quantumcunque turpem, & quia non variat speciem, & quia circa venerea ob periculum immunditiæ alicuius saltem mentalis, & renouationis præteritæ delectationis sobriùs sit agendum in illorum interrogatione, & confessione. Cum autem præfata pollutio alienis tactibus procurata habeat duplicem numero malitiam ratione Complicis, hanc semper explicare oportet, vt dixi; Et Reginaldus, Ouiedus, Llmas, & Diana tradunt *locis citatis*, & Fagundez *in decalog. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 39.

Quod si tactus impudici & pollutio motua inter per- 60.
sonas eiusdem, vel diuersi sexus fiant, vel fiat ex affectu ad vas indebitum, seu ad coitum in vase præpostero, tunc habent malitiam sodomiæ, licet non sit sodomia consummata, vt notaui suprà *num.* 5. & tradunt etiam Llamas *d. cap.* 8. § 24. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 8. *num.* 159. & Ouiedus *d. num.* 57. Et notandum deterioris malitiæ esse tactus impudicos, amplexus, & oscula inter marem, & marem, aut inter fœminam, & fœminam, quàm inter marem, & fœminam, quia hi sua natura ordinantur ad fornicationem, illi vero ad sodomiam, vel ad peccatum mollitiei, quod est grauius peccatum, quàm simplex fornicatio. ita Ouiedus *dict. num.* 57. Sanchez *de matr. lib.* 9. *disp.* 46. *num.* 19. Layman *lib.* 3. *sect.* 4. *num.* 13. & Villallobos *p.* 2. *tract.* 40. *diff* 9. *n.* 5. Si vero tactus tantum sint propter delectationem, quæ ex ipsis capitur nullo habito affectu ad personam eiusdem sexus, adque vas indebitum habent malitiam immunditiæ, sicut pollutio, quam quis habet secum (vt duobus numeris præcedentibus dictum est, & tradunt Doctores ibi, ac Ouiedus, & Filliuccius *locis citatis*) duplicem tamen ratione complicis in Confessione propterea explicandam vt dixi.

Quando quis se polluit tactibus personæ professæ, vel in Sacris constituta, an in confessione tam agens, quàm patiens teneatur explicare circumstantiam personæ, vbi an in tactibus libidinosis confitendis explicanda sint circumstantiæ agentis, & patientis.

An autem quando quis se polluit tangendo personam 61.
professam,

professam, vel in sacris constitutam teneatur explicare circumstantiam hâc personæ cuius tactibus est pollutus. Hieronymus Llamas (quem sequitur Ioannes Caramuel in *commentario ad regulam sancti Benedicti*) *d. cap.* 8. §. 16 *circa finem* docet quidem tanquam certum apud omnes in confessione coitus sodomitici commissi cum persona professa, vel in sacris constitota esse explicandam talem circũstantiam; quia qui habet votum solemne castitatis siue sit agens, siue sit patiens tenetur talem circumstantiam explicare, scilicet quia sacrilegè se polluit contra suum votum, & per consequens & complex eius in peccato id explicare tenetur necessario, cum sit particeps, & socius mali. At vero quando sola pollutio, seu mollities ab aliquo committitur tactibus professi, vel monialis professæ, vel in sacris constituti, asserit non teneri explicare circumstantiam talis personæ, neque persona ipsa sacra ad id teneri, si ipsa non pollueretur; ac proinde si patiens est sæcularis, non tenetur (inquit) amplius dicere nisi passus sum voluntariè pollui tactibus alicuis; neque in sacris constitutus, vel professus amplius tenetur dicere, nisi causaui tangens impudicè alium pollui; & si non sit cognitus, non tenetur explicare, *Et sum in sacris*, vel *professus*, aut *professa religionem*, nisi illi etiam accidat voluntariè pollutio; quia sacra persona (hæc est eius ratio) non est in tali casu violata, cum non violetur nisi per propriam pollutionem. ita Llamas, & Caramuel.

62. At dicendum omninò explicandum circumstantiam personæ sacræ, cuius tactibus quis pollutionem procurauit, & etiam ipsam personam sacram, quæ illam causauit, teneri in confessione explicare circumstantiam voti, seu se esse professam, vel in sacris constitutam. Et ita asserunt etiam Diana *p. 1. tract. 7. resolut.* 53. & Turllench *lib. 6. c. 1. dub.* 8. §. 1. *n.* 2. *fine*, nullam tamen afferentes rationem. Igitur ratio est, quia impudici, seu venerei tactus, amplexus, oscula inter personas eiusdem, vel diuersi sexus solutas, si deliberatè habentur animo oblectandi se carnaliter, seu fruendi delectatione venerea ex eis consurgente, ideo sunt peccata mortalia (vbi materiæ leuitas non excuset si in venereis delectationibus dari potest materiæ leuitas) licet nec de pollutione, concubitu, aut fornicatione; nec de illius delectatione cogitetur; quia sua natura, & intrinsecè vti præambula quædam, & circumstantiæ ordinantur, & tendunt ad concubitum, seu ad copulam tanquam ad finem; pro vt patet tum ex eo, quod bruta eiusmodi tactibus vtuntur, cum ad coitum se præparant; tum ex eo, quod natura in iisdem tactibus, & actibus venereis voluptatem apposuerit, sicut in coitu, illique ad instar huius immutent corpus, ipsumque delectent; circumstantiæ autem intrinsecæ actus participãt eandem malitiam actus, & media etiam eandem malitiam finis, ad quem sunt ordinata sortiuntur, atque adeo cum pollutio, & copula carnalis extra matrimonium sit mortaliter mala, tactus quoque & actus impudici ad eam ordinati erunt mortaliter mali; & ita sentiunt communiter Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez de matrimonio *lib. 9. disp.* 46. & alij recentiores mox allegandi. Hinc infertur manifestè hos impudicos, & venereos tactus, & actus esse peccata mortalia eiusdem speciei, eiusdẽque malitiæ moralis, cuius est actus consummatus copulæ, seu concubitus, ad quem sua natura tendunt, quamuis habens illos tactus, & actus impudicos, eum non intendat, & ita habebunt præfati tactus, & actus impudici malitiam incestus, si fiant inter personas sanguine coniunctas, sacrilegij si fiant à personis, vel cum personis DEO dicatis; adulterij, si à personis coniugatis cum alienis, vel à soluto cum coniuge alterius, & sic de cæteris. Et cùm tactus libidinosus est sui ipsius, habet malitiam mollitiei; cum vero bestiæ bestialitatis. Et ita docent Sanchez *dict. disput.* 46. *num.* 18. Salas 1. 2. *tom.* 13. *tract.* 12. Lessius *lib. 4. de iustitia cap. 3. n.* 52. Reginaldus *lib.* 22. *n.* 5. *versic. tertia propositio*, Villallobos *p. 2. tract. 40. diff. 9. n.* 5. Bonacina *de matr. q. 4. puncto 9. num.* 2. *versic. Licet*, & *n.* 3. Layman *lib. 3. sect. 4. n.* 13. Filliucc. *to.* 2.

tract. 30. *c.* 9. *n.* 167. & 171. Turllench *in decal. lib. 6. cap. 1. dub.* 11. *n.* 3. Graffius de casibus reseruatis *lib. 1. c.* 13. *n.* 38 *versic. secundus*, Abulensis, Caietanus, Armilla, Tabiena, Petrus Nauarrus, & plures alij à Sanchez, & Sala relati. Qui omnes proindè asserunt in præfatis tactibus impudicis, & libidinosis mortalibus confitendis necessario explicandas esse circumstantias personarum agentis, & patientis, sicut in ipsa copula; puta si tangens, vel tactum patiens sit matrimonio, aut voto astrictus, si sint consanguinei, &c. quia non explicata tali circumstantia personarum, non explicaretur species peccati, seu malitiæ, & sic confessio esset diminuta. Ex hac igitur communi doctrina contra præfatos Hieronymum Llamas, & Caramuelem apertè constat sæcularem, qui passus est pollutionem tactibus, vel amplexu, aut osculo Monialis, seu personæ professæ, vel constitutæ in sacris, teneri in Confessione explicare hanc circumstantiam personæ, cum talis pollutio habeat malitiam moralem sacrilegij, sicut habet coitus consummatus, ad quem sua natura tactus impudici, ex quibus sequitur pollutio, ordinantur, & ita etiam Monialis, seu persona professa, aut in sacris constituta patiens, etsi non acciderit ei pollutio, non satisfacit dicendo *causaui tangens impudicè alium pollui*; sed tenetur explicare circumstantiam personæ tum polluti, tum propriæ, quia illi tactus impudici de natura sua ordinantur ad copulam cum polluto, & ad pollutionem propriam, & consequenter habent eandem malitiam copulæ, & pollutionis, vt ostensum est, & tradunt omnes Doctores præallegati.

Sodomia præter malitiam propriam, & specialem contra naturam potest habere annexam deformitatem, & malitiam aliarum specierum luxuria, & quando habeat: vbi etiam nonnulla peculiaria circa incestum, & illius Confessionem ad satisfaciendum Confessiani Sacramentali.

Dubium vltimum, an sodomia possit habere, & quando habeat annexam aliam malitiam diuersam à malitia sodomiæ in Confessione explicandam. Certum est posse habere iuxta tradenda, & Doctores *infrà* allegatos. Igitur si quis coitum nefandum sodomiæ habet cum masculo, aut fœmina DEO per votum castitatis dicatis, puta cum Moniali professa, aut religioso professo, vel aliquo in sacris constituto, vltra malitiam propriam peccati sodomiæ, & contra naturam habet malitiam specialem sacrilegij; si habet cum vxore alterius, habet etiam malitiam adulterij, quia per talem coitum fit iniuria marito, & toro matrimoniali; si habet cum fœmina violenter, vel contra voluntatem parentum adducta à domo eorum, vel contra voluntatem ipsius fœminæ, vltra malitiam peccati contra naturam propriam habet malitiam specialem iniustitiæ, & iniuriæ, ac violentiæ factæ contra fœminam, vel parentes eius. ita Caietanus 2. 2. *quæst.* 154. *artic.* 11. *ad* 2. Azorius *p. 3. lib. 3. cap. 20. quæst.* 4. Sayrus *lib. 8. clauis cap. 5. num.* 10. Chiapeuille de casibus reseruatis *p. 2. casu 15. quæst. 1. versic. dubitatur hoc loco.* Lessius *lib. 4. cap. 3. num* 90. Filliuccius *tom. 2. tract. 30. cap. 8. n* 164. Bonacina *de matrimon. quæst. 4. puncto* 12. *num.* 6. Hieronymus Llamas *p. 3. meth. cap.* 8. §. 16. Turllench *lib. 6. cap. 1. dub.* 8. §. 2. *num.* 3. & Sanchez *lib. 10. de matrimon. disput. 4. num. 3. & sequentibus.* vbi loquitur de coitu sodomitico coniugati cum soluto, aut soluta, aut cum coniuge alterius, & vult habere malitiam adulterij, & esse sufficientem causam diuortij. Aduertunt autem Lessius, & Filliuccius, quod quando quis cognoscit carnaliter vxorem alterius in vase præpostero, etsi infert iniuriam marito, non tamen infert parem, & tantam, quantam infert cognoscendo in vase naturali, quia proprium vas coniugale 63.

non violatur, nec confunditur semen, vnde proles incerta contingat. Vnde etiam Filliuccius ait per talem coitum non incurri pœnas adulterorum.

64. Item si coitus nefarius sodomiæ fiat cum persona consanguinea, vel affine inter eos gradus, intra quos copula in vase naturali facta est incestuosa, præter propriam maliciam sodomiæ habet specialem malitiam contra pietatem, & reuerentiam debitam cognatis. ita Caietanus, & alij Doctores *numero præcedenti* allegati, & etiam Graffius *de arbit. conf. lib.2. cap.* 34. *num.*3. & *conf.*3.*n.*17. Bellochius *de casibus reseru. p.*2.*q.*1.*n.*109. & Mazzucchellus de casibus reseru. *disput.*2.*cap.*4.*n.*47. & *cap.*21. *n.*23. Quare licèt talis coitus sodomiticus cum persona consanguinea propriæ, vel alterius coniugis non sit incestus propriè, & quoad matrimonium, & eius vsum impediendum; nam impedimentum matrimonij ex affinitate proueniens nascitur tantum ex copula ordinaria, & consueta in vase naturali, ex qua sequi potest generatio, non vero ex copula extraordinaria extra vas naturale *cap. extraordinaria* 35. *q.*2. & 3. ita quod ex copula sodomitica non oritur affinitas vt constat ex *d. cap.* & post alios Doctores communiter id asserentes tradit Sanchez *lib.*7. *de matr. disp.*64. *num.* 15. & docent etiam *locis citatis* Azorius, Bonacina, Llamas, Filliuccius, & Turllench. Nihilominus potest dici incestuosus, quatenus est, seu fit contra pietatem debitam parentibus; ex eo autem quod non est propriè incestus, ex quo oriatur affinitas, Filliuccius notat per talem incestum, seu coitum incestuosum sodomiticum non incurri pœnas incestuosorum, & alij aiunt non comprehendi in reseruatione casus incestus, & etiam si habitus esset cum matre. ita Bellochius *d.q.*1. *num.* 110. Florenus *de casibus reseru. p.*2. *cap.*6. *num.*31. Finellius *de casibus reseru. casu* 10.*n.*10. & Diana *p.*1 *tract.*14. *resol.*101. Quamuis contrarium teneant Graffius *locis citatis*, & Zecchius *de casib. reseru. cap.*15. *num.*1.

65. An vero in confitendo huiusmodi coitu sodomitico habito cum mare, vel fœmina consanguinea, vel affina debeat explicari circumstantia consanguinitatis, & affinitatis, & etiam gradus vtriusque; Azorius *d.c.* 20. ait esse explicandũ primum, & secundũ gradum consanguinitatis, & affinitatis, non autem esse necessarium explicare tertium, & quartum gradum siue consanguinitatis, siue affinitatis: quod idem *lib.*3.*c.*9.*q.*1. docet de incestuosa copula naturali habita cum consanguinea, vel affine, & idem docet Bonacina *d.puncto* 11.*n.*10. scilicet non esse explicandum tertium, & quartum gradum consanguinitatis; sed tantùm primum, & secundum, quando copula sodomitica habita est cum persona affine, vel consanguinea in linea transuersali: Si autem habita sit cum consanguineis in linea recta ait *num.*11. explicandam consanguinitatem in quocunque gradu existat, iuxta doctrinam, quam idem Bonacina tradit *eadem quæst.*4. *puncto* 16. *num.*6. Ratio autem cur gradus tertius, & quartus in linea transuersali non sit ex necessitate explicandos iuxta eosdem Azorium, & Bonacinam est, quia isti gradus solum instituti sunt iure positiuo humano ad impediendum matrimonium; ius autem humanum solum prohibet in his gradibus ordinarios concubitus cum debito sexu, & vase, non extraordinarios, qui non impediunt matrimonium.

66. Diana verò *d. resolut.*101. & Mazzucchellus *de casib. reseruatis disput.*2.*cap.*22. *n.*23. tenent non esse necessarium in Confessione explicare gradum aliquem, scilicet nec secundum, nec primum, sed satis esse explicare circumstantiam consanguinitatis, vel affinitatis, dicendo habui actum sodomiticum cum cõsanguinea, aut affine: imò non esse etiam necessarium explicare circũstantiam consanguinitatis, aut affinitatis, sed sufficere, si dicatur commisi actum sodomiticum incestuosum, tenet idem Mazzucchellus *ibid.* & etiam idem oportet teneat Diana iuxta doctrinam, quam tradit *p.*1.*tract.*7. *resol.*31. & *p.*5. *tract.*14. *resol.*56. versic. *Quæro sextò*, quibus in locis approbat sententiam, quod in confitendo incestu commisso per copulam naturalem cum consanguinea, vel affine non sit necesse explicare circumstantiam consanguinitatis, aut affinitatis, neque gradum vllum tam lineæ rectæ, quam transuersalis. ita quod, qui commisit incestum etiam cum matre, aut filia satisfacit Confessioni, si dicat commisi incestum, seu pollui me peccato incestus tot vicibus, eo quod, inquit, incestus inter consanguineos ipsos, & etiam inter affines non differant specie in genere moris, vt videtur sentire D.Thomas 2.2.*q.*154.*art.*9. *ad secundum*, & tradunt Caietanus *ibid.* Mazzucchellus *dict. disput.* 2. *cap.* 4. *num.* 27. & 28. Nugnus, Gipsius, Megala, & Bartholomæus à S. Fausto ab iisdem Diana, & Mazzucchello allegati, & Bonacina *disput.* 16. *num.*5. versic. *Tertia sententia*, & etiam Filliuccius *to.*2.*tract.*30. *cap.*5. *n.*97. licèt teneat gradus consanguinitatis, si comparentur cum gradibus affinitatis, vel aliis coniunctionibus, distingui specie ab illis; putat tamen probabile non distingui specie si comparentur inter se, eo quod omnes sint contra eandem virtutem pietatis, & reuerentiæ parentibus debitæ; licet existimet probabilius distingui specie quoad eos grados, qui iure naturali prohibentur, vt est primus gradus in recta, & etiam in transuersali iuxta eundem, & magis communem opinionem; supposito autem, quod omnes incestus sint eiusdem speciei specialissimæ in genere moris, licet vnus sit longè grauior altero, puta cum matre, vel filia sit grauior, quàm cum sorore, aut affine, hæc maior grauitas cum non mutet speciem, non venit ex necessitate explicanda in Confessione, inquit Diana *locis citatis*. Ex quibus patet resolutionem huius difficultatis, an in Confessione coitus sodomitici cum consanguineis, vel affinibus masculis vel fœminis sit explicanda circumstantia consanguinitatis, vel affinitatis, & etiam circumstantia gradus, & etiam circumstantia lineæ rectæ, vel transuersalis, pendere ex resolutione alterius difficultatis, an incestus copula naturali cum consanguineis commissus differat specieà commisso cum affinibus; & incestus cum consanguineis habeat varias species iuxta gradus consanguinitatis, & commissus cum consanguineis lineæ rectæ specie differat à commisso cum consanguineis lineæ transuersalis, & similiter an incestus cum affinibus inter se differat specie iuxta diuersitatem graduũ vsque ad quartum. Cuius difficultatis explicandæ hic non est locus, videantur de ea agentes Caietanus, Bonacina, Filliuccius *locis citatis*. Nauarrus *in man. c.*16. Valentia *tom.*3. *disp.*9. *q.*3. *p.*3. Azorius *p.*3. *lib.*3. *c.*9.*q.*1. Vasquez *tom.*4. *in* 3. *p. disput.*91. *art.*1. *dub.*4. Lessius *lib.*4. *cap.* 3. *n.* 79. & 80. Saytos *lib.*8. *clauis cap* 4. Suarez *de pœnit. disp.*22. *sect.*3. Fagundez *de preceptis Eccles. precepto* 2. *lib.*4. *c.*3. & latiùs *de preceptis decal. lib.*.... *cap.*6. Reginaldus *lib.*8. *cap.*4. Henriquez *lib.*5.*cap.*9. Ioannes Lugo *de pœnit. disp.*16. *sect.*2. Coninch *de sacram. disp.*7. *dub.*13. Turllench in decalogum *lib.*6.*c.*2. *dub.*6. & alij ab iisdem præsertim Diana *d. resol.*31. citati & etiam Sanchez *de matr. lib.*7. *disp.*15.*n.*51. *cum seqq.* & *disp.*66. *num.*... *cum seqq.* & Ouiedus 1.2. *tract.*6. *controu.*5. *p.*3. Pendet etiam resolutio præfatæ difficultatis ex resolutione alterius quæstionis, nempe an circumstantiæ notabiliter aggrauantes malitiam peccati intra eandem speciem specialissimam debeant in confessione manifestari. De qua quæstione videantur Doctores agentes de Sacramento pœnitentiæ, vbi de Confessione.

67. Porro si coitus sodomiticus fiat cum persona cognata cognatione spirituali, vel legali, puta cum persona à se baptizata, vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato, hanc circomstantiam cognationis ex necessitate non esse in confessione explicandam tradunt Azorius *p.*3. *lib.*3. *cap.*9. *q.*5. & *cap.*20. *q.*5. versic. *Tertio rogabis*, Bonacina *de matr. q.* 4. *puncto* 11. *n.*7. & Mazzucchellus de casibus reseruatis *disput.*2.*c.*22. *num.*25. Ratio est, quia non est propriè, & verè incestus ex natura rei, etiam si coitus cum tali persona cognata

gnata cognatione ſpirituali, vel legalis foret naturalis, quia non eſt à natura, vt inceſtus cum conſanguineis, & affinibus, ſed tantum à lege humana, quæ voluit, & decreuit talem coitum naturalem cum cognatis cognatione ſpirituali, vel legali haberi tanquam inceſtum quoad matrimonium impediendum, vel dirimendum, & etiam quantum ad debitum coniugale impediendum poſt matrimonium contractum, vt colligitur ex *cap. ſi vir de cognat. ſpir.* & *ex can. de eo* 30. *q.* 1. Cum ergo nulla lex ſpecialis extet, quæ hos coitus naturales, vel contra naturam cum cognatis cognatione ſpirituali, vel legali ſpecialiter prohibeat præter legem naturalem, aut etiam poſitiuam generaliter prohibentem nefarium peccatum, nulla eſt neceſſitas explicandi in confeſſione circumſtantiam huius cognationis.

68. Si verò concubitus ſodomiticus habeatur cum vxore propria præter malitiam propriam peccati contra naturam habet etiam malitiam adulterij, vt notatum eſt ſuprà *n.* 32. & tradunt Sanchez, & Bellochius *ibid.* citati, etſi idem concubitus ſodomiticus habeatur cum propria vxore contra illius voluntatem, habet etiam ſpecialem malitiam iniuriæ factæ eidem propriæ vxori vtendo vaſe indebito, & illegitimo, ad quod ratione matrimonij non habet ius: vnde Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſp.* 4. *n.* 6. & 7. tradit eſſe ſufficientem cauſam diuortij, quod idem alios allegantes tradunt Lopez *in addit. ad cap.* 89. *pract.* Diaz litera *A.* verſic. & *propter hoc ſcelus*, & Mænochius *de arbitr. caſu* 286. *n.* 15. & *in addit. n.* 30.

69. Docet etiam Sanchez (quem ſequitur Bonacina *dict. p.* 11. *num.* 12.) poſt alios *lib.* 9. *diſput.* 17. *num.* 4. peccare mortaliter virum volentem copulari vxori legitimè, vt ſe excitet, vel præparet ad copulam, vel maioris voluptatis gratia inchoantem copulam, ſeu incipientem eandem vxorem cognoſcere actu præpoſtero, & ſodomitico immittendo membrum in vas præpoſterum; licet actum perficiat, & ſeminet in vaſe naturali, quidquid ſecus ſentiant Nauarrus, & Occadus ab eodem Sanchez relati volentes eſſe tantum culpam venialem. Sed quod ſit mortalis probatur, quia vtitur vaſe indebito, & illegitimo, à quo natura ipſa abhorret, & ille tactus nec ex ſe, nec ex tangentis intentione ad actum coniugalem poteſt referri, eo quod ſit medium improportionatum, & alterius ordinis luxuriæ, & coniuges poſſint alia via minus turpi præparare ſe ad copulam: & multò certius eſſet peccatum mortale ſi præfatus actus præpoſterus fieret contra voluntatem vxoris iuxta dicta *num. præcedenti*; nam & propter ſolam attentationem criminis nefarij vxor poteſt petere diuortium, vt tradunt Lopez *d. verſic.* & propter hoc ſcelus *fine*, Mænochius *dict. caſu* 286. *n.* 14. Clarus, & alij ab eodem Mænochio relati.

70. An vero ſi quis cognoſcat carnaliter virginem in vaſe præpoſtero, debeat in Confeſſione explicare ſodomiam eſſe commiſſam cum virgine. Leſſius *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 90. Sayrus, & Chiapeuille locis ſupra *n.* 63. citatis aſſerunt talem coitum eſſe ſtuprum, ſeu habere deformitatem, ſeu malitiam ſtupri, licet non parem, ſeu tantam, quantam habet ſtuprum commiſſum cum virgine in vaſe naturali: idem indicat Caietanus 2. 2. *q.* 154. *art.* 11. *dub.* 2. *fine*, & conſequenter iuxta hos Doctores circumſtantia virginis eſſet in Confeſſione explicanda. At huiuſmodi ſodomiam cum virgine non eſſe ſtuprum, nec ex neceſſitate in Confeſſione eſſe explicandum fuiſſe commiſſam cum virgine tenent Azorius *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 10. *quæſt.* 1. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 8. *n.* 164. Bonacina *d. puncto* 11. *n.* 9. Turllench *in decalog. lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 8. §. 2. *num.* 3. & Mazzucchellus de caſibus reſeruatis *diſp.* 2. *c.* 22. *num.* 23. Ratio autem, quod non habeat malitiam ſtupri, eſt, quia licet aliqua iniuria fiat patri (vt inquiunt Filliuccius, & Turllench) non violatur tamen integritas virginis, ſeu clauſtrum virginale, ſicut nec redditur virgo minus habilis ad matrimonium; ac proindè non videtur committi ſpeciale peccatum ſtupri, quod explicandum ſit in confeſſione, & prædicta de ſodomia.

§. III.

Explicantur nonnulla de beſtialitate.

QVam graue ſit hoc peccatum, explicatum eſt ſuprà *num.* 10. & 11. grauiſſimum enim eſt, & peius ſodomia iuxta S. Thomam 2. 2. *q.* 154. *art.* 12. Caietanum, & alios Doctores communiter citatos tum *n.* 1. tum *n.* 11. licèt Abulenſis *in Matth.* 5. *q.* 233. *poſt reſponſionem ad tertium*, verſic. *nunc conſiderandum eſt*, dicat ſodomiticum vitium eſſe maximum vitiorum contra naturam; ſed cum peccatum beſtialitatis committatur cum brutis, quæ ſunt extra ſpeciem humanam, fundat maiorem deformitatem, & diſſonantiam ad rectam rationem, & naturam rationalem, ſi quidem diuerſitas ſpeciei magis repugnat carnali congreſſui, & conſequenter eſt maius peccatum, quam ſodomia, vt S. Thomas, & alij communiter ob eandem rationem docent. 71

Cæterum peccatum beſtialitatis eſſe vnius ſpeciei ſpecialiſſimæ cum quocunque bruto eiuſdem, vel diuerſæ ſpeciei, aut ſexus in vaſe naturali, vel ſtercorario tradunt communiter Doctores *num.* 1. relati. Caietanus *dict. art.* 11. *dub.* 3. Sayrus *d. c.* 5. *n.* 18. Azorius *d. lib.* 3. *cap.* 22. Reginaldus *dicto lib.* 22. *n.* 51. Chiapeuille *d. q.* 1. verſic. *ſecunda eſt beſtialitas.* Filliuccius *d. c.* 8. *n.* 161. Bonacina *d. q.* 4. *puncto* 12. *n.* 4. Turllech *d. dub* 8 §. 3. Graffius de caſibus reſeruatis *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 17. & alij. Et ratio eſt, quia ſiue coitus beſtialis exerceatur cum equo, cane, hirco, gallina, aut alio bruto ſpecie diuerſo maſculo, vel fœmina in vaſe naturali, vel ſtercorario vnum eſt ſpecie motiuum in omnibus, nimirum venerea delectatio cum re alterius, ſeu diuerſæ ſpecie. Quare in Confeſſione ſatis eſt dicere, commiſi beſtialitatem toties, non deſcendendo ad aliam circunſtantiam, vt tradunt iidem Doctores. 72

Ad beſtialitatem iuxta eoſdem Doctores reducitur concubitus, ſeu congreſſus cum dæmone, quando aſſumpto corpore fit incubus, vel ſuccubus, in forma modo viri, modo fœminæ, modo hirci, capræ, vel bruti alterius ſpeciei, vel in forma alicuius Dearum, vel Deorum, quos olim colebat gentilitas v. g. Iouis, Martis, Saturni, Iunonis, Veneris. Et hoc peccatum eſt grauius, quàm congreſſus cum bruto, vt aiunt Leſſius *dict. cap.* 3. *num.* 91. & Fagundez *in decalog. lib* 6. *cap.* 9. *num* 25. Diuerſitas enim ſpeciei eo magis repugnat carnali congreſſui, quo ſpecies magis diuerſæ ſunt inter ſe ob maiorem improportionem ad talem congreſſum; nihil autem magis diuerſum, quàm corpus, & ſpiritus, quàm corpus verum, & non verum; Dæmon autem eſt ſpiritus, & quoties in forma hominis, mulieris, vel animalis apparet ex aëre, aut ex quolibet alio elemento efformat phantaſticum corpus, ſed ita aſperum tactu, & hiſpidum, vt ſtatim falſum appareat. 73

An autem concubitus, ſeu congreſſus cum dæmone ſiue incubo vel ſuccubo in corpore aſſumpto ſit peccatum eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ cum beſtialitate, ſeu congreſſu cum bruto, an vero diuerſæ in ratione peccati contra naturam. Leſſius, & Fagundez videntur ſentire eſſe *diuerſæ ſpeciei*, cum dæmon ex eo, quod eſt ſpiritus longiſſimè abſit à proportione, quæ requiritur inter coëuntes carnaliter, ac proinde talis concubitus videtur habere ſpecialem deformitatem contra rationem, & ad naturam rationalem. 74

At in ratione peccati contra naturam eſſe eiuſdem ſpeciei tenent alij Doctores præcitati Caietanus, Azorius, Sayrus, Bonacina, Filliuccius, Chiapeuille, Turllench *locis allegatis*; ob eam rationem, quod quantum eſt ex parte concubitus (licet dæmon ſpecie longe differat ſecundum eſſe naturale) ſemper eſt eadem ratio formalis, ſeu idem motiuum, nimirum delectatio

venereæ cum re, quæ in rei veritate est diuersæ speciei ab homine, & consequenter est eiusdem rationis deformitas, & turpitudo.

Et sicut dictum est de congressu cum brutis, semper esse vnius speciei specialissimæ; ita etiam omnis concubitus cum dæmone incubo, vel succubo in forma viri, vel mulieris, hirci, vel alterius animalis est eiusdem speciei, quia semper est idem motiuum formale, nempè venerea delectatio cum supposito alienæ speciei. ita omnes præcitati Doctores, & alij. Quamuis ex parte affectus possint esse diuersæ speciei. Nam si quis coëat cum dæmone in specie mulieris affectu fornicario, vel adulterino, vel incestuoso, præter peccatum bestialitatis erit etiam peccatum fornicationis, adulterij, incestus; si cum eodem in specie viri affecto sodomitico, erit etiam sodomia. ita Caietanus *d. dub.* 3. & patet ex se.

75. Dixi autem *in ratione peccati contra naturam.* Nam alio etiam respectu concubitus cum dæmone differt specie à bestialitate, nempè quia habet malitiam superstitionis, ad quam spectat societas illa cum dæmone; etenim in tali concubitu est directa societas cum dæmone. ita expresè Caietanus, & cæteri Doctores *num.* 72. relati locis *ibidem* citatis, & alij. Ac proindè talis circumstantia, scilicet concubitum habitum fuisse cum dæmone erit in confessione aperienda, vt iidem Doctores tradunt. Addendum etiam alia ratione nempè ex parte effectus iuncto affectu coëuntis posse reperiri aliam speciem malitiæ in congressu cum dæmone; vt quando in tali congressu ab eodem dæmone transfertur semen verum alicuius hominis in vas naturale mulieris; tunc enim committitur non solum peccatum bestialitatis, & superstitionis; sed etiam species aliqua fornicationis, quatenus recipitur humanum semen ex quo fœtus aliquis generari potest. ita Caietanus, Chiapeoille, & Bonacina *locis citatis*; vbi notandum esse probabilem sententiam multorum posse dæmones humanum semen virile aliundè acceptum applicando actiua passiuis ita aptum, fotum, ac temperatum deferre, & tempore, quo ipsi cum aliqua in phantastica hominum effigie copulantur intra vas fœminæ emittere, vt ex illo vera generatio detur; tunc tamen non erit generatio dæmonis, sed hominis; cum dæmon solum decisum semen ab homine deportet, & in vas fœminæ intromittat. De qua re videantur Durandus *in* 2. *dist* 8. *quæst.* 2. & D. Thomas *ibidem quæst.* 1. *artic.* 4. *ad* 3. & hac ratione Merlinum vatem in Anglia celebrem fuisse generatum referunt Conimbricenses *de generat. lib.* 1. *c.* 4. *quæst.* 10. *art.* 3. ex aliorum opinione. Idem de Homero Poëta refert in illius vita Plutarchus ex Aristotele *lib.* 3. *poëtica.* Et Angelus Politianus in sua præfatione in Homerum. Eodem etiam modo Lutherum genitum fuisse scribunt multi præsertim Genebrardus *lib.* 4. *Chronic. cap.* 9.

76. Vtrum vero peccatum bestialitatis efficiat committentem illud obnoxium iisdem pœnis, quibus obnoxios facit nefandum sodomiæ crimen eos, qui illud perpetrant. Affirmant Rodriquez *in summa p.* 1. *c.* 1*p.* 109. *num.* 2. Reginaldus *lib.* 22. *num.* 51. Prosper de Augustino *in addition. ad Quarantam* verbo *sodomia initio.* Bellettus *disquis. cleric. p.* 2. *tit. de pœnis Clericorum* §. 12. *num.* 2. Rolandus à Valle *Consil.* 7. *lib.* 1. Farinacius *tom.* 4. *prax. crim. quæst.* 148. *num.* 47. & indicant Clarus, Gomez, Mænochius locis *supra num.* 11. allegatis, & alij relati à Farinacio. Ratio est iuxta eosdem Doctores, quod peccatum bestialitatis, cum sit coitus contra naturam, includit ipsum peccatum nefandum sodomiæ perinde, ac adulterium fornicationem, addendo differentiam moraliter aggrauantem; Vnde etiam illo longè grauius, vt dictum est; cum ergo sodomiam includat, & etiam grauius sit non videtur dubium, quin inducat easdem pœnas, quas sodomia Et præterea ex paritate, vel maioritate rationis etiam in pœnalibus fit extensio, cum de intentione legislatoris verisimiliter præsumatur, vt tradunt Glossa *in cap.* 1. *verbo* ital. *de temp. ordin. in* 6. Ioannes Andreas *in cap.* 1. verbo *canonis*, & *in cap. fin. super Glossam de elect. in* 6. alij Scribentes *in dict. cap.* 1. *de temp. ord. in* 6. Baldus *in l. maximum vitium Cod. de lib. lib. præter.* & Graffius de casibus reseru. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Et iuxta hanc opinionem, vbi est reseruatus casus sodomiæ, censeretur reseruatum etiam peccatum bestialitatis.

Contrariam tamen sententiam, & per peccatum bestialitatis non incurri pœnas impositas delicto nefando sodomiæ, nec incurri reseruationem, nisi ipsa bestialitas sit expresè reseruata, tenent Bonacina *de matrimon. quæst* 4. *puncto* 12. *num.* 5. & Mazzucchellus de casibus reseruatis *disput.* 1. *cap.* 22. *num.* 18. Ratio est, quia bestialitas non est propriè sodomia, cum non fiat cum persona eiusdem sexus, & pœnæ vt potè continentes odium sunt restringendæ, non extendendæ, neque etiam ob paritatem, vel ob maioritatem rationis, vt tenent magis communiter Doctores, & ipsa etiam reseruatio, cum sit odiosa, strictè accipienda iuxta proprietatem verborum. 77.

Vtrùm etiam hoc crimen bestialitatis attentatum tantum, & non perfectum, ac consummatum ob aliquod impedimentum superueniens puniri debeat pœna ordinaria mortis, quam bestialitati impositam esse dictum est supra *num.* 11. Affirmarunt Boërius, Gomez, Mænochius, Clarus locis *d. num.* 11. citatis, Rolandus *cons.* 7. *num.* 4. Petrus Gregorius syntag. *iuris lib.* 36. *c.* 14. *num.* 1. & cum aliis Farinacius *dict. quæst.* 148. *num.* 46. & ita in praxi fuisse seruatum tradunt, vt *d. n.* 11. notatum est. 78.

At iuxta textum *in l.* 1. §. *finali ff. de extraord. criminibus* suprà *num.* 43. relatum, & *eodem num.* 43. tradita videtur dicendum crimine attentato, & effectu non secuto, & crimine non completo non pœnam mortis, sed aliam mitiorem, & arbitrariam imponendam esse; nisi quis opus bestiale peregisset vsque ad consummationem, & dum semen erat effundendum, se retraxisse, & illud extra vas bruti effudisset, quo casu procederent tradita suprà *numero* 45.

Et prædicta de deformitate venereorum contra naturam; plura, quæ de simplici pollutione à Doctoribus præallegatis traduntur, habentur *in* 2. *tom. horum moralium* §. 59. & 60.

TITVLVS

TITVLVS VIGESIMVS-QVARTVS, HVIVS TOMI DVODECIMVS.

TITVLVS DVODECIMVS,

De malitia intrinseca mollitiei, & fornicationis.

SVMMARIVM
TITVLI DVODECIMI.

De morali malitia simplici pollutioni, & fornicationi intrinseca aduersus Ioannem Caramuelem.

§. I.

An mollities, seu simplex pollutio ex sui natura, intrinsecè, & iure naturali sit moraliter mala, & peccatum, an vero solum quia iure diuino positiuo prohibita.

DE mollitiei malitia Ioannes Caramuel in Theologia morali *à n.1603. & tribus seqq.* ita scribit *n.1603. Dico* (inquit) *secundo: Si* DEVS *mollitiem non interdixisset nunquam esset mala, sapè esset bona, & aliquando obligatoria sub peccato mortali.* Multa breuibus verbis congesta, quæ indigent clariori explicatione. Mollities est seminis effusio voluntaria, & si mala secundum se, de ipsius malitia hominibus constare debet. Sed quid semen? Doctores certant, & adhuc sub iudice lis est. Aliqui sudorem, aliqui spumam, nonnulli, ac plerique sanguinem semen esse contendunt, & tamen esse contra ipsam naturam sudorem, spumam, sanguinem, lac, & similia corporis nutrimenta, vel excrementa ex rationabili causa decidere nullus Dialecticus probare poterit. Nec iuuat dicere illud ad generationem ordinari; nam & muliebre lac ordinatur ad nutritionem prolis, sanguis ad propriam, & tamen vtrumque sine culpa deciditur; igitur si quidem mollities mala est, & tamen quia contra naturam, vbi ad salutem propriam conducit non est, dicenda venit omnem suam malitiam habere à prohibitione. 1.

Dices (ait *n.* 1604.) ideo illam malam, quia si permitteretur, nulla essent matrimonia, sedandæ enim concupiscentiæ sufficeret, & nullus vellet se curis connubialibus implicare. Cœcus sum, quia illationem non video; cœcus quia malitiam consequentis non agnosco. Non esse illationem legitimam demonstrant Mahometani; quibus non solum mollities permissa, sed & sodomia tolerata, & tamen non fugiunt matrimonia, sed potius tot vxores ducunt, quot alere possunt. Sed esto sit bona consequentia, *Mollities permittitur, ergo matrimonia non erunt.* quis ostendet esse malum naturæ, quod nulla dentur matrimonia? Multæ fuerunt Respublicæ, quæ bene gubernari creditæ, & tamen caruêre matrimoniis. Græcam reformare contendebant excellentissimi Philosophi, & inter alias physicas hypotheses vxorum communionem posuerunt, asserentes matrimonia non solum non esse vtilia, sed & politico statui perniciosa; ergo vt matrimonij bonitas defendatur, non ad rei naturam, sed iterum ad diuinam institutionem recurrendum, 2.

dicendumque ideo esse bona, quia à Deo instituta; ideo fornicationem malam, quia interdicta; ideoque nec illa futura esse bona, nec istam malam, si Devs non instituisset illa, non inhibuisset istam.

3. Sublata (prosequitur *num.* 1605.) Dei interdictiooe posse contingere, quod homo ad mollitiem sub peccato mortali teneretur, clarissimè probari poterit: æger enim tenetur adhibere remedia, quæ sunt præcisè ad vitæ conseruationem necessaria, & scimus dari morbos, qui in seminis quantitate, & qualitate consistuot, morbos quidem læthiferos, à quibus aliter, quàm effusione seminis curari oon possis. ergo si aliundè noo obstaret io tali casu, vti effusione seminis vt remedio præcisè oecessariò tenereris; atqui nunc debes potius mori, quàm tale remedium adhibere; ergo euidens est, quod detur alia circumstantia extrinseca. nimirum diuina interdictio, quæ illud remedium illicitum reddat. Nam si crastina die sanguinis diminutiooem, qua io morbis laudabiliter vtimur absolutè interdiceret, qui hodie sanguinem diminuere, ne moreteris, teneheris die crastino potius mori, quam sanguinem diminuere tenereris. Et quidem eodem modo de seminis effusiooe Philosophor. Esum pomi aliàs indifferentem primis hominibus ioterdixit, quia voluit, vt potuit, vtpotè rerum vniuersarum & Creator, & Dominus; seminis etiam effusiooem inhibet, quod ipsa sit mala ante præceptum, sed quod ipse sit Dominus, nos serui; ipse Creator nos creaturæ; ipsi competat præcipiendi authoritas, nobis obediendi gloria relicta sit. ita Caramuel. *d. num.* 1605.

4. Sed & dicta (addit) adhuc fortius vrgebo. Proximiùs ad generationem, & natiuitatem accedit Embrio, & infaos ipse nondum natus, quàm semen; atqui potest grauida parens contra animatum fœtum procedere, si aliter vitam conseruare oon possit. ergo à fortiori posset contra semen, si solummodo considerarentur rationes naturales; ergo siquidem procurare potest abortum licitè, vt vitam tueatur, & tamen procurare mollitiem propter eandem causam non potest, est argumentum iofallibile, quod mollitiei malitia à rerum natura non dependet, sed à voluntate interdictionis. Prædicta omnia Caramuel ad confirmationem præfati sui dicti, seu potios grauissimi erroris, vt ex dicendis constabit.

5. An prorsus dicendum simplicem pollusionem, seu mollitiem voluntariè procuratam iure naturæ secluso iure positiuo diuino esse moraliter malam, & illicitam, atque culpam omninò grauem: noo vero esse solum malam, & illicitam quia iure diuino prohibita, & ita ex sui natura, & intrinsecè esse moraliter malam, & illicitam, est communis sententia Theologorum, & Summistatum, & omnium, & Caramuel contrarium sentiens non potest nisi pessimè audire. ita docent S. Thomas 2. 2. *quæst.* 153. *artic.* 3. *quæst.* 154 *art.* 11. Caietanus *ibidem*, & *artic.* 1. *eiusdem quæstionis* §. *ad singula*, Abulensis *in Matth. cap.* 5. *quæst.* 184. Ricchardus *in* 3. *dist.* 37. *art.* 1. *quæst.* 2. *ad* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disput.* 17. *num.* 13. 14. *&* 16. Sayrus *lib.* 8. *Clauis cap.* 5. *num.* 7. Azotius *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 23. Lessius *lib.* 4. *de iustit. cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 94. *&* 95. Rebellus *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 19. *sect.* 3. *in fine*, Layman *lib.* 3. *sect.* 4. *num.* 15. Villallobos *lib* 6. *cap.* 9. *num.* 32. Reginaldus *lib.* 22. *num.* 40. Theophilus Raynandos *de virtutibus*, *&* *vitiis*, *lib.* 6 *sect.* 2. *cap.* 8. *num.* 153. Martinus Bresserus *de conscientia lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 228. Ariaga 1. 2. *disp.* 47. *num.* 21. Nicolaus Baldellus *tom* 1. *Theolog. mor. lib.* 3. *disput.* 13. *num.* 3. Turlrench *in decal. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. §. 1. *num* 3. Summistæ *verbo* luxoria, *verbo* mollities, *&* verbo *pollutio*, & alij Theologi scibentes de peccato luxuriæ, & ego ipse *tom.* 2. *hor. moral. tit.* 1. *n.* 2236.

6. Primò probatur hæc commonis sententia, quia etiam Gentiles, quibus incognitum fuit ius diuinum positiuum, quo Devs in veteri lege Leuitici *cap.* 18. *&* *cap.* 19. expressè prohibuit mollitiem illis verbis, *de semine tuo non dabis, vt consecretur idolo Molochi*; damnarunt hoc genus luxuriæ tanquàm malum ex se, suique natura, repugnans rectè rationi. Nam etsi Cynici, vt testatur S. Hieronymus *in cap.* 5. *ad Ephes.* & *in c.* 16. Ezechielis seminis fluxum ex quocunque attritu turpem esse negauot, & de iisdem Cynicis, ac Zenone Cittico, & Cleanthe, ac Chrysippo Philosophis refert Sextos Empyticus *lib.* 3. Pyrrhon. Hypoth. *cap.* 24. eos fœdissimas immunditias contra oaturam habuisse pro operibus iodifferentibus; & addit ibidem nonnulla de quorundam populorum, vt Germanorum, & Cretensium fœditate hac in parte: Et etiam Mahumetem latis legibus monstruosas has turpitudioes sanxisse scribit Eustratius. *6. eth. cap.* 1. *in fine.* Non defuerunt tamen ex sapientibus Gentilibus, qui omnibus delectationibus venereis, & seminis effusioni extra congressum coniugalem inesse turpitudioem agoouerunt. Plato *lib.* 8. de legibus inituros coniugium non modo castitatis obseruatiooem mandat, cum celebratum fuisset matrimonium, sed ad illud vsque præcipit, adducto exemplo brutorum id obseruantium. Idem mandat Epictetus *cap.* 4. *Enchir.* vbi Simplicius quoque dicit *ante nuptias castè viuere iustum esse, scilicet legibus temperantiæ consentaneum.* imò idem Epictetus *Enchir. c.* 56. docet cauendum esse ab ipsis cogitationibus, & internis delectationibus rerum venerearum: quod idem docuit Sextus Pythagor. *sententia* 214. & ideo Seneca, & alij, quorum dicta refert Raynandus *dict. cap.* 7. *num.* 134. *&* 135. idem Plato (licet de eo contrarium scripserit Theodoretus *lib.* 9. *aduersus Græcos*) expressè damnauit spurcitias contra naturam eodem *lib.* 8. de legibus vbi hæc verba habet. *Nemo generosas liberasque mulieres præter vxorem audeat tangere, nec vllus nothos ex concubina suscipiat, nec infœcundos marium agnos præter naturam serat.* & eodem *lib.* 8. *Abstinendum igitur à maribus iubeo: Nam qui illis vtuntur genus hominum dedita opera interficiunt in lapidem seminantes, vbi radices agere, quod seritur, numquam poterit.* Etsi autem Plato loquitur expressè de nefario crimine sodomiæ, ratio tamen ab ipso adducta, quod sic nefariè semen profundentes suis nefariis libidinibus tot homines occidunt, militat æquè in mollitie, seu simplici pollutione, vt ex se patet. Et cum iuxta eundem Caramuelem mollities, & sodomia noo differant essentialiter, sed tantum accidentaliter, vt coostat ex traditis *præcedenti titulo* §. 1. præfatæ eius opinioni, qood mollities ideo solum sit mala moraliter, quia iure diuino positiuo prohibita, aduersantur omnes alij Philosophi, sapientes, & Principes Gentiles, qui nefarium scelus damnarunt, & grauissimis etiam pœnis prohibuerunt. Quorum dicta, & decreta videri possunt apud Raynandum *dict. cap.* 7. *num.* 146. & Mæoochium *de arbitr. casu* 286. *in addit. num.* 9.

Secundò probatur eadem communis sententia, quia, 7.
cum præcepta io lege veteri à Deo data, sint triplicis generis, moralia, cæremonialia, & iudicialia; præceptum, quo Devs interdixit mollitiem, comprehenditur sub moralibus; ratio autem moralium præceptorum non est ex positiua institutione, sed ex ratione naturali, vel pura, vel adiuta lumine fidei, ideo enim dicuntur esse iuris naturalis, scilicet consentanea rationali oaturæ purè sumptæ, siue eleuatæ per gratiam, seu connaturalis ipsi gratiæ. ita docent S. Thomas 1. 2. *quæst.* 100. *artic.* 1. vbi Caietanus, & idem S. Thomas *quæst.* 99. *artic.* 2. 3. *&* 4. & *quæst.* 104. *art.* 1. & Soarez *de legibus lib.* 9. *c.* 3. *n.* 11. io quo distinguuntur à cæremonialibus, & iudicialibus; quorum ratio est ex positiua institutione diuina; ac proinde sunt propriè præcepta positiua diuina, vt iidem Doctores, & alij communiter tradunt. Quare præcepta naturalia sunt de iure naturali, & versabantur in materia per se necessaria ad honestatem morum; atque adeo quoad hanc partem horum

horum præceptorũ materia non erat propria legis veteris, sed quasi accepta, vel mutuata à lege naturali: Præcepta vero cæremooialia, & iudicialia ex genere suo versabaotur in materia de se; per ipsa autem præcepta fiebant oecessaria ad morum hooestatum, vt explicat Suarez *d. cap.4. n.18.* licet autem ius oaturæ, seu lex naturalis ad materiam, seu opera præceptorum moralium obliget, nihilominus Deus conuenienter voluit legem veterem, prout ab eo data fuit, comprehendere totam materiam legis oaturalis. Vt constat ex *Exod.*21. *&* 31. & *Deuter.*9. & ex Paulo *ad Rom.* 2. *vsque ad* 7. & explicat latè S.Thomas 1.2. *q.*99.*art.* 2 & *q.* 100. *art.* 1. *& seqq.* & tradit etiam Suarez *d.cap.* 4. *n.* 19. Et ratio, seu conuenientia, aot necessitas fuit, quia ratio humana erat valdè obscurata per peccatom, etiam circa moralia præcepta: & ideo ait D.Thomas *Potuit homini subueniri per auctoritatem legis diuinæ non tantum in his, quæ rationem superant; sed etiam in his, quæ de Deo naturaliter cognosci possunt ad excludendum rationis humanæ errorem, qui accidebat in multis:* Ex eo autẽ quod præcepta moralia versabantur solum io materia necessaria, & io qua lex naturalis obligabat, non improbabiliter videtur posse dici legem illam veterem quatenus continebat præcepta moralia oon fuisse constitutiuam, & inductiuam nouæ obligatioois, sed declaratiuam præexistentis obligatioois. Quare verius est fuisse coostitutiuam, & ioductiuam nouæ obligationis numero distinctæ superadditæ præexisteoti, vt beoe explicat Suarez *d. lib.9. cap.6. num.* 3. ooo enim repugoat in materia alioqui necessaria ex iure naturali dari legem positiuam obligaotem siue humanam, siue diuinam, vt supra in titulo 9. de ieiunio Ecclesiastico osteosum est. Quapropter præcepta illa moralia veteris legis quatenus à Deo io illa lege data, seu quatenus præcepta illius legis obligabaot quemcuoque Israëlitam, etiamsi inuiocibiliter ignoraret aliquod illorum esse de lege oaturali; & è conuerso noo obligabant alienigenam etiamsi sciret data esse à Deo illi populo; si aliàs eodem modo ignoraret omnia esse de iure naturali. Hinc

8\. Confirmatur eadem communis seotentia, & reiicitur euidenter opioio Caramuelis, oam si mollities voluntariè procurata esset moraliter mala, & peccatum solum, quia Deus illam præcepto positiuo interdixit, cum tale præceptum positiuum oon reperiatur nisi in lege veteri *Leuit.* 18. *&* 20. vt etiam idem Caramuel dicit, & consequenter sit præceptum legis veteris, sequerentur seqoeotia absurda, scilicet, quod apud Gentiles mollities noo fuisset peccatum, & quod etiam aote legem veterem à Deo datam nuoquam fuisset peccatom simplex pollutio; & etiam quod modo ooo esset peccatum, qoia lex vetus etiam quoad præcepta decalogi, & moralia quatenus erant præcepta specialiter à Deo, seu iure diuioo positiuo inducta, & obligantia, quoad obligationem illam sola illa lege veteri, seo solo illo præcepto positioo inductam abrogata est, & cessaoit per iotroductionem legis oouæ, & Euaogelicæ, vt post alios Soarez *dicto lib.9. cap.*11. *num.*21. ideò eoim hodie præcepta moralia, & decalogi obligant. quia qooad materiam alioqui de se oecessariam, & de lege naturali ooo fuerunt sublata, & abrogata, sicut cæremonialia, & iudicialia. Neque dicatur prohibitionem factam in lege veteri fuisse renouatam io lege ooua: nam in lege noua de mollitie, seu pollutione voluntaria constat quidem esse peccatum mortale ex illo *Apostoli* 1. ad Corinth.6. *Neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt,* cum quia oon priuetur regno Dei nisi propter peccatum mortale: ibi tameo Apostolus oon facit præceptum, sed supponit, & certè noo aliud quam oaturale, seu iuris naturæ de abstioendo ab omni actu venereo extra actum coniugalem, & tradit violatiooem talis præcepti per mollitiem exclodere à regno cœlesti. Et quamuis CHRISTVS Dominus in sua lege noua, dum renouauit præceptum dilectioois proximi Matth.5. *Ego autem dico vobis.* & illud præceptom generale: *Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* quæ duo præcepta dilectionis proximi, & aliud generale præceptum virtute continent omoia moralia præcepta, seu totam legem moralem, vt de præcepto dilectionis Paulus dixit; complexus sit omoem materiam moralem, vt tradit Sanchez *lib.* 10. *de legibus cap.* 2. *num.* 2. *&* 3. tamen noo constituit speciale præceptum prohibens mollitiem, vel actus venereos extra cooiugalem actum, oeque iooouauit prohibitionem eorum iure positioo legis veteris ioductam; sed quia præcepta versantia circa materiam moralem suot iuris naturalis, sicut & præceptum dilectionis proximi, sicut & principium illud geoerale, Quæcunque vultis &c. & propterea io vtroque virtute eootinentur; ideo CHRISTVS præcipiendo de nouo dilectionem proximi hoc præcepto iooouauit eadem præcepta moralia alioqui iure naturali secluso omoi iure positiuo diuioo, aut humaoo obligantia.

Tertio cum hæc sit differeotia inter præcepta iuris naturalis, & præcepta iuris positioi diuini; quod io illis non habet locum Epicheia, præsertim si siot negatiua, ita quod io vllo vnquam particulari ob quamcunque causam possit fieri interpretatio, legem naturalem oon obligare, si sub naturali lege casus ille compreheodatur, & legis ratio sit eadem, lexque ipsa ooo excludat, vt tradunt Suarez *de legibus lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. *&* 10. & Salas *eod. tract. disp.*5. *sect.* 9. quia Epicheia propriè est emendatio legis, seu iusti legalis (vt *in tomo* 1. *hor. mor. tit.* 1. vbi de coosciencia dubia explicatum est) lex autem naturalis emeodari non potest, cum posita sit in recta ratione, quæ à vero deficere noo potest; alioqui oon esset recta ratio; & quoad præcepta oaturalia oegatiua, com ipsorum natura sit, vt semper, & pro semper obligeot vetando mala, quia mala suot, noo patiuntur Epicheiam, quia impossibile est id, quod est per se, & intrinsecè malum fieri booum, aut non malum, manente eodem obiecto, & circunstaotiis; vnde etiam in illis noo cadit dispensatio; & demum in lege oaturali, vbi est eadem ratio, semper est eadem dispositio, cum lex oatoralis, vt dictum est, in ratione sola sita sit. At vero io lege positiua non solum humaoa, sed etiam diuina, stante tota materia legis eadem, & cum iisdem circunstaotiis referentibus ad honestatem, vel turpitudinem actus, dari potest Epicheia, scilicet propter sola aliqua sigoa iudicare possumus legem oon obligare (vt in termiois tradit Salas *d. sect.*10. *num.* 68.) cooiectaores talem esse voluntatem legislatoris, seu Principis, & oon io alio casu, io quo par esset ratio obligandi; quia lex positioa sita est in voluntate ipsius legislatoris, & Principis, ooo io ratiooe. ita Salas id latius explicaos. Ex quo si vera esset opioio Caramuelis pollutiooem voluntariam esse malam moraliter, quia prohibita lege positiua diuioa, sequeretur io aliquo casu io tali lege dari Epicheiam, & posse oos interpretari pollutionem procurare noo esse cootra mentem legislatoris, puta cum existimatur necessaria, vel medium efficax ad vitam conseruandam, & tamen omnes negant licitum esse voloutariè procurare pollutionem etiam solius sanitatis, aot vitæ conseruandæ caosa; idque etiam negat ipsemet Caramuel. Neqoe huic sequelæ obstant exempla Caramuelis suprà *num* 3. adducta; scilicet de prohibitione extrahendi crastina die sangoinem è vena alicui absolotè facta, & de prohibitione esus pomi facta primo parenti. Nam primum exemplom est præceptum particulare respiciens casum siogularem nempè dimioutionem sanguinis in tali die oon faciendam; quod constat non posse admittere Epicheiam circa dioioam voluntatem: At præceptum prohibens mollitiem est vniuersale, in quo potest dari Epicheia, nec ex eo quod voiuersaliter prohibuisset Deus mollitiem sua lege positiua inferri potest quod absoloiè, & io omoibus casibus prohibuerit; sicut id non infertur io aliis legibus dioinis posi-

9\. (in the right margin beside "Tertio cum hæc sit…")

positiuis generalibus; in quibus proinde dari posse Epicheiam tradunt Doctores. Alterum etiam exemplum de prohibitione esus pomi facta Adamo est particulare, & de materia, in qua eius conditione, & fine præcepti, scilicet obedientiæ exercitio à Deo intento, consideratis constabat de absoluta voluntate Dei, vt omninò, & semper à tali esu Adamus abstineret.

10. Quartò probatur à priori communis sententia ratione demonstrante omnem vsum rei venereæ extra congressum coniugalem nullo habito respectu ad legem Dei prohibentem, sed ea sui natura, & habito respectu ad solam rationem, esse moraliter malum, turpem, atque illicitum, & contra temperantiam, cuius est modum præscribere circa venereas delectationes captandas, vt sint conformes ad rectæ rationis præscriptum; omnis actus, in quo ordo rationis non seruatur, sed peruertitur, est ex se, suique natura malus, & peccatum, hæc propositio est euidens; sed in vsu rei venereæ extra coniugium non seruatur, sed peruertitur ordo rationis, ergo ex sui natura est malus, & peccatum. Minor, in qua tota vis argumenti consistit, probatur, quia talis vsus fit, & exercetur ad captandam delectationem contra finem, in quem, seu cuius gratia ea dilectio mortales ad huiusmodi vsum venereorum miserè inescans à natura, seu auctore naturæ est actui venereo adiuncta, certum enim est delectationem (vt constat ex D. Augustino de *bono coniugali cap.* 16. & *lib. de mor. Eccles. ca.* 21. & D. Clemente Alexandrino 2. *pædag. cap.* 1. & Aristotele *tertio eth. cap.* 11. agendo de moderandis delectationibus circa gustum, & tactum) esse solum quasi condimentum actui, seu operi adiunctum, & accessorium, nec posse absque culpa directè, & principaliter, & propter se appeti, nisi tanquam accessorium fini principali, seu operi, ob quem prouisa est: abusus enim rei est quærere, seu exercere actum propter delectationem illi adiunctam absque ordine ad finem, propter quem adiuncta est; v. g. quia delectatio gustus ex cibis à natura, seu auctore naturæ prouisa, & comestioni adiuncta est, vt indiuiduum nutriatur, & conseruetur, ideo qui edit tantum causa delectationis captandæ, peccat, quia peruertit ordinem naturæ, & rationis ordinem non seruat, iuxta quem oportet tantum edere, & delectationem esui adiunctam quærere, vt vita conseruetur. similiter igitur quia delectatio operi venereo adiuncta tanquam ad finem ordinata est, & tendit ad bonum conseruationis, & perpetuitatis speciei (quo enim facilius homines generationi vacarent, quæ ad multiplicationem generis est necessaria; & ne ob actum turpem eadem generatio euitaretur hanc voluptatem actui venereo Deus indidit.) Ea delectatione intemperatè, peruersè, & inordinatè abutitur contra finem, ad quem à natura ordinatur, qui captat illam ex opere, quod aduersatur conseruationi, & perpetuitati speciei, eamque per se loquendo, & ex vi sua excludit: Et ita patet esse ex se, & natura sua peccatum talem vsum rei venereæ vtpotè continentem inordinationem; & in quo non seruatur ordo rationis. Nam sicut cum contingit inordinatio circa vsum ciborum, qui à natura sunt instituti ad conseruationem indiuidui capiantur ob solam delectationem gustus, vel cum detrimento sanitatis, est peccatum, vt dictum est; ita si contingit inordinatio circa vsum venereorum, quæ sunt instituta ad conseruationem, & perpetuitatem speciei; & quemadmodum ordo rationis circa vnumquodque postulat, vt vnumquodque assumatur modo conuenienti ad suum finem, & in vnoquoque peccatum contingit per hoc, quod in illo non seruetur ordo rationis; ita & in vsu venereorum. Et hanc rationem habet Sanctus Thomas 2. 2. q. 153. *art.* 2. & eam latius prosequitur Abulensis *d. q.* 184. quæ conuincit esse ex natura sua peccatum non solum vsus rei venereæ contra naturam; sed etiam simplicem fornicationem, cum & ipsa commixtio carnalis soluti cum soluta aduersatur perpetuitati speciei, eamque per se loquendo, siue ex se, siue vi sua excludit; quia mulier soluta potest admittere quoscunque voluerit, idcirco concubitus cum ea per se loquendo aduersatur prolis susceptioni, quam Medici aiunt vago illo concubitu impediri; & id confirmat experientia, cum constet publicas meretrices tardò concipere. Eadem ratio ostendit talem vsum rei venereæ extra congressum coniugalem esse peccatum graue, & mortale; quia cum vsus rei venereæ sit institutus ad illum finem, qui est procuratio prolis, & conseruatio, ac perpetuitas speciei; sicut & vsus ciborum est institutus ad conseruationem indiuidui, & vt dicit D. Augustinus *d. cap.* 16. *de bono coniugali*, hoc idem sit concubitus ad salutem generis, quod est cibus ad salutem indiuidui, absque dubio est censendus res grauis, & magni momenti; & consequenter inordinatio, & peccatum, quod circa eundem vsum contingit, censendum est peccatum graue, & vt habent S. Thomas *d. q.* 153. *art.* 3. & Abulensis *d. q.* 184. *in responsione ad quæsitum initio*, cum ordo rationis tanto magis seruandus sit circa aliquid, quanto illud est excellentius, & magis necessarium; & ex consequenti tanto etiam sit vitiosior transgressio talis ordinis; non potest non esse multum vitiosa transgressio ordinis circa rem veneream; cum hæc sit transgressio, & inordinatio circa rem maximè necessariam ad conseruationem speciei, quæ est multo maioris momenti, quam conseruatio indiuidui. Atque adeo D. Paulus *ad Galatas* 5. loquens de operibus carnis extra legitimum coniugium, seu luxuriæ dixit ea excludere à regno cœlesti; post enim illa enumerata illis verbis, *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria* &c. dicit, *qui talia agunt regnum Dei non consequentur*: indicans manifestè esse peccata mortalia, alioqui non excluderent à regno cœlesti. & eandem ob causam *ad Ephes.* 5. dicit, *fornicationem, & omnem immunditiam nec nominandam quidem esse inter fideles*, scilicet *quia omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno* CHRISTI, *& Dei.* Quia ergo ratio deformitatis, & malitiæ, atque grauitatis illius, quæ reperitur in opere venereo extra congressum coniugalem, desumitur ex fine per se, & quantum est ex institutione naturæ, quem respicit ex extrinseca sua ratione, seu natura; euidenter constat ex se intrinsecè, & per respectum ad solam rationem seclusa quacunque lege positiua diuina, & humana, esse malum moraliter, & illicitum, ac graue peccatum; inde etiam colliguntur alia, quæ infrà *num.* 16. *&* 17. explicantur.

Ex quibus etiam colligitur, cur nunquam neque etiam vitæ conseruandæ gratia sit licitum procurare pollutionem, cum tamen ad vitam conseruandam, licitum sit secare venam, pedem, vel manum, aut aliud membrum sibi resecare. Ratio enim, cur pollutio, seu seminis effusio directè intenta, & procurata, ac perfectè voluntaria in se, vel in causa sit intrinsecè, & semper mala, ac illicita, ac peccatum mortale, est ea, quam adduxi *to.* 2. *hor. moral. tit.* 1. *d. num.* 1236. à Doctoribus communiter approbatam; & ex dictis *numero præcedenti* desumitur: scilicet, quia natura destinauit semen tantum ad generationem, & conseruationem speciei, seminis enim, & actus generationi, eiusque voluptatis nullus alius finis esse potest, quia alium vsum non habet semen, quam quod generationis materia, & instrumentum est: atque adeo merito naturali lege, ac dictamine rationis, seu conscientiæ, nisi corruptum sit, prohibuit omnem illius administrationem, nisi ad illum finem, cui alioqui multum derogaretur, ac proinde eiusdem seminis effusionem extra actum coniugalem illicitum est procurare. Ex quo apparet ratio disparitatis inter effusionē seminis & effusionem sanguinis è venis, aut abscissionē membri ob vitā conseruandā, scilicet, quod semen, cum sit ad generationē prolis, & conseruationē speciei lege ipsa naturali prohibetur illius effusio, ex quo finis ille, scilicet generatio, obtineri non potest. & consequenter etiam est prohibita etiam ob indiuidui, seu vitæ propriæ conseruationem; 11.

seruationem; & cum contineat in se grauem inordinationem, vt probatum est, erit peccatum mortale. At vero cum sanguinem, vt pote præcipuum alimentum corporis, & alia corporis membra natura ipsa destinauerit ad indiuidui conseruationem, ideo etiam illi plenam administrationem, & dominium illorum in ordine ad bonum totius indiuidui dedit; & consequenter sanguinem venæ sectione effundere, membrum resecare ob cōseruationem totius indiuidui nullum est peccatum, quia non est à natura ipsa alienum & idem est de lacte, quod etiam, cum non distinguatur à sanguine à natura ad indiuidui conseruationem destinatum est per se primo; licet etiam in fœminis parturientibus à natura prouisum sit secundaria intentione ad nutritionem prolis, non tamen vt vnicum, & necessarium prolis nutrimentum (cum proles nutriri possit lacte aliarum fœminarum, & etiam brutorum; & alioqui quælibet mulier parturiens teneretur proprio lacte prolem propriam nutrire contra experientiam) sed ad bene esse. Ac proinde non mirum si lac, sicut & sanguis possit extrahi, & abiici cum nocet At semen est superfluum alimenti generationi tantum destinatum à natura vnde nisi in ordine ad eum finem ea emissio seminis, & ea voluptas inde consequens quæri potest & si seminis retentio noceat; imò & abundantia reddatur sterile, vt medici censent; aliunde natura habet suæ purgationis modos, per sudores, abstinentias, & euacuationes, per quas materia spermatica consumi, & intra corpus minui potest, & medicamentis purificari, & prolificum effici, & ita saluti consuli eo medio absque seminis effusione, à qua semper abstinendum; cum eius finis nullus alius sit præter generationem. Et ex hac ratione manet reiectum inane fundamentum Caramuelis *numero primo* positum. Hanc autem rationem approbarunt communiter antiqui Doctores; & etiam ex recentioribus Sayrus, Azorius, Reginaldus, Bonacina, Lessius, Turllench, Baldellus, Bresserus, Villallobos *locis* suprà num. 5. *citatis*: Non placet autem omninò dicta ratio Sancio, Laymanoio, Fagundez, & Ariagæ locis eodem *num.* 5. allegatis, nec Raynando *in tract. de ortu infantium per infect. &c. cap.* 10. *num* 39. in hoc sibi non cohærenti, propterea

12. Contra huiusmodi rationem primo obiicitur quia ob indiuidui conseruationem, & bonum licitum est abscindere ipsa vasa spermatica, seu testiculos, cum tamen sint instituta ad generationem; & eis amputatis omninò impediatur generatio, cur ergo non etiam emitti semen, quod illis continetur, si corporis saluti noceat. Confirmatur, quia licet accipere medicinam, seu syrupum resoluentem semen in sanguinem, aliumuè humorem aliis viis expurgandum, quando idem semen corporis saluti officere incipit, ne æger omni medio ad salutem corporis præseruandam necessario destituatur; at generationi æquè obstant, ac nocetur resoluendo, ac expellendo semen. Respondetur cum Lessio esse disparem rationem, quia testiculi sunt etiam pars corporis; ac proinde de illis, sicut de aliis partibus disponere possumus: At semen propriè, & verè non est pars corporis, nec propter illius bonum est institutum, sed prolis procreandæ causa tanquam rudimentum. Ad confirmationem respondetur in illo casu semen posse medicina, seu syrupo resolui in alium humorem, vel etiam extrahi è vasis medicamento cathartico eo modo, quo bilis, pituita, & melancholia extrahuntur; si id fieri potest absque libidinis sensu (quod Lessius *d. num.* 96. negat) non tamen posse pelli semen eo actu, & impetu, quem natura fecit illi proprium; quia hic actus solius sobolis, & generationis causa institutus est, vnde nec à medicis (inquit, & rectè Lessius) præscribi potest licitè pharmacum eo fine, vt naturam ad illum actum, seu impetum concitet.

13. Secundò obiicitur, quia nemo obligatur deseruire generationi, & conseruationi speciei cum notabili detrimēto propriæ salutis, nedum cum propriæ vitæ periculo, altero etiam coniuge debitum petente. Respondetur neminem teneri deseruire positiuè cum dispendio propriæ salutis, scilicet exercere actum à natura ad generationem institutum; at cum vult exercere, non potest exercere nisi propter finem, in quem actus ipse venereus, seu ipsa seminis effusio est destinata, qui est prolis generatio, alioqui inuerteretur ordo naturæ faciendo contra finem ab ipsa in illo actu per se intentum.

Tertiò obiicitur argumentum ex Caramuele suprà *num.* 4. positum, quia magis accedit ad generationem & conseruationem speciei fœtus nondum animatus; quam semen; & tamen expulsio fœtus nondum animati ob vitam matris conseruandam procurari potest; ergo ob propriam vitam, & salutem poterit procurari etiam seminis expulsio. Respondetur primo plures, & plures Doctores tenere contrarium, scilicet non esse licitum ad conseruandam vitam matris ei præbere pharmacum directè tendens ad expulsionem fœtus licet nondum animati, nempè ad abortum faciendum; sed licere tantum præbere pharmacum directè tendens in curationem, etiamsi putetur inde abortio fœtus non animati secutura, Lessius *lib.* 1. *de iustitia cap.* 9. *num.* 60. Basilius Pontius *de matr. lib.* 10. *cap.* 13. *num.* 2. Couarruuias, Vasquez, Sayrus, & alij, quos refert Lessius, Pontius *locis citatis* & Raynandus *d. cap.* 10. *n.* 38. Respondetur secundo esse disparem rationem, nam cum impeditur generatio per pharmacum directè tendens in expulsionem fœtus, illa non impeditur per actum de se ordinatum à natura ad generationem, at in simplici pollutione etiam procurata ob sanitatem, aut vitam conseruandam semper impeditur generatio per vsum rei venereæ, & actum effundendi semen, qui ad solam generationem est ordinatus, & ideo semper inuertitur ordo naturæ, seu exercetur actus contra finem, in quem est destinatus. 14.

Quarto, semen est pars ipsius indiuidui, sicut fœtus est pars ventris, ergo non est cur negetur administratio illius, & expulsio ob salutem ipsius indiuidui, sicut huius administratio, & expulsio conceditur ob bonum fœtus. Respondetur primo neque huius expulsionem directam esse concessam iuxta Doctores *numero præcedenti* allegatos. Qui propterea, præsertim Lessius *d. dub.* 10. *num.* 61. versic. ad rationem, negant fœtum propriè esse partem ventris etiam antequam animatus sit, nam *lex* 1. §. 1. *ff. de ventre inspiciendo* dicens, quod *Partus antequam edatur mulieris portio est, vel viscerum,* loquitur non solum de fœtu inanimi, sed etiam de animato. Sicut etiam semen non est propriè, & verè pars indiuidui, cum non sit institutum ob illius bonum, neque vt alimentum, quemadmodum sanguis, neque ob aliam vtilitatem, aut ob indiuidui integritatem, & perfectionem, sed generationi tantum destinatum, ideo nisi in ordine ad illam seminis effusio, & voluptas inde otiens quæri licitè potest, vt ostensum est. Respondetur secundò esse disparitatem inter expulsionem fœtus, & seminis effusionem directam, & actu venereo procuratam, vt *numero præcedenti* explicatum est. 15.

Quinto obiiciet quis causa sanitatis indiuidui conseruandæ esse licitum, quando indiuiduum esset omninò impotens ad generandum ob aliquod impedimentum; imò in casu talis impedimenti non esset peccatum saltem mortale, voluntariam pollutionem procurare quia tunc non aduersatur generationi, cum sit impossibilis.

Respondetur ex traditis *numero* 10. scilicet, quod cum ratio turpitudinis, & mollitiæ grauis actus venerei, & voluptatis talis actus extra congressum coniugalem desumatur ex fine per se, & quantum est ex institutione naturæ, quem respicit ex intrinseca ratione actus venereus, qui finis est ipsa generatio, vt *eodem n.* 10. *& sequenti* ostensum est; hinc etiam satis apertè constare, seu inferri ab hac turpitudine, & grauitate malitiæ non excusari eos, qui tales actus ideo exercent, quia 16.

sciunt

ſciunt ex aliquo accidente ſe eſſe impeditos à tali fine; vt v.g. quia certi ſunt ſe propter ætatem, aut aliquam aliam cauſam eſſe impotentes ad generandum; nam vt bene explicat Caietanus 2. 2. *q.* 153. *art.* 3 *in defenſione reſponſionis S. Thomæ ad* 1. §. *ad ſecundum quoque*, & poſt eum alij, non ex eo, quod aliquis actus ſit impeditus per accidens, ne aſſequatur aliquem finem, ad quem eſt ordinatus per ſe, & ex ſua natura, ſequitur quod poſſit non eſſe ordinatus, ſi fortè exerceatur repugnanter ad illum finem; quia non eſt attendendum in moralibus ad id, quod in actibus eſt per accidens, ſed ſolum ad id, quod eſt per ſe, & ſecundum naturam actus; atque adeo actus venereus, quem natura propter ſolum bonum prolis inſtituit, & requirit, ſiue re ipſa ſit ſequutura proles, ſiue non, quomodocunque exerceatur non ſecundum ordinationem ad finem per ſe, & in quem natura ſua tendit, & deſtinatus eſt à natura, ſeu authore naturæ, ſemper eſt dicendus exerceri inordinatè, & eſſe peccatum, id quod etiam in terminis notarunt Baldellus *vbi ſuprà*, Leſſius *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 50. verſic. *nec refert*, & Fagundez in decalogum *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 9. ex quo etiam fit, vt notauit S. Thomas *q.* 15. *de malo art.* 2. *ad* 14. & poſt eum Caietanus *d. q.* 153. *n.* 2. §. *ad euidentiam*, & §. *ad tertium*, Fagundez, & Baldellus *locis citatis*. quod ſi aliquis actus per ſe, & ſecundum naturam ſuam ordinatus ad aliquem finem alioqui ſit licitus, non propterea euadat illicitus, ſi ex accidente in aliquo particulari impediatur ab illo fine, vt v.g. congreſſus mariti cum vxore, quando hæc eſt ſterilis, aut vetula: ſolum enim attendendum eſt in moralibus, & actibus humanis id, quod in illis ſe habet per ſe, & iuxta naturam, non ad id, quod ſe habet per accidens; & ideo cum acceſſus ad ſuam per ſe loquendo, & ex natura ſua ſit licitus, & per ſe faciat ad prolis generationem, & educationem, non eſt cenſendus fieri illicitus, quando ex accidenti aliquo particulari non facit amplius ad illum finem; cum leges, quæ faciunt aliquem actum licitum, vel illicitum, ſolum reſpiciant id, quod in illo ſe habet per ſe, neque curent de illo, quod ſe habet per accidens.

17. Si contra prædicta, & etiam tradita *iiſdem num.* 10. *&* 11. dicatur, finem generationis magis impediri per cœlibatum ſeu continentiam ab omni actu venereo, quam per actum venereum inordinatè factum v.g. per concubitum cum non ſua; & ideo vel hunc non propterea eſſe malum, quia impediat talem finem, vel ex hac cauſa continentiam eſſe peiorem. Reſpondetur cum S. Thoma *d. art.* 2. *ad* 13. poſt iam multiplicatum ſufficienter genus humanum non eſſe obligationem vacandi poſitiuè, & abſolutè generationi; ac proinde continentiam non eſſe malam; ſed ſolum ſub conditione, & ex ſuppoſitione, quod detur opera rei venereæ, eſſe obligationem, vt talis opera detur ordinatè, & non repugnanter ad ſolum finem; & idcirco actum venereum factum inordinatè ſemper eſſe peccatum.

18. Præter rationem aſſignatam ex fine actus venerei, cur à natura ipſius hominis alienum ſit, ipſaque lege naturali prohibitum quocunque caſu etiam neceſſitatis, ſeu conſeruandæ vitæ cauſa procurare, & intendere vel directè, & immediatè, vel in cauſa, & indirectè pollutionem, ſeu ſeminis effuſionem extra naturalem concubitum. aliam rationem aſſignat Sanchez *d. diſp.* 17. *n.* 6. (quam licet non admittant Leſſius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 10. *num.* 61. verſic. *ſed contra.* & Pontius *d. lib.* 10. *cap.* 12. *fine.* approbant tamen Fagundez, Layman, Arriaga, Bonacina, & Turllench *locis* ſuprà n. 5. *citatis*; & adduxi etiam ego *to.* 2. *hor. moral. tit.* 1. *dicto num.* 226.) ſcilicet, quod adeo vehemens ſit delectatio, quæ inuoluntaria ſeminis effuſione ſentitur; vt illam homines tanquam bonum naturale vehementer ſenſibile maximè proſequantur, & appetant; & ideò natura in omni euentu illius adminiſtrationem prouidè illis denegauit; nam ſi in aliquo caſu eam illis concederet, & eis perſuaſum eſſet aliquando extra naturalem concubitum licitum eſſe ſemen profundere, ob illam voluptatem vehementem, & appetitus inclinationem, & pronitatem in eandem voluptatem, quæ ex tali profuſione ſentitur; facile, ac euidentiſſimum periculum foret, eiuſmodi facultate abutendi, & ſibi perſuadendi cauſam paſſim iuſtam illius procurandæ habere, atque adeo ſemen prodigendi cum maximo detrimento ſpeciei, & matrimonij; quandoquidem extra illud, & extra ipſius onera, liceret voluptatem illam maximam habere; imò inde etiam fornicationes, adulteria, ſodomiæ, & vniuerſa alia luxuriæ vitia pullularent: Non ita autem euenire poteſt in membri abſciſſione corporis conſeruandi cauſa; cum enim ab ea propter dolorem maximum, qui in ea ſentitur, appetitus animalis abhorreat; non facile homo ſibi perſuadebit illam ſibi licere, neque poteſtatem illam adhibendi vltra caſum neceſſitatis extendet; vt de ſe manifeſtum eſt: Et hinc quoque (aiunt iidem Doctores) patet, cur ad conſeruandam vitam matris ſit licitum expellere fœtum nondum animatum; non ita vero propter eandem vitæ ſeruandæ cauſam licet ſeminis effuſionem procurare; & hæc ratio etiam mihi videtur bona, & cum præcedenti coniuncta efficaciter probat.

Nec hanc rationem eneruant tradita ſuprà *num.* 2. ex Caramuele quidem ſi non cæcus, videtur tamen oculos clauſiſſe, ne manifeſtam videret veritatem. Nam primo hæc ratio Sanchez, & aliorum probat ſublata prohibitione iuris naturæ profundendi ſemen extra naturalem concubitum, inde ſequuturum detrimentum ſpeciei, & matrimonia valdè impedienda, ſed etiam ſequutura vniuerſa luxuriæ vitia, fornicationes, adulteria, ſodomiæ. Secundo male, & ſine fundamento negat illam illationem, ſcilicet permiſſa pollutione tanquam licita, qua extra matrimonium, & illius onera poſſent homines voluptatem illam maximam habere, inde per ſe loquendo, & natura rei, atque corruptione naturæ ſequi fore multa matrimonia impedienda; licet non repugnet per accidens apud aliquos fidei lumine deſtitutos, & lumen naturale libidinibus obtenebratum habentes cum libertate, & impuritate pollutionis, & etiam ſodomiæ matrimonia frequentetur, vt contingit apud Mahumetanos, qui etiam ſtantibus legibus Mahumetis de neſario coitu, non eſt mirum, quod illum turpiſſimè exerceant, nec propterea à matrimoniis abſtineant: in moralibus autem attendendum eſt, id quod eſt per ſe, non quod per accidens, vt ſuprà *num.* 16. *&* 17. ex S. Thoma, & Caietano oſtenſum eſt; & dum Caramuel ſæpè nititur ſua placita moralia alioqui fundamentis, & auctoritatibus deſtituta probare iis, quæ ſunt per accidens, non oſtendit ſe bonum Theologum, aut philoſophum. Tertio contra illud dictum Caramuelis non eſſe malum naturæ, quod nulla dentur matrimonia, clamant leges ciuiles, & Canonicæ, quæ voluerunt cauſam matrimonij eſſe priuilegiatam, & fauorabilem, quia matrimoniis humanum genus conſeruatur, & multiplicatur, & ciuitates hominibus ingenuis replentur: & nondum genere humano ſufficienter multiplicato obligabantur homines ad matrimonia, à quibus facilè retrahi potuiſſent, ſi illis licitum fuiſſet frui voluptate venerea extra coniugium. illud etiam quod idem Caramuel ſubdit, ſcilicet, illas Reſpublicas creditas bene gubernari, quæ vel matrimoniis interdictis tanquam inutilibus, & politico ſtatui perniciofis legibus ſuis approbarunt, mulierum communionem, & etiam immunditias nefarias contra naturam, non videtur carere ſcandalo à viro præſertim Religioſo pronunciatum. Quis enim appellet rectum regimen, quod lumini ipſi naturali aduerſatur? Quod fouet horrenda monſtra turpitudinum cum ratione pugnantium. Quod ab hominibus (philoſophis quidem appellatis, tali autem nomine prorſus indignis) interiorem oculum caligantem, & per libidinem, ſuperbiam, & alia ſcelera obcœcatum habentibus, & in re per ſe perſpicua cæcutientibus

tientibus fuit inttoductum ? Quibus ex Ethnicia philoſophia melint ſenſus fuit, & clatiot lux affulſit, conttarium ſtatuerunt; & fornicationes, & alias luxuriæ fœditates damnarunt, Platn, Ariſtotelea, & alij, quotum mentionem feci ſuprà *num 7.* vt videre eſt apud Raynatdum *dicto tract. de virtatibus, & vitiis lib.6. ſect.*a. *cap.*8. *n.*546.*&* 547.

Ex hucuſque traditis colligat ſapiens lector, quam cenſuram mereatur Caramuelis opinio ſingularia, & communi omnium Theologorum, & ſummulilarum oppoſita, & protſus deſtituta rationabili fundamento, pto qua quidquid allegat, licet leuiſſimum, fuit iam à S. Thoma, & aliis Theologis *ſupra* allegatis præuiſum, pooderatum, & teiectum.

Comedere, bibere abſque neceßitate, & ob ſolam voluptatem ſenſus tanquam ob finem principalem an ſit peccatum.

20. Ex traditis ſoprà *num.*10. colligi quoque poteſt, quid ſentiendum de doctrina Maioris *in 4. diſt.*31. *queſt. vnica concluſione* 7. & Ioannis Saocij *in ſelectis diſp.*2. *num.* 14. *&* 53. aſſerentium non eſſe peccatum vllum nec veniale quidem edere, vel bibere abſque corporia neceſſitate ob ſolam delectationem captandam nempè ob frigiditatem potus, vel ſuauitatem cibi, ſi aliàs ſaluti non noceat; ſicut nec eſt peccatum veniale (addit Sancius) odorati tes atomaticas ob ſolam delectationem, & inſpicere tes pulchras ob ſolam delectationem, ac muſicam audire ſolùm ob delectationem. Subdit rationem idem Sancius, ſcilicet quia deficiente nocumento ſalutis comedere, vel bibere abſque neceſſitate ob ſolam delectationem cibi, vel potus non eſt contra rationem; ſed talia comeſtio, aut potio liberè fit, vt appetitus naturalis ſuis fruatur actibus. Hanc eandem doctrinam referunt abſque impugnatione Diana *p.*3.*tract.*5.*reſolut.*6 & Ægidius Turllencb in decalogum *li.* 3. *cap.*1. *dub.* 1. *num.*7.

21. At iuxta tradita *d. num.*10. reprobanda eſt huiuſmodi Doctrina, aſſerendumque peccatum eſſe comedere, vel bibere ob ſolam voluptatem, ſeu principaliter ob delectationem, eſt enim quid inordinatum, & contra rationem, & id, quod eſt natura ſua medium, & acceſſorium efficere finem, & rem principalem; delectationem natura, ſeu auctor naturæ comeſtioni, & cibis, ac potui, ſeu guſtui in comedendo, & bibendo indidit ad indiuidui nutritionem, & conſeruationem, ſeu vt indiuiduum ſumeret cibum, & potum neceſſarium ad ſui conſeruationem tanquam propter finem, non vero propter ſe, & eiuſdem guſtus, & appetitus voluptatem, vt *dicto num.* 10. dictum eſt, & magis confirmabitur; ac proinde comedere, vel bibere abſque neceſſitate ob ſolam delectationem, vel ob delectationem illam intendẽdo vt principalem finem eſus, & potus continet inordinationem, ſeu aduerſatur ordini rationis, iuxta quem oportet tantum edere, vel bibere, & delectationem eſui, vel potui à natura adiunctam quærere vt corpus nutriatur, & vita conſeruetur. & ita prorſus ſentit D. Thomas 2.2. *q.*148. tum *art.* 1. *ad* 2. vbi dicit, quod ad vitium gulæ ſolum pertinet, quod aliquis propter concupiſcentiam cibi delectabilis ſcienter excedat menſuram in edendo; tum *art.* 4. *ad* 3. vbi dicit, quod guloſus non intendit ſuo corpori nocumentum inferre, ſed in cibo delectari ita ſentit etiam Caietanus *d. art.* 3. *circa reſponſionem ad* 3. vbi verſus finem dicit, quod virtus abſtinentiæ per ſe conſiſtit in moderatione delectabilis cibi ſecundum quod oportet &c. ad bonum rationis; & gula in immoderata delectatione einſdem. Et quod obiectum formale temperantiæ ſint delectationes, quæ capiuntur ex guſtu, vel tactu vt dirigibiles ſecundum rationem, ſeu earundem delectationum moderatio ad rectæ rationis præſcriptum, ſeu regulam tradit Ariſtoteles 3. *Eth. cap.* 10. & *cap.* 12. vt latius explicat Raynaudus de virtutibus, & vitiis *lib. 6. ſect.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. 9. *& ſeqq.* Quod quoque legitimus finis aſſumptionis cibi, & potus ſit alere, & vitam conſeruare, non delectare, ſeu ipſa delectatio, conſtat ex eodem Ariſtotele *d. cap.* 3. vbi: *Non afficitur* (inquit) *temperans quapiam re magis, quàm decet, neque quando non decet afficitur, neque demum tale aliquid appetit; ſed ea tantummodo iucunda, quæ ad ſanitatem, vel ad bonam habitudinem faciunt,* &c. conſtat ex D. Auguſtino *lib. de mor. Eccl. cap.* 21. concludente *ibi* Chriſtianum de temperantia tractationem. *Habet, inquit, vir temperans in rebus mortalibus, & fluentibus vitæ regulam vt eorum nihil diligat, nihil per ſe appetendum putet; ſed ad vitæ huius, atque officiorum neceſſitatem, quantum ſatis eſt, vſurpet, vtentis modeſtia, non amantis affectu.* Tradidit disertè ſæpè D. Clemens Alexandrinus, nam *allegato lib.* 2. *pædagogi cap.*1. vbi reprehendit quoſdam, quod ſint, vt edant, & ſaturentur; Alios autem laudat, quod edant, vt ſint; *eodem cap.* 1. ſeuerè notat eos, qui tanquam ad viaticum, non tanquam ad nutrimentum edulia reponunt, nec finem comedendi ſpectant, naturæ nimirum ſuſtentationem. Idem Clemens menſuram aſſumendi cibum, & potum ſtatuit eſſe corpus, æquè ac pes eſt calcei menſura; id eſt menſuram huiuſmodi rerum vſurpandarum eſſe neceſſitatem corporis, ſicut calcei menſura eſt neceſſitas pedis; Idem docuerunt D. Baſilius *hom. de legendis cum fructu libris Gentilium*, in qua ex veterum philoſophorum ſenſu tradit, quæ menſura circa indulgentiam corpori exhibendam temperanti ſit tenenda; & D. Chryſoſtomus *homilia* 71. *in Matth.* vbi acriter reprehendit nimiam in cibis miniſtrandis diligentiam, ibi *perſtringamus cupiditates* &c. Clariſſimè idem docuit Muſonius in ſapientiſſima diſputatione de Temperantia. *Gula conſtituta eſt*, inquit, *vt ciborum meatus eſſet non voluptatis inſtrumentum; venter in animali eadem gratia, qua radix in omnibus plantis factus eſt. Etenim vt plantam radix alit forinſecus nutrimentum attrahens; ſic venter animal nutrit cibis, & potionibus in ipſum deriuatis; Rurſus vt plantæ aluntur perdurationis, haud voluptatis cauſa, non ſecus hominibus vitæ ſuſtentandæ remedium victus eſt conceſſus.* Idem latè tradit Theophilus Raynaudus *d. cap.* 2. *num.*9. *&* 71. Ad hoc etiam faciunt communiter Doctores quos refert, & ſequitur Sanchez *lib. 9. de matr. diſp.* 11. *n.* 4. aſſerentes non carere culpa ſaltem veniali ob peruerſionem debiti ordinis iuxta naturam, ſeu à natura inſtituti actum, cuius finis eſt ſola delectatio ſenſibilis; vel finis principaliter intentus eſt voluptas appetitus ſenſibilis; cum enim delectatio ſenſibilis à natura adiuncta ſit ſenſuum actibus vt condimentum, & quid acceſſorium, & ſolum in ordine ad bonum conſeruationis indiuidui, abuſus rei, & ordinis debiti ſecundum naturam eſt, quærere, ſeu exercere actum propter delectationem illi adiunctam, & ita eſt ſaltem peccatum veniale. Confirmo prædicta ratione vniuerſali communiter à Doctoribus approbata, ſcilicet, quia bonum delectabile, quod eſt naturæ ſenſitiuæ conſonum, non poteſt rectè eſſe finis operationis humanæ, ſed ſolum bonum honeſtum, quod naturæ rationali conforme eſt.

§. II

Fornicatio maláne moraliter ſit ex ſe, & per ſolum reſpectum ad rectam rationem, an quia à Deo lege diuina poſitiua prohibita.

IOannes Caramuel *in Theologia morali n.* 1600. 1601. *&* 1602. ita habet Dico primo, ſi Deus fornicationem non interdixiſſet, non eſſet mala, nec peccatum. & vt puto euidenter oſtendam, quia ſi duorum ſolutorum commixtio ſecundum ſe peccaminoſa eſt, vel quia naturaliter mala ipſis, vel quia naturaliter mala proli, neutrum poteſt dici: ergo. Non primum, quia ſæpè contingit 22.

contingit eſſe vtrique ſalubrem , & in tali caſu non eſt vtrique naturaliter mala; accedit, quod ſi quando inſalubris dicatur , cum grauiter inſalubris non ſit , non poſſit eſſe grauiter peccaminoſa. Nec poteſt dici ſecundum ; fornicatio enim mala proli non eſt ; primo enim non poteſt dici mala phyſicè , quæ in cauſa , vt homo, qui aliàs in rerum natura non eſſet , producatur : quia ſi iniurius homini , qui illum occidit , beneficus omninò, qui illum generat; imò beneficentior genitor, quàm iniurius occiſor : iſte enim non poteſt facere , quod homo , qui eſt , omninò non ſit ; at ille efficit , vt qui omninò non eſt, ſit. hæc *num.* 1600.

23. Proſequitur *num.* 1601 Aliqui , ait , ad educationem recurrunt, fatentur enim ipſam fornicationem eſſe proli phyſicè vtilem , ſed nociuam moraliter ; ſed hoc eſt verbis ſolis obludere. Nam ſi Auguſtinus dixit melius eſſe damnati, quàm annihilari ; iterùm diceret melius eſſe proli malè educatum eſſe , quàm abſolutè in rerum natura non eſſe. Et ſanè mala prolium educatio potius ex paupertate , quàm ex fornicatione ſuboritur. Principum enim nothos optimè educatos videmus, cum tamen nulli diſciplinati mores inter homines viles , & mendicos. Potius igitur pauperum matrimonia venirent condemnanda , quàm diuitum fornicationes : ſed inquiunt, eſſe per accidens , quod filij illegitimi Principum bene educentur ; dicunt , non tamen probant, veriſimilius enim videtur per ſe, quod filij pauperum malè educentur. Sed eſtò ſit inter diuites bona nothorum educatio omninò accidentalis ; ergo ſi per accidens contingit , quod filij Principum bene educentur ; etiam per accidens continget, quod parentes fornicantes non peccent: & probo ſic: ideo fornicatio interdicitur , quia ex illa mala prolium educatio ſequitur ; ergo ſi hæc non ſequeretur , non interdiceretur illa : finis igitur huius inhibitionis bona educatio eſt ; atqui probabile eſt, quod quando finis ceſſat per accidens in aliquo particulari, lex etiam ceſſat per accidens in particulari ; ergo ſi quidem admittitur, quod finis legis fornicationem prohibentis ſoleat in aliquo particulari ceſſare per accidens, admittendum omninò eſt ipſam legem ceſſare. Si dicas ceſſante fine legis in particulari , ceſſare legem in particulari, non quidem diuinam , ſed humanam , putabis te aliquid dicere: & nihilo minus dices , legum enim humanarum finis aliquando vniuerſaliter ceſſat ; at naturalium non aliter , quàm per accidens, & in particulari ceſſare poteſt. Patet in homicidio indirecto patrato; inuaſorem enim occidere poſſum non obſtante quinto præcepto Decalogi ; tunc enim per accidens , & in particulari ceſſat præcepti finis, adeoque etiam ipſum præceptum ; nec dabitur caſus , in quo legis naturalis finis ceſſet vniuerſaliter. Tunc ſic nulla ratione naturali oſtendi poteſt ſimplicem fornicationem eſſe malam ; & tamen mala eſſe in ſacris literis aſſeritur ; ergo dicendum eſt non eſſe malam intrinſecè , & ex natura ſua, ſed extrinſecè ratione interdictionis ; adeoque non eſſe prohibitam, quia mala, ſed potius malam ſolummodo eſſe, quia prohibita.

24. Sed vbi (inquit *num.* 1602.) prohibita eſt noua difficultas : nam ſi textum legis legamus , vbi Latinus habet, *Non mœchaberis* textus Hebreus ponit *Non adulterabis*, adeoque ſi litera ſeuere accipiatur , adulteria, & non fornicationes interdicit ; Sed nihilominus legiſlatoris mens ex aliis locis innoteſcit ; fornicatores apertè Apoſtolus condemnat ; & communi Patrum , Doctorum & ſcholaſticorum conſenſu quæcunque extramatrimonialis copula eſt peccatum mortale. prædicta omnia ſcribit Caramuel *tribus allegatis numeris* ad defenſionem ſuæ concluſionis. Quam opinionem Caramuel ſaltem ex parte ſumpſit (licet eorum mentionem non faciat) tum ex Martino de Magiſtris *tract. de temperantia q.* 3. *de luxuria*, vbi (prout eum refert Caietanus 2. 2. *q.* 158. *art.* 2. *initio*) docuit fornicationem ſimplicem ſaltem viri cum determinata fœmina non eſſe contra ius naturæ , ſeu ex natura rei loquendo , & ſecluſo iure poſitiuo diuino , & humano non eſſe illicitam, quia ibi non impeditur certitudo prolis , nec educatio eiuſdem; tum ex Durando *in* 4. *diſt.* 33. *q.* 1. *num.* 10. vbi eadem de cauſa , & ratione motus cenſuit fornicationem ſimplicem non vagam , ſed inter perſonas certas, quæ citra matrimonium velint (ex pacto, & obligatione) gerere conuenientem curam prolis non eſſe peccatum mortale ex natura rei , & iure naturali attento , ſed ſolum iure diuino poſitiuo prohibitam ; ex ſe vero eſſe ſolum peccatum veniale. Quorum opinionem Azorius *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 6. & Saytus *lib.* 8. *Clau. cap.* 1. *num.* 2. verſic. *contra hos* , vocant errorem ; & meritò, cum communem Doctorum ſententiam habeat contra , & rationes euidentes ; & etiam Raynaudus *de virtutibus, & vitiis lib.* 6. *ſect.* 2. *cap.* 8. *num.* 149. dicit , quod qui modo diceret fornicationem attento ſolo iure naturæ , non eſſe graue peccatum , peſſimè audiret ; vt propterea Sepulueda (addit) attributam ſibi hanc ſententiam, ob quam apud Doctos , & probos quoſque malè audiebat , calumniæ damnare coactus ſit.

Igitur communis , certa, & indubitata ſententia eſt, ſimplicem fornicationem non eſſe moraliter malam, & peccatum mortale, quia iure diuino poſitiuo prohibita eſt ; ſed ex natura rei , & iure naturali ſolo inſpecto, & ſecluſo quocunque iure poſitiuo diuino, & humano eſſe illicitam, & peccatum omninò graue. ita S. Thomas 3. *contra gentes cap.* 122. & 123. 2. 2. *q.* 153. *art.* 3. & *q.* 154. *art.* 2. vtrobique Caietanus, Abulenſis *in Matth.* 5. *q.* 184. & 189. Paludanus *in* 4. *diſt.* 33. *q.* 1. *art.* 3. Riccbardus *art.* 2. *q.* 2. Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia q.* 3. *art.* 3. Azorius, Saytus, & Raynaudus *locis citatis*. Valentia *to.* 3. *diſp.* 9. *q.* 3. *puncto* 3. Sanchez *de matr. lib.* 9. *diſp.* 19. *num.* 7. *fine*. Leſſius *de iuſtitia lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 50. & 51. Fagundez *in decalog. lib.* 6. *cap.* 1 *num.* 5. *ad finem*. Layman *lib.* 3. *ſect.* 3. *num.* 10. Baſilius Pontius, & Baldellus *locis* ſuprà n. 5. *relatis*. Theologi *eodem num.* 5. relati , & alij recentiores communiter , & etiam Summiſtæ verbo *luxuria*, vt videre eſt apud Saytum , & Fagundez in probando hac ſententia ſeruabo ordinem *in præcedenti* §. adhibitum. Itaque 25.

Pobatur primò , quia etſi ex Gentilibus ij , qui admiſerunt alias impudicitias contra naturam tanquam licitas, vel indifferentes, id etiam exiſtimauerint de ſimplici fornicatione ; eamque admiſerint Gnoſtici, de quibus Epiphanius *hæreſ.* 26. & alij de quibus Raynaudus *d. cap.* 8. *num.* 148. tamen plures Philoſophi Gentiles ſolo lumine naturæ colluſtrati damnarunt tanquam turpem , & cum recta ratione pugnantem. ita Ariſtoteles 2. *Polit. cap.* 2. reprobans connubiorum diſſolutionem, & mulierum communitatem à Platone inductam ; ita alij , qui contra eundem Platonem ſcripſerunt ; ita præſertim latius , & diſertis verbis. Mazzonius *lib. de venereis* ; vbi *Oportet*, inquit , *illos, qui nec voluptarij nimis, nec improbi ſint , ſolam illam venerem exiſtimare licitam, quæ in coniugio fit , & ob procreationem liberorum fiat, quia & legitima eſt.* & mox ſubdit : *Quæcunque autem concubitus (præter adulterium) fiunt cum mulieribus non ſecundum legem , ij vniuerſi turpes ſunt ; vt qui peraguntur per intemperantiam ; nam ſalua temperantia , haud quiſquam poterit cum meretrice rem habere.* Et pluribus aliis reprehendit venerem extra legitimum coniugium , quæ latè ſcribit *loco citato* Raynaudus.

Secundò probatur , quia fornicationis ſimplicis expreſſa prohibito præcepto diuino poſitiuo facta in lege veteri Deuteron. 23. *Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator de filiis Iſrael.* & Leuitici 19. *Ne proſtituas filiam tuam.* & Exodi 20. vbi præcepit ea , quæ in Decalogo continentur , inter quæ illud præceptum *Non mœchaberis*, quo non ſolum adulterium, ſed etiam ſimplicem fornicationem prohibuit Deus : ait enim D. Auguſtinus , quod ſicut illo præcepto decalogi *eodem cap.* 20. Exodi enumerato, *Non furtum facies*, non ſolum 26.

furtum

furtum prohibetur, sed etiam rapina tanquam res per se mala, ita nomine mœchiæ non solum adulterium, sed etiam *omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi*; quæ verba frustra eneruare contendit Durandus loco citato; hæc, inquam, prohibitio comprehenditur sub præceptis moralibus; sed præceptorum moralium veteris legis ratio non est ex positiua institutione, sed ex ratione naturali, vel puta, vel adiuta lumine fidei, vt suprà *n.* 7. ostensum est, ergo simplex fornicatio est per se, & solum in ordine ad rationem moraliter mala, & illicita: Item Præcepta Decalogi iuxta omnes dicuntur, & sunt iuris naturæ, non alia ratione, nisi quia versantur circa materias ex se conformes, vel difformes iuri naturali, & rectæ rationi, seu naturæ rationali: At fordicatio in decalogo prohibetur, vt dictum est, ergo est contra ius naturale, & consequenter secundum se, & solum per respectum ad rationem, secluso quocunque iure positiuo, mala, & illicita. Quanquam non valeat consequentia Durandi, fornicationem simplicem scilicet contra ius naturale non esse, quia secundum ipsum non probibetur à Deo in decalogo; etenim nec ibi prohibetur expresse sodomia, aut bestialitas, & vtrumque hunc concubitum contra naturam esse contra ius naturale manifestissimum sit, nec quis Catholicus absque errore queat negare. Rursus simplex fornicatio 1. *ad Corinth.* 6. *ad Ephes.* 5. & *Apocalip.* 21. cum furto, homicidio, idololatria, & aliis huiusmodi criminibus coniungitur, quæ iure naturali sunt moraliter mala, illicita, & detestabilia; ergo & similiter ipsa fornicatio est talis. Confirmo, quia cum simplex fornicatio expresso præcepto diuino reperiatur prohibita in lege veteri, si ideo moraliter mala, & illicita, quia à Deo lege illa positiua fuit prohibita, modo esset licita, quia lex vetus (vt supra *n.* 8. ostensum est) etiam quoad præcepta decalogi, & moralia quoad obligationem illam sola illa lege inductam omninò cessauit. Et licet ex scripturis nouæ legis constet fornicationem esse prohibitam, illicitam, & peccatum mortale Marci 7. *De corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes* &c. Actorum 5. *Abstinete vos ab omni fornicatione* 1. Corinth. 5. *Ne commisceamini fornicariis.* 1. Corinth. 6. *Fugite fornicationem.* Ephes. 5. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia non nominetur in vobis sicut decet Sanctos.* 1. Thessal. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione*, & ob criminis grauitatem homines fornicantes priuati cœlesti beatitudine constat 1. Corinth. 6. *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri* &c. *regnum Dei possidebunt.* ad Galat. 5. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia* &c. *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur* ad Ephes. 5. *Hoc scitote intelligentes quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habebit hæreditatem in regno* CHRISTI, *& Dei.* ad Coloss. 3. *Ira Dei descendet super fornicarios.* & Apocal. 21. *Homicidis, & fornicatoribus* &c. *pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.* Ex prædictis, inquam, nouæ legis constat simplicem fornicationem esse prohibitam, & peccatum mortale, quod solum excludit à regno cœlesti; & hæreticum esse contrarium assereret; non tamen constat ex his scripturis, aut aliis noui testamenti eandem simplicem fornicationem in lege noua præcepto positiuo prohibitam, cum non reperiantur verba continentia formale præceptum: & in prædictis locis Euangelij, & Epistolarum Diui Pauli, & aliis locis à Christo Domino, & à Paulo supponitur vt prohibita, mala, & illicita; si ergo esset illicita solum quia lege diuina positiua interdicta, id tantum esset, quia fuit prohibita in lege veteri; ac proinde cum ipsa lex vetus cessauerit etiam quoad obligationem præceptorum moralium ab ipsa inductam, iam licita esset fornicatio, quod asserere est hæreticum, vt dixi. Ergo in Euangelio, & in aliis scripturis noui testamenti adductis fornicatio supponitur prohibita, mala, illicita, secundum se, & iure naturali inspecto: Et quamuis sub præcepto dilectionis proximi de nouo à CHRISTO Domino inducto, & alio pariter vniuersalissimo principio, seu præcepto pariter à CHRISTO Domino renouato *Quæcunque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis*, virtute contineantur alia moralia præcepta, id est, quia sunt (sicut & præceptum ipsius dilectionis) de materia ipsius iuris naturalis, seu à iure naturali præcepta, vel prohibita tanquam per se bona, vel tanquam per se mala, vt supra *num.* 8. explicatum est; & ita etiam Caietanus *d. quæst.* 154. *art.* 2. §. *superest*, docet legem diuinam in nouo testamento nullum præceptum purè morale continere nisi de actibus ex suo genere bonis, vel malis: cum igitur prohibitio fornicationis comprehendatur inter præcepta moralia, erit de se naturaliter mala, & peccatum mortale, & non tantum ex eo, quod lege diuina positiua sit interdicta; alioqui vt contra Durandum arguunt Caietanus, & alij, sequeretur nec homicidium, nec adulterium, nec sodomiam esse peccata mortalia, nisi iure diuino positiuo essent prohibita: imò seposito iure positiuo nullum esset peccatum mortale, quod omninò absurdum est.

27. Tertio probatur ex Apostolo 1. *ad Corinth.* 6. vbi postquam dixit, *Fugite fornicationem*, rationem huius assignans subdit, *Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat*, quibus manifestè indicat fornicationis intrinsecam turpitudinem, & deformitatem, cum dicat hoc fornicationis peccatum esse ipsi homini illud committenti contumeliosum, & proprio corpori iniuriam inferre; hoc enim sonant verba illa *in corpus suum peccat*. Vide Isidorus Pelus. *lib.* 4. *Epist.* 124. illa verba expendens, *Non dixit* (inquit) *per corpus peccat, sed in ipsum peccat, in ipsum delinquit, ipsum polluit, reum criminis ipsum efficit. Perinde ac si quis dicat, ipse se ipsum contumelia afficit, dum putat se alium contumelia afficere.* Et paulò infrà; *Et qui alia quæpiam peccata committit, is in alium ea committit, sed qui libidinatur, se ipsum probro afficit; semetipsum inquinat.* Et Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *pædagogi capitulo* 10. ad eundem locum Pauli alludens ait, *Quicunque peccat, statim quoque facit iniuriam non tam proximo, mœchatur, quàm sibi ipsi, quod mœchatus fuerit. Quin & se ipsum omninò reddit deteriorem, seque fama detrahit; Qui enim peccat quatenus peccat, ipse est seipso deterior, & ignominiosior, omninò enim iam ei vtique adest intemperantia, vt qui vincatur à turpi voluptate.* Clemens quoque Romanus 6. *constit. cap.* 27. improbat fornicationem, idcirco, quod corpus fœdet fornicantis, & soli voluptati captandæ vsurpata non spectet prolis susceptionem. Hinc

28. Quartò probatur ratione suprà *numero* 10. adducta; scilicet, quia simplex fornicatio opponitur, seu contrariatur virtuti temperantiæ per grauem excessum, nempè per grauem deuiationem à regula rationis, seu grauem inordinationem, & peruersionem debiti ordinis circa actum venereum, quam continet; ergo est moraliter mala, ac turpis, & illicita ex natura rei; & per solum respectum ad rationem, seu ad naturam rationalem. Antecedens probatur; quia actus venereus fornicationis, & eius voluptas assumuntur contra finem, in quem natura seu auctor naturæ destinauit, & instituit ipsum actum venereum, & delectationem ipsam idem actui venereo adiunctam; qui finis est susceptio prolis, seu generatio, & perpetuitas speciei; vt *dicto n.* 10. declaratum est; huic autem fini aduersatur etiam fornicatio simplex, si quidem etiam simplex fornicatio, seu concubitus soluti cum soluta generationem, & prolis susceptionem per se loquendo; siue ex se, & vi sua impedit, & excludit, cum mulier

possit quibus cum voluerit facere sui corporis copiam; vagus autem concubitus generationi, & susceptioni filiorum obest, eamque impedit, iuxta medicorum traditionem, & ipsam experientiam, vt *num.*10. dictum est. Et confirmatur ex eo, quod ob eam causam matrimonium vnius fœminæ cum pluribus viris est (vt docet communis Doctorum sententia) suapte natura irritum, semperque interdictum fuit, repugnat enim prolis susceptioni: Quamuis vnius viri matrimonium cum pluribus vxoribus in vsu aliquando fuerit sine culpa. Neque obstat, quod in concubinatu ita se gerant vir, & fœmina, ac si seruaretur tori fides in coniugio; nam id est per accidēs in vago concubitu concubitus enim ex natura sua non obligat ad tori fidem, sicut ex sui natura obligat matrimonium, sed vterque liber manet, vt cum alio congressum carnalem habere possit: In bis autem sicut, & in aliis moralibus non est attendendum, quod est per accideos, & præter naturam soluti concubitus, sed id, quod est per se, & ex natura rei, vt suprà *num.*16. *&* 17. ex S.Thoma, & Caietano ostensum est, & tradunt communiter alij Doctores. Et patet etiam in eo, qui audit confessiones cum periculo pollutionis, & in experimento impotentium per triennium, cum tamen sit periculum effundendi semen extra vas. Constat igitur ex dictis actum venereum fornicationis ex natura sua esse intemperatum, seu contra temperantiam, cum contineat immoderatam captionem delectationis sensibilis ex tactu contra naturalem illius delectationis finem, ad quem eadem voluptas ab auctore naturæ ei actui adiuncta est: Vnde etiam prauum nomen, & mala opinio sic peccantium, ac probrum, ac ignominia filiorum sic procreatorum. Communis enim existimatio ignominiosos putat eos natales, & tales filij vt plurimum teste experientia malos parentum mores imitantur: Quamuis non defuerunt aliqui, qui eam turpitudinem natalium, & parentum rebus gestis, & virtute eluerunt; ex quibus quosdam Ecclesiasticos, & laicos recenset Gabriel Palæotus *in fine libri de nothis, & spuriis.*

29. Sed simplex fornicatio est ex natura sua moraliter mala, & illicita, & peccatum mortale, non solum, quia opponitur virtuti temperantiæ, dum captatur voluptas venerea contra finem, ad quem solum author naturæ illam destinauit, & actui venereo indidit, scilicet contra prolis generationem, quam concubitus soluti cum soluta per se loquendo impedit; quam constat esse inordinationem grauem, sicut est res grauis, & magni momenti generatio prolis, cui aduersatur; sed etiam quia aliter est contra rectam rationem, seu regulam rationis; etenim concubitus soluti cum soluta, & vagus non solum aduersatur generationi prolis, sed etiam per se loquendo, & ex natura sua repugnat eiusdem prolis educationi, & instructioni debitæ, ac conuenienti, ad quam etiam sicut & ad generationem naturaliter, seu à natura ordinatur actus hominis venereus, seu humana seminatio; atque adeo vergit in nocumentum prolis, & ita etiam tendit ex se contra iustitiam, & charitatem. Hanc rationem præcipuè adduxit S.Thomas *d. art.*2. & post eum Caietanus *ibidem*, & alij Theologi communiter, & etiam Summistæ verbo *luxuria*, aut verbo fornicatio ad ostendendum fornicationem ex sui natura esse moraliter malam, & peccatum mortale; scilicet, quia continet inordinationem, quæ vergit in notabile nocumentum prolis nascituræ, nempè priuationem naturalis ordinis, seu conditionis à natura requisitæ ad debitam prolis educationem, & institutionem; quæ educatio, & instructio tantum bonum est prolis, & adeo debitum, vt priuare prolem illis, vel altera earum absque dubio notabiliter damnificet illam, vt inquit Caietanus, atque adeo contineat grauem deformitatem ad rectam rationem, & consequenter sit peccatum mortale. Ad maiorem autem explicationem.

30. Notandum ex S.Thoma, & aliis Doctoribus præallegatis; & magis in terminis ex Lessio *vbi suprà*; quod sicut Deus instituit id, quod erat necessarium ad prolis generationem, & procreationem nimirum vim generandi, & organa opportuna; ita etiam instituit id, quod erat necessarium ad prolem rectè educandam, & promouendam ad perfectum statum hominis quoad corpus, & quoad animum; finis enim generationis humanæ est proles perfecta. Hoc autem est certus, & stabilis status generantium, nempè perpetua coniunctio, & indissolubile vinculum maris, & fœminæ per mutuum vtriusque consensum, quod nil aliud est, quam matrimonium; sine enim huiusmodi certo, ac stabili statu, seu coniunctione, ac vinculo humano more fieri non poterat, vt proles rectè educaretur quoad corpus, & instrueretur quoad animum; etenim ad educationem, & sustentationem filiorum, & rectam eorum institutionem requiritur certus pater, & certa mater, & non solum materna, sed etiam paterna cura est necessaria; Quæ per solum matrimonium subsistunt. Quare etiam in aliis animantibus, vbi vtriusque parentis cura ad prolis educationem requiritur (vt in feris quibusdam, & in auium genere videmus) similitudinem quandam matrimonij certi maris, & fœminæ, non enim vtuntur vago concubitu, & nunquam fœmina cum pluribus, sed cum vno tantum coit. Et nisi hic instinctus eis à natura esset inditus, non fuisset illis satis prouisum ad propagationem, & conseruationem suæ speciei, cum ferè semper proles moreretur; neque enim sola mater ad creandam, & suo modo educandam prolem sufficeret; simili ergo modo in genere humano nisi esset certus, & stabilis status generantium, seu matrimonij vinculum raro ex natura sua proles posset benè educari, & ad statum hominis perfecti peruenire, nam cura paterna deficeret, vel ob patris incertitudinem, quæ ex vago concubitu & soluti cum soluta prouenit, vel quia pater licet certus, vt plurimum abesset; id quod manifestè patet experientia ipsa.

Ex quibus sic formatur ratio: fornicatio cum sit concubitus inter personas non habentes certum, & stabilem statum, seu insolubilem coniunctionem, & matrimonij vinculum, caret illa conditione, quam ius naturæ in generatione humana ad eius finem, qui non solùm est generatio, sed etiam recta prolis educatio, & institutio, obtinendum requirit; ergo repugnat de se illi fini, nempè prolis educationi, & institutioni, ergo ex sui natura, seclusa quacunque lege positiua est moraliter mala, & peccatum graue, & mortale, cum hæc inordinatio sit grauis, & in re graui, & magni momenti, sicut bona prolis educatio, & instructio; Et hoc est, quod dicit Caietanus *d.art.*2.*§ ad euidentiam*, dum probat fornicationem ex se, & secluso præcepto positiuo esse peccatum mortiferum; scilicet quia caret ordine naturali ad educationem, & instructionem prolis, cum sit concubitus inter personas non naturali vinculo deuinctas, & conuenientes, scilicet non habentes statum conuenientem ad educationem, & instructionem prolis; & cuiuslibet horum bonorum priuatio sit res magni momenti; & consequenter mortale peccatum: vt enim aliquid sit peccatum mortale, non est necesse, vt lex naturalis dicat illud mereri pœnam æternam, vt vult Durandus, sed sufficit quod ratio, seu lex naturalis dictet esse graue peccatum, & grauiter Deo displicere; inde enim ratione naturali est coniicere, graues pœnas mereri: Constat etiam fornicationem reduci ad ea peccata, quæ sunt contra iustitiam, & charitatem proximi, & Dei; cum sua natura tendat contra bonum prolis nascituræ, in illiusque nocumentum quoad educationem, & institutionem vergat; & ita directè contra proximi charitatem, indirectè & mediatè contra charitatem Dei. 31.

Cæterùm prædictæ rationi non obstat, etiam extra matrimonium posse aliquando conuenienti educationem, & institutionem prolis haberi conducto optimo Pedagogo, seu viro probo bono stipendio, qui curam prolis suscipiat, vt proinde tunc debeat dici licita fornicatio, vt Martinus de Magistris, Durandus, & Caramuel *vbi suprà* 32.

suprà obiiciunt: Tum quia id est per accidens (vt S. Thomas, Caietanus, & alij inquiunt) etenim extra matrimonium ex natura sua non benè consuleretur moraliter, seu regulariter loquendo prolis educationi, sicut necessarium erat ex grauissima necessitate educandæ prolis humanæ, & illam ad statum perfectum perducendæ, cum id solum locum possit habere in diuitibus non in pauperibus; Et ita si hoc verum esset, in solis diuitibus, non autem in pauperibus esset licita, vel non mortifera simplex fornicatio; & quo quis esset ditior, eo cum pluribus licitè fornicari posset, seclusa Dei prohibitione, quo quid absurdius. Species porro moralis actus ex eo quòd est per se, & secundum rei naturam, & regulariter euenit non ex eo quod est per accidens, consideratur: Tum quia vt bene Caietanus *d. art. 2. contra Martinum de Magistris* replicat, & post eum alij Recentiores supra allegati; quod aliquando extra matrimonium possit sufficienter prouideri proli quoad educationem, & inspectionem non tollit inordinationem illam carentiæ, seu defectus ordinis naturalis ad debitam educationem, & institutionem prolis, quam inordinationem fornicatio, seu concubitus soluti cum soluta semper per se, & ex natura sua habet, quatenus in eo prætermittitur conditio certi, & stabilis status maris, & fœminæ, seu matrimonij, quam natura requirit ad tollendam prolis incertitudinem, & ad perfectam, & connaturalem prolis suscipiendæ educationem, & perfectionem; ex quo etiam conuincitur fornicationem ex sui natura; & iure solo naturali inspecto esse moraliter malam grauiter, & mortiferum peccatum, quia caret conuenienti ordine, & habitudine, quam natura requirit ad prolis educationem, & perfectionem, qui naturalis ordo, seu quæ naturalis habitudo est res grauis, & magni momenti, sicut & prolis educatio, & bona instructio. Et si hæc inordinatio, quæ in fornicatione semper contingit, & consistit in defectu, seu omissione debiti ordinis, & conditionis, quæ iure, & ex institutione naturæ est necessaria in illo actu ad prolis conuenientem educationem, & perfectionem, non esset grauis, & consequenter iure naturæ peccatum mortale, sed leuis, & venialis; ius diuinum (vt contra Durandum obiicit Caietanus) superueniens non efficeret grauem, sed relinqueret eam in suo gradu; nam Deus prohibens aliquid iure naturæ illicitum non facit illud peius; sed eius malitiam expressius proponit, non ideo malum est, quia prohibetur, sed quia malum ideo prohibetur, vt patet in mendacio, verbo otioso, & similibus, quæ ex genere suo sunt leuia. Ex iisdem etiam patet contra Caramuelem hîc non posse habere locum doctrinam illa ex ipso suprà *n. 25.* adductam, scilicet quod cessante fine legis in particulari casu, in eo cesset legis obligatio; etenim à fornicatione est inseparabilis illa inordinatio, seu carentia, vt omissio conuenientis ordinis, & habitudinis ac conditionis, quam natura requirit ad prolis educationem, & perfectionem. Quod etiam Caramuel in traditis suprà *num* 23. dicit verisimilius esse, quod filij pauperum malè educentur: & ideo supposita præfata ratione deducta ex educatione prolis potius pauperum matrimonia venirent condemnanda, quam diuitum fornicationes; reiicitur ex eo, quod ex statu certo matrimoniali ex se, & natura sua apta nata est sequi bona, & conueniens prolis educatio, etiamsi parentes sint pauperes; cum etiam ad id, & non solum ad prolis generationem, tanquam ad finem instituerit indissolubilem maris, & fœminæ coniunctionem, seu matrimonium, vt dictum est; Vnde videmus parentes matrimoniali vinculo coniunctos, quantumcunque pauperes ordinariè, & communiter, esse sollicitos de educatione filiorum, & illorum institutione iuxta eorum statum: E contra vero concubitus vagus, & extra matrimonium ex sui natura, & per se tendit in detrimentum prolis quoad educationem, & bonam institutionem, cum careat conditione, quam natura requirit ad talem effectum, seu finem; & proles sic nata regulariter destituatur cura paterna, quæ non minus quàm materna requiritur ad bonam filiorum educationem, & institutionem, vnde dicitur quod fornicatio est nouerca proli. An vero coniuges pauperes ita vt nequeant sufficienter prouidere filiis de sufficientibus alimentis, teneantur abstinere ab vsu matrimonij, & quando non est huius loci disputare.

Præterea prædictæ rationi non obstat obiectio Caramuelis adducta suprà *num.* 22. nempè fornicationem 33.
non esse proli malam, & nociuam, cum per ipsam recipiat esse naturale; melius est enim proli generari, quam non generari, cum melius sit esse, quam non esse; cum ergo in potestate parentum esset non esse abstinendo à fornicatione simplici, non videntur ei nocuisse, illam ex fornicatione generantes. Et ad huius obiectionis vim magis confirmandam addi potest, quod parentes fornicarij possunt impedire, ne etiam nocumentum in educatione sequatur, vnde sicut non magnam iniuriam infert, qui accendit domum, sed statim cauet ne comburatur flammis extinctis; ita in præsenti &c. Respondetur enim, quod licet per fornicationem proles accipiat esse naturale, & illi melius sit esse quam non esse; hoc tamen nil refert ad exuendam fornicationem intrinseca malitia, & turpitudine; nam si parentes volunt dare operam generationi prolis, debent lumine naturæ eo modo id facere, vt actio habeat conuenientem ordinem non solum ad generationem, & prolem suscipiendam, sed etiam ad perfectionem prolis, quæ est conueniens eiusdem prolis educatio, & institutio, quod in solo matrimonio fieri potest. Quoties autem opus generationis caret illo ordine naturali, parentes quantum ex vi actus priuant prolem nascituram hoc bono rectæ educationis; nam hoc ex tali actu non est natum sequi, sed contrarium, vt *suprà* dictum est. Ad additam confirmationem; iam ad præcedentem obiectionem dictum est non officere, quod illud nocumentum aliquando impediri possit; id enim est per accidens; nec impedit, quin parentes fornicarij quantum est ex vi operis censeantur proli nocuisse priuando illam ex habitudine, & conditione, quam propter bonum prolis tenebantur adhibere. Nam quando aliquid ob certum finem est absolutè præceptum, qui illud omittit, facit contra illum finem; etiamsi alia ratione illum procurare conetur. Plura videantur apud Caietanum *d. art. 2.* vbi alia argumenta Martini de Magistris, ex quo sua sumpsit Caramuel, proponit, & soluit; quorum tamen Solutio ex traditis colligitur.

TITVLVS VIGESIMVS-QVINTVS, HVIVS TOMI DECIMVS-TERTIVS.

TITVLVS DECIMVS-TERTIVS,

De restitutione ex causa homicidij in vtroque foro.

SVMMARIVM
Titvli decimi-tertii.

A nullo occisore etiam iniustè expensa funeris ordinariè debent restitui.n.1.

Si ex acceleratione mortis facta sint maiores funeris expensa, quàm alioqui fuissent facta, iste excessus ab iniusto occisore foret restituendus.n.2.

Homicida iniustus obligatur satisfacere heredibus eius necessariis, & legitimis, scilicet, parentibus, filiis, & vxori pro damnis, & lucris cessantibus ex morte eiusdem occisi sequutis in bonis temporalibus eiusdem occisi.n.4.

Idem homicida non tenetur in foro conscientia damna, & lucra cessantia ob mortem occisi restituere heredibus extraneis, & non necessariis.n.3.& 5.

Prafati heredes occisi extranei, & non necessarij succedunt tantum in iuribus, qua defunctus occisus ante mortem acquisiuit, & habebat.n.6.

Eisdē heredibus extraneis, qua ab homicida debeāt restitui.ibi.

Et in foro contentioso heredibus occisi extraneis, & non necessariis ab iniusto homicida non sunt restituenda damna, interesse, & lucrum cessans, qua mortem eiusdem occisi consequuntur; ita quod in foro externo prafati heredes extranei non possunt agere ad astimationem arbitrio Iudicis ratione dictorum damnorum, & interesse contra occisorem.n.7.& 9.

Satisfactionem, quam ob homicidium commissum heredes occisi extranei petere possunt, solum est loco pœna corporali, quando scilicet agunt criminaliter, & volunt desistere facta compensatione pecuniaria.n.8.

Condemnatio ad emendationem damni in fauorem cuiuscunque heredis in foro externo non potest sequi, nisi probato delicto ex Confessione Rei, non autem ex eius contumacia, vel aliter de eo constet.n.9.

Statutum mandans damnum emendare, debet intelligi vt prius constet verè de damno illato, non autem fictè per contumaciam accusati.ibidem.

Prius natus regulariter prius moritur ex iuris prasumptione. num.10.

Vbi heredes occisi nullum patiuntur detrimentum, vel lucrum cessans, quod ab occiso non fuisset consumptum ad nullam restitutionem heredibus etiam necessariis tenetur homicida.n.4.& 10.

Ius ad interesse lucri cessantis non acquiritur interfecto, aut eius heredibus, nisi viuens solitus esset negotiari, exercere artem, aut officium, & lucrari.n.12.

Non potest pratendi interesse lucri cessantis, vbi quis non esset solitus lucrari, & vbi lucrum petitum, seu prætensum non est in potentia proxima, sed tantum in remota.ibidem.

In venatore, piscatore, & mercatore nullum consideratur interesse propter incertitudinem talium mercimoniorum.n.13.

Hinc si tales mercatores dent mutuo pecunias, qua pradicta negotiationi expositas habent, nec ante moram, nec post moram possunt aliquod interesse ratione lucri cessantis pacisci propter incertitudinem probabilem circa lucra talium mercimoniorum ibidem.

Compensatio damnorum, & interesse, seu lucri cessantis, si quod verè sequitur homicidium, quod sit ab homicida heredibus occisi restituendum, non est facienda iuxta dispositionem l. hæreditatum ff. ad l. falcid. *sed arbitrio boni viri habito respectu solum ad eas operas, & lucra, qua moraliter loquendo, qui fuit interfectus, prastasset, & acquisiuisset, si vixisset consideratis atate, qualitate persona, & etiam impedimentis, qua aliàs accidere poterant &c. n.14. Alia consideranda in facienda computatione dicti lucri probabilis futuri si occisus vixisset.n.16.*

Qui pedibus conculcat segetes in herba, seu triticum incipiens oriri, quamuis sit bona spes de illo, non tenetur tantum restituere, quantum colligeretur.n.14.

Intellectus ad l. hæreditatum ff. ad l. falcid. n.15.

De restitutione heredibus occisi ab homicida faciēda spectato foro conscientia, & iudiciali.

DE hac materia scribendi occasionem præbuit homicidium Florentiæ in personam cuiusdam Sebastiani de Cardinalibus commissum & attributum Perillustri Domino Curtio Castello Pisano Equiti Sancti Stephani, in cuius fauorem ab ipsius Matre Nobilissima, & piissima Matrona, cuius Confessiones audiebam, rogatus consultationem texui aduersus hæredes præfati Sebastiani agentes contra eundem Dominum Curtium pro refectione interesse, & grauium damnorum, quæ propter eiusdem Sebastiani mortem se pati asserebant: in quâ consultatione cum ferè omnia de huiusmodi restitutione facienda ab homicida à Theolgis, Summistis, & Iurisperitis tradita perstrinxerim, Iudicibus vtriusque fori non ingratum, atque inutile existimans, volui eam tanquam adæquatam tractationem, atque explicationem huius tituli proponere sub vno tantum §. comprehensam. igitur

§. I.

Comprehendens casus propositionem, & consultationem pluribus conclusionibus resolutiuam dubij in eodem casu propositi de restitutione facienda ab homicida heredibus occisi.

Casus de restitutione facienda ab homicida.

SEbastianus de Cardinalibus Florentinus Frater Iacobi, & Antonij tribus vulneribus, post motam rixam, acceptis statim obiit. Cuius homicidij tanquam Reus ex sola contumacia conuictus D. Curtius Castellus Eques Sancti Stephani, à quo prædicti Iacobus, & Antonius vti fratres, & ab intestato hæredes eiusdem Sebastiani interfecti prætēdunt sibi de iure deberi nonnulla damna, & lucra cessantia; quæ, vt ipsi aiunt, consequuta sunt ex dicto fratris sui homicidio in eorundem præiudicium. Nempè primò fructus dotis Scutorum 3240, vxoris dicti occisi eidem restitutæ, qui iuxta computationem dispositionis, seu legis Gabellæ correspondere debent spatio Viginti annorum ad rationem quinque pro quolibet Centenario, & ascendunt ad Summam scutorum 3240. Secundo annulū matrimonialem valoris Scutorum 20. tertio Expensus vocatas il *Vendouile* Scutorum 70. Quarto expensas, seu mercedem datam notario pro contractu restitutionis dotis Scutorum 3. Quarto Interesse, seu lucrum cessans, quod viuens poterat lucrari exercendo quolibet triennio officium Potestatis, Vicarij, vel Capitanei, quod lucrum in vnoquoque triennio poterat ascendere ad Summā Scutorum 200. & in spatio viginti annorū ad summam Scutorum 1400. Quinto recognitio-

nem

nem pullorũ casei, piscium, & aliorũ comestibilium, quã Mercatores S Cassi ini singulis annis illi dabant; & poterat esse valoris Scutorũ 40. Et Demũ expensas funeris Scutorũ 60. Dubitatur ergo, an eiusmodi damna & interesse seu lucra cessantia verè in vtroque, vel saltẽ in altero foro teneatur Dominus Eques Curtius persoluere dictis Iacobo, & Antonio vti fratribus, & hæredibus occisi, cuius dubij resolutione diuino prius inuocato auxilio

1. Sit prima conclusio & certa: expensæ funeris ordinariè à nullo occisore etiam iniusto debent restitui. ita (vno excepto Nauarro *in man. cap.15.num.22.*) sentiunt communiter Doctores Petrus Nauarrus *lib. 4. de restit. n.73.* Azorius *3. p. moral. instit. lib. 5. cap. 5. quæstio 5.* Sayrus *lib.11. clauis cap.2. num. 7.* Molina *de iustit. tract. 3. disp. 85. num.1.* Leonardus Lessius *lib.2. de iustit. cap.9. dub.24.* Bonacina *de contract. & restit. disp 2. quæst. vltima sect.5. puncto 1. num. 12.* Bartholomæus à S.Fausto in suo speculo Confessariorum *de restit. disp.25. quæst.6.* Rebellus *de oblig. iustit. p. 1. lib. 3. cap. 13. concl. 2.* Rodriquez *1. p. sum. cap.139. n.8.* Filliuccius *to.2. tract.32. cap.8. n.199.* Paulus Layman *lib.3. Theol. mor. tract.3. parte 3. cap. 6. num 2. fine.* & omnes alij Doctores non solùm qui post, sed etiam qui ante Nauarium scripserunt tam Theologi & Summistæ, quam Iurisperiti, quorum nemo Nauarri sententiam innuit. Ratio est, quia expensas funeris occisus aliquando erat facturus, cum sit necessarium omnibus semel mori, & de facto fecisset, si morte naturali obiisset, ergo per occisionem nihil damni eidem, vel hæredibus illatum est.

2. Quod si forte ex acceleratione mortis, sumptus funeris citius fieri debuerunt, quibus occisus si non obiisset, aliquid lucrari potuisset negotiando, vel quia extra patriam occisus fuit, hæredes maiores sumptus fecerunt, quam facti fuissent, si à suis, & in suorum sepulchro sepeliretur; tunc iuxta præcitatos Doctores iste excessus, & lucrum illud cessans forent ab occisore restituenda. At neuter casus in proposito dubio habet locum, quia dictus Sebastianus fuit occisus in Patria, & non erat solitus pecunia negotiari.

Secunda Conclusio, dato quod reliqua damna, & interesse, seu lucra cessantia, quæ prædicti fratres occisi prætendunt verè ex occisione secuta essent, & forent consequutura: Nihilominus præfatus Dominus Eques Curtius eisdem nihil restituere tenetur; siue spectemus forum poli, siue forum fori.

3. Probatur hæc conclusio primo. Quia interficiens aliquem non habentem filios, aut patrem, vel matrem, vel vxorem, seu non habentem hæredes necessarios, & legitimos, non tenetur ad vllam restitutionem damni in rebus temporalibus occisi, per homicidium illati, vel eius causa debiti, vt magis communiter affirmant Theologi, & Summistæ, Soto *lib.4. de iustit. q 6. art. 3. Ad tertium argumentum* versiculo, *Restat autem dubitationis nonnihil* Molina *de iustit. tract. 3. disp.86. num 6.* Bañez *de iustitia q 62. art. 2. dub.6. conclus.1. & 2.* Petrus Arragon. *ibidem in explicatione articuli col. 14.* versic. *& siquis queras.* Salon *ibidem controuersia 7. conclus. 1. & 2.* Lopez *1. p. instruct. Confess. cap. 72.* Ledesma *2. p. q. 18. art. 2. dub. 2.* Valentia *to. 3. disp. 5. q.6. puncto 5. § 1.* Sayrus *lib. 11. clauis, cap. 5. dub. 5. num. 14.* Lessius *d. lib. 2. de iustit. cap. 9. num. 155.* Ioannes Valerus *de differentiis in vtrumque forum* verbo *Resti utio different. 8.* Bonacina *loco suprà citato puncto vltimo num. 3.* Bartholomæus à S.Fausto *d. disp.25. q.14.* Layman *loco allegato*, Filliuccius *d. cap. 8. num. 207. & 208.* & ferè omnes alij recentiores. Qui omnes docent damna temporalia, & lucra cessantia de futuro consequentia mortem occisi esse ab homicida restituenda tantum hæredibus necessariis, & legitimis, scilicet parentibus occisi, filiis, & vxori, non autem hæredibus extraneis, & non necessariis, siue succedentibus ab intestato, vt sunt fratres, nepotes &c. siue solũ ex testamẽto vt sunt alij sanguine minimè cõiuncti.

4. Et quidem quod homicida obligetur satisfacere parentibus occisi, filiis, & vxori pro damnis, & lucris cessantibus ex morte eiusdem occisi sequututis in bonis temporalibus eiusdem occisi; Ratio est non quia hæres succedat in iure defuncti, nam defunctus nunquam ius habuit ad illam restitutionem damnorum, & interesse sequutorum ex morte; cum obligatio ad dicta damna sequututa per mortem eiusdem occisi oriatur; Sed quia (vt ferè omnes allegati Doctores tradunt) parens, & filius censentur vna, & eadem persona; & similiter maritus, & vxor. Quamobrem ille, qui occidit aliquem, vxori, liberis, & parentibus eius damnum infert, eosque lædit in re ipsorum propria, ex qua intima coniunctione oritur, vt pater teneatur filium alere, neque possit illum à testamento, & hæreditate in totum excludere; & è conuerso; & similiter maritus tenetur vxorem alere: & sic etiam homicida mariti tenetur illi, si damnum verè ex morte mariti accepit; secus si nullum notabile damnum accepit; vel si æquè commodè potest nubere; quia tunc (vt præcitati Doctores præsertim Lessius, & Filliuccius tradunt) non censetur in rebus pecunia æstimabilibus læsa, sicuti etiam nihil debetur parentibus, vel filiis, si etiam ipsi nullum notabile detrimentum acceperunt, puta, quia occisus illos non alebat; & omne lucrum, quod faciebat, insumebat in sui sustentationem, ita vt nihil illis prouenitet. ita iidem Auctores.

5. Quod vero is, qui interfecit aliquem non teneatur damna, & lucra cessantia ob mortem occisi restituere hæredibus extraneis, & non necessariis iidem Doctores hanc afferunt rationem, nempè quia hæredes extranei, & non necessarij non censentur vna persona cum occiso, & consequenter neque læsi in propriis bonis, nullumque damnum in eis considerari potest; vigore cuius teneatur homicida ad aliquam restitutionem; cum defunctus, seu occisus, si adhuc in viuis esset, non teneretur eis alimenta præstare; nec quid eis ratione sanguinis dare, vel hæredes instituere, vt notissimum est. Imò hæres prædictus extraneus, & non necessarius vt frater &c. ex occisione reportat cõmodum; cum citius fruatur bonis defũcti, quæ fortè aliis reliquisset si diutius vixisset.

6. Quare iuxta præcitatos Doctores hæredes extranei, & non necessarij succedunt tantum in iuribus, quæ defunctus occisus ante mortem acquisiuit, & habebat. Et sic primo dictis hæredibus extraneis soluendæ sunt expensæ factæ in curando vulnera. Secundo damna emergentia de præterito, si ipsi vulnerato viuenti non fuerunt restituta. Tertio si occisus vixit post acceptum vulnus per annum, vel aliquod tempus, quo potuit iuxta artem suam labore suo lucrum facere; nec tale lucrum cessans ei est à læsore ad arbitrium prudentis restitutum, hoc lucrum dandum est hæredibus extraneis. Demum si inter vulnerantem, & vulneratum, qui postea obiit, facta fuerit conuentio pro condonanda iniuria certo pretio, nec illi viuenti sit hoc pretium redditum, restituendum est hæredibus etiam extraneis. Ad prædicta enim omnia habebat ius defunctus ante mortem; & idcirco quibuscunque hæredibus ab homicida restitui debent.

7. Et prædicta de hæredibus extraneis, & non necessariis, quod illis non debeatur restitutio damnorum & lucrorum cessantium ad quæ defunctus ante mortem ius nondum actu acquisierat, sed ad ipsam mortem sequuntur, procedunt non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo; iuxta quem hæres extraneus non potest agere ad æstimationem arbitrio iudicis ratione damnorum, & interesse contra occisorem, vt tradit Achilles de Grassis *decisione vnica de iniuriis & damno dato n. 4.* allegans in hanc sententiam Azonem, & dicens hunc esse sensum *l. huic scripturæ.* & *l. nam sicut §. Dominus ad l. Aquiliam*, & iuxta eundem sensum alios Doctores locutos esse, vt scilicet, soli hæredes legitimi, & necessarij, nõ vero extranei possint agere ad æstimationem ratione damnorum, & interesse temporalium consequentium mortem aduocati interfecti; quam sententiam etiam

videtur tenere Mænochius *de arbitr. lib. x. cent. 2. casu 522.* dum laudat doctrinam Soti ab eodem Soto traditam *d. q. 6. art. 3.* vbi negat hæredibus extraneis esse damnorum, & lucrorum cessantium, quæ homicidium consequuntur, restitutionem faciendam ab homicida. Huius sententiæ est etiam Matthæus Afflictus *decis. 32. num. 11.* vbi signanter in hac materia æstimationis, & restitutionis operarum, quas occisus facturus erat, si vixisset, aduertendum esse ait, quod ius recuperandi fructum dictatum operarum non competit omnibus hæredibus occisi, sed tantum parentibus, & illis quibus occisus tenebatur operari. Et pro hac eadem opinione ab eodem citantur Speculator, & Aymo: eandem sententiam amplexus est Matta *to. 3. digestorum nouissimorum Tit. interesse cap. 3.* non solum ex decisione Achillis, sed etiam ex decisione Parlamenti Delphinalis 724. *p. 2. Francisci Marci.*

8. Vnde satisfactio, quam ob homicidium commissum hæredes extranei petere possunt, & aliquando viliores, & plebei petunt, solum est loco pœnæ corporalis: Quando, scilicet, agunt criminaliter, & volunt desistere ab accusatione (potest enim quilibet hæres homicidam accusare) dato eis aliquo munere, seu facta compositione pecuniaria.

9. Secundo probatur eadem secunda conclusio, & in specie, quod quoad forum exterius dictus Dominus Eques Curtius non possit obligari ad restituenda damna, & interesse ratione homicidij præfati Sebastiani. Nam condemnatio ad emendationem damni in fauorem cuiuscunque hæredis non potest sequi, nisi probato delicto ex Confessione Rei, non autem ex eius contumacia, vel aliter de illo constet vt ex Baldo *in l. qui crimen col. vlt. in princ.* versic. *si enim agit. n. 23. Cod. de his, qui accus. non poss.* & Rolando id de communi attestante *consil. 30. n. 18. lib. 2.* tradit Stephanus Gratianus *to. 3. discept. for. cap. 525. n. 18.* Id quod confirmatur ex eodem Gratiano *to. 4. cap. 772. n. 18* vbi ait regulare esse vt statutum mandans damnum emendare debeat intelligi, vt prius constet verè de damno illato, non autem fictè per contumaciam accusati: sicuti teste eodem Gratiano docuerunt Alciatus *præsumpt. 21. n. 6. Regul. 3.* Raynan. de Forl. *in l. 2. ad fin ff. ad Syllanian.* & Baldus *in l. si quando Cod. vnde vi.* At dictus D. Eques Curtius constitutus est Reus ex contumacia non ex propria confessione.

10. Tertia Conclusio supposito, quod dicti Iacobus, & Antonius essent hæredes necessarij, adhuc fructus dotis ab ipsis prætensi non essent restituendi; cum enim vxor dicti Sebastiani sit ætate minor illo; & prius natus regulariter prius moriatur saltem ex iuris præsumptione *l. scripto ff. vnde liberi l. nam etsi ff. de inoffic. testam.* Bartholus *l. qui duos §. cum in bello l. cum pubere ff. de reb. dub.* & Decius *consil. 250. n. 2.* iuxta cursum naturæ ordinarium dicta vxor, etiamsi maritus non fuisset interfectus, erat superuictura & eo consequenter eidem aliquando dos erat restituenda: vnde quoad ipsam dotem nullum damnum hæredibus occisi per mortem eius illatum est, fructus autem dotis correspondentes tempori, in quo dictus Sebastianus vixisset insumpti fuissent ad eam cum famula illi inseruiente iuxta decentiam status sustentandam: Et sic etiam ex hac parte nullum detrimentum sequitur hæredibus. qui non tenentur amplius alere viduam, sed ex facultatibus defuncti illi suam dotem restituere. Vbi autem hæredes occisi nullum patiuntur detrimentum, vel lucrum cessans, quod ab occiso non fuisset consumptum; ad nullam restitutionem hæredibus etiam necessarijs faciendam tenetur homicida; vt docent omnes Doctores *supra* citati præsertim pro conclusione secunda & *infra* latiùs declarabitur.

11. Ex quibus infertur nihil pro annulo matrimoniali, pretio, seu mercede contractus restitutionis dotis, & expensis vocatis il vedouile restituendum esse ab homicida dictis Iacobo, & Antonio tametsi essent hæredes necessarij: Etenim supposito, quod vidua esset marito superuictura, vt dictum est. Ex necessitate prædicta damna annuli, pretij contractus restitutionis dotis, expensæ viduilis erant hæredibus dicti Sebastiani interfecti sequutura. Quare neque quoad hæc patiuntur aliquod damnum; ac proinde nulla obligatio restitutionis ex homicidio orta est.

Quarta conclusio, concesso quod etiam hæredibus extraneis, & non necessarijs occisi ab homicida satisfaciendum esset; nihilominus dictis Iacobo, & Antonio ab interfectore Sebastiani eorum fratris nulla restitutio esset facienda pro interesse, quod ipsi prætendunt ratione Officij, Potestatis, Vicarij, aut Capitanei; quod interfectus, si vixisset, potuisset per quodlibet triennium exercere. Probatur hæc conclusio. Quia ius ad interesse lucri cessantis non acquiritur interfecto, aut eius hæredibus, nisi viuens esset solitus negotiari, exercere artem, aut officium, & lucrari; & si non fuisset interfectus, sed superuixisset, potuisset de proximo, & voluisset operari, & lucrari; vt omnes præallegati Doctores Theologi, Summistæ, & Legistæ expressè docent; & insuper Maranta *in suo speculo aureo tract. de ordine iudiciorum p. 4. dist. 1. n. 7.* & latius Mascardus *de probat. vol. 2. concl. 934. n. 16. & 17.* vbi ostendit non posse prætendi interesse lucri cessantis, vbi quis non esset solitus negotiari; & vbi lucrum petitum, seu prætensum non est in potentia propinqua, sed in remota: de qua re latissimè etiam agit Ioannes Valerus *verbo* vsura *diff. 4.* sed officium Potestatis, Vicarij, aut Capitanei respectu dicti Sebastiani interfecti non erat eiusmodi vt illud ipse esset solitus exercere, & potuisset de proximo, & regulariter, & ad libitum quocunque triennio exercere; sed quod posset de proximo, aut de facto exercere pendebat à casu, & fortuna, cum electio ad dicta officia fiat per fortuitam extractionem, vel saltem dependeat omninò ab alterius, nempè Principis voluntate, & consequenter nimis erat incertum, an viuens potuisset de facto talia officia exercere; ad dictaquè officia habebat solum remotam potentiam. Nec iuuat dicere, dictus Sebastianus, dum vixit semel, aut bis in duobus trienniis fuit electus, & extractus ad prædicta officia; ergo id etiam contigisset in posterum ipso in viuis existente; nam ex præterito in contingentibus non infertur ad præsens, aut futurum *per not in l. ex persona. & in l. siue possidetis Cod. de prob.* & per tradita à Mascardo *d. concl. 934. num. 5.* & aliis Doctoribus ab eodem Mascardo citatis. 12.

Igitur propter huiusmodi magnam incertitudinem, quod foret eligendus ad aliquod ex prædictis officiis, nullum ius ad interesse dictorum officiorum acquisitum est eodem Sebastiano, vel eius hærentibus ob homicidium. 13.

Quod etiam magis confirmabitur ex sententia plurium Doctorum affirmantium in Venatore, Piscatore & Mercatore nullum considerari interesse in certitudinem talium mercimoniorum. ita docent Romanus *sing. 617.* incipiente *Tu habuisti.* Boërius *in addit. ad Dn. in Rubr. de Reg. iur. lib. 6.* litera *A.* Iacub. Noual. *post Reg. Duen. reg. 46.* verbo *inter vsurium.* Beneustrat *in tract. de Mercatu. n. 5.* Caualcanus *decis. x. n. 30. p. x.* vbi dicit se dictum casum in contingentia facti habuisse; & Ioannes Valerus *d. diff. 4. num. 7.* Vnde (subdit idem Valerus) si tales mercatores dent mutuo pecunias, quas prædictæ negotiationi expositas habent nec ante moram, nec post moram possunt aliquod interesse ratione lucri cessantis pacisci propter incertitudinem probabilem, quæ habetur circa lucra talium mercimoniorum. Quod, ait Valerus, est valde notandum in exemplum ad alia similia lucra incerta. 14.

Ex quibus quoque concludi potest, nempè propter recognitionem comestibilium, quam Mercatores Sancti Cassiani quotannis dabant eidem Sebastiano esse restitutionem ab interfectore faciendam, nam cum esset antidoralis, & gratuita ex nullo præcedente pacto, sed 15.

ex

ex mera voluntate mercatorum pendens, subiacebant incertitudini. Quanquam etiam ex alio capite non debeat dicta recognitio computari inter lucra compensanda, non solum quia illi non erant debita ex iustitia; sed etiam quia verisimile est prædicta comestibilia inseruisse dicto Sebastiano ad lautiorem victum, non autem ad augendam rem familiarem. Vnde ex carentia prædictorum comestibilium nihil lucri verè, & propriè cessauit in detrimentum dictorum fratrum hæredum eiusdem interfecti.

14 Quinta & vltima conclusio: Computatio damnorum, & interesse, seu lucri cessantis, si aliquod verè consequeretur homicidium dicti Sebastiani, quod foret ab homicida hæredibus eius restituendum, non est facienda iuxta pragmaticam Doganæ, seu dispositionem *l... hereditatum ff. ad l. falcidiam*, habito scilicet respectu ad tempus sexaginta annorum, ita vt quantum occisus in tota vita, vsque ad sexagesimum ætatis annum potuisset lucrari sit hæredibus restituendum; sed facienda est arbitrio boni, & prudentis viri habito respectu non ad omnes operas, quas occisus præstare potuisset, & lucrari; sed ad eas operas, & lucra, quæ moraliter loquendo præstasset, & acquisiisset, si vixisset, consideratis non solùm ætate, & qualitate personæ interfectæ; sed rerum etiam impedimentis, quæ aliàs accidere poterant; poterat enim occisus mutare vitam, coniici in carcerem, ægrotare, aut aliàs mori. Quare attento hoc, quod minus sit habere quippiam in spe, quam in re; minor satisfactio requiritur ex hac parte. Vnde sicut qui pedibus conculcat segetes in herba, seu triticum incipiens oriri, quamuis sit bona spes de illo, non tenetur tantùm restituere, quantum ex illis, seu ex illo colligeretur; quia occurrunt plerunque multa pericula, quibus segetes defraudari possunt. Ita in casu nostro non tantum debet reddi illi, qui damnum patitur, quantum posset suo labore, & industria lucrari, cum posset multis modis à lucro impediri. ita Lessius *dict. cap. 9. dub* 10. Vasquez *de Restitutione c. 2. §. 3. dub.* 3. Filliuccius *d. c. 8. n.* 103. Bonacina, *d. puncto* 1. *num.* 9. & prius idem docuerunt Sotus *loco suprà citato*, Petrus Nauarrus *d. cap. 1. num. 7. & seq.* Sayrus *d. cap. 2. num. 6.* Mænochius *loco* suprà *allegato*. & tradiderunt etiá alij Doctores relati *conclusione* 2. 15.

Quibus non obstat *dicta lex hereditatum ff. ad l. falcidiam*, quæ loquitur tantum de alimentis alicui ad vitam legatis, vt inde deducatur Falcidia: & ideo iuxta Doctores non est extendenda ad alios casus; sicut neque debet extendi pragmatica Doganæ, quæ non loquitur in nostro casu. 16.

Aduertunt etiam (vt tetigi suprà *in fine numeri quarti*) præallegati Doctores in computatione lucri probabilis futuri detrahenda esse ea, quæ occisus, si viueret consumpsisset pro suo victu, & vestitu, & in aliis expensis pro famulatu, & pro lucro ipso faciendo; ita vt lucrum ab homicida restituendum sit tantum illud, quod superest deductis prædictis expensis. Quare si spes lucri æstimatur centum, & illud quod consumpturus erat occisus æstimatur quinquaginta; homicida tenetur restituere solum quinquaginta, & si æstimatur centum, ad nullam restitutionem tenetur. ita Lessius vbi suprà *dubitat.* 19. *num.* 124. Filliuccius *num.* 102. Bartholomæus à Sancto Fausto *prællegata disput.* 25. *quæst* 2. *num.* 3. Bonacina *citato puncto* 1. *num.* 6. & alij *supra* allegati.

Quare cum dictus Sebastianus interfectus consueuerit insumere pro suo victu, vestitu, ac victu, & mercede famulorum quidquid lucrabatur (constat enim ipsum non auxisse suas facultates) D. Eques Curtius Castellus etiamsi verè, & ex ipsius confessione constaret ipsum fuisse homicidam (quod tamen longè est à veritate quando ipse minimè interfuerit) & ipsi Iacobus, & Antonius essent hæredes necessarij, nihil illis restituere tenetur.



TITVLVS VIGESIMVS-SEXTVS, HVIVS TOMI DECIMVS-QVARTVS.

TITVLVS DECIMVS-QVARTVS,

De Legatorum interpretatione in vniuersum.

DE legatis plura tradidi *in tractatu de matrimonij contractu cap. vndecimo*, & *in prima parte horum moralium variorum Tit.* 12. quæ *hic* non repetam, sed nec etiam reliqua omnia ad legatorum materiam spectantia intendo explicare *in præsenti titulo*, sed tantum nonnulla difficiliora illorum interpretationem in vniuersum concernentia.

SVMMARIVM §. I.

Legatum ex sui natura nunquid latè, vel strictè interpretandum, sententia affirmans strictè. num. 1. *contraria. num.* 12.

Iura, quæ videntur probare in legatis quod minus in dubio venire, non quod maius. num. 8.

Obseruatio circa textum in l. nummis de lege 3. *&* in l. si seruus plurium §. vltimo de legat. 1. *ibid.*

Testator verum magis diligat heredem, quàm legatarium. num. 3. *&* 16.

Legatum an interpretandum, ut quantè minus grauet heredem. ibidem.

Regula l. in Testamentis ff. de regulis iuris, *dicens, in testamentis pleniorem fieri interpretationem an procedat tantum in institutione, & hereditate, an vero etiam in legatis n.* 3. 13. *&* 22.

Ad publicam vtilitatem pertinet quod testamenta sustineantur, & vltimæ voluntates impleantur in institutionibus, & in legatis. n. 3. *&* 14.

In materia fauorabili verba accipiuntur secundum propriam, & secundum latam significationem. n. 4.

In legatis verba an debeant intelligi tantùm secundùm propriam significationem, an vero etiam secundum impropriam, & etiam abusiuam. n. 4. *&* 24.

In legato dubio, & obscuro interpretando an veniat minus, vel maius considerandæ coniecturæ voluntatis testatoris contentæ in d l. si seruus plurium §. vltimo ff. de leg 1. *quæ sumuntur ex vsu testatoris, ex consuetudine patriæ, seu regionis; ex conditione legatarij, & coniunctione, affectione, & charitate testatoris erga legatarium, ex antecedentibus, & subsequentibus, & ex facultatibus testatoris. n.* 5. *ad* 11.

Quantitate alimentorum incerta, & determinata legata

debentur alimenta legatario secundum consuetudinem testatoris. n.5.

Legata uxori domo præsumitur testator reliquisse ei domum, quam cum ea habitare consueuit. ibidem.

In legatis dubiis interpretandis spectanda est consuetudo patriæ, & regionis testatoris, & potius habitationis, quam originis. n.6.

Si testator Perusinus fecit testamentum Anconæ, & legauit filiæ florenos quingentos intelligitur reliquisse ex moneta Perusina, non Anconitana. ibidem.

Testator præsumitur tantum legasse uxori, quantum illa capere potest secundum consuetudinem loci, & ita legasse vsumfructum non proprietatem; quando ita esset vsus patriæ. ibidem.

Legatum ex qualitate, dignitate, & conditione legatarij accipit interpretationem. n.7.

Legato vsu equorum, intelligitur, vt legatarius eis vtatur ad vehendum sub iugo, non in ludis Circensibus, nisi legatarius in ludis Circensibus esse soleat. ibidem.

Vxori si testator legauit simpliciter domum, intelligitur legasse non domum amplam, quam cum ea consueuit habitare, sed eam, quæ conuenit viduæ volenti viuere cum modica familia. ibidem.

Si etiam testator legauit uxori sua lectum, vel vestes, non censetur legasse culcitram, vel vestes de serico, sed lectum, & vestes, quæ viduæ conueniunt. ibidem. At legato lecto sue veniunt omnia ornamenta, quibus testator vtebatur. ibidem.

Bibliothecâ, vel armario legatis non veniunt libri, nisi qualitas legatarij aliud suadeat. ibidem.

Librorum legalium legatum factum à patre filio canonistæ restringitur ad libros canonices. ibidem.

Librorum omnium legatum comprehendit omnes libros de quacunque materia siue membranea, siue papirea, siue ex corio facta, & de quacunque scientia, & facultate. ibidem.

Legatis libris in genere Doctori iurisperito soli legales debentur, non alij. ibidem.

Legatum recipit largam interpretationem, quando testator reliquit personæ a se multum dilectæ. n.8.

Et ita quantitas alimentorum incerta debetur legatario considerata dilectione testatoris. ibidem.

Legatum factum sanguine coniunctæ recipit latam interpretationem. n.9.

Legatum alimentorum incertæ quantitatis debetur secundum quod testator aliis legatariis reliquit. n.10.

Si pecunia legata, dubium est, de qua moneta quoad valorem intellexerit testator, si antecedentibus, vel subsequentibus fuit accepta pro certo valore, præsumitur testator de ea intellexisse. ibidem.

Legatum alimentorum incertæ quantitatis debetur inspectis facultatibus testatoris. n.11.

Legata domo, an merces, & pignora in ea existentia debeantur, coniectura sumenda examinatis testatoris facultatibus. ibidem.

Secundum æstimationem patrimonij quantitas legati dubij definienda. ibidem.

Legatum de decem fauore vltimæ voluntatis intelligitur annuum. n.12. secus in stipulatione.

Iura, quibus probatur legatum ex sui natura debere latè interpretari. n.12.13. & 15.

In legato vini veniunt vasa parua, in quibus vinum conseruatur, & quæ cum vino vendi consueuerunt. n.12.

Intellectus ad l. in testamentis ff. de reg. iuris. *n.13.*

Regula iuris debet esse vniuersalis. ibidem.

Indefinita per modum regulæ æquipollet vniuersali. ibid.

Regulæ semper est standum, cum non probatur exceptio. ibidem.

Legata continent liberalitatem, & fiunt plerumque propter benemerita. ibid.

Legatarius an agat via executiua ad legati præstationem contra heredem. n.14.

Legatarius in re legata censetur magis dilectus, quàm hæres. num 16. & 25.

Legatarius in re legata quodammodo hæres dicitur. n.16.

Legata, & fideicommissa sunt fauorabilia. n.17.

Legata continent liberalitatem, & beneficium. ibidem.

Testatoris voluntatem impleri est fauorabile. ibid.

Legata vt plurimum relinquuntur propter benemerita. num.18.

Debitor legando creditori non videtur hoc facere animo compensandi. ibidem.

Dispositio remuneratoria latè est interpretanda tanquam fauorabilis. ibidem.

Legata non accipiunt dispositionem l. veteribus ff. de pactis, *secus contractus. n.19.*

In legatis media, seu plenior, & plenissima interpretatio facienda, nisi propter eximiam testatoris, atque legatarij nobilitatem amplius præsumatur. n.20.

In legato speciei, vbi plures res eiusdem speciei sunt, venit quod mediocre, non quod minimum, & quid si nulla species legata existeret in patrimonio testatoris. ibidem. fine.

In legatis latior interpretatio fit, quam in contractibus. num.21.

Si donatio fundi sit facta Titio, & Mæuio, & alter non capiat, pars exclusi non accrescit alteri. n.21.

In legatis pars exclusi accrescit alteri collegatario. ibid.

Institutio hæredis fauorabilior est, quam legata. ibid.

In legatis fit stricta interpretatio, vbi est incertitudo voluntatis defuncti. n 22.

Legatum non vitiatur propter incertitudinem, secus contractus. ibidem.

Quando constat de voluntate testatoris, in legatis verba ambigua sunt latè interpretanda. ibidem.

In legatis fit stricta interpretatio, & venit quod minus, vbi electio dandi spectat ad hæredem. ibidem.

Regula l. semper in obscuris, & cap. in obscuris, *non procedit in legatis ambiguis quoad quantitatem, & summam. ibidem.*

In legatis plerumque verba non sunt intelligenda secundum exactam, & strictam proprietatis, seu significationis normam, sed intelliguntur secundum impropriam, & abusiuam significationem. n.24.

Auctoris sententia an legata de sui natura latam admittant interpretationem. n.25.

§. I.

Vtrùm in legatis ex illorum natura fieri debeat stricta, vel lata, seu plena interpretatio.

HÆc difficultas est ardua, & valdè inter iurisperitos controuersa, ex cuius resolutione dependent multarum aliarum difficultatum resolutiones.

Prima sententia.

Prima sententia asserit regulariter in legatis faciendam esse strictam interpretationem, vt in dubio legato censeri debeat relictum, quod minimum, seu minus est. ita Glossa, Aretinus, Alexander, Iason *in l. si ita scriptum de leg.* 1. Decius & Cagnolus in *l. in testamentis de reg. iuris*, idem Decius *in l. semper in obscuris eodem titulo*, & *consil.93. num 3.* Aymon *consil.86. num.7.* Natta *cons.402. num.59 lib.2.* Rolandus *consil 16. num. 30. & seqq. vol.3.* Cæphalus *consil 144. num.13. lib.1.* & *consil.121. num.12.* (vbi *num.* 20. ampliat id etiam in legato Principis) Mænochius *de arbit. casu 99. num.14.* & *de præsumpt. lib.4. præs.106. num.17.* Panormitanus *in cap. ex parte de censibus*, Tiraquellus *de priuileg. causæ piæ priuil. 25.* Couarruuias *in cap. indicante num.4.* Mantica *lib. 9. de coniect. tit.5. num. 9.* Stephanus Gratianus *discept. for. tomo 1. cap 70. num 3.* & *tom.5. quæst.22. num.36. & 37.* Carlinus *controu. iuris tom.1. cap.47. num.64. & 65.* Farinacius *in repert. vltim. volum in fragm litera* legatum, *verbo* diuersa *num.25.* 1.

num. 25. & alij à Mænochio, & Couartuuia relati & communem iurisperitorum testatur Vasquius *de successionum progressu lib. 3. § 27. num. 26.* & ex Theologis idem sentiunt Molina de iustitia *tract. 2. disp. 198. versic. si res legata indeterminatè*, Sanchez *lib. 4. summ. cap. 13. n. 8.* Azorius *p. 1. lib. 11. cap. 10. quaest. 10.* Layman. *lib. 3. tract. 5. cap. 11. num. 9. & lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 4.* & Diana *p. 3. tract. 6. resol. 29. versic. 3.*

2. Probatur primo per textum tum *in l. nummis de leg. 3.* (vbi ita habetur: *Nummis indistinctè legatis hoc receptum est, vt exiguiores legati videantur; si neque ex consuetudine patris-familias, neque ex regione, vnde fuerit, neque ex contextu possit apparere.*) Tum *in l. qui concubinam §. cum ita legatum esset* (vbi dicitur, *Cùm legatum esset Titia vxor mea tantum partem habeat, quantam vnus hæres, si non æquales partes essent heredum. Q. Musius, & Gallus putabant maximam partem esse legatam, quia in maiore parte minor quoque inesset, Seruius, & Ofilius minimam; quia cum hæres dare damnatus esset, in potestate sua esset, quam partem daret, Labeo hoc probat, idque verum est.*) Tum *in l. apud Iulianum 41. §. Seio ff. de leg. 1.* (vbi dicitur *legatario deberi prædium minoris pretij, cum existentibus duobus fundis eiusdem nominis v. g. Corneliani, diuersi pretij, testator legauit fundum Cornelianum.*) Tum *in l. si ita sit scriptum in fine eod. tit.* (vbi dicitur; *quod facta per testatorem ademptione vnius legati, per quam non appareat, quod legatum ex duobus per eundem testatorem relictis inæqualibus sit ademptum, esse præstandum exiguum.*) Tum *in l. si ita relictum fuerit ff. de leg. 2.* (vbi: *In legato dandi quantum vnus hæres habebit, minor pars venit in legato.*) Tum *in l. semper in obscuris ff. de reg. iuris & cap. in obscuris eod. tit. in 6.* vtrobique enim dicitur, quod in obscuris est semper minimum sequendum, ergo in legatis in dubio de quantitate, vel qualitate rei legatæ facienda est stricta interpretatio, vt quod minus est, debeatur legatario, nisi aliud colligatum, &c. coniecturis *d. l. nummis* & etiam iuxta *l. si seruus plurium §. si numerus ff. de leg. 1.* cuius verba sunt: *Si numerus nummorum legatus sit, neque appareat, quales sint legati, ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est; sed & mens patrisfamilias, & legatarij dignitas, & charitas, & necessitudo, item earum, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur scripta sunt spectanda.* Circa quos duos textus aduertendum, quod licèt solùm generaliter dicatur *nummis indistinctè legatis* vt in primo. & *numerus nummorum* vt in secundo, nihilominus existimandum testatorem respexisse (vt notauit etiam Merenda *tom. 2. controu. lib. cap. 9. num. 2.*) ad certam nummorum speciem; quia alioqui similis esset illi testatori, qui diceret hoc tempore *Lego Titio centum moneta.* Etenim nummus in lingua Latina significat idem quod moneta in lingua nostra; ac proinde sicut stultus videtur sermo eius, qui legat *centum moneta*, nisi aliquid addiderit, ex quo colligi possit de qua specie nummorum intelligat; ita ille testator existimatus tunc fuisset stultus, qui dixisset, lego centum nummos. in dictis igitur Vulpianus, & Iulianus loquuntur de eo, qui legando vsus est communi vocabulo, qui plures sub se species continet inter se, quoad æstimationem, seu valorem diuersas, prout accidit apud nos in scutis, libris, & duplis, atque aliis nummorum vocabulis.

3. Secundò probatur, quia testator censetur magis diligere hæredem, quam legatarium, atque ita præsumitur voluisse grauare eundem hæredem minus, quam fieri possit *l. Titia §. qui inuita ff. de leg. 2. l. vnum ex familia §. si rem ff. eod. l. eum qui ita, in principio in 2. respon. ff. de verb. oblig. l. si quis testamento in princ. ff. de leg. 1. l. Mænia in princ. ff. de leg. 2.* Decius *in l. in testamentis*, & *in l. semper in obscuris ff. de reg. iuris.* Iason *in d. l. si quis testamento*, & *in l. non dubium C. de leg.* & *in l. quod Seruius de condict. ob causam.* Alexander *in l. stipulatio ista habere §. in stipulationibus ff. de verb. oblig.* Grammaticus *consil. 145. num. 18.* Parisius *consil. 79. num. 25. lib. 2.* Mænochius *dict. præs. 106. num. 18.* Mantica *d. num. 9. & lib. 7. tit. 1. num. 9.* & alij relati à Ciarlino *d. cap. 47. num. 65.* ergo legatum strictè intelligendum est, & in fauorem hæredis, & vt ad id, quod minus est, præstandum legatario in dubio obligetur. Quare quod dicitur *in d. l. in testamentis.* & *in cap. cum dilecti de donat.* scilicet, quod in testamentis fit plenior interpretatio, seu plenius voluntates testantium debemus interpretari, volunt Doctores huius sententiæ procedere solum respectu institutionis, quia ad publicam vtilitatem pertinet, quod testamenta sustineantur *l. vel negare ff. quemadmodum testam. aperia.* Glossa *in l. Gallus §. quod si is ff. de liber. & posth.* quæ testamenta non sustinentur vitiata institutione quæ est *cap. testamentum §. ante hæredis instit. de leg* & hanc distinctionem inter institutionem, & legata videtur facere Bartholus *in l. cum auus in fin. ff. de condit. & demonstrat.* vbi legem illam vult tantùm procedere fauore institutionis conseruandæ; similem etiam distinctionem inter institutionem, & legata ponit Glossa *fin. in l. si plures ff. de condit. instit.* & ad id facit textus *in l. penult. §. sed cum veteres iuncto §. illo C. de necessariis, & suis hæredibus instituendis.*

Tertiò probatur, quia in materia fauorabili verba ac- 4.
cipiuntur secundum latam, & propriam significationem *c. odia de reg. iuris in 6. l. cum quidam ff. de lib. & post.* At in legatis verba debent intelligi secundum propriam significationem, & non impropriam *l. non aliter in princ. ff. de leg. 3. l. illa aut ille §. cum in verbis ff. eod.* ergo legata non sunt latè interpretanda.

Itaque vbi dubium, & obscurum est legatum à testa- 5.
tore factum, ita quod diuersimodè intelligi possit, scilicet, magis vel minus onerosum hæredi v. g si testator legauit pecuniam, quæ potest intelligi de vno valore, & pretio, vel de alio, puta si legauit argenteos, vel aureos, qui possunt intelligi diuersi valoris, & æstimationis, vt dignoscatur iuxta quem valorem, & pretium solui debeat, an secundum valorem, quo minus grauatur, an vero secundum valorem, quo magis grauatur hæres; præfati Doctores ad declarandam, & interpretandam voluntatem testatoris, & quantitatem, seu maioritatem, vel minoritatem legati, seu quid testator legare voluerit, aiunt imprimis considerandas coniecturas contentas *in allegato §. si numerus l. si seruus plurium ff. de legatis. 1.* cuius verba recitata sunt superiùs *num. 2.*

Quarum prima sumitur ex consuetudine ipsius testatoris, scilicet, ex modo, & vsu loquendi, & consuetudine ipsius testatoris, quam consuetudinem etiam præter *dictum §. si numerus*, indicat etiam textus *in l. pen. in princ. ff. de alim. & cib. leg.* quantitate alimentorum incerta, & indeterminata legata; debetur legatario secundum consuetudinem testatoris, & iuxta hanc coniecturam Comensis *in l. si domus de leg. 1.* ibidem Iason *num. 6.* & idem Iason *in repet. l. 1. num. 7. Cod. de sacros. Eccl.* dixerunt, testatorem, qui vxori legauit domum, præsumi reliquisse ei domum, quam cum ea habitare consueuit. Hanc eandem coniecturam ponit Gomez *var. tom. 1. cap. 11. num. 19.* & plores alios allegans Mænochius *d. præsumpt. 106. num. 2.* approbans etiam dictum Comensis. vide infrà *num. 90.*

Secundò consideranda est consuetudo patriæ testato- 6.
ris, loci, & regionis, in qua est versatus, ita *d. §. si numerus.* quæ coniectura probatur etiam ex *l. 1. & l. si quis vinum ff. de tritico, vino, oleoque legato.* & aliis iuribus allegatis à Stephano Gratiano *tom. 3. cap. 565. num. 18.* & à Mænochio *d. præs. 106. num. 4.* vbi etiam iuxta hanc coniecturam ait Corneum *consil. 224. num. 14. lib. 2.* respondisse testatorem Perusinum, qui Anconæ fecerat testamentum, & legauerat filiæ quingentos florenos, intelligi reliquisse ex moneta Perusina, non autem ex Anconitana: tum quia ipse testator erat originarius Perusiæ; tum quia ibi magis conuersatus fuerat, & iuxta eam coniecturam Socinum Seniorem *cons. 247. n. 5. lib. 2.*

lib.2 dixisse magis asseruandum esse vsum loci conuersationis, quàm originis, & Decius *consil.* 597. *num.*7. respondisse, testatorem præsumi legasse vsumfructum, non autem proprietatem vxori, quando ita esset vsus patriæ, & Ancharanum *consil.* 163. *n.*3. dixisse testatorem præsumi tantum legasse vxori, quantum illa capere potest secundum consuetudinem loci. Vide infrà *num.* 91.

7. Tertiò spectanda est dignitas, & conditio legatarij. ita *eodem* §. *si numerus*, Gomez *d. num.*29. Mænochius *d. præsumpt.* 106. *num.*6. Mantica *de coniect. lib.*6. *tit.*11. *num.*17. *& seqq.* Surdus *decis.* 150. Stephanus Gratianus *d. cap.*565. *num.*15. Surdus *de alim. tit.*8 *priuil.*25. *n.*31. verba enim testatoris intelligi debent secundum qualitatem, & conditionem personæ, ad quam verba ipsa referuntur *l. plenum* §. *equitij ff. de vsu, & habitatione.* vbi si testator legat vsum equorum, intelligit, vt legatarius eis vti possit ad vehendum sub iugo, non autem in ludis Circensibus, nisi legatarius sit huius instituti amator, vt in ludis Circensibus esse soleat. Quare idem Mænochius *d. num.*6. & *consil.*129. *num.*13. *lib.* 4. sequutus Iasonem *in l. si domus num.* 6. versic. *item ex qualitate* dixit testatorem relinquendo simpliciter domum vxori suæ intelligi legasse non domum illam amplam, & splendidam, quam cum ea consueuit habitare, sed illam quæ conuenit qualitati ipsius vxori, quæ vidua viuere volebat, & cum modica familia, & *num.* 14 ex sententia Baldi, & Iasonis, & aliorum dixit, quod si testator legauit vxori viduæ lectum, vel vestes, non intelligitur legasse serica, sed illa, quæ conditioni, & qualitati viduæ conueniunt, quod idem dicit *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 124. *num.*3. & *consil.* 352. *num* 11. & idem tradunt Mantica *d. num.* 17 & Surdus *num.*2. *eodem consil.* 352. *num.*12. idem Mænochius asseruit ex sententia Angeli, Iasonis & Boërij. quod quando testator legat domum ad vtendum, vel ad gaudimentum etiam præsumitur legasse proprietatem, tamen si is legatarius non est capax proprietatis, præsumitur relictus solus vsusfructus, Facit etiam quod dixit Bartholus *in l. librorum* §. *sed bibliothecam ff. de leg.* 3. scilicet legata bibliotheca, vel armario non venire libros, nisi qualitas legatarij aliud suadeat, vt quia relictum factum sit scholari, quia tunc non locus, sed libri veniunt, & hoc notat etiam Surdus *d. decis.*150. *num.*4. vbi etiam adducit dictum eiusdem Bartholi *in l. si vxori in princ ff. de auro, & arg. lega.* scilicet legatum librorum legalium factum à patre filio canonistæ restringi ad libros Canonicos, quos ad filij vsum parauerat. idem Surdus *d. decis.* 150. *num.* 10. *fine.* ait, quod si quis Doctori Iurisperito in genere legauit libros, soli legales deberentur, non alij de aliis materiis sumpta coniectura voluntatis testatoris ex qualitate legatarij; at vero si legauit omnes libros suos comprehendi etiam libros de aliis materiis, nempè carminum, historiarum, & fabularum, & quocunque idiomate scriptos, & ait ita in casu, de quo *d. decis.* 150. intellexisse suum Senatum & ratio est, quia in tali legato propter dictionem *omnes suos*, omnes libri testatoris vniuersaliter, & indistinctè relicti censentur, & sicut in tali legato veniunt libri ex quacunque materia siue membranea, siue papyrea, siue ex corio facta vt dicitur d.l. *librorum.* ita veniunt omnes de quacunque scientia, aut facultate, quia qui omne dicit, nihil excludit *l.* 1. *vbi doctores ff. de leg* 1. Vide infra *n.*95.

8. Quarta coniectura sumitur ex dilectione, & charitate testatoris erga legatarium. ita *d.* §. *si numerus.* Gomez *d. num.*29. Mantica *d. tit.* 11. *num.*21. *& seqq.* Gratianus *d. tom.*1. *cap.* 70. *num.*1. & cum aliis Mænochius *d. præsumpt.*106. *num.*9. id latiùs exemplis declarans *lib.*1. *præsumpt. quæst.*18. *num.* 15. & iuxta hanc coniecturam Iurisconsultus *in l. pen. in princ. ff de alim. & cib. leg.* respondit quantitatem alimentorum incertam deberi legatario considerata charitate, id est dilectione, qua eum prosequebatur testator; Ac proindè legatum recipit largam interpretationem, quando testator reliquit personæ a se multum dilectæ, de quo infra *numero* 51. 37. & 99.

Quinta coniectura desumitur ex coniunctione sanguinis, seu consideratione consanguinitatis. ita *eodem* §. *si numerus nummorum.* Gomez *d. num.*29. Mantica, & Gratianus *locis allegatis*, & Mænochius *dict. præsumpt.* 106. *num.*10. & *lib.*1. *de præsumpt. quæst.*28. *n.* 13. ac proinde legatum factum sanguine coniuncto latiorem admittere interpretationem dicit *ibidem* Mænochius, de quo infrà *num.*51. *& seq.* & *n.*99. 9.

Sexta coniectura sumitur ex his, quæ præcedunt, & subsequuntur in ipso testamento. ita *in d.* §. *si numerus nummorum.* Gomez *d. num.*29. & Mænochius *dict. præsumpt.*106. *num* 10 *&* 11. ad id etiam allegans textum *in l. pen. in princ. ff de alim. & cib. leg* vbi respondit Valens legatum alimentorum incertæ quantitatis deberi, secundum quod testator ipse aliis legatariis reliquit. Et ita si pecunia legata dubium est de qua pecunia, seu moneta quoad valorem intellexerit testator, si in antecedentibus, vel subsequentibus pecunia fuit accepta pro certo valore, præsumi testatorem de ea pecunia intellexisse, aiunt Gomez *d. n.*29. & Corneus *consil.*244. *n.*16. *lib.*2. Vide infrà *n.*104. 10.

Prædictæ sex coniecturæ considerandæ ad diiudicandum quid in dubio legare voluerit testator, describuntur *in d.* §. *si numerus nummorum*, quibus Mænochius *d. præs.*106. *num.*13. addit septimam, quæ sumitur à viribus patrimonij ipsius testatoris, quamque ait ex textu *in d. l. pen. in princ. ff. de alim. & cib. leg.* quo loci Valens scripsit, quod vbi incerta est quantitas alimentorum legata, inspici debent testatoris facultates & ex texto *in l. quæsitum* §. *idem respondit* versic. *sed & ipsa ff. de fundo instru. instrumentoque leg.* vbi Papinianus respondit legata domo, merces, & pignora in ea existentia an debeantur, iudicem coniecturam sumere debere cæteris patris facultatibus examinatis, & ex textu *in l. quidam in testamento de leg.* 2. vbi Celsus respondit secundum æstimationem patrimonij quantitatem legati dubij definiri posse. Hanc quoque coniecturam, quod ex quantitate hæreditatis, & quantitate rei legatæ facienda sit interpretatio, vt plus, vel minus hæres intelligatur grauatus, ponderat, & latè explicat Mantica *d. lib.*6. *tit.*12. Vide infrà *num* 100. *&* 101. 11.

Deficientibus autem prædictis coniecturis iidem Doctores dicunt legatum esse strictè interpretandum, & præsumendum, quod testator voluerit relinquere, quod minus est; idque propter fundamenta *superiùs* adducta.

Secunda sententia.

Altera sententia tenet in legatis ex natura legati fieri debere latam interpretationem ad fauorem legatarij, etiam vbi verba sunt obscura, & ambigua, & nulla in contrarium appareat coniectura. ita Glossa *in l. in testamentis ff. de reg. iuris.* Glossa *in l. si quis rem* §. *idem Iulianus ff. de liberatione legata.* Glossa *in d. capit cum dilecti de donationibus*, & plures aliæ glossæ à Natta *consil.*616. *num.*7. *vol.* 3. relatæ. Bartholus *in l. Seio.* §. *vxori circa finem, ff. de ann. leg.* & *in l. eum qui* §. *qui ita ff. de verb. oblig.* (vbi ait, quod fauore vltimæ voluntatis legatum factum de decem intelligitur annuum *l. legatum in princ. ff. de ann. leg.* dicens aliud esse in stipulatione, quia semel tantum promissio debetur,) in quo Bartholum ibi sequuntur Angelus & alij communiter, quos ibi Alexander refert. Cagnolus *in d. l. in testamentis*, Castrus *in l. certo generi ff de seru. rust. præd.* Corneus *in auth. ex causa col.*8. versic. *ad vnum tamen. Cod. de liber. præter. consil.*207. *lib.*2. & *consil.* 229. *lib.*4 Oldradus *consil.* 103. Alexander *consil.*58. *vol* 3. Natta *d. cons.*616. *per totum.* Simon de Pretis *de interpretatione vltim. volunt. lib.*1. *interpretatione* 1. *dub.*4 *solut.*11. *num.*9 *& seqq.* Mantica *de* 12.

coniect.

coniect. lib. 7. tit. 1. num. 32. (qui videtur aliquo modo sibi contrarius) Vasquius de successionum progressu *lib. 3. d. §. 27. num. 26.* Fachineus *controu. iur. tom. 2. lib. 13. cap. 73. fine.* Stephanus Gratianus *tom. 1. discept. for. dict. cap. 70. num. 30.* Merenda *contro. iur. tom. 1. lib. 4. cap. 45.* (dum *ibi* tenet, ac latè probat legata, & fideicommissa fauorabilia esse.) Maria *de success. p. 4. quæst. 18. artic. 1. n. 55. & seqq.* & *q. 18. num. 12. n. 81. & seq.* Mænochius *d. præsumpt. 106. n. 19.* Surdus *consil. 112. n. 52.* Castillo *controu. lib. 4. p. 1. cap. 32. n. 4.* Augustinus Barbosa in votis dicitur *lib. 2. voto 38. n. 11.* & alij plures, quos referunt Natta, Simon, Vasquios, & Mænochius *locis citatis.*

Probatur hæc sententia primò, & per textum *in l. 3. ff. de tritico, vino & oleo leg.* vbi dicitur in legato vini comprehendi amphoras, & vasa parua destinata, in quibus vinum conseruatur, & cum vino vendi consueuerunt, & etiam legato vino, cum nullum vinum reliquisset testator, hæredem debere vinum emere, & non auctum quod vini numero fuit, & per textum *in l. si is, qui ducenta in princip ff. de rebus dub.* vbi si testator Seio cum ducentis, quæ apud eum deposuit, trecenta leget, hic sermo etsi sit ambiguus, vt ibi inquit Iurisconsultus, scilicet, an in trecentis computentur ducenium deposita, vel non tamen deciditur ibi, quod non computentur, & sic ambiguitas ista resoluitur, vt non trecenta, sed quingenta debeantur; atque adeo facta est lata interpretatio.

13. Secundò probatur per textum *in d. l. in testamentis ff. de reg. iuris.* & *d. c. cum dilecti de donationibus,* vbi expressè, & clarè dicitur, quod in testamentis, & vltimis voluntatibus est facienda larga, & plenior interpretatio, legata autem fiunt in testamentis, & cum hoc, quod in testamentis vltimæ voluntates debeant plenius interpretari; vtrobique tradatur pro regula, cum sit vna de regulis iuris, & debet esse, & est vniuersalis, & sic intelligenda in qualibet parte testamenti; indefinita enim per modum regulæ æquipollet vniuersali Glossa *in rubr. de reg. iuris in 6.* & Glossa *in l. 1. ff. eod. tit.* & *ibidem* Doctores, ad quod Glossa *in d. l. 1. inter cætera* allegat textum in *l. 1. §. in initio ff. de officio præfect. vrbis.* vbi vrbis appellatione veniunt, quæ intra vrbem fiunt omnia, & ita cum dicta regula dicat, quod in testamentis plenior fit interpretatio, debet intelligi, ac si dictum fuisset in qualibet parte testamenti, & in his omnibus, quæ intra testamentum continentur. & ita Glossa in *d. l. cap. cum dilecti,* vbi allegat textum *in d. l. 3. ff. de tritico, vino, & oleo leg.* qui loquitur in legato. Nec est admittenda responsio, seu intelligentia superiùs *num.* 3. adducta, scilicet, quod hi textus loquantur in institutione, quæ conseruat legem, non vero respectu legatorum; quia loquuntur generaliter, quod in testamenti fit plenior interpretatio. Vnde etiam venire debent legata, quæ in testamentis continentur, & non sunt restringendi illi textus ad institutionem, præsertim cum procedant per modum regulæ, & semper standum est regulæ, cum non probetur exceptio *l. ab ea parte ff. de probat.* & *ibi* Glossa & Doctores, *cap. cum decimas de restit. spoliat.* Glossa *in l. omnis definitio ff de reg. iuris,* Baldus *in l 1. col. 2. & 3. ff. de alienatione iudicij mutandi causa facta.* Euerardus *in loco exceptione ad regulam num. 12.* versic. *quod in dubio.* dicta autem exceptio non probatur aliquo iure, atque adeo non est vera in iure *§. optimum in auth. de non eligendo* versic. *nec qualibet est lex tale quid dicens l. 3. §. fin. de præuaric.* Baldus *in l. si vt proponis in princ. Cod. de rei vendic.* Bartholus autem *locis* eodem n. 3 *allegatis* illam differentiam inter institutionem, & legata videtur facere (inquit Natta *d. consil. 626. num. 24.*) quia in illis casibus ius faciebat contra institutionem; vnde de rigore iuris institutio vitiabatur, quod tamen non fit ob vtilitatem publicam, quæ vertitur in conseruatione testamentorum: Quapropter addit idem Natta, fatendum esse, quod est fauorabilior institutio, quam legata, & magis ad eius conseruationem leges adspirant, non indè tamen fieri, quin legata debeant plenè interpretari, cum legatum contineat liberalitatem, & fiat plerumque propter benemerita. † Confirmat idem Natta, quia illud, quod publicè interest, voluntates defunctorum impleri, non solum procedit in institutionibus, sed etiam in legatis; vnde inquit legatarius agit executiuè ad præstationem legati contra hæredem, vt scripserunt Angelus *in §. illud* versic. *item not.* per textum ibi *auth. de heredit. & falcid.* Alexander *in l. fin. 2. not. Cod. de edit. diu.* & plures alij, quos referunt Gomez *in l. 45. Tauri num. 137.* Camillus Borellus *in summa decisionum tit. 22. num. 9. & seqq.* & Mænochius *de acquir. possess. rem. 4. num. 696.* qui tamen cum pluribus aliis à se relatis tenent contrarium, & legatarium nullo modo posse petere, seu agere via executiua, sed via ordinaria, per aliquam ex actionibus positis *in l. cum filius §. varijs ff. de leg. 2.* & *l. 2. Cod. communia de legatis,* vbi pro legato consequendo præscribuntur, rei vindicatio, actio ex testamento, & hypothecaria; quæ actiones, inquiunt, essent vanæ si pro habendo legato via executiua, & non iure ordinario contra hæredem agi possent. Quod publicè intersit legata impleri ait idem Natta fortius probari ex eo, quod etiam pro legato ad non pias causas potest agi coram iudice Ecclesiastico (quod dixi etiam ego *in 2. tomo horum moralium variorum tit. 12. num. 340.*) etiam si conueniatur laicus hæres, qui negligat soluere legatum, quod præter Doctores *d. num. 340.* allegatos, tradunt etiam alij ab eodem Natta relati. 14.

15. Tertiò præter textum *in d. l. in testamentis*, probat Simon de Prætis per textum (quem dicit esse capitalem) *in l. plenum §. sed si pecoris. ff. de vsu, & habitatione,* loquentem in legato, vbi sunt hæc verba: *Neque enim tam strictè interpretandæ sunt voluntates defunctorum,* vbi Glossa verbo *strictè* exponit *imò largè* allegando *d. l. in testamentis de reg. iuris:* Vnde superflua, (inquit Simon) videtur omnis disputatio, cum habemus textum, & casum legis. Baldus *in l. cum antiquioribus col. pen.* versic. *nunc antequam Cod. de iure delib.* Crauetta *cons. 4. num. 2.* & alij ab eodem Simone relati.

16. Quartò probatur, quia in re legata præsumitur, quod legatarius sit magis dilectus, quam hæres *l. si quis eum,* & *ibi* Baldus *ff. de condit. & demonst. l. si quis Titio ff. de leg. 2.* & *l. si fideicommissorum ff. vt in poss. legator.* Natta *d. consil. 626. n. 27.* Simon de Prætis *lib. 4. interp. 1. dub. 2. num. 7.* Surdus *consil. 319. n. 18. vol. 3.* & Stephanus Gratianus *tom. 1. c. 36. n. 45.* & *to. 5. c. 565 n. 11.* id quod confirmat Natta, quia in re legata legatarius dicitur quodammodo hæres *l. in id tempus in fine ff. de vsu cap.*

17. Quintò probatur, quia legata, & fideicommissa sunt fauorabilia, vt latissimè probant Mantica *lib. 7. d. tit. 1.* & Merenda *controu. iuris lib. 4. d. cap. 46.* in materia autem fauorabili fit lata interpretatio, & quòd sint fauorabilia, atque adeo latè interpretanda confirmatur, quia continent liberalitatem, & beneficium testatoris ex eius indulgentia prouenient, vnde ad instar beneficiorum Principis admittere debent latam interpretationem, licet non latissimam, & plenissimam, vt Principis beneficium, & ipsa institutio, prout notauit Simon de Prætis *d. solut. 11.* & *infrà* explicabitur, & si dicatur, quod legatum sit onus hæredi impositum, ac proindè videtur strictè intelligendum respondet Mantica *d. tit. 1. num. 20.* post Iasonem, & Socinum (& eandem responsionem approbat Barbosa *d. voto 38. n. 9.*) quod licèt legatum sit onus hæredi, tamen fauorabile est voluntatem testatoris impleri *l. 1. Cod. de sacros. Eccl. l. vnica §. vnic. Cod. de caduc. tollenda.*

18. Sextò probatur, quia legata communiter relinquuntur propter merita *l. nec adiecit. ff. pro socio l. idemque §. fin. ff. mandati.* Natta *d. cons. 626. n. 6. & 24.* & Aloysius Riccius *p. 3. praxis fori Eccl. resolut. 369. n. 3.* Vnde inquit idem Natta *d. n. 24.* debitor legando creditori non videtur hoc facere animo compensandi *l. creditore ff. de leg 2.* Dispositio autem remuneratoria est latè interpretanda tanquam fauorabilis, etiam quod asseritus aliàs in mate-

ria

tia strictè interpretanda vt Gradichius Cumanus *in l. 3. §. si procurator ff. quod quisque iuris.* & *ibidem in princ.* Alexander, & alij relati ab eodem Natta *d. n.6.* & Mantica *d. tit.1. num.21.*

19. Denique probatur, quia in legatis cessat ratio *l. veteribus ff. de pactis* quæ facit vt in contractibus stricta fiat interpretatio, quia stipulator potuit apertius loqui, legata autem pendent à sola voluntate legantis.

20. Aduertunt autem Mantica *d. lib. 7. citato tit.1. num.32.* Natta *d. consil. 626. num. 19.* in legatis quidem fieri debere pleniorem, sed non etiam plenissimam interpretationem, vt loquuntur textus *in d. l. in testamentis ff. de reg. iuris* & *in d. cap. cum dilecti de donat.* & idem indicat Simon de Prætis *d. solut.11.* & vt idem Mantica & Natta notarunt, probatur *in l. qui lance ff. de auro & arg. leg.* vbi cum quis lancem maximam, minorem, & minimam reliqueret, ita legauerat, *lancem minorem illi do, lego,* & mediæ magnitudinis videri legatam lancem responsum est, si non appareat, quam lancem ex his paterfamilias demonstrare voluisset, probatur per textum elarum *in l. legato generaliter ff. de leg. 1.* vbi legato generaliter relicto, veluti homine, scilicet seruo Caius Cassius scribit id obseruandum, ne optimus, vel pessimus accipiatur. Quod idem Menoda *controu. iuris to.1. lib.8. cap. 7. n.3.* ait esse obseruandum, si bos, vel aliud animal legatum fuerit, mediocre enim erit eligendum. *§. etsi generaliter instit. de legatis.* & hanc mediam interpretationem tenet Bartholus *in l. talis scriptura n. 2.* versic. *aut loquimur ff. de leg. 1.* vbi legatorum materiam appellat nec odiosam, nec fauorabilem; atque adeo pecunia legata nec latissimam, nec angustissimam recipit interpretationem, sed mediam, vt ea comprehendantur, quæ constant pondere, numero, & mensura, nisi ex vsu loquendi angustior fiat interpretatio. item Baldus *in l.1. num. 4. C. de verb. signif.* scripsit, quod si testator armabat diuersis modis, veluti quando ibat ad torneamenta ponebat sibi faleras, id est ornamenta cum perlis, & auro, sed quando accedebat ad prælium erant faleræ de corio, minores debentur, vel mediocres (quia tenere medium est viri prudentis, & legis à sapientibus institutæ *d. l.* qui lancem) nisi propter eximiam nobilitatem testatoris, & legatarij amplius præsumatur per *l. si filius ff. de donat.* & *l. vxori in fine ff. de leg. 3.* & *d. l. plenum §. equity ff. de vsu & habit.* eandem mediam interpretationem sequuti sunt Alexander *cons. 60. num.7. vol. 1.* & Corneus *d. consil. 219 num.7. vol. 4.* Quod in legato speciei sit eligendum mediocre, vbi sunt plures res eiusdem speciei, Gratianus *to. 4. cap.700. num. 17.* testatur tenuisse Castrum *in l. legato generaliter n.5. ff. de leg. 1.* Capra *reg.113. num.41. ad 44.* Imola *in cap. indicante num. 17. de testam.* & Dynum *in cap. in obscuris num. 8. de reg. iuris in 6.* & quatenus nulla species legata existeret in patrimonio, debere dari per hæredem semper ad rationem eius, quod est mediocre, non autem quod est minimum tradit idem Capra *d. num.41. per textum in l. 3. & 4. ff. de tritico, vino & oleo leg.* & *in l. non dubium ff. de leg. 3.* & post eum Gratianus *d. cap. 700. num. 18.* qui *d. num. 17.* ea, quæ adducuntur de minimo eligendo ait procedere, quando sumus in quantitate, secus in speciebus.

21. Hanc eandem mediam interpretationem, & non latissimam, vt in testamentis, & institutione, in legatis fieri debere indicat Vasquius *d. §.27 n.26.* versic. *contrarium.* vbi tria dicit. Primum certum esse in legatis latam latioremquè fieri interpretationem, quam in contractibus, quod probat, quia si fundum Titio, & Mæuio dixissem & alter non caperet, vel quia nollet, vel quia non posset; sine dubio pars exclusi alteri non accresceret; sed penes me maneret. vt Bartholus *in l. re coniuncti ff. de leg. 3.* & Doctores communiter *ibi* & per textum *in l. fundus ille ff. de contrah. empt.* & alij à Vasquio *ibidem* relati; & tamen in legatis pars illa, quæ vacare cœperat collegatario accedet eiusque lucro cedet *§. vbi autem cum §. seq. C. de caduc. tollenda §. si ea res l. Mæuio in princ. ff. de leg. 2.* & ferè per totum *ff. de vsufr. accresc.* Pluresque alias differentias, ait idem Vasquius esse inter contractus, & legata enumeratas à Iasone *in l. qua de legato ff. de leg.1.* in quarum plerisque in legatis fit latior interpretatio, quam in contractibus. Secundum dictum, quam plures differentias esse inter legata, & hæredum institutiones, & viginti quatuor differentias enumerat idem Vasquius *de success. creat. §. 7. num. 18.* Ex quibus manifestè apparet fauorabiliores esse hæredum institutiones, quam legata *l. 3. §. fin. l. ex parte ff. de adim. leg. ff. de his quæ in testam. delent.* Tertium hoc non obstante adhuc verius esse vt circa rem legatam regulariter magis faueatur legatario, quam hæredi propter textus *suprà* relatos.

Ad iura pro priori sententia adducta in prima probatione, primò Natta, Mantica, Marta, & Vasquius respondent procedere, quando est incertitudo voluntatis, quia tunc eius declaratio pertinet ad hæredem, quia eadem persona reputatur cum defuncto *l. si quis à filio §. si plures.* & *ibi* Alexander *ff. de legatis 1.* sed vbi in legatis est ambiguitas verborum tunc facienda est lata interpretatio modo supra explicato, quia constat de volunțate testatoris. Quando etiam est incertitudo voluntatis defuncti (aduertunt Natta, & Mantica) licet, quod est minimum, debeatur, tamen legatum adhuc habet plus quàm contractus, nam adhuc fauorabiliter sustinetur, nec propter incertitudinem vitiatur, cum tamen contractus vitietur, & fit inutilis. vt tradunt Bartholus, & *ibi* alij communiter *in l. ita stipulatus in 8. oppositione ff. de verb. oblig.* Glossa *in l. cum post §. gener. in verbo constaret ff. de iure dotium,* & alij, quos referunt, & sequuntur Natta *d. consil.626. n.35* & Mantica *d. tit.1. n.36.* Secundo Simon de Prætis *d. solut. 11. num.14.* & Marta *d. q.18. tit.1. n.61.* respondent in prædictis iuribus ideo de summis & quantitatibus incertis dici, quod est minimum in legatis deberi, quia in multis ex illis electio dandi pertinebat ad hæredem damnatum, quantum velit dare. vt *in d. l. qui concubinam §. cum ita*, ibi: *seruus Offilius minimam, quia cum hæres damnatus esset, in potestate eius, quàm partem daret*, &c. Eadem ratio assignata est *in d. l. si ita relictum*; & cum ea sit generalis ratio, ideo censetur repeti in aliis legibus, vbi quod minimum est, præstatur, quia semper regula vnius censetur repetita in aliis legibus, vt post alios latè Simon *d. n. 14.* & prius Natta *consil. 579. n.1.* quem allegat, & sequitur Marta *d. n. 61.* In specie autem ad *d. l. semper in obscuris ff. de reg. iuris,* & *cap. in obscuris eod. tit. in 6.* respondetur non procedere in legatis ambiguis quoad quantitatem, & summam propter contrariam regulam, de qua *in d. l. in testamentis de reg. iuris.* & *cap. cum dilecti de donat.* & alia iura *suprà* adducta, ex quibus constat in legatis faciendam esse latam interpretationem. Prædicta ergo regula *l. semper in obscuris.* & *cap. in obscuris,* sicut & *l. fauorabiliores ff. de reg. iuris.* & *cap. cum partium de reg. iuris in 6.* procedunt in legatis, quando adest incertitudo voluntatis, vt etiam notauit Vasquius *d. n. 26. fine.* tunc enim hæres elegit, vt dictum est; & illi fauetur potius quam legatario, addit etiam Vasquius tunc non faueri hæredi, tanquam hæredi, sed tanquam reo.

Ad secundam probationem respondetur, quod testator in re legata censetur magis diligere legatarium, quam hæredem iuxta tradita superius *num. 16.* in *d.* autem *l. Titia,* & aliis iuribus *ibidem* allegatis ideo testator videtur minus grauare hæredem, quam fit possibile, inquit Natta *d. cons. 626. n. 36.* quia verisimile erat testatorem ibi noluisse grauare hæredem ex rationibus ibi adductis per Iurisconsultum; Vnde non debet hoc extendi ad alios casus, in quibus dispositum est fieri circa legata pleniorem interpretationem, quando id patiuntur verba, & mens non repugnat. Et 23.

Ad tertiam probationem Natta *d. cons. 626. num. 36.* respondet non reperiri textum, qui dicat legata intelligenda esse secundum propriam significationem non impropriam 23.

impropriam; nam textus *in d. l. non aliter in princ.* & *in d. l. illo, aut ille §. cum verbis.* non aliud dicunt, quàm quod secundum significationem verborum legata sunt intelligenda, & non negant, quin plenior in legato sit facienda interpretatio, pro vt verborum significatio patitur; imò, addit idem Natta, permittunt impropriam, & abusiuam interpretationem, & est textus *in d. l. non aliter §. 1.* vbi Iurisconsultus expressè dicit. *Non enim in causam testamentorum ad diffinitionem vtique descendendum est, quum plerique abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, ac vocabulis vtantur.* ibi Glossa in verbo *diffinitionem* exponit, id est *ad strictam verborum significationem.* Et hoc idem tradit Baldus *in rubr. Cod. de verb. signific. in primis verbis.* ad id etiam allegans textum *in l. scire oportet §. si maximè ff. de excus. tut.* Merenda etiam *contron. iuris tom. 1. lib. 4. cap. 47. num. 8. regulam d. l. non aliter initio*, quod non sit recedendum à significatione verborum, nisi cum manifestum est, aliud sensisse testatorem, ait, intelligendam esse de proprietate, seu significatione non strictè, sed largè considerata, quatenus improprietati opponitur; hancque declarationem ait colligi ex eodem textu in præallegatis verbis *non enim, &c.* nam si abusiuè plerumque loquuntur, eorum sermo (concludit idem Merenda) non est plerumque intelligendus secundum exactam, & strictam proprietatis, seu significationis sermonis normam

Hæc posterior sententia, præsertim cum moderatione superiùs *num.* 20. explicata mihi etiam verior videtur, tum propter iura allegata illamque regulam, quod in vltimis voluntatibus fiat latior interpretatio, tum propter numerum, & auctoritatem Doctorum, qui eandem sententiam sustinuerunt; quia tamen non est omnino certa propter tot contradictiones, quot priorem sententiam tuentur; ideo ad maiorem certitudinem in facienda legatorum interpretatione assignantur coniecturæ, quarum vigore iuxta Doctores communiter, & ferè absque vlla contradictione fieri debeat in legatis lata, vel stricta interpretatio, quas coniecturas duobus sequentibus paragraphis comprehendam.

SVMMARIVM §. II.

Coniectura latæ interpretationis facienda in legatis. num. 26. ad 80.

A regula, quod in legatis sit facienda stricta interpretatio, & veniat, quod minimum, receditur quando contrarium apparet verum, vel verisimilius. n. 26.

In dubiis, & obscuris inspicitur, quod verisimilius est. ibid. & n. 69. versic. *ad secundum argumentum.*

Legatum semper interpretandum, vt sit vtile legatario. n. 27.

Ideoque facienda larga interpretatio, quando ex stricta legatum inutile redderetur. ibidem.

Inutile dicitur legatum de re, vel alias de iure competenti legatario, si plus iuris, & commodi non afferat legatario, quam prius haberet. ibidem.

Legatum est titulus lucratiuus. ibidem.

Vxor, cui relicta sunt alimenta, potest etiam vltra alimenta exigere dotem. n. 28.

Vsufructuarius non soluit æs alienum, quando legatum esset inutile. ibidem.

Vsufructuarius non tenetur alere filios testatoris, quando illis dando alimenta nullum consequeretur commodum ex vsufructu. ibidem.

Testator, qui hortos in quinquennium conduxerat relinquendo hortorum vsufructum alicui, videtur voluisse quod hæres soluat pensionem, & legatarius consequatur fructus. ibidem.

Legatum factum familiæ, non omnibus de familia debetur, sed vni tantum, si plures essent in familia, & legatum esset modicæ quantitatis. n. 29.

Legato libro rationum intelliguntur relicta nomina debitorum, nisi ex qualitate personæ aliud esset dicendum. ibid.

Testator legans rem, in qua scit se habere vsumfructum tantum, censetur etiam proprietatem legasse, ita vt hæres debeat legatario eius æstimationem. ibid. etsi contrarium teneat communis.

In dubio potius toleratur, quod legatum sit inutile, quam quod testator voluerit grauare hæredem nonnulli dixerunt. n. 30.

Reiicitur ab aliis hæc sententia, quando legatum esset omninò inutile, secus si aliquam afferret vtilitatem, etsi modicam, & quid si vtilitas esset tam leuis, & legatum ferè nullius momenti censeretur. ibidem.

Legatum ex coniunctione, & affectione testatoris erga legatarium sumit latam interpretationem, & intelligitur de re maiori. n. 31. præsertim si legatarius sit pater. n. 32.

Ratione affectionis, & consanguinitatis dispositio in dubio interpretanda, vt magis valeat, quam pereat, licet secundum propriam significationem saluari non possit, & si de persona in personam intercedat nexus naturalis affectionis verba etiã fragilia inducunt fideicommissum n. 32.

Legatum relictum filiabus deficientibus, vel non deficientibus masculis ratione coniunctionis inter filias & patrem plenè debet interpretari, quamuis agnati transuersales fuerint substituti. ibidem.

Legatum tot aureorum à patre filiæ factum intelligitur de nobiliori moneta, aureisque maioris valoris. ibid.

Legatum liberationis à filio factum patri, qui suam tutelam administrauit, intelligitur etiam ẽ reliquatu. ibidem.

Legatum coniuncto, vel consanguineo factum an sit latè interpretandum, vbi hæres est æquè coniunctus, vel consanguineus. negatiua. num. 33. affirmatiua, & verior, quando latè interpretando hæres coniunctus non admodum grauaretur. num. 34.

Parentibus magis tenemur, quam filiis, etsi filios magis diligamus, quam parentes, amor enim non respicit retrò, ibidem.

Ratione coniunctionis non fit lata interpretatio, quando testator multa alia legata reliquit ipsi legatario. n. 35.

Contrarium, & non obstantibus pluribus legatis faciendam esse latam interpretationem ad fauorem legatarij coniuncti, dummodo facultates defuncti latam interpretationem non excludant. ibidem.

Legatorum multiplicatio in diuersis personis magis præsumitur quam in eodem. ibidem.

Legatum factum coniuncto non interpretatur latè, quando induceretur legatorum multiplicatio, & hæres duplici præstatione grauaretur. n. 36.

Legatum accipit latam interpretationem ex stricta amicitia legatarij cum testatore. n. 37.

Amici plerumque diliguntur sincerius, quàm consanguinei, & affines. ibidem.

Quod constitutum est in coniunctis, habet locum etiam in amicis. ibidem.

Legatum relictum alicui propter benemerita, & in remunerationem præstiti seruitij, vel beneficij accepti est latè interpretandum ad fauorem legatarij. n. 38.

Dispositio remuneratoria est fauorabilis. ibidem.

Ex nobilitate, & dignitate, ac diuitiis testatoris legatum accipit latam interpretationem, & præsumitur relictum, quod maius. n. 39.

Si testator iusserit aliquid dari in die natalis, intelligitur semel tantum. num. 40. secus si sit nobilis, & dignitate aliqua præditus; nam tunc præsumitur voluisse dari singulis annis. ibidem.

In legato Principis an sit facienda latior interpretatio. n. 41. affirmatiua. ibidem.

Vbi Princeps donat inter viuos, fit plenissima interpretatio. ibidem.

Legatum latè est interpretandum, si habita sit ratio conseruandæ domus, & honoris ipsius. n. 42.

Dotis fauore in legato facienda est lata interpretatio, & venit quod est maius. n. 43.

Doti, quod fauet, in dubio est sequendum. ibidem.

Si apparent duo instrumenta, & dubitetur, vtrum præferatur, instrumentum dotis præsumitur antetius. ibid.

Legatum factum vxori vltra dotem à marito largè interpretatur, vt emne illud censeatur legatum pro dote. ibidem.

Et ita legatum relictam vxori de scutis centum vltra dotem scutorum ducentum est duplex relictum, & comprehendit dotem, inducendo de nouo legatum. ibidem.

Confessio testatoris de dote vxori facta in testamento valet in vim legati, licet de ea non constet. ibidem.

In dubio facienda est interpretatio, vt legatum potius sustineatur, quàm pereat, & iudicandum pro non extinctione legati. n. 44.

Legatum interpretatur latissimè ad seruandam æqualitatem inter filios. n. 45.

Legatum rei alienæ scienter factum valet, & debetur æstimatio. ibidem; secus si ignoranter. n. 57.

• Legatum rei, in qua testator habet ius, vel partem, comprehendit tantum illud ius, vel partem, nec debetur æstimatio alterius partis. ibidem.

Secus si rem illam legauit volens seruare æqualitatem inter filios, nam tunc censetur legata res pleno iure. ibid.

Legatum latissimè interpretatur in necessariam consequentiam. ibidem.

Testator si legauit vsumfructum domus adiecto onere, ne domus illa alicui tollatur, censetur legasse etiam proprietatem. n. 46.

Intellectus l. Paulus ff. de vsufructu. ibidem & n. 48.

Prohibitio fundi alienandi adiecta legato vsufructus eiusdem fundi inducit animum legantis, quod voluerit relinquere proprietatem. n. 47. contrarium. num. 48. sed prima opinio est verior præsertim si tale legatum vsusfructus fundi cum prohibitione illud alienandi fiat à viro perito. n. 49.

Verba debent aliter interpretari, si disponens fuerit vir peritus, aliter si idiota. ibidem.

Verbum etiam minimum debet esse in oratione cum virtute operandi. ibidem.

Nemo cordatus præsumitur dixisse, quod mente prius non conceperit. ibidem.

Vsufructu rei legato censetur testator reliquisse etiam proprietatem rei, si concessit facultatem illam rem alienandi. n. 50. contrarium. n. 51. sed prior opinio tenenda. ibidem.

In legato vsusfructus an contineatur proprietas in nonnullis casibus remissiuè. ibidem.

Legatum ad piam causam factum an sit in dubio latè interpretandum, & in eo tenetur, quod minus est, negatiua. n. 52. affirmatiua, & verior. n. 55. cum pluribus seqq. & n. 69.

Legatum calicis Ecclesiæ factum intelligitur de argentato, vel de aureo. num. 55. & planeta intelligitur de serico, & de florenis intelligitur de magnis, non de exiguis. ibidem.

Intellectus l. Titia §. sua ff. de auro & arg. leg. num. 55. & 56.

Fauore piæ causæ receditur à communibus iuris regulis. n. 57.

Legatum rei alienæ ignoranter factum relictum personæ coniunctæ, vel ad piam causam valet, & debetur æstimatio. ibidem.

Diminutio legatorum generaliter facta non extenditur ad legata pia. ibidem.

Legatum relictum sub conditione incerta, & mixta non debetur ante impletam conditionem, nisi per hæredem steterit, quominus conditio impleatur. n. 58.

Secus in legato libertatis, & ad piam causam, quod sub mixta conditione relictum etiam conditione non impleta debetur, quominus per hæredem non steterit, quo minus impleatur. ibidem.

Idem in legato alimentorum. ibidem.

Defectus conditionis potestatiuæ non facit deficere legatum ad pias causas sub tali conditione relictum. n. 59.

Regulariter tamen legatum sub conditione potestatiua, si ob causam aliquam impedientem non impleatur conditio non debetur: nisi aliquis testator esset omninò relicturus. ibid.

In legatis regulariter conditio, sub qua fuerunt relicta, existens non retrotrahitur. n. 60.

In legato libertatis, & ad pias causas conditio existens retrotrahitur. ibidem.

In legatis libertatis, & ad pias causas factis sub diuersis conditionibus disiunctim appositis non nouissima, sed ea ssima attenditur. n. 61.

Quamuis alioquin regulariter pluribus conditionibus disiunctim, & diuersis partibus testamenti eidem legato adscriptis vltima conditio sit attendenda. ibidem.

Si conditiones sint coniuncta, seu coniunctim adscripta etiam in legato libertatis, & ad pias causas omnes sunt implendæ pro legati consecutione. ibidem.

Legatum à secundo, vel tertio gradu non debetur, quando est factum sub conditione prioris gradus, seu instituti deficientis, si talis primus gradus, seu institutus deficit, quo existente non est locus secundo. n. 61.

Fallit in legato libertatis, & ad pias causas relicto secundo, seu substituto deficiente primo gradu, seu instituto nam etsi primus gradus existat hæres debetur legatum. ibidem: Quamuis contrarium teneat Vasquius. n. 63.

Hinc si testator instituit Titium, & si hæres non erit, substituat Seium cum onere dandi centum Ecclesiæ, vel libertatem seruo, quamuis Titius sit hæres, tamen tenetur ad tale relictum. ibidem.

In materia priuilegiata, qualis est concernens libertatem, & causam piam non attenditur, quod non contingat casus secundum ordinationem testatoris. ibidem.

Dispositio testatoris facta in vno casu, extenditur ad alium casum fauore libertatis & causæ piæ. ibidem.

Argumentum à libertate ad causam piam valet. n. 58. & 62.

Ius patronatus erigendi onus nominatim impositum à testatore vocatis in tertio gradu est implendum per eos, qui fuerunt instituti in prioribus gradibus simpliciter, & absque dicto onere. ibidem.

Relicta ab instituto an censeantur repetita à substituto, siue substitutio sit vulgaris, siue pupillaris, siue fideicommissaria. n. 62. & 63.

Relicta nominatim ab instituto in causa alimentorum, & ad pias causas censentur repetita à substituto, qui ea præstare debet. n. 65.

Argumentum ab alimentis ad causam piam valet. ibid.

Legatum alimentorum, & ad pias causas relictum ab vno ex cohæredibus, qui repudiauit, vel decessit ante aditionem, debetur à coniuncto, seu altero cohærede, cui accrescit portio repudiantis, vel defuncti n. 66.

Legatum vero, seu onus non pium si est iniunctum nominatim vni tantum ex cohæredibus, portio deficiens accrescit alteri sine aliquo onere. ibidem.

Conditio adiecta in institutione non censetur repetita in substitutione, & prælegato. n. 67.

Censetur autem repetita si intersit testatoris, vel adsit fauor causæ piæ. ibidem.

Si testator instituit hæredem sub conditione, si decem dederit pro anima ipsius, & si hæres non erit, substituit Seium, si contingat quod Titius non soluit dicta decem, illa erunt danda per Seium, aliter non venit ex substitutione. ibid.

Conditio potestatiua non cohærens personæ adiecta instituto censetur repetita in substituto, secus cohærens personæ, & quasi vtraque. ibidem.

In legatis ad piam causam an in dubio facienda sit tantum plena, an vero etiam plenissima interpretatio, vt non veniat mediocre, sed maximum. n. 68.

Legatum ad pias causas non interpretatur plenius, si altera pia causa sit instituta, & grauata legatis piis alteri loco pio præstandis. n. 68 vel si ex verbis, vel aliis coniecturis constat testatorem aliter sensisse. n. 68.

Legatum pium nunquam extendendum, & trahendum ad alia, de quibus testator non senserit. ibidem

Voluntas testatoris verisimilis est implenda. n. 69. in responsione ad 2.

Votum in fauorem Ecclesiæ, & causæ piæ emissum in dubio latè interpretandum, & debere intelligi de re maiori, & non de minima plurium sententia. n. 70.

Intellectus ad cap. ex parte de censibus. ibidem & n. 71. & 73.

Votum

Votum in dubio, & vbi res promissa est indeterminata quoad circumstantiam quantitatis, vel qualitatis iuxta communem opinionem obligat tantum ad minimam rem, non ad meliorem, & pretiosiorem quando aliud non constat ex mente voventis, vel ex generali consuetudine aliisne circumstantiis obligitur. n. 72. & 76. intelligitur tamen de minimo contento in re promissa. n.75.

Vote dandi triticum satisfit dando triticum bonum, nec requiritur melius, vel optimum, sed sufficit quecunque qualitas. num.74.

Votum rei omnino indeterminata, scilicet etiam quoad speciem & quantitatem v. g. dandi animal non intelligitur tantum de minimo, sed de re conuenienti quoad qualitatem, & quantitatem determinanda arbitrio boni viri. ibidem.

Votum dandi mensuram tritici intelligitur de minima mensura ex vsitatis in loco voventis. n.75.

Votum dandi Ecclesia calicem, an intelligatur de argenteo, vel aureo, & an aliquando possit intelligi de stanneo, num.55. & 77.

Votum castitatis indeterminatè, an ad omnimodam, vel solam coniugalem castitatem obliget. n.78.

Votum dandi eleemosynam nulla signata quantitate, ad quam quantitatem obliget. n.79.

Votum recitandi rosarium an obliget tantum ad tertiam illius partem. n.80.

Votum ieiunandi absque determinatione numeri dierum obligat ad vnicum ieiunium tantum. ibidem.

Votum faciendi plura ieiunia, vel aliquot ieiunia, vel recitandi pluribus diebus impletur duobus diebus ieiunando, vel recitando. ibidem.

Quid, quando quis vouit se diebus veneris aut alio die hebdomadæ, vel anni ieiunaturum, recitaturum, &c. & nescit discernere an in tempus determinatum, vel in perpetuum vouerit. ibidem.

Pluralis locutio duorum numero est contenta. ibidem.

§. II.

Quando, & ex quibus coniecturis in legatis facienda sit lata interpretatio, & censendum relictum potius id quod maius, quàm id, quod minimum est.

26. IGitur dato quod ex natura legati facienda esset in legatis stricta ioterpretatio, & præsumendum hæredem minus grauatum quàm sit possibile, atque in dubio, & ambiguitate verborum sequendum, quod est minimum iuxta priorem sententiam § *præcedenti* explicatam; nihilominus à talibus regulis recedendum est, quando contrarium verum, vel verisimilius apparet, ita quod primo inspici debet, quod verisimilius est, & postea in illius defectum possimus, vel debeamus admittere strictam Interpretationem, & sequi, quod minimum est. vt post Dynum notauit Stephanus Gratianus *tom.4. c.700. n.9.* & tradunt Doctores *suprà*, & *infrà* allegandi, & alij communiter in proposito legatorum, & vniuersaliter in materia vltimarum voluntatum; maximè Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.1. interpret.1. dub.4. allegata solutione 11. à num.16.* Mænochius *de præsumpt. lib.4. d. præs.106.* & Mantica *de coniect. lib 6. tit.11. n.13.* idem tradit Afflictus *decis.44. num. 25.* & constat ex superiùs allegata *l. si serum plurium §. si numerus nummorum*, quia in dubiis, & obscuris interpretamur, & inspicitur id, quod verisimilius *reg. in obscuris de reg. iuris in 6.* & *l. semper in obscuris ff. eod* Mantica *d. num.13.* Dynus *in d. reg. in obscuris num.3.* Nauarrus *com.1. de reg. n. 20.* & alij communiter à Mantica relati, & etiam Sanchez *lib.4. sum. d.c.13. n.10.* Verisimilitudo autem apparet ex coniecturis; ac proindè vbi adest ambiguitas ea parte verborum, vel dispositionis ad has iuxta Doctores recurrendum est pro interpretatione testatoris.

Legatum semper interpretandum, vt sit vtile, & in eo in dubio facienda est lata interpretatio, si ex stricta inutile redderetur.

Primò itaque in legato facienda est lata interpretatio, quando si fieret stricta legatum redderetur inutile. 27.
Glossa *in l. legato de leg.1.* vbi Alexander & Iason, Decius *in l. semper in obscuris num.3. de reg. iuris.* Vasquius *de success. creatione §.23. n.49.* Mænochius alios allegans *d. præsumpt.106. n.14. & 20.* Cancerius *var. to.3 c.20. n.79* & alij Doctores mox allegandi: legatum enim semper est interpretandum, vt sit vtile legatario *l. si res obligata ff. de leg.1. l. Mauius in principio ff. de leg.2.* & *l. qui concubinam §. hortos ff. de leg.3. l. Titia cum testamento de leg.2.* & *ibi* Imola & Alexander. Rolandus *cons.79. n.3. vol.2.* Corneus *cons.87. n.9.* Mænochius *d. n.14.* Marta alios allegans *de success. p.4. q.18. art.2. n.78.* Alias legatum non valeret, essetque nullum, si nullam afferret vtilitatem. *l. hæreditatem ff. mandati l. 1. § penult. Cod. communia de legatis.* Rolandus, Corneus, Marta *vbi suprà* & Angelus *cons 121. n.29. per textum in §. vxore. instit. de leg.* & *l.1. §. si quis creditori ff. ad leg. Falcid.* & Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.2. interpret.2. dub.2. solut.2. n.113.* ipsum enim legatum est titulus, & causa lucratiua. vt Alexander *in l. si cum dotem §. si pater n.6. ff. de soluto matr.* Bartholus *in l. Mauius § duobus n.1 ff. de leg.2.* & cum aliis Marta *d. art.12. n.79.* vbi etiam quod natura legati est afferre vtilitatem ex Rolando *consil.15. n.39 vol.1.* Mænochio *cons.161. n.26. vol.2.* & Riminaldo *iun. consil.155. n.5. vol.2.* & inutile dicitur, & est legatum de re, vel alias de iure competenti legatario, si plus iuris, & commodi non afferat legatario, quàm prius haberet, vt per textum *in d. l. Mauius in principio*, & alios textus Simon *d. solut.2. n.93.*

Hinc Crotus *consil.67. n.41.* relatus à Marta *d. art.12. n.86.* dixit, quod ideo vxor alimentaria potest etiam exigere dotem suam, ne legatum sit inutile: item quod vsufructuarius non soluit æs alienum, quando vsufructus esset Inutilis; item infert, quod si vsufructuarius teneretur alere filios testatoris, tamen limitator, quando illis dando alimenta nullum consequeretur commodum ex vsufructu sibi relicto. Ad id etiam, inquit Marta *dict. n.86. textus in d. l. qui concubinam §. qui hortos ff. de leg.3.* Vbi testator, qui hortos in quinquennium conduxerat, relinquendo hortorum vsumfructum alicui videtur voluisse, quod hæres soluat pensionem, & legatarius consequatur fructus hortorũ, quia secundũ Glossam *ibid.* legatũ esset inutile, si legatarius teneretur soluere pensionem.

Hinc etiam Castrensis *consil. 382. num.1. lib.1.* à Mænochio *d. præs.106. n.15. & 20.* relatus respondit ad legatum certæ modicæ quantitatis familiæ factum non admitti omnes ex familia, sed vnum eorum tantum, quia aliàs inutile redderetur legatum, si plures essent in familia, & ipsum legatum sit modicum. item Iason *in l. seruum filij. §. eum, qui chirographum n.2. & 3. de leg.1.* ab eodem Mænochio *d. num.20.* relatus dixit, quod legato libro rationum intelligantur relicta nomina debitorum, quia alioqui legatum esset inutile; id quod declarat idem Iason, nisi ex qualitate personæ aliud esset dicendum. Item Vasquius vbi supra dixit eum, qui legat rem, in qua scit se habere vsumfructum tantum, censeri etiam proprietatem legasse, ita vt hæres debeat legatario eius æstimationem, quia alioqui legatum esset frustratitium, & inutile; quamuis contrarium teneat communis opinio, vt testatur idem Vasquius *in numeris præcedentibus*, quam communem sequitur Gomez *var. tom.1. c.12. n.15.* Ad id etiam (vt notat Mænochius *d. num. 20.*) refertur; quod habetur *l. diuus in princip. ff. de vsu & habitat*, vbi legata sylua, censentur legati fructus ipsius syluæ, vt scilicet cædi possint ligna & vendi, quia alioqui inutile esset legatum: quod tamen Glossa. & alij *in d. l. Diuus* intelligunt, quando sylua est multum remota, ita quod non potest legatarius cædere ligna sui vsus causa, nam tunc cædere, & vendere potest; secus vero si esset pro- 28.

xima, inquit idem Mænochius ex Ioane Fabro, Angelo, Aretino, & Portio §. 1. *instit. de usu & habit.* & Bellono *consil.* 49. *num.* 10.

30. Prædictam coniecturam videntur non admisisse Iason *in l. quod in rerum in* 1. *notab. in l. cum res num.* 1. *ff. de leg.* 1. Barbat. *consil.* 65. *fine lib.* 3. & Aymon. Craueta *consil.* 32. *num.* 15. & *consil.* 167. *num.* 14. dum dixerunt potius tolerari, quod legatum sit inutile, quam quod testator voluerit grauare hæredem, sed huic eorum dicto obstat communis sententia, & aduersantur textus præallegati, & rationes adductæ. Parisius verò *consil.* 88. *num.* 29. *lib.* 3. admittit hanc coniecturam declarando procedere solum, quando legatum esset omnino inutile, & iuxta hanc declarationem Mænochius *dict. præsumpt.* 106. *n.* 21. ait posse intelligi Iasonem, Barbatium, & Crauetam scilicet, nisi aliàs legatum esset omninò inutile, sed aliquantulum vtilitatis contineret. Quod tameo sopradictis videtur repugnare, si tam modicam vtilitatem legatario afferret legatum, vt ferè nullius momenti censeri posset, quod confirmat exemplum legati posito superiùs *num.* 19 ex Castrense.

Ex coniunctione, & affectione testatoris erga legatarium sumitur coniectura, & præsumptio, quod legatum debeat latè interpretari in fauorem legatarij, & de re maiori intelligi, & non de minori.

31. Secundò legatum est latè interpretandum, & vt veniat quod maius, non quod minus, quando est factum personæ coniunctæ, quam testator vehementer diligebat; ita quod ex charitate, & coniunctione legatarij, & affectione, qua testator prosequutus est legatarium regulariter debeamus legatum latè interpretari, vt in dubio de re meliori, & maiori censeatur factum. ita Bartholus *in l. Aurelius §. Titius ff. de lib. leg.* Craueta *cons.* 297. *num.* 1. versic. *sed præmissis non obstantibus.* Cæphalus *cons.* 144. *n.* 24. Natta *d. consil.* 626. *n.* 20. *vol.* 3. Rolandus à Valle *consil.* 16. *n.* 38. *vol.* 3. Cotneus *cons.* 244. *col.* 8. versic. *his tamen non obstantibus*; Mænochius *d. præs.* 106. *n.* 26. & 27. Mantica *de coniect. lib.* 6. *tract.* 11. *n.* 12. & 13. Stephanus Gratianus *tom.* 1. *c.* 70. *n.* 6. & *c.* 136. *n.* 46. & *seqq.* & *tom.* 4. *c.* 611. *n.* 17. & *seqq.* Surdus *decis.* 298. & *tract. de alim. tit.* 8. *priuil.* 15. *n.* 10 11. & 12. & *priuil.* 17. *n.* 4. & 5. Marta *de success. p.* 4. *quæst.* 18. *art.* 1. *num.* 63. Augustinus Barbosa *in votis decis. p.* 1. *voto* 38. *n.* 18. Surdus *decis.* 88. *n.* 16. & *decis.* 298. *n.* 11. & *consil.* 72. *n.* 16. & innumeri alij à Mantica, Mænochio, & Gratiano relati. Coniectura hæc latæ interpretationis ex affectione, coniunctione, & consanguinitate legatarij probatur ex textu *in d. l. si seruum §. si numerus nummorum ff. de leg.* 1. ibi: *Legatarij dignitas, & charitas, & necessitudo*, & ex textu *in d. l. Aurelium §. Titius testamento facto ff. de lib. leg.* illis verbis: *Præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus eius probetur.* & ex textu *in l. cum alienam Cod. de leg.* vbi dicitur legatum rei alienæ relictum coniunctæ personæ, veluti vxori, & aliis, sustineri, (licet extraneo factum non valeat) quia etiamsi testator sciuisset esse alienam, præsumitur (scilicet propter affectionem) quod eodem modo legasset. Et hanc præsumptionem, seu coniecturam iuris à natura ductam esse rectè dixit Io Andreas *in addit. ad Specular. in tit. de præsumpt. §. species n.* 5. in verbo *in prædict. concord.*

32. Quapropter non sunt audiendi Decius *consil.* 96. *n.* 1. Gabriel *consil.* 98. *in fine, lib.* 1. Parisius *cons.* 58. *n.* 27. *lib.* 4. Ciarlinus *controu. to.* 1. *n.* 68. Stephan. Gratianus *to.* 1. *c.* 98. *n.* 31. dum dicunt ratione affectionis, vel consanguinitatis legatum in dubio quidem latè interpretandum, vt valeat, quod alioqui esset inutile (quod post alios etiam latius explicat Mantica *d. num.* 15. dicens quod ex affectione personarum capitur præsumptio, vt magis valeat, quam pereat dispositio, licet secundum propriam significationem saluari non possit. Et si de persona ad personam intercedat nexus naturalis affectionis, verba etiam fragilia inducunt coniecturam fideicommissi *l. fideicommissa §. hæc verba ff. de leg.* 3) vbi tamen valet non debere latè intelligi, neque esse ampliandum, nec recedendum à regula, quod minus grauetur hæres, quàm possibile est; nisi ad fauorem patris legatarij, secus vero si alia persona coniuncta sit legatario. Quia textus *in d. §. Titius in testamento* loquitur de legato relicto patri: & quando etiam aliquo modo appareт de voluntate testatoris Gabriel dicit, quod neque in fauorem Patris debemus latius interpretari legatum. Non, inquam, sunt audiendi, cum illis obstent communis Doctorum, & iura allegata, & naturæ præsumptio. Et licet in patre legatario videatur fortius vrgere præsumptionem, seu coniecturam ad latam interpretationem faciendam, & textus *in d. §. Titius* loquatur in legato patri facto, non tamen sequitur, quod in aliis coniunctis ius commune sit contrarium, & deficiat illa naturæ præsumptio; quoniam licet non reperiatur tanta coniunctio, tamen legatum illis factum adhuc latam debet accipere interpretationem, tum propter ipsius naturæ præsumptionem, tum per *dictam l si seruum plurium d. §. si numerus nummorum*, tum quia ita sentiunt Doctores communiter. Imò sibi contrarij idem senserunt iidem Decius *cons.* 66. *col.* 4. *ad medium*, vers. sic. & *potius tolerare possumus.* & *consil.* 289. *col.* 2. versic. *octauo coadiuuatur* & Parisius *cons.* 80 *n.* 44. *lib.* 2. & ideo legatum relictum filiabus deficientibus, vel non deficientibus filiis masculis propter maximam coniunctionem, quæ est inter patrem & filias plenè debere interpretari, quamuis agnati transuersales fuerint substituti, respondit Purpuratus *consil.* 592. *n.* 7. & post eum Mantica *tit.* 11. *n.* 23. *in fine.* Gratianus *d. cap.* 136. *n.* 48. Et quando filio masculo hærede instituto legatum factum est filiabus, scripsit Surdus *consil* 112. *n.* 79. *vol.* 1 & prædicta procedunt præsertim ratione æqualitatis seruandæ inter filios, vt Marta *d. art.* 1. *n.* 65. post Marcum Antonium de Amatis *in decis. Marchiæ* 44. *n.* 18. Hinc etiam legatum tot aureorum à Patre filiæ factum existentibus multis speciebus aureorum diuersi valoris, seu diuersæ æstimationis intelligi debere de meliori moneta, aureisque nobilioribus, & maioris valoris tradit Surdus *d. decis.* 298. *n.* 10. & 11. post Cotneum *vbi suprà* id asserentem per textum *in d. §. si numerus nummorum*, & dicentem non posse melius dispositionem illius textus verificari, quam inter patrem, & filiam, quia ex coniecturis, & verisimilitudine interpretamur, quid in similibus senserit testator *l. in obscuris ff. de reg. iuris.* & constat ex dictis *n.* 26. verisimile autem est, quod pater largè tractauerit filiam. Ob eiusmodi etiam coniecturam Bartholus *in d. §. Titius.* dixit quod filius legans liberationem patri, qui suam tutelam administrauit, præsumitur etiam liberasse à reliquatu.

Cæterùm præfata coniectura, quod legatum relictum coniuncto sanguine, seu ei, quem testator valdè diligebat, latè debent interpretari, limitatur primo non procedere, quando hæres institutus, & grauatus soluere legatum esset æquè consanguineus, aut coniunctus testatori: nam æqualis consanguinitas, seu par coniunctio, & affectio hanc coniecturam, seu præsumptionem excludit, & operatur, ne legatum latè interpretetur ex persona ipsius legatarij. ita sentiunt Decius *cons.* 46. *num.* 2. *fine*, Craueta *allegato consil.* 297. *num.* 2. & 3 Cæphalus *consil.* 14. *num.* 21. Mænochius *dict. præsumpt.* 106. *num.* 28. 29. & 30. Surdus *d. decis.* 298. *n.* 11. Vasquius *de success. creat. lib.* 3. §. 21. *limit.* 18. *num.* 33. & Ciarlinus *d. cap.* 47. *num.* 69. qui etiam ad id adducti sunt per textum *in l. non solum ff. de ritu nuptiarum* & quia duobus æquè priuilegiatis concurrentibus, potior est causa debitoris. Peregrinus *consil.* 77. *num.* 39. *lib.* ... & hoc ait Ciarlinus multò magis procedere, vbi hæres habitat in loco domicilij testatoris, quem idcirco magis dilexisse censetur iuxta Mænochium *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 16. *num.* 12. *fine.* Solùm ergo iuxta Decium, & Crauetam, 33.

Crauetam, quos sequuti sunt, facienda est latios interpretatio in fauorem legatarij coniuncti existente etiam hærede coniuncto, quando maior esset coniunctio, & affectio erga legatarium; nam tunc supponendo maiorem dilectionem, & affectionem erga legatarium cesset *arg. d. l. non solum.* vt idem Crauera subdit.

34. Hanc autem limitationem non admittit Mantica *dict. tit. 11. num. 24.* primo, quia si esset vera nunquam, vel raro legatum ratione coniunctionis, & affectionis deberet accipere latam interpretationem in fauorem legatarij, nam hæres qui grauatur legatum præstare (cum legatum sit donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda §. *legatum instit. de leg.*) est semper magis coniunctus, vel saltem magis dilectus. ex quo vocatus est titulo magis honorabili nempe institutionis, qui est honorabilior quocunque alio titulo *l. si filium §. sed etsi portio ff. de legatis præstandis.* Secundò quia hæc limitatio videtur satis reiici per *d. l. Aurelius §. Titius ff. de liber. leg.* vbi legatum liberationis patri relictum plenissimè interpretatur, vt etiam reliquatum comprehendat, vt ex Bartholo *superius* dictum est, & tamen filij fuerant hæredes instituti, qui multò magis sunt coniuncti, & dilecti *l. nam si parentibus in princ. ff. de inoffic. testam.* & *l. isti quidem in fine. ff. quod metus causa.* Quare idem Mantica ait satis videri, quod etsi legatum coniuncto relictum latiorem recipiat interpretationem, ipse hæres magis coniunctus, & dilectus longè maius commodum sentiat ex ipsa hæreditate. declarat tamen vt huiusmodi legatum debeat recipere latam interpretationem, si facultates defuncti patiantur; secus si sint tenues, & non patiantur; inspectis enim facultatibus testatoris legatum debet moderari, & interpretari, iuxta iura tradita suprà *num. 11.* & *l. quidem in testamento ff. de leg. 2.* Sed ad primum argumentum respondet Mænochius, affectionem considerandam esse vltra vocationem; cum alioqui testator ita respectu legati magis dilexerit legatarium; sicut respectu institutionis magis dilexit hæredem. Ad secundum argumentum respondet idem Mænochius, quod etsi magis diligimus filios, quam parentes, à quibus procreati sumus, cum (vt dici solet) amor non respiciat retro, & magis descendat, quam ascendat; nihilominus cum plus debeamus parentibus, quam propriis filiis, & beneficia ab eis accepta rependi nunquam satis possint, vt tradit idem Mænochius *lib. 3. præsumpt. 29. num. 10. & 11.* sequitur (inquit idem Mænochius) dicendum Scæuolam *in d. §. Titius* rectè considerasse maiorem præsumi affectum testatoris erga patrem respectu legati ei facti, quàm erga proprios filios. Attamen sententia Manticæ mihi videtur probabilior, & admittenda saltem, quando facta lata interpretatione multum non minuitur hæreditas; quo casu ita sentiunt etiam Cotneus *115. col. 2. ad finem, lib. 3.* Surdus *d. decis. 298. num. 12.* & *cons. 72. n. 16.* & Stephanus Gratianus *to. 4. cap. 611. n. 18.* volentes limitationem procedere, quando latè interpretando hæres coniunctus nimium grauatur; secus vero si ei non admodum esset damnosum; nam tunc aiunt etiam contra hæredem pariter coniunctum fieri debere latam legati interpretationem.

35. Secundò, quod dictum est, legatum relictum coniuncto, seu ratione affectionis, & coniunctionis debere latius interpretari, limitatur, vt debeat intelligi in vnico legato, seu quando vnicum legatum coniuncto relictum est: secus vero si testator eidem sanguine coniuncto plura, & multa legata reliquit; nam tunc debere fieri interpretationem iuxta *l. nummis de leg. 3.* & priorem sententiam §. *præcedenti* traditam sentiunt Decius *consil. 92. n. 3. in princ.* versic. *tertio non obstat.* Cæphalus *consil. 14. n. 21.* & Mænochius *d. præsumpt. 106. n. 31.* Nam ex legatorum pluralitate satis demonstratur testatoris affectio, quamuis legata contra regulam legatorum latè non intelligatur, & restaint (?) sic legatis onerando hæredem præsumitur in eo, quod est ambiguum, noluisse grauare, ne ex omni parte oneretur sit hæres. sed hanc limitationem non admittendam, & latam interpretationem faciendam ad fauorem legatarij coniuncti, quamuis plures res ei sint relictæ sustinet Mantica *d. tit. 11. n. 26.* quem sequitur Stephanus Gratianus *tom. 1. cap. 70. n. 8.* nititur Mantica textu *in l. prædia §. affini ff. de fundo instructo,* vbi plenissimè dicitur testatoris erga affinem voluntas ab eo quoque manifestati, quod & reliqua ad eum pertinere voluit; ex pluribus igitur legatis (infert Mantica) coniectura voluntatis multo magis debet adiuuari, & si aliquod legatum est ambiguum. si facultates defuncti patiantur, adhuc latam debet accipere interpretationem iuxta *l. si filia ff. de leg. 3.* ibi: *ex facultatibus.* Addit Mantica textum à Decio pro hac limitatione adductum non obstare supponendo, quod facultates defuncti latam interpretationem non excludant; quæ consideratio facultatum etiam in vno duntaxat legato adhibenda est per illum textum à Decio adductum, cum aliis similibus suprà *num. 11.* adductis. Subdit tamen idem Mantica multiplicationem legatorum magis præsumi in diuersis personis, quam in vna, & eadem persona ex Bartholo *in l. re coniuncti num. 7. ff. de leg. 3.* quamquam etiam in eadem persona præsumatur multiplicatio in diuersis voluntatibus iuxta eundem Bartholum *loco citato*, & ibidem Iasonem *num. 57.* Verum quod attinet ad textum in *d. l. prædia ff. affini* respondet Mænochius *loco citato* non pertinere ad rem ex eo, quod in illo solum versaretur dubitatio, an abductum mancipium eo tempore, quo opus non erat, vt rure esset, in legato generali mancipiorum cum reliquis colonorum rebus contineretur, & respondet Scæuola, contineri, propterea quod ex ea abductione testator non reuocauit legatum, quo etiam ad ipsum mancipium abductum.

Tertiò, quod legatum ratione coniunctionis latè debeat interpretari limitatur, vt non procedat quando induceretur multiplicatio legati, seu duplex præstatio, nam in dubio non præsumitur testatorem voluisse grauare hæredem ad duplicem præstationem eiusdem quantitatis eidem legatæ sæpius in eadem dispositione repertæ, etiamsi concurrat fauor sanguinis, & filiationis. ita per textum *ibi.* Iason *in l. huiusmodi §. cum pater num. 7. ff. de leg. 1.* & *in l. Titia § qui inuito de leg. 3.* Mantica *lib. 6. de coniect. dicto tit. 11. num. 28.* & Mænochius *dict. præsumpt. 106. num. 32.* sed an vniuersaliter legatum in dubio censeatur necne multiplicatum *tom. sequenti tit. 1.* latiùs explicabitur. 36.

Ratione strictæ amicitiæ legatarij cum testatore legatum debet accipere latam interpretationem.

Porrò aduertit Mantica *dict. tit. 11. n. 25.* quod cum legata omnia propter affectionem relinquantur, huiusmodique affectio, aut ex cõsanguinitate, & affinitate procedat, aut ex amicitia. aut ex meritis iuxta *l. nec. ff. pro socio.* sicut ratione coniunctionis sanguinis legatarij cum testatore legatum latè interpretatur pro legatario, ita ratione intimæ, & strictæ amicitiæ legatarij cum testatore legatum ad legatarij fauorem interpretari debet, id quod colligitur ex *d. l. si seruus plurium §. si numerus nummorum* ibi: *Charitas, & necessitudo.* & expressè notat Mantica *dict. num. 25.* & ita absque dubio sentiunt Doctores superius *num. 31.* relati, & alij omnes dum absolutè asserunt propter affectionem, qua testator prosecutus est legatarium, legatum latè pro legatario interpretandum. Et confirmatur, quia amici plerumque diliguntur sincerius, quàm consanguinei, vel affines, vt *ibidem* ait Mantica *arg. l. nemo dubitat.* & amicus stricta amicitia coniunctus æquiparatur consanguineo. Baldus *in l. vltim. num. 6. ff. de inst. & iure* Mantica *d. n. 25.* cum iuxta Aristotelem veri amici sint anima vna in pluribus corporibus, & tandem, quod constitutum est in coniunctis, habet locum etiam in amicis, 37.

va idem Mantica *dict. num.* 25. ex Iasone *in l. qua dotis num.*74. *& 79. ff. sol. matr.* Titaquello *in l. si vnquam* verbo *libertis num.* 79. & *infra.* & *num.* 85.89.90. & Couarruuia *in cap. requisisti num.*7. *de testamentis*, hoc intelligente de maxima amicitia.

Legatum propter benemerita est latè interpretandum.

38. Similiter legatum relictum alicui propter benemerita, & in remunerationem præstiti seruitij, vel beneficij accepti est latè interpretandum pro legatario. ita Natta *cons.* 626. *num.*14. Mantica *lib.* 6. *de coniect. tit.* 11. *num.*25. & *lib* 7. *tit.* 1. *num.*21. & Augustinus Barbosa *in votis decis. p.* 1. *allegato voto* 38. *num.* 19. & probatur, tum quia tale legatum procedit ea speciali affectione, & dilectione testatoris erga legatarium; tum quia dispositio remuneratoria tamquàm fauorabilis semper interpretatione debet adiuuari, vt superiùs *n.*18. dictum, & tradunt Doctores *ibidem* allegati, & etiam Decius *consil.* 197. *num.*2. *ad finem.* Socinus *cons.*102. *n.*18. *vol.*2. Titaquellus *in l. si vnquam* verbo *donatione largitus n.*74. *Cod. de reuocat. Donat.* & Mænochius *de præs. lib.* 3. *præs.*35. *num.*13.

Ex nobilitate, & dignitate, ac diuitiis testatoris capitur coniectura: vt legatum in dubio latè interpretandum sit; vbi de legato facto à Principe.

39. Tertia coniectura ad faciendam in legatis latam interpretationem oritur ex eximia nobilitate, dignitate, & diuitiis testatoris, & ita legatum factum à nobili, & diuite largius debere interpretari, vt præsumatur relictum quod plus, tradidere Baldus *in l.* 1. *num.* 1. *Cod. de verb. signif* & *consil.* 294. Natta *dict. consil.*626. *n.*19. *vol.*3. Titaquellus *de nobil. cap.*37. *num.*36. *&* 56. Mænochius *lib.*4. *de præs.* 106. *num.*12. & *de arbitr. casu* 88. *num.*49. & *cas.*32. *num* 9. Mantica *de coniect. lib.*6. *tit.*10. *num.*2. *&* 4. Augustinus Barbosa *in votis decisiuis p.* 1. *voto* 38. *num.* 16. *&* 17. & etiam cum limitatione Castrensis *consil.*383. *num.*3. *lib.*1. vbi dixit legatum præsumi amplum quando testator erat diues, & hæres institutus extraneus, non autem filius. & hæc coniectura vrgentius procedit, si concurrat eximia nobilitas legatarij, vt Natta, & Mantica *locis citatis.*

40. Hinc licèt testator iusserit aliquid dati in die natalis sui intelligatur semel tantum; tamen si sit nobilis, & præditus aliqua dignitate, ea ea sumitur probabilia coniectura, vt voluerit singulis annis in die sui natalis deberi, & legatum esse perpetuum. ita Mantica *d. num.*4. *arg. l. cum quidem ff. de ann. leg.* & ea Bartholo *ibidem num.*3. & Decio *consil.* 41. *num.*61. *lib.*1. vbi dicit ex coniectura desumpta ex qualitate personæ testatoris cessare regulam *l. Bones §. hoc sermone ff. de reg. iuris.* quod dictum approbant etiam Mantica, & Barbosa.

41. Hinc etiam etsi Cæphalus *consil.*122. *num.*20. Polandus à Valle *consil.* 16. *num.*35. *vol.* 3. & etiam Natta sibi quoad hoc certè contrarius *consil.*402. *num.*59. dixerunt, etiam in legato Principis faciendam esse strictam interpretationem, vt in dubio censeatur relictum, quod minus iuxta regulam generalem *l. nummis ff. de leg.* 3. quod legata strictè debeant intelligi; quia, inquiunt, non reperitur, quod in legato Principis latior fiat interpretatio, quàm in legato priuato, quamuis vbi Princeps donat inter viuos plenissima, addunt, fiat interpretatio, cum proprium sit Principis liberalitatem exercere. *l. si quando Cod. de bon. vac. lib.* 6. Nihilominus contrarium dicendum est, & Principis legatum in dubio latè intelligendum propter maximam nobilitatem, & dignitatem Principis, vt docent Mænochius *d. num* 12. & Mantica *d. tit.* 10. *num.* 12. eximia enim testatoris dignitas facit capere præsumptionem contra regulam illam generalem, dato quod esset vera, & quod amplius est, voluerit relinquere. & *l. beneficium ff. de constitutionibus Princ.* generaliter loquitur, nec reperitur in legatis à Principe relictis aliud esse specialiter constitutum, & Baldus *dict. cons.*294. *initio* loquitur in Principis testamento. Hoc idem expressè docuerunt Decius *consil.*289. *num.*2. *ad fin.* & Crauetta *cons.* 958. *n.*50. & *consil.*976. *n.*45.

Legatum latè est interpretandum, si habita sit ratio conseruanda domus, & honoris ipsius.

Quartò Corneus *consil.* 38. *vol.*1. quem sequitur Marta *de successionibus p.*4. *q.*18. *art.*1. *n.*62. dixit magnam coniecturam pro latiori significatione, & interpretatione, quando habetur ratio conseruandæ domus, & honoris ipsius; tunc enim dicunt si testator habens duas domos in diuersis, & distantibus locis existentes, & diuersa nomina habentes legauit domum in genere, legatum esse intelligendum de domo magna, & meliori. 42.

Dotis fauore in legato facienda est lata interpretatio, & venit, quod est maius, non quod est minimum.

Quintò legatum dotis fauore ipsius dotis latè interpretandum est, vt censeatur quod maius, & non quod minus, puta si sit centum florenorum, seu aureorum, & sint plures species florenorum, seu aureorum diuersi valoris debeat intelligi de florenis maioris valoris. ita Surdus *decis.* 298. *per totum*, & dicit ita decidisse Senatum Montisferrati; eo quod sit speciale, quod fauore dotis attendatur, quod maius est, non quod minimum, vt probat textus iuncta glossa *in princ. in l. mutuum ff. de iure dotium*, vbi cum esset dubium, quid veniret, dicit Iurisconsultus, id quod erat plus iuxta glossæ declarationem, & idem per eundem textum sentit Baldus nouellus *in tract. dot. p.*6. *priuil.* 73. idem tenuit Bossius *in tit. de monetis num.* 15. dicens id procedere non solum in muliere petente dotis restitutionem, sed etiam in viro agente ad dotem constitutam, eo quòd dotis fauor introductus sit principaliter propter mulierem. 43.

Et confirmatur per Surdum, quia in dubio illud sequendum, quod fauet doti; ita quod si appareant duo instrumenta, & dubium sit vtrum præferatur, instrumentum dotis præsumitur anterius. Baldus, Angelus, Imola, Alexander, Iason & alij *in l.* 1. *ff. soluto matr.* & passim Doctores, & in dubio semper pronunciandum est pro dote *l. in ambiguis ff. de reg. iuris.* & latius ostendi *in primo tomo horum moralium var. tit.* 1. Dos enim est fauorabilis semper propter publicam vtilitatem annexam. Hinc si testator scienter legauit vxori vltra dotem, quam ab ea accepit, vt si dotis nomine habuit quinquaginta, & deinde in testamento asseruit ad se peruenisse centum, & illa centum legauit ipsi mulieri pro dote, hoc casu faciendam esse latam interpretationem, vt centum debeantur tradit Mænochius *lib.*4. *d. præsumpt.*106. *num.*35. post Crauettam *consil.*149. *num.*16. addens id probare textum *in l. cum scriptum ff. de dote prælegata.* idem post alios tradit Stephanus Gratianus *to.*1. *c.* 116. *n.* 41. vbi etiam *n.* 43. & *tom.* 4. *cap.* 690. *n.*4. dicis Confessionem factam per testatorem in testamento de dote vxoris valere in vim legati, quamuis aliter non constet de tali dote vt Cynus *in l. generaliter quæst.* 8. *in fine. Cod. de non numer. pecunia.* & alij, quos latè refert Gratianus *dict. cap.* 116. *dict. num.*41. *ad finem*, vbi amplè id comprobat, & hæc idem tradit Vrsillus *ad decis.*44. *Afflicti num.*17. post Pertum Dilectum *consil.* 149.

In

In dubio iudicandum pro subsistentia, conseruatione, & extinctione legati.

44. Sextò in dubio facienda est interpretatio lata ad sustinendum, & conseruandum legatum, scilicet, facienda est interpretatio, vt legatum potiùs sustineatur, quàm pereat, & potiùs iudicandum legatum conseruari debere, quàm extingui. ita Decius *consil. 61. num. 31.* & Stephanus Gratianus *to. 1. cap. 104. num. 35. & 62.*

Legata interpretantur latissime ad seruandam aequalitatem inter filios, vbi quod legata re, in qua quis habet ius, vel partem non censetur legata tota res, sed tantùm illud ius, vel pars.

45. Septimò ad seruandam æqualitatem inter filios in legato fit latior interpretatio, videlicet de iure suo ad ipsam rem, quare etsi vbi testator habet solum ius in spe ad aliquam rem, ius illud, quod habet, legare censetur *l. si dominus,* & *ibi* Baldus *ff. de vsufructu.* Aretinus Castr. & Alexander *in l. seruum filij in princ. ff. de leg. 2.* Ripinus *in l. serui electione §. cum fundus num. 1 ff. de leg. 1.* Gomez *var. to. 1. cap. 12. num. 14.* Marta de successionibus *p. 4. q. 18. art. 12. num. 89.* Stephanus Gratianus *to. 4. cap. 611. num. 24.* & Doctores communiter, vt est videre apud eundem Gomez, qui assignat differentiam inter legatum rei alienæ scienter factum; quo casu valet legatum, & debetur æstimatio. vt idem Gomez *d. cap. 12. 22. num. 11.* & legatum fundi, vel rei, in qua habet ius, vel partem; in quo ait comprehendi tantum ius, vel partem, quam testator in re habet, & non deberi æstimationem partis alienæ, vt docet cum communi *d. num. 15.* quæ differentia consistit in hoc quod quando legatur scienter res penitus aliena, non potest animus defuncti magis applicari ad vnam partem, quàm ad aliam; sed quando habet ius, vel partem in ea, ad illud tantum adaptatur, & applicatur mens, & voluntas eius. Nihilominus quando testator voluit seruare æqualitatem inter filios, & vni illorum legasset rem illam, in qua solum ius in spe habebat, tunc propter dictam æqualitatem seruandam latissimam fieri interpretationem, vt videatur voluisse legare ipsam rem pleno iure, tradiderunt Ruinus *consil. 212. num. 12. col. 2.* Decius *consil. 122. fine.* Cæphalus *consil. 615. num. 4. vol. 4.* quos refert, & sequitur Marta *d. num. 89.* idque per textum *in l. quæsitum §. sed & ipse Papinianus ff. de fundo instructo.* vbi quod obseruandam æqualitatem inter filios aliqua in legato non cötinentur, quę aliàs continerentur.

Legatum latissimè interpretatur in necessariam consequentiam. Vbi an legato vsufructu prædij facta per testatorem alienandi prohibitione, vel concessa alienandi prædium facultate, censeatur relicta proprietas.

46. Octauò legatum latissimè interpretari in necessariam consequentiam tradit Marta *allegato art. 1. num. 90.* exemplum primò habetur *in l. Proculus ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur.* vbi dicitur, quod quando testator legauit vsumfructum domus, adiecto onere seu modo, ne domus ipsa altiùs tolli possit, in necessariam consequentiam (nempè quia onus seruituris impositæ congruit proprietario, non vsufructuario, qui etsi nihil fuisset dictum, altius domum tollere non potest) proprietatem domus legasse intelligitur, vt Bartholus, & Baldus *in d. l. Proculus,* & alij *ibidem* Scribentes, Mantica *de coniecturis lib. 9. tit. 5. num. 8.* & Mænochius *de præsumpt. lib. 4. præs. 133. num. 2.* Vasquez *de success. creat. §. 9. num. 8.* versic. *infertur similiter,* & alij communiter, quos Mænochius, & Vasquius latè referunt, nisi enim in tali casu intelligeretur ex consequenti legata proprietas, onus altius non tollendi frustra adiectum fuisset; cum vsufructuarius non possit; ne ergo frustra sit adiectum, dicendum est, relictam esse proprietatem. Contradicit Arias Pinellus *in l. 1. in 3. p. n. 42. Cod. de bonis maternis* dicens *in d. l. Proculus* nullum extare verbum, quo Pomponius significare voluerit legatam fuisse proprietatem; sed eum reiicit Mænochius cum Connano *in lib. 4. commentar. iuris cap. 3.* dicens eo textu illud decisum. quia vsusfructus videtur relictus sub eo modo, qui perpetuus esse potest. Nam cum dixit testator, *Ædium illarum quoad altius tollantur, quam vt nunc sunt, ædificata non erunt illi vsumfructum do, lego.* perinde est ac si dixisset, lego insulam hac conditione, ac lege ne vnquam altius tollatur; & hic legatarius dicitur dominus insulæ donec eam altius tollat, si enim altius tollet, eam restituere tenetur. Simile esse ait idem Mænochius ex eodem Connano, si testator ita legat *Lego tibi vsumfructum prædij mei, donec non alienabitur extra familiam*; nam est, inquit, perinde ac si testator legasset fundum ea lege, vt in sua familia maneret; & si alienatus esset, rediret ad ipsius testatoris hæredes. Si quis tamen velit tueri sententiam Pinelli, quod *in d. l. Proculus*, per adiectionem illius oneris, vt ædes non tollantur, non censeatur relicta proprietas, recurrat ad Ferdinandum Vasquium de successionum creatione *lib. 3. §. 23. num. 50.* versic. *ponendo hanc partem.* vbi plura habet circa illius legis sensum: Et sibi contrarius dicit cum eodem Pinello, quod ea prohibitio altius non tollendi ad legatum coangustandum superaddita non debet operari ipsius legati augmentum, vt etiam proprietas relicta censeatur; contra *l. legata inutiliter ff. de adim. legat.* & *l. legata inutiliter ff. de leg. 1.* nam licet fructuarius non possit seruitutem constituere *l. etsi quid §. fin. cum l. seqq. ff. de vsufruc.* id tamen (inquit) intelligitur in præiudicium directi domini, vel proprietarij, non sic in præiudicium suum; nam in præiudicium suum posset, vt idem Pinellus *de bonis mat. l. 1. p. 3. num. 70.* & esse magis receptam sententiam dicit idem Vasquius. Quare concludit, quod ea prohibitio testatoris, de qua *in d. l. Proculus* non in hoc vtilis fuit, vt etiam proprietas contra omne ius, & rationem omnem legata interpretarentur; sed in hoc vtilis fuit; vt si fructuarius seruitutem imponeret, & seruitutis constitutio non valeret duratura per totum tempus vitæ fructuarij, sed potius statim inutilis esset; & præterea vsusfructus statim finiretur. Verùm non recedendum ab intellectu, & declaratione Bartholi & aliorum ex dicto onere concludentium videri ibi relictam etiam proprietatem, cum sit communis sententia, & ex *suprà* dictis satis probetur. Et confirmatur, quia illud verbum *insulam* significat proprietatem *arg. l. si aliy de vsufr. legato* Mantica *d. tit. 5. num. 10.* Mænochius *d. num. 2.* dicens id probari *in l. heredes ff. eod.* vbi fundo simpliciter legato intelligitur legata proprietas. ita ergo *in d. l. Proculus* dicitur, quod legando vsumfructum Insulæ, adiecto modo ne altius tollatur, quod dicitur legata Insula, id est proprietas.

Aliud exemplum, si testator legauit vsumfructum 47.
rei suæ cum expressa prohibitione, ne legatarius eandem non aliquo modo alienare, vendere aut hypothecare posset; per adiectionem prohibitionis, seu oneris non alienandi censetur illius rei proprietatem reliquisse. ita Baldus & Comens. *in d. l. Proculus* per textum *ibi.* Alexander *in l. si constante in princip. num. 2. ff. soluto matr.* & *consil. 150. num. 1. vol. 7.* Gabriel *cons. 108. num. 32. lib. 2.* & *consil 141. num. 6. lib. 1.* Socinus Senior *consil. 131. n. 25.* Socinus Iunior *cons. 84. num. 9* Surdus *consil. 45. num. 27 vol. 1. consil. 572. num. 7. & 8. lib. 4. consil. 493. eod. lib.* Oddus *consil. 43. num. 12.* Marta *d. art. 12. num. 91.* Vasquius *de success. creat. §. 9 num 8* versic. *intelligitur.* Stephanus Gratianus *discept. for. to. 3. cap. 443. n. 12 & seqq.* Parisius, Corneus, Decius, Riminaldus, Curtius Senior,

alienandi esse non potuit, si solus vsusfructus legatus esse intelligatur; ac proinde coniectura sumitur, vt testator videatur voluisse legare plenam proprietatem. At diuersum est quando conceditur alienandi facultas, quia tunc testator videtur voluisse dare alienandi potestatem illi, qui illam non habebat; atque adeo videtur voluisse legare solum vsumfructum; quia potestas alienandi non intelligitur nisi exprimatur, nisi ipsa proprietas sit legata, quia tunc intelligitur concessa etiam potestas alienandi, quamuis non exprimatur; cum dominium absolutè dictum sit plena proprietas cum alienandi potestate. vt Baldus per illum textum *in l. fœmina in fine, ff. de secundis nupt.* ita Socinus. & idem dixisse Gabrielem *d. conf.* 108. *num.* 31. *lib.* 2. & *allegato consil.* 143. *num.* 6 *lib.* 1. refert Gratianus *d. num.* 8. At hæc Socini consideratio eiecta manet ex dictis *numero præcedenti*, quibus probatum est satis clarè per adiectionem potestatis alienandi à fortiori sumi coniecturam; quod relicta sit proprietas.

Alios casus, in quibus dubitatur an in legato vsusfructus contineatur proprietas examinant Mantica *d. lib.* 6. *citato tit.* 15. *num.* 12. *ad finem.* Mænochius *d. præsumpt.* 133. *num.* 6. *ad finem.* & Grassus *d. q.* 36. apud quos videatur resolutio.

In legatis fit lata interpretatio, quoties propria vocabuli significatio illam admittit, & importat quod maius est.

Non fit lata interpretatio. vt id quod maius debeatur, quoties verba, quibus expressum est legatum secundum propriam significationem important, non ea significatio attendenda est; & ita legatum dicitur res maior. ita Mænochius *lib.* 4 *dicta præsumpt.* 106. *num.* 24. post Bartholum *in l. si is qui ducenta in princ. ff. de reb. dub.* & Decium *in l. semper in obscuris num.* 3. *ff. de reg. iuris.* & de hac coniectura nulla potest esse dubitatio.

Legata ad pias causas an sint largius interpretanda, & in eis censeatur relictum id, quod maius, non quod minus.

52. Dubitatur autem, an legatum ad pias causas fauore religionis, & ex coniectura voluntatis testatoris debeat latius interpretari quidquid alias, & regulariter legatum esset strictè intelligendum iuxta sententiam suprà *num.* 1. positam, & iura *num.* 2. pro eadem sententia adducta, & ita in dubio, & quoties legatum ad pias causas est de re indeterminata, veniat, seu censeatur relictum id, quod maius, non quod minus; puta si testator legauit Ecclesiæ calicem, vel centum florenos, seu aureos, intelligi debeat legatum de calice pretiosiori nempe argenteo, vel aureo, & de florenis, seu aureis maioris valoris, si sint multæ species aureorum minoris, & maioris valoris.

Prima sententia.

Prima sententia tenet etiam legatum ad pias causas esse strictè interpretandum, & in dubio intelligi de minimo, seu minori, non de maiori, vel maximo, nisi aliundè appareat, seu colligatur voluntatem testatoris fuisse, quod id, quod maius est, daretur. ita Decius *in l. semper in obscuris.* Imola *in l. ita fit scriptum de leg.* 1. ibidem Iason, Baldus Nouellus *de dote p.* 6. *priuil.* 73. Tiraquellus *de priuil. causæ piæ priuil.* 15. Gregorius Lopez ad *l.* 23. & ex Theologis Molina *de iust. tract.* 2. *disp.* 298. versic. *verum vero.* Sanchez *lib* 4. *sum. cap.* 13. *num.* 8. Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 11. *num.* 9. versic. *excipitur*, & *lib.* 4. *tract.* 4 *cap.* 3. *num.* 4. versic. *loquimur.* & nonnulli alij Theologi recentiores.

Probatur hæc sententia, quia legata regulariter sunt strictè interpretanda, vt id, quod est minimum, relictum intelligatur iuxta *l. nummis*, & alia iura superiùs *num.* 2. adducta. ab hac autem generali regula non reperiuntur excepta legata ad pias causas, quia si talis adesset exceptio, maximè *in l. Titia testamento* §. *Seia ff. de auro & arg. leg.* sed textus iste potius probat contrarium nam Scæuola ibi legatum imaginis relictum templo (quod est pium) respondit esse intelligendum non de imagine aurea, sed de argentea; & ita in eo venire quod est minus, non quod est maius; verba enim illius textus, vt communiter habent Codices, sunt, *Seia testamento ita cauit, si mihi per conditionem humanam contigerit, ipsa faciam, sin minus autem ab heredibus meis fieri volo, iubeoque signum Dei ex libris centum in illa sacra æde, & in patria statui cum subscriptione nominis mei. Quæsitum est cum in eo templo non nisi aurea, aut argentea tantum sint dona, heredes Seiæ vtrum ex auro, an ex argento signum ponere compellendi sint, an æreum? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum.* Cum ergo in hoc dubio textus iste absolutè, & sine vlla distinctione an conditio, vel qualitas patrimonij non pateretur intelligi de signo aureo, dicat ponendum argenteum, vult legatum debere intelligi de eo, quod est minus. Non dicit enim ponendam imaginem æream non ex eo, quod voluerit in legato pio deberi, quod est maius; sed quia in illo templo non erant nisi aureæ, & argenteæ imagines; & legata intelliguntur iuxta consuetudinem & conditionem, seu qualitatem loci, cui legatum fuit factum, inquiunt prædicti Iurisperiti pro hac sententia adducti, & Tiraquellus probat per *l. sed & si susceperit* §. *libertis ff. de iudic.* & *l. vniuersorum ff. de pignor. act.* & constat ex traditis superiùs *num.* 6. cùm ergo in textu dicatur imaginem argenteam deberi, voluit minimum ex solitis in eo templo collocari, esse debitum; nam si pretiosior debuisset dari, aurea imago danda fuisset. Quare ex eo textu nulla specialitas in legatis ad causas pias colligitur.

Secundò probat Molina hanc sententiam; quia in dubio melior est conditio possidentis, siue debitum sit pium, siue non; quando autem legatum est de re in indiuiduo incerta, & indeterminata, hæres est dominus, ac possessor bonorum omnium defuncti, etiam legati illius, quod soluere debet, ac proinde soluere non tenetur, nisi solum valorem, quem constat legare voluisse, non vero incrementum, quod non constat intendisse legare. 53.

Tertio Doctores præallegati probant per textum *in cap. ex parte de censibus*, vbi ex responsione S. Pontificis votum soluendi Diuo Iacobo, & eius Ecclesiæ ministris vnam mensuram tritici intelligitur de minima mensura non de maxima, quando generalis consuetudo aliud non interpretaretur, seu explicaret. ex qua Pontificis responsione Doctores magis communiter, quos Sanchez *d. cap.* 13. *num.* 7. & 8. & Augustinus Barbosa *collectaneo ad d. cap. ex parte*, referunt, votum dandi alicui Ecclesiæ, vel pauperibus annuatim vnam mensuram tritici absque determinatione, de qua mensura & vniuersaliter votum de re determinata quoad speciem, & quoad aliquam quantitatem, indeterminata autem quoad circunstantiam illius quantitatis, aut qualitatis nempè æstimationis, vel bonitatis obligare tantum ad dandam rem minimam, non maximam secundum illam speciem. 54.

Secunda sententia.

Altera sententia & communis saltem Iurisperitorum affirmat legata ad pias causas esse latius interpretanda, in eisque fauore piæ causæ venire, & censeri relictum id, quod maius, non id quod minus ita Glossa *in d. l. Titia testamento d.* §. *Seia* verbo *Argentea.* ibidem Bartholus *num.* 2. (vbi dicit quod si relinquatur Ecclesiæ calix, intelligitur

telligitur de argenteo, non ex ære, & si testator mandat fieri planetam pro vsu Ecclesiæ, intelligitur de serico) Nicolaus de Neapoli, & alij Scribentes. Baldus per eundem textum *in auth. si quis ad declinandum Col. penul. C. de Cod. de Episc. & Cler.* & *in l. si mandum Cod de furtis* (vnde dicit idem Baldus per dictum textum, quod si testator mandauerit Calicem Ecclesiæ fieri ab hærede intelligendum esse ex auro, si ad id suppetat quantitas patrimonij, & qualitas testatoris concurrat.) Panormitanus *in cap. indicante num. 6. de testamentis.* ibidem Ancharanus, Imola, & etiam Couarruuias *num. 5.* Gozadinus *cons. 60. num. 15.* Socinus Senior *consil. 247. num. 6. vol. 2.* vbi quod legatum de florenis fauore Ecclesiæ intelligitur de magnis, non de exiguis) Cagnolus *in l. semper in obscuris num. 10. ff. de reg. iuris*, & Mantica *de coniect. lib. 6. tit. 3. num. 32. 33. & 34.* Surdus *decis. 298. num. 10. & 13.* & *de alim. tit. 2. q. 10. num. 17.* & *tit. 8. priuil. 25. num. 6.* Mænochius *de præsumpt. lib. 4. præs. 106. n. 33.* Stephanus Gratianus *to. 3. cap. 565. num. 9.* & *17. to. 4. cap. 603. num. 1. & 2. cap. 611. num. 15. cap. 666. num. 6.* & *cap. 700. n. 12.* Ferdinandus Vasquius *de success. progressu §. 17. num. 27.* Marcus Antonius Genuensis *in practicab. Eccles. q. 153. quæst. 443.* & *quæst. 485.* & plures alij Iurisperiti à Tiraquello *d. priuil. 55.* Mænochio, Mantica, & Surdo allegati. Vnde rectè Couarruuias *vbi suprà* dixit hanc sententiam esse frequentiori calculo receptam, & propterea addit ab ea in iudicando non recedendum. & ita ex Theologis sentiunt Azorius *1. p. lib. 11. cap. 20. q. 10.* (vbi ideo ait si quis legauit Ecclesiæ Calicem non intelligitur æneus calix, sed argenteus) Diana *p. 3. tract. 6. reso. ut. 19. versic. tertio*, vbi etiam allegat Thotum *in summa priuilegiorum causarum piarum*; & cum eo dicit, si testator nobilis relinquat culcitram pro suo funere, debetur illi Ecclesiæ culcitra aurei velleris, non de serico nigri coloris.

56. Probatur à præfatis Iurisperitis hæc sententia principaliter per textum *in d. §. Seia.* Nam in benè emendatis codicibus, & ex castigationibus Holnādri, & ex Pandectis Florentinis (vt notauit Couarruuias, & post eum Mantica, Surdus. & Mænochius) illud responsum Scæuolæ ita legitur: *Quæsitum est, cum in eo templo non nisi ærea, aut argentea* (non verò aurea, aut argentea, vt in aliquibus alijs Codicibus non emendatis) *tantùm sint dona, hæredes Seiæ vtrum ex auro, an ex argento signum ponere compellendi sint*: Respondi *secundum ea, quæ proponerentur argenteum ponendum.* Quam lectionem agnouerunt, & receperunt communiter Doctores, qui ex eo textu hanc, de qua hic agitur, sententiam communem probarunt; quorum etiam authoritas inquit Surdus *d. decis. 298. num. 13.* cum & sint numero plures, & authoritate grauiores, sola sufficeret; vbi etiam textus ille non probaret; Et cùm sit hæc sententia communis subdit idem Surdus ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo.

57. Secundo, dato quod hæc sententia esset textu destituta, non caret satis euidenti ratione: nam fauore piæ causæ receditur à communibus iuris regulis, vt constat ex traditis *in 2. tom.* horum moralium *tit. 12. per totum.* & quidem summa ratio est, quæ pro religione *l. sunt personæ in fine ff. de relig. & sumpt. funerum.* & pro anima, quæ cæteris rebus omnibus est præferenda *l. Sancimus 1. Cod. de sacros. Eccles. cap. præcipimus 12. q. 1. c.* Matthæus *de Simonia.* Quapropter fauore religionis, & animæ rectè sumitur præsumptio, quod testator, qui ad piam causam fecit legatum de re determinata quoad speciem, & quoad quantitatem. Indeterminata autem quoad circunstantiam, qualitatem, & bonitatem, intellexerit de maiori, non de minori. Item si legatum sit relictum personis coniunctis latè interpretari debet, vt supra *num. 51. & seqq.* ostensum est, & constat ex *l. Aurelius §. Titius ff. de liberatione legata.* & *l. si seruus plurium §. vltimo.* quæ iura eodem *num. 51.* adducuntur: ergo multo largius interpretari debet legatum relictum ad pias causas pro religione, & pro salute animæ, cum Deus sit Pater noster & Ecclesia Mater nostra. *cap. qui abstulerit 12. q. 2. cap. si quis irascitur 13. q. 2.* & anima sit magis coniuncta omnibus consanguineis, & amicis, cunctisque rebus, & personis anteponi debeat, vt *in d. l. Sancimus.* Vnde legatum rei alienæ ignoranter factum, quod aliàs non valet *l. non dubium §. vltimo ff. de leg. 3.* & *l. 1. Cod. de leg.* & *§. non solum instit. eodem.* si relictum sit coniunctæ personæ, valet, quoad æstimationem iuxta *d. l. cum alienum.* & Doctores communiter, quos allegant Grassus *§. legatum q. 14.* Mantica *de coniect. tit. 9.* Mænochius *lib. 4. præs. 116.* Marta de successionibus *p. 4. q. 18. art. 5. num. 6. & 7.* & Stephanus Gratianus *to. 4. cap. 611. n. 8. & 9.* Item ob eandem rationem valere quoad æstimationem, si tale legatum relinquatur Ecclesiæ, seu ad pias causas, & pro anima asseruerunt magis communiter Doctores, quos supradicti Doctores referunt, & sequuntur, & alij quos refert, & sequitur Tiraquellus *de priuil. causa pia priuil. 66.* de qua re latius tomo sequenti. Item diminutio legatorum, quæ sunt relicta in testamento, generaliter facta in Codicillis, non extenditur ad legata facta ad pias causas, vt ostensum est in 2. *tomo* horum moralium *dicto tit. 12. num. 290. & 291.* & præter Doctores *ibidem* relatos tradit post alios Mantica *allegato tit. 3. num. 55.* per textum *in l. libertis 2. §. posthumus ff. de alim. & cib. leg.* qui textus loquitur de alimentis, & ex paritate rationis extenditur à Doctoribus communiter ad omnia legata relicta ad pias causas. Confirmatur etiam ex sequentibus, quod in legatis piis sit facienda lata interpretatio, ex eo enim quod relicta pia latè interpretentur, &

Legatum ad pias causas relictum sub conditione mixta etiam non impleta conditione debetur, quamuis per hæredem non steterit, quo minus impleatur.

Primò etsi legatum relictum sub conditione incerta, & mixta, deficiente per casum conditione euanescat, seu non debeatur ante impletam eandem conditionem mixtam, nisi per hæredem steterit, quominus conditio impleatur. *l. legatum Cod. de condit. insertis.* & *l. 1. Cod. de his quæ sub modo.* Grassus *§. legatum q. 46. num. 52.* & *q. 51. initio.* & alij ab eodem relati. & Doctores mox allegandi nihilominus si legatum fuerit relictum ad pias causas sub tali conditione mixta, quæ non fuerit impleta propter aliquem casum fortuitum, non euanescit legatum, sed debetur, etiamsi non steterit per hæredem; legatum enim libertatis sub tali conditione relictum non deficit ea conditione per casum deficiente, sed adhuc debetur *l. libertate*, iuncta Glossa *ff. de manum. testam. l. 2. Cod. de condit. insert. l. si peculium §. is cui seruus l. Stichum actio ff. de statu liberis l. cum ita datur l. illis libertas ff. de condit. & demonst. l. 1. C. de legatis.* valet autem argumentum à libertate ad causam piam, vt proindè eadem iura extendantur ad legatum in piam causam, vt in his terminis Euerardus *in sua topica legali loco à libertate ad causam piam n. 18.* Romanus *sing. 184.* Tiraquellus *de priuil. causa pia priuil. 57.* Ferdinandus Vasquius loco superiùs *n. 55.* allegato. Marcus Antonius Genuensis *in pract. Eccl. d. quæst. 485. num. 3. & 4.* Paulus de Castro, Ludouicus Romanus, Socinus, Baribolus, & alij ab Euerardo, Tiraquello & Vasquio citati. Id quod procedit etiam in legato alimentorum relicto sub conditione mixta, quæ defecit per casum. ita Vasquius eodem loco post Paulum de Castro *consil. 41. col. 2.* per textum *in l. 1. Cod. de leg.* 58.

Defectus

Defectus conditionis potestatiuæ non facit deficere legatum ad pias causas relictum sub tali conditione.

59. Secundò, & est simile præcedenti casu legatum sub conditione potestatiua, scilicet quæ pendet ex facto grauati; si ob casum aliquem impedientem non impleatur, & purificetur, non debeatur, vt est textus *in l. certissimi §. vltimo*, vbi Bartholus *ff. de verb. oblig.* & *in l. vnica §. sub conditione*, vbi etiam Bartholus & alij Scribentes *Cod. de caduc. toll.* Gratius *d. q. 52. initio.* & alij relati à Tiraquello *de priuil. causæ piæ priuil. 58.* At id legatum fauore causæ piæ sustineri, & deberi tradit Glossa *in l. . C. de instit. & substit.* vbi dicit, quod quando testator omnino erat relicturus, defectus conditionis non impedit consecutionem legati, & hoc ait præsumi in legatis ad pias causas, quæ fiunt pro anima, quæ cunctis rebus anteponitur vt *in d. l. Sancimus* quam Glossam idem prorsus sententes sequuntur Angelus *in d. l. in lectura Paduana.* Aretinus *conf. 93.* Tiraquellus *d. priuil. 58.* Vasquius *eodem loco* supra n. 55. *relato* & Genuensis *d. quæst. 485.* Quare quod Mantica *de coniect. lib. 6. tit. 4. num. 45.* ex Abbate *conf. 17. num. 1. lib. 1.* dicit, scilicet, etiam legatum Ecclesiæ relictum sub conditione non sortiri effectum ante conditionis euentum, accipiendum est non in prædictis casibus, sed in alijs, in quibus etiã legata libertas sub cõditione non debetur, si cõditio non purificetur.

Fauore piæ causæ conditio in legatis pijs apposita existens retrotrahitur.

60. Tertio, quamuis regulariter in legatis conditio, sub qua fierunt relicta, existens non retrotrahatur *l. 1. §. serui ff. ad Syllanianum l. potior ff. qui potior in pign. l. si is cui § heres ff. quemadmodum seruitutes amittantur.* Tiraquellus cum alijs *de priuil. causæ piæ priuil. 59.* tamen cum fauore libertatis, in libertatis legato retrotrahatur vt est textus *in l. Neratius ff. de manumissis testam.* ita etiam fauore cuiusuis alterius causæ piæ in legatis pijs conditio existens retrotrahi per eundem textum, & argumento à libertate sumpto asserunt Romanus *in auth. similiter Cod. ad l. falcid.* in speciali 28. *circa vltimas voluntates.* Socinus *in reg. 310. in 47. fallent.* Tiraquellus *d. priuil. 59.* Vasquius *loco n. 55. citato.* Genuensis *d. q. 485.*

In legatis ad pias causas factis sub diuersis conditionibus disiunctim appositis non nouissima sed leuissima conditio spectanda est.

61. Quartò, licet regulariter pluribus conditionibus disiunctim, diuersisque partibus testamenti eidem legato adscriptis vltima conditio sit attendenda, & implenda pro legati consecutione *l. quod traditum est 85. ff. de conditionibus & demonst.* tamen fauore libertatis, & alterius cuiusuis causæ piæ non est attendenda nec prima, nec secunda, nec alia, sed tantum leuior (scilicet quæ sit commodior vt *l. id est. 87. ff. eod.*) qua impleta debetur libertas, & quoduis aliud legatum ad pias causas sub talibus conditionibus relictum ita habetur *d. l. quod traditum l. sub diuersis eod. tit. l. 5.* & *l. quod vulgo ff. de manumissis testam.* qui textus loquuntur in libertate, & argumento ab eadem libertate sumpto à Doctoribus extenduntur ad omnem causam piã. ita Romanus in *d. auth. similiter in speciali 59.* Socinus *in d. reg. 310. speciali 48.* Tiraquellus vbi suprà *priuil. 61* & Genuensis *d. q. 485.* Quod si conditiones sint coniunctæ, seu coniunctim adscriptæ etiam in legato libertatis omnes sunt expetendæ & implendæ pro legati consecutione vt *d. l. quod vulgo.*

***

Legatum ad piam causam relictum à secundo, vel vlteriori gradu, seu à substituto sub conditione prioris gradus deficientis, seu si institutus hæres non erit, debetur purè à primo gradu, seu instituto, si hæres erit, fauore libertatis, & piæ causæ.

Quintò quamuis legatum à substituto, seu à secundo, vel tertio gradu sub conditione, si institutus, seu primus gradus hæres non erit, seu defecerit, factum ad fauorem extraneæ personæ sit talis institutos, seu primus gradus est hæres & non deficit, quo existente substitutus, seu secundus gradus non succedit, non debeatur ab eodem instituto, seu primo gradu non deficiente, sed succedente testatori. vt Stephanus Gratianus *to. 4. cap. 603. num. 1.* Vasquius *de success. progressu § 27. num. 30.* & Auctores mox allegandi Nihilominus fauore piæ causæ relicta ad pias causas à substituto, seu secundo gradu, & vlteriori sub illa conditione, si primus gradus seu institutus defecerit, hæresue non erit, etiam si substitutus, seu secundus gradus non succedat, sed institutus, seu primus gradus, debentur, & sunt soluenda ab eodem primo gradu seu instituto, non secus ac si specialiter, & expresse tale onus fuisset illi impositum. Exemplum ponit Romanus *in d. auth. similiter num. 88. ff. ad l. falcidiam*, nempè testator dixit, *Titium heredem instituo, & si hæres non erit, Seium substituo, & Ecclesiæ centum lego.* Tametsi Titius sit hæres, & primus gradus impleatur; nihilominus legatum piè relictum ab instituto præstandum est. ita idem Romanus *ibidem* Socinus *in tract. regul. prima regio 49 num. 382.* Decius *consil. 182. num. 2.* & *consil. 171. num. 1.* Eueratdus *d. loco a libertate ad causam piam num. 15.* Tiraquellus *de priuil. causæ piæ priuil. 62.* Mantica *de coniect. lib. 6. tit. 4. num. 43. & 44.* & *lib. 8. tit. 2. num. 17.* Stephanus Gratianus *d. cap. 603. num. 1. cum pluribus sequentibus.* Genuensis *in practic. Eccles. q. 486.* & alij à Gratiano relati. Et Romanus, quem alij sunt sequuti probat singulariter per textum *in l. 2. ff. de manumissis testamento*: vbi fauore libertatis decernitur legatum libertatis relictum à substituto, si institutus non fuerit hæres, censeri repetitum in eodem instituto ab eoque deberi libertatem. Verba illius textus sunt hæc. *Si quis ita heredem instituerit, Titius heres esto, si Titius heres non erit, Stichus liber heresque esto, non esse Stichum liberum Aristo ait Titio herede existente. Mihi videtur posse dici liberum fore, quasi non vtique alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter, quo iure vtimur.* Ex quo textu iuxta præfatos Doctores, & ibi scribentes communiter ita intelligentes apparet manifestè, quòd fauore libertatis legatum eiusdem libertatis relictum à secundo gradu intelligitur relictum etiam à primo gradu, quamuis primus gradus adierit secundo excluso, & sic in dispositione ad pias causas in materia priuilegiata, qualis est concernens libertatem, & aliam piam causam non attendi, quod non contingat casus secundum ordinationem testatoris; & dispositionem testatoris factam in vno casu extendi ad alium casum fauore libertatis, & causæ piæ dixit Decius *d. consil. 171. num. 1.* & post eum Tiraquellus, & Mantica *d. num. 43.* & notauit etiam Glossa *in d. l. 2.* verbo *dupliciter*, vbi etiam adducit textum *in l. Diuus Pius ff. eod. tit.* vbi Martianus ait *quod Diuus Pius, & Diui fratres fauorabiliter rescripserunt cum seruo, cum libertate substituto legatum erat, si heres non esset, non adscripta libertate perinde haberi, atque si adscripta ei esset libertas*: ex quo textu etiam colligitur esse repetitam dictam conditionem libertatis, quæ erat apposita in substitutione. vt Glossa *ibidem* verbo *libertas* per *l. Auia ff. de condit. & demonst.* & *l. cum seruus ff. de condit. institut.* & licèt dicta iura loquantur in libertate, tamen ad quamcunque aliam causam piam extenduntur, quia valet argumentum à libertate ad causam piam, vt quod fauore libertatis dispositum est, censeatur etiam dispositum 62.

dispositum pro quacunque alia causa pia, vt omnes præallegati Doctores. idem Eueraidus. cum aliis dicto loco *à libertate ad causam piam n.* 1. & alij, quos referunt Mantica *d. tit.* 3. *num.* 4. &Gratianus *d. cap.*603. *n* 6. Confirmatur hæc sententia, quia etsi institutus censetur magis dilectus, quam substitutus *l. Publius ff. de condit. & demonst.* atque adeo onus substituto impositum regulariter non censeatur repetitum in instituto; nihilominus cum etiam testator censeatur non minus diligere animam suam, & Deum ipsum, sed longè magis iuxta superiùs *num.* 57. tradita: hinc rectè coniectura sumitur, vt onus in fauorem religionis, & animæ impositum substituto, censeatur testator voluisse impositum etiam instituto; seu vt pia dispositio (vt loquitur Mantica *d. num.* 43.) testatoris facta in vno casu porrigatur ad alium, & de persona ad personam, cui verba non conueniunt, per regulam ab eodem Mantica *lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 9. versic. *secundo est aduertendum* traditam.

63. Quare minus probabiliter contrarium sentit Vasquius *dicto num.* 30. vbi asserit regulam dicentem relicta ab instituto videri à substituto repetita *l. non iustum Cod. ad Treb. & l. licet Imperator ff. de leg.* 1. non procedere ex diuerso etiam fauore piæ causæ, vt relicta à substituto repetita quoque ab instituto videantur. Nam cum primò nominatus censeatur magis dilectus, vt *numero præcedenti* dictum est, mirum non est, si relicta ab instituto primum nominato, & sic magis delecto videantur repetita à substituto. At per contrarium, quod relicta ab substituto minus dilecto videantur repetita ab instituto magis dilecto, id contra mentem testatoris (inquit) & omnem iuris rationem. Nec obstare, ait textum *in d. l.* 1. *ff. de manumiss. testam.* in quo videtur esse repositum totum fundamentum præcedentis contrariæ opinionis; nam *ibi* (inquit) non fuit nominatim à substituto legata libertas; sed simpliciter, & indefinitè relicta; vnde à quolibet gradu relicta censetur *l. quod genus ff. de condit. & demonst. l.* 3. § *si filius ff. de liber. & posthu. l. talis scriptura in princ. ff. de leg.* 1. & vtrobique plenè per Iasonem. ita Vasquius. Contra cuius primam considerationem est illa consideratio, quod testator præsumitur non minus dilexisse Deum, & animam suam, quàm institutum, licet censeatur minus dilexisse substitutum, quàm institutum. Altera etiam consideratio eiusdem Vasquij circa dictum textum *in l.* 1. non subsistit, quia ex illius verbis benè ponderatis clare patet, nominatim relictam libertatem à secundo gradu, dum ibi in specie nominatur deficiente conditione, & postea sequitur legatum *si Titius heres non erit, Stichus liber heresque esto.* & euidens est deficiente primo gradu, impossibile esse legatum videri relictum ab alio, quàm à substituto expresse nominato; & ita textum illum intellexerunt communiter ibi Scribentes, & alij. Et ex prædictis Gratianus *d. cap.* 603. resoluit, quod onus erigendi ius patronatus nominatim impositum à testatore vocatis in tertio gradu sit implendum per eos, qui fuerunt instituti in prioribus gradibus simpliciter, & absque dicto onere. Quia quidquid sit in legatis, & oneribus adimplendis ad fauorem personæ extraneæ, vbi tamen agitur de fauore libertatis, & piæ causæ non attenditur, quòd onus sit impositum nominatim, nec quod secundus gradus non succedat propter existentiam primi, nam semper onus dicitur relictum omnibus gradibus, non secus ac si illis specialiter, & expressè fuisset impositum Romanus, & alij Doctores *suprà* allegati per iura in præcedentibus adducta; & cæteros Doctores *in d. l. licet Imperator ff. de leg.* 1.

***

Relicta nominatim ab instituto in causam alimentorum, & ad pias causas censentur repetita à substituto qui ea præstare debet.

Hinc etiam sequitur, licet relictum nominatim ab instituto non debeatur ab alio substituto; seu quando nominatim aliquid est relictum ab instituto grauando eum nomine proprio, tunc substitutus non censeatur grauatus, quasi proprium nomen non sit alteri communicabile *l. Celsus §. quod alicuius ff. de leg.* 2. *l. in ratione §. quod vulgo ff. ad leg. falcid. l.* 1. *§. id quod ex substitutione ff. eod. tit.* Bartholus, Angelus, Iason, & alij *in allegata l. licet Imperator ff. de leg.* 1. Imola *in l. si duobus* 16. §. 1. *ff. de leg.* 1. Tiraquellus *de priuil. causæ piæ priuil.* 36. Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 15. *num.* 1. Gomez *var. to.* 1. *cap.* 12. *num.* 36. versic. *item etiam.* Peregrinus *de fideicom. art.* 26. *num.* 59. Aimon *cons.* 98. *num.* 8. & Gratianus *discept. for. to.* 1. *cap.* 104. *num.* 43. & *to.* 4. *cap.* 603. *n.* 13. & Peregrinus *d. num.* 39. intelligit nominatum grauari non solum quando id fit proprio nomine, sed etiam per verba *prædictum meum heredem*, nam tunc quoque onus restringitur ad illam personam tantum, vt etiam Aimon *d. num.* 8. & Gratianus *d. cap.* 104. *num.* 46. Contra quam communem etsi sentiant Christoph. Catellus, Raphaël, Paulus de Castro *in d. l. licet Imperator* à Tiraquello relati, Cynus, & Baldus *in l. eam, quam Cod. de fideicom. n.* 21. versic. *quæro numquid lex nostra*, volentes relicta etiam nominatim ab instituto censeri repetita à substituto per *d. l. licet Imperator*, quæ statuit regulam, quod relictum, ab instituto censeatur repetitum ab substituto nisi ex coniecturis colligatur fuisse testatoris voluntatem, vt onus instituto positū adimpleretur per ipsum institutū; & ibi assignantur tres coniecturæ; tamen ab ea non videtur propter hos Doctores numero paucos recedendum. Quare regulam illam *d. l. licet Imperator* procedere tantùm in substituto vulgari, non vero in substituto per fideicommissum dixit Alexander *ibidem*, quem sequitur Surdus *d. num.* 1. nec etiam quando institutus nominatim grauatus est, vt omnes præallegati Doctores. Quamuis Gomez *d. num.* 36. per *d. l. licet Imperator*, & alia iura resoluat regulariter, & in dubio legata relicta ab instituto, videri repetita, & deberi à substituto, siue sit substitutio vulgaris siue pupillaris, siue fideicommissaria, nisi ex voluntate defuncti contrarium appareat expressè, vel tacitè: & vt *in d. l. licet Imperator* notatur, dicitur apparere tacitè, quando diuersa res relinquitur, & legatur ab instituto, & diuersa ab substituto eidem legatario, vel causa ob quam legauit ab instituto, cessat in substituto, vel quando in aliqua parte substituit ipsum legatarium, & aliis similibus modis, & coniecturis; & quando nomine proprio fuerunt relicta ab instituto. 64.

Nihilominus legata ad pias causas ab vno hærede expresso illius nomine censentur ob specialem illius fauorem repetita ab illius substituto, & ab eo debentur non secus, ac si testator illum grauasset. ita Romanus *in auth. similiter C. ad falcid. in speciali* 13. & *in speciali* 20. *fine.* Decius *consil.* 182. *col.* 3. & *cons.* 273. *col.* 1. Alexander *in d. l. licet Imperator.* & *in d. l. si duobus* §. 1. *ff. de leg.* 1. & *ibidem* Iason & *in l. si fundum §. Stichum ff. eod. tit.* & *consil.* 93. *num.* 2. *vol.* 5. Socinus vbi suprà *priuil.* 33. quos refert Tiraquellus *d. priuil.* 36. idem Tiraquellus *ibidem*, Euerardus *loco ab alimentis num.* 7. Mantica *de coniecturis lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 16. Gomez *var. to.* 1. *d. num.* 36. versic. *& idem est in legato.* & Stephanus Gratianus *d. cap.* 104. *num* 13. *& duobus seqq.* & *d. cap.* 603. *num.* 49. per textum *in l.* 4. §. *Lucius ff. de alimentis & cibar. leg.* vbi ita disponitur in legato alimentorum, quæ ob specialem illorum fauorem debentur à substituto, quamuis relicta nominatim ab instituto, seu institutus fuerit grauatus illa dare per nomen proprium, vt 65.

per

& alij *ibid.* idem Bartholus *in l. mala in principio ff. eodem tit.* Romanus *consil.* 388. *n.* 5. (vbi ampliat ad pensionem, cum illa succedat loco alimentorum) Tiraquellus *dicto priuilegio* 15. *num.* 2. Peregrinus *de fideicomm. d. art.* 16. *num* 60. *&* 66. Stephanus Gratianus *d. cap.* 104. *num.* 14. & *d. cap* 603. *n.* 45. & alij Iurisperiti à Surdo & Gratiano relati. valet enim argumentum ab alimentis ad pias causas, & quod dispositum est in fauorem alimentorum, extenditur ad causam piam vt cum aliis Euerardus *dicto loco ab alimentis* ad causam piam. ita dictum textũ *in d. §. Lucius* loquentem de legato alimentorũ extendi ad legatũ ad piam causam tradunt omnes præallegati Doctores, & alij cõmuniter relati ab iisdem, Euerardo, Mantica, & Surdo, & innumeros cumulat Gratianus *d. c.* 603. *n.* 15.

Legatum alimentorum, & ad pias causas relictum ab vno ex cohæredibus, qui repudiauit, vel decessit ante aditionem debetur à coniuncto, seu altero cohærede, cui accrescit portio repudiantis.

66. Quod autem dictum est de substituto, dicendum etiam est de coniuncto iuxta Doctores communiter, ita quod si onus pium fuerit nominatim impositum vni ex cohæredibus, qui hæreditatem repudiet, vel decedat ante aditionem hæreditatis, portio, quæ deficit per eius repudiationem, aut mortem, accrescit cohæredi cum onere soluendi alimenta, & legata ad pias causas. ita Euerardus dicto loco *ab alimentis ad piam causam num.* 7. Surdus *d. priuil.* 15. *num.* 3. Gratianus *d. cap.* 104. *num.* 50. & *d. cap.* 603. *num.* 16. & alij ab iisdem Surdo, & Gratiano allegati. Quamuis quando onus non pium iniunctum est nominatim vni tantum ex cohæredibus, tunc portionem deficientem accrescere sine aliquo onere per textũ *in l. Celsus* 29. *§. vlt. ff. de leg.* 2. asserant Bartholus *in l. Titio § 1. in fine ff. eod.* Grassus *de success § ius accresc. q* 30. *n.* 3. iidẽ Surdus *d. priuil.* 15. *n.* 4. & Gratianus *d. c.* 603. *n.* 17.

Conditio adiecta in institutione non censetur repetita in substitutione, nisi intersit testatoris, vel adsit fauor animæ ipsius; & an conditio potestatiua non cohærens, vel cohærens personæ dicatur repetita in substituto.

67. Septimò, & vltimo, etsi conditio adiecta in institutione regulariter non censeatur repetita in substitutione, & prælegato *l. sub conditione* 73. & *l. avia ff. de condit. & demonst.* & *l. cum seruus ff. de conditionibus instit.* Bartholus *in d. l. sub conditione.* & *in l. qui fundum ff. de contrah. empt.* Mænochius *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 178. *num.* 12. & *præs.* 179. *num.* 4 & Stephanus Gratianus *to.* 4. *cap.* 603. *n.* 7. tamen aliud est vbi tractaretur de causa pia, & interesset testatoris, vt talis conditio impleretur; tunc enim etiam substitutus vulgaris agnoscit onus istius conditionis. ita Baldus *in l. vnica §. pro secundo col.* 1. *ad med.* versic. *quarto immediatè oppono n.* 6. *&* 7. *Cod. de caduc. toll.* vbi exemplificat in materia causæ piæ & dicit, quod si testator instituit hæredem sub conditione, *si decem dederit pro anima ipsius*; & si hæres non erit, substituit Seium; si contingat, quod Titius non soluit dicta decem, illa erunt danda per Seium, aliter non venit ex substitutione, cum hoc intersit pro anima testatoris arg. *cap. licet de voto* & Baldi dictum refert, & sequitur Gratianus *d. cap.* 603. *n.* 8. Et confirmatur per illam traditionem, quod quando conditio potestatiua, quæ non hæret personæ, vt est illa, quæ consistit in dando, adiecta fuit instituto, puta si testator instituit Caium si decem dederit Mœuio, & ipsi Caio substituit Sempronium, talis conditio præsumitur & censetur repetita in Sempronio substituto ipsi Caio. Quam traditionem esse communem Doctorum (exceptis Imola dissentiente *in l. quæ conditio n.* 4. *ff. de condit. & demonst.* & Alexandro *Consil.* 158. *n.* 6. *vol.* 6.) testatur Mænochius *d. præs.* 178 *n.* 28. eosdem Doctores allegans, & idem tradiderunt Peregrinus *de fideicom. art.* 16. *n.* 58. & alij, quos refert, & sequitur Gratianus *d. cap.* 603. *n.* 9. per textum *in d. l. vnica §. pro secundo*; & *§. sin autem sub conditione.* & *§. ne autem Cod. de caduc. toll.* Aliud autem est in conditione potestatiua cohærente personæ, vt si quis instituatur, si talem vxorem duxerit, vel si capitolium ascenderit, & ipsi substituatur alius, hanc enim conditionem vt pote personalem non censeri repetitam, nec onerare substitutum tradunt Imola *in d. l. quæ condition. n.* 4. ibidem Castrensis *n.* 6. Gabriel *consil.* 117. *n.* 34. *& seqq.* Mænoch. *d. præs.* 178. *n.* 27. & *consil.* 117. *n.* 4. *lib.* 2. vbi alios congerit.

In legatis ad piam causam an facienda sit tantum plena, an vero etiam plenissima, vt non mediocre, sed maximum veniat in dubio.

Ex his igitur à *n.* 5. hucusque traditis constat fauorem causæ piæ esse maximum, videturque satis confirmatum, quod ex coniectura voluntatis testatoris, qui censetur & Deum, & animæ suæ salutem, & bonum diligere magis quàm quãcunque aliã personam, & præferre cunctis aliis rebus, legatum ad piam causam latius debere interpretari.

An vero sit facienda latissima interpretatio, vt etiam in legato pio in dubio non veniat mediocre, sed id quod maximum, si legata sit ad piam causam, puta, Ecclesiæ species indeterminata, in qua reperiatur minimum, mediocre, & maximum latissimam esse faciendam, & venire quod est maximum, non quod mediocre, in terminis sentit Stephanus Gratianus *to.* 4. *c.* 100. *n.* 11. *&* 12. & ita sentiunt etiam Baldus, Mantica, Tiraquellus, Mænochius, Genuensis *locis* suprà n. 55. *relatis*, & etiam alij iurisperiti *ibidem* relati, cum absolute asserunt in legato ad pias causas in dubio venire quod est maius, & hoc idem suadent in præcedentibus adducta. & præsertim cum hoc intersit pro anima testatoris, quam præsumitur diligere plus; quàm quascumque alias personas, vt sæpè dictum est; ac proindè licet in legatis in fauorem personæ extraneæ relictis facienda sit plena, & non plenissima interpretatio, vt veniat mediocre non maximum iuxta tradita superiùs *n.* 20. & Doctores *ibidem* allegatos: in legatis tamen in cultum Dei & fauorem animæ relictis ex coniectura voluntatis testatoris facienda est plenissima interpretatio; sicut etiam in legato in fauorem personæ valdè à testatore dilectæ relicto, puta, in legato dotis à patre filio relictæ plenissimam interpretationem in dubio fieri debere tradit Surdus *d. decis.* 268. & dicit etiam Gratianus *d. c.* 700. Hoc tamen intelligendum cum limitatione adhibita à Baldo, & Mantica *locis* supra n. 55. *citatis* nempè in legato ad piam causam faciendam latissimam interpretationem, & venire quod maximum, puta, in legato Calicis Ecclesiæ relicto venire aureum, si ad id suppetat quantitas patrimonij, & qualitas testatoris concurrat; secus vero si conditio testatoris, & qualitas patrimonij non pateretur, nam tunc accipiendum esset id, quod mediocre, vel quod minimum, prout eadem conditio testatoris & patrimonij quantitas suaderet. 68.

Cæterùm quod legatum ad pias causas debeat plenius & plenissimè interpretari dupliciter limitatur, & primo quando altera pia causa fuisset hæres instituta, & legatis alteri pio loco præstandis grauata, ita Capra *consil.* 3. *n.* 6. Mantica *lib.* 6. *d. tit.* 3. *n.* 36 & Mænochius *de præsumpt lib.* 4. *d. præsump.* 106. *n.* 34. ob eam rationem quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium æque priuilegiatum *l. vero §. vltimo ff. de minor.* Secundo cessat latior interpretatio in legato pio, quando ex verbis, & aliis coniecturis constat vel colligi potest testatorem aliud sensisse, & voluisse, non intelligi quod maius est. ita locis citatis Mænochius, & Mantica, qui addit legatum pium nunquam extendendum, & trahendum ad alia, de quibus testator non sensit, cum in hoc nullus versetur fauor pietatis, nec æquitatis ratio patiatur, vt contra, vel præter propositum testatoris bona ipsius in pium vsum conuertantur; cum nec libertas, quæ piæ causæ simillima cẽsetur, & fauorabilior aliis rebus cõtra defuncti voluntatem præstanda sit *l. si cui purè libertas fine ff ad Trebell. l. cõtra voluntatẽ Cod. de test. man. coniũcta l. liber. ff. d. reg. iuris.* 69.

Responsio ad Argumenta sententiæ n. 52. *posita.*

Superest, vt respondeatur ad argumenta sententiæ suprà *n.* 52. positæ asserentis etiam in legatis piis faciendam esse strictam interpretationem, & venire quod minus. Et

Ad primum *eodem n.* 52. adductum, desumptum ex *d. l. Titia §. Seia* respondetur veriorem esse aliam lecturam eiusdem textus superius *num.* 56. recitatam, quæ habet *non nisi area, aut argentea* & quamuis altera sententia affirmans legata pia debere latius, interpretari, non probaretur illo textu, probatur sufficienter aliis rationibus, & argumentis in præcedētibus *à n. 57. huc vsque* adductis.

Ad secundum argumentum *n.* 53. adductum respondetur non posse applicari illam regulam, in dubio melior est conditio possidentis; tum quia lex in *d. §. Seia.* vult in tali dubio interpretationem faciendam ad fauorem causæ piæ, vt debeatur quod maius est; tum quia in tali dubio fauore religionis, & causæ piæ præsumitur, seu sumitur coniectura testatoris voluntatem fuisse ve id, quod melius est ab hærede daretur vt suadent adducta *in præcedentibus*, & præsertim quod testator censetur magis dilexisse Deum, & animam, quam hæredem. Voluntas autem testatoris verisimilis est adimplenda per hæredem, quæ ex verisimilibus, & sufficientibus coniecturis, vel iuris regulis colligitur; & in vltimis voluntatibus interpretandis semper inspicere, & sequi debemus, quod verisimilius, aut verisimile est *cap. inspicimus de reg. iuris in 6. d. l. si seruus §. fin. de leg.* 1. & constat ex traditis *n.* 26. & Doctoribus *ibidem* citatis. cum earum implementum tam quoad institutionem, quam quoad legata contineat publicam vtilitatem, vt superius *n.* 14. dictum est.

Intellectus ad cap. ex parte, de casibus. Et *An Votum strictè sit interpretandum, & in dubio intelligendum obligare ad minus, non ad maius.*

Ad tertium argumentum *num.* 54. adductum desumptum ex cap. ex parte de censibus vbi votum soluendi Diuo Iacobo, vel eius Ecclesiæ ministris vnam mensuram tritici intelligitur de minima mensurā non de maxima, iuxta, responsionem Pontificis ibi datam.

70. Responderi potest primum secundū aliquos Doctores etiam votum in fauorem Ecclesiæ, & causæ piæ emissum de re indeterminata intelligi debere de re maiori, non de minima in illo genere, seu in illa specie. ita per illum textum *in d. l. Titia §. Seia ff. de auro & arg. leg.* tenere videntur Abbas *in d. cap. ex parte n.* 4. Couarruuias *in cap. indicante n.* 4. *fine de testam.* Mantica *de coniecturis lib.* 6. *allegato tit.* 3. *num.* 36. Surdus *d. decis.* 298. *n.* 13. Barbat. *in d. cap. indicante num.* 8. & Cagnolus *in d. l. semper in obscuris num.* 11. *ff. de reg. iuris.*

Ad dictum caput *ex parte*, respondent Couarruuias, & Mantica *locis citatis* illud intelligi ex benigna interpretatione Romani Pontificis, ne alioqui personæ Ecclesiasticæ videantur inhiare lucris temporalibus tanquam exactores; cum illud votum ab initio factum fuerit gratuito à pluribus, qui ex proprio patrimonio id soluere debent. Quam responsionem impugnat Molina *loco* superiùs n. 52. *citato*. nam si inquit, in foro conscientiæ illi soluere tenebantur maiorem mensuram, non consulebatur eorum conscientiis, quarum bono potissimum prouidere debebat Summus Pontifex. Sed aduersus hanc impugnationem dici potest Summum Pontificem ita benignè ob illam rationem Couarruuiæ interpretationem adhibuisse etiam dispensationem relaxando votum illud quoad obligationem ad maius.

71. Abbas vero, & post eum Barbat. Cagnolus, & Surdus *locis allegatis* respondent textum *in d. cap. ex parte* loqui de voto, quod immediatè applicatur Clericis, vel Ecclesiasticis personis, non Deo; ideoque ne Clerici incitentur ad inhiandum facultatibus sæcularium dicitur præstari debere quod est minimum; at secus esset, & respondisset Pontifex, si illud immediatè Deo esset applicandum. Hanc responsionem impugnat Mantica *d. tit.* 3. *n.* 34. post Decium *in d. l. semper in obscuris n.* 5. quia cum (inquit,) loquitur de voto. magis congruit, quod votum esset emissum, vt Ecclesiæ solueretur, & ideo Clerici vbi pro Ecclesia videntur recipere atque adeo indistinctè, prout loquitur, debet intelligi: Sed Surdus reiicit hunc intellectum dicens Decium diuinare, nam stante, inquit, ratione in textu posita, non potest dici quod votum fuerit de dando aliis, quam Clericis, quia aliis non conueniret ratio ibi expressa.

Cæterùm, quia communis opinio Canonistarum, & Theologorum tenet in dubio, & vbi res promissa non est certa, & omnino determinata, sed determinata tantum quoad speciem, & aliquam quantitatem; indeterminata vero quoad circunstantiam illius quantitatis, vel qualitatis votum obligare tantùm ad minimam rem in illa specie, non ad maiorem, seu meliorem, aut pretiosiorem, quando aliud non constaret ex mente vouentis, vel ex generali, & recepta consuetudine, aliisuè circunstantiis colligatur. ita Glossa *in d. reg. in obscuris.* Decius *vbi supra* Hostiensis *in d. cap. ex parte num.* 4. Ioan. Andreas *ibidem n.* 3. Butrius *n.* 3. Zabarella *n.* 1. *not.* 5 Anchaianus *n.* 3. & 5. Augustinus Barbosa *collectaneo ad idem cap. ex parte num.* 2. & 5. & ex Theologis Valentia *t.* 2. *disp.* 6. *q.* 6. *p.* 4. *q.* 4. Molina, Azorius, Layman *locis n.* 52. *relatis.* Sanchez *lib.* 4. *sum. d. cap.* 13. *n.* 8. *& seqq.* Castrus Palaus *p.* 3. *tract.* 15. *disp.* 1. *puncto* 12. *n.* 4. & 24. Suarez, Salas, Bonacina Bresserus, Diana, Ariaga, Turlleneb, quos ad id allegaui *in primo tomo harum moralium var. tit.* 1 *n.* 1666. (vbi hanc eandem sententiam tenui) & nonnulli alij Iurisperiti, & Summistæ, quos Sanchez *d. n.* 8. refert. Hæcque sententia nititur tum illo textu *in d. cap. ex parte*, tum quia votum obligat solum, vt promissum seruetur, quod potest verificari, si in minima quantitate vtili promissum seruetur, tum aliis rationibus, quas *d. num.* 1666. adduxi, tum aliis mox adducendis 72.

Hac ergo sententia supposita ad dictum argumentum *n.* 54. positum desumptum ex *d. cap. ex parte* respondetur ex Abbate *in d. cap. ex parte*, Genuensi, Azorio *locis n.* 52. *allegatis*, Augustino Barbosa *loco citato*, & aliis. esse diuersam rationem voti, & legati pij, ratione cuius diuersitatis in dubio facienda est interpretatio, & diuersa data est decisio à S. Pontifice *in d. cap. ex parte.* & à Iurisconsulto *in d. l. Titia §. Seia ff. de auro & arg. leg.* Hæc autem ratio diuersitatis, quod vouens in dubio censetur intellexisse de re minori; & legans ad piam causam de meliori, & nobiliori est; quod in legato fit interpretatio contra ipsum hæredem, & non contra ipsum testatorem, seu donatorem, qui liberè reliquit, & donauit, & ideo non mirum si latè fiat, & præsumatur testator intellexisse de meliori fauore piæ causæ: sed in voto fit interpretatio contra ipsummet vouentem, qui liberaliter promisit, & ideo mitior debet esse interpretatio, tum ne Ecclesia videatur esse solicita de temporalibus lucris, & commodis, vt dicitur *in d. cap. ex parte.* tum ne cæteri à munificentia in Ecclesiam reuocentur; tum præcipuè quia votum est strictè interpretandum, vt, quantum fieri potest, tollatur occasio transgressionis, & peccati periculum euitetur; & quia iugum præceptorum Dei, ac proinde etiam præcepti religionis suaue est, & solum obligat propter promissi executionem, quæ saluatur in præstatione rei minoris dummodo vtilis, & ob hæc votum strictè interpretandum tradunt etiam Azorius *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 20. *q.* 1. Suarez *lib.* 4. *de voto cap* 7. *num.* 18. Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 11. *num.* 3. & Castrus Palaus *allegato num* 4. 73.

Ex prædictis inferunt præallegati Doctores, quod si quis vouisset rem, & dubitaretur de qualitate rei. nempè vouisset triticum; & esset dubium de tritici qualitate 74.

satis

ſatis eſſet dare triticum bonum, nec teneretur vouens dare melius, aut optimum, imò ſatis eſſet quæcuoque qualitas tametſi infima. Valentia *q.* 3. Saytus *d. cap.* 8. *num.* 1. Sanchez *d. cap.* 13. *num.* 9. qui *num.* 11. affert ratiooem diſparitatis, ſcilicet, cùm votum omninò indeterminatum quoad ſpeciem, & quoad quantitatem, vt cum quis vouet, ſeu promittit animal noo determioando ſpeciem, vel triticum non determinano quantitatem, non intelligatur tantum de minimo, ſed de re conuenienti quoad qualitatem, vel quantitatem determinanda arbitrio boni viri conſideratis perſonarum, materiæ ſubiectæ, & cauſæ promittendi vt ipſe aſſerit eodem *cap.* 13. *num.* 4. alios allegans idque pluribus probans: votum vero determinatum quoad ſpeciem, & aliquam circunſtantiam quaotitatis, & indeterminatum quoad qualitatem, & aliqoam quantitatis circunſtantiam intelligatur de mioimo, ait enim in priori caſo non intelligi minimum illius generis, ne promiſſio reddatur omninò inutilis, ſi quidem ſatisfieret dando muſcam, vel tritici graoum, vnde confugiendum ad prudentis arbitrium; at in poſteriori caſu per rem minimam non redditur votoio inutile, vnde de illa iotelligendum; quia in dubio, quod minimum eſt cenſetur promitti ex *d. cap. ex parte.* Addit tameo, quod ſi io eo arbitrio res æquè dubia ſit, iotelligi minimam rem promitti, ob eandem rationem.

75. Limitaot autem poſt alios Sanchez *num.* 10. & alij recentiores, vt intelligatur non de qoocunque minimo, ſed de minimo cootento in re promiſſa oempè menſura tritici promiſſa iotelligatur de minima menſura ex vſitatis in loco vouentis, ſicut (inquiunt) *d l. Titia* iuxta lecturam primam *num.* 52. poſitam, decernitur imago argentea, quæ erat minima ex ſolitis io d. templo collocari.

76. Limitant ſecundò Suarez *num.* 11. & alij recentiores *num.* 72. & *d. num.* 1666. relati (quam limitationem etiam *ibi* notaui) vbi aliqoa ſit ratio ſuadens, veriſimilius eſſe, mentem vouentis fuiſſe obligandi ſe ad menſuram maiorem, aut rem pretioſiorem tradendam, quæ mens poterit comprehendi ex veriſimilibus coniecturis, & cooſideratis omnibus circunſtantiis, ſcilicet dignitate, & facultate vouentis, re promiſſa, vſu ad quem promittitur, conſuetudine loci communi intelligentia & ſimilibus, de quibus §. *ſequenti.*

77. Vnde idem Sanchez *num.* 13. Azorius, & alij recentiores *prædictis locis* allegati reſoluunt promittente Calicem Eccleſiæ, non ſatisfacere daodo ex minima materia, nempè ærea, vel lignea, aut ex auricalco, ſed teneri dare argenteum, vel aoreum, quia intelligitur promiſſus calix cultui diuino aptus, qualis eſt ſolus argenteus, vel aureus calia *de conſec. d.* 1. Quod etiam *d. num.* 1666. ootaui, addens non eſſe neceſſe dare totum Calicem argenteum, vel aureum; ſed ſufficere, ſi ſola ſuperior cuppa ſit argentea vel aurea; cum tales Calices ſint in vſu apud multas Eccleſias, & de ſola cuppa rectè intelligatur *dictus can. calix.* Excipiuor etiam noonulli caſum, nempè, ſi in illa Eccleſia, ad quam legatum eſt factum, præſertim à paupere, & ruſticano ſtannei Calices eſſe ſoleant, nam tunc cenſeri poſſet ſtanneum Calicem eſſe promiſſum. ita Layman *d cap.* 3. *n.* 4. & Palaus *loco citato,* & tradit etiam Mantica *lib.* 6. *d. tit.* 3. *n.* 33.

78. Infert etiam Sanchez *n.* 14. vouentem abſolutè caſtitatem non ſatisfacere ſola coniugali, ſed teneri ad omnimodam caſtitatem; niſi aliud de vouentis intentione expreſsè conſtet; quia caſtitatis nomine intelligitor perfecta caſtitas, quod & ego *in tract. de triplici iubilei priuil. ſect.* 2. dixi.

79. Ad quantam verò eleemoſynam faciendam teneatur, qui illam vouit nulla ſignata quantitate. videbitur alicui ſatisfieri huic voto per quamcumque eleemoſynam, quantumcunque minimam, cum in hoc vera eleemoſynæ ratio ſaluetur, & ita huius ſententiæ eſſe Valentiam *d q.* 6. *p.* 4. *q.* 3. verſic. *primo igitur poteſt eſſe,* ait Sanchez *d. cap.* 13. *n.* 15. illamque approbat idem Sanchez *ibidem,* quando res omninò eſſet dubia; ſecus ſi attentis circunſtantiis perſonæ vouentis, cauſæ vouendi, & operis ad quod fit promiſſio, præſumi aliud poſſit de mente vouentis; nam tunc arbitrio prudentis viri æſtimanda eſſet quantitas, non vero danda tantum minima eleemoſyna: ridiculum enim videretur, hominem ditiſſimum, etiam ſi Rex eſſet, ſatisfacere voto dandi eleemoſynam indeterminatā ob cauſam grauiſſimam, & ad rem multis ſumptibus indigentem, ſi det tantū duos obulos; ego puto in quocunque euentu minimam eleemoſynam non ſufficere, alioqui votum redderetur inutile, ſi quis dando, v.g. vnum obulum ſatisfaceret. Danda igitur, etiam vbi res omnino dubia eſt eleemoſyna iuxta facultatem vouentis, & conſuetudinem faciendi eleemoſynam ab ipſo vouente obſeruatam, ſecundum ea quæ tradidi in allegato tractatu de triplici iubilei priuilegio *ſect.* 4. *caſu* 21. *n.* 30. 31. *&* 32. vbi etiam obſeruaui eleemoſynam iuxta facultates, & conſuetudinem habere latitudinem, ita vt detur minima & maxima. Vnde ad ſatisfaciendum prædicto voto (niſi aliud ex circonſtantiis præſumendum ſit de mente vouentis) ſufficit minima intra latitudinem dictæ eleemoſynæ proportionatæ viribus, & facultatibus vouentis.

Ex prædictis idem Sanchez *eodem n.* 15. *&* 16. reſoluit nonnulla alia dubia; oempè primo, eum, qui vouit calculos Virgineos, ſeu Roſarium Beatæ Virginis, ſatisfacere recitando minimam partem io voto incluſam, ſcilicet tertiam illius partem; quæ, inquit, verè eſt roſarium; quod idem (niſi integrum roſarium expreſsè intenderit vouens) docent Suarez *lib.* 4. *de voto cap.* 8. *n.* 5. Caſtrus Palaus *d. puncto* 12. *n.* 5. quia (aiunt) ſecundum frequentiorem vſum ſub nomine roſarij tertia pars intelligitur. Verùm potiùs communiter nomine roſarij intelliguntur totæ tres partes. Secundò voto ieiunandi abſque determinatione numeri dierum ſatisfieri per vnicum ieiunium; & votum faciendi plura ieiunia, vel aliquot ieiunia, vel recitandi pluribus diebus impleri duobus diebus ieiunando, vel recitando; quia pluralis locutio duorum numero eſt contenta *reg. pluralis de reg. iuris in* 6. quæ procedunt, niſi aliud ex circunſtantiis arbitrio prudentis ſit iudicandum. Quod ſi quis vouiſſet ſe diebus veneris, vel alia die hebdomadæ, vel anni ieiunaturum, recitaturum, &c. & neſciret diſcernere an in tempus determi atum, an vero potius in perpetuum vouerit, diſtinguit Sanchez *d. n.* 16. nam ſi poſſeſſio ſit pro verbis voti perpetuitatem quandam, & vniuerſalitatem includentibus, votum cenſendum erit perpetuum; cum ex communi modo concipiendi indefinita oratio vniuerſali æquipolleat; ſi vero nulla eſſet pro verbis voti poſſeſſio, io eo dubio tenebitur tantum ad id, quod eſt minus. Alia dubia reſoluit idem Sanchez *d. cap.* 13. *n.* 17. de quibus egi io primo tomo horum moralium variorum *tit.* 1. *dicto n.* 1666. quorum etiam reſolutio facillimè ex dictis inferri poteſt, ac proinde illa omitto. 80.

SVMMARIVM §. III.

Coniecturæ vigore quarum in legatis fit ſtricta interpretatio. n. 81. *ad* 88.

In legatis fit ſtricta interpretatio in dubio, & in obſcuris, vbi ex lata interpretatione minus dilectus efficeretur melioris conditionis, ſeu præferetur magis dilecto. n. 81.

Minus dilectus non debet eſſe melioris conditionis, quam magis dilectus, & ad hoc abſurdum vitandum receditur à proprietate verborum; & fit, vel non fit extenſio de vno ad alium caſum; vel de vna ad aliam perſonam, quamuis alias non eſſet facienda. ibidem.

Si teſtator filio decedenti ſine filiis ſubſtituat Titium, & hæredes Titij, appellatione hæredum Titij non veniunt hæredes eius extranei, ſed ſolum eius deſcendentes, & cur. ibid.

Si teſtator grauauit primum hæredem; multo magis intelligitur voluiſſe grauare ſecundum, & tertium ibidem.

Dilatio solutionis legati pij pro anima relicti comprehendit etiam prælegatum maioratus in antecedenti parte testamenti factum.ibidem.

In legato medietatis omnium bonorum à testatore facto vxori, post quod generaliter relictum fuerunt numerata, & determinata aliqua species mobilium, non comprehendunt stabilia, si data hac comprehensione hæres minus haberet ex testatoris hæreditate, quam vxor legataria.ibidem.

Legatum strictam interpretationem accipit, quando legatarius non est capax largæ interpretationis.n.82.

Stante statuto quod quis non possit extraneum facere hæredem, potest illi forensi facere legatum in pecunia.ibidem.

Non tamen forensi posset fieri legatum, quod absorberet maiorem partem hæreditatis.ibidem.

Vsusfructus solus censetur relictus, & non proprietas, si legatarius non esset capax proprietatis, sed solius vsusfructus.n.83.

Si testator legauit vsum equorum, intelligitur vt legatarius possit eis vti ad vehendum sub iugo, non autem in ludis Circensibus, nisi legatarius sit solitus esse in dictis ludis. ibidem.

In vltimis voluntatibus fit stricta interpretatio, quando larga resultaret in præiudicium iuris tertij.n.84.

In relictis per testatorem aliqua necessitate cogente (puta quia sic cogit ius commune, vel mandat statutum) fit stricta interpretatio.n.85.

In necessitatibus nemo liberalis existit.ibidem.

In legato, seu onere hæredi imposito in pœnam fit stricta interpretatio.n.86.

Vbi electio datur hæredi, in legato admittitur stricta interpretatio.num.87.

In vltimis voluntatibus fit stricta interpretatio, vbi sunt coniecturæ restringendæ.n.88.

In interpretanda voluntate defuncti debet attendi id, quod est verisimile.ibidem.

Id, quod est verisimile, habetur pro expresso.ibidem.

Coniectura, ex quibus sumitur interpretatio legatorum modò stricta, modò lata, & plena.n.89.ad 106.

Legata sumunt interpretationem ex vsu, & consuetudine testatoris.n.90.

Facto legato medico de his, quæ testator viuens ei donabat, non veniunt ea, quæ extraordinariè donabantur.ibidem.

Dictum generale ad extraordinaria non refertur, & restringitur per speciem.ibidem.

Si legantur simpliciter dulcia, omne dulce venit; si vero exprimitur vinum amphorinum, & quædam alia dulcia potionis, ea, quæ sunt potionis tantum, veniunt.ibidem.

Legatum, & quælibet alia dispositio recipit interpretationem à consuetudine regionis, seu loci, & patriæ n.91.

Consuetudo approbata habetur pro lege.ibidem.

Vltimæ voluntates recipiunt interpretationem legitimam à iure ciuili, & municipali.ibidem.

In interpretanda ambigua testatoris voluntate consuetudine loci originis testatoris, an loci in quo forensis fecit testamentum, vel in quo versatus est, attendenda sit.ibid.

Legatum recipit interpretationem ex consuetudine loci, in cuius fauorem fit, & ita legatum factum templo, seu Ecclesiæ intelligitur iuxta consuetudinem, & conditionem templi,, seu Ecclesiæ, cui fit an calix legatus sit dandus ex auro, vel argento, vel stanno; & an planeta legata debeat esse serica, vel inferioris materiæ.n.92.

Legatum sumit interpretationem ex persona testatoris, nempè ex eius conditione, dignitate, nobilitate maiori, vel minori, & ex peritia, & ignorantia.n.93.& 94.

Testatoris verba debent aliter interpretari, si fuerit iurisperitus, aliter si idiota.n.94.

Non est verisimile testatorem iurisperitum contra legum præcepta voluisse disponere.ibidem.

Verba, quæ proferuntur à testatoribus idiotis, & illiteratis non capientibus intellectuales legum differentias debent grosso, naturali, & vulgari modo intelligi. ibidem.

Verba tamen imperiti testatoris latinè scripta à notario debent intelligi secundum iuris interpretationem, non secundum sensum vulgarem idiotarum.ibidem.

Legatum accipit interpretationem ex persona legatarij, eiusque conditione, & qualitate.n.95.

Ideo illud censetur relictum, quod congruit personæ legatarij. ibidem.

Lecto vxori legato non veniunt culcitra de serico, etiamsi testator mandauit vxorem eo modo tractari, quo eam ipse tractauit.ibidem.

Vestimenta annua vxori legata debentur secundum statum, & conditionem vidualem.ibidem.

Si testator vxori legat vestes suas, vel lectum suum, veniunt vestis cuiuscunque generis, & omnia ornamenta lecti.ibidem.

Legatum alimentorum intelligitur de alimentis lautioribus, vel minus lautis iuxta legatarij conditionem & statum. num.96.

Legatum alimentorum an censeri debeat pium, capitur coniectura ex qualitate legatarij.ibidem.

Legatum pauperi relictum intelligitur pro alimentis. ibidem.

Dos si legatur pauperi, intelligitur pro alimentis.ibidem.

Si vxori relicta sit habitatio cum filiis, intelliguntur etiam ei alimenta relicta.ibidem.

An mensura, vel mensurabile, seu frumentum legatum videatur, interpretatio sumitur ex qualitate legatarij. num.97.

Legatum simplex vel annuum præsumitur ex persona legatarij, vbi de legato dandi aliquid Decurionibus in die natalis testatoris.ibidem. & n.98.

Legatum ex affectione, vel coniunctione legatarij accipit latissimam interpretationem.n.99.

Legatum ex affectione testatoris erga legatarium præsumitur annuum.ibidem.

Legatum interpretationem, & intelligentiam recipit ex patrimonio, & facultatibus testatoris, & ex ipsis rebus relictis subiectaque materia.n.100.101.& 102.

Legatum in alterius arbitrium collatum debet intelligi pro modo patrimonij n.100.

Alimentorum legatum intelligitur pro modo facultatum, aut pro modo dotis legatæ.ibidem.

Dispositio intelligitur secundum naturam rei, subiectam materiam, & regulas iuris.ibidem.

Legatum relictum Episcopo quando præsumatur relictum intuitu personæ, vel contemplatione Ecclesiæ.n.101.

Legatum propter notam infamiæ ex rebus, & personis, quando videatur relictum.n.102.

Legatum, & dispositio sumit interpretationem ex antecedentibus & consequentibus, contextuque testamenti.n.103.

Vna pars testamenti aliam declarat.ibidem.

Verbum ambiguum positum in vna parte testamenti declaratur ex eodem verbo explicitè posito in alia parte.ibid.

Legatario non solum debet exhiberi ea particula testamenti, in qua legatum continetur; sed etiam illa, ex qua possunt verba legati ambigua interpretari.ibidem.

Legatorum, atque dispositionis causa valdè confert ad eorundem legatorum, ac dispositionis interpretationem, & intelligentiam.n.104.

Dictorum intelligentia ex causis est assumenda.ibidem.

Omnis dispositio restringitur iuxta causam antea explicatam, vel cogitatam. ibidem.

In interpretanda testatoris voluntate, & interpretandis legatis ambiguis, causa, & ratio finalis est consideranda. ibidem.

Causa finalis quæ sit.ibidem.

Vbi notarius aliquid confusè, vel ineptè scripsit, debemus accipere illam sententiam, quæ magis congruit rationi. num.105.

Causa legati facit illud determinari secundum eandem causam.ibidem.

Ex ratione expressa colligitur voluntas testatoris.ibidem.

Et voluntas testatoris, quæ colligitur ex expressa ratione præfertur verborum significationi.ibidem.

Ex

Ex ratione expressa extenditur etiam testatoris voluntas. ibidem.

Testatoris voluntatem limitat, & declarat etiam causa illa, quæ colligitur verbis testatoris, & etiam quæ apparet per coniecturas. ibidem.

Legatum ambiguum quoad verba ex causa declaratur. n.106.

Si legatum est ob certam causam veluti dotis, alimentorum, vel studij tantum, intelligitur esse relictum, quantum possit sufficere, inspecta conditione personarum, si facultates patiantur. ibidem.

Legatum limitatur, determinatur, & restringitur ex causa adiecta. ibidem.

Declaratur hoc, nisi causa adiecta, siue modus respiciat fauorem legatarij, nam tunc non coarctat. ibidem.

Legatum calicis in genere Ecclesiæ ex causa finali intelligitur de Calice apto ad consacrandum, & sic non de ligneo, vitreo, aut ex ære, vel auricalco, sed argenteo. ibidem.

§. III.

Quando, & ex quibus coniecturis, in legatis facienda sit stricta interpretatio; & quæ coniecturæ inseruiant ad faciendam modò latam, modò strictam.

Prima coniectura strictæ interpretationis.

81. PRimò legatum debet in dubio strictè interpretari quoties ex lata interpretatione sequeretur, minus dilectum præferri magis dilecto; nam in dubio, & in obscuris ea est semper facienda interpretatio, vt minus dilectus non præferatur magis dilecto, seu sit melioris conditionis quam magis dilectus. ita post alios Mantica *de coniecturis lib 6. tit.11. num.* 13. Stephanus Gratianus *to.4 cap.771. num* 23. & *to.5. cap.922. num.* 36. & Marta de successionibus *p. 4. q.18. art.12. num.*84. & 85. & esse communem opinionem testatur Mantica. Qui addit ad euitandum absurdum ne minus dilectus sit melioris conditionis, quàm magis dilectus recedi à proprietate, seu propria significatione verborum, & fieri, vel non fieri extensionem de vno casu ad alterum, vel de persona ad personam, quamuis alias non esset, vel esset facienda, ad idque affert auctoritatem Bartholi *in l. si mater §. 1. ff. de vulg. & pupill.* Baldi *in l. non dubium in 8. opposit. Cod. de testam.* & Alexandri *in l. hæredes mei §. cum ita num.15. ff. ad Trebell.* & *in conf.93.n.4. vol.3.* & idem notant Gratianus *d. n.* 23. & Marta *d.num.* 85. Vnde inquit Mantica ex eodem Bartholo *loco citato*, etsi substitutio aliàs trahatur de vno casu ad alium casum *l. Gallus §. & si quid tantum de lib. & posth.* & *ibid.* Doctores non extenditur tamen, quando sequitur hoc absurdum, quod magis dilectus inueniatur deterioris, conditionis, quàm minus dilectus. Item approbat dictum Bartholi *in d. l. Gallus §. etiam si parente*, aientis, quod si testator filio decedenti sine filiis substituat Titium, & hæredes Titij, appellatione hæredum Titij non veniunt hæredes eius extranei, sed solum eius descendentes; quia quemadmodum magis dilexit filium institutum, quam Titium substitutum, ita etiam intelligitur magis dilexisse hæredes filij, quam hæredes Titij; & proinde licet ea propria significatione appellatione hæredum veniant extranei; tamen in eo casu verba restringuntur ad descendentes Titij, ne sequatur absurdum, quod hæredes extranei ipsius Tititij minus dilecti sint melioris conditionis, quam hæredes extranei ipsius filij, qui non sunt tacitè vocati, neque in conditione positi. Item addit ex hac coniectura Romanum *con. 56. numero 4. versic.* 4. collegisse, quod si testator grauauit primum hæredem, multò magis intelligatur voluisse grauare secundum, & tertium. Ea eadem coniectura Gratianus *d. cap.* 771. *numero* 23. concludit dilationem solutionis legati pij,

& pro anima relicti posteriori loco testamenti concessam hæredi efficere, seu comprehendere etiam prælegatum maioratus in priori parte testamenti factum, cum prælegato maioratus sit fauorabilius relictum pro anima, quæ cunctis rebus est præferenda etiam liberis, & cuicunque successioni pro conseruatione familiæ, vt in præcedenti §. sæpè dictum est per textum *in l. Sancimus 1. in fine Cod. de Sacros. Ecclesia.* ac proinde ne sequatur absurdum quod minus dilectus, scilicet is, cui relictus est maioratus, sit melioris conditionis, quam magis dilectus, nempè anima, videtur dicendum testatorem voluisse dilationem appositam in legato pro anima, haberi pro apposita etiam in maioratu. Ex eadem coniectura idem Gratianus *d. cap. 922. numero* 36. infert in legato medietatis omnium bonorum meorum à testatore facto vxori, post quod generaliter relictum fuerunt numeratæ, & determinatæ aliquæ species mobilium, non fuisse à testatore comprehensa bona stabilia; quia si censerentur etiam stabilia comprehensa in tali legato, hæres partem minorem haberet ex testatoris hæreditate, quam legataria ob multa alia prælegata per testatorem eidem relicta ante dictum legatum, & ita magis dilectus esset deterioris conditionis, quod non est admittendum.

Secunda coniectura strictæ interpretationis.

Secundò in legato facienda est stricta interpretatio, quando legatarius non est capax largæ interpretationis. ita alios allegans Mænochius *de præs. lib. 4. præs.* 134. *numero* 1. & *Marta de success. p. 4. quæst.* 18. *art.* 12. *numero* 87. & constat ex dictis suprà *numero* 7. Quare si per statutum, inquit Marta, qui hæredem extraneum facere non posset, licet illi forensi legatum in pecunia facere posset, vt super statuto Mantuano fuisse iudicatum testatur Surdus *decis.* 30. tamen illi forensi non posset fieri legatum, quod absorberet maiorem partem hæreditatis, quia tunc idem iudicandum est de legato ita magno, quod de tota hæreditate. vt Bartholus *in l. quid ergo 2. §. 1. per illum textum ff. de leg.* 1. Decius *consil.* 349. *num.* 7. & alij ab eodem Marta relati. 82.

Hinc etiam solus vsusfructus præsumeretur relictus, si legatarius non esset capax proprietatis. vt Mænochius *loco citato* post Angelum, & Iasonem *in l. cum ij §. si vnus ff. de transact.* vnde idem Mænochius *ibidem* & *consil.* 351. *numero* 10. *lib.* 4. resoluit, quod cum statutum Nouariæ prohibeat maritum relinquere vxori præter vsumfructum, si maritus reliquisset fundum ipsi mulieri pro vsufructu, quod etsi hæc verba pro vsufructu sint dubia secundum eundem Mænochium; Nihilominus ex quo maritus non poterat legare proprietatem, dicitur voluisse relinquere solum vsumfructum. Confirmat Mænochius ex dictis *eodem numero* 7. scilicet legatum præsumi factum secundum legatarij conditionem, & qualitatem, ne alioqui sit inutile; adducitque textum *in l. plenum §. equitij ff. de vsu & habit. eodem numero* 7. adductum: vbi si testator legat vsum equorum, intelligitur vt legatarius possit eis vti ad vehendum sub iugo, non autem in ludis Circensibus, nisi legatarius sit huius instituti, vt ludis Circensibus esse soleat; ac proinde si non esto solitus esse in his ludis, atque ita legatarius sit incapax, non censetur ob eam causam factum legatum. 83.

Tertia, quarta, quinta, sexta, & septima coniectura strictæ interpretationis.

84. Tertiò in vltimis voluntatibus fit stricta interpretatio, quando larga resultaret in præiudicium tertij. Ita post Baldum Simon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. solut. 11. num. 21. arg. l. impuberi ff. de admin. tut.*

85. Quartò fit stricta interpretatio in relictis per testatorem aliqua necessitate cogente. ita Simon de Prætis *d. num. 21. versic. item strictam.* Vnde inquit, in casu statutorum mandantium de parte bonorum certo modo, vel in personas certo disponi vel relinqui, in his, & similibus casibus verba testamenti, & relictorum debent intelligi pro vt sonant, & aliter non extendi; quia in necessitatibus nemo liberalis existit *l. rem legatam ff. de alimen. leg. l. vnum §. si de falcidia ff. de leg.* 2. similiter in eo, quod pater pro validitate testamenti tenetur filio relinquere iure institutionis, cum id faciat ex legis necessitate ait idem Simon *ibidem* faciendum esse strictam interpretationem.

86. Quintò in legato hæredi imposito in pœnam fit stricta interpretatio. ita idem Simon *d. solut. 11. num. 17.* vbi quod in casu pœnali fit stricta interpretatio in testamentis per Decium *consil. 290. & 336.* & alios ab eodem Simone relatos.

87. Sextò stricta interpretatio admittitur, quando testator electionem dedit hæredi, vt vnam, aut alteram rem præstet; nam tunc stari eius electioni tradunt Bartholus *in legato generaliter.* & *ibidem* Iason, & Alexander *ff. de leg. 1.* Decius *in l. semper in obscuris num. 3. ff. de reg. iuris,* quos refert, & sequitur Mænochius *lib. 4. præs. 106. n. 25.*

88. Demum, nonnullis aliis omissis, de quibus supra *num. 35. & 36.* & nonnullis aliis, de quibus Simon de Prætis *d. solut. 11.* post *num. 16.* fit stricta interpretatio, vbi sunt coniecturæ restringendi, Afflictus *decis. 44. num. 14.* Craueta *consil. 98.* Simon de Prætis *d. solut. 11. num. 17.* & Doctores communiter *in duobus præcedentibus paragraphis* allegati, & alij *infrà* allegandi. Vt enim superius *num. 26. & 69. in respons. ad 5.* in interpretanda voluntate defuncti debet attendi id, quod est verisimile *cap. inspicimus.* & *l. si seruus plurium d. num. 69.* allegatis. & illud quod est verisimile habetur pro expresso *l. Titius § 1.* & *ibi* Doctores *ff. de lib. & posth.* & cum aliis Afflictus *d. decis. 44. num. 25.* & verisimilitudo iuxta dicta suprà *d. num. 26.* apparet ex coniecturis, de quibus suprà *num. 5. ad 11.* & *in sequentibus.*

Coniecturæ communes vigore quarum modò lata, modò stricta facienda est interpretatio legatorum.

89. Igitur quoad coniecturas communes, vigore quarum modò facienda est stricta, modò lata interpretatio in legatis hæ sumuntur ex consuetudine, & vsu testatoris, ex consuetudine patriæ, seu regionis, & loci: ex persona ipsius testatoris, & legatarij, eorumque conditione, & qualitate, ex patrimonio, ex subiecta materia, seu rebus ipsis; ex antecedentibus, & subsequentibus, seu contextu testamenti, & ex causa, ratione, seu fine propter quem fit legatum vt constat ex *l. si seruus plurium §. vltimo ff. de leg. 1.* cuius verba recitata sunt suprà *num. 2.* & ex *l. nummis de leg. 3.* cuius verba etiam *eodem num. 2.* sunt scripta; & de iisdem etiam coniecturis Mantica *de coniecturis lib. 6. tit. 8. ad 15.* Simon de Prætis *de interpret. vltim. vol. lib. 1. interpret. 1. dubit. 4. solut. 11. numero 16.* & Mænochius *lib. 4. præs. 106.* de quibus ferè omnibus iam suprà *num. 5. ad 11.*

Prima ex vsu, & consuetudine Testatoris.

90. Primam igitur coniecturam ex vsu, & consuetudine testatoris ponit textus *in d. l. si seruus plurium §. vltimo,* & tradunt Doctores superiùs *numero 5.* allegati, & latissimè explicat Mantica *d. lib. 6. tit. 9.* vbi alios congerit, qui asserunt ex vsu testatoris voluntatem colligi; idque addit manifestè etiam probari *in l. 1. in l. si quis vinum versic. hæc omnia.* & *l. ex vsu testatoris ff. de tritico, vino & oleo legato:* facit etiam *lex Seio amico §. medico ff. de annuis legatis,* vbi legato medico facto de his, quæ testator viuus donabat, non ea, quæ extraordinariè eidem medico donabantur; sed censetur ei reliquisse, quæ ei singulis annis præstare solitus erat. vt Glossa *ibidem.* ex quo textu etiam Doctores inferunt, quod dictum generale ad extraordinaria non refertur, & restringitur per speciem specificatam, de quo Vrsillus *ad decis. 106. Afflicti numero 4. & sequenti.* vbi exemplificans dicit, quod si legantur simpliciter dulcia, omne dulce venit, cum vero exprimitur vinum amphorinum, & quædam alia dulcia potionis, ea quæ sunt potionis tantum, veniunt. De qua materia tomo sequenti: ob prædicta iura etiam Aleiatus *in l. 1. num. 47. in fin. ff. de iurisdict. omnium iud.* dixit quod vsus Patrisfamilias eius mentem declarat, & ab iis, quæ viuens testator obseruare consueuit, coniectura voluntatis etiam post mortem eius sumitur: vide etiam tradita suprà *d. n. 5.*

Secunda coniectura communis ex consuetudine regionis.

De secunda coniectura desumpta ex consuetudine regionis, seu patriæ testatoris plura dicta sunt supra *num. 6.* vbi res etiam exemplificata exemplis, hanc etiam coniecturam assignant Doctores *ibidem* allegati, & alij à Gratiano *ibidem* citato relati; de eaque latissimè agit Mantica *d. lib. 6. tit. 8.* cùm enim consuetudo approbata pro lege habeatur *cap. consuetudo de consuet.* sitque optima legum interpres *cap. cum dilectus eod. tit. l. si de interpretatione ff. de legibus.* sicut vltimæ voluntates recipiunt interpretationem legitimam à lege ciuili, & municipali (vt de vtroque latissimè Mantica *dicto lib. 6. tit. 6. & 7.*) ita etiam à consuetudine regionis congruam accipiunt interpretationem Mantica *d. tit. 8. num. 7.* cum etiam quælibet dispositio recipiat interpretationem à consuetudine, vt Innocentius *in cap. olim de verb. signif.* & Abbas, Decius, & alij, quos idem Mantica *d. numero 7.* allegat. Et ex consuetudine loquendi regionis verba debere interpretari tradit Corneus *consil. 235. numero 6. vol. 1.* & etiam præsumi quempiam velle, quod consuetudines habeant locum in sua dispositione docet Baldus *consil. 79. num. 4. vol. 1.* Aduertendum autem quod licet in interpretanda ambigua testatoris voluntate inspici consuetudinem loci originis ipsius testatoris, non autem consuetudinem loci, in quo tanquam forensis fecit testamentum, tradiderit Romanus *in l. si non speciali num. 6. Cod. de testamentis* dicens esse communem; Nihilominus longe verius inspiciendam potius esse consuetudinem loci, seu regionis, in qua testator versatus est vt tradunt Corneus, Socinus, Decius, Mænochius *locis* suprà num. *6. citatis.* & alios allegans Mantica *d. tit. 8. num. 13.* & constat expressè ex textu *in d. l. si seruus plurium §. vltimo ff. de leg. 1.* ibi. *Deinde regionis, in qua conuersatus est, exquirenda est.* 91.

Sicut autem ex consuetudine regionis, ita etiam ex consuetudine loci, in cuius fauorem fit legatum sumi coniecturam voluntatis testatoris tradunt Imola, Decius, Baldus nouellus, Tiraquellus, Gregorius Lopez *locis* suprà *n. 52. citatis,* & nonnullos alios allegans Stephanus Gratianus *to. 5. cap. 565. n. 17.* & ex Theologis Molina, Sanchez, Layman *locis* eodem *n. 52. allegatis.* Axorius, & Castrus Palaus *locis* suprà *n. 71. relatis.* qui probant per textum in sæpius *allegata l. Titia testamento §. sed ff. de auro & arg. leg.* vbi dicunt legatum imaginis ponendæ in templo, dictum est, non debere intelligi de ærea, sed de argentea ob illius templi consuetudinem, nempè quia in illo nulla statua ærea, sed tantum argentea, 92.

vel

vel aurea solitæ erant esse. Vnde etiam legatum planetæ, vel calicis intelligendum erit iuxta consuetudinem Ecclesiæ, cui fit legatum: nam si ibi non consueuerunt esse planetæ nisi ex serico, legatum erit de planeta ex serico, & si nulli calices nisi argentei adhiberentur in vsum, legatum de calice argenteo foret intelligendum; quod si soleant esse planetæ inferiores, & calices etiam minus pretiosi, de ipsis legatum intelligendum

Tertia coniectura communis ex persona testatoris, eiusque conditionibus.

93. Tertia coniectura sumitur ex persona testatoris, nempè eius conditione, dignitate, nobilitate maiori, vel minori, ex peritia, & ignorantia, de qua coniectura voluntatis testatoris latè Mantica *d. lib.6. tit.10.* Quod capiatur ex dignitate, & nobilitate testatoris latior interpretatio ostensum est suprà *num. 39. & seqq.* & tradunt Doctores *ibidem* citati, & alij, quos refert Mantica *d. tit.20. num.4. vbi num.2.* ex Paulo de Castro *consil. 385. num.3. vol.1.* quod licet regulariter id quod est minus, vel saltem mediocre intelligatur esse relictum *l. qui lancem ff. de auro & arg. legato.* & *l. nummus ff. de leg.3.* de quo latè suprà *§. primo,* tamen propter dignitatem, & eximiam nobilitatem testatoris amplius præsumitur relictum esse arg. *l. filius familias*, ibi, *Nonnunquam etiam ex persona ff. de donat.* quod tradidere etiam alij Doctores *d. n.39* relati.

94. Quod etiam ex peritia, & imperitia testatoris sumatur coniectura voluntatis, ita quod verba dispositionis variè debeant intelligi, prout à perito, vel imperito testatore pronunciata, dixi suprà *num.40.* & præter Baldum, & Socinum *ibi* citatos, tradit Decius *consil. 2. num.42. vol.2.* vbi dicit, quod testatoris verba debent aliter interpretari, si fuerit iurisperitus; aliter si fuerit idiota; nam si iurisperitus præsumitur (inquit) propriè loqui; si idiota, non tàm strictè eius verba sunt accipienda. idem tradit Mantica *dict. tit.10. num.11.* & latius post alios *lib. 3. tit. 5. num. 7.* vbi quod si testator fuerit literarum imperitus, sumitur probabilis coniectura, vt recedatur à propria verborum significatione, & quod si vir imperitus aliquid dixerit, non propriè, sed crassa Minerua accipiendum est, maximè in his, qui volgari, ac simplici modo quicquid in buccam venit, effutiunt. vt Aleiatus *lib.2. de verb. signific. num.30.* & & quod verba, quæ proferuntur à testatoribus, qui communiter sunt idiotæ, & illiterati, & non capiunt intellectuales legum differentias debent grosso, naturali, & vulgari modo intelligi, vt Iason post alios *cons.51. vol.4.* præsertim cum imperiti plerunque abusiuè loquantur, atque adeo eorum verba ad strictam verborum significationem tradi non debent, vt Oldradus *consil.45.* per *l. non aliter §.1. ff. de leg.3.* & *l. insula in fin. ff. de acquir. rer. domin.* Quod si fuerit vir in iure peritus, præsumitur nullum verbum posuisse, quod prius non ponderauerit, vt Baldus, & Socinus *locis* d. n.49. *citatis* & idem Mantica *d. num.7.* vbi cum eodem Socino ex hoc, quod testator fuerit eximius iurisconsultus, ait elici coniecturam, quod potuerit suam voluntatem exprimere, & iuris difficultates amputare: Ac proindè etiam (inquit cum Parisio *consil. 92. num.24. & 25. vol.2.*) non est verisimile testatorem iurisperitum contra legum præcepta voluisse disponere; Atque adeo etiam verba testatoris debent intelligi, quemadmodum ipse opinabatur, non autem secundum eorum propriam significationem. Aduertit tamen idem Mantica *eodem tit.5. num. 8.* quod verba imperiti testatoris Latinè scripta à Notario debent intelligi secundum iuris interpretationem, non autem secundum sensum vulgatem idiotarum, quia præsumitur Notarius scripsisse secundum mentem testatoris, iuxta Bartholum *in l. quod si nepotes ff. de testam. tut.* & *in l. liberorum n. 20. ff. de verb. signif.*

Quarta coniectura communis ex persona, & conditione legatarij.

Quartò, quod coniectura voluntatis testatoris sumatur ex persona legatarij, eiusque conditione, dignitate, qualitate, affectione, & coniunctione cum testatore ostensum est *supra num. 7. & 31.* & tradunt Doctores *ibidem* allegati, & latissimè Mantica *dict. lib 6. tit.11.* & Surdus *decis. 150.* & ex conditione legatarij latam, vel strictam sumi interpretationem vltra tradita *dict. num. 7.* probatur, quia illud censetur relictum, quod congruit personæ legatarij, vt Mantica *dict. tit. 11. n. 17.* post Baldum *in l.1. num. 12. Cod. de leg.* & *in l. plenum §. equity ff. de vsu & habit.* vbi colligit ex illo textu quod si testator legauit vxori lectum, non veniunt culcitræ de serico (vt etiam notatum est *dict. num. 7.*) quia non conueniunt viduæ; quod idem ob eandem rationem præter Doctores *dict. num.7.* relatos tradunt Doctores communiter, quos refert Surdus *dict. decis. 150 num. 2.* vbi etiam ex Baldo *dict. num.12.* dicit, quod procedit etiam si testator mandauit vxorem eo modo tractari, quo eam ipse tractauit, quia nihilominus lectum ex serico non habebat, & similiter Salicetus *in l. vlt. num. 6. de indic. vid. toll.* & Iason *in l. stipulatio ista habere. §. hi qui num.8. de verb. oblig.* à Mantica *dict. num.17.* relati dixerunt; quod si testator reliquit vxori annua vestimenta, secundum statum, & conditionem personæ maximè vidualem debeantur. quod idem tradunt plures alij à Surdo *dict. decis.150. num. 3.* relati. Neque obstat, quod si testator legauerit lectum vxori, veniunt omnia ornamenta etiam festiua ex Bartholo *in l. librorum §. vltimo ff. de leg. 3.* & *in l. vltima. §. vxori ff. de auro & arg. leg.* sicut si legauit vxori vestes, festiuæ etiam intelliguntur legatæ ex eodem Bartholo *in dict. §. vxori.* Nam respondit Mantica *dicto num. 17.* & sequitur Surdus *dict. decis.150. num. 10.* aliud esse cum testator vxori legat annua vestimenta, seu vestitum, & lectum simpliciter, & in genere, quia tunc debet intelligi secundum conditionem personæ; aliud vero cum testator legat vestes suas, seu lectum suum, quia tunc omnes vestes cuiuscunque generis, & omnia ornamenta lecti legasse intelligitur, vt videtur colligi ex *dict. l. librorum §. vltimo.* & *dict. l. vltim. §. vxori ff. de auro & arg. leg.* & tradidit Angelus Aret. *in tract. de testam. glossa 49.* verbo *item reliquit dictæ vxori.* Rationem autem diuersitatis Surdus *dict. num. 10.* esse ait; quia legando lectum in genere res est ambigua quoad qualitatem, proinde declaratur ex conditione personæ, cui relinquitur, quando vero lectum suum relinquit, tunc species censetur relicta, quæ certa est, & declaratione non indiget, sed præstari debet in eo statu in quo tunc reperitur, & ex qua materia reperitur. Nam appellatione lecti veniunt omnia ornamenta *dict. l. librorum §. fin.* quando autem legat lectum suum, non est quærendum, quæ veniant ornamenta, cum ipsa debentur, quibus testator vtebatur, quod secus est, quando lectum legat in genere. 95.

Item legatum alimentorum intelligendum de alimentis magis, vel minus lautioribus secundum legatarij conditionem, & statum, vt lautiora debeantur, si legatarius sit persona nobilis, & in aliqua dignitate constitutus, leuiora, si persona vilis. vt cum aliis latè explicat Surdus *de alimentis tit. 4. quæst. 18.* sicut etiam si alimenta legantur diuiti, legatum non dicitur pium, si vero pauperi, legatum dicitur pium, idem Surdus *tit. 8. priuil. primo.* Et ego ipse in secundo tomo *horum moral. varior. tit.12.* & etiam legatum annuum pauperi relictum intelligitur pro alimentis, & consequenter ius accrescendi non habere locum; cum tamen aliud sit, si diuiti fuerit relictum Mantica *d. tit.11. n.18.* post Crotum *in l. re coniuncti n.71. ff. de leg.3.* vbi etiam quod si dos legetur pauperi, intelligitur pro alimentis ex Baldo de Barthol. 96.

in l. 1. num. 339. ff. solut. matr. si quoque vxori relicta sit habitatio cum filiis, ait Mantica *ibidem n. 19.* intelligi ei etiam alimenta esse relicta iuxta Paulum Picum *in l. Titia §. Titia n. 165. ff. de leg. 2.*

97. Item in dubio an mensura, vel frumentum, seu vinum, quod mensurari consueuit, legatum intelligitur, ex conditione persona coniectura sumitur, nam si venditori legatur tessera, intelligitur ei legata mensora; sin autem pauperi intelligitur mensurabile ad alimenta. vt Baldus *in l. Titia Seio in princ. ff. de leg. 2.* & *in l. sed & si susceperit §. 1. de iudiciis*, quem ad id refert Mantica *d. n. 19. versic. item si dubitatur*, & Socinum Iun. *consil. 48. num. 3. volum. 1.* vbi, quod si testator Decurionibus aliquid dari voluit in die natalis sui, non est verisimile de vno anno eum sensisse, sed de legato perpetuo vt dicitur *in d. l. cum quidam*, & hoc interpretatur Bartholus ex qualitate personæ relinquentis, & eius, cui relinquitur, quoniam de Decurionibus dari iussit.

98. Item ex persona legatarij legatum præsumi esse simplex, vel annuum tradunt idem Mantica *d. n. 19.* Surdus *de aliment. tit. 8. priuil. 25. n. 12.* post Bartholum *in l. cum quidam n. 3. ff. de annuis legatis.*

99. Quod vero ex affectione, & coniunctione legatarij desumatur coniectura voluntatis testatoris legantis, ve latissima fiat interpretatio, & quod maximum in legato venire præsumatur ob specialem affectionem testatoris erga legatarium, seu strictissimæ amicitiæ, aut consanguinitatis, vel affinitatis coniunctione latè traditum est suprà *n. 31. ad 38.* & docuerunt Doctores *d. num. 31.* relati per iura *ibidem* allegata, & latius Mantica *d. tit. 11. n. 23. ad 29.* Quare præter exempla, de quibus suprà *n. 32.* legatum præsumi annuum ex affectione testatoris erga legatarium tradiderunt Bartholus *in d. l. cum quidam n. 1. ff. de ann. leg.* Castrensis, & Aretinus *in l. apud Iulianum. §. si quid alicui ff. de leg. 1.* & Surdus eos allegans *de alim. tit. 8. priuil. 7. num. 4.* colligitur etiam ex Mantica *d. n. 19.* dum vult legatum esse simplex, vel annuum præsumi considerata persona legatarij.

Quinta coniectura communis ex patrimonio testatoris, & rebus ipsis relictis.

100. Quintò coniectura voluntatis testatoris, & quid voluerit in legato comprehendi, sumitur ex eiusdem patrimonij, seu facultatum consideratione, & ex rebus ipsis relictis. de quo suprà *num. 11.* & Doctores *ibidem* relati asserentes legatum accipere æstimationem ex facultatibus testatoris inspectis, & consideratis per iura *ibidem* adducta, quibus addimt *l. quidam in testamento ff. de leg. 2.* vbi, quod voluntas defuncti aut ex magnitudine rei, aut ex mediocritate facultatum elicitur. Vnde etiam quamuis testatoris, & legatarij dignitas, charitas, & necessitudo attendatur ad faciendam magis, vel minus amplam interpretationem legati iuxta *superius* tradita: tamen id semper intelligitur pro opibus testatoris. ita Alciatus *in l. 1. num. 21. ff. de leg. 2.* Mantica *d. lib. 6. tit. 12. num. 1.* & ita legatum in alterius arbitrium collatum debet intelligi pro modo patrimonij *d. l. 1. ff. de leg. 2.* Angelus *consil. 97. num. 2* Mantica *dict. num. 1.* & similiter legatum alimentorum intelligitur relictum pro modo facultatum, aut pro modo dotis legatæ iuxta *l. cum vnus §. vlt.* & *l. cum alimenta in princ. ff. de alim. leg.* alios allegans tradit idem Mantica *ibidem num. 2.* vbi *num. 3.* cum Couarruuia *pract. 99. cap. 38. num. 32.* dicit hanc esse veram, & propriam regulam interpretandi testantium, & aliorum dispositiones, vt iuxta naturam rei, materiam subiectam, & regulas iuris intelligantur.

101. Et quod ex qualitate rei legatæ colligatur coniectura voluntatis legantis patet, nam licet legatum à consanguineo factum Episcopo præsumatur relictum intuitu personæ, non Ecclesiæ *cap. requisisti de testamentis.* ibi, *si vero relinquatur illud Episcopo à propinquo.* hoc tamen locum non habet; si testator legauerit calicem, vel patenam, vel tintinabulum, aut similem rem conuenientem ad Ecclesiam; quia tunc ex qualitate harum rerum legatarum præsumitur legatum relictum Ecclesiæ, non autem personæ. vt tradunt communiter scribentes *in d. cap. requisisti.* Mantica *d. tit. 12. n. 4.* Mascardus *concl. 968. n. 11.* & *concl. 1251. num. 129.* Barbosa *collect. ad d. cap. requisisti num. 2.* & alij relati à Mascardo. Quemadmodum è contra etsi legatum sit relictum Episcopo ab extraneo, præsumitur factum contemplatione Ecclesiæ, eique acquiritur *d. cap. requisisti*: ibi; *si ab extraneo, &c.* Mantica *d. n. 4.* & cum aliis Mænochius *lib. 4. præs. 112. n. 11.* qui *n. 12.* cum pluribus aliis idem resoluit etiamsi legatum sit ab extraneo factum Episcopo sub nomine eius proprio; id tamen non procedit, quando aliud ex qualitate rei legatæ coniici potest, veluti si quis legauit Prælato falconem, vel canes, vt Doctores communiter *in d. cap. requisisti*, & post alios Mantica *d. num. 4.* & Mænochius *d. præs. 112. n. 18.*

Item ex rebus ipsis relictis sumitur coniectura, quod legatum fuerit relictum gratia notandi infamia personam alioqui grauem, & honestam; vnde etiam legatum redditur inutile, veluti si quis alicui religioso, vel Doctori præcellenti laruas legauerit, vel mulieri honestæ vnguenta meretricia. ita ex Iasone *in l. 3. in princ n. 13. ff. de lib. & posth.* Mantica *d. tit. 12. n. 10.* qui nonnulla alia tradit de hac coniectura voluntatis testatoris, quæ ex rebus ipsis elicitur. 102.

Sexta coniectura communis ex antecedentibus & subsequentibus, seu contextu testamenti.

Sextò ex antecedentibus, & subsequentibus in eodem testamento, ex contextuuè testamenti sumitur coniectura voluntatis testatoris disponentis, & legantis; de qua coniectura iam suprà *num. 10.* & per textus ibi allegatos Doctores *ibidem* citati, & cum aliis latissimè Mantica *d. lib. 6. de coniecturis tit. 13.* pluribus hanc coniecturam comprobans, & declarans, & præsertim *num. 10.* dicit, quod vna pars testamenti aliam declarat, ita vt verbum ambiguum positum in vna parte recipiat interpretationem ab eodem verbo explicitè declarato in alia parte testamenti. vt *in l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1.* & *in similibus*, & duo exempla huius coniecturæ posita sunt suprà *n. 10* Et hinc rectè infertur, quod legatario non debet solum exhiberi ea particula testamenti, in qua legatum continetur, sed etiam illa ex qua possunt verba legati ambigua interpretari; id quod scripserunt Bartholus, Baldus, & Aretinus *in d. l. qui filiabus in princip.* & Mantica *d. tit. 13. n. 7.* 103.

Septima coniectura communis ex causa, & fine legatorum.

Denique quod causa legatorum, atque dispositionis multum conferat ad eorundem legatorum, & dispositionis interpretationem, & voluntatem testatoris colligendam & intelligendam post alios tradunt Simon de Prætis, *de interpret. vltimarum voluntatum lib. 4. interpr. 1. dub. 6.* & Mantica *de coniecturis lib. 6. tit. 14.* vbi *à n. 4. ad finem*, quomodo ex causa, & ratione eliciatur coniectura voluntatis, seu declaratur testatoris voluntas: est enim regula vulgaris, quod intelligentia dictorum ex causis est assumenda *cap. intelligentia de verborum significatione*, Albericus *in l. cum filio ff. de leg 3.* Simon de Pretis *d. dub. 6. num. 15.* Et ex causa pleraque sunt consideranda *cap. sueendum 29. d.* ideoque omnem dispositionem restringi secundum causam antea explicatam, vel cogitatam, vt ex Angelo *consil. 248. n. 2. & 3.* & *cons 357. num. 5.* Mantica *d. tit. 14. n. 8. fine.* vbi etiam ex Baldo *cons. 51. n. 6 vol. 5.* quod ratio finalis quandoque plus comprehendit ex mente, quàm ex verbis. Cum autem causa finalis sit fons omnium causatum, illa præcipuè in dignoscenda voluntate 104.

tate testatoris, & interpretandis legatis ambiguis est consideranda iuxta eosdem Doctores, & illa præsumitur finalis, quæ debet esse secundum iuris rationem; vel quæ assignatur à testatore loco finalis causæ. vt Baldus *in l. eam quam n.1. ff. de fideicomm.* & Mantica *dict. tit.14. num. 7.* & Simon de Preris vbi suprà *num.* 20 ex Baldo *in rubrica ad princ. Cod. de instit & substit.* dicit, quod causa est adiectio quædam ostendens motiuum finale, vel impulsiuum testatoris, & quod est vel quid præteritum, vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus iuxta Bartholum *in l. demonstratio §. quod autem n.2. ff. de condit. & demonstrat.*

105. Hinc vbi Notarius aliquid confusè, & ineptè scripserit, debere nos accipere illam sententiam, quæ magis congruit rationi, quia magis dicitur congruere menti testatoris dixit Paulus de Castro *consil.149. n.1. vol.1.* relatus à Mantica *d. tit.14. num.7.* Et causam legati facere illud determinari secundum eandem causam habetur *l. Seio in princ. ff. de ann. leg.* & tradunt *ibidem* Bartholus, Capra *consil.3. n.5.* Romanus *consil.503.* & Mantica cum aliis *d. tit.14. n.13.* & Simon de Preris *d. dub.6. num.26.* qui *n.25.* dicit, quod limitat, & declarat voluntatem testatoris causa illa etiam, quæ colligitur ex verbis testatoris iuxta Castrensem *consil.13. n.10.* & *n.19.* dicit idem Simon, quod sufficit per coniecturas apparere de causa, vel ratione secundum Baldum inter consilia Angeli *consil 68.* & Barbat. inter consilia Alexandri *cons. 52. n 19. & 20. lib...* Quare multo magis & citra omne dubium ex ratione expressa colligitur testatoris voluntas, Castrensis *cons.115. n.1. vol.1.* Mantica *d. tit.14. num.10.* Et causa in testamento expressa extendit, & restringit verba secundum mentem testatoris *l. cum pater. §. Dulcissimis ff de leg.2. l. vlt. ff. de hered. instit.* Mantica *d. num.10.* vbi etiam post Castrensem *d. consil. 115. n.1.* quod voluntas testatoris, quæ colligitur ex expressa ratione, præfertur verborum significationi; & quod ex ratione expressa declaratur, & extenditur voluntas testatoris ex Craueta *cons.245. n.4.* Nam quando ratio dispositionis est generalis non valet argumentum, *quod testator non expresserit; ergo non debet admitti*, vt idem Mantica cum eodem Craueta *consil.297. col. pen. versic.6.* & *cons.785. num.7. & seqq.*

106. Igitur si verba legati sunt ambigua, pro illius interpretatione, & intelligentia causa legati est inspicienda, & quare fiat dispositio *l. vxorem in princ. ff. de leg.3. l. si is, qui §. prim. ff. de reb. dub.* Glossa *in l. cum pater §. Dulcissimis* verbo *discordiis ff. de leg.2.* & *in l. legata inutiliter* verbo *interuenit ff. de adim. leg.* Simon de Præris *d. dub.6. n.23.* & Mantica *d. tit.14. n.13.* Vnde si legatum est ob certam causam, veluti dotis, alimentorum, vel studij, tantum intelligitur esse relictum, quantum possit sufficere inspecta conditione personarum, si facultates patiantur, idem Mantica *d. n.13.* post Bartholum *in l. 1. n.14. ff. de leg.1.* ob rationem *numero præcedenti* tactam, scilicet, quod legatum relictum ob causam limitatur, & determinatur secundum causam sibi annexam *d. l. Seio.* & legatum restringi ex causa adiecta legato habetur *dict. l. cum pater. §. Dulcissimis de leg.2.* & *l. Epistola in princ. ff. ad Trebell.* & post Crauetam, & Parisium notat Mantica *d. num. 13.* vbi tamen addit hoc debere intelligi, nisi causa de futuro adiecta siue modus respiciat fauorem legatarij, quia tunc nunquam coarctat *l. Titio §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. Donationes §. species,* & *l. 1. § vlt. ff. de donat.* & dixerunt Bartholus *in l. libertis n. 4. ff de alim. leg.* Mantica plures alios allegans *d. n.13.* & etiam Simon de Preris *d. dub.6. n.24.* vbi dicit, quod si simpliciter & per se talis causa inspecta non continet fauorem legatarij, sibi per testatorem exhibitum, tunc causa adiecta limitat legatum, *d. §. Dulcissimis,* si vero continet fauorem legatarij, causa ipsa operatur augmentum, si potest operari *l. si habitatio §.1. ff. de vsu & habit.* aliàs non operatur restrictionem iuxta Bartholum *in d. l. libertis eodem n.4.* ita Simon. Similiter si quis leget Ecclesiæ calicem in genere, ex causa finali debet intelligi calix aptus ad sacrificandum, & ita non vitreus, æreus, aut ex auricalco, sed argenteus iuxta Doctores suprà *num.77.* allegatos, & *ibidem* tradita; Calix enim æreus, vel ex auricalco cum ob vini virtutem æruginem faciat, vt dicitur *in cap. calix d.1. de consecr.* non est aptus ad sacrificandum. Sed plura de hac coniectura voluntatis, quæ ex causa finali legatorum & dispositionis sumitur, videantur apud dictos Simonem de Preris, & Manticam *d. tit.14.* vbi resoluit plures difficultates ex hac coniectura sumpta ex causa relicti de quibus fortè *tomo sequenti.*

Lector beneuole,

Quod Authoris absentiâ, & incautâ Typographi maturatione fortè irrepsit mendum; sic emendandum ab ipso rogaris Auctore:

Vult nempe deleri in titulo sexto ad numerum 58. ab his verbis, Quæ doctrina, *&c. vsque ad finem, & huiusmodi reponi:*

Quam doctrinam sequitur Rota *decis.203. num.8. p.4.* Verùm cùm debita hæreditaria transeant ad Monasterium vti onus hæreditatis, nec sint à Monasterio de nouo contracta, crederem posse illis satisfieri à Monasterio alienando bona pretiosa vel immobilia minus vtilia; quando alia bona non supersunt, idque saltem ex tacita mente testatoris.

Ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Mariæ; Sanctorum Apostolorum Pauli, & Barnabæ & omnium Sanctorum.

F I N I S.

REPERTO



REPERTORIVM. RERVM NOTABILIVM QVÆ IN TITVLIS HVIVS operis comprehenduntur.

Prior numerus Titulum notat, posterior est Tituli.

A.

Abbas.



BRAS etiam maior in communi etiam Capitulo non potest minuere de iure voius Ecclesiæ sibi subiectæ nisi ex insta causa, & possessore vocato. Tit. 1. n. 166. vide *Alienatio rei Eccl. quoad solemnitatem iuris antiqui.*

Accrescendi ius.

Si donatio fundi facta sit Titio, & Mænio, & alter non capiat, pars exclusi non accrescit alteri. tit. 11. n. 22.

In legatis pars exclusi accrescit alteri collegatario. ibid.

Actio, actus, Actionis ius.

Habens actionem videtur habere rem ipsam. tit. 6. num. 251.

In iis, quæ pendent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si actus non valet eo modo, quo agitur, non valet etiam eo modo, quo fieri, & valere potuit. tit. 6. num. 336. intelligitur vt num. 347. vide, verbum sequens; *contractus carens solemnitate iuris, seu irritans.*

Actio, Actus quoad bonitatem, & malitiam moralem, & quatenus sunt materia legis humanæ.

Triplex genus actuum humanorum. tit. 7 n. 2.

Actus mali sunt duplicis generis, scilicet alij mali, quia prohibiti; alij ex se, & intrinsecè ex sola vi obiectorum non conuenientium naturæ rationali ante omnem legem prohibentem, & explicatur latè. tit. 9. num. 182.

Formalis ratio peccati, seu malitiæ moralis in quo consistat. ibid.

Etiam in iis, quæ sunt mala, quia prohibita, species malitiæ non desumitur primo ex præcepto, sed ex obiecto. ibid. & num. 183.

Præcepta & humana de re aliàs indifferenti, quomodo rem præceptam, vel prohibitam faciant materia peccati. tit. 9. num. 183.

Ex præceptis formaliter diuersis vt signis, & indiciis dignoscitur, & infertur diuersitas specifica peccatorum, & quomodo. ibid. num. 185.

Actus honesti externi aliquarum virtutum sunt intrinsece, & per se ad certam virtutem pertinentes; Alij vero actus externi sunt, qui ex se nec honesti, neque inhonesti rationem habent; possunt tamen habere ex libera hominum impositione, & id latè explicatur. tit. 9. num. 186.

Liberum est Ecclesiæ quamuis actionem præcipere intuitu religionis, non vero intuitu cuiuscunque virtutis. ibid.

Ieiunium in Sanctorum vigiliis præcipitur intuitu temperantiæ; non laborare in die festo intuitu religionis. ibid.

Lege humana possunt præcipi, vel prohiberi etiam actiones, quæ lege naturali, & diuina non sunt præceptæ, vel prohibitæ, intuitu boni communis, & intuitu alicuius virtutis. tit. 9. n. 187.

Actus per se mali lege humana non possunt præcipi; actus autem boni ex obiecto possunt aliquando prohiberi. ibid.

Actiones ex obiecto indifferentes secundum se præcisè cōsideratæ non sunt materia legis humanæ nisi quoad permissionem; consideratæ vt vtiles ad bonum commune, & quatenus ad aliquam virtutem habent conducentiam, possunt præcipi, vel prohiberi. tit. 9. num. 188.

Intuitu alicuius virtutis præceptæ, vel prohibitæ habent honestatem illius virtutis, seu in specie illius virtutis sunt constitutæ, & transgressio habet deformitatem seu malitiam vitij oppositi illi virtuti. n. 189.

Quid si actus indifferentes præcipiantur, vel prohibeantur intuitu plurium finium ad diuersas virtutes spectantium. ibid.

Quid sit, legem humanam ponere præceptum in specie alicuius virtutis, & constituere medium in materiis virtutum. ibid.

Actiones intrinsece, & ex obiecto, ac natura propria pertinentes ad vnam virtutem possunt præcipi intuitu alterius, ad quam aliquam extrinsecam conducentiam habent. tit. 9. n. 190.

Qua ratione dignoscatur, an actiones intrinsece pertinentes ad certam virtutem præcipiantur intuitu illius virtutis, aut vero intuitu alterius virtutis, ad quam habent extrinsecam conducentiam. n. 191.

Malum est non solum velle malum, sed etiam ipsum malum externè efficere. tit. 9. n. 344.

Actus impudici.

Vide, verbum sodomia secundum se.

Aduocatus, & Causidicus.

Aduocati requisiti ad patrocinandum pro rescissione testamenti minus solemnis qua ratione se gerere debeant. tit. 2. num. 93. vide ieiunium quoad eos, qui excusantur.

Agere

Rerum notabilium.

partium n. 51. Nec creditur Notario in instrumento alienationis dicenti, ex causa fieri alienationem. ibid. & Ecclesia alienans debet probare non posse aliter sibi subueniri. o.aa.

In alienatione bonorum Ecclesiæ ex causa necessitatis, vt pro æris alieni solutione an emptor teneatur probare versionem pretij in causam expressam, & Ecclesiæ vtilitatem. tit 6. n 51.53.54.

Alienatio facta pro extinguendo censu non dicitur causa necessitatis, sed vtilitatis n. 53.

Alienatio ea causa necessitatis sufficit, quod sit vtiliter cæpta. n.55.

Regulariter non potest fieri de bonis immobilibus sine su Apostolico. tit 6. n.57. potest vbi necessitas non admittit moram. ibid. sed postea requiritur Papæ confirmatio. n 60.

In vrgenti necessitate an possint alienari bona Ecclesiæ donata cum conditione, vt non alienentur, vel relicta ad certum vsum. tit.6. n.57.

Ecclesiæ bona pro soluendo ære alieno absque assensu Apostolico vendi non possunt nisi vrgente creditore coram iudice, & huius sequatur sententia, & exequutio & quæ tunc iudex considerare debeat. tit.6. n.58 & 59. Quid si agatur de soluendis debitis hæreditatis relictæ Ecclesiæ, etiam incorporata. num.59.

Pro debitis Rectoris Ecclesiæ bona Ecclesiæ alienari non debent, nec in illis exequi. tit.6. n.61.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad causam euidentis vtilitatis.

Propter vtilitatem Ecclesiæ maiorem bona immobilia, & mobilia pretiosa Ecclesiæ alienari possunt. tit. 6. num.62. debet vtilitas esse euidens, & manifesta, & quando sit manifesta. n.64. 67. & 68.

Euidens vtilitas alienationis non dicitur, si habita sit fides de re in cambium assignanda; vel facta sit vt discedatur à lite n.65.66. Nec cum dantur in emphiteusim bona pro eodem pretio, quo estimata fuerunt. n.68. nec cum bona, quæ debent alienari non specificantur. ibid.

Euidens vtilitas alienationis in dubio an, & quando præsumatur. tit. 6. n.69.70.71.

Debet plenè, & euidenter probari. tit.6.n.73. nec sufficit sola assertio Prælati alienantis. ibidem; nec assertio sola notarij. ibid.

Instrumentum locationis licet non sufficiat ad probandum verum rei valorem, sufficit tamen ad probandum non vtilitatem, & damnum Ecclesiæ. ibid.

Pro commissariorum decreto in dubio præsumitur, & sic quod adfuerit euidens vtilitas. tit. 6. n 24. 81. admittitur tamen probatio in contrarium. ibid. nec ex decreto præsumitur euidens vtilitas, nisi præcesserit diligens causæ cognitio. ibid.

Euidens vtilitas est causa finalis, quod ad concedendam alienationem rerum Ecclesiæ mouetur Papa; cuius intentio tota est circa euidentem vtilitatem. tit 6 n.91. Nec attenditur subreptio, & captessio falsæ causæ non versantia circa vtilitatem. n.92. & n.100. Atque alienatio sine euidenti vtilitate facta, etsi à Papa confirmata. n 97. Cum notoria Ecclesiæ vtilitate facta absque assensu Apostolico, & iuris solemnitatibus an in vtroque foro valeat; neque exenset à pœnis Paolinæ 2.num.98.99 vt valeat sufficit vtilitas putatiua; probata tamen læsione datur Ecclesiæ restitutio in integrum. n. 100. Censetur vtilis concessio in perpetuum pro pensione, pro qua singulis annis locabatur, vel si aucta sit pensio. n.110.111.

Vtilitas, & læsio Ecclesiæ, & valor rei attenditur de tempore contractus alienationis. tit.6 n.101. intelligitur de tempore regulari, & ordinario, non de momentaneo, & calamitoso, & insolito n. 102. in hoc tempore calamitoso, belli, pestis, &c. quæ attendenda pro euidenti vtilitate. n.102.&103. Quod tempus attendatur in contractu emphiteotico, & in reconductione rei emphyteoticæ. n.103.104.

Sufficit alienationem fuisse vtiliter cæptam, seu euidentem vtilitatem fuisse ab initio contractus tit.6. n.105. & tunc emptor non tenetur probare versionem pretij in Ecclesiæ vtilitatem. n.106.

Pro dignoscendo valore rei, & euidenti vtilitate multa relinquuntur arbitrio iudicis. tit.6. n.107. fine. Considerandum an Ecclesia habeat dominium rei alienandæ n.108. in locatione perpetua seu emphyteusi habetur ratio diminutionis sextæ partis. ibidem. habenda ratio pacti, quod ad Ecclesiam reuertantur melioramenta excepta locatione perpetua. n. 112. consideranda prouentus ex aquarum emptione. n.113. considerandi sunt redditus, pro vt verè reddunt, non iuxta æstimationem ad rationem quinque pro centenario; & cur talis æstimatio sit introducta. n.114. Habenda ratio non solum maioris redditus, sed etiam valoris ipsius rei; item vicinitatis fluminis, & accessus banniorum; & quod res indigeat reparatione in commodum Ecclesiæ; secus si in commodum accipientis, & eius successorum. ibid. & n.116. Habenda ratio, quod res sit inutilis non solum re, sed etiam spe. n.117. Habenda ratio vicinitatis, vel distantiæ rei distrahendæ à monasterio. n.124.

Vtilis Ecclesiæ dicitur alienatio, vbi ceditur actio liquida pro maiori summa, quam res valeat tit.6. n.118. & vbi fit pro extinguendo alio censu, quo grauatur maiori interesse secus si similis. n.119. Non censetur vtilis, sed est prohibita alienatio stabilium ad emendum censum, vel pro fabrica monasterij n.120.122. Item pro solutione æris alieni prohibita est alienatio census regularium. n.123. Vtilis censetur impositio census pro sustinendis expensis litis. n.120. Non probatur vtilitas euidens ex eo, quod Ecclesia, vel monasterium alienans pretium receptum in meliora prædia potuerit alienare. n.125.

Ex diuturnitate temporis sequuta obseruantia quomodo præsumitur assensus Apostolicus, solemnitas, & consequenter vtilitas alienationis tit.6. n.126.

Vide v. Commissarius, Ecclesia quoad restitutionem in integrum, &c.

Vide etiam. summarium tituli sexti positum post n.61. & aliud positum post num.90.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad solemnitatem iuris antiqui; & personas, quæ alienare possunt.

Solemnitas in alienatione seruanda præscripta in ... sine exceptione 12.q.2. tit.6.n.147.

Episcopus, & quiuis Prælatus bona tam propriæ mensæ, quam communia cum capitulo suæ Ecclesiæ non potest alienare absque consensu capituli. tit.6. n.144. limitatur in alienatione bonorum propriæ mensæ cum euidenti vtilitate, & interuentu assensus Apostolici. n 145.146. in præfata alienatione consensus capituli magis solemnitatem, quam substantiam respicit. ibid. in alienatione bonorum mensæ capitularis cum beneplacito Apostolico an requiratur consensus capituli. ibid. Quid faciendum si episcopus careat canonicis. n.147.

In alienatione rei Ecclesiæ cathedralis iuxta ius antiquum sufficit consensus Episcopi, & capituli, ibid. capituli consensus debet esse expressus n.148. maioris partis præsentis, nec est necessarius absentium. n.148.149. an sit præstandus à canonicis congregatis in communi. n. 151. conualidat alienationem si superueniat, à tempore tamen eiusdem præstiti consensus. 152. Non probatur ex eo, quod connexionis

instrumentum

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad actus, & contractus, quos comprehendit, qui absque solemnitate iuris, & assensu Apostolico fieri nequeunt.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad pœnas alienantium & malè acceptantium.

Rerum Notabilium.

B.

Beneficiarius.

Beneficij fructus.

Bestialitas.

Bibliotheca, Bibliotheca legatum.

Bona quæ mobilia, quæ immobilia.

Bona Ecclesiastica alienari prohibita absque solemnitatibus iuris, & Assensu Apostico quæ dicantur, & sint.

Bona fides.

C.

Caducitas.

Cancellaria.

Capella, & sepultura.

esse spectaculis, & conuiuiis nuptiarum. n.7. limita in conuiuiis honestis, & quæ fiunt in anniuersariis defunctorum, & solemnitatibus sanctorum. ibid.
Clerici in sacris constituti, & aliæ personæ Ecclesiasticæ interessentes comœdiis obscœnis, & turpibus peccant mortaliter. tit.8. n.23.
Vide v. *Sodomia quoad pœnas, & Testamentum ad profana iuxta dispositionem iuris canonici.*

Comedere, Bibere.

Vide v. Delectatio.

Comœdia.

Comœdiæ obscœnæ, & turpes quæ sint. tit.8. n.1. earum actores, mimi, & Histriones peccant mortaliter. n.2. iidem damnantur à Patribus, & scholasticis, ac summistis. n.3. pœnis à sacris canonibus, & iure ciuili afficiuntur n. 4. & seqq. sunt causa multorum criminum lethalium, & turpitudinum in ciuitatibus n. 6.
Comœdiæ turpes ex sui natura aptæ sunt aspicientes, & audientes prouocare ad graue peccatum. n.5. & 7. earum compositores, sicut & componentes carmina amatoria aptæ prouocare lectorum mentes ad libidinosam voluptatem, turpiumque rerum amorem peccant mortaliter, item interpretantes libros turpes, & lasciuiis plenos. ibid.
Comœdiæ nostri temporis non carent turpitudinibus, & obscœnis actionibus n.9.
Comœdiis obscœnis, & turpibus, qui intersunt, mortaliter peccant, si delectentur de narratis, & repræsentatis n.10. item si illis intersint, aut eas audiant cum probabili periculo incidendi in delectationem, vel desiderium rerum turpium narratarum, vel in aliud graue peccatum. n.11. tale periculum regulariter imminet. ibid. item peccant, si illis adsint cum scandalo aliorum n.15. quod scandalum facile oritur si illis intersint Religiosi, sacerdotes, viri graues, senes, Patres familias, Rectores ciuitatum. ibidem.
Comœdiis turpibus interesse, illasque audire ob solam curiositatem, vel delectationem solius repræsentationis, vel modi repræsentandi absque scandalo, & alio periculo sitne veniale, aut mortale. tit.8.n.13.& 14. & seqq.
In materia luxuriæ difficile est præscindere, & discernere delectationem de modo, gestu, narratione, locutione à delectatione de rebus ipsis. tit.8. n.18.
Dare causam Comœdiis turpibus, & similibus ludis, qui ab actoribus sine peccato mortali non exercentur est peccatum mortale. ibidem.
Si Comœdiæ turpes in diebus festiuis, grauius peccant actores, & inspectores. tit.8.n.25. ex Comœdiis turpibus an quid boni addisci queat, & sperari aliquis bonus exitus. n.26. & 27.
Qualis obligatio, & quod officium Principum, ac Gubernatorum tollendi, & impediendi spectacula theatralia impudica. tit.8.n.34.& 35. Quod officium Episcoporum. n.36. si manifestè constet de inhonestate Comœdiarum tam Episcopus, quàm Princeps sæcularis potest procedere contra histriones ad eorum eiectionem, & punitionem. ibid. in dubio an Comœdia, ludus, & spectacula sint inhonestæ, vel honesta Ecclesiasticus iudex debet cognoscere.
Vide summarium positum ante titulum 8.

Commissarius Apostolicus executor gratiæ si in euidentem *pro alienatione bonorum Ecclesiasticorum.*

Commissarius per gratiam *si in euidentem* delegatus super euidenti vtilitate an, & quando debeat examinare testes cum citatione partis siue iudicialiter, siue extra iudicialiter se informet. tit.6. n.75.76.77. an sufficiat vna citatio n.28. eius assertioni quoad euidentiam vtilitatis an stetur, donec contrarium probetur. num. 77. an & quando, & qua ratione sufficiat citatio Rectoris. num. 79. Testes qua ratione deponere debeant super euidenti vtilitate, vt fidem faciant. n.80.
In dubio præsumitur pro decreto commissarij. tit.6.n.81. admittitur tamen probatio in contrarium, quæ debet esse clara, & per testes valde graues. ibid. ad præsumendum decretum non sufficit diuturnitas temporis. n.82. requisita ad præsumendum decretum commissariorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ. ibid.
Sententiæ vigore gratiæ si in euidentem à commissario latæ nõ est necesse vt iustificetur ex actis. tit.6.n.82. nec validitati alienationi obstat, quod fuerit lata eodem die præsentationis gratiæ. ibid.
Confirmatio alienationis à commissario facta contra formam, & qualitatem commissionis est nulla tit.6. n 83. potest tamen commissarius de consensu partium ad maiorem Ecclesiæ vtilitatem augere canonem, licet in rescripto de hoc nihil dicatur. ibid.
Cõmissarius de subreptione assensus Apostolici cognoscere potest, & malè impetrantem condemnare ad expensas, &c. n.85. 86. est verus iudex non merus executor, & quare. n.88. debet esse in dignitate aliqua constitutus. ibid. & sufficit sit canonicus cathedralis ibidem. Alteri vices suas demandare nõ potest. n.89.
Commissio facta in *si in euidentem* expirat mortuo Pontifice concedente, si ante eius obitum non præsentetur. tit.6. num.87.
Vide v. alienatio rerum Ecclesiasticarum quoad solemnitatem, & alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad gratiam *si in euidentem.* & verbum sequens.

Commissariorum Apostolicorum malè, & cum damno Ecclesiæ officio suo abutentium, & talem abusum procurantium pœna.

Contra commissarios in gratia *si in euidentem* delegatos inferiores Episcopo in damnum Ecclesiæ alienationi rerum Ecclesiæ consentientes, vel decretum interponentes per fraudem, timorem, vel sordes statuta est excommunicatio latæ sententiæ, contra Episcopos, & illis superiores suspensio per annum ab executione officij; quæ pœnæ nemini reseruantur. tit.6. n.571. 575. 573. quando prædictæ pœnæ non habeat locum. ibid. & n.574 575.
Quæ pœnæ procurantiũ talem alienationem in damnum Ecclesiæ, & talia alienationis Decretum à commissariis extorquentium. n.575.
Vide, summarium positum post num.570. tit.6.

Commissio.

Commissarius non potest excedere fines commissionis. tit.6. n.83. etsi præter formam commissionis quid fiat est ipso iure nullum. ibid. Quando autem commissio pinguius adimpletur, commissarius non dicitur egredi formam commissionis. ibid.

Communicare, Communio.

Vide v. *Eucharistia.*

Compensatio.

Compẽsatio non solet de specie ad quantitatem admitti fallit in foro conscientiæ. tit.3. n.58.

Compromissum. Compromissum quoad res Ecclesiæ

Vide v. *Alienatio quoad actus, & contractus quos comprehendit Transactio.*

Concionatores.

Vide v. *ieiunium quoad eos, qui excusantur, &c.*

Conditio

Rerum notabilium.

Conditio.

Confessarius.

Confessio, Confiteri. Confessio sacramentalis.

Confirmatio.

Conformitates.

Cosentiens, consensus.

Constitutum.

Contractus.

Contractus carens solemnitate iuris communis, vel statuti quoad illius valorem, & obligationem in vtroque foro poli, & iudiciali.

Contractus colonarius.

Contractus superficiarius.

Superficiaria, seu contractus superficiarius quid sit, quomodo differat ab emphyteusi. tit.6.n.315.

Creditor Ecclesia.

Vide. v. Mutuum.

Contumelia, & Detractio.

Vide v. *Peccatum quoad distinctionem numericum.*

D.

Datio in solutum.

Vide v. *Alienatio*, & v. *Alienatio bonorum Ecclesiæ quoad actus, & contractus, quos comprendit.*

Debitum coniugale.

Si vir petat debitum modo concumbendi indebito an vxor teneatur reddere. tit.11.n.17.

Delectatio.

Delectationem actui annexam in ordine ad alium finem honestum quærere propter se, & non propter illum finem est peccatum. tit.12. n.10.

Comedere, & bibere absque necessitate ob solam voluptatem sensus tamquam ob finem principalem an sit illicitum, & peccatum. ibidem, & n.20.& 21.

Dictio.

Dictiones, & verba, quibus lex actum, seu contractum prohibitum censetur irritare latè explicantur tit.4. n.99. cum pluribus seqq. videatur summarium positum post num.66. tit.3.

Dictio, *Dummodo* regulariter importat modum, non conditionem. tit.6. n.100.

Dictio *tamen* est aduersatiua. tit.6. n.454.& 455.

Vide v. *lex irritans.*

Dictum.

Dictum generale ad extraordinaria non refertur, restringitur per speciem. tit.14. n.90.

Dictorum intelligentia ex causis est assumenda. tit.14. num.104.

Vide, v. *Legatum quoad coniecturas modo lata, modo stricta interpretationis.*

Dilectio, Dilectus.

Minus dilectus non debet esse melioris conditionis, quàm magis dilectus, & ad hoc absurdum vitandum receditur à proprietate verborum. ti.14.n.81.& fit, vel non fit extensio de vno ad alium casum; vel de vna ad aliam personam, quamuis aliàs non esset, vel esset facienda. ibid.

Dimittere, Dimissio.

Vide. v. *Alienatio rei Ecclesiæ quoad actus, & contractus, quos comprehendit.*

Dismembratio.

Vide. v. *Alienatio rei Ecclesiæ quoad actus, & contractus, quos comprehendit.*

Dispensare, Dispensatio.

Dispensatio à S. Pontifice viua voce concessa, vel eius manu signata an ante literarum expeditionem quoad forum conscientiæ valeat, & prosit. tit.1.n.164.

Papa potest dispensare in toto iure canonico; & in omnibus legibus aliorum summorum Pontificum. tit.9. num.104. etiam sine causa validè. n.105. idem potest quilibet legislator in lege sua. ibid. Archiepiscopi, & Episcopi in legibus suis, vel Synodi Diœcesanæ, etiã si fuerint à Papa confirmatæ approbatiuè, sed non authoritatiuè. ibid. An talis dispensatio sine causa iusta, sit illicita, & peccatum; & quale peccatum mortale vel veniale. n.107.ad 114. Quid si dispensatio sine causa fiat in leuibus, & quæ sint præcepta grauia, quæ leuia. num. 114. in dubio de iustitia causæ dispensationis factæ à superiore, & à Papa tam in lege humana quàm diuina an præsumendum sit causam esse iustam. ibid. Superior, qui dispensauit sciens deesse causam iustam, tenetur dispensationem reuocare. num.116.

Causæ nonnullæ ad dispensandum præsertim in gradibus prohibitis remotis. tit.9. n.110. Ad licitam dispensationem non requiritur causa vrgentissima, & quasi necessaria, sed sufficit minor, & finis aliquis honestus. num.111.

Quæ dicatur dispensatio Papæ ex gratia, quæ ex iustitia. ibid.

Procurans dispensationem absque causa an & quale peccatum committat. tit.9 n.115.116. Quid de acceptante dispensationem absque legitima causa datam licet non petitam. num.117. Quid de vtente dispensatione obtenta à superiore absque legitima causa in lege humana. n.118. & seqq. præsertim in graue detrimentum aliorum. n. 20. & quid de vtente dispensatione facta in iure diuino absque causa. n.119.

Superior secum dispensans in sua lege absque causa. peccat, dum dispensat, & dum vtitur dispensatione. tit.9. num.118.

Dispensatus à Principe vt possit vendere triticum pluris, & vltra taxam ab eodem Principe factam, tenetur vendere iuxta taxam tit.9. n.20. Dispensatus à Principe absque iusta causa, vt non soluat tributa cum damno aliorum, an sit tutus in conscientia, si tributa non soluat. ibid.

Dispensationes aliæ in primo vsu finiuntur, & habent plenum effectum, aliæ habent tractum successiuum. tit.9. n.121.

Cessante causa finali dispensationis, vel priuilegij in his, quæ habent tractum successiuum, an cesset dispensatio & vtens post causæ cessationem peccet, & quo genere peccati. referuntur plures sententiæ; & ponitur resolutio. tit.9.n.121.ad 133.

Dispensatio in his, quæ sunt iuris diuini cessante omnino causa, an cesset. tit.9. n.131.

Dispensatus in voto castitatis ob periculum incontinentiæ si post contractum matrimonium cesset causa illa, non cessat dispensatio, sed potest reddere, & petere debitum. tit.9.n.122. An soluto matrimonio possit denuò contrahere. ibidem. & num.seqq.

Dispensatus ad matrimonium cum consanguinea cessante omnino causa ante contractum matrimonium, an postea inualidè contrahat. num.123.125.& 131.

Dispensatus in lege ieiunij, vel ad vescendum carnibus, aut lacticiniis in diebus vetitis ob iustam causam infirmitatis, cessante infirmitate, vel debilitate, an teneatur postea ieiunare, & abstinere à carnibus. eisdem numeris.

Redeunte causa dispensationis an reuiuiscat dispensatio, quæ ob causæ cessationem cessauerat. tit.1. num.124.

Cessante illius causa cessat dispensatio, & priuilegium, si fuerunt concessa ex intentione expressa, vel tacita vt durarent solùm durante causa. tit. 9. n.126. item cessant, si ex aliqua circumstantia vsus dispensationis aut priuilegij reddatur iniquus. n.127.131. item cessant per cessationem causæ finalis contrariè. ibid. Item dispensatio in recitatione horarum propter munus, quod gerit, cessaret, cessante causa, scilicet sequuta amotione ab illo munere. n.131.

Legislator Papa, supremus Princeps, &c. ex iusta causa sicut cum subditis, ita cum se ipso potest in sua lege & etiam in votis dispensare. tit.9. num.134.& 147. si faciat sine causa peccat. ibid. an vero valet dispositio

controuertitur

præferatur, instrumentum dotis præsumitur aotetius. ibid.

Vide v. *legatum quoad coniecturas interpretationis lata; & legatum quoad coniecturas interpretationis modo lata, modo stricta.*

E.

Ecclesia materialis.

ECclesiæ ooo possunt ædificari sine Episcopi licentia. tit.6. n.487.

Vide. v. Ecclesiæ bona, quæ prohibita alienari, &c. *locus pius.*

Ecclesia.

Vide. v. contractus carens solemnitate, &c. Mutuum, Mutui conuersio.

Ecclesia bona quoad alienationem.

Vide. v. *Alienatio rei Ecclesiæ; contractus carens solemnitate, &c.*

Ecclesiæ bona quæ prohibita alienari absque solemnitatibus iuris, & absque assensu Apostolico.

Bona Ecclesiæ immobilia prohibita alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico sunt fundus, possessiones, agri, domus, & similia, quæ habent finem radicem. tit.6. num.372. limitatur in nonnullis casibus. n.373. ad 381. item sunt mancipia rusticana, & iumenta prædiis Ecclesiæ affixa. n.381. Grex ouium, armentum bouum, præsepium equorum. ibid. vsusfructus bonorum immobilium Ecclesiæ competens. n.382. Census Ecclesiæ actiui. n.383. Annui redditus perpetui, vel ad longum tempus duraturi. n.384. loca montium. n.385. iura & actiones ad bona immobilia, & ad mobilia pretiosa, quæ diu seruantur. n.386. ius patronatus Ecclesiasticum, (secus laicum, quod à laico in laicum solo consensu Episcopi potest transferri, & compatrono, ac loco religioso & Ecclesiastico per laicum patronum potest donari sine consensu Episcopi.) n.387. Ecclesia materialis, oratoria pij loci authoritate Episcopi fundata. n.388. an etiam Ecclesiæ profanatæ & dirutæ. ibid.

Bona etiam mobilia Ecclesiæ prohibita sunt alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico. tit.6. n.390. & seqq. intelligitur de pretiosis. quæ diù seruantur, ibid. quid de mobilibus modici valoris, & de his, quæ diù seruari non possunt. ibid.

Mobilia pretiosa quæ dicantur. tit.6. n.392. quæ sint, quæ seruando seruari non possunt. n.395. ad 398. Quæ seruari possunt, quæ sint. n.393.394.

Mobilia pretiosa Ecclesiæ, quæ seruando seruari possunt, seorsim, sigillatim sumpta non pretiosa, vnita autem constituunt vnum moraliter mobile pretiosum non possunt alienari sine assensu Apostolico. tit.6. n.461. tale mobile censentur bibliotheca, corpus librorum P.S.Augustini, &c. n. 402. vasa vel instrumenta argentea ad vsum cappellæ, vel Ecclesiæ. n.403. an tales sint oblationes argenteæ factæ alicui imagini deuotæ. n.404 405. Quid de corporibus, & reliquiis sanctorum. n.406. ad 410.

Pecunia Ecclesiæ an & quando computetur inter bona, quæ sine assensu Apostolico alienari non possunt. tit.6. n.411. & seq.

Vide plura in summario posito post numerum 370. tituli sexti.

Ecclesiæ bona absque solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico alienabilia.

Res Ecclesiæ, vel Monasterij incultæ, steriles, & infructuosæ, possunt aliis concedi etiam in perpetuam emphyteusim, & alienari absque solemnitatibus & assensu Apostolico. tit.6. n.293. & seqq. n.373.374. quid si non esset omnino infertilis, sed aliquam afferret vtilitatem. ibid. & quid si res inutiles essent magnæ. onio. 293.

Res inutilis concessa pro hæredibus, & successoribus transit ad extraneos. ibid. & an concessio temporalis finita debeat reuocari etiam in fauorem extraneorum. ibid.

Prælatus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ inconsulto R. Pontifice absque periurio potest eo inconsulto alienare terrulas, & res modici valoris. tit.6. n.294. intelligitur de terrulis seiunctis. ibid. Quæ dicantur terrulæ, vineolæ, & res exigui valoris. n.295.

Bona immobilia solita alienari, seu in emphyteusim dari, vel locari ad longum tempus reuersa ad Ecclesiam etiam effecta meliora possunt cum euidenti vtilitate iterum locari, & dari in emphyteusim absque assensu Apostolico, & aliis solemnitatibus. tit.6. n.296. etiam absque tractatu. ibid. dummodo in prima concessione fuerint seruatæ solemnitates. n. 297. & duret causa primæ concessionis. ibid. & in noua concessione non alteretur substantialiter concessio, & locatio solita; & non addantur nouæ concessiones, vel conditiones in præiudicium Ecclesiæ n. 298. Quare sine solemnitatibus & assensu Apostolico noua concessio non posset fieri pro minori canone perseuerante eodem statu bonitatis; & meliorata debet augeri. n. 299. vtilitas euidens attendenda de tempore ipso, quo fit relocatio, seu reuolutio. ibid. & si res primo locata cum pacto, vt non transeat ad hæredes extraneos, reuersa ad Ecclesiam absque solemnitate non potest concedi cum extensione ad extraneos hæredes. num. 300. & si pro masculis an noua possit extendi vt comprehendat fœminas præsertim ex causa meritorum recipientis; & qualia debeant esse merita. ibid. & solitum concedi ad secundam generationem vel tertiam non potest absque solemnitatibus in renouatione concessionis extendi ad quartam. ibid.

Concessio in emphyteusim rei solitæ dari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico facta vitra tempus promissum, & personas, vel generationes permissas an valeat quoad tempus permissum, & quoad personas, & generationes permissas. n.301.302.303.

Bona Ecclesiæ solita dari in emphyteusim reuersa ad Ecclesiam, debent retineri, si Ecclesia prius diues, modo sit pauper. tit. 6. n. 304. neque absque solemnitate, & assensu possunt alienari, seu concedi, si iam sint mensæ, & Ecclesiæ, seu Monasterio incorporata. n.300. quando dicantur incorporata.

Bona Ecclesiæ alienari solita potest Prælatus alteri concedere absque solemnitate licet tempore prædecessoris, si non fuerunt incorporata. tit.6. n.307. & potest concedere etiam consanguineis. n.308.

Bona Ecclesiæ immobilia incerta, & incognita; & difficilis recuperationis sine solemnitate possunt alienari, & in perpetuam emphyteusim dari. tit.6. n.375. item bona in communi, & indiuisa Ecclesiæ, vel Monasterio, & laico relicta non admittentia diuisionem, si laicus velit vendere. n.376. item relicta Ecclesiæ cum onere illa alteri restituendi post certum tempus; & bona malè possessa, n.377. item immobilia relicta Monasterio incapaci bonorum immobilium, etiã si testator addidisset cõditionem, vt non possent alienari. n.379. secus si relicta Monasterio bonorum immobilium capaci. n.378. nisi sint relicta Theatinis, n.379. Quid de mobilibus pretiosis Monasterio incapaci, bonorum immobilium & Theatinis relictis. ibid. Theatini sunt incapaces bonorum immobilium. ibid.

Sexdecim casus, in quibus bona Ecclesiæ, & Monasteriorum ac locorum piorum alienari possunt absque

assensu

iuxta

Eucharistia quoad ieiunium naturale ad eam sumendam ex Ecclesiastico precepto requisitum, & quando tale ieiunium frangatur, & communio impediatur.

Eucharistia quoad casus, in quibus à non ieiunis sumi potest.

Filius

gat ad pluries recitandum diuinum officium in eodem die. tit. 9. num. 301. Beneficiatius ordinatus in sacris, & Religiosus in sacris constitutus vnum tantum officium in die recitare tenetur. ibid.

Beneficiatius in sacris constitutus absque iusta causa omittens diuinum officium an duplex peccatum, vnum contra religionem, alterum contra iustitiam committat; an obligatio beneficiarij recitandi diuinum officium sit iustitiæ, aut Religionis. tit. 9. n.302.& 303.

Beneficiatius, absque iusta causa non recitans diuinum officium tenetur ad restitutionem fructuum. ibid.

Hospitalia.

Administratio, & Gubernatio hospitalium eidem personæ absque authoritate Papæ non potest committi vltra triennium, nisi aliter in fundatione cautum fuerit; iuxta decretum Trid. c. 8. sess. 25. de reform. tit. 6. num. 329. Prædictum decretum non comprehendit alia loca pia, sed tantum hospitalia, & quæ. ibid. An procedat decretum, quando hospitale est vnitum alicui Ecclesiæ, vel beneficio. num. 330.

Vide. v. locus pius.

Hypotheca, Hypothecatio, Pignus.

Res prohibita alienari censetur etiam prohibita pignorari, & hypothecari. tit. 6. n. 4. & n. 278. limitatur. n. 5. contractus hypothecæ est perfectus absque rei traditione. tit. 6. n 9.

Hypotheca, & pignus quomodo differant. tit. 6. num. 278.

Vide. v. *Alienatio.*

Hypothecatio, Pignus bonorum Ecclesiasticorum.

Vide late verbo, Alienatio bonorum Ecclesiasticorum quoad actus, quos comprehendit assensus Apostolicus, & in summario posito post n. 258.

I.

Ieiunium præcepti Ecclesiastici.

QVi in die ieiunij de præcepto, vel instante ieiunandi assumit opus laboriosum, vt indè factus impotens non ieiunet, an peccet contra præceptum ieiunij. tit. 9. n. 1. 2. 3. 4. & 5.

Qui in die ieiunij vel eo instante merè volontariè dat operam ludo pilæ, venationi laboriosæ, peregrinationi, &c. præuidens se postea euasum impotentem ad ieiunandum eo die ieiunij peccat contra præceptum ieiunij. tit 9 n. 6. secus si ex rationabili causa. n. 12. 13. & 21.

Assumens bona fide aliquem laborem honestum, licet non necessarium præuidens, quod tali labore assumpto non poterit postea ieiunare, non tenetur ieiunare, nec peccat in tali assumptione tit. 9. num. 21. Bona fide, & sine fraude existimans sibi esse iustam causam non ieiunandi excusatur à culpa si non ieiunet. Etsi à parte rei deest causa num. 22.

Qua ratione ieiunij præceptum sit negatiuum; & distinguatur à præcepto abstinendi à carnibus, & ouis ac lacticiniis in quadragesima. tit. 9 n. 216. & 218. Præceptum abstinendi à carnibus in diebus ieiuniorum, & ab ouis & lacticiniis in quadragesima est simpliciter negatiuum. n. 222.

Præceptum ieiunij quadragesimalis est diuiduum & fertur super totam quadragesimam, & super singulos dies. tit. 9. num. 225. Præceptum ieiunij respicit diem, & qui fregit ieiunium vnius diei de præcepto Ecclesiastico non tenetur supplere altero die. tit. 9. n. 181.

Non valens ieiunare in die ieiunij quadragesimalis, nisi comedat oua, & lacticinia an teneatur hæc comedere, vt ieiunet tit. 9. n. 234.

Cum in eodem die concurrunt duo præcepta ieiunandi an frangens ieiunium committat duo peccata. tit. 9. num. 278. & 295.

Vide v. sequentia.

Ieiunium quoad serotinam collatiunculam.

Collatiuncula serotina manè sumi potest absque fractione ieiunij, & peccato mortali. tit. 9. n. 230.

Ieiunium præcepti Ecclesiastici quoad eos, qui à ieiunio vel abstinentia à cibis in eo vetitis excusantur, seu quoad causas excusantes à ieiunio, & abstinentia à cibis vetitis.

Minores 21. annis completis an & qua ratione excusentur à ieiunio præcepti Ecclesiastici; constitutionis synodalis, & votiuæ alicuis ciuitatis. tit. 9. n. 23. Quibusnam aliis ieiuniis obligentur. n 28. ad 31.

Minores pollentes vsu rationis in diebus ieiuniorum & diebus veneris, & sabbati tenentur abstinere à carnibus, & aliis cibis in quadragesima vetitis; & quid si sint compotes vsus actionis ante septennium, & in dubio an sint compotes vsus rationis. tit. 9. num. 24. & 25. in præfatis diebus præbentes pueris habentibus vsum rationis carnes, vel alios cibos vetitos peccant mortaliter, nisi aliud habeat patriæ consuetudo. n. 26. secus pueris nondum habentibus vsum rationis, perpetuò amentibus, & etiam amentibus ad tempus, & infidelibus. n. 27.

Iuuenis in dubio an expleuerit 21. annum non tenetur ieiunare. tit. 9. n. 32. quid si expleuerit 21. annum manè diei ieiunij. n. 33. explens 21. annum in medio quadragesimæ tenetur ieiunare reliquam medietatem. num. 34

Qui non potest ieiunare totam quadragesimã, & potest partem, ad id tenetur. ibid. & qui potest ieiunare in aliqua die certa quadragesimæ, ad id tenetur, licet non possit in alia. ibid Quid in dubio quot diebus quadragesimæ quis possit ieiunare. ibid. latè.

Senes masculi, & fœminæ an, & in qua ætate à lege ieiunij eximantur. tit. 9. num. 35. ad 43. Ratione solius senectutis non possunt comedere cibos vetitos. num. 44.

Infirmi, & valetudinarij, qui, & quando à ieiunio excusentur. tit. 9. n. 45. & 46. Quid de his, qui vacuo stomacho capitis dolorem, vel vertiginem patiuntur, vel nocte calefieri, vel dormire non possunt, vel sunt debilis stomachi, vel habent duos, aut tres fontes, vel sumunt cibum ad reprimendam choleram, vel ne nimium debilitentur. n. 47. & 48.

Quid de prægnantibus, & lactantibus. n. 49. Ad vincendas carnis tentationes vrgentes prægnans an possit, & debeat ieiunare cum periculo prolis. num. 50. An prægnans, & lactans teneatur abstinere à cibis in die ieiunij prohibitis. n. 51.

Maior causa, seu necessitas requiritur ad esum ciborum prohibitorum in die ieiunij, quam ad multiplicem refectionem. tit. 9. num. 52. qui in die ieiunij habet tantum panem, & nullum alium cibum nisi carnes an possit illas edere. num. 61. & vbi est euidens necessitas esus carnium, non est opus dispensatione, secus in dubio, ibid.

Pauperes, & mendici an & quando excusentur; & quid si aliquo die habent quantum sufficit ad vnam refectionem completam tit. 9. num. 53. quid si habeant tantum panem, poma, & olera. num. 56. quid si non habeant nisi cibos vetitos. n. 57. 58.

Ieiunium Ecclesiasticum quoad illius fractionem, seu peccata contra ieiunij præceptum ob multiplicem comestionem in eodem die, vel ob esum ciborum vetitorum, vel ob propositum non ieiunandi vel edendi cibos vetitos.

nouum peccatum committat imputabile ad pœnam. num.337.338.

Videatur summarium positum post numerum 204. tituli noni.

Ieiunium Ecclesiasticum quoad eos, qui cooperantur ad illius fractionem, vel ad esum ciborum vetitorum.

Qui est causa, vt alij in die ieiunij non ieiunent, vel comedant cibos vetitos absque iusta causa facit contra præceptum ieiunij, & contra præceptum charitatis. tit.9. num.315.

Famuli, & famulæ parantes, & ministrantes cibos dominis ieiunum soluturis absque causa, an, & qua ratione excusentur à peccato. tit 9. n.317.& 319.

An, & quando peccent Heri, Patres familias, aliique domus curam habentes ministrantes in die ieiunij cœnam famulis, & filiis suis; & quam diligentiam adhibere debeant, vt impediant illos frangere ieiunium. tit.9 n 320. ad 325.

An, & quando tabernarij, seu caupones peccent, vel excusentur à peccato ministrantes vel vendentes cibos permissos in die ieiunij diuertentibus ad se. tit.9. num.327. ad 331.

Tabernarij, & caupones hospitibus suis in die ieiunij cibos eo die vetitos puta carnes, an & quando mortaliter peccent. tit.9. n.333. Quid si id faciant in terris hæreticorum, vbi communiter non obseruantur ieiunia. num.334.

Qui in diebus ieiuniorum cibos vetitos, lacticinia, oua in quadragesima, carnes crudas, vel coctas publicè tam in terris Christianorum, quàm hæreticorum exponunt,& vendunt,vel vendunt priuatè, an & quando peccent mortaliter; & quod sit officium magistratus sæcularis, & Prælati circa hoc. n.335.& seqq.

An & quando sit peccatum mortale in die ieiunij inuitare ad cœnam aliquem paratum, vel non paratum soluere ieiunium, & cœnare. tit.9. n.339. ad 348.
Vide de his latius in summario posito post num. 314 tituli noni.

Ieiunium Ecclesiasticum quoad eos, qui super eo, & in esu carnium possunt dispensare.

Summus Pontifex potest in lege ieiunij quoad particularem personam, & quoad omnes auferendo legem ieiunij. tit.9. n.104. ipseque solus absolute quoad particularem personam,& quoad omnes dispensare potest. num. 105.

Episcopus ex iusta causa cum suis subditis potest dispensare in lege ieiunij, & ad esum ciborum vetitorum; secus absque iusta causa. tit. 9. n. 138.139. sufficit vt bona fide iudicet adesse causam sufficientem, licet à parte rei non sit. n. 143.& 144.

Quando est euidens necessitatis causa plurium refectionum, vel esus carnis non est opus dispensatione superioris. ibid & n.156. imo quando aliquis propria authoritate soluit ieiunium post adhibitam diligentiam moralem ad causæ sufficientiam bona fide credens esse sufficientem, non peccat. n.146.

Vicarij generales Episcoporum, & Prælati habentes quasi diœcesim propriam, & eorum Vicarij generales possunt in ieiuniis, &c. dispensare cum suis subditis. tit.9. n.148. item Prælati regularium generales, Prouinciales, Præpositi, Abbates, &c. & eorum Vicarij ipsis absentibus, ex vi officij, & etiam ex speciali priuilegio. num.149.150.151. item Parochus, & eius Vicarius eo absente. n. 152. an etiam confessarius; Medicus, & quiuis alius Doctor consultus; an vero tantum declarare; & quando sit facienda talis declaratio. n.152.153.154 & 155.

Superior dispensans in lege ieiunij an teneatur requirere consilium medici. tit.9. n.154.

Vbi est euidentia causæ sufficientis non est necessaria dispensatio. n.156. & quando causa non apparet euidenter iusta consulendus est medicus, vel alius vir doctus. ibid. si remanet res dubia opus est dispensatione, si commodè superior potest adiri. n.158. Quid cum adest tantum iudicium probabile sufficientiæ. causæ num 157.159.

Quando pœnitens dicit confessario se non posse ieiunare præsertim in quadragesima allegans aliquam debilitatem stomachi, vel capitis, & confessarius non agnoscit causam certo excusantem, quid facere debeat. tit.9. n.160. Qui habet experientiam se infirmari ob abstinentiam à carnibus, & ouis in quadragesima non tenetur expectare per aliquot dies ad experiendum an abstinentia noceat, vel non. n.304.

Qua ratione dispensandum cum itinerante equitando per paucos dies. n.161.

Leuior causa sufficit ad dispensandum ad esum lacticiniorum, quam ad dispensandum in ieiuniis, maior ad dispensandum ad esum carnium. 162.

Minor causa requiritur ad dispensandum cum vno, aut paucis, quàm cum tota communitate, aut oppido. ibid.

Episcopus an & quando possit quoad omnes suæ diœcesis, vel alicuius suæ vrbis dispensare in ieiunio quadragesimali, vel alio ieiunio, & ad esum carnium. tit. 9. n. 164.165. Quid de aliis Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos seculares; Quid de Parocho, & de Prælatis regularium. num 167.

Episcopus aut Parochus requisitus à subdito an semper teneatur dispensare in lege ieiunij existente legitima causa. tit.9. n 168.

Episcopi & alij Prælati in lege ieiunij possunt dispensare cum se ipsis, sicut cum subditis. tit.9. n.147.

Vide latius in summario posito post numerum 101. tituli. noni.

Ieiunium Ecclesiasticum quoad eius translationem in alterum diem.

Episcopus ex causa iusta potest ieiunium vigiliæ de præcepto Ecclesiastico incidens in festum solemne puta Patroni transferre in alium diem puta antecedentem, vel commutare in aliud opus pium,& an debeat. tit.9. num. 163. Potest etiam & debet ieiunium vigiliæ S. Ioannis Baptistæ incidens in diem corporis Christi transferre in diem antecedētem ibid.Quid de ieiunio vigiliæ S.Matthiæ incidente in feriam secundam, vel tertiam quinquagesimæ. ibid. ieiunia quatuor temporum contingentia in die festo non transferuntur, nec transferri possunt ab Episcopo. ibid.

Ieiunium Ecclesiasticum quoad dispensatos ad esum ciborum in eo vetitorum.

Dispensatus ad carnes in die ieiunij an remaneat liber ab onere ieiunandi. tit.9. n. 182. si non vult illas edere an teneatur ieiunare. n.183. an possit simul edere pisces. n.185. an omne genus carnis, suinam, bubalinam, &c. n.198.

Dispensatus ad carnes an possit edere oua, & lacticinia. tit.9. n.199. Dispensatus in quadragesima ad oua, an possit vti lacticiniis & econtra n.200. Quid si ex consuetudine alicubi esset introductus in quadragesima tantum vsus ouorum, vel tantum vsus lacticiniorum. ibid.

Cui interdicuntur oua, an censeantur prohibitæ etiam carnes. tit 9. n. 101. cui prohibentur carnes an censeantur prohibita oua, & lacticinia. n.302.

Vide latius in summario posito post numerum 181. tituli noni.

Legatum quoad coniecturas lata interpretationis.

con

continea tur proprietas in nonnullis casibus remissiuè. ibid.
Vide v. *Legatum* pium.

Legatum quoad coniecturas interpretationis strictæ.

Coniecturæ, quarum vigore in legatis fit stricta interpretatio. tit. 14. n. 81. ad 88.
Fit stricta in dubio, vbi ex lata minus dilectus efficeretur melioris conditionis. n. 81. & si testator grauauit primum hæredem, multo magis intelligitur voluisse grauare secundum, & tertium. ibid. & in legato omnium bonorum à testatore facto vxori, post quod generaliter relictum fuerunt numeratæ, & determinatæ aliquæ species mobilium, non comprehenduntur stabilia, si inde hæres minus haberet ex testatoris hæreditate, quàm vxor legataria. ibid.
Si testator filio decedenti sine filiis substituat Titium, & hæredes Titij, appellatione hæredum Titij non veniunt hæredes eius extranei, sed solum eius descendentes, & cæt. ibid.
Dilatio solutionis legati pij pro eulma relicti comprehendit etiam prælegatum maioratus in præcedenti parte testamenti factum ibid.
Legatum strictam interpretationem accipit, quando legatarius non est capax largæ interpretationis. tit. 14. n. 82. & vsusfructus solus censetur relictus, non proprietas, si legatarius non est capax proprietatis. num. 83.
Stante statuto, quod quis non possit facere forensem hæredem, potest illi facere legatum in pecunia tit. 14. n. 81. nisi legatum absorberet maiorem partem hæreditatis. ibid.
Si testator legauit vsum equorum, intelligitur, vt legatarius possit eis vti ad vehendum sub iugo, non in ludis circensibus, nisi legatarius sit solitus esse in dictis ludis. tit. 14 n 7. & n. 85.
In vltimis voluntatibus fit stricta interpretatio, quando larga resultaret in præiudicium iuris tertij tit. 14. num. 84.
In relictis per testatorem aliqua necessitate cogente, fit stricta interpretatio. n. 85. item in legato, seu onere hæredi imposito. n. 86. item vbi electio datur hæredi. num. 87. item vbi sunt coniecturæ restringendi. n. 88.
Vide latiùs in summario posito post numerum 80. tituli 14.

Legatum quoad coniecturas communes, seu modo lata, modo stricta interpretationis.

Coniecturæ communes pro lata, & pro stricta interpretatione. tit. 14. n. 5. ad 11. & n. 88. ad 106.
In interpretanda voluntate defuncti debet attendi id, quod est verisimile. n. 88. Quod est verisimile habetur pro expresso. ibid.
Legatum in dubio sumit interpretationem ex vsu & consuetudine testatoris. tit. 14. n. 5. & 90. ita quantitate alimentorum indeterminata legata debentur secundum consuetudinem testatoris. n. 5. & legata vxori domo intelligitur de ea, quam cum illa habitabat. ibidem. & facto legato modico de his quæ testator viuens ei donabat, non veniunt ea, quæ extraordinariè donabantur. n. 90. & alimentorum legatum incertæ quantitatis debetur secundum quod testator aliis legatariis reliquit. n. 10.
Si legentur simpliciter dulcia, omne dulce; cum vero exprimitur vinum amphorinum, & quædam alia dulcia potionis, ea quæ sunt potionis tantum veniunt. ibid.
Legatum, & quælibet dispositio accipit interpretationem à consuetudine regionis, seu loci, & patriæ. tit. 14. n. 5. 6. & 91. & potiùs spectanda consuetudo patriæ habitationis testatoris, quam originis. n. 6. & 91.

Vltimæ voluntates recipiunt interpretationem legitimam à iure ciuili, & municipali. tit. 14. n. 9.
Legatum recipit interpretationem ex consuetudine loci, in cuius fauorem fit. tit. 14. n. 92. vbi de legato calicis, & planetæ.
Et ex testatoris conditione, dignitate, nobilitate maiori, vel minori; ex peritia, vel ignorantia. n. 93. 94.
Et ex persona legatarij, eiusque conditione, & qualitate tit. 14. n. 6. & 95. & illud censetur relictum, quod congruit personæ legatarij. ibid. & ita legato vxori lecto non veniunt culcitræ de serico; & vestimenta annua vxori legata debentur secundum statum vidualem. ibid. si tamen testator vxori leget vestes suas, veniunt vestes cuiuscumque generis, & omnia ornamenta lecti. ibid.
Legatum etiam alimentorum intelligitur de alimentis lautioribus, vel minus lautis iuxta legatarij conditionem, & statum. tit. 14. n. 96. & an censeri debeat pinm capitur coniectura ex qualitate legatarij ibid.
Legatum pauperi factum intelligitur pro alimentis. ibid. & si vxori relicta sit habitatio cum filiis intelliguntur etiam ei alimenta relicta. ibid.
Dos si legetur pauperi intelligitur pro alimentis. ibid.
An mensura, vel mensurabile, seu frumentum legatum videatur, interpretatio sumitur ex qualitate legatarij tit. 14. n. 97. itē an legatum sit simplex, vel annuum; vbi de legato dandi aliquid Decurionibus in die natalis testatoris. ibid. & n. 98.
Bibliotheca, vel armario legatis nōn veniunt libri nisi qualitas legatarij aliud suadeat. tit. 14. n. 6.
Librorum legalium legatum factum à patre filio canonistæ restringitur ad libros canonicos. ibidem. librorum omnium, comprehendit omnes libros de quacunque materia, siue membrana, siue papyrea, siue ex corio facta; & de quacunque scientia, & facultate. ibid. legatis libris in genere doctori iuris petito soli legales debentur non alij. ibid.
Ex affectione, vel coniunctione legatarij legatum accipit latissimam interpretationem. tit. 14. n. 99. præsumitur annuum. ibid.
Legatum intelligentiam recipit ex patrimonio, & facultatibus testatoris, & ex ipsis rebus relictis, subiectaque materia. tit. 14. n. 100. ad 101. & in alterius arbitrium collatum intelligitur pro modo patrimonij, n. 100. & alimentorum, intelligitur pro modo facultatum, aut pro modo dotis legatæ. ibid.
Legatum relictum Episcopo quando præsumatur relictum intuitu personæ, vel contemplatione Ecclesiæ tit. 14. n. 101.
Legatum propter notam infamiæ ex rebus, & personis quando videatur relictum. n. 102.
Legatorum, & dispositionis causa valde confert ad eorumdem legatorum, & dispositionis intelligentiam, seu interpretationem. tit. 14. n. 104.
Omnis dispositio restringitur iuxta causam antea explicatam, vel cogitatam. ibid.
Vbi notarius aliquid confusè, vel ineptè scripsit debemus accipere illam sententiam, quæ magis congruit rationi. n. 105. & ex ratione expressa colligitur voluntas testatoris. ibid. & illam declarat, & limitat causa illa, quæ colligitur verbis testatoris, & etiam, quæ apparet per coniecturas. ibid.
Legatum ambiguum quoad verba ex causa declaratur tit. 14. n. 106. & relictum ob certam causam v. g dotis, alimentorum, vel studij intelligitur inspecta conditione personarum, si facultates patiantur. ibidem. limitatur, determinatur, & restringitur ex causa adiecta, nisi hæc respiciat fauorem legatarij, nam tunc non coarctat. ibid.
Legatum calicis in genere factum Ecclesiæ ex causa simili intelligitur de apto ad consecrandum; & si non de ligneo, vitreo, æreo, vel ex aurichalco, sed argenteo. ibid.

Vide

aliculus incommodi, si in aliquo easu particulari incommodum puta fraus cesset, an in illo obliget in conscientia tit.4.n.11.& seqq.

Qua ratione dignosci possit legem esse fundatam in præsumptione facti, aut in præsumprione periculi moralis, & in eo, quod frequentius accidit. tit.4. n. 15.

Alia notabilia de hac re vide in summario tituli 4.

Lex irritans, & annullans actus contra legis dispositionem factos.

Lex humana communis, vel statutum pure, & simpliciciter prohibens actum, seu contractum absque expressa irritatione an illum censeatur irritare. tit. 5. n. 72. ad 98. an saltem ex dispositione iuris ciuilis, & Canonici. n.77. & 92.

Lex natúralis prohibens actum an illum irritet, quando in continuatione actionis est eadem turpitudo intrinseca, quæ in primo fieri actionis. tit.5.n.75.76.

Lex seu statutum prohibens actum, & post prohibitionem imponens pœnam an actum irritet. tit. 5. n. 79. & 94. & 114.115. an irritet qua prohibitionis causa est perpetua. n. 80. an quando actum prohibet ratione sui, seu suæ substantiæ, & non solius circunstantiæ temporis, vel loci. n. 81. An quando nullitas est in præiudicium contrahentium, vel alicuius ex illis. n. 82. & 97. An quando post prohibitionem alterius procedit addendo aliquid, per quod appareat actum annollare noluisse. n.83.

Actus factus contra legem simpliciter illum prohibentem an tunc tantum sit nullus, quando factus est in fraudem legis. tit.5.n.84.85. valet quando ex alia lege vel ratione constat illud ratum esse. n.86.

De iure Canonico actus factus contra legem purè prohibentem absque expressa irritatione, vel nisi ex aliis verbis, & signis appareat de irritatione, non est ipso iure irritus. tit.5.n.83.

Leges Canonicæ prohibentes certa matrimonia absque expressa irritatione illa irritant, & ex quibus colligatur continere irritationem. n.91.

Iuxta c. non dubium eod. de legibus, lex purè prohibens actum non irritat ipso facto, sed tantum post iudicis sententiam. tit.5.n.92. d. l. non dubium quatenus irritat, non habet locum in locis Imperatori non subiectis. n.93. imo nullibi vsu recepta. n.94.

Lex simpliciter prohibens actum ex motiuo aliarum virtutum à iustitia non irritat ipso facto. tit. 5. n. 9. item quando simpliciter prohibetur actum certo generi personarum. n.96.

Iurisperiti ponunt duplicem actum nullum, nempe ipso iure, & ope exceptionis. tit.5.n.92.

Irritatio actus alia explicita, alia implicita; & quibus vtraque inducatur. tit. 5. n.98.

Explicantur omnes verbi clausulæ & dictiones, quibus lex actum, seu contractum prohibitum censetur ipso facto, seu iure ante iudicis sententiam irritare. tit. 5. n.99. cum pluribus sequentibus. videntur summarium positum post numerum 71. tituli, in quo summatie notantur omnia ad id spectantia.

Si lex prohibens actum dicat nullam faciat fidem, vel contrahentes non possint audiri in iudicio an censeatur irritare ipso iure. tit.5.n.112.113.

Quid si prohibeat actum, & etiam obligationem ex eo resultantem. n.114.115.

Lex ciuilis prohibens promissionem non reuocandi testamentum, vel instituendi hæredem, an sit irritans ipso facto. tit.5.n.114.

Lex seu statutum prohibens actum, seu contractum contra legem factum ipso iure censetur illum irritare quando efficit personam inhabilem aufertque potentiam ad agendum, seu contrahendum aliter, quam lex præscribat. tit.5. n.118. & quandonam, quibusvè verbis censeatur reddere personam inhabilem ibidem; & numeris seqq. ad 125.

Lex, vel statutum dans formam actui an & quando censeatur irritare sine tali forma factum. tit.5.n. 125. ad 133. vbi quid quando præscribit formam & formam alias non habenti potestatem, & quando habentiiam potestatem.

Quando lex, vel statutum mandat aliquid fieri cum consilio aliquorum, aut alteri datur potestas ad aliquem actum faciendum cum consilio aliquorum sine additione clausulæ irritantis, an omissio consilij reddat actum nullum. tit.5.n. 141. 143. sufficit petere consilium. n.149.

Vide latissimè notata summariè in summario posito post numerum 71. tituli. 5.

Lex irritans actum, seu contractum quoad culpam agentis contra illam.

An & quando eneruare actum, seu contractum, quem lex, vel statutum ipso facto irritat sit peccatum. tit.5. n.150. ad 157.

Mulier stante statuto, quod non possit sine consensu mariti, vel duorum consanguineorum contrahere, & alienare, si sine tali consensu contrahat, an peccet mortaliter n.151. 152.

Testans sine solemnitate iuris, vel statuti an peccet mortaliter, vel venialiter. n.152. & 154.

Contrahens matrimonium clandestinum, vel emittens professionem non seruata debita forma peccat mortaliter, si absque legitima causa facit. n.154.

Item facere electionem non seruata debita forma est peccatum mortale. ibidem.

Ex vi legis naturalis tenemur actus ad iustitiam pertinentes validè efficere. ibid.

is, in cuius fauorem inducta est irritatio actus à lege, si faciat actum inualidum non peccat mortaliter. vbi de filia renunciante hæreditati paternæ; & de vxore alienante fundum dotale sine licentia mariti. tit. 5. num. 155.

Regulæ ad cognoscendum, quando leges aliquem actum irritantes probibeant actum in conscientia, vt peccatum sit illum exercere. n.156.157.

Lex quoad dispensationem, eosvè qui dispensare possunt.

Vide v. *Dispensatio, ieiunium quoad eos qui in eo dispensare possunt.*

Liberalis, liberalitas.

In necessitatibus nemo liberalis existit. tit.14.n. 85.

Libertatis legatum.

Vide. v. *legatum quoad coniecturas lata interpretationis.*

Librorum legatum.

Vide verbum, legatum quoad coniecturas communes modo latæ, modò strictæ interpretationis.

Lis, Locatio.

Vide v. Rescriptum.

Locatio ad longum tempus, & vltra nouennium, & etiam vsque ad centum annos an sit alienatio, & prohibitus alienare, sit prohibitus locare ad longam tempus. tit.6.n.318. & 319. Per locationem ad longum tempus an transferatur dominium vtile, & ius in re. ibidem. Quæ dicatur ad longum tempus. n. 321.

Vnitas locationis seu concessionis non facit, vt si vna persona sit inhabilis, in alia habili concessio non valeat. ibid.

Rerum notabilium.

Locatio bonorum Ecclesiasticorum.

Locupletatio quoad eius probationem.

Locus pius, oratoria.

Mortis

Rerum notabilium.

Alius pro alio promittens daturum, facturum &c. non obligatur tit. 3. n. 13. quod si ignoret id à lege prohibitum.n.10.

Ex pacto à pupillo doli capace facto sine tutoris auctoritate, qua eius conditio fit deterior, oritur obligatio naturalis.tit.3.n.9.

Contractus, cui lex positiua humana resistit, an obliget naturaliter, & in conscientia, & quem effectum in foro externo habeat hæc naturalis obligatio.tit.3.n.12. & seqq.n.22.& n.48.& 15.& 16.

Cum quis alterius nomine stipulatur ex stipulatione oritur naturalis obligatio ciuilis & naturalis. tit. 3. num. 12.

Cum quis alteri stipulatur an eius intentio sit acquirere sibi obligationem, an vero ei, in cuius fauorem stipulatur.ibid.

Ex contractu mulieris, minoris. & prodigi, cui lex sola humana resistit oritur obligatio naturalis habens suum effectum in foro conscientiæ, non vero in foro contentioso.tit.3.n.17.& 18.

Ex alienatione fundi dotalis contra legis prohibitionem facta, an oriatur naturalis obligatio. titulo 3. num 215.

Vide.v. *contractus, fideicommissum, filiusfamilias, lex irritans, prodigus, pupillus, Testamentum minus sol. met.*

Occasio peccati.

Non tenemur vitare periculum labendi in peccatum existente vrgentissima causa iusta. tit. 9.n.50.

Vide, scandalum.

Operarij, opifices.

Vide, *ieiunium quoad eos, qui excusantur, &c.*

Oratoria.

Vide v. *Locus Pius.*

Ordo rationis.

Peruersio ordinis rationis quando contineat peccatum mortale.tit.12.num.10.

P.

Papa.

PApæ potestas abrogandi leges Principum secularium se extendit ad iniquas non ad iustas, nisi in terris Ecclesiæ quoad iurisdictionem temporalem subiectis. tit.1. n. 12.

Papa, & qui ab eo facultatem habent, possunt bona Ecclesiæ alienare absque aliqua solemnitate; & huius ratio.tit.6.n.187.

Supplet omnes defectus, & omnes solemnitates iuris positiui Canonici. ibid. est Dominus Ecclesiarum & bonorum Ecclesiasticorum.ibid. Dispensat in iis, quæ sunt de iure canonico. ibid.

Vbi in alienatione rerum Ecclesiasticarum interuenit Papæ authoritas, seu Beneplacitum non requiritur alia solemnitas; sed sufficit iusta causa, scilicet necessitas, vel euidens vtilitas. tit. 6. n. 188. intelligitur de Beneplacito Papæ legitimè obtento, & non per subreptionem vel obreptionem; & de beneplacito amplo, & concesso de certa scientia, seu notitia totius tenoris rei confirmandæ, ibid. secus si rescripto Papæ contineretur clausula, *seruata forma iuris*; vel quatenus per diligentem informationum &c. ibid. & vbi interuenit præfata authoritas Papæ an commissarius delegatus vt se informet &c. debeat citare conuentum, vel Prælatum, aut rectorem, vel sufficiat euidentia vtilitatis.n.189.

Vide. v. Dispensatio, ieiunium quoad eos, qui dispensare &c.

Parentes

Parentibus magis tenemur, quam filiis, etsi filios magis diligamus, quam parentes, amor enim respicit retro. tit.14.n.34.

Parochus.

Vide. v. *Dispensatio. ieiunium quoad eos, qui dispensare &c.*

Paulina 2. Ambitiosæ.

In extrauaganti Ambitiosæ renouantur omnia iura antiqua prohibentia alienationem bonorum Ecclesiasticorum.n.239.

Extrauagans prædicta an fuerit, & sit hodie vsu recepta in totum, vel in partem.tit.6.n.577. ad 581.

Vide.v. *alienatio rerum Ecclesiæ quoad pænas.*

Peccatum.

Vide.v. Actus *quoad bonitatem, & malitiam. Ordo rationis.*

Peccatum quoad distinctionem, & multiplicitatem numericam secundum se, & in ordine ad confessionem.

Qui cum fœmina ter, aut quater peccauit in eadem nocte, si habuit animum faciendi quantum posset, an sit vnicum peccatum; & sufficiat in confessione dicere, feci quod potui. tit. 9. n. 237. 238.

Quantumvis homo plures homines continuè occidat ex præcedenti voluntate illos occidendi, plura peccata committit.tit.9.n.238.

Actus exterior malus complet vnum peccatum cum interiori volitione imperante, & quare.ibid.

Qui in principio quadragesimæ proposuit se nolle ieiunare, aut abstinere à carnibus per totam quadragesimam an peccauerit tot malitiis numero distinctis, quot sunt dies quadragesimæ. tit.9.n.239.242. 249.

In eodem actu prauo tendente in plura obiecta totalia numero distincta an multiplicentur tot malitiæ numero distinctæ quot sunt obiecta in confessione aperienda, an vero in sit vna tantum malitia physicè, & moraliter tit.9.n.241.ad 245. vbi de eo, qui eodem actu voluntatis concupiscit plures fœminas eiusdem conditionis, vel statuit occidere plures homines, vel vno ictu plures occidit; vel illis iniuriam infert, detrahit, &c. vel plures Sanctos blasphemat, vel vno verbo plures inducit ad peccandum.n.239.242.249.

Vnica absolutione absoluens plures excommunicatos aliqua excommunicatione Bullæ cœnæ contra eiusdem Bullæ prohibitionem, an committat plura peccata, & contrahat plures excommunicationes. tit.9. n. 243. 249. Quid de eo, qui eodem actu tres clericos interficit, an hic sacrilegia committat, tres excommunicationes, tres irregularitates incurrat.ibid. Quid de coniugato, qui cum vxore alterius adulterium committit, quot peccata committat. n. 244. 309. Quid de habente votum n. 309.

Quando obiecta obiectiuè mala, in quæ fertur voluntas vnico actu, non sunt numericè distincta vt totalia, & adæquata, sed partialia, vel vnum alteri subordinata, vnum est peccatum vt furari Bibliothecam, vel gregem ouium.tit.9. n.250.

Qui eodem tempore, & impetu, & continuatè plures maledictiones, aut contumelias eiusdem rationis in eandem personam iacit, vel plures alapas impingit, vel plura vulnera infligit vno iracundiæ impetu, vel plures contumelias dicit, vel pluries fœminam eodem tempore, vel quasi continuatè osculatur, vel lasciuè tangit, in his singulis vnum peccatum numero phisicè, & moraliter committit. tit. 9.n. 251.

Percutiens ter eundem absque animo illum occidendi eodem impetu non debet puniri pœna trium delictorum.

Quilibet actus venereus constituti in sacris ordinibus habet duplicem malitiam specie diuersam. n. 310.

Qui ex amore temperantiæ vouit ieiunare in aliqua vigilia cum ieiunio transgrediens ieiunium committit peccatum duplicis malitiæ specie diuersa. tit. 9. n. 311. & qui ex amore castitatis illam vouit fornicans committit duplicem malitiam specie diuersam. ibid.

Religiosus professus, qui nouo voto se obligauit ad obediendum suo superiori præcipienti, transgrediens præceptum committit peccatum duplicis malitiæ specie diuersæ. n. 312.

Religiosus absque licentia superioris aliqua notabilis valoris vsurpans ex bonis monasterij siue sibi applicet, siue donet alteri, committit peccatum contra votum paupertatis, & contra iustitiam. tit. 9. num. 313. vtraque malitia præfata reperitur, cum Religiosus aliquid de nouo acquirit, vt sibi vsurpet, vt proprium. ibid. si sæcularis det Religioso aliquid ea conditione ne monasterio acquiratur, vel monasterium incapax, erit tantum proprietas contra votum, non furtum. ibid.

Si religiosus ex rebus conuentus capacis acquirendi, vel alicuius sæcularis de ipsius etiam licentia, qui non addiderit lege, nè acquiratur monasterio, aliquid absque superioris licentia accipiat, & absque licentia alienet; erit duplex malitia furti, & duplex proprietatis. ibid. si addita fuerit conditio nè monasterium acquirat, vel monasterium sit incapax erit solum duplex proprietas. ibid. si autem Religiosus aliquid furetur non sibi retinendum, aut habita superioris licentia ad furandum erit tantum peccatum furti, non proprietatis. ibid.

Vide. v. præcedent.

Peccatum quoad circumstantias generales.

Vide. v. præcedens.

Peccatum quoad cooperantes peccato.

Vide. v. ieiunium quoad cooperantes ad illius fractionem; & v. scandalum.

Pecunia.

Pecunia ex sui natura computatur inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt. tit. 6. n. 411. Quandonam computetur inter immobilia, vel mobilia pretiosa; & si fuerit Ecclesiæ non possit alienari sine assensu Apostolico. num. 412. 413. Quæ datur pro dote monialium reputatur pro re immobili; & an possit expendi in emendis agris absque assensu Apostolico ibid. Quid de collocata in montibus, & in censibus. num 414. Quid de destinata ad emptionem prædiorum, vel mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari possunt: ibid. & num. 415. Quid de pecunia notabilis quantitatis exposita ad lucrum in banchis, seu cambiis. n 416. 417.

Quid de pecunia Ecclesiæ, quæ conseruatur, vt deseruiat pro locatione ad pompam. n. 418. Hæc pecunia censetur tamquam patrimonium, & venit in legato his verbis facto; *Quæ ibi mobilia erunt, do, lego.* ibid.

Magna quantitas pecuniæ, quæ non est in redditu, & fructu, sed in proprietate Ecclesiæ, vel monasterij an computetur inter immobilia, nec possit alienari sine assensu Apostolico. tit. 6. num. 419. 420.

Vide. v. Ecclesiæ bona, quæ alienari non possunt.

Pecunia legatum.

Vide, v. *Legatum quoad eius interpretationem.*

Peregrinatio, Peregrini.

Vide. v. Ieiunium quoad eos, qui excusantur, &c.

Permutatio. Permutatio quoad res Ecclesiæ.

Vide. v. *Alienatio, alienatio rei Ecclesiæ quoad actus, quos comprehendit. Assensus Apostolicus.*

Plures, Pluralis locutio.

Pluralis locutio duorum numero est contenta. tit. 14. num. 80.

Pœna.

Quæ pœnæ priuatiuæ ipso facto impositæ ligent in foro conscientiæ ante iudicis sententiam. tit. 15. num. 36. Pœna infamiæ, inhabilitatis ad officia, vel beneficia; priuatio vocis actiuæ, vel passiuæ ipso facto imposita, an incurratur ante iudicis sententiam. ibid. & tit. 6. num. 573.

In atrocissimis delictis an puniatur pœna ordinaria conatus etiamsi effectus non sit sequutus. tit. 15. n. 42. 43. Regulariter tamen pœna imposita facienti intelligitur de actu consummato non de inchoato, & attentato. tit. 6. n. 568.

Pœna apposita actui in fauorem alterius intelligitur habere locum, si is, in cuius fauorem apponitur, voluerit. tit. 6. num. 273.

Vide. v. Alienatio rerum Eccles. quoad pœnas malè alienantium. *Nullitas. Sodomia, suspensio.*

Pollutio.

Confessarius prævidens ex actu confessionis sequuturam pollutionem vacat culpa, si præter intentionem sequatur. tit. 9. num. 15.

Pollutio præuisa in ebrietate, nimia comestione, vel comestione talis cibi, vel ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, non habet malitiam contra castitatem, si non sit intenta, habet si fuerit intenta. num. 16.

Vide. v. *Luxuria quoad peccata contra naturam.* Sodomia secundum se, & quoad confessionem. Sodomia quoad pœnas.

Possessio, quasi possessio.

Quando quis cadit à possessione sua ex contractu inualido dicitur cecidisse sine iusta causa & sine facto suo. tit. 6. num. 502.

Possessio rei Ecclesiæ est penes Ecclesiam, non penes Prælatum. ibid.

Possessio ciuilis manet penes Ecclesiam non obstante traditione rei facta per Prælatum malè alienantem. ibid.

Ex contractu nullo solum ex defectu solemnitatis, vel alterius conditionis sequuta reali traditione rei, vel traditione iuris possessio naturalis, & ciuilis transfertur in acquirentem; & agenti ad restitutionem non competet actio spolij, seu remedium possessorium, etiamsi agatur de rebus Ecclesiæ malè traditis. tit. 6. n. 503.

Vbi Ecclesia vel Prælatus fuit negligens in recuperanda possessione naturali & permisisset bona malè alienata ab occupante per decennium possideri, tanto tempore dicitur amisisse possessionem ciuilem, & habuisse se pro spoliata. ibid.

Vltra decennium non præsumitur possessio ciuilis. ibid.

mentem nondum per iudicem reuocato curatore. num.216 220. Alia de hac re n.219.
Vide. v. contractus, obligatio.

Prohibitio, Prohibitum.

Prohibito aliquo intelligitur prohibitum omne illud, quod contra prohibitionem sequi potest. tit.6.num.6. & num. 141. Declaratur id procedere tantum in his, per quæ necessario peruenitur ad rem prohibitam, non vero de illis, per quæ ad illam perueniri potest contingenter, aut irrationabiliter. ibid.
Vide. v. Alienatio.

Prolis quoad educationem.

Simplex fornicatio repugnat proli educationi, & institutioni. tit.12.n.29.& 31.
Deus instituit non solum necessaria ad generationem prolis, sed etiam necessaria ad eius rectam educationem. tit 11. num. 30. Ad hanc in hominibus, & in animalibus certus status parentum requiritur. ibid.

Promissio, Promittens.

Aliud est donare, & vendere, aliud promissio de donando, & vendendo. tit.6. n.244.
Vide. v. *Alienatio*, & v. *Alienatio rei Ecclesiæ quoad actus, quos comprehendit.*

Pueri.

Pueri mares, & fœminæ vsus rationis compotes etiam ante septennium ligantur præceptis Ecclesiæ. tit.9. num. 24. & 25. Ante vsum rationis non sunt capaces obligationis legalis. num. 27.
Vide. v. *ieiunium quoad eos, qui excusantur.*

Pupillus.

Pupillus doli capax etiam pubertati proximus contrahens sine tutoris, aut curatoris authoritate aut iudicis decreto, vbi requiritur, non obligatur naturaliter, seu in foro conscientiæ. tit.3. num.166. 167. sine eadem authoritate, aut decreto mutuum dans, vel soluens non transfert dominium in accipientem. num.168. Nec ex alienatione, promissione, donatione, oppignoratione bonorum immobilium, vel mobilium, quæ seruando seruari possunt, obligatur naturaliter iuxta communem sententiam. n.169. ex aliis contractibus, quibus alia bona mobilia alienantur, factis absque dicta authoritate, aut decreto obligatur naturaliter. num. 170. & quid si fit infans doli capax non proximus pubertati. n.174.
Præfatis contractibus sine authoritate, & decreto, &c. si accedat fideiussor, an obligetur ciuiliter. tit.3.n.170. iidem contractus sine authoritate, vel decreto iudicis facti, an confirmentur iuramento. ibid.
Qui à pupillo, vel minore per præfatos contractus sine dolo, & iniustitia facto aliquid habet, an teneatur restituere ante iudicis sententiam, & quid si restitutionem in integrum nolit petere, aut infra quadriennium post 25. annum. tit.3. n.171.
Quid si pupillus contrahat cum suo tutore. n. 179. quid si ei, aut minori sit interdicta bonorum administratio. num.173.179. Quid ex contractu non sit factus locupletior, vel careat tutore, vel mutuum accipiat sine tutoris, vel curatoris authoritate. n.175.
Pupillus doli capax alienans bona etiam immobilia sine authoritate tutoris an obligetur naturaliter, & in foro conscientiæ; & an talis obligatio naturalis careat omni effectu iuris ciuilis. n.178.
Obligatio naturalis orta ex contractu minoris quando sit vtilis ad effectus iuris ciuilis. ibid.
Pupillis, vt minoribus contrahentibus sine tutoris, aut curatoris authoritate, licet ipsi obligentur naturaliter, datur tamen restitutio in integrum num.165. & etiam eisdem læsis notabiliter n. 182. qua restitutione data, & lata per iudicem sententia contractus rescissoria, quia ex eo contractu accepit tenetur restituere in foro conscientiæ, num.181. Dicta restitutio debet peti intra quadriennium, & quomodo sit computandum quadriennium. n 182. idem quadriennium ad petendam restitutionem datur Ecclesiæ, Reipublicæ, & piæ causæ, & currit à die contractus. ibidem.
Si contractus cum pupillo, vel minore absque authoritate tutoris, vel curatoris, aut iudicis decreto celebratus est onerosus, & vtrique æqualis, is, qui cum eo contraxit, potest rem acceptam retinere, donec sequatur rescissio. & etiam ei restituetur pretium acceptum, in quantum minor est factus locupletior tit.3. num 183.184. secus si non sit factus locupletior, seclusio dolo. ibid.
Pupillus, & minor, quas donationes, & eleemosinas inuito tutore, aut curatore possint facere; & præsertim de bonis castrensibus, & quasi castrensibus. tit. 3 n.185.
Contractus à pupillo, vel minore sine authoritate tutoris, vel Curatoris celebratus cum maiore valet in fauorem minoris, si ipse velit. tit.3. num.187. & qua ratione possit cogere minorem puberem, & pupillum ad declarandum solemniter velitne stare contractui. num. 188. etsi nudum impleuit contractum potest illum non implere, nisi minor procuret consensum tutoris, vel curatoris, n.189.
Qui ex contractu pupilli vel minoris puta donatione, vel ludo aliquid habet, vel lucratus est, an teneatur illud restituere tantum post iudicis sententiam. tit. 3. num.190. & seqq. Quid si minor non vult petere restitutionem in integrum ob magnas impensas, vel non potest obtinere absque sua culpa. num.191. cum pluribus seqq.
Vide, v. *Obligatio: Contractus, Ecclesia quoad restitutionem, &c. locupletatio quoad probationem. ludus.*

R.

Regula.

Regula illa iuris diuini. In ore duorum, vel trium stat omne verbum, declaratur. tit. 1. num. 13. 14.
Regula iuris debet esse vniuersalis. tit.14.n.13.
Regula *l. semper in obscuris*, & cap. *in obscuris*, non procedit in legatis ambiguis, quoad quantitatem, & summam. tit. 14. num.22.

Religiosus, Regularis.

Religiosus versans in studiis impensis sui Abbbatis, vel in negotiis monasterij foris occupatus potest certam quantitatem moderatam summæ suæ sustentationi destinatæ insumere donando, eleemosinas faciendo, vel in ludo honesto. tit.3. n.141.
Religiosorum præcepta prohibentia in virtute sanctæ obedientiæ ingressum in cellas ob aliqua incommoda vitanda, obligant etiam in casu particulari, in quo cessat periculum. tit.4. num.13.
Regularibus prohibita est pecuniæ ad cambium, vel mutuò acceptio cum solutione lucri cessantis; & comprehenditur sub decreto S. Congregationis de rebus monasteriorum non alien. tit.6. n.7.
Vide. v. *Peccatum quoad numericam, & specificam distinctionem.*

Regularium

Retrouenditio.

Retrouenditio quoad res Ecclesia.

Reuocatio.

S.

Sacerdos.

Scandalum.

Senectus, senes.

Separabilia.

Seruitus.

Seruus.

Quando

Sodomia secundum se, & quoad reseruationem casus sodomiæ & eius confessionem sacramentalem.

Sodomia quoad illius pœnas.

Etiam mulieres se mutuo polluentes absque instrumento pœna extraordinaria puniuntur. ibid.

Simplex quoque pollutio propriis manibus facta delata ad iudicium est punienda pœna extraordinaria. ibid.

An in pœnas ordinarias contra sodomitas à iure ciuili, aut municipali, vel Ecclesiastico, & in Bullis Pontificiis latas incidant tam agens, quam patiens in nefarios scelere.tit.11.n.46.47.

Ætate minores Rei criminis nefarij mitius puniuntur. tit. 11.n.48.

Solemnitas.

Solemnitas actus, quando censeatur præscripta pro forma.tit.3.n.60.

Omissio modicæ, solemnitatis an reddat actum nullum. ibid.& n. 66 67. 68.quæ sit dicenda omissio modicæ solemnitatis.o.61.

Ex diuturnitate temporis omnes solemnitates in contractu,seu acto requisitæ præsumuntur, si cum lapsu temporis concurrit obseruantia contractus. tit. 6. num.185.

Vide. verbum *Contractus solemnitate iuris carentes. forma, Testamentum.*

Solidus.

Solidus an sit idem quod aureus.tit.6.o.295.

Spectanda.

Vide.verbum,*choree,comœdia.*

Sponsalia, Sponsi.

Sponsalia inter consanguineos licet nulla pariunt impedimentum publicæ honestatis.tit.3.n.36.

Si sponsus cognouit carnaliter sponsam animo fornicatio,licet propter iuris præsumptionem, quod maritali cognouerit, à iudice per excommunicationem cogatur cohabitare cum sponsa tamquam cum vxore, non tenetor, nec potest in foro conscientiæ obedire.tit.4.n.4.

Statutum.

Statutum diminuens numerum testium adhibendorum in testamento haber locum etiam io forenses ibi testantes.tit.1.n.29.

Stante statuto prohibente maritum legare vxori; si constet maritum sponte reliquisse, vxor potest retinere rem relictam non reclamantibus successoribus ab intestato, secus, ipsis reclamantibus. titulo 2. num.126.

Statutum Lusitaniæ,quo filius iubetur adducere ad diuisionem eum fratribus donata à Patre, de quibus donatis sit intelligendum.tit.3.o.143.

Stante statuto quod quis non possit extraneum seu forensem facere hæredem, potest illi forensi facere legatum in pecunia tit.14.n.82.non posset tamen forensi fieri legatum, quod absorberet maiorem partem hæreditatis.ibid.

Vide.v interesse.

Stipulatio.

Vide. verbum,obligatio.

Studentes.

Vide,verbum. *itinerum quoad eos,qui excusantur.*

Subscriptio.

Vide.verbum.Alienatio rerum Ecclesiæ quoad solemnitates iuris antiqui.

Substitutio. Pupillaris.

Substitutio pupillaris nulla ex solo defectu solemnitatis iuris ciuilis an in foro conscientiæ sit obseruanda. tit.2.n,139.& seqq.Potestas substituendi pupillariter, & excludendi venientes ab intestato ab hæreditate pupilli qua de causa fuerit à legum conditoribus concessa.n.139.

Per substitutionem pupillarem expressam an mater tam in foro ciuili, quam conscientiæ excludatur à legitima in bonis propriis pupilli, à qua non potest per filium excludi referuntur plures sententiæ,& resoluitur. tit.3.n.255.ad 270.

Substitutio pupillaris,seu testamentum patris pupillariter substituentis sit nè propriè testamentum patris an filij legitima.tit.3.num.255.261.

Legitima portio debita matri in bonis filij an sit inducta à iure ciuili, an vero sit debita iure naturali quoad substantiam.tit.3.n.257.259.

Legitima ascendentium non potest tolli per statutum. ibid.

Filij non debent, nec possunt sine peccato à parentibus in totum, & etiam quoad legitimam exhæredari etiam instituta causa pia. tit.3.n.260.

Legitima non potest auferri à matre nisi saltem de ea expressè, & disertè dictum fuerit in lege,vel statuto. tit.3.n.262.

Supplicio vltimo afficiendi.

Vide verbum *Eucharistia quoad casus, in quibus à non ieiunis sumi potest.*

Suspensio.

Suspensio ipso facto imposita delicto an in foro conscientiæ incurratur ante sententiam iudicis declaratoriam criminis, an vero post sententiam. tit. 11. num.36.

Vide.v.irregularitas, Pœna.

Sylua.

Vide verbum, *Arbor quoad incisionem.*

T.

Tacens.

TAcens quando consentire videatur.titulo 1.numero 143.145.

Tactus impudici.

Vide v. *Aspectus,sodomia secundum se, & quoad confessionem.*

Tempus.

Illud præsumitur præcessisse,quod de iure præcedere, & prius fieri debet.tit.6.n.108.

Testamentum.

In plerisque locis Galliarum, & Imperij testamenta ad profanas causas facta coram duobus testibus & proprio parocho firma sunt in vtroque foro titulo 1. num. 11.

Solemnitates testamentorum à iure ciuili inductæ non sunt iniquæ, sed iustæ. o. 11. & tit. 2. n. 53. 86.

Testamentum à subditis regni factum extra regnum secundum consuetudinem loci, in quo fit, valat postea in Regno. tit.1.n.25.

Testamentum à forense factum iuxta leges loci, in quo illud facit,an valeat etiam in patria. num. 26. & seqq.

Testamentum iuris ruri conditum cum quinque testibus valet.tit.1.n.30.

Testamentum conditum in monasterio, seu alio loco exempto non seruatis solemnitatibus ciuitatis, seu oppidi,

Per

Vsufructus

FINIS.





